MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80428-2

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

JUSTINUS, MARCUS JUNIANUS

TITLE:

...HISTORIAE PHILIPPICAE

PLACE:

LONDINI

DATE:

1822

Master Negative #

91-80428-2

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87J96 1822
IE22 Justinus, Marcus Junianus.
...Historiæ Philippicæ, ex editione Abrahami Gronovii, cum notis et interpretatione ...
Londini, Valpy, 1822.
2 v. 23½ cm. (Valpy's Delphin & variorum Latin classics)

Paged continuously.

870.8 Another copy.
V24
v.51-52 ~~Copy in Carpenter Library.~~

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35m REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2/6/92 INITIALS Roy
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

VOLUME 1



Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202



Centimeter

Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

87J96 IF22

Columbia University
in the City of New York

LIBRARY

JUSTINI

HISTORIÆ PHILIPPICÆ

EX EDITIONE ABRAHAMI GRONOVII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN PRIMUM.

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1822.

54060
19MAR'84

87596
I222
1

CONSPECTUS

EORUM QUÆ HAC EDITIONE

CONTINENTUR.

	Pag.
P. J. Cantel Epistola Serenissimo Delphino .	1
A. Gronovii Præfatio	3
De Justini Ætate	28
Trogi Pompeii Fragmenta. De eodem et Justino veterum auctorum loca a viro cl. Jacobo Bongarsio collecta	32
Præfatio Justini	39
Justini Historiarum Philippicarum Lib. I. .	43
——— ——— ——— Lib. II. . .	67
——— ——— ——— Lib. III. . .	103
——— ——— ——— Lib. IV. . .	115
——— ——— ——— Lib. V. . .	124
——— ——— ——— Lib. VI. . .	140
——— ——— ——— Lib. VII. . .	153
——— ——— ——— Lib. VIII. . .	163
——— ——— ——— Lib. IX. . .	173
——— ——— ——— Lib. X. . .	185
——— ——— ——— Lib. XI. . .	188
——— ——— ——— Lib. XII. . .	212

	Pag.
Justini Historiarum Philippicarum Lib. XIII. .	241
——— ——— ——— Lib. XIV. . .	257
——— ——— ——— Lib. XV. . .	267
——— ——— ——— Lib. XVI. . .	277
——— ——— ——— Lib. XVII. . .	286
——— ——— ——— Lib. XVIII. . .	293
——— ——— ——— Lib. XIX. . .	311
——— ——— ——— Lib. XX. . .	316
——— ——— ——— Lib. XXI. . .	327
——— ——— ——— Lib. XXII. . .	334
——— ——— ——— Lib. XXIII. . .	348
——— ——— ——— Lib. XXIV. . .	356
——— ——— ——— Lib. XXV. . .	370
——— ——— ——— Lib. XXVI. . .	377
——— ——— ——— Lib. XXVII. . .	382
——— ——— ——— Lib. XXVIII. .	387
——— ——— ——— Lib. XXIX. . .	394
——— ——— ——— Lib. XXX. . .	401
——— ——— ——— Lib. XXXI. . .	409
——— ——— ——— Lib. XXXII. .	425
——— ——— ——— Lib. XXXIII. .	436
——— ——— ——— Lib. XXXIV. .	441
——— ——— ——— Lib. XXXV. .	449
——— ——— ——— Lib. XXXVI. .	453
——— ——— ——— Lib. XXXVII. .	465
——— ——— ——— Lib. XXXVIII. .	472
——— ——— ——— Lib. XXXIX. .	492
——— ——— ——— Lib. XL. . .	501
——— ——— ——— Lib. XLI. . .	504
——— ——— ——— Lib. XLII. . .	514
——— ——— ——— Lib. XLIII. . .	525
——— ——— ——— Lib. XLIV. . .	539
Jacobi Bongarsii Epistola Francisco Rosæo Ambiano, de Prologis Historiarum Philippicarum Pompeii Trogi	552

	Pag.
Prologi Historiarum Philippicarum Pompeii Trogi	553
Jacobi Bongarsii Excerptiones Chronologicæ ad Justini Historias accommodatæ . .	596
Notæ Variorum in Justini Præfat. . .	611
——— ——— ——— Lib. I. . .	616
——— ——— ——— Lib. II. . .	649
——— ——— ——— Lib. III. . .	694
——— ——— ——— Lib. IV. . .	705
——— ——— ——— Lib. V. . .	712
——— ——— ——— Lib. VI. . .	728
——— ——— ——— Lib. VII. . .	740
——— ——— ——— Lib. VIII. . .	749
——— ——— ——— Lib. IX. . .	757
——— ——— ——— Lib. X. . .	771
——— ——— ——— Lib. XI. . .	775
——— ——— ——— Lib. XII. . .	804
——— ——— ——— Lib. XIII. . .	836
——— ——— ——— Lib. XIV. . .	852
——— ——— ——— Lib. XV. . .	861
——— ——— ——— Lib. XVI. . .	868
——— ——— ——— Lib. XVII. . .	875
——— ——— ——— Lib. XVIII. . .	881
——— ——— ——— Lib. XIX. . .	892
——— ——— ——— Lib. XX. . .	896
——— ——— ——— Lib. XXI. . .	903
——— ——— ——— Lib. XXII. . .	908
——— ——— ——— Lib. XXIII. . .	917
——— ——— ——— Lib. XXIV. . .	922
——— ——— ——— Lib. XXV. . .	931
——— ——— ——— Lib. XXVI. . .	935
——— ——— ——— Lib. XXVII. . .	938
——— ——— ——— Lib. XXVIII. . .	942
——— ——— ——— Lib. XXIX. . .	946
——— ——— ——— Lib. XXX. . .	950
——— ——— ——— Lib. XXXI. . .	954

Pag.
Notæ Variorum in Justini Lib. XXXII. . . 962
——- ——— ——— Lib. XXXIII. . . 970
——- ——— ——— Lib. XXXIV. . . 973
——- ——— ——— Lib. XXXV. . . 976
——- ——— ——— Lib. XXXVI. . . 979
——- ——— ——— Lib. XXXVII. . . 988
——- ——— ——— Lib. XXXVIII. . . 994
——- ——— ——— Lib. XXXIX. . . 1006
——- ——— ——— Lib. XL. . . 1010
——- ——— ——— Lib. XLI. . . 1011
——- ——— ——— Lib. XLII. . . 1019
——- ——— ——— Lib. XLIII. . . 1025
——- ——— ——— Lib. XLIV. . . 1034
Tanaquillus Faber ad Eliam Borellum . . 1041
RECENSUS EDITIONUM Justini . . . 1043
Recensus Codicum Mss. Justini qui in Bibliothecis Britannicis asservantur . . . 1076
INDEX i

SERENISSIMO GALLIARUM

DELPHINO.

SISTIT se tibi Justinus, SERENISSIME DELPHINE, felix sane sorte sua; quod, et jussu Ludovici Magni prodit iterum in lucem, et tibi, quantum conjicere nobis licet, nec inutilis nec injucundus futurus est. Habet enim multa, quæ natum ad maxima quæque principem, et perpetua temporum rerumque varietate in legendo delectare, et ancipiti summorum virorum fortuna, varioque bellorum exitu erudire possint. Quod de Lucullo illo Mithridatis domitore prædicavit olim Italia, qui cum esset Roma profectus, rei militaris rudis, totumque iter in rebus gestis legendis consumsisset, in Asiam venerit jam factus Imperator; idem in te, SERENISSIME PRINCEPS, intra paucos annos mirabitur Gallia, si hanc, quam tibi offero, Justini Epitomen, studiose legeris. Summos dabit, et in scientia militari duces, et in civili prudentia Imperatores; ex quibus artem, tum belli gerendi sine ullo discrimine, tum regendi populos sine ullo labore addiscas: quodque mirum magis, sunt hujusmodi, ut tibi suis et virtutibus multum prodesse, et vitiis nihil nocere possint; sed exemplo suo admoneant, illas ut sequaris, hæc ut fugias. Cyrus ille docebit, et diuturna felicitate, populos lenitate magis quam sævitia in officio retinendos; et tristiori exitu, ut imperiis, sic gloriæ cupiditati modum quendam esse ponendum. Docebit Alexander ille Macedo, et victoriis, nullam esse tantam

hostium multitudinem, quæ exiguo, sed robusto exercitu vinci non possit; et vulneribus sæpius acceptis, heroicæ fortitudini nihil esse temeritatis admiscendum. Docebit etiam Pyrrhi tum in bellis suscipiendis audacia, tum in iis quæ susceperat perficiendis inconstantia, eum non esse perfecti Imperatoris laude dignum, qui, cum hostes fortissimos vicerit, parta uti victoria nesciat. Habebis etiam in Romanis ducibus, Fabiis, Æmiliis, Scipionibus, qui te constantes illas et austeras in rebus, tum secundis, tum adversis virtutes edoceant. Ubi vero dotes illas omnes variis in principibus hactenus dispersas in te uno collegeris, perfectum illum Principem, cujus effigiem in Cyro adumbravit Xenophon, orbi universo exhibebis. Sed quid ego longinqua illa et externa exempla profero, cum præsentia et domestica suppetant? habes parentem Ludovicum magnum; hunc unum intuere, hunc specta, hunc sequere; illius in te si expresseris virtutes, erit sane cur heroibus, quotquot superioribus sæculis extiterunt, multum præstitisse te merito glorieris. Dum ille bella gerit, atteritque hostes Gallico nomini infensissimos, tu interim pacificum, quod sponte tibi deferunt eruditi omnes, literarum imperium accipe: tum duo simul sine ulla dissensione Reges, Parentem et Filium, quod nunquam contigit, universa obstupescet Gallia. Ille longe lateque leges et jura dabit populis; tu eruditis: ille præliis, captis urbibus, et victoriis; tu singulari in literatos homines munificentia Patrem imitatus Gallicum nomen commendabis: Regum ille, et apud suos et apud exteros, fortissimus audiet; tu eruditissimus: gloriosum sane utriusque munus; sed erit sors tua eo felicior, quod illi nulla nisi hostium sanguine cruentata, tibi viridi et innocua lauro cingere frontem liceat: ubi vero arma tractare per ætatem primum fas erit, tum bellicas Parentis laudes, scientiam rei militaris, in rebus ordinandis prudentiam, in perficiendis celeritatem et fortitudinem, cum eruditionis gloria ita jungere studeas, ut non solum literatorum amor et decus, sed Gallici etiam imperii præsidium, hostiumque terror futurus sis.

LECTORI

S.

A. GRONOVIUS.

TRIENNIUM ferme exactum est, ex quo de recudendo Justino mecum agere cœpit Bibliopola, cui deesse hac in parte nolui, cum ipsius rogationibus accederent exhortationes Paternæ: sed prelum nondum ardere inceperat, quin triste fatum domui nostræ imminens fervorem meum lacrymis extingueret. Primum enim necopina amantissimæ Sororis mors me percellebat; cujus acerbissimi doloris cumulum mox intendebat luctuosissimus Parentis obitus, qui infandam ægritudinem mihi inflixit. Posteaquam vero dolor paulatim remiserat, et ad aliquem modum operæ processerant, subito iterum cessavit inceptus cursus: nam, cum inprimis majorum vestigia premenda esse proposui, nihil mihi conducibilius fore existimavi, quam itinere aliquo cognitionem meam instruere. Hic fervor me in Britanniam detulit; quæ regio non tantum expectationem meam implevit prolixa benignitate et comitate incolarum, verum etiam, cum ultra vota refertissimarum Bibliothecarum januæ mihi facillime aperirentur, et scriptorum librorum penetralia paterent, diutius quam decreveram detinuit. Quoniam vero tot benevolentiæ officia undique in me collata agnosco, gratissi-

mo infixa animo ea conservare, et uberiore stylo in opportuniorem commemorandi locum rejicere, præstabit. Itaque nunc ad Justinum revertar. Habes igitur, Benevole Lector, Justini contextui adjunctos integros commentarios Virorum doctorum, qui duobus præteritis sæculis diligentem operam in Justinum contulerunt; quorum ordinem ducunt Jacobus Bongarsius, Franciscus Modius, et Matthias Bernecccrus, cujus notas, quibus alteram suam editionem auxerat, in hanc editionem conjeci. Hisce accedunt Isaci Vossii, et Avi mei notæ, quas libro, quo usus fuit, ascriptas singulas excerpsi; etsi plurimas emendationes Observationum libris non tantum inseruerat, sed et cum laudatissimis Viris, Græ-vio, Fabro, Vorstio, et Scheffero per epistolas, aliave ratione, communicaverat; quorum omnium notæ una cum excerptis annotationibus J. Loriti Glareani, atque Editoris Oxoniensis, a Grævio et Scheffero in curis secundis sæpius laudati, contextui quoque subjunctæ sunt. Tum etiam ad calcem hujus editionis M. Z. Boxhornii breves notas addidi. Isti igitur tantorum Virorum labores suffecissent ad hujus editionis ornamentum, nisi et me ipsum ad symbolam conferendam, et quanto opere me hactenus occupasset Justinus publice testandum, innatus erga literas amor incitavisset. Quare nihil antiquius duxi, quam ut mentem ad Mss. codices conferendos adjicerem, quorum copiam ex Bibliotheca Lugduno-Batava mihi præbuit humanitas celeberrimi Viri, Wolferdi Senguerdii, ejusdem Bibliothecæ Præfecti. Primo igitur quatuor Mss. ex eadem Bibliotheca evolvi, quorum duos Avo utendos olim dederat cl. Vossius. Hi omnes, atque etiam quintus, quem Parens consuluit, membranacei erant. Præter hos etiam chartaceo codice, quem cl. Perizonius eidem Bibliothecæ legaverat, usus sum. Tum quoque Londini codicem, qui Bibliothecæ Regiæ erat, et Oxoniæ alterum ex Bibliotheca Collegii Novi, Cantabrigiæ vero Excerpta quædam Justini, excussi. Trium insuper scriptorum librorum collationem pro summo in me studio exhibuit Vir undecumque doctissimus, Laurentius Theodorus Gronovius, Patruus, cui omnia pietatis officia post parentes debeo:

duo priores ex Bibliothecæ Mediceæ scriniis depromti erant; tertius vero e Bibliotheca illustris Viri, nec minus humanitate quam summa eruditione conspicui, Antonii Magliabequii, cujus insignem favorem Parens Patruusque abunde experti fuerunt. Præter hæc institutum meum juvit collatio Paterna codicis Thuanæi.[1] Porro etiam duas easque tantum non principes editiones, hanc ab Nicolao Jensono typis mandatam anno MCCCCLXX. illam a Conrado Sweynheym et Arnoldo Pannartz Romæ editam anno MCCCCLXXII. consului, quas ex instructissima sua Bibliotheca Londini mecum communicavit Vir nobilissimus, Richardus Mead, cujus beneficio Juntinam editionem quoque nactus fui.

Prologis Librorum Trogi Pompeii subjeci Virorum doctorum notas integras, inter quas excellunt emendationes Reverendissimi Abbatis de Longuerue, quas eruditissimus Vir, incomparabilis antiquitatum ac rei literariæ arbiter, Rev. D. Bernardus Montefalconius, Diario Italico inseruerat, easque plurimum decoris huic editioni allaturas credidi: ut autem earum ratio, codicumque Mss. quibus usus est recensio, unicuique clarius appareat, optime me facturum puto, si ipsa Rev. Montefalconii verba, quæ tum in fronte notarum, tum in præfatione, extant, ex Diario ipsius Italico huc revocarem. Sic igitur ille: 'Per Romanum otium hortante frequentibus epistolis amicissimo viro, ac literarum omnis generis peritia cum primis Europæ numerando, D. Abbate de Longuerue, in Codicibus Justini Prologos Historiarum Philippicarum Trogi Pompeii conquisivi: in Vaticana duos Justini Codices Prologis instructos deprehendi; in Bibliotheca illustrissimi Marchionis de Maximis[2] tertium reperi, cum iis vero contuli Prologos, ut in editis extant, scilicet mire vitiati, ut vix sanum quidpiam occur-

NOTÆ

[1] Quem Ms. optimæ notæ fuisse testantur notæ Paternæ ad Arrianum lib. II. cap. 11. de Exped. Alex.

[2] Cap. 18. pag. 255. 'Ex Mss. Codicibus ejusdem nobilissimi viri varias Prologorum Trogi Pompeii lectiones eruimus suo loco publicandas.'

rat. Lectiones varias transmisi laudato viro, qui reduci mihi easdem, eruditis notis additis, hic inserendas restituit; ut horum opera Prologos jam expurgatos edere in promtu sit. Ipsi autem Prologi, utpote ad Trogi Pompeii libros, cum adhuc superstites essent, concinnati, plerumque gesta memorant, quæ in Justino non comparent. Alium Prologorum Codicem vidi Venetiis in ædibus Trevisanis, quem non licuit per tempus explorare. Codices porro Vaticani, quorum hic lectiones afferimus, sunt his numeris insigniti 1825. et 1826. Iis adjungimus item varias lectiones duorum Colbertinorum Codicum, qui sic notantur 1566. et 1578. et ' in præfatione.' Emendationes Prologorum Trogi Pompeii ab eruditissimo et amicissimo Viro, Abbate de Longuerue, ex variis lectionibus Codicum trium Romanorum, quas ipsi ex Italia transmisimus, nec non duorum Colbertinorum, concinnatas, ad calcem Diarii reposuimus. Usus ipse est editione Tanaquilli Fabri mire fœdata et conspurcata, ut vix uspiam quid sanum occurrat; et, castigatis erroribus propemodum infinitis, ad sanam emaculatamque Prologorum editionem adornandam viam paravit. Jam diu Prologis Trogi castigandis incubuerat Bongarsius, qui primus eosdem in lucem protulit anno MDLXXXI. ut habet ipse in Epistola ad Franciscum Rosæum ibidem cusa: ' Reliqui erant,' &c. Ad calcem etiam editi, ejusdem Bongarsii atque Francisci Modii notæ quædam extant, queis Prologorum pauca loca conjecturis resarciuntur, et sane quædam sat feliciter; alia inauspicato, ita tamen ut multo plura, quasi deplorata, intacta prætermittantur; sicque erudito Viro totum restaurandi provincia devoluta: quod is naviter executus est. Observatum porro velim nos in Bongarsianis notis ad Prologum libri VII. conjecturæ ejusdem suffragari, qua *Illyriorum et Pæonum* vult legi, ubi Mss. quidam *Pænum*, alii *Pænorum*, habebant, et ad Prologum libri VIII. e re pro *electo Aryba* conjectatur legendum *ejecto*.' Hactenus Montefalconius. Ad hæc mihimet ipsi quosdam Prologorum Trogi Pompeii scriptos codices videre contigit, tres quidem Anglicanos et quatuor Leidenses Justini libris annexos, et præter hos quintum, qui separatim compactus erat. Inter hos præcipuus erat chartaceus codex, qui cl. Perizonii olim fuit: plures vero horum Prologorum, nec non Justini codices, tum in Diario Italico, tum per literas, mihi indicavit Rev. D. Bernardus Montefalconius, quos si unquam inspicere, atque adyta Musarum in quibus asservantur adire, fortuna mihi dederit, in iisdem excutiendis me diligentem fore in præsenti promitto. Denique Indicem Freinshemianum multis partibus auctum huic editioni adjunxi. Ceterum Te, Benevole Lector, rogo, ut, postquam hanc editionem exegeris, æquum de me judicium feras, et, quanto opere Paternum Avitumque morem in indagandis doctrinæ arcanis et nunc imitari et postea confirmato animi robore assequi velle, ex hoc otii specimine statuas.

Ita fere olim præfabar, cum Justinum publicarem una cum specimine variantium lectionum, tam Codicum Mss. quam Editionum, quibus fueram usus: illas autem uberiores ex iisdem exemplaribus, tam manu quam typis exaratis, quæ subinde in manus meas pervenerunt, in hac editione repræsentavi. Istorum igitur brevem notitiam Tibi, Benevole Lector, hic exhibebo.

Sex Codices Justini mihi suppeditavit Bibliotheca publica Leidensis: quorum duo priores inter Codices Mss. Latinos Bibliothecæ, tres inter Codices Mss. Vossianos, asservantur: sextus est Legati Perizoniani.

Illorum numerum antea quidem in annotationum specimine digesseram juxta scripturæ vetustatem, quam præferebant: nunc vero juxta ordinem, secundum quem in ipsa Bibliotheca sunt repositi, exhibui.

Primus in folio membranaceus ante quadringentos circiter annos exaratus, atque hactenus optime conservatus, comprehendit ' Orosii libros VII. de Ormesta Mundi, Prologos librorum Trogi Pompeii, et Justinum.' Prologi et priores Justini libri numeris et rubricis destituuntur. Prima rubrica demum apparet ad calcem libri XXVIII. eaque hujusmodi est: ' Pompeii Trogi epitome historiarum liber vigesi-

mus octavus explicit. Incipit liber XX^{9} nonus.' In rubrica, quæ libro XLII. summittitur, duo numeri barbari, qui vulgo cifræ dicuntur, occurrunt, nempe 2. et 3. ' Pompeii Trogi quadragesimus 2^{9} liber explicit. Incipit quadragesimus 3^{9}.' Fine libri XLIV. post 'redegit' additur ' Et CETERA.

Pompeii Trogi epitome historiarum liber
Quadragesimus quartus Explicit.'

In fine adduntur hi versus:

Quando bonum facis, et corde malum meditaris,
Oscula, quæ Judas Christo dedit, hæc mihi tu das.

Hic codex olim fuit Joannis et Nicolai Parmentariorum, ac deinde Viri nobilissimi, Joannis Panhusii, qui eundem Parisiis sibi comparavit. Evulgavit ex eodem aliquot lectiones cl. Boxhornius, quarum aliæ Codicis scripturæ respondent, aliæ ab ea discrepant, ut III. 2. 10. *Parsimoniam omnibus suasit:* ubi notat: ' Codex Leydensis, *item suasit.*' At solum *item* extat in hoc Codice, atque ita in aliis, qui pro *suasit* dant *item.*

III. 5. 3. *Conspiratius.* ' Ms. Leydensis *concinitius.*' Immo prius est in Ms.

IV. 4. 7. *Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat.* ' Ms. habet *Ab his mittitur Gylippus classem Lacedemoniorum solus, sed in quo, &c.* Supra τὸ *solus* scriptum est a librario VACAT.' Codicis scriptura hæc est: *Ab his mittitur Gilippus* VA *classem Lacedemonicam auxiliis* CAT *y solus, sed quo.* Τὸ *vacat* addidit librarius, ut ostenderet, τὰ *classem Laced. auxiliis y* abundare, et ne scripturam litura inquinaret. Induxerat eum in errorem repetitio nominis proprii, *Gylippus,* quod paulo post sequitur: *Gylippus classem Lacedæmone cum, &c.*

V. 6. 8. *Tanta virtus animorum erat, ut, cum paulo ante salutem desperaverint, nunc non desperent victoriam.* Ad hunc locum scribit Boxhornius: ' Non tentarem hunc locum, nisi in optimæ notæ codice Leidensi longe aliter hæc exarata invenirem: nempe hoc modo: *Tanta virtus animorum*

erat, ut paulo ante salutem, post speraverint victoriam. Venusto et recto sensu. Primo de salute, mox de victoria, certavere.' Paulo ante dixerat Justinus: ' Iterum tamen fortunam maris experiendam decernunt.' Ex hisce omnibus solum in Ms. legitur: *Iterum paulo ante salutem, post speraverint victoriam.*

XXI. 2. 1. *Non solem, non pulverem. Pulverem* quoque servat Ms. non *fulgurem,* ut scribit Vir clarissimus.

XXXVIII. 5. 1. *Rapienda incrementa virium.* Pro *incrementa* in Ms. *marnica* legi observat: verum in eodem extat *marinca.*

Hunc Codicem quoque excussit cl. Haverkampus, cum Orosii editionem adornaret, eumque tertium Lugduno-Batavum appellavit.

Secundus membranaceus per columnas scriptus est. Initio libri I. additur hæc rubrica: ' Defloratio Justini. Liber primus.' Quæ ad calcem libri XLIV. leguntur, produnt ætatem Codicis, illumque, cujus manu exaratus est: ' Peregi ego Pucciarellus hoc opus die vigesima Aug. 1357. Indict. nona, de quo Sospitatis auctori gratiæ referuntur.' Dein recentiore manu additur: ' Hunc librum emi Romæ pretio ducati unius cum dimidio. Blondelet.'

Initio hujus Codicis extat nominum ad rem militarem spectantium recensio, scripta recentiore manu, et excerpta ex Isidoro lib. IX. Originum cap. 3. Ea quidem mendose est scripta; et pleraque emendatiora exhibet editio Jac. Gothofredi; quatuor tamen in locis scripturam vulgata præstantiorem suppeditat.

' *Succenturiati* sunt, non qui in prima, sed in secunda, centuria sunt, quasi sub prima centuria: tamen stricti etiam ipsi et in speculis positi in bello sunt; ut, si prima defecerit, isti, *quos sub se diximus,* laborantibus primis subveniant: unde et ad insidiandum ponitur *succenturiatus.*'

Ms. *Subcenturiati,* et *subcenturiatus,* ac *quos sub secunda diximus,* eamque scripturam firmat optimus Isidori codex Vossianus, cujus margini secunda manus temere ascripsit,

quos subsequi diximus. Variis modis hic locus a librariis fuit corruptus. Valturius enim lib. VIII. de Re Milit. ex suo codice profert, *quos subesse diximus.*

' In acie autem istæ fere formæ sunt, exercitus, classis, nodus, cuneus, ala, cornua, agmen: *quæ formas et nomina* ab ipsis rebus, de quibus translata sunt, imitantur.'

Ms. *quæ formæ et nomina*, atque cum codice Vossiano *mutuantur.*

' Nodus autem dictus pro difficultate, quod vix possit resolvi.'

Ms. *Nodum autem dicunt propter difficultatem, quod vix possit dissolvi.*

' Nam agmen dicitur, quod *in longitudine* directum est.'

Ms. et codex Voss. *in longitudinem.*

Tertius quoque in membrana et per columnas scriptus, sæculo fere vetustior præcedenti, et bonæ notæ, sed male habitus et pluribus foliis truncatus, comprehendit Orosii libros VII. Librorum Trogi Pompeii Prologos, et Justinum. Orosii librum I. præcedunt testimonium Gennadii de Orosio, et Carmen quinquaginta circiter versuum, quorum tredecim tantum legi possunt, novem nempe priores, et quatuor postremi:

Orbis terrarum metasque situsque locorum
Computat hic sancti codex luculenter Orosii
Mundum post factum, formatum post protoplastum,
Ejus et excidium tangit pro crimine factum
Terram diluvio super omnem vindice fuso,
Arca servatis divino munere paucis.
Hinc mala, bella, neces, conflictus, prælia, lites,
Probra, simultates, incestus, jurgia, fraudes,
Errorum sectæ, patricidia, furta, rapinæ,
* * * *
Cerneret hic oculis, quo possit uterque doceri.
Quod tibi transmisi, non ut mea discere possis
Dogmata: sed fieret verax ut judice temet.
Æmula namque manus sic rodere desinet illud.

Ad calcem libri VII. Orosii additur:

' Presbyteri hic finit Orosii.

In Trogi sequitur, Justini epitoma libellus.'

et fine Prologorum: ' Explicat Epythoma. Incipit Præfatio Justini in libris Trogi Pompeii:' atque ad calcem Præfationis: ' Explicat Præfatio. Historiarum Philippicarum et totius mundi originum et terræ situs ex historiis Trogi Pompeii liber primus INCIPIT.' In fine hanc formulam addidit Scriba: ' Benedictus es, Domine Deus, qui adjuvisti me, et consolatus es me.'

Hic Codex olim fuit Bibliothecæ Abbatiæ S. Joannis Colchestriensis in Anglia, et deinde Viri nobilissimi atque in literis summi Nicolai Heinsii: eodemque in editione Orosii adornanda usus fuit cl. Haverkampus, a quo primus Lugduno-Batavus appellatur.

Quartus formæ quadratæ, sæculo undecimo exaratus in membrana, Prologos Librorum Trogi Pompeii et Justinum complectitur. Prologis præfigitur hæc rubrica: ' Liber historiarum Philippicarum et totius mundi origines et terræ situs:' et fine Prologi ultimi: EXPLICIT PROLOGVS LIBRI XLIIII. INCIPIT PRÆFATIO: ac Præfationis: EXPLICIT PRÆFATIO. INCIPIT LIBER PRIMUS: et ad calcem ejusdem libri: ' Pompei Trogi Epithoma historiarum Liber I. explicit. INCIPIT LIBER II.' et fine libri XLIV. ' Pompei Trogi Epithoma historiarum liber XLIIII. explicit Feliciter.'

Initiō Codicis extat Prosa ad S. Benedictum:

Pater insignis Confessor Benedicte, meritisque clare, cum Christo regnans,
Preces nostras in aula regis æterni subleva, et protege utrumque ordinem,
Cujus egregius extitisti doctor in orbe: ubi incessanter pro nobis supplica Deum,
Ut felices tecum mereamur perfrui gloria Paradisi.

Hic Codex olim asservatus fuit in Bibliotheca Abbatiæ S. Benedicti Floriacensis, quæ est in Ducatu Aurelianensi.

Quintus ejusdem fere ætatis et formæ est cum præce-

dente, atque etiam in membrana exaratus. Priora et posteriora folia lacera sunt atque a tineis exesa, quod eo magis dolendum, quia ad calcem Codicis extat vetus Inscriptio, cujus aliquot literæ evanuerunt. Ante præfationem Rubrica hujusmodi est: POMPEI TROGI PRÆFATIO: et initio libri I. INCIPIT POMPEI TROGI EPITOMA. LIBER PRIMVS: et fine ejusdem libri: POMPEI TROGI EPITOMA HISTORIARUM FINIT LIBER I. INCIPIT LIBER SECVNDVS. ac libri XLIV. POMPEI TROGI LIB. XLIIII. EXPL. FELICIT.AM. i. e. explicit feliciter. Amen.

Deinde sequitur hæc inscriptio:

. . P. C. Vespasianus. Pontifex. maximus. tribuniciæ. po
. . . tatis. imp. VII. pater. patriæ. constituit. destinavit. facien
. . . curavit. Q. Fabio, Q. F. Gal. Blando. tribuno. milit
. . . gionis. IIII. Macedonicæ. et legionis. X. gemin. Iulia
. . . . . ris. uxor. ex. pecunia. quæ. ei. legata. est. ad
. . . . . ndum. communem. sibi. et. viro. suo

Sextus in folio chartaceus quidem et recentior, atque sub artis typographicæ incunabulis exaratus, verum ex vetustissimo Codice transcriptus, Trogi Pompeii librorum Prologos et Justini libros XLIIII. continet. Initio Codicis alia manu ascriptum est testimonium Martini Poloni de Justino: ‘Tempore Antonii [lege *Antonini*] Pii, qui imperium cepit CXL. floruit Pompeius Trogus, natione Hispanus, qui totius,’ &c. Subscriptio Prologorum, rubricæ Præfationis et libri I. concipiuntur hoc modo: ‘Expliciunt Rubricæ. Prologus Incipit,’ et ‘Epithoma Pompei Trogi. Liber primus incipit:’ Ad calcem libri XLIV. hæc variis scripturæ compendiis aspersa leguntur: ‘Explicit feliciter liber quadragesimus quartus, quem scribi feci ex exemplari et antiquissimo et fidissimo . . . . . originali ego Ranerius Demasthis de Arimino Juris Doctor: me existente secunda vice Vicario Ducali Januæ, D. Petro de Campofrego[1] tunc Januæ ducante, anno MCCCCLVII°. de mense Junii.’

In sequenti pagina extat ‘Epistola[2] Plutarchi philosophi congratulatoria Trajano discipulo suo ad imperium sublimato:’

‘Plutarchus Trajano salutem.

‘Modestiam tuam noveram non appetere principatum, quem tamen semper morum elegantia mereri studuisti, quo quidem tanto dignior judicaris, quanto a crimine ambitionis videris esse remotior. Tuæ igitur virtuti congratulor et fortunæ meæ, si tu recte gesseris, quem probe meruisti. Alioquin te periculis, et me detrahentium linguis, subjectum iri non dubito, cum et ignaviam Imperatorum Roma non ferat, et sermo publicus delicta discipulorum refundere soleat in præceptores. Sic Seneca Neronis sui merito detrahentium carpitur linguis, adolescentium,’ &c.

Hanc Epistolam excipiunt tres vetustæ Inscriptiones, quarum prima ejusdem scripturæ est, qua Prologi et contextus Justini fuerunt exarati: secunda et tertia additæ sunt ab illo, qui initio Codicis testimonium Martini Poloni de Justino ascripsit:

‘In antiquissimo marmore Nepis leguntur:’

[3]Imp. Cæsari. L. Septimio. Severo. Pertinaci. Aug.
Pont
Maxim. Trib. Pot. II. Imp. III. Cons. II.
p. p
Nepesini. optimo. fortissimoque. principi. suo. devoti

‘In antiquissimo lapide Ausimi:’

NOTÆ

[1] Hic Genuæ dux ab Uberto Folieta lib. x. et XI. Hist. Genuens. ‘Petrus Fulgosius,’ ab aliis ‘Fregosus’ appellatur.

[2] Hæc epistola extat ap. Joannem Saresberiensem lib. V. Policrat. cap. 1.

[3] IMP. CAES. Apianus p. 177. PONT. MAX. Id. PONTIF. MAXIM. Gruterus p. 263. 3. IMP. IIII. iidem, et recte. COS. II. iidem.

D. M.[1]
Oppiæ. G. F. Veræ. Claudius. Severus.
maritus
Conjugi. Sanctissime. Caste. Incomparabili.
cum. qua. vixit
annis. XVII. menses. VII. dies XVIII. Ipsa
autem. vixit. annis. XXXII. menses. duos

'In uno ex centum lapidibus, qui designabant distantiam milliarium ab urbe, qui nunc est Columna porticus Maximi civis Romani in via Papæ apud Campum Floræ, legitur:'

II.[2]
Imp. Cæsar. Vespasianus. Aug. Pontif. Max. Trib.
Potest. VII.
Imper. XVIII. P. P. Censor. Cons. VII. designat. VIII.
Imper. Nerva. Cæsar. Aug. Pontifex. Max. Tribu
Potest. Consul. III. Pater. Patriæ. refecit

Hisce Codicibus accedunt quinque Anglicani, omnes in membrana exarati, quorum primus Bibliothecæ Regiæ,

NOTÆ

[1] Hoc sepulcrale monumentum Auximo Mediolanum translatum fuisse videtur in ædes magnifici Domini Triulcii, ubi istud repertum fuisse testatur Apianus p. 48.

D. M. Diis Manibus. Hæc nescit Apianus.

C. F. Apianus . .

CON. SANCTISSIME. CASTAE Apianus, ex quo in Inscript. Grut. pag. 813. 8. male editum CON. SANCTISS. CASTAE. ANN. XVIII. MENS. VII. DIES. XXVI. Apianus.

ANNIS XXXI. D. II. Apianus.

[2] In apographo eadem manu additur: 'id est secundus lapis:' quemadmodum in præcedenti inscriptione D. M. reponitur 'Diis Manibus.'

Hujus columnæ milliariæ inscriptionem apud Campum Floræ quoque repertam publicavit Apianus p. 196. omisso tamen lapidis numero.

PON. MAX. Apianus. Idem TRIB. POT. XII. qui numerus vehementer peccat. Contra apographo reddenda est scriptura, quam repræsentat Apianus, IMP. XVII. P. P. CENSOR. COS. VII. DESIGN. Paulo post idem, IMP. NERVA. et PONT. MAX. TRIB. POT.

Duæ similes inscriptiones columnarum milliariarum, quas in via Appia statuit Imp. Vespasianus, et refecit Imp. Nerva, addito numero lapidum, primi nempe et septimi, extant inter Inscriptiones Gruteri p. 154. 1. et Fabretti cap. v. p. 414. ac Muratorii p. 446. 7. 4.

formæ minoris in 4°. titulum concipit hoc modo: 'M. Juniani Justini Epitome Historiarum Philippicarum Trogi Pompeii.'

Secundus in 4°. majoris formæ Bibliothecæ Bodleianæ, ex legato reverendissimi atque illustrissimi Viri, Guilielmi Laudi, Archiepiscopi Cantuariensis, atque Academiæ Oxoniensis Cancellarii, recentior quidem, verum melioris notæ, codex. Inscriptio ejusdem similis fere præcedenti: 'M. Juniani Justini Epitome Historiarum Trogi Pompei XLIV. libris.' Ad calcem libri ultimi addita erat hæc subscriptio: 'Pompeii Trogi Epitoma Historiarum liber XLIIII. explicit.'

Tertius ejusdem formæ, Bibliothecæ Collegii Novi, quod Oxonii est, inscriptionem præfationis a reliquis Mss. discedentem exhibet: 'Trogus Pompeius de gestis Romanorum,' et in ipsa præfatione: 'Vir priscæ eloquentiæ ego Trogus Pompeius Græcas et totius orbis historias Latino sermone composui:' ac paulo post: 'Ea omnia Pompeius divisa temporibus, et serie rerum digesta, composui.' Genuina tamen est subscriptio, quæ præfationi submittitur: 'Explicit Præfatio Justini:' et dein: 'Incipit Prologus,' nempe libri I. Reliquorum enim librorum Prologi in hoc codice desiderantur. Hujus fine additur: 'Explicit Prologus. Incipit liber primus:' et ad calcem libri XLIV. 'Pompei Trogi Epitome Historiarum liber quadragesimus quartus explicit.' Justinum autem excipit Tractatus hoc titulo insignis: 'Bonum universale de Proprietatibus Apum.'

Quartus etiam Oxoniensis, Bibliothecæ Collegii Corporis Christi, formæ ejusdem, Prologos librorum Trogi Pompeii continebat et Justinum. Prologo ultimo subscriptum erat: 'Explicit Epithoma. Incipit Præfatio Justini Trogi Pompei.'

Quintus Bibliothecæ Academicæ Cantabrigiensis, in folio, comprehendebat, præter Prologos librorum Trogi Pompeii et Justinum, Epistolam Alexandri M. ad Aristotelem, sed mutilam, Gregorii Nazianzeni Apologeticum,

atque Homilias de Natali Domini, de Sanctis Epiphaniis, de Spiritu Sancto, de semet ipso de agro reverso, de reconciliatione Monachi, de grandinis vastitate; Passionem S. Margaretæ, Homilias Eusebii Episcopi Cæsariensis ad Monachos, Solinum de Mirabilibus mundi, et Hugonis de S. Victore varios tractatus, Expositionem literalem librorum Geneseos, Exodi, Levitici, et libri Judicum, atque Apuleium de Deo Socratis. Initio Prologorum ascriptus erat idem inficetus versus, qui extat in tertio codice Leidensi: 'In Trogi sequitur Justini epitoma libellus:' atque alia manu: 'Incipiunt contenta Justini in abbreviationem Trogi:' et ad calcem Prologorum: 'Explicit Epithoma. Incipit Præfatio Justini in libros Trogi Pompeii,' et fine Præfationis: 'Explicit Præfatio. Liber primus incipit Historiarum Philippicarum, et totius mundi originum, et terræ situs ex historia Trogi Pompei.'

Primus Mediceæ Bibliothecæ octuplicatæ formæ longioris, in membrana exaratus, atque optimæ notæ Codex. Præfationi subjuncta est hæc rubrica: 'EXPLICIT PROLOGVS. POMPEII TROGI LIBER I. INCIPIT.' Tres postremi libri et ultima verba libri XLI. desiderantur.

Secundus[1] quoque ejusdem Bibliothecæ, membranaceus, charactere Longobardico exaratus, atque omnium qui hactenus a Viris doctis fuerunt excussi vetustissimus, est, atque optimis lectionibus refertus: at, quod dolendum, quindecim prioribus libris destituitur. Initio libri XVI. ascripta erat hæc rubrica: 'M. Juniani Justini Epithoma historiarum lib. XIIII. exp. Incipit Liber XV.' ubi in numerorum notis pingendis peccavit librarius: at fine libri XVI. recte ab eodem scriptum: 'M. IUNIANI IUSTINI EPITOMA HISTORIARVM LIBER XVI. EXP. INCIPIT LIBER XVII. FELICITER.' Hic codex quoque in fine mutilus est, et desinit in hæc verba capitis quarti libri XLIIII. 'et post dies ad corpus expositi requirendum misisset.'

Magliabequianus recentioribus codicibus annumerandus hujusmodi rubricam præfationi præfixam exhibet: 'PROLOGVS IN LIBRO QVI DICITVR EPITHOMA SIVE ABBREVIATIO HISTORIARVM EX TROGO POMPEIO SECVNDVM IVSTINVM EIVS DISCIPVLVM ET PHILOSOPHVM CELEBERRIMVM INCIPIT FELICITER:' initio libri I. 'POMPEI TROGI EPITHOMA HISTORIARVM LIBRI PRIMI INCIPIT DE NINO REGE:' et libri II. 'POMPEI TROGI EPITHOMA HISTORIARVM SECVNDVM IVSTINVM LIBRI SECVNDI INCIPIT DE ORIGINE ET ANTIQUITATE SCYTHARVM:' ac libri III. 'POMPEI TROGI EPITHOMA HISTORIARVM SECVNDVM IVSTINVM LIBRI TERTII INCIPIT. QVALITER ARTAXERSES PATRIS NECEM VLCTVS ARTABANVM ET FILIOS EIVS OCCIDIT.' Libro quarto præfigitur brevior rubrica: 'POMPEI TROGI EPITHOMA HISTORIARVM SECVNDVM IVSTINVM LIBRI QVARTI INCIPIT.' Huic similem quoque præferunt sequentes libri. Ceterum ad calcem libri XLIV. extat hujusmodi rubrica: 'EXPLICIT LIBER QVI DICITVR EPITHOMA SIVE ABBREVIATIO HISTORIARVM EX TROGO POMPEIO SECVNDVM IVSTINVM EIVS DISCIPVLVM ET PHILOSOPHVM FELICITER. DEO GRATIAS. AMEN.' Deinde ascriptum: 'Iste liber est mei Marii Mafeii Volaterrani, et est satis correctus. Sis felix quicunque leges, et ne ipsum macules.'

Editionum, quarum in notis a me facta est mentio, prima Venetiis excusa fuit a Nicolao Jenson. anno 1470. in folio. In ea titulus libri I. ita concipitur: 'Justini Historici in Pompei Trogi Historias liber primus incipit:' ad finem libri XLIV. 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei Historias liber XLIIII. feliciter explicit. MCCCCLXX.

Historicos[1] veteres peregrinaque gesta revolvo
Justinus. lege me. sum Trogus ipse brevis.

NOTÆ

[1] Hunc Codicem etiam memorat Gerardus Joannes Vossius lib. I. de Hist. Lat. cap. 22. 'In Antonii Arnoldi libro nominabatur 'Justinus Frontinus,' et in Codice Bibliothecæ Mediceæ dicitur 'M. Junianus Justinus.'' In Bodleiano quoque codice et Regio iisdem nominibus insignitur auctor, atque etiam in Vaticano, teste Jacobo Sirmondo ad Ennodium lib. I. Epist. 1. init. Adde Dempsterum ad Rosinum lib. II. Antiq. Rom. cap. 2. et lib. I. de Etruria Regali cap. 4. p. 13.

[1] Prius διστιχον quoque exhibuit Antonius Zarothus ad calcem editio-

Me Gallus Veneta Jenson Nicolaus in urbe
Formavit Mauro principe Christophoro.'

Secunda ejusdem formæ Romæ impressa fuit a Conrado Sweynheym et Arnoldo Pannartz hoc titulo: 'Justini historici politissimi Epitoma in Trogi Pompei historias prohemium incipit:' initio libri I. 'Ex primo volumine:' et libri II. 'Ex secundo volumine Trogi Pom.' Ad calcem libri XLIV. extant hæc disticha:

'Aspicis illustris lector quicunque libellos;
Si cupis artificum nomina nosse, lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan
Mitiget ars Musis inscia verba virum.
Conradus Sweynheym Arnoldus Pannartzque magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
M. CCCC. LXXII. die XXVI. Septembris.'[1]

Tertia octuplicatæ formæ, accurante Bechario, loci quidem indicio et typographi nomine destituta est: illam vero Florentiæ excusam fuisse, prodit Lilium rubrum, quod Scriptorum hoc volumine comprehensorum subjicitur recensioni: eaque hujusmodi est: 'Justini Historia ex Trogo

NOTÆ

nis Justini Mediolani impressæ in folio A. MCCCCLXXIIII. addito sequenti:
Quem manus Antoni Zarotho sanguine creti
Impressit solers, Insubribusque dedit.

[1] Cl. Mattaire tom. 1. Annal. Typograph. p. 96. de hac editione scribit: 'Justini Epitome Trogi et Florus per Conradum Sweynheym et Arnoldum Pannartz, fol.' &c. Istud quidem persuadere videtur τὸ 'libellos,' quæ vox extat in primo versu, nempe ut Floro Justinum junxerint hi typographi: verum in duobus exemplaribus, quorum unum olim manibus oculisque versavi in Bibliotheca amplissimi Meadi, alterum asservatur in Bibliotheca Lugduno-Batava, desideratur Florus. His addo et tertium exemplar, quod recensetur in Catalogo Librorum rarissimorum ab Artis Typographicæ inventoribus aliisque ejusdem Artis principibus ante annum millesimum quingentesimum excusorum. Hunc stupendum vetustarum editionum thesaurum, qui CCXLVIII. voluminibus constat, sibi comparaverat Vir illustris Samuel Smith, Magnæ Britanniæ nomine apud Venetos Consul. Primum autem, qui Florum Justino comitem dedit, addito anni et loci indicio, fuisse suspicor Philippum Pincium Mantuanum, in cujus typographia Justinus et Florus una fuerunt excusi Venetiis A. MCCCCXCIII.

Pompeio quatuor et triginta (leg. *quadraginta*) epithomatis collecta.

Lucii Flori Epithomata quatuor quam cultissima in decem Titi Livii decadas.

Sexti Ruffi Consularis viri ad Valentinianum Augustum de Historia Romana opus dignissimum.

Nerva Cocceius ex Dione Græco per Georgium Merulam Alexandrinum. Trajanus Nerva ex Dione per eundem Merulam. Adrianus ex Dione Græco.

Conflagratio Vesævi montis ex Dione per supradictum Merulam.

P. Victoris de Regionibus urbis Romæ libellus unicus.'

Sequitur Lilium rubrum, ex quo manifeste apparet hanc editionem excusam fuisse Florentiæ in typographia Philippi Juntæ. Præfationem huic editioni præmisit Augustinus Becharius Mortariensis Sacerdos, eamque inscripsit Scaramutiæ Trivultio, Comensi Episcopo. Titulus autem præfationis Justini hujusmodi est: 'Justini Historici Clarissimi in Trogi Pompeii Historias Exordium:' et libri I. 'Justini Historici in Pompeii Trogi Historias Liber primus incipit.' Ad calcem libri XLIV. additur: 'Justini Hystorici Clarissimi in Trogi Pompeii Hystorias Liber XLIIII. et ultimus Feliciter Explicit:' et fine libelli P. Victoris: 'Impressum fuit hoc opus Anno Domini MCCCCC. decimo nono Kalen. Augusti.' In hac editione suppletur lacuna, quæ plerisque præcedentibus editionibus inhæserat: I. 8. 11. 'Num cadenti sibi scutum laborum gloriæque socium exosculatus est;' omissis post vocem 'scutum' hisce verbis, 'ademisset hostis: quod ut servatum audivit, allatum velut.'

Quarta Veneta fol. hoc titulo: 'Justini ex Trogo Pompeio Historiæ cum multis memorabilibus in margine. Addito insuper indice: quo facilius notatu clariora reperiri possint: nuper emendatæ.' Inscriptio præfationis: 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei Historias Exordium:' libri I. 'Liber primus Justini Historici in Pompei Trogi Historias:' et libri II. 'Justini Historici liber secun-

dus.' Fine libri XLIV. 'Justini historici viri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Dein sequitur Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola ad magnificum Comitem Petrum Mariam Rubeum, Parmensem, libris IV. Flori præfixa. Horum ultimo subjunguntur quatuor disticha:

Aurea Justini Lucique epithomata Flori
Ære tibi modico, candide lector, eme.
Contrahit iste Titi numerosa volumina Livi:
Pompeii historias colligit iste Trogi.
Quam bene conjuncti: namque, hic ubi desinit, ille
Incipit: atque unum pene videtur opus.
Rite recognovit quos Justinianus ad unguem
Romanus. Felix lector amice, vale.

Hæc excipit Epistola Sabellici ad Contarenum: 'Marcus Antonius Sabellicus Jo. Matthæo Contareno viro patritio salutem.'[1]

NOTÆ

[1] 'Recognovi his paucis diebus Justini et Lucii Flori Epitomen. Fuitque ea mihi lectio parum jucunda, non quia non uterque sit amabilis: et ut hic ex Livii majestate multum referens: ita ille ex Trogi gravitate: verum Romanæ Peregrinæque historiæ imaginem velut duplici tabella intuitus, non sine dolore animi admonebar, quantum in duobus viris, quorum hi lineamenta verius quam typum expressere, amiserit posteritas. Ceterum, si fatorum invidia ea fuit, ut tanta hominum indole necessario careremus, haud vulgaris gratia debetur his, per quos demum consecuti sumus, ut si non corpus, imaginem saltem, tantarum lucubrationum teneremus: quanquam (proh dolor) ne hanc quidem umbram nisi mendosam, claudam, et corruptam, librariorum sive inscitia sive incuria ad posteros transmisit. Scio ego virum nostri temporis ingenio et eruditione florentem in hoc multum operæ adhibuisse, ut Florus ipse quam emendatissime legeretur: sed vel suo ipsius judicio, vel, quod magis credo, librariæ officinæ vitio, parum quod voluit effecit. Quod tu, vir eruditissime, ita esse facile deprehendes, si recentia exemplaria (nisi ego quoque pari fraude sum deceptus) cum veteribus illis contuleris. Nihil enim quod ad eam recognitionem attineret, quæ diligentissima esse potuit, a me prætermissum puto; nec Antonius Moretus vir summa diligentia, ac supra quam dici possit accuratus, gerendæ rei defuit: sed sic ego evenire arbitror, ut nihil, quod a nolentibus et invitis fiat, recte fiat. Tu vero quid in hac parte profecerimus vide, ac boni consule. Vale.'

Hic fuit Bibliopola Venetus, cujus quoque meminit Sabellicus in Epistola ad Rambertum Malatestam lib. VIII. Ep. 26. 'Conveni, quod potui, Antonium Moretum Bibliopolam hic longe principem mihique familiarissimum.'

Hanc epistolam scripsit Sabellicus die VIII. Novembris MCCCCXCVII. quo anno in lucem prodiit Venetiis prima illius editio Justini, typis ad Gothicum characterem accedentibus excusa, neglecto typographi nomine: eamque excepit altera, in qua typographi nomen et loci atque anni indicium omittuntur.[1] Utriusque titulus idem est, 'Justinus Historicus' inter lineas rubras. In his, quemadmodum et in mea, quæ tertia Sabellicana est, Justino jungitur Florus, et paginarum margines lemmatibus, quibus accedunt Sabellici quædam annotationes, instruuntur. Harum forma quoque est eadem. Index autem, quem, ut ex titulo apparet, tertiæ editioni addere proposuerat eximius editor, in ea non reperitur. Unde non levis oritur suspicio hanc editionem, vivente quidem Sabellico, prelum subiisse, post mortem vero ipsius demum ad finem fuisse perductam: siquidem anno MDVI. animam Deo reddidit illustre illud Italiæ literatæ ornamentum.

Eadem autem Sabellici Epistola quoque extat in tribus Parisinis editionibus in 4to quarum paginæ paginis respondent, et Justini libri foliis XCIII. comprehenduntur, ac Florus et Sextus Rufus Justino junguntur. Harum tituli iidem sunt, eodemque sphalmate inquinati:

'Justini Historia ex Trogo Pompeio quatuor et triginta epithomathis collecta.'

'Lucii Flori Epithomata quatuor quam cultissima in decem Titi Livii decadas.'

'Sexti Ruffi consularis viri ad Valentinum Augustum de Historia Romana opus dignissimum.'

Hic titulus idem est cum parte tituli editionis Bechariannæ, in qua tamen recte editum est *Valentinianum*. Operarum

NOTÆ

[1] Harum editionum exemplaria asservantur in Bibliotheca publica, prioris quidem inter impressos ejusdem Bibliothecæ libros, posterioris vero in Legato Perizoniano n. XXI. Catal. p. 492. B. ubi male editum: 'Justini Historiæ, Venet. 1494. Item Strabo de situ Orbis, ibidem 1494.' Lege: *Justini Historiæ, absque anni ac loci indicio, et typographi nomine.*

Strabo de situ Orbis Latine, cum præfatione Guarini Veronensis atque indice Antonii Mancinelli. Venetiis, apud Joannem Vercellensem 1494. *die* XXIIII. *Aprilis.*

autem et interpunctionum menda in hisce innumera sunt. Illarum una typis excusa fuit a Francisco Regnault, altera a Joanne Barbier, tertia a Joanne Petit, sive Parvo, de cujus editione Flori Cl. Dukerus [1] æquum sane judicium tulit. Illarum contextus plurimum quantum differt a Sabellicano, et plerumque cum Bechariano conspirant. Quatuor autem δίστιχα, quæ extant non solum in hac Veneta, sed duabus etiam præcedentibus Sabellici editionibus, repetita sunt ex editione ante primam Sabellicanam publicata, in qua Florus ex recensione Beroaldi etiam jungitur Justino. Ista typis nitidissimis excusa est, sed loci et anni indicium et typographi nomen in ea desiderantur: typi autem prorsus similes sunt iis, quibus Suetonium excudit una cum Historiæ Augustæ Scriptoribus, Eutropio atque Paulo Diacono, Joannes Rubeus de Vercellis, Venetiis A. 1490. die XV. Julii. Ad calcem Epistolæ Sabellici in hac nostra editione additur: 'Impressum Venetiam (leg. *Venetiæ*) per magistrum Joannem Tacuinum de Tridino MCCCCCVII. die XVII. Maii.'

Quinta Florentiæ excusa fuit typis Philippi Juntæ A. MDX. in 8°. curante Mariano Tuccio, cujus ad Andream Marsuppinum præfatio accedit. Titulus hujusmodi est: 'Justinus una cum Floro castigatus:' et ad calcem libri XLIV. legitur: 'Justini Hispani Historici Viri Clarissimi Epitomatum in Trogi Pompei Historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit:' et fine libri IV. Flori: 'Impressum Florentiæ opera atque impensa Philippi di Giunta Florentini, anno a Christi nativitate M. D. X. tertio Galcodas (leg. *Calendas*) Februarii, Petro Sederino perpetuo Vexillifero existente.' Hanc editionem ex sua Bibliotheca optimis rarissimisque libris instructa mecum communicavit Vir clarissimus, Petrus van Damme.

NOTÆ

[1] In præfatione Annæo Floro præfixa p. 19. 'Comparaveram mihi insuper, præter Editiones recentiores non paucas, illam, quam veterem, et vetustissimam, et interdum principem, vocat Gruterus, et Parisiensem Joannis Petiti, sive Parvi. Ex his prior in folio, &c. Posterior in 4. sine nota anni, tot glossis, vitiis scripturæ et distinctionum, scatet, ut vix inter mediocres haberi possit.'

Sexta Mediolanensis in folio cum hac inscriptione: 'Trogi Pompeii Historia per Justinum in compendium redacta proxime quam emendatissime edita.' Justinum comitantur Florus et Rufus, cujus fine additur: 'Habes, Candide Lector, in hoc volumine non minus utilia quam lepida Justini in Trogum, et Flori in Livium: insuper Sexti Ruffi viri consularis Epithomas nuper castigatissime Mediolani impressas apud Leonardum Vegium M. D. X. Nonis Maiis.'

Septima Parisiensis ejusdem formæ hoc titulo fulget: 'Justini Historici Clarissimi Epitome in Trogi Pompeii Historias. Lucii Flori de Rebus Romanis Epitome. Sexti Ruffi Viri Consularis Libellus. Hæc omnia, candide Lector, ad vetus exemplar reposuit Petrus Danesius. Veneunt in ædibus Joannis Parvi in via ad divum Jacobum sub signo aurei Lilii.' Inscriptio præfationis Justini est hujusmodi: 'Justini Historici Clarissimi in Trogi Pompeii Historias Præfatio ad Antoninum Imperatorem:' et ad calcem libri XLIV. additur: 'Justini Epitomata in Trogum Pompeium a P. Danesio feliciter restituta Impressit Antonius Aussurdus ad Idus Maias M. D. XIX.' Ad calcem Rufi repetitur eadem formula, quæ extat in editione Mediolanensi, præterquam quod desinat in hæc verba, 'Epithomata nuper castigatissime impressa.' In margine adduntur lemmata, inter quæ occurrunt aliquot variantes præcedentium editionum lectiones, quas una cum Variantibus Lectionibus Bongarsii a me locupletatis indicio editionum, ex quibus ab eodem amplissimo Viro fuerunt depromtæ, præter quinquaginta admodum ex editionibus a me nondum visis excerptas, in hoc volumen lubens contulissem, nisi istud in nimiam molem excrevisset. Ceterum inter variantes lectiones, quas margini addidit Danesius, quatuor occurrunt prolatæ e Codice Lexoviensi, qui antiquum exemplar ab eo appellatur: ut XXXII. 2. 6. ''Quæ res Demetrio non gratiam legationis, sed odium obtrectationis, comparavit. Nam apud fratrem Perseum æmulatio illi invidiam contraxit, et apud patrem nota absolutionis causa offensa fuit.' In antiquo exemplari legitur, *Quæ res Demetrio non gratia legationis,*

sed odium obtrectationis, causa offensæ fuit. XXXVI. 2. 3. ‘Post Damascum Azelus, mox Adores, et Habraam et Israhel reges fuere.’ Ita ex antiquo hæc nomina, quæ in ceteris exemplaribus secus leguntur, reposuimus.’ Antea legebatur *Post Damascum Abraham, Moses, Israhel, reges fuere:* atque ita edere maluit Georgius Major, quam Aldinam vel Juntinam sequi, in quibus extat *Post Damascum Azelus, mox Adores, Habraam, Israhel, reges fuere.* Editio Romana quoque hunc locum ita repræsentat: *Post Damascum Azelus, mox Adores et Habraamus et Israhel reges fuerunt.* XXXVIII. 7. 8. ‘‘Exactio publicanorum.’ Antiquum exemplar, pro *exactio, sectio* habet.’ Vocem *sectio* quoque ex Mss. Justino reddidit ampl. Bongarsius, iisdemque astipulatur editio Romana. XXXVIII. 10. 3. ‘‘Caligas auro fingerent:’ antiquum exemplar habet *facerent,* ubi cetera *fingerent.*’ Ita quoque in Mss. atque editione Romana legi monui. In aversa primi folii parte extat Epistola Petri Danesii ad Antonium Aussurdum. Floro quoque præfigitur ejusdem Epistola nuncupatoria ad Reverendum in Christo Patrem D. Franciscum Hamonem, Nannetensem Episcopum.

Octava Veneta in 8°. Aldinis typis excusa, omnibus præcedentibus editionibus longe castigatior, egregie supplet lacunam, quæ iisdem, præterquam Romanæ, inhæserat XVII. 2. 15. ‘Ob hæc Pyrrhus, filia Ptolemæi in matrimonium accepta, vindicem eum regni reliquit. Sed quoniam,’ &c. Bechariana, et tres Parisinæ, quarum antea a me facta fuit mentio, pro *eum* dant *eam,* ut hoc pronomen ad vocem ‘filiam’ referretur: at longe nitidius est, atque historicæ veritati convenientius, quod in Aldina et Romana legitur: *Ob hæc Pyrrhus .... reliquit, pacificatus cum omnibus finitimis, ne abducta in Italiam* (Rom. *in Italia*) *juventute prædæ hostibus regnum relinqueret. Sed q.* Titulus hujusmodi est: ‘Trogi Pompei Externæ Historiæ in compendium a Justino redactæ. Externorum Imperatorum vitæ authore Æmylio Probo.’ Huic editioni præfuit Franciscus Asulanus, cujus Epistola ad Joannem Cornelium Georgii

filium præfationi Justini præfigitur. Ad calcem Æmylii Probi sive Cornelii Nepotis legitur: ‘Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Asulani soceri, mense Jan. M. D. XXII.’

Nona Florentina typis Juntinis impressa ejusdem formæ est cum præcedente, a cujus contextu paucis in locis discrepat: eundem quoque titulum præfert. Junguntur autem Justino in hac editione Cornelius Nepos et Velleius Paterculus, qui hoc titulo insigniuntur: ‘Æmylii Probi de Vita Excellentium Imperatorum Liber. C. Vellei Paterculi historiæ Romanæ ad M. Vinicium Cos.’ Ad calcem Velleii p. 261. extat Beati Rhenani præfatio, eamque excipit hæc subscriptio: ‘Florentiæ per hæredes Philippi Juntæ Anno Domini M. D. XXV.’

Porro ad memoratos Codices Mss. librorum Trogi Pompeii accedit codex Bibliothecæ publicæ separato volumine comprehensus, in membrana ante sexcentos annos exaratus in 4to. Hic olim fuit Bibliothecæ Schobingiæ, et quartus Leidensis in notis ad Prologos appellatur: primus autem, qui in primo; secundus, qui in tertio; tertius, qui in quarto, Justini codice Leidensi extat. Numeri autem Prologorum in hoc codice ad calcem contextus eorundem erant ascripti, et fine ultimi Prologi legitur: EXPL. PROL. LIBRI XLIIII. eamque subscriptionem excipiunt hi versus:

Narrat Athanasius, quoniam Noë Patriarcha
Filiolos genuit binos egressus ab arca,
Ex quibus Hionitus tunc erat astrologus.

Prologorum interpretationem Italicam olim editam, quæ ne uno quidem loco discedebat a librorum suorum scriptura, vidisse se refert amplissimus Bongarsius. Istam autem Justini interpretationi Italicæ junctam fuisse prorsus verisimile est: siquidem in illo Italice reddendo adeo diligentem operam certatim posuerunt eruditi Itali, ut præter illas, quæ in publicis Italiæ Bibliothecis manu exaratæ reperiuntur, tres Justini versiones Italicæ typis mandatæ fuerint, antequam salutarem manum Justino admoveret idem Vir illustris. Primæ auctor fuit Hieronymus Squar-

zaficus, secundæ anonymus, tertiæ celeberrimus ille optimorum Scriptorum qua Græcorum qua Latinorum Interpres Thomas Porcacchi. Istarum tituli concipiuntur hoc modo:

'Giustino Historico volgarizato giustamente da Giloramo Squarzafico: impresso alle spese de Gio. di Colonia, e di Gio. Gherretze compagno in Vinegia 1477. 1. Septembre:' fol.

'Justino Historico Clarissimo, nelle Historie di Trogo Pompeo, nuovamente in lingua Toscana tradotto, et con somma diligentia et cura stampato in Vinegia 1542.' et ad calcem libri XLIIII. 'Finisse il Libro di Justino Historico abreviatore di Trogo Pompeo posto diligentemente in materna lingua, et stampato in Vinegia per Bernardino de Bindoni Milanese. MDXLII.' in 8°.

'Giustino Istorico nelle Istorie di Trogo Pompeo, tradotto per Tommaso Porcacchi, al Magnifico e Valoroso Signor Girolamo Magnocavallo, in Vinegia presso il Giolito 1561.' quart. Harum primæ vel tertiæ exemplar, in quo Prologi librorum Trogi Pompeii una cum Justino extabant, oculis usurpasse Justini sospitatorem necesse est. Prologorum enim translatio, quam editio Anonymi repræsentat, mirum quantum discedit a Mss. codicibus, quibus usus fuit Vir amplissimus: quare etiam ejusdem specimina quædam in annotationibus ad Prologos exhibui. In ea autem singulos Prologos excipiunt singuli libri Justini: eodemque ordine eosdem fuisse digestos in codice Ms. P. Pithœi, observavit ὁ πάνυ.[1]

Præter hasce tres editionem Justini Italice redditi memorat cl. Mattaire tom. II. Annal. Typograph. p. 826. hoc titulo: 'Giustino Historico nuovamente in Lingua Toscana tradotto. Stampato per Pietro de Nicolini di Sabio, del mese d'Ottobrio in Vinegia 1535. 8vo.' Verum ista esse

NOTÆ

[1] In fine Var. Lect. 'Hoc solum monebo, præponi eos [Prologos] Justino in omnibus libris nostris, præterquam in uno Pithœi, in quo sub titulo Argumentorum singulis libris Justini singuli Prologi præfiguntur.'

videtur prima editio interpretationis, quæ deinde Venetiis prodiit anno 1542. Ceterum reverendissimi atque eruditissimi Abbatis Ludovici du Four de Longuerue notas in Prologos, quas in priore editione ex Itinerario Italico D. Bernardi Montefalconii exhibueram, nunc ex editione Parisina A. MDCCXXXIV. repræsentavi. Hæc igitur, Benevole Lector, boni consule, et vale.

DE

JUSTINI ÆTATE.

EX GERARDI JOAN. VOSSII LIB. I. DE HIST. LAT.

JUSTINI, qui Trogi Epitomen fecit, nec nomen, nec ætas, dubitatione caret. In Ant. Arnoldi libro nominabatur Justinus Frontinus: at in codice bibliothecæ Mediceæ dicitur M. Junianus Justinus. Atque hoc verius censeo, ob libri ejus antiquitatem: cujus argumentum non leve est, quod literis Longobardicis scriptus sit. Quod vero ad ætatem, Trogi ejus, cujus Epitomen scripsit, filium fuisse tradit Gualterus Burlei Anglicus lib. de Vita Philosophorum, qui anno MCCCCLXXII. editus ab Arnoldo Terffornen. Sed hoc sæculo illi condonemus, quo vixit. Ac eruditissimos etiam viros video esse, qui suspicentur vixisse, postquam imperium translatum fuit Constantinopolim; idque ob verba illa lib. VIII. 'Græciam etiam *nunc* et viribus, et dignitate, orbis terrarum principem.' Sed 'nunc' istic non signat tempus, quo Justinus scribit, sed de quo scribit; quomodo idem paulo post ait: 'Et hæc potissimum facere Thebanos Lacedæmoniosque, antea inter se imperii, *nunc* Græciæ imperantis, æmulos.' Ubi 'nunc' itidem valet, hoc tempore, quod exponitur. Plane vero vixisse arbitror sub Antonino Pio, atque huic Epitomen suam dicasse. Id colligo ex verbis istis præfationis: 'Quod ad te, Imperator Antonine, non tam cognoscendi, quam emendandi, causa transmisi.' Ita enim habent editiones antiquæ, quæ, quin Msstorum fidem secutæ fuerint, nullus dubito. Sed objiciunt in optimis libris legi: *Quod ad te non tam cognoscendi magis, quam emendandi, causa transmisi.* Quam Msstorum lectionem etiam Bongarsius retinuit. Sed nihil manifestius, quam non ita scripsisse Justinum. Nec enim *tam* et *magis* satis conveniunt. Quid ergo? num dicemus *magis* tanquam superfluum tolli oportere? Atqui non videtur de nihilo esse, quod in optimis libris legitur. Quare puto, scriptum primo fuisse: *Quod, Antonine Imp. non cognoscendi magis, quam emendandi, causa transmisi.* Nempe ex *Antonine Imp.* fecere *Ad te non.* Ac quia sic *non* geminabatur, librarii, hunc errorem existimantes, alterum omisere. Et sane Justinum hunc sub Antonino vixisse, ante sæculum Philippus Bergomas ac Joan. Aventinus tradidere: immo idem jam ante annos trecentos in Chronico suo scripsit Martinus Polonus: sed, quod idem Justinum hunc cum Justino Martyre confudit, fœdus error est, cum hic, qui Epitomen scripsit, in iis, quæ lib. XXXVI. de Moyse, Josepho, et Israëlitis tradit, plane Scripturis adversetur: unde liquet hominem fuisse Gentilem: aperteque inter eos ab Orosio numeratur: ut de eo nihil dicam, quod beatus Martyr nihil Latine scripsisse videtur: item quod Eusebius, Hieronymus, Photius, nusquam historicam hanc Epitomen inter Martyris illius scripta reponunt. Nec tamen ea ignota fuit B. Hieronymo, qui illius meminit proœmio in Danielem: uti quoque Augustinus facit lib. VI. de Civit. Dei cap. 6. et Orosius lib. I. cap. 8. et 10. qui et Justinum passim exscribit. Post quos ejusdem mentionem fecere Isidorus, Jornandes, alii. Etiam quæ Lupus Ferrariensis Abbas Epist. XX. ad Altuinum ex Trogo Pompeio citat de iis, quæ Mithridatis excellentiam portenderint apud Justinum, ad verbum ex Justini lib. XXXVII. Sed apud Lupum nunc paulo comtius leguntur, ut et in Justino debeant emendari. —Est Justinus scriptor tersus et elegans, ut de eo scribit Raimundus Lullus lib. VII. de Orat. cap. 4. Quam turpi-

ter autem in rebus Judaicis aberrarit, ostendit Benedictus Pererius in Danielem cap. 40.—Mstus extat in Bibliotheca publica Academiæ Cantabrigiensis, et Oxonii in Collegio Corporis Christi. Ac nescio quid sibi velit, quod (ut est apud Th. James) Oxonii in Bibliotheca Collegii Novi extare dicatur 'Epitome historiarum per Trogum Pompeium lib. IV.'

EX JO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LATINA, A JO. AUG. ERNESTI AUCTIUS EDITA, LIB. III. CAP. 3.

JUSTINUS[1] quis fuerit et quando vixerit, non satis compertum est; etsi Romæ, ante Imperatores Christianos, scripsisse non dubitem, ipsum a Christi sacris alienum. Itaque non assentior iis, qui ad Theodosii Imp. tempora rejiciunt, nescio quibus argumentis moti. Ut vero hoc loco a me commemoretur, facit, quod in editionibus quibusdam antiquioribus libros suos dicitur inscripsisse Imp. Antonino Pio: quanquam προσφώνησιν hanc in nullo codice scripto reperisse se testatur Jac. Bongarsius; qui putat additum

NOTÆ

[1] In antiquissimo codice Bibl. Mediceæ M. Junianus Justinus, sed in codice, qui fuit ap. Aut. Arnoldum, Justinus Frontinus dicitur, teste Jac. Bongarsio et Gerh. Jo. Vossio. Justinum Trogi breviatorem memorant Hieronymus, proœmio in Danielem, Augustinus IV. 6. de C. D. Orosius (qui passim Justinum sequitur) lib. I. c. 8. et 10. Vincentius Bellovacensis, idemne hic Justinus sit cum Justino Martyre, an alius, ignorare se fatetur X, 91. Speculi Hist. Engelbertus Abbas, qui tempore Rudolphi I. Habspurgici scripsit librum de Ortu et Fine Romani Imperii (Tom. 25. Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 363.) Justinum Historiographum laudat, 'qui Trogum Pompeium secutus in principio suæ Chronicæ.' Freculphus, qui ex Pompeio historico ejusque abbreviatore Justino repetit lib. II, c. 1. et 8. quæ lib. XXXVI. ap. Justinum leguntur de Judæis. Justini cujusdam mentio ap. Martialem XI, 66. Fuit et Justinus Manichæus, quem confutavit Fabius Marius Victorinus editus a Sirmondo Paris. 1630. 8. et recusus T. I. Sirmondi Opp. p. 409. De aliis hujus nominis videsis Reinesii Epistolas ad Hofmannum p. 410. et Dan. Guil. Molleri Dissertationem de Justino, Altdorf. 1684. §. 5.

nomen Antonini ab iis, qui Justinum falso eundem putarent cum celebri ejus nominis Philosopho Christiano et Martyre: in quo errore versati sunt Isidorus, Jornandes, Jo. Sarisb. et alii recentiores. Neque verisimile videtur, Justinum emendandi causa opus suum ad Imperatorem mittere voluisse, quod in præfatione innuit: si eam non potius ad virum aliquem doctum illius ætatis, sibique amicum, quam ad Cæsarem, direxit. Non magis certum est, quod Martinus Polonus et Auctor libri de Vitis Philosophorum cap. 114. affirmant, Trogi discipulum fuisse. Justinum libenter sequitur Orosius, imitatur Saxo Grammaticus, ut in notis ad hunc Stephanius passim notat. Parum credibile est, quod in codice Magliabequiano, teste Abr. Gronovio, traditur, Justinum Philosophum celeberrimum et Trogi fuisse discipulum; multo minus, quod Gualterius Burleus scripsit, filium. Libros Trogi de animalibus laudat Charisius lib. I. p. 79. respicit Plinius VII. Hist. Trogum laudans cap. 3. et lib. XI. cap. 52. ubi 'auctorem severissimum' vocat. Historias Trogi memorant Priscianus, item Plinius, et in Virgilium Servius, aliique.

TROGI POMPEII

FRAGMENTA.

DE EODEM, ET JUSTINO,

VETERUM AUCTORUM LOCA

A VIRO CL. JACOBO BONGARSIO COLLECTA.

Priscianus Lib. v.

Trogus Historicus in XXII. femininum a flamine protulit, hæc flaminea. Papicio, propter mortem flamineæ, flaminio obiit.

Duo Mss. *Papicio flamineæ* (unus *flaminiæ*) *flaminio obiit*. Lego *Papirius, propter mortem flamineæ, flaminio abiit*. A. Gellius lib. x. cap. 15. de flamine Diali, 'Uxorem si amisit,' inquit, 'flaminio decedit.' Sed, quæ Trogo et Prisciano est *flaminea*, Gellio est *flaminica*: et *flaminia*, flaminis domus.

* Conjecturam amplissimi Bongarsii corrigentis *abiit* pro *obiit* firmat Ms. Leid. in quo etiam legitur *hæc flaminica. Papicio flamen*, et *flaminicæ*.

Idem Lib. vi.

Trogus Pompeius libro VI. Inde Scepsim petit, quo se media interfecta socru contulerat. Is ab Herculide petito colloquio.

In Ms. Prisciani leguntur hæc ex lib. III. Pro *se media* Mediolanensis editio habet *e Media*: unde lego *se e Media*. † De *Herculide* autem qui in Mss. Justini est *Derculides*, dixi ad lib. VI. 1. 2.

† Sed ex lib. III. Hellen. Xenophontis legendum *quo se Medias*. Locum ipsum lector consulat. *Bernec.*

* Xenophontis verba sunt pag. 482. ed. Paris. 1625. Ἤδη δὲ οὔσης αὐτῆς [Μανίας] ἐτῶν πλέον ἢ τετταράκοντα, Μειδίας θυγατρὸς ἀνὴρ αὐτῆς ὤν——ἀποπνίξαι

αὐτὴν λέγεται. ἀπέκτεινε δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς τό τε εἶδος ὄντα πάγκαλον, καὶ ἐτῶν ὄντα ὡς ἑπτακαίδεκα. Ταῦτα δὲ ποιήσας, Σκῆψιν καὶ Γέργιθα ἰσχυρὰς πόλεις κατέσχεν. Et pag. 484. Ὁ δὲ Μειδίας προσδοκῶν μὲν τὸν Φαρνάβαζον, ὀκνῶν δ' ἤδη τοὺς πολίτας, πέμψας πρὸς τὸν Δερκυλλίδαν, εἶπεν, ὅτι ἔλθοι ἂν ἐς λόγους, εἰ ὁμήρους λάβοι.

* Ms. Leid. *petito alloquio.*

Vetus Interpres Virgilii, qui est apud P. Danielem, in illud tertii Æneid. (108.)

'Teucrus Rhœteas primum est advectus in oras.'

Teucrus. De hoc fabula duplex est: nam et de parentibus ejus dupliciter traditur. Alii enim Cureas et Idæ Nymphæ; alii, inter quos et Trogus, Scamandri, filium tradunt: qui Scamander, cum Creta frugum inopia laboraret, cum parte tertia populi ad exteras sedes quærendas profectus est, ab Apolline monitus, ibi eum habiturum sedes, ubi noctu a terrigenis obpugnatus esset. Cum ad Frygiam venisset, et castra posuisset, noctu mures arcuum nervos et laboramenta armorum adroserunt. Scamander, hos interpretatus hostes esse terrigenas, in Idæ montis radicibus ædificia collocavit: qui, cum adversus finitimos bellum gereret, victor in Fanto flumine lapsus non comparuit; qui post a Cretensibus in honorem regis sui Scamander appellatus est: filioque ejus Teucro regnum traditum, qui cives e suo nomine Teucros appellavit, qui post a rege Troo Trojani dicti sunt, et templum Apollini constituit, quem Sminthium appellavit. Cretenses enim murem Smynthicem dicunt: &c.

Leg. arbitror, *nervos et loramenta armorum.* Et statim, *in Xantho flumine.*

Idem ad illud IV. Æneid. (37.)

'Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis Dives alit.'

'Triumphis dives,' id est, bellicosa: et quidam dicunt Astros numquam triumphasse. Plinius autem secundus Historiæ Naturalis, et Pompeius Trogus Astros dicunt pompam triumphi primos invenisse, quam sibi Romani postea vindicaverunt. Libius autem Andronicus refert, eos de Romanis sæpius triumphasse, suasque porticus Romanis spoliis adornasse. Merito ergo 'Dives triumphis.'

Pro *Astros* legendum omnino *Afros*. Carthaginienses triumphasse, indicat etiam liber XIX. Justini.

PLINIUS in Indice Historiæ Naturalis Trogum auctorem multis locis laudat, ut lib. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 31.

Quæ ex eo transtulit, non arbitror esse ex libris Historiarum.

Lib. VII. cap. 3.

Et in Ægypto septenos uno utero simul gigni, auctor est Trogus.

Eadem fere totidem verbis Solinus cap. 3.

Lib. XI. cap. 39.

Pili a cute exeunt crassa hirti; fœminis tenuiores, equis in juba largi, in armis leoni: dasypodi et in buccis intus, et in pedibus: quæ utraque Trogus et in lepore tradit, hoc exemplo libidinosiores hominum quoque hirtos colligens.

Cap. 52.

Addidit morum quoque aspectus simili modo apud nos Trogus, et ipse auctor severissimus, quos verbis ejus subjiciam. Frons ubi est magna, segnem animum subesse significat; quibus parva, mobilem; quibus rotunda, iracundum, velut hoc vestigio tumoris apparente. Supercilia quibus porriguntur in rectum, molles significant; quibus juxta nasum flexa sunt, austeros; quibus juxta tempora inflexa, derisores; quibus in totum deflexa, malevolos et invidos. Oculi quibuscumque sunt longi, maleficos esse indicant; qui carnosos a naribus angulos habent, malitiæ notam præbent: candidi pars extenta notam impudentiæ habet; qui identidem operire solent, inconstantiæ. Oriculorum magnitudo loquacitatis et stultitiæ nota est. Hactenus Trogus.

Lib. XVII. cap. 10.

Nam folia palmarum apud Babylonios seri, atque ita arborem provenire, Trogum credidisse demiror.

Lib. XXXI. cap. ult.

Trogus auctor est, circa Lyciam penicillos mollissimos nasci in alto, unde ablatæ sunt spongiæ.

CHARISIUS Lib. I.

Sed et Valgius, et Verrius, et Trogus de animalibus: hæ res lacte dicuntur: at consuetudo tamen aliud sequitur.

Leg. fortasse, *hi tres lacte dicunt*.

FL. VOPISCUS in Aureliano.

Neminem scriptorum, quantum ad historiam pertinet, non aliquid esse mentitum: prodente quinetiam, in quo Livius, in quo Sallustius, in quo Cornelius Tacitus, in quo denique Trogus, manifestis testibus convincerentur.

IDEM in Probo.

Et mihi quidem id animi fuit, non ut Sallustios, Livios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros in vita principum et temporibus disserendis.

HIERONYMUS Proœmio in Danielem.

Ad intelligendas autem extremas partes Danielis multiplex Græcorum historia necessaria est, &c. præcipueque nostri Livii, et Pompeii Trogi, et Justini, qui omnem extremæ visionis narrant historiam; et post Alexandrum usque ad Cæsarem Augustum, Syriæ et Ægypti, id est, Seleuci et Antiochi, et Ptolemæorum, bella describunt.

IDEM in cap. v. Danielis.

Quo [de Balthazare loquitur] interfecto a Dario rege Medorum, qui Cyri regis Persarum avunculus fuit, et Cyro Persa, quæ duo regna Esaias ascensorem bigæ cameli et asini vocat, destructum esse imperium Chaldæorum. Quod quidem et Xenophon in Cyri majoris scribit infantia, et Pompeius Trogus, et multi alii, qui barbaras scripsere historias.

AUGUSTINUS lib. IV. de Civitate Dei cap. 6.

Justinus qui Græcam, vel potius peregrinam, Trogum Pompeium secutus, non Latine tantum, sicut ille, verum etiam breviter, scripsit historiam, opus librorum suorum

sic incipit: ' Principio rerum,' &c. *Paullo post.* Qualibet autem fide rerum, vel iste, vel Trogus, scripserit: nam quædam illos fuisse mentitos, aliæ fideliores litteræ ostendunt: constat tamen, et inter alios scriptores, regnum Assyriorum a Nino rege fuisse longe lateque porrectum.

OROSIUS Lib. I. cap. 8. de Fame Ægypti, cui Joseph subvenit.

Pompeius historicus, ejusque breviator Justinus, docet.

Cap. 10.

Ait enim Pompeius sive Justinus hoc modo: Ægyptii cum scabiem et vitiliginem, &c.

Quæ exstant lib. XXXVI. Justini. Transcripsit autem Orosius ad verbum pleraque ex Justino in suam Ormestam mundi: ita enim in Mss. inscribitur ipsius historia.
Vide C. Barthium Advers. XXXVI. XXXVII. *Bernec.*

* Lib. IV. cap. 6.

Et quoniam ex hoc jam Punica bella succedunt, res ipsa exigit, ut de Carthagine, quæ ante urbem Romam duos et septuaginta annos ab Elisa condita invenitur, ejusque cladibus ac domesticis malis, sicut Pompeius Trogus et Justinus exprimunt, vel pauca referantur.

* Ibidem.

Itaque Carthaginienses adversis Diis propter ejusmodi sacra, sicut Pompeius Trogus et Justinus fatentur, sicut autem apud nos constat, propter præsumtionem impietatemque ipsorum irato Deo, cum diu infeliciter dimicassent, &c.

* Lib. VII. cap. 27.

In primo libello expositum a nobis est, Pompeium Trogum et Cornelium Tacitum commemorasse, non plene quidem, nostrum vero Moysen etiam ipsorum testimonio fidelem, &c.

* Lib. VII. cap. 34.

Maximas illas Scythicas gentes, formidatasque cunctis majoribus, Alexandro quoque illi Magno, sicut Pompeius Corneliusque testati sunt, evitatas, &c.

ISIDORUS Libro de Natura rerum, qui in Mss. P. Pithœi inscribitur de Astronomia.

De monte Ætna Justinus in libro historiarum ita scripsit: Siciliæ tellus tenuis ac fragilis et cavernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis, &c.

Quæ exstant lib. IV.

JORNANDES Libro de rebus Gethicis.

Ex quorum [Gothorum] nomine vel genere Trogus Pompeius Parthorum dicit extitisse prosapiam.

IDEM.

Tunc Cyrus rex Persarum, post grande intervallum, et pene post sexcentorum triginta annorum tempora, Pompeio Trogo testante, Getarum reginæ Thamiri, sibi exitiale, intulit bellum.

* SERVATUS LUPUS FERRARIENSIS: Epistola XX.

Refert Pompeius Trogus Mithridatis regis futuram excellentiam præmonstratam, his verbis: Nam et eo quo genitus est anno, et eo quo regnare primum cœpit, stella cometes per utrumque tempus septuaginta diebus ita luxit, ut cœlum omne flagrare videretur. Nam et magnitudine sui quartam cœli partem occupaverat; et fulguris sui radiis nitorem solis vicerat, et, cum oriretur occumberetque, quatuor horarum spatium consumebat.

* LUITPRANDUS in Adversariis num. 201.

Memini me legisse in Bibliotheca Fuldensi in libris Trogi Pompeii, Augustum dedisse edictum de describendo orbe Tarracone, et idem edictum in illo libro dicebatur datum

Tarracone: dilata tamen executio propter negotiorum multitudinem diu.

JOANNES SARESBERIENSIS Lib. v. Policrat. cap. 12.

Quod ut mecum conjicias, collationem Philippi et Alexandri, Trogo Pompeio, vel Justino, compendiario ejus, si mavis, auctore, revolvamus. Ait ergo: Fuit Philippus rex armorum quam conviviorum studiosior, &c.

Extant lib. IX. Justini c. 8. Idem Trogum Pompeium multis quoque aliis locis citat: * ut lib. VI. cap. 14. et 17. lib. VIII. cap. 6. et 18.

MARTINUS POLONUS sub Antonino Pio.

Eo tempore floruit Pompeius Trogus, natione Hispanus, qui totius orbis historias a tempore Nini regis Assyriorum usque ad Monarchiam Cæsaris Latino sermone deduxit, distinguens per libros XLIV. quorum abbreviationem fecit Justinus ejus discipulus: qui Justinus Philosophus Antonino Pio librum de Christiana religione compositum tradidit, et benignum eum Christianis fecit.

* MATTHÆUS WESTMONASTERIENSIS in Floribus Historiarum pag. 44.

Anno divinæ incarnationis 9. Cæsare Augusto imperii sui 51. agente annum, Trogus Pompeius Chronica sua terminavit, in quibus quasi mundi præteriti cursum ad memoriam posterorum reduxit. Ita namque Romanorum rempublicam et arma, quæ gens illa late per orbem terrarum circumtulit, ab initio usque ad præsens tempus prosequitur, ut, qui res ejus legerit, ad construendum Romanum imperium virtutem et fortunam discat contendisse.

PRÆFATIO

JUSTINI.†

1. CUM multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis viri,[a] res Romanas Græco peregrinoque sermone in historiam contulissent, sive æmulatione gloriæ, sive varietate et novi-

NOTÆ

† *Justini*] Tria potissimum de Justino quærenda mihi visa sunt. Quis fuerit? quod habuerit nomen? quo vixerit tempore? 1. Eum cum Justino Martyre confudit Martinus Polonus, sed male: hic enim Romanus, ille Syrus fuit ex Flavia Neapoli Syriæ Palæstinæ urbe orundus; ille Græce, hic Latine scripsit; ille Christianus, hic Gentilis, teste Orosio: quod etiam patet ex iis, quæ lib. 30. de Mose, Josepho, et Israëlitis absurda plane memorat: adde quod nec Eusebius, nec Hieronymus, nec Photius historicam hanc Epitomen inter Martyris scripta usquam reposuerint. 2. In libro Antonii Arnoldi dicitur Justinus Frontinus; at in cod. Bibliothecæ Mediceæ vocatur M. Junianus Justinus, quod verius putem ob antiquitatem libri, quippe qui Longobardicis scriptus sit literis. 3. Fuerunt nonnulli qui Justinum vixisse dixerit, postquam Imperium Constantinopolim translatum fuerit, idque ob illa verba lib. VIII. 'Græciam etiamnunc, et viribus, et dignitate, orbis terrarum principem:' sed iis assentiri vix possum; illa enim particula *etiamnunc* non significat tempus quo scripsit, sed de quo scribit. Sub Antonino Pio eum vixisse probabilius dixerim; quod colligitur ex verbis istis Præfationis: 'Quod ad te, Imperator Antonine, non tam cognoscendi quam emendandi causa transmisi.' Id. censuerunt Martinus Polonus, Philipp. Bergomas, et Joan. Aventinus.

[a] *Cum multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis viri*] Duo præcipue Græce scripsisse memorantur, ambo Consules; quorum alter A. Posthumius Albinus cum L. Lucullo, alter Publ. Rutilius Rufus cum Caio Mallio, Consul fuit: ille Romanam Historiam, hic Bellum Numantinum, cui tribunus militum interfuerat, Græce scripsit: cum vero in Præfatione sua imperitiæ veniam dari sibi peteret Albinus, quod homo Romanus Græca oratione uteretur, Marcus Cato dixis-

tate operis, delectatus, vir priscæ eloquentiæ,[b] Trogus Pompeius,[c] Græcas et totius orbis historias Latino sermone composuit; ut, cum nostra Græce, Græca quoque nostra lingua, legi possent; prorsus rem magni et animi et operis[1 d] aggressus. 2. Nam cum plerisque auctoribus, singulorum regum vel populorum res gestas scribentibus, opus suum ardui laboris videatur, nonne nobis Pompeius Herculea audacia orbem terrarum aggressus videri debet;[2] cujus libris omnium sæculorum, regum, nationum, populorumque res gestæ continentur? 3. Et quæ historici Græcorum, prout commodum cuique fuit, inter sese gregatim[3] occupaverunt,[4] omissis quæ sine fructu erant; ea omnia Pompeius divisa temporibus, et serie rerum digesta, composuit. 4. Horum igitur quatuor et quadraginta voluminum (nam totidem edidit) per otium, quo in Urbe versabamur, cognitione quæque dignissima[5] excerpsi; et omissis his, quæ nec cognos-

****

*** Has VV. LL. Gronovio elaboratas ab ipsius Editione recentiori desumsimus. Reliquas suppeditabunt Notæ Variorum. Si quis vero Msstorum rationem desideraverit, is ejusdem viri clarissimi Præfationem adeat.

1 *Op.* pro *corporis* legit Avus ex conj. quam præter Ms. Gud. et ed. Junt. firmant Ms. Coll. N. ed. Ald. *Op.* etiam vel *leporis* legend. conjecerat Lips. —2 Coll. N. *non minus nob. periculosa aud. o. t. a. videtur.*—3 Bong. e duobus Mss. edidit *i. se segregati.* Magl. Thuan. ed. Rom. *i. se segregatim.* Ut huj. l. sensus sit: Historicos Græcorum certam materiam sibi sumsisse: alios singulorum regum, alios populorum vel nationum, res gestas, alios denique particularis belli historiam, descripsisse.—4 Periz. *i. se prægratiose occ.* Leid. 2. 3. *i. se gratiose occupaverint:* sed prior a sec. m. Ald. Junt. *occuparerant;* ut ex conj. legit Faber.—5 Coll. N. *versabar.... digna.* Prius secutus editor

NOTÆ

se fertur: Mirum esse sane, quod Albinus culpam deprecari quam culpa carere maluerit. Ita Gellius.

[b] *Vir priscæ eloquentiæ*] Trogum 'severissimum' auctorem Plinius, 'disertissimum' Vopiscus, appellat.

[c] *Trogus Pompeius*] E Vocontiis Galliæ Narbonensis populis, ut ipse fatetur lib. XLIII. oriundus; illius avus Trogus Pompeius Sertoriano bello civitate donatus est a Cn. Pompeio, a quo Pompeii nomen illi fuit inditum; ejus pater sub Caio Cæsare militavit, epistolarum, legationum, et annuli curam habuit. Quare peccaverunt graviter et Joan. Gerundensis, cum illum Hispanum facit, et Phil. Bergomas, cum Justini præceptorem fuisse, et sub Antonino Pio floruisse, scribit; certum enim ex aliis fere omnibus, sub Augusto eum vixisse.

[d] *Rem magni et animi et operis* [*corporis*] Non de corporis robore loquitur; modo enim corpus erudito labori ferendo par sit, satis est: sed legend. *rem magni et animi et operis,* ut Liv. habet, quem Justin. imitatus

cendi voluptate jucunda, nec exemplo erant necessaria, breve veluti florum corpusculum feci; ut haberent et qui Græca didicissent, quo admonerentur; et qui non didicissent, quo instruerentur. 5. Quod ad te,[e] imperator Antonine, non cognoscendi magis[6] quam emendandi causa transmisi: simul ut et otii mei, cujus et Cato[f] reddendam rationem putat,[7 g] apud te opera constaret. 6. Sufficit enim mihi in hoc[8] tempore judicium tuum, apud posteros,

****

Oxon.—6 Rom. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. Col. *Q. ad te, I. A. non tam cogn.* Plerique Mss. *Q. ad te, non tam cogn. mag.* Venustius Med. a pr. m. et Leid. 3. *Q. ad te non cogn. mag.* omissa *tam,* quam eliminandam existimabat Gerard. Jo. Voss. I. de Hist. Lat. 32. Ita Liv. XXVIII. 18. 'Itaque non quomodo Hispaniæ amissæ sint quærendum magis Carthaginiensibus esse, quam quomodo Africam retineant cogitandum.' Gell. præf. 'Petimus, inquam, ut ea non docendi magis quam admonendi gratia scripta existiment:' et I. 3. 'Hæc taliaque Theophrastus cum discernendi magis disputandique diligentia quam cum decernendi sententia atque fiducia disseruit:' et XVI. 8. 'Fecisse videtur eum librum Ælius sui magis admonendi quam aliorum docendi gratia.' Macrob. I. Saturn. 1. 'In quo [symposio] quidem Socrates non arctioribus, ut assolet, nodis urget, atque implicat adversarium: sed eludendi magisque decertandi modo apprehensis dat elabendi prope atque effugiendi locum:' ubi Meurs. e veteri Cod. legit *magis quam decert.* eamque scripturam firmant quatuor Mss. ed. Junt. et Bas. Ceterum voces *Imperator Antonine* olim per notam I. vel IMP. ANTON. scriptæ a *non* absorptæ videntur, easdemque margini quorund. Justini Codd. Mss. Bibliothecæ Vat. et Codicis Monasterii S. Crucis in Hierusalem Cisterciensium, recentiore manu ascriptas esse, mihi per literas significavit eminentiss. Princeps Sylvius Valenti ὁ νῦν ἐν ἁγίοις. Similem fere librariorum lapsum observare licet ap. Mamertinum Genethl. Maximiani cap. 2. 'Quæ [vis divinitatis] vos tantis discursibus toto, quem regitis, orbe deducit; ut nos semper auxilii vestri caritate nuper ad libertatem piæ conquestionis impleverit:' ubi *semper* ortam suspicor ex S. IMP. *Sacratissimi Imperatores.* Pro *impleverit* legend. *impulerit* monuit Grut. conjectura assecutus scripturum Ms. Thuan.—7 Crusius Prob. Crit. cap. 2. legit *cui et C. r. operam p.* vel *cui suam et C. r. o. p.* In seqq. Med. *opera apud te c. Opera otii* a Cic. dicitur *fructus otii* VII. Fam. I. 'Modo ut tibi constiterit fructus otii tui.'—8 Ita Med. a sec. m. Magl. Leid. 5. Coll. N. ed. Rom. Bech. Ven. Par. Med. Ald. Junt. Bongarsius *hoc* male expunxit: illud addere solent optimi scriptores, ut Terent. And. IV. 6. 24. 'Sequar hos: nolo me in tempore hoc videat senex.' Cic. pro Quintio 1. 'Quæ res in civitate duæ plurimum possunt, eæ contra nos ambæ faciunt in hoc tempore.' Plin. VIII. 22. 'Quo in tempore si homine se abstinuerit.' Gell. I. 3. 'Ego certe in hoc quidem tempore non fallo me:' II. 6. 'Quando nullum calamitatis aut sævitiæ aut immanitatis genus reperiri queat, quod in

NOTÆ

est 'Res est præterea immensi operis.'

[e] *Quod ad te*] Edd. plurimæ antiquiores habent *ad te, imperator Antonine;* opus enim suum Antonino Pio dicavit Justinus.

[f] *Cato*] Major, cui Censoris nomen fuit.

[g] *Putat*] In princ. Originum suarum. Ex Cic. pro Planc.

cum obtrectationis invidia decesserit, industriæ testimonium habituro.

eo tempore Italia non perpessa sit:' et XVII. 21. p. 749. 'Qui in hoc tempore nobiles celebresque erant:' ita meliores Mss. Oros. III. 20. 'Utraque prioribus comparata in hoc tempore minora sunt.' Imp. Justinian. præf. Inst. §. 3. 'Et quod in priore tempore vix post quadriennium prioribus contingebat.' Ita duo Mss. Vulgo abest *in*.

JUSTINI
HISTORIARUM PHILIPPICARUM†
ET
TOTIUS MUNDI ORIGINUM ET TERRÆ SITUS‡
EX
TROGO POMPEIO
LIBER I.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Assyriorum prima monarchia sub Nino. 2. Semiramidis a filio tandem interfectæ imperium. 3. Postremus Assyriorum rex Sardanapalus. 4. Medorum monarchia sub Astyage, Cyri avo. 5. Cyri pueritia, adolescentia; et Harpagi ad Cyrum admonitio. 6. Sybaren belli comitem Cyrus nobili præmio donat, et Astyagen regno spoliat. 7. Idem Crœsum vincit, et Lydos debellat, ac sub jugo astute retinet. Candaulis tragœdia. 8. Bellum Scythicum, in quo initia Cyro felicia, finis autem luctuosissimus. 9. Cam-

NOTÆ

† *Philippicarum*] Ap. Græcos, et Demosthenes Orationes suas in Philippum habitas, et Theopompus Chius Isocratis discipulus Historias de Rebus a Philippo gestis, Philippicas inscripserunt. Demosthenem imitatus Cic. Orationes suas in Marc. Anton. dixit Philippicas, quod, quemadmodum ille in Philippum, ita ipse in Marc. Anton. inveheretur. Theopompum secutus Trogus, et ipse Historias Philippicas appellavit; quod de rebus a Macedoniæ regibus gestis agerent: nam a lib. VII. ad XLI. agit de regno Macedonico, cujus dignitatem Philippus Alexandri Magni pater multum amplificavit.

‡ *Originum et terræ situs*] Bongars.

byses Cyro succedit, et suomet gladio conficitur. Legitimo hærede Smerdi sublato, Magi rerum potiuntur. Ostanes, aliorum principum opera adjutus, Magos de medio tollit. 10. Darius ex equi hinnitu servi industria fit tertius Persarum rex: Cyri filiam in matrimonium recipit: Babyloniam obsidet.

CAPUT I.

1. PRINCIPIO rerum, gentium nationumque imperium penes reges erat:[a] quos ad fastigium hujus majestatis non ambitio popularis,[1] sed spectata inter bonos moderatio, provehebat. 2. Populus nullis legibus tenebatur:[2] arbitria principum pro legibus erant. 3. Fines imperii tueri magis, quam proferre, mos erat: intra suam cuique patriam regna finiebantur. 4. Primus omnium Ninus,[a] rex Assyriorum,[b] veterem et quasi avitum gentium[3] morem nova imperii cupiditate mutavit. 5. Hic primus intulit bella finitimis,[c] et rudes adhuc ad resistendum populos terminos usque Libyæ[4][d] per-

[a] *Initio rerum reges imperabant gentibus et nationibus.*

1 Coll. N. *tantæ maj. n. a. secularis.* Pro *maj.* Reg. *dignitatis.*—2 Ap. August. IV. Civ. D. 6. legitur *populi n. l. tenebantur.*—3 Bong. edidit *gentibus*, eique suffragantur August. d. l. Periz. Coll. N. ed. Rom. Crusius suspicabatur *nativum gentibus.*—4 Rom. *ad L. us. term.* Flor. Ald. Junt. *ad L. term.*

NOTÆ

censet libros septem primos fuisse mundi origines: terræ vero situs, quos pollicetur inscriptio, putat esse regionum descriptiones, quæ a Justino omissæ, a Trogo non item.

[a] *Primus omnium Ninus*] Filius Nembroth seu Beli, qui, turris Babel ædificandæ princeps, novum sibi rudes in populos usurpavit imperium. Nimia in eum pietate Ninus idololatriam induxisse fertur; dum reos, qui ad ejus statuam confugerent, puniri vetuit.

[b] *Assyriorum*] Eorum regio fere tota ultra Tigrim sita est, Mediam et Susianam versus. Ab Assur Semi filio dicti sunt: quare Assur, modo pro gente, modo pro Principe Assyriorum, sumitur passim in sacris literis; ideo Ninus ab Epiphanio vocatur Assur, filius Nembroth.

[c] *Finitimis*] Assyriis: illius enim pater Belus, Chami nepos, Babyloniis tantum imperavit; sed Ninus gloriæ cupidus, Assyriis bello victis, Assyriorum rex dici, quam Babyloniorum, maluit; quod hoc paternam, illud propriam virtutem, commendaret.

[d] *Libyæ*] Libya multiplex fuit. Proprie dicta, ab Ægypto ad Tripolitanam regionem, et Syrtim majorem

domuit.[†] 6. Fuere quidem temporibus antiquiores[e] Sesostris[5][f] Ægypti,[g] et Scythiæ[h] rex Tanaus:[6][i] quorum alter in Pontum,[k] alter usque Ægyptum, excessit. 7. Sed longinqua, non finitima, bella gerebant: nec imperium sibi, sed populis suis gloriam, quærebant; contentique victoria imperio abstinebant. Ninus magnitudinem quæsitæ dominationis continua possessione firmavit. 8. Domitis igitur proximis, cum accessione virium fortior ad alios transiret, et proxima quæque victoria instrumentum sequentis esset, totius orientis populos subegit. 9. Postremum illi bellum cum Zoroastre,[7][l] rege Bactrianorum,[m] fuit, qui primus dici-

[b] *Gentes ignaras artis militaris usque ad fines Libyæ vicit.*

us. August. *ad term. us. L.*—5 Ald. Junt. *Sesostres.*—6 Arrian. Parthicis ap. Phot. Cod. 58. Πάρθους δέ φησιν ἐπὶ Σεσώστριδος τοῦ Αἰγυπτίων βασιλέως καὶ Ἰανδύσου τοῦ Σκυθῶν ἀπὸ τῆς σφῶν χώρας Σκυθίας εἰς τὴν νῦν μετοικῆσαι. Hinc Parenti in Notis ad Arrian. Hist. Ind. p. 318. legend. videbatur *Iandus.*—7 Doctiss. Prideaux. IV. Connex. Vet. et N. Test. p. 212. e Mss. legere *Oxyatre* mihi olim indicavit cl. Hudsonus.

NOTÆ

juxta Æthiopiam, et mare Mediterraneum erat extensa; ubi nunc regnum Barcæ. Olim Libya stricte sumta, Marmarica et Cyrenaica.

[†] A. M. 1997. Ant. Ch. 2055.

[e] *Temporibus antiquiores*] Horum temporum historia fabulis corrupta est: Dynastiæ enim quindecim, quas ab Africano sive Manethone mutuatas Eusebius ante Abrahamum memorat, commentitiæ sunt. Si enim annos dinumeres, earum initium 1735. annis Adami ortum antevertit. Quod quam absurdum sit, quis non videt? Primus enim rex Ægypti Mesraim Chami filius, et Noëmi nepos, Nino fere æqualis fuit.

[f] *Sesostris* [*Vexoris*] Sesostris dicitur Herodoto et Diod., Ramestes Marcellino, Setosis Manethoni. Sed fabulosus est; nisi forte sit Osiris ille, qui dictus est Bacchus Ægyptius, vel Orus ejus filius, Hercules Libyus nuncupatus; qui victoriis suis terrarum orbem illustrarunt, sed post Ninum regnarunt.

[g] *Ægypti*] Quæ hinc ad Syenem et Æthiopiam, inde ad Arabiam et Palæstinam, pertinet.

[h] *Scythiæ*] Duplex est, citerior et ulterior. Citerior intra Imaum montem, mare Caspium, et Scythicum, *la Moscovie.* Ulterior extra Imaum, quæ in ortum longe extenditur, ubi nunc, *le Catay.*

[i] *Rex Tanaus*] Hunc Taunasim vocat Jornandes; sed quis fuerit, quo tempore vixerit, an nomen fluvio Tanai dederit, an potius ab ipso acceperit, incertum.

[k] *In Pontum*] Pontus Asiæ minoris provincia, propter Pontum Euxinum ex una parte, Bithyniam et Paphlagoniam ex altera.

[l] *Zoroastre*] Non Chus Chami filius, avus Nini, ut Greg. Tur. Nec Nembroth, Nini pater, fuit, ut Græci putarunt (ex Epiph.), sed nobilis Persa (ex Euseb. Arnob. et Clem. Alex.). Qui, in Asiæ interiora penetrans,

tur artes magicas invenisse, et mundi principia siderumque motus diligentissime spectasse.‡ 10. Hoc occiso,[n] et ipse decessit,[o] relicto impubere adhuc filio Ninya, et uxore Semiramide.[p]*

Cap. II. 1. Hæc nec immaturo[1] ausa tradere imperium, nec ipsa palam tractare, tot ac tantis gentibus vix patienter uni viro, nedum fœminæ, parituris, simulat se,[a] pro uxore Nini, filium; pro fœmina, puerum.*† 2. Nam et statura utrique mediocris, et vox pariter gracilis, et lineamentorum qualitas matri ac filio similis. 3. Igitur brachia ac crura velamentis,[2] caput tiara, tegit; et, ne novo habitu aliquid occultare videretur, eodem ornatu et populum vestiri jubet: quem morem vestis exinde gens universa tenet. 4. Sic, primis initiis sexum mentita, puer esse[3]

* *Hæc cum videret tot ac tantos populos fœminæ non parituros, qui vix uni viro patienter obedirent, fingit se Nini filium esse, non uxorem; puerum, non fœminam; non ausa imperium committere puerulo, nec ipsa palam regere.*

1 Med. Leid. 2. Periz. ed. Jens. Ven. Flor. Ald. Junt. *im. puero.* Rom. *im. filio.*—2 Thuan. *et crura calceamentis:* quomodo ex conj. legit Salmas. Leid. 1. 3. *crura virilis vestis.* Matthæus Westmonast. Flor. Hist. Æt. II. cap. 6. *brachia et crura veste virili, caput tiara tegebat.*—3 Ven. Med. Flor.

NOTÆ

Bactrorum oppidum condidit: astrologiam calluit primus, et magiam exercuit: ictus fulmine interiisse dicitur. Chron. Alex.

[m] *Bactrianorum*] Qui ultra mare Caspium, Indorum finitimi, ad Oxum fl. habitant. *Usbeck.*

‡ A. M. 2044. Ant. Ch. 2008.

[n] *Hoc occiso*] Diod. et alii de illius morte nihil habent; sed Ninum ab eo semel victum, tandem repetito certamine victorem, arcem Bactrorum arte Semiramidis occupasse, thesaurosque secum asportasse memorant.

[o] *Decessit*] Ita Diod. et alii plerique; sed Dinon rem aliter ap. Ælian. narrat: vult enim eum jussu Semiramidis necatum; quæ, ubi summam ab eo potestatem ad 5. dies obtinuisset, illum occidi jussit.

[p] *Semiramide*] Fuit, ex Chron. Alex. Nini mater et uxor: unde Persæ matres pro uxoribus habuerunt. Ex Diod. Ascalonita filia Deæ Derceto, cujus jussu in loco deserto exposita, a columbis nutrita fuit; deinde a pastoribus educata, ob pulchritudinem Menoni Syriæ præfecto nupsit; et post expugnatam Bactrorum arcem eam Ninus duxit in uxorem, invito Menone, qui dedecoris impatiens sibi cruentas intulit manus. Diod. et Ctes.

* A. M. 2048. Ant. C. 2004.

[a] *Simulat se*] Hoc simile vero non videtur: cum Ninyas infantulus esset natus extremis Nini temporibus: Semiramis vero (ex Diod.) nata annos 21. quippe quæ duos jam liberos Hypatem et Hydaspem ex Menone susceperat: præterea nota erat omnibus ob res gestas in Bactrianos.

† A. M. 2049. Ant. C. 2003.

credita est. 5. Magnas deinde res gessit: quarum amplitudine ubi invidiam superatam putat, quæ sit fatetur, quemve[4] simulasset. 6. Nec hoc illi dignitatem regni ademit, sed admirationem auxit; quod mulier non fœminas modo virtute, sed etiam viros, anteiret. 7. Hæc Babyloniam[5] condidit,[b] murumque urbi cocto latere circumdedit, arenæ[6] vice bitumine interstrato: quæ materia in illis locis passim e terra exæstuat. Multa et alia præclara hujus reginæ fuere. 8. Siquidem, non contenta acquisitos viro regni terminos tueri, Æthiopiam[c] quoque imperio adjecit. 9. Sed[7] et Indiæ[d] bellum intulit;[e] quo præter illam et Alexandrum Magnum nemo intravit. 10. Ad postremum, cum concubitum filii petisset, ab eodem interfecta est,[f] duo et quadraginta annos post Ninum regno[8]

Par. Ald. Junt. omittunt *esse.*—4 Leid. 2. Ald. Junt. *quave causa.*—5 Ald. Junt. *Babylonem.*—6 Ita Bong. edidit ex cod. Cujac. cui astipulantur Med. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. *arenæ et calcis* Ald. Junt. Plinius XI. H. N. 96. 'Lac asinæ crassissimum, ut quo coaguli vice utantur:' et XXXV. 15. 'Utuntur eo [bitumine] ad lucernarum lumina olei vice.' Tac. III. H. 71. 'Ni revulsas undique statuas in ipso aditu vice muri objecisset.' Apul. VIII. M. fin. 'Femurque ejus asini accuratius in protrimentis sapidissime percoctum appone domino cervini vice.'—7 *Sed* abest Ald. Junt. Eæd. cum Rom. et plerisque Mss. *Indis.*—8 Ald. Junt. *n. qui regnavit annis* LIV. r.

NOTÆ

[b] *Babyloniam condidit*] Inchoatam a Belo amplificavit, ut Niniven a Nino conditam superaret. Murorum ambitus erat 365. stadiorum: altitudo 50. orgyorum, i. e. ulnarum, ex Plinio: latitudo aliquanto plus spatii, quam duobus curribus satis esset, obtinebat: turres erant 250. inter murum et domos erat via 2. plethorum, i. e. 200. pedum, ex Suida. Pontem super Euphratem ad stadia 160. perduxit: tum ex utraque pontis regione exstruxit arces, unde in totam regionem prospectum haberet: deinde hortos condidit amœnissimos, &c. Babylon ad Euphratem sita erat; ex illius ruinis alia civitas condita ad Tigrim, quæ olim Seleucia magna, nunc *Bagdet* dicitur.

[c] *Æthiopiam*] Duplex est, superior et inferior. Prima sub Ægypto inter Nilum et Sinum Arab. *les Abyssins.* Altera ultra Æquatorem extenditur, et antiquis ignota fuit, *Monomotapa, Congo, &c.*

[d] *Indiæ*] Asiæ regio inter fl. Indum ad occasum, et Serum fl. ad ortum, extensa, duas in partes a Gange divisa est. *Indostan.*

[e] *Bellum intulit*] Cum ingenti exercitu Staprobatem Indorum regem bello lacessivit; et eum bis, semel in Indo flumine prælio navali, iterum certamine terrestri, vicit: sed paulo post ab eo victa et læsa fugit, amissa tertia exercitus parte. Diod.

[f] *Interfecta est*] Regno cessisse filio, et se subduxisse, refert Diod. sed fi-

potita. 11. Filius ejus Ninya, contentus elaborato a parentibus imperio,[b] belli studia[g] deposuit, et, veluti sexum cum matre mutasset, raro a viris visus, in fœminarum turba consenuit.‡ 12. Posteri[h] quoque ejus, id exemplum secuti, responsa gentibus per internuntios dabant. 13. Imperium Assyrii, qui postea Syri[i] dicta sunt, mille trecentis annis[k] tenuere.[l]

Cap. III. 1. Postremus apud eos regnavit Sardanapalus,[1 a] vir muliere corruptior.[b] 2. Ad hunc videndum (quod nemini ante eum permissum fuerat) præfectus ipsius, Medis præpositus, nomine Arbaces,[2 c] cum admitti magna

[b] *Contentus regno armis acquisito a parentibus.*

1 Leid. 2. Ald. Junt. addunt *anno ante urbem conditam* LXIV. haud dubie ex Oros. I. 19. init. ubi ait: 'Anno ante Urbem conditam LXIV. novissimus apud Assyrios regnavit Sardanapalus.'—2 Magl. Bodl. Ald. Junt. *Arbacus.*

NOTÆ

dem Justino fecit nota omnibus mulieris improbitas.

[g] *Belli studia, &c.*] Instituit tamen, ut singulis provinciis imperaretur certus militum numerus, qui semper in urbe regia ipsi præsto essent; quibus post annum exauctoratis alii sufficerentur, ut exercitum semper haberet paratum, nullaque inter duces amicitia coalesceret.

‡ A. M. 2091. Ant. Ch. 1961.

[h] *Posteri*] Non Assyriorum tantum imperatores, sed multi etiam Asiæ reges hanc et vivendi et regnandi rationem secuti sunt.

[i] *Syri*] Qui inter Armeniam, Ciliciam, Mesopotamiam, Arabiam, et Palæstinam ad Mare Mediterraneum habitabant. Nunc *Souristan*. Sæpe cum Assyriis confunduntur. Europæi enim regionum illarum ignari, quicquid a Mari Sidonio ad Euphratem usque patet, modo Syriam, modo Assyriam; et populos modo Syros, modo Assyrios, vocarunt.

[k] *Mille trecentis annis*] Ctesias numerat annos 1360. Vell. 1700. vel ut Lips. corrigit 1230. Africanus 1484. Euseb. 1240. quod verius putem, Oros. 1164. Georgius Monachus 1360. sed alii initium sumunt a Nino, alii ab Belo, qui ante Ninum annos 65. regnavit.

[l] *Tenuere*] Reges recenset Africanus 41. Diod. 30. Euseb. 36. Vell. 33. Oros. 50.

[a] *Sardanapalus*] Vel Thonosconcoleras, non Assaraddon Sennacheribi filius, ut vult Genebrardus: sed hæres et filius Anaxindaraxis Assyriorum regis.

[b] *Muliere corruptior*] Dum Jonas Ninivitas ad pœnitentiam hortaretur, egit ille publicam: sed mox ad libidines rediit.

* A. M. 3235. Ant. Ch. 817.

[c] *Arbaces*] Vel *Arbactus*, Medorum, qui Niniven quotannis mittebantur, præfectus, a Beleso Chaldæo divinationis perito ad imperium invadendum excitatus, in regem conjuravit. Diod.

ambitione ægre obtinuisset, invenit eum inter scortorum greges purpuram[3] colo nentem, et muliebri habitu, cum mollitia corporis et oculorum lascivia omnes fœminas anteiret, pensa inter virgines partientem. 3. Quibus visis, indignatus tali fœminæ tantum virorum subjectum,[a 4] tractantique lanam, ferrum et arma portantes parere; progressus ad socios, quid viderit, refert: negat 'se ei parere posse, qui se fœminam malit[5] esse, quam virum.' 4. Fit igitur[6] conjuratio:[d] bellum Sardanapalo infertur. Quo ille audito, non ut vir regnum defensurus, sed, ut metu mortis[7] mulieres solent, primo latebras[e] circumspicit: mox deinde[8] cum paucis et incompositis in bellum progreditur. 5. Victus, in regiam[f] se recipit;[9] ubi exstructa incensaque pyra,[g]

[a] *Ægre ferens tantam hominum fortium multitudinem subditam esse regi effœminato.*

In prolog. huj. lib. et ap. Jornand. de Regn. Succes. Freculphum tom. I. lib. III. cap. 9. et 17. ac Matthæum Westmonast. Æt. II. 3. rectius *Arbaces* legitur; idemque exhibuit G. Major. Ceterum ap. Matth. Æt. IV. 6. vitiose editum est *Arbastus*.—3 Græv. malebat *purpuras* ex Mss. Bongarsii, quibus accedunt Thuan. Leid. 1. 3. 4. Periz. Rom. Ap. J. Saresb. VI. Policr. 14. p. 364. male abest *et*: idemque cum Periz. Coll. N. Rom. et Vincent. Bellovacensi II. Speculi Historialis 93. *mollitie*.—4 Saresb. *v. iri s.* et cum Leid. 4. *tractantesque ferrum, et arma habentes par. Lanam* quoque omittit Leid. 3.—5 Saresb. Leid. 4. *mallet*.—6 Saresb. *ergo*.—7 Leid. 2. *hostis*. Inf. cap. 8. 2. 'Quæ [Tomyris] non muliebriter adventu hostium territa,' &c. Posteriora Justini verba imitatur Saxo XI. p. 219. 43. 'Fœmineo more latebram circumspicit.'—8 [V. Var. Not.] *Mox deinde*, ut Curt. X. 7. 'Mox deinde cum stirpem generis mei latius propagare cuperem.' Inscriptio ap. Ferret. Mus. Lapid. II. 46. 'Annus erat vitæ primus, mox deinde secundi Liminibus rapuit me sibi Persephone:' et *dein postea* in Prol. lib. XXVII. 'Effugit Ariamenen, dein postea custodes Tryphonis:' et ap. Cels. VII. Medic. 18. 'Primum inflammatur, deinde postea pondere abrumpitur:' atque *post deinde* ap. Gell. I. 3. 'Post deinde idem Theophrastus ad hunc ferme modum disseruit:' VII. 3. p. 383. 'Post deinde usum esse Catonem dicit argumentis parum honestis:' et XX. 1. 'Post deinde, nisi dissolverent, ad Prætorem vocabantur.'—9 Periz. Mss. Bong. ed. Rom. Ven. *recepit*. In

NOTÆ

[d] *Conjuratio*] Arbaces Medos, Persas, et Arabes, Belesus Babylonios, ad partes suas traxit.

[e] *Latebras*] Diod. tamen refert hostes ab eo ter superatos, sed Arbacem corruptis Bactrianorum copiis, et occiso Salameno reginæ fratre, tandem vicisse.

[f] *In regiam*] Fortiter hostium impetus ad tertium usque annum repulit: sed cum Tigris, ad quem Ninive sita erat, continuis excrescens imbribus, muros ad stadia 20. evertisset, urbs capta est. Diod.

[g] *Incensaque pyra*] Ita fere omnes. Clitarchus tamen ap. Athenæum re-

et se et divitias suas in incendium mittit; hoc solo imitatus virum. Post hunc rex constituitur victor[10] ejus Arbaces, qui præfectus Medorum[h] fuerat.† Is imperium ab Assyriis ad Medos transfert.[i]

CAP. IV. 1. Post multos deinde reges,[a] per ordinem successionis, regnum ad Astyagen descendit. 2. Hic per somnum vidit ex naturalibus[1] filiæ, quam unicam habebat, vitem enatam, cujus palmite omnis Asia obumbraretur. 3. Consulti harioli, ‘ex eadem filia nepotem ei futurum,

Ven. Med. Flor. Par. *incensaque* desideratur. Leid. 5. *extr. ingensque p.* Bodl. *extr. ingentique p.* Melius Leid. 2. atque edd. quas consuluit Bong. *extr. ingenti p.* Ald. *recipit, et extr. ingenti p. se et div. et concubinas in inc. m.* Junt. *recæpit, ubi extr. ingenti p. se et div. et conc. in inc. m.* Hanc pyram describit Athenæus XII. 7. ubi ex Ctesia refert Ζαρδανάπαλον καταλυθέντα ὑπὸ τοῦ Ἀρβάκου τελευτῆσαι ἑαυτὸν ἐμπρήσαντα, ἐν τοῖς βασιλείοις πυρὰν νήσαντα ὕψος τεσσάρων πλέθρων, ἐφ' ἧς ἐπέθηκε χρυσᾶς κλίνας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, καὶ ἴσας τραπέζας καὶ ταύτας χρυσᾶς. ἐποίησε δὲ ἐν τῇ πυρᾷ καὶ οἴκημα ἑκατόμπεδον ἐκ ξύλων, κἀνταῦθα κλίνας ὑπεστόρεσε· καὶ κατεκλίθη ἐνταῦθα αὐτός τε μετὰ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, καὶ αἱ παλλακίδες ἐν ταῖς ἄλλαις κλίναις. Add. Diod. qui II. 27. ait: Πυρὰν ἐν τοῖς βασιλείοις κατεσκεύασεν ὑπερμεγέθη.—10 [In Edd. præcc. *interfector.*] Immo *victor ejus:* quomodo legitur in Rom. idemque in marg. Cod. Vat. extare per literas me certiorem fecit eminentiss. D. Valenti. Eæd. voces confunduntur in edd. Val. M. IX. 8. 1. ‘Ita exiguo momento maximæ rei casus fluctuatus est; utrum interfector, an captivus, Scipionis Syphax foret.’ Corrad. et Pigh. ediderunt *utr. victor.*

1 Coll. N. *ex pube naturali.* Inf. Cant. *vitem exsurgere, cujus.* Thuan. *cujus palmitibus.* Reg. *Hic per somnum vitem oriri vidit ex naturalibus filiæ, quam un. hab. cujus palmites omnem Asiam obumbrarent.* Herod. I. 107. Τὴν [Μανδάνην] ἔδόκεε Ἀστυάγης ἐν τῷ ὕπνῳ οὐρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε πλῆσαι μὲν τὴν ἐωϋτοῦ πόλιν· ἐπικατακλύσαι δὲ καὶ τὴν Ἀσίην πᾶσαν. Et 108. Ἐδόκεε δέ οἱ ἐκ τῶν αἰδοίων τῆς θυγατρὸς ταύτης φῦναι ἄμπελον· τὴν δὲ ἄμπελον ἐπισχεῖν τὴν Ἀσίην πᾶσαν. Ad utrumque Herodoti locum respicit Tertullian. de Anima 46. ‘Astyages Medorum regnator quod filiæ Mandanæ adhuc virginis vesicam in diluvionem Asiæ fluxisse somnio viderit, Herodotus refert: item anno post nuptias ejus ex hisdem locis vitem exortam toti Asiæ incubasse. Hæc etiam Charon Lampsacenus Herodoto prior tradit, qui filium ejus tanto operi interpretati sunt, non fefellerunt: siquidem Asiam Cyrus et mersit et pressit.’ Pro *ex hisdem locis* eruditiss. F. Junius optime correxit *ex ejusdem locis.* Post

NOTÆ

fert, eum regno spoliatum in senio decessisse.

[h] *Medorum*] Persis, Parthis, et Assyriis finitimi, secundum mare Caspium habitant. *Sirran.*

‡ A. M. 3235. Ant. Ch. 817.

[i] *Ad Medos transfert*] Ita tamen, ut concesserit Beleso Babyloniam; et Niniven Phuli Assyrio, qui conjurationis fuerat particeps. Ille post Belesi mortem, occupata Babylonia, Assyriorum imperium restauravit. De illius posteris frequens in sacris literis mentio.

[a] *Post multos reges*] Alii septem, alii novem, numerant, sed omnes fere nullius nominis, præter unum Arphaxat a Merodaco superatum.

cujus magnitudo prænuntietur, regnique ei amissionem portendi,’ responderunt. 4. Hoc responso exterritus, neque claro viro neque civi filiam,[2] ne paterna maternaque nobilitas nepoti animos extolleret, sed ex gente, obscura tunc temporis, Persarum, Cambysi, mediocri viro, in matrimonium tradidit. 5. Ac[3] ne sic quidem somnii metu deposito, gravidam ad se filiam arcessit, ut sub avi potissimum oculis partus[4] necaretur. 6. Natus infans datur occidendus[b] Harpago, regis amico et arcanorum participi.‡ 7. Is veritus, si ad filiam, mortuo rege, venisset imperium, quia nullum Astyages virilis sexus genuerat, ne illa necati infantis ultionem, quam a patre non potuisset, a ministro exigeret, pastori[c] regii pecoris puerum exponendum tradidit.[5] 8. Forte eodem tempore et ipsi pastori filius natus erat. 9. Ejus igitur uxor, audita regii infantis expositione, summis precibus rogat, ‘sibi perferri[6] ostendique puerum.’ 10. Cujus precibus fatigatus pastor, reversus in sylvam, invenit juxta infantem canem fœminam, parvulo ubera præbentem, et a feris alitibusque defendentem. 11. Motus et ipse misericordia, qua motam etiam canem viderat, puerum defert ad stabula, eadem cane anxie prosequente. 12. Quem ubi in manus[7] mulier accepit, veluti ad notam allusit: tantusque in illo vigor, et dulcis quidam blandien-

‘tradit’ majus στίγμα ponend. videtur.—2 Coll. N. *n. c. dedit f.* Ald. Junt. *n. c. nuptum dedit f.* et inf. cum Bech. Ven. Flor. Med. Par. *nepotis.* Eæd. edd. cum Ms. Med. *de gente*, et cum ed. Bong. *tradidit*, quod præferunt omnes Mss. præter Coll. N. et merito contr. Scheff. tuetur Schrader. in Animadv. ad Museum cap. 17. p. 38.—3 Ald. Junt. *at.*—4 Ald. Junt. *fœtus.* Coll. N. *pot. conspectu fœtus:* quomodo etiam edidit G. Maj.—5 Med. Magl. Bodl. ed. Rom. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *tradidit.*—6 Vulg. *adferri.* Bodl. Cant. *proferri.* Leid. 1. *preferri.* Magl. Reg. Thuan. quatuor Leid. Periz. a pr. m. ed. Rom. Ald. Junt. *perferri.* Val. Flacc. v. Arg. 491. ‘Hic sibi me auratæ pecudis quiscumque periclis Exuvias perferre jubet.’ Martial. IV. 10. 11. ‘I puer, et caro perfer leve munus amico.’—7 Sic Fabro emendanti suffragantur Leid. 3. Coll. N. ed. Rom. Gellius præf. ‘Ut librum in manus ceperam.’—

NOTÆ

[b] *Datur occidendus*] Eadem habent Herod. et Diod. et alii omnes; excepto uno Xenoph. qui diversa penitus memorat; sed cum Cyropædiam, non ad historiæ fidem, sed ad effigiem justi imperii, scripserit, aliis potius quam ipsi fides adhibenda.

‡ A. M. 3458. Ol. 46. 2. U. C. 158. Ant. Ch. 594.

[c] *Pastori*] Cui nomen fuit Mithridates.

tis[8] risus, apparuit, ut pastorem uxor ultro rogaret, ‘ suum partum[9] pro illo exponeret, permitteretque sibi, sive fortunæ ipsius, sive spei suæ, puerum nutrire.’[a] 13. Atque ita permutata sorte parvulorum, hic pro filio pastoris educatur; ille pro nepote regis exponitur. 14. Nutrici Spaco postea nomen fuit, quia canem Persæ sic vocant.

Cap. v. 1. Puer deinde, cum inter pastores esset, Cyri nomen[a] accepit. 2. Mox rex inter ludentes sorte delectus cum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela est regi delata, indignantibus a servo regio ingenuos homines servilibus verberibus affectos. 3. Ille arcessito puero et interrogato, cum, nihil mutato vultu, ‘ fecisse se ut regem ’ respondisset, admiratus constantiam, in memoriam somnii responsique revocatur. 4. Atque ita cum et vultus similitudo, et expositionis tempora, et pastoris confessio convenirent, nepotem agnovit. 5. Et quoniam defunctus sibi somnio videretur, agitato inter pastores[b] regno, animum minacem duntaxat in illo fregit.[a] 6. Ceterum Harpago amico suo infestus,[1] in ultio-

[a] *Ut permitteret, et filium suum pro eo exponere, et hunc infantem educare, cui fortunam affuturam sperabat.*

[a] *Et quia somnium jam sortitum effectum videbatur, imperio inter pastores simulato, illius mentem audacem minis terruit.*

8 Plerique Mss. ed. Rom. *bl. infantis* pro *infantiæ*: quomodo Avus legend. suspicabatur. Val. M. II. 7. 6. ‘ Cujus infantiæ blandimenta sinu atque osculis foverat.’ Hegesipp. v. 18. ‘ Si qua materno affectu percita, miserans vagitus infantiæ, succos ciborum ore proprio vellet infundere.’—9 Vulg. *quo suum p.* Magl. Leid. 2. 4. *ut p. suum*, iterata *ut*, quemadmodum ap. Gell. III. 9. ‘ Sed eundem equum tali fuisse fato sive fortuna ferunt, ut quisquis haberet eum possideretque ut is cum omni domo, familia, fortunisque omnibus suis ad internecionem deperiret:’ ubi vid. Avum. Venustius Leid. 4. *rog. suum p.* omissa *ut*, quæ post ‘ jubere,’ ‘ precari,’ ‘ hortari,’ et similia verba eleganter omitti solet. Ita inf. v. 10. 4. ‘ Orat, misereantur exulum civium:’ VII. 5. 4. ‘ Alexander rogat patrem, respectu ætatis et gravitatis suæ abiret convivio:’ et XXXIV. 3. 2. ex Med. 2. ‘ Hortatique sunt, crudelitate patris provocatus occupet insidias.’ Add. XII. 8. 10. XXVIII. 1. 6. et 2. 13. XXX. 3. 3. XXXI. 1. 2. Saxo XI. p. 215. 27. ‘ Sacristæ somnum capienti quidam per quietem præcepit, Suenoni sufficere diceret, quod,’ &c. et p. 219. 42. ‘ Blacco hortatur, fugæ parcat:’ ac XIV. p. 302. init. ‘ Absalonem aliosque Danicæ nobilitatis proceres obsecrat, regem arrepti itineris emensione prohibeant.’

1 Hegesipp. v. 16. p. 326. ‘ Cui enim infestior quam mihi esse debuit?’

NOTÆ

[a] *Cyri nomen*] Cyrus Persico sermone *solem* significat; ex Ctesia et Plut.

[b] *Agitato inter pastores*] Ab ariolis, ne illum occideret, impeditus. Somnio enim jam factum esse satis dice-

nem servati nepotis, filium ejus interfecit, epulandumque patri[c] tradidit. 7. Sed Harpagus, ad præsens tempus dissimulato dolore, odium regis in vindictæ occasionem distulit. 8. Interjecto deinde tempore, cum adolevisset Cyrus, dolore orbitatis admonitus, scribit ei, ut ‘ ablegatus in Persas ab avo fuerit:’ ut ‘ occidi eum parvulum avus jusserit:’ ut ‘ beneficio suo servatus sit:’ ut ‘ regem offenderit:’ ut ‘ filium amiserit.’ 9. Hortatur, ‘ exercitum paret, et pronam ad regnum viam ingrediatur,’ Medorum transitionem pollicitus. 10. Epistola, quia palam ferri nequibat, regis custodibus omnes aditus obsidentibus, exenterato[a] lepori inseritur, lepusque in Persas Cyro ferendus fido servo traditur: addita retia, ut sub specie venationis dolus lateret.

Cap. VI. 1. Lectis ille epistolis,[1] eadem somnio aggredi jussus est: sed præmonitus, ut, quem primum postera die obvium habuisset, socium cœptis assumeret. 2. Igitur, antelucano tempore ruri iter ingressus, obvium habuit servum de ergastulo cujusdam Medi, nomine Sybaren. 3. Hujus requisita origine, ut in Persis genitum audivit, demtis compedibus, assumtoque comite, Persepolin[a] regreditur. 4. Ibi convocato populo, jubet omnes[b] præsto

Rom. atque ita legit Crusius ex conj. *infensus*, ut inf. XIII. 4. 7. ‘ Infensus seditionis auctoribus.’ Ead. adjectiva misceuntur quoque XXXV. 1. 2. ‘ Ariarathi propter fastiditas sororis nuptias infestus:’ Med. 1. Bodl. Leid. 5. *infensus:* et ap. Freculph. tom. I. lib. IV. 23. ‘ Quem cum undique infensi hostes circumdedissent.’ Uterque MS. Leid. et Oros. II. 19. p. 191. *infesti.* —2 Sic Med. Leid. 3. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Jens. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. idque placebat Avo et Vorstio. Thuan. Leid. 4. ed. Rom. *evisceratо*, quod ex glossa ortum videtur. Plin. XXX. 10. ‘ Quidam et ipsum [stellionem] arundine exenteratum inveteratumque bibendum dedere:’ et XXXII. 8. f. de ranis: ‘ Suspensæ autem pedibus exenterari jubentur.’ Lib. Tobiæ VI. 5. ‘ Exentera hunc piscem.’

1 Ald. Junt. *literis.*—2 Sic Med. Magl. Mss. Fuld. Leid. 2. ed. Bern. Lucret. v. 1411. ‘ Nam quod adest præsto, nisi quid cognovimus ante Suavius,

NOTÆ

bant, cum ille regem inter pastores egisset.

[c] *Epulandum patri*] In cœna filium necatum partim assum, partim elixum, vorandum proposuit, et cœna peracta jussit afferri reliquias, ut inde, si quid placeret, sibi sumeret Harpagus.

[a] *Persepolin*] In medio Persidis, ad Rogomanem fl.

[b] *Jubet omnes*] Libellum enim scripserat, quem se ex ipsa Media

cum securibus adesse,[2] et sylvam viæ circumdatam excidere. 5. Quod cum strenue fecissent, eosdem postera die apparatis epulis invitat: 6. deinde cum alacriores ipso convivio factos videret, rogat, si conditio proponatur,[3] utrius vitæ sortem legant, hesterni[4] laboris, an præsentium epularum? 'Præsentium,' ut acclamavere omnes; ait, 'hesterno similem labori omnem vitam acturos, quoad Medis pareant: se secutos,[5] hodiernis epulis.'[a] 7. Lætis omnibus, Medis bellum infert. 8. Astyages, meriti sui in Harpagum[6] oblitus, summam belli eidem committit: 9. qui exercitum acceptum statim Cyro per proditionem[7] tradidit, regisque crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur. 10. Quod ubi Astyages audivit, contractis undique auxiliis, ipse in Persas proficiscitur;* et repetito alacrius certamine, pugnantibus suis, partem exercitus de[8] tergo ponit; et tergiversantes ferro agi[9] in hostes jubet: 11. ac denuntiat suis, 'ni vincerent,[10] non minus fortes etiam[11] post terga inven-

[a] *Si illis optio detur, utrius vitæ conditionem eligant, an laboris hesterni, an convivii hodierni? Postquam omnes acclamaverunt, Se electuros conditionem convivii hodierni, addidit eos transacturos totam vitam similem labori hesterno, quamdiu obedirent Medis: similem vero convivio hodierno, si se sequerentur.*

inprimis placet.' Terent. Eun. v. 8. 20. 'Sed ubi est frater? CH. Præsto adest.' Curt. VII. 1. 'Edicit, et omnes in vestibulo regiæ præsto afforent.' Cf. notam Wopkensii.—3 Med. Magl. Reg. Bodl. Thuan. quatuor Leid. Periz. Mss. Bong. ed. Rom. *ponatur*. Cic. I. de Off. 10. 'Referri enim decet ad ea, quæ posui in principio, fundamenta justitiæ.' Ita tres Mss. pro vulg. *quæ proposui*. Liv. XXXIV. 58. 'Ego quoque duas conditiones ponam.' Sen. Ep. XIX. 'Ejusmodi quæstiunculas ponens.' Val. M. IX. 12. Ext. 3. 'Quia quæstionem a piscatoribus positam solvere non potuisset.' Ita pro vulg. *propositam* emendarunt Perizon. et Torren. ex Mss. quibus accedit Ald. Add. notam Avi ad XI. 11. 10.—4 Med. Magl. Leid. 2. 5. Periz. Coll. N. ed. Rom. Flor. Med. Ald. Junt. *hesternine*.—5 Med. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. *si se secuti sint*.—6 Omn. Mss. excepto Thuan. a sec. m. *in Harpago*, vel *in Arpago*. Ita XXII. 2. 5. e tribus Mss. 'Peculiaria in ipso officia sui repromittens.' Saxo XIV. p. 250. 9. 'Rex vero suorum in Eskillo dedecorum oblitus:' et p. 256. 1. 'Waldemarus paterna in Canuto merita perosus.'—7 Vulg. *dedit*. Leid. 5. ed. Ald. Junt. *prodit*. quod alteri præfert Vorst. idemque extat ap. Freculph. I. III. 18. et Oros. I. 19. ubi Fabricius notat: 'In Justini libris impressis mendose *dedit*. legitur, cum in antiquis recte sit *prodit*.' Id. Ms. eædemque edd. *tradit*.—8 Sic Med. Magl. Reg. Thuan. Bodl. quatuor Leid. Periz.—9 Rom. Flor. Par. Ald. *et in terg. f. agi ut*.—10 Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *nunciat s. ni vicerint*. In Flor. operarum errore editum est *micerint*.—11 Abest a Med. Magl. Coll. N. Leidd. Periz.—12 *Et vis* ex Ms. Bong. edidit Græv. Reliqui omnes Mss. præter Leid. 5. in quo extat *et jus*, atque vett. edd. *ejus*. Mox Med. Leid. 3. 4. *P. itaque P. acies cum p. c.* Oros. et Frec. 'Qua necessitate instanter Medis pugnantibus, pulsa iterum P. acies cum p. c.' ubi *iterum* abundat, et recte abest a Ms. Leid. Orosii atque Freculphi. Saresberiensis VI. 16. f. 'Cum enim irruentibus Medis acies Persarum pulsata in fugam ageretur, et omnino deficiens nec victorem respicere auderet, matres et uxores eorum passim obviam fugientibus currunt, (*occurrunt* Just. et Oros.) et mulierum densata acie orant, in prælium revertantur. Nolentibus, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, ... et facta impressione, quos fugiebant, fugere compulerunt.'—13 Oros. et Frec. 'quærentes.'—14. Periz. *nil amplius*. Lactant. VI. 11. 23. 'Ut etiam homines stultissimi malum sibi malo comparaverint; aut, si adeo placuerint, nihil amplius, quam inanem favorem paucorumque dierum fabulas, assequantur.' Vulg. tamen loco non movend. Cf. Avum ad Liv. XXXI. 24.—15 Leid. 2. *se egit*: ut inf. VII. 5. 9. ex eod. Ms. et Magl. ed. Rom. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. 'Itaque Philippus din non se regem, sed tutorem pupilli, egit:' et VIII. 2. 10. ex Magl. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. 'Aguntque se propugnatores sceleris.' Vulgatum imitatur Saxo I. p. 5. 'Sed nec Lotherus tolerabiliorem regem quam militem egit:' VIII. p. 147. 44. 'Crudelitati intentus impium regem agebat:' X. p. 192. 51. 'Desertorem agere ratus:' XIII. p. 230. 54. 'Bonorum repetitorem agere cœpit:' et p. 234. 50. 'Bonorum ejus pervasore magere cœpit:' et XIV. p. 270. 33. 'Cujus concubinarii filii pædagogum ageret.'—16 Thuan. *eumque ducem g.* idemque in Puteaneo reperit Bong.

NOTÆ

coram Persarum primatibus accepisse simulat, in quo scriptum erat, Cyrum ab Astyage designatum esse Persarum ducem.

* A. M. 3493. Ol. 54. 4. U. C. 192. Ant. Ch. 559.

turos, quam a frontibus, viros: proinde videant, fugientibus hæc, an illa pugnantibus, acies rumpenda sit.' 12. Ingens, post necessitatem pugnandi, animus[14] exercitui ejus accessit. 13. Pulsa itaque cum Persarum acies paulatim cederet, matres et uxores eorum obviam occurrunt: orant, in prælium revertantur: 14. cunctantibus, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, rogantes,[13] num in uteros matrum vel uxorum velint refugere. 15. Hac repressi castigatione, in prælium redeunt: et facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt. 16. In eo prælio Astyages capitur:[c] cui Cyrus nihil aliud[14] quam regnum abstulit; nepotemque in illo magis quam victorem egit:[15] eumque maximæ[16] genti Hyrcanorum[d] præposuit.[e] Nam in Medos

NOTÆ

[c] *Astyages capitur*] Dum illi Harpagus filii cædem exprobrat, Harpago proditionem objecit Astyages, qua Medos insontes ob unius pueri necem in servitutem redegisset. Herod.

[d] *Hyrcanorum*] Qui inter Mare Caspium et Oxum fl. habitant.

[e] *Præposuit*] Ap. se retinuit, ex Herod. ne bellum renovaret: sed ap. Medos Darium, sive Cyaxarem, Astyagis, non natura sed adoptione, filium regnare voluit. Sic Pererius. At, ne res novas moliretur, ejus filiam in uxorem duxit. Xenoph.

reverti ipse noluit. 17. Hic finis Medorum imperii fuit. Regnaverunt annos CCCL.[f]

CAP. VII. 1. Initio regni Cyrus Sybaren, cœptorum socium, quem juxta nocturnum visum ergastulo liberaverat, comitemque in omnibus rebus habuerat, Persis præposuit, sororemque suam ei in matrimonium dedit.† 2. Sed civitates, quæ Medorum tributariæ fuerant, mutato imperio, etiam conditionem suam mutatam arbitrantes, a Cyro defecerunt: quæ res multorum bellorum Cyro causa et origo fuit. 3. Domitis demum plerisque, cum adversus Babylonios[a] bellum gereret,[b] Babyloniis rex Lydorum[c] Crœsus, cujus opes[d] et divitiæ insignes ea tempestate erant, in auxilium venit;[e] victusque[f] jam ac desolatus in regnum refugit.[g] 4. Cyrus quoque post victoriam, compositis in Babylonia rebus, bellum transfert in Lydiam. 5. Ibi fortuna prioris

NOTÆ

[f] *Annos* CCCL.] Ctesias et Herod. 317. numerant: si tamen ab Arbace ad Astyagis cladem annos dinumeres, 258. tantummodo reperies.

† A. M. 3494. Ol. 55. 1. U. C. 193. Ant. Ch. 558.

[a] *Babylonios*] Ut hoc clarius intelligatur, aliquid breviter de regibus Babyloniis dicendum. Primus fuit Phul, ut diximus; cui successerunt Theclatphalazar, Salmanazar, Sennacherib, Assaraddon, Merodacus ejus affinis, Benmerodach, Nabuchodonozor senior, Nabuchodonozor magnus, Evilmerodach, et Balthazar. Hos omnes regnasse ex sacris literis constat: sed alii Darium Medum, alii Balthazarem, victum a Cyro volunt: primam sententiam tuentur antiquiores multi, Berosus, Megasthenes, et Abydenus ap. Euseb. alteram recentiorum plerique, Xenophontem et Joseph. secuti. Illi Laborossarchodo, i. e. Balthazare ob pravam indolem a suis occiso, volunt Darium, patria Medum, conjurationis participem a proceribus in regem electum fuisse, eumque Nabonidum vocant. Hi vero, quibus adhæreo, dicunt Darium Medum Cyro, dum Babyloniam obsideret, affuisse, et ab eo fuisse Babyloniis præpositum.

[b] *Bellum gereret*] Babyloniam post Crœsum devictum, captam referunt omnes fere historici.

[c] *Rex Lydorum*] Asiæ minoris populi propter Phrygiam Pactoli ripas incolebant.

[d] *Cujus opes*] Quatuordecim Asiæ populos intra Halim positos subegerat.

[e] *In auxilium venit*] Ulturus injurias Astyagi affini suo illatas. Alyattes enim Crœsi pater filiam suam Arriennen ad pacem firmandam dederat Astyagi filio Cyaxaris; quorum bellum ideo gesserat, quod Alyattes profugos Scythas recepisset. Herod.

[f] *Victus*] Propter Halym fl. quem Thaletis industria transierat.

[g] *In regnum refugit*] Ut socios, præsertim Ægyptios, in auxilium vocaret: fœdus enim cum Amasi inierat.

prælii perculsum jam Crœsi exercitum nullo negotio[h] fundit: Crœsus ipse capitur.[i]‡ 6. Sed quanto bellum minoris periculi, tanto et mitior victoria fuit.[k] 7. Crœso et vita et patrimonii partes et urbs Barce[1][1] concessa sunt: in qua, etsi non regiam vitam, proximam tamen majestati regiæ degeret. 8. Hæc clementia[m] non minus victori quam victo utilis fuit. 9. Quippe ex universa Græcia,[n] cognito quod illatum Crœso bellum esset, auxilia velut ad commune extinguendum incendium confluebant. 10. Tantus Crœsi amor apud omnes urbes erat: passurusque Cyrus grave bellum Græciæ fuit, si quid in Crœsum[a] crudelius consuluisset. 11. Interjecto deinde tempore, occupato[o] in aliis bellis Cyro, Lydi rebellavere:[p] 12. quibus iterum victis[q] arma[r] et equi ademti, jussique cauponias, et ludicras artes,

1 Coll. N. *Beroë*. Jens. Flor. Med. Par. *Berce*. Ven. *Barcæ*. Ald. *Beroea*. —2 Med. Magl. Leidd. Periz. Thuan. ed. Rom. *in Crœso*.—3 Flor. Par. Ald.

NOTÆ

[h] *Nullo negotio*] Cruentum tamen fuisse prælium refert Herod. licet propter camelorum odorem dimissis equis Lydi pedites cum Persis equitibus pugnarent.

[i] *Capitur*] Non in prælio, sed expugnata quatuordecim diebus regia civitate Sardi. Sociis auxilium ferre Crœso, per Cyri diligentiam non licuit.

‡ A. M. 3506. Ol. 58. 1. U. C. 205. Ant. Ch. 546.

[k] *Mitior victoria fuit*] Vinctus compedibus super rogum impositus fuit Crœsus, ut vivus cremaretur: sed cum Solonem sæpius inclamaret, a quo audierat beatum in vita esse neminem, Cyrus ipse, reveritus fortunæ inconstantiam, illum flammis eripi jussit. Herod.

[l] *Barce*] Urbs est Pentapoleos, quo Cyri arma nondum pervenerant: hanc Barenem vocat Ctesias, quæ in Media non procul ab Ecbatanis sita est. Ex Steph.

[m] *Hæc clementia*] Refert Ctesias Crœsi filium obsidem Cyro datum in patris conspectu interfectum; illius matrem nimio dolore e muro se dedisse præcipitem, ipsumque Crœsum vinculis oneratum fuisse; quamvis Herodotus dicat illum ap. Cyrum honorifice habitum ad Cambysis tempora vixisse.

[n] *Ex universa Græcia*] Iones et Æoles victis Lydis legatos ad Cyrum miserunt, quos ille sprevit; quod illius amicitiam ante bellum contemsissent. Herod. *Græcia*] Ex una parte Thessalia et Epiro terminata est; reliquis ex partibus Mari Mediterraneo alluitur. *Romeli*.

[o] *Occupato, &c.*] Reversus enim in Persidem, adversus Babylonios, Bactrianos, et Sacas bellum gerebat. Herod.

[p] *Lydi rebellavere*] Duce Actya Lydo, cui Crœsi thesauros Cyrus crediderat.

[q] *Quibus iterum victis*] A Mazare Medo, quem Cyrus in Actyam miserat: sed paulo post, mortuo Mazare,

et lenocinia exercere. 13. Et sic gens industria quondam potens, et manu strenua, effœminata mollitie luxuriaque, virtutem pristinam perdidit; et, quos ante Cyrum invictos bella[r] præstiterant, in luxuriam lapsos otium ac desidia superavit. 14. Fuere Lydis multi ante Crœsum[s] reges, variis casibus memorabiles: nullus tamen fortunæ[4] Candauli comparandus. 15. Hic uxorem, quam propter formæ pulchritudinem deperibat, prædicare omnibus solebat, non contentus voluptatum suarum tacita conscientia, nisi etiam matrimonii reticenda publicaret: 16. prorsus quasi silentium damnum pulchritudinis esset. 17. Ad postremum, ut affirmationi suæ[5] fidem faceret, nudam sodali suo Gygi[t] ostendit. 18. Quo facto et amicum[u] in adulterium uxoris solicitatum, hostem sibi fecit; et uxorem, veluti tradito alii amore, a se alienavit. 19. Namque brevi post tempore cædes Candauli nuptiarum præmium[6] fuit, et uxor, mariti sanguine dotata, regnum viri et se pariter adultero tradidit.

CAP. VIII. 1. Cyrus, subacta Asia,[a] et universo oriente

Junt. *et arma.*—4 *Fortuna* Ald. Junt. verum Med. Magl. Leidd. Periz. ed. Rom. Ven. Flor. aliæque, *fortunæ:* ut IV. 3. 2. 'Ausi facinus nulli tyranno comparandum.' Vid. Avum ad Liv. XXVII. 20. et Epit. lib. XLVII.—5 Leid. 3. *affirmatione sua;* idque ex Ms. Bong. placebat Scheffero: verum vulg. merito tuetur Duker. ad Flor. III. 16. 1. Similiter dixit Liv. XXVI. 19. 'Vulgatæ opinioni fidem apud quosdam fecit, stirpis eum divinæ virum esse.' Coll. N. *adfirmationis suæ*, et *Gygi sodali suo nudam eam demonstravit.* Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *eam G. sodali suo nudam demonst.*—6 Conj. Avi pro *præm.* corrigentis *pretium* tuentur Burmanni ad Ov. Ep. VI. 158. Et ad Antholog. Vet. Lat. Epigr. Et Poëm. II. 119. 13.

NOTÆ

successit Harpagus, qui omnes Ionum civitates partim vi, partim deditione, recepit.

[r] *Invictos bella*] Omnes populos ab Ionia ad Halim usque vicerant.

[s] *Multi ante Crœsum*] Una cum Olympiadibus cœperunt an. Mundi 3278. excisæ Trojæ 408. Primus fuit Ardizes, deinde Aliad, Meles, Candaules, Gyges, Sadyattes, Alyattes, et Crœsus.

[t] *Sodali suo Gygi*] Multa Auctores de illius annulo commenti sunt, quos inter, Plato fingit eum, cum in antrum forte descendisset, annulum aureum e digito hominis mortui, qui in equo æneo erat inclusus, detraxisse, illiusque annuli virtute, cum a nullo videretur, et reginæ stuprum et mortem regi intulisse.

[u] *Amicum*] Regius pastor fuit, ex Plat. et Cic.

[a] *Subacta Asia*] Victo Balthazaris exercitu Euphratem in fossas et lacunas avertit, Babyloniamque per siccum fluminis alveum ingressus,

in potestatem redacto, Scythis bellum infert.[b*] 2. Erat eo tempore Scytharum regina Tomyris,[c] quæ non muliebriter adventu hostium territa, cum prohibere eos transitu Araxis[d] fluminis posset,[1] transire permisit, et sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos rata, et hostibus objectu fluminis fugam difficiliorem. 3. Itaque Cyrus trajectis[2] copiis, cum aliquantisper in Scythiam processisset, castra metatus est. 4. Dein postera die, simulato metu, quasi refugiens castra deseruisset, ita vini[3] affatim,[e] et ea quæ epulis erant necessaria, reliquit.[a*] 5. Quod cum nuntiatum[4] reginæ esset, adolescentulum filium ad insequendum eum cum tertia parte copiarum mittit. 6. Cum ventum ad Cyri castra esset, ignarus rei militaris adolescens, veluti ad epulas non ad prælium venisset, omissis hostibus, insuetos barbaros vino se onerare patitur:[b*] 7. priusque Scythæ ebrietate quam bello vincuntur. 8. Nam cognitis his Cyrus reversus

[a*] *Reliquit magnam vini copiam, et omnia necessaria ad epulas.*
[b*] *Patitur Scythas barbaros, non solitos vinum bibere, vino inebriari.*

1 Jens. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *cum pr. eos posset, vadum A. fl.* Coll. N. *cum pr. a transitu eos posset, vadum A. fl.* Oros. II. 7. et Frec. tom. I. III. 18. 'Cum prohibere transitu (Frec. et Ms. Oros. *transitum*) Araxis fl. transire permisit.' Vocem *fluminis*, quam e marg. in context. irrepsisse suspicabatur Græv. quia mox sequitur 'objectu fluminis,' loco non movend. vere existimat Schrader. Animadv. in Musæum cap. 13. p. 249.—2 Med. Leid. 2. 5. ed. Ven. Flor. Med. Par. *transj.* ut XX. 1. 1. ex Leid. 2. 'Copias in Italiam transjecit.' Liv. VII. 2. 'Coguntur naves in alteram ripam transjicere.'—3 Saxo II. p. 21. med. 'Post hæc, simulato metu, castra paulisper deserere cœpit.' Plerique Mss. *Dein*, vel *Deinde, post. die sim. metu q. r. c. deser. ita vini* (Leid. 1. 2. 3. 4. ed. Jens. Rom. *vinum*) *aff.* Oros. et Frec. 'Insuper astu eadem (castra) instructa vino epulisque deseruit, quasi territus refugisset.' Venustam codd. scripturam erudite tuetur Wopkens.—4 Flor. Par. Ald. Junt. *renunt.*—5 Sic

NOTÆ

regem interfecit, et urbe potitus est.

[b] *Scythis bellum infert*] Massagetas vocat Herod. quos ad mare Caspium orientem versus constituit, in maxima planitie, quam fl. Araxes claudit.

[*] A. M. 3516. Ol. 60. 3. U. C. 215. Ant. Ch. 536.

[c] *Tomyris* [*Tamyris*] Tomyris dicitur Herod. et aliis.

[d] *Transitu Araxis*] Qui e monte Tauro exsiliens Armeniæ partem irrigat, et orientem versus defluens, Cyro flumini junctus, exonerat se in mare Caspium.

[e] *Vini affatim*] Crœsi sententiam secutus, qui Scythas vino facilius quam armis vinci posse dixerat. Herod.

per noctem saucios[f] opprimit, omnesque Scythas cum reginæ filio interficit.[g] 9. Amisso tanto exercitu, et, quod gravius doleret,[5] unico filio, Tomyris orbitatis dolorem non in lacrymas effudit; sed in ultionis solatia intendit:[a] hostesque, recenti victoria exultantes, pari insidiarum fraude circumvenit: 10. quippe simulata diffidentia[h] propter vulnus acceptum, refugiens, Cyrum ad angustias usque[6] perduxit. 11. Ibi, compositis in montibus insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege trucidavit. 12. In qua victoria etiam illud memorabile fuit, quod ne nuntius quidem tantæ cladis superfuit. 13. Caput Cyri[i] amputatum† in utrem humano sanguine repletum conjici regina jubet, cum hac exprobratione crudelitatis: 'Satia te,' inquit, 'sanguine, quem sitisti, cujusque insatiabilis semper fuisti.' 14. Cyrus regnavit annos triginta, non initio tantum regni, sed continuo totius temporis successu, admirabiliter insignis.

CAP. IX. 1. Huic successit filius Cambyses, qui imperio patris Ægyptum adjecit:‡ 2. sed, offensus superstitionibus[a] Ægyptiorum, Apis[b] ceterorumque Deorum ædes

[a] *Filii mortem non lacrymis prosecuta est, sed ulcisci conata est.*

Med. Leid. 2. 5. Bodl. *doleret.* Leid. 1. 3. 4. Periz. ed. Jens. aliæque *dolendum.* Rom. *q. erat g. dolendum.*—6 Rom. *ad ang. montium usq.* Coll. N. Flor. Par. Ald. *ad usq. ang.* eædemque edd. mox *produxit.* Decem Mss. *perduxit.*

NOTÆ

[f] *Saucios*] I. e. vinolentos et mero saucios. Sic Ennius habet, 'Amore saucius;' et Tibull. 'Percussus tempora Baccho.' Freinsh. *securos* legend. censet. [Q.?]

[g] *Interficit*] Non vult Herod. occisum Spargabisem, sed captum; qui tamen solutus ebrietate, cum impetrasset ut vincula tollerentur, continuo sibi manus cruentas intulit.

[h] *Simulata diffidentia*] Aperto Marte Cyri exercitum vicit, ex Herod.

[i] *Caput Cyri*] Non credend. Xenophonti, qui Cyrum in lecto morientem describit.

† A. M. 3523. Ol. 62. 2. U. C. 222. Ant. Ch. 529.

‡ A. M. 3528. Ol. 63. 3. U. C. 227. Ant. Ch. 524.

[a] *Offensus superstitionibus*] Aliam belli causam refert Herod. Cum Cambyses Amasis filiam in uxorem petiisset, metuens ille ne pellicis potius quam uxoris loco haberetur, Nitetim Apryis, quem ipse occiderat, filiam pro sua misit; quod cum Nitetis Cambysi dixisset, ille fraudem ulturus in Ægyptum arma movit, et Psammeticum, qui mortuo patri Amasi successerat, ad Pelusium vicit, Memphimque una cum rege cepit; quem, ex Ctesia, relegavit in Susa

dirui jubet.[c] 3. Ad Hammonis[1][d] quoque nobilissimum[e] templum expugnandum exercitum mittit: qui tempestatibus et arenarum molibus oppressus interiit. 4. Post hæc per quietem vidit fratrem suum Smerdim[2][f] regnaturum. 5. Quo somnio exterritus non dubitavit post sacrilegia[g] etiam parricidium facere. 6. Erat enim difficile, ut parceret suis, qui cum contemtu religionis grassatus etiam adversus Deos fuerat.[a] 7. Ad hoc tam crudele ministerium Magum quendam ex amicis delegit, nomine Cometen.[3][h] 8. Interim

[a] *In Deos crudelis extiterat.*

1 Leid. 3. *Hamonis.* Vulg. *Am.* Periz. *Hamm.* ut XI. 10. 9. et *Hammonem* XII. 15. 7.—2 Zonar. IV. Annal. 1. Τοῦ Καμβύσου ἦν ἀδελφὸς κατὰ μὲν Ξενοφῶντα (VIII. de Inst. Cyri p. 235. ed. Par.) Ταναοξάρης· κατὰ δὲ τὸν Ἡρόδοτον Σμέρδης ὀνομαζόμενος. Eund. Ctesias a Voss. ad h. l. laudatus appellat Ταννοξάρκην, quod Persicum nomen Græce interpretatur Tzetzes Chil. VIII. 950. Πέρσαι δὲ τὸν μακρόχειρά φασι Ταννοξάρκην.—3 Flor. Par. *Praxaspem.* Ald. Junt. *Præxas-*

NOTÆ

cum sex Ægyptiorum millibus. Flebilem de illius liberis historiam narrat Herod.

[b] *Apis*] Vitulus est, Osiridi, i. e. soli, consecratus, toto corpore niger, in fronte habens candorem quadratæ figuræ, in tergo effigiem aquilæ, cantharum in palato, duplices in cauda pilos, quem mater fulmine icta peperisset. Moris erat, ut Memphim, ubi juventus esset, continuo ingenti pompa deduceretur, et ubique celebrarentur convivia; sed post ævi spatium sacris libris præscriptum necaretur immersus Nilo, moxque alter sacraretur.

[c] *Dirui jubet*] Amissa exercitus parte ex Æthiopibus Cambyses inglorius Memphim repetebat, dum forte Ægyptii, quod Apis apparuisset, festum diem celebrarent; quod ille male, quasi de clade exercitus lætarentur, interpretatus, Ægyptios occidi, sacerdotes flagris cædi, jussit, ipseque Apim stricto gladio vulneravit; propter quod scelus dicunt Ægyptii illum continuo insaniisse.

[d] *Hamm.* [*Ammonis*] Ammon fuit rex Ægypti, qui, quod galeam geminis cornibus insignem gereret, sub forma arietis pictus est: unde Poëtæ hoc templum Jovi dicatum a Baccho commenti sunt; quod ipsi fontem, dum exercitus in Libya siti periret, sub arietis figura ostendisset.

[e] *Nobilissimum*] Oraculis toto orbe celeberrimum, in mediis Libyæ arenis; undique multæ erant consitæ arbores, quas nitidi fontes irrigabant, licet fons nullus et arbor nulla in tota Libya appareat. Lucan. Ab ἄμμος, *arena*, Ammon dicitur.

[f] *Smerdim* [*Mergim*] Smerdim vocat Herod. qui solus arcum ingentem, quem Æthiopum rex miserat, inflectere potuit; quapropter invidus Cambyses eum in Persidem remisit.

[g] *Post sacrilegia*] Et Deorum templa everterat, et sororem primus contra fas duxerat in uxorem, quam paulo post, eo quod Smerdis lugeret necem, jussit interfici.

[h] *Nomine Cometen*] Vocatur ab Herod. Prexaspes; a Ctesia, Spenda-

ipse, gladio sua sponte evaginato,[i] in femore[t] graviter vulneratus, occubuit;[k] * pœnasque luit, seu imperati parricidii, seu sacrilegii perpetrati. 9. Quo nuncio accepto, Magus[l] ante famam amissi regis occupat facinus; prostratoque Smerde, cui regnum debebatur, fratrem suum subjecit Oropasten.[b] 10. Erat enim et oris et corporis lineamentis per-

[b] *Ante rumorem sparsum de morte regis crimen aggreditur, occisoque Mergide in ejus locum fratrem suum inducit Oropasten.*

pem. Leg. *Prexaspen.* Hunc enim, Cambysis jussu, Smerdim interfecisse refert Herod. qui etiam eund. a fratribus Magis clare distinguit III. 75. Καὶ δὴ ἔλεγε [Πρηξάσπης] τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιν ὡς αὐτὸς ὑπὸ Καμβύσεω ἀναγκαζόμενος ἀποκτείνειε, τοὺς Μάγους δὲ βασιλεύειν. Πέρσῃσι δὲ πολλὰ ἐπαρησάμενος, εἰ μὴ ἀναιτησαίατο ὀπίσω τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς Μάγους τισαίατο, ἀπῆκε ἑωϋτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω. Idem etiam Magum, qui fratrem suum Σμέρδιν, quem 'Oropasten' appellat Justinus, in regnum subjecit, Πατιζείτην nominat lib. eod. 61. Iid. Zonaræ IV. 1. dicuntur Κατιζίτης et Σμέρδης: ubi prius nomen corrigend. ex Herod. Cedreno p. 144. Σφενδάτης et Κιμέρδιος. Constantino Manassi Σμέρδης καὶ Ἀσπαθίνης. Pro Σμέρδις autem ap. Joëlem Chronogr. p. 160. vitiose legitur Σπέρδιος. Μετὰ δὲ Καμβύσην ἐβασίλευσε Σπέρδιος ὁ μάγος μῆνας ζ'. Μετὰ δὲ Σπέρδιον ἐβασίλευσε Δαρεῖος Ὑστάσπου ἔτη κ': atque etiam Chronographum in Collect. Canisii tom. II. part. 1. 'Esmedius.'—4 Ita IX. 3. 2. 'In femore vulneratus est:' et XLII. 2. 2. 'In brachio vulneratus.' Vetus Interp. Evang. D. Marc. XII. 4. 'Et illum in capite vulneraverunt.' Hegesipp. III. 12. 'Ut in talo feriretur jaculo sagittæ.' Verum Mss. ed. Rom. cum Vincent. III. 27. *in femur*, quod præfert Schrader. Animadv. ad Musæum cap. 15. p. 268. Ita inf. dicto l. IX. 3. 2. Coll. N. *In femur vuln. est.* Ceterum Cambysen Ecbatanis Syriæ mortuum fuisse refert Herod. III. 54. Damasci vero Zonar. IV. 1. Huj. verba sunt: Καμβύσης γὰρ ἑπτὰ βασιλεύσας ἔτη, καὶ καταστρεψάμενος ἐν τούτοις τὴν Αἴγυπτον, ὑποστρέψας ἐν Δαμάσκῳ ἐτελεύτησεν.—

NOTÆ

datus: sed de genere mortis non consentiunt: ille enim vult occisum a Prexaspe, dum venaretur: hic Spendadati fraude noctu hausto taurino sanguine interfectum.

[i] *Gladio evaginato*] Alii aliter illius mortem narrant. Strabo a Magis sublatum dicit: Ctesias Babylonem accessisse, et ibi lignum cultro polientem, tempus ut falleret, cum femoris percussisset musculum, mortuum esse. At Herod. Justino consentit; ubi enim accepit regnum a Magis occupatum, ira concitus, in equum insiliit, et exercitum, ut erat animo præceps, quam cito Susa versus iter arripere jussit, sed in femore gladio vulneratus occubuit.

[k] *Occubuit*] Ecbatanis Syriæ vulneratus interrogavit, quodnam illi oppido nomen esset? Cumque fuisset responsum, 'Ecbatana:' tum ille, 'Fatale est,' inquit, 'Cambysen hoc loco decedere:' quod oraculum ex urbe Buto id ipsi prædixisset. Herod.

* A. M. 3531. Ol. 64. 2. U. C. 230. Ant. Ch. 521.

[l] *Magus*] Nomine Pitizithes, quem Cambyses rei domesticæ præfecerat; ille fratrem suum Smerdim, Smerdi Cyri filio corporis habitu simillimum, in regem eligi ante Cambysis mortem curaverat. Ex Herod.

similis; ac, nemine subesse dolum arbitrante, pro Smerde rex Oropastes[5 m] constituitur. 11. Quæ res eo occultior fuit, quod apud Persas persona regis sub specie majestatis occulitur. 12. Igitur Magi, ad favorem populi conciliandum, tributi et militiæ vacationem in triennium permittunt:[c 6] 13. ut regnum, quod fraude quæsierant, indulgentiæ[7] largitionibus confirmarent. 14. Quæ res suspecta primo Ostani,[8] viro nobili, et in conjecturis sagacissimo, fuit. 15. Itaque per internuntios quærit de filia, quæ inter regias pellices erat, an Cyri regis filius rex esset. 16. Illa 'nec se ipsam scire' ait, 'nec ex alia posse cognoscere, quia singulæ separatim recludantur.' 17. Tum pertractare[9] dormienti caput jubet. Nam Mago Cambyses[n] aures utrasque præciderat.[10] 18. Factus[11] deinde per filiam certior sine auribus esse regem, optimatibus Persarum rem indicat; et in cædem falsi regis impulsos sacramenti religione obstringit.[d] 19. Septem tantum conscii fuere hujus conjurationis, qui ex continenti, ne, dato in pœnitentiam[o] spatio, res per quenquam narraretur, occultato sub veste ferro, ad regiam pergunt.[e] 20. Ibi obviis interfectis, ad Magos perveniunt:

[c] *Permittunt ut populi tributa non solvant nec gerant arma per tres annos.*
[d] *Facit ut se juramento obligent se mortem ficto regi illaturos.*
[e] *Qui continuo, ne quis tempus haberet sententiam mutandi, et conjuratio detegeretur, tendunt in palatium, gladio sub veste occultato.*

5 Ven. Flor. Med. Par. *Oropastes*, congruenter præcedenti *Oropasten.* Ald. Junt. *Horopastes;* et paulo ante *Horopastem.*—6 Vulg. *tributa....rem.* Magl. Reg. Leid. 3. 4. et Vincentius *perm.* Ed. Oxon. *tributi....permittunt;* quomodo ex conj. legisse Avum testatur Boxhorn. atque ita legend. conjecit Crusius.—7 Sic decem Mss. Ita XXXI. 6. 3. 'assentationum adulationibus:' ubi plura exempla congessit Bernecc. Cf. Avum III. Obs. 2. p. 439.—8 Periz. *Hotani:* Ald. *Otani.* Ὀτάνης etiam ab Herod. III. 68. et Zonar. IV. 1. appellatur. Mox Med. Leid. 2. Bodl. Periz. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *in conjectura*, probante Scheff. Ita Ammian. XXXI. 3. 'Ut sunt in conjectura sagaces.' Thuan. ed. Rom. *in conjecturas.*—9 Sic plerique Mss. ed. Rom. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. et Vincentius, atque etiam Ms. Franequeranus, observante Schrader. Animadv. ad Musæum p. 371. ut XXXVIII. 1. 9. 'pertractanti.'—10 Ms. Bong. et Vincentius *præscid.*—11 Vincentius 'de-

NOTÆ

[m] *Oropastes*] Smerdim vocat Herod.

[n] *Cambyses*] Non Cambysis, sed Cyri, jussu aures illi abscissas dicit Herod.

[o] *Ne, dato in pœnitentiam, &c.*] Auctor illius consilii fuit Darius Hystaspis fil. Prexaspes etiam frustra a Magis tentatus mortem veri Smerdis omnibus patefecit.

quibus ne ipsis quidem animus in auxilium sui defuit. 21. Siquidem stricto ferro duos de conjuratis interficiunt. 22. Ipsi tamen[12] corripiuntur† a pluribus: quorum alterum Gobryas medium amplexus, cunctantibus sociis, ne ipsum pro Mago transfoderent, quia res obscuro loco gerebatur, vel per suum corpus[p] adigi Mago ferrum jussit: 23. fortuna tamen ictum[13] regente, illo incolumi Magus interficitur.[q]

CAP. X. 1. Occisis Magis, magna quidem gloria recepti regni principum fuit: sed multo major in eo, quod, cum de regno ambigerent, concordare potuerunt.[a] 2. Erant enim[1] virtute et nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret.[b] 3. Ipsi igitur viam invenerunt,[a] qua de se judicium religioni et fortunæ committerent. 4. Pactique inter se sunt, ut die statuta omnes equos ante regiam primo mane perducerent: et, cujus equus inter solis ortum hinnitum primus edidisset, is rex esset. 5. Nam et Solem Persæ[b] unum Deum[2] esse credunt, et equos eidem Deo sacratos ferunt. 6. Erat inter conjuratos Darius Hystaspis filius, cui de regno solicito equi custos[c] ait, 'si ea

[a] *Principes magnam gloriam retulerunt ob imperium receptum; sed multo majorem habuerunt, quod concordes inter se fuerint, dum de regno disputarent.*
[b] *Ut difficile esset populo unum eligere in regem, ob æqualem omnium dignitatem.*

---

mum:' Leid. 1. 2. 4. *dein*.—12 Vincentius 'tandem.'—13 Vulg. *ita*. Med. ed. Rom. *ictum*, quomodo ex conj. legit Bong. Curt. VII. 4. f. 'Hastam manu complexus, ictum hostis adjuvit.' Sen. Ep. 7. 'Mira homicidia sunt; nihil habent, quo tegantur: ad ictum totis corporibus expositi, nunquam frustra manum mittunt.'

1 Jens. Rom. Bech. Flor. Ald. Junt. aliæque *en. et*.—2 Freinsh. ad Curt.

NOTÆ

† A. M. 3532. Ol. 64. 3. U. C. 231. Ant. Ch. 520.

[p] *Per suum corpus*] Darius fuit, qui solus cum Gobria in Smerdis conclave penetraverat.

[q] *Interficitur*] Non Smerdis tantum, sed illius etiam frater Pitizithes et Magorum plerique: unde dies illa Μαγοφονία dicta est; qua exire in publicum Magis nefas erat. Ctesias tamen dicit Smerdim in lecto oppressum; postquam aliquamdiu sedili aureo frustra se defendisset.

[a] *Viam invenerunt*] Darius censuit omnium primus, unum in regem eligendum.

[b] *Solem Persæ*] Nam et solem Deum esse credunt, quem Mithram vocant. (Strab. Suid.) Cujus antistes perpetuæ pudicitiæ fœmina fuit.

[c] *Equi custos*] Nomine Œbarus.

res victoriam moraretur, nihil negotii superesse.' 7. Per noctem deinde equum pridie constitutam diem ad eundem locum ducit, ibique equæ admittit, ratus ex voluptate veneris futurum, quod evenit. 8. Postera die itaque, cum ad statutam horam omnes convenissent, Darii equus, cognito loco, ex desiderio fœminæ hinnitum statim edidit, et, segnibus aliis, felix auspicium domino primus emisit. 9. Tanta moderatio ceteris fuit, audito auspicio, ut confestim equis desiluerint, et Darium regem salutaverint.[3][d] 10. Populus quoque universus, secutus judicium principum, eundem regem constituit. 11. Sic regnum Persarum, septem nobilissimorum virorum[4] virtute quæsitum, tam levi momento in unum collatum est.[c] 12. Incredibile prorsus tanta patientia cessisse eos,[5] quod ut eriperent Magis, mori non recusaverint. 13. Quanquam, præter formam virtutemque hoc imperio dignam, etiam cognatio Dario juncta cum pristinis regibus fuit. 14. Principio igitur regni, Cyri regis filiam[e] in matrimonium recepit, regalibus nuptiis regnum firmaturus: ut non tam in extraneum translatum, quam in familiam Cyri reversum, videretur. 15. Interjecto deinde tempore, cum Assyrii descivissent, et Babyloniam occupassent, difficilisque urbis expugnatio[f] esset; æstuante

[c] *Imperium Persarum datum est uni propter rem nullius ex se momenti.*

III. 3. legit *unum Deûm*, s. unum ex Diis.—3 Med. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *salutarint*.—4 Desideratur in Med. Bodl. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—5 Vulg. Med. Magl. cum septem aliis et

NOTÆ

[d] *Regem salutaverint*] Dum in Massagetas bellum gereret Cyrus, vidit in somniis Darium, quem propter ætatem in Perside Hystaspes reliquerat, habentem in humeris alas, quarum altera Asiam, altera Europam, inumbraret; quare Hystaspi dixit: 'Tuus filius mihi et regno meo insidias molitur.'

[e] *Cyri regis filiam*] Phædimam tamen, Othanis filiam, uxorem duxisse refert Herod. Inter eos enim convenerat, ut regi non liceret, nisi e familia conjuratorum, uxorem sumere.

[f] *Urbis expugnatio*] Dum Babyloniam obsidet Darius, e muris Babylonii ausi sunt illum irridere, quod 20. mensibus nihil profecisset, urbemque a Dario capiendam jactare, cum mula peperisset.

rege, unus de interfectoribus[g] Magorum Zopyrus[6] domi se verberibus[h] lacerari toto corpore jubet; nasum, aures, et labia sibi præcidi:[7] atque ita regi inopinanti[8] se offert. 16. Attonitum et quærentem Darium causas auctoremque tam fœdæ lacerationis, tacitus, quo proposito fecerit, edocet; formatoque in futura consilio, transfugæ titulo Babyloniam[9] proficiscitur. 17. Ibi ostendit populo laniatum corpus: queritur ‘crudelitatem regis, a quo in regni petitione, non virtute, sed auspicio; non judicio hominum, sed hinnitu equi, superatus sit.’ 18. Jubet ‘illos ex amicis exemplum capere, quid hostibus[10] cavendum sit.’ 19. Hortatur, ‘ne mœnibus magis quam armis confidant, patianturque se commune bellum recentiore ira gerere.’ 20. Nota nobilitas viri pariter et virtus omnibus erat: nec de fide timebant, cujus veluti pignora vulnera corporis et injuriæ notas habebant. 21. Constituitur ergo dux omnium suffragio:‡ et accepta parva manu, semel atque iterum cedentibus consulto[11] Persis, secunda prælia[i] facit. 22. Ad postremum universum sibi creditum exercitum Dario prodit,

ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *eos*, probante Vorst.—6 Coll. N. ed. Jens. Bech. Ald. Junt. Z. *nomine*. Rom. *unus* (leg. *unius*) *de int. Mag. Megabyzi filius, Z. nomine*. Apposite. Herod. III. 153. Ἐνθαῦτα εἰκοστῷ μηνὶ Ζωπύρῳ τῷ Μεγαβύζου τοῦ, ὃς τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν ἐγένετο τῶν τὸν μάγον κατελόντων, τούτῳ τῷ Μεγαβύζου παιδὶ Ζωπύρῳ ἐγένετο τέρας τόδε.—7 Coll. N. *præscidi*. Med. *præcidit*. Herod. III. 154. Ἐνθαῦτα, ἐν ἐλαφρῷ ποιησάμενος, ἑωϋτὸν λωβᾶται λώβην ἀνήκεστον· ἀποταμὼν γὰρ ἑωϋτοῦ τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν κόμην κακῶς περικείρας, καὶ μαστιγώσας, ἦλθε παρὰ Δαρεῖον: 155. Οὔτε τις ἀλλοτρίων, ὦ βασιλεῦ, τάδε ἔργασται, ἀλλ' αὐτὸς ἐγὼ ἐμεωϋτόν.—8 Ms. Bong. Leid. 2. 5. *inopinato*.—9 Ald. Junt. *Babylonem*, et paulo ante.—10 Ald. Junt. *ab h.*—11 Reg. *ex consilio*. Reliqui Mss. et vetustæ edd. *ex consulto*. Auctor ad Herenn. II. 30. ‘Sextus locus est, cum ostendamus ex consulto factum.’ Saxo XIV. p. 268. 9. ‘Equites deorsum in globum contracti prius ex consulto veluti terga vertebant:’ p. 311. 4. ‘Danis ex consulto cedentibus:’ et p. 340. 26. ‘Nec prius ab ea divertere, quam classis hostica se ipsam ex consulto prædicti sinus angustiis infudisset:’ XV. p. 362. 21. ‘Quibus eadem [loca] accedentibus ex consulto cedebat.’

NOTÆ

[g] *Unus de interfectoribus*] Non ipse Zopyrus, sed illius pater Megabyzus, Magos interfecit.

[h] *Se verberibus*] Ejus mularum una pepererat, quo portento attonitus se ipsum, quo facilius hostes falleret, mutilavit.

‡ A. M. 3534. Ol. 65. 1. U. C. 233. Ant. Ch. 518.

[i] *Secunda prælia*] Primum mille Persas, tum duo millia, post quatuor millia ex condicto trucidavit. Herod.

urbemque ipsam[k] in potestatem ejus redigit. 23. Post hæc Darius bellum Scythis infert, quod sequenti volumine referetur.

NOTÆ

[k] *Urbemque ipsam*] Dum Darius urbem omnibus copiis oppugnat, ipse, apertis Cissiis et Belidibus portis, Persas in urbem introducit. Darius muris eversis tria procerum millia affigi jussit patibulis, Babyloniamque Zopyro, quoad viveret, dedit.

LIBER II.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Scytharum origo et antiquitas, de qua cum Ægyptiis contendunt. 2. Descriptio Scythiæ et morum gentis, quæ in plaustris degens justitiam colit et continentiam. 3. Scytharum fortitudo bellica. Ægyptios fugant, Asiamque reddunt tributariam. 4. Amazonum a Scythis origo, reginæ, res gestæ. 5. Bellum Scytharum adversus servos, quos lepido strategemate reprimunt. Darius Scythis, deinde Ionibus et Atheniensibus, bellum infert. 6. Atheniensium origo, gloriatio, industria, artes, reges. 7. Respublica Atheniensis Solonis legibus et politico strategemate firmata. 8. Pisistratus post rem bene gestam contra Megarenses tyrannidem per annos triginta tres occupat. 9. Ejusdem filius Hippias patria pulsus Persarum exercitum in Græciam adduxit. Inde nobilis illa Marathonia pugna, in qua victi Persæ, Athenienses victores duce Miltiade. 10. Dissidium fraternum de regno inter Darii filios. Xerxes bellum adversus Græcos instaurat validissimo exercitu. 11. Fortitudo Spartanorum, quorum rex Leonidas Persas ad Thermopylas maxima clade afficit. 12. Themistoclis industria Persarum classis, ad Salaminium fretum navali prælio victa, post multam stragem fuga sibi consulit. 13. Mardonio terrestris exercitus commissus. Xerxes ægre

evadit piscatoria scapha: ejusdem pedestris exercitus fame obruitur; unde nova clades. 14. Mardonius, in Bœotia ad Platæas cum Persis a Græcorum copiis victus, cum paucis profugit. Eodem fere momento adversus Persas in Asia feliciter dimicatum est. 15. Athenienses, Spartanis delusis, urbem ex integro instaurant. Spartani Persarum fines depopulantur. Pausanias proditionis reus damnatur. Xerxes a Cimone terrestri navalique prælio iterum superatur.

Cap. I. 1. In relatione rerum ab Scythis[a] gestarum, quæ satis amplæ magnificæque fuerunt, principium ab origine[b] repetendum est. 2. Non enim minus illustria initia, quam imperium, habuere: nec virorum[1] magis, quam fœminarum,[c] virtutibus claruere. 3. Quippe cum ipsi Parthos[d] Bactrianosque, fœminæ autem eorum Amazonum regna, condiderint: 4. prorsus ut res gestas virorum mulierumque considerantibus incertum sit, uter apud eos sexus illustrior fuerit. 5. Scytharum gens antiquissima semper habita: quanquam inter Scythas et Ægyptios diu contentio de generis vetustate fuerit: 6. Ægyptiis prædicantibus,[e] 'initio rerum, cum aliæ terræ nimio fervore solis arderent, aliæ rigerent frigoris immanitate, ita ut non modo primæ generare ho-

1 Vulg. v. *imperio*. *Imp.* ignorant Leid. 2. Reg. Thuan. Bodl. Periz. Coll. N.

NOTÆ

[a] *Rerum ab Scythis, &c.*] Scytharum originem et res gestas fabularum licentia corrupit.

[b] *Ab origine*] Originem ducunt a Magog, qui inter Japheti filios secundus fuit.

[c] *Fœminarum*] Amazonas intelligit, victoriis toto orbe celebres.

[d] *Parthos*] Qui Hyrcanis, Medis, et Persis sunt finitimi. *Corasan.*

[e] *Ægyptiis prædicantibus*] Omnium se populorum antiquissimos putarunt Ægyptii, hominumque genus a Nilo benigna quadam caloris humorisque temperie productum. Diod. Unde a primo rege ad Sethon progenies 341. totidemque pontifices ac reges numerabant, quod decem millia annorum efficit, et ab Hercule Ægyptio ad regem Amasim annorum septemdecim millia. Herod. Quæ quam absurda sint, quis non videt?

mines,[f] sed ne advenas quidem recipere ac tueri, possent, priusquam adversus calorem vel frigus velamenta corporis invenirentur, vel locorum vitia quæsitis arte remediis mollirentur,[a] 7. Ægyptum ita temperatam semper fuisse, ut neque hyberna frigora, nec æstivi solis ardores, incolas ejus premerent: 8. solum ita fœcundum, ut alimentorum in usum hominum nulla terra feracior fuerit. 9. Jure igitur ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillime possent.' 10. Contra, Scythæ 'cœli temperamentum nullum esse vetustatis argumentum' putabant: 11. 'quippe naturam, cum primum incrementa caloris ac frigoris regionibus distinxit, statim ad locorum patientiam animalia quæque[2] generasse:[b] 12. sed et arborum atque frugum pro regionum conditione apte genera variata: 13. et, quanto Scythis sit cœlum asperius quam Ægyptiis, tanto et corpora et ingenia esse duriora. 14. Ceterum si, mundi quæ nunc partes sunt, aliquando unitas fuit, sive illuvies aquarum[3] principio rerum terras obrutas tenuit; sive ignis, qui[g] et mundum genuit, cuncta possedit, utriusque primordii Scythas origine præstare. 15. Nam si ignis prima possessio rerum fuit,[c] qui paulatim extinctus sedem terris dedit, nullam prius quam septemtrionalem partem hyemis rigore ab igne secretam; adeo ut nunc quoque nulla magis rigeat frigoribus: 16. Ægyptum vero, et totum orientem tardissime temperatum: quippe qui etiam nunc torrenti calore

[a] *Vel incommoda regionum vitarentur inventis hominum industria remediis.*
[b] *Ubi primum regiones distinctæ fuerunt per diversos caloris et frigoris gradus, natura produxit quoque animalia, quæ pati possent locorum incommoda.*
[c] *Si initio rerum ignis omnem orbem occupavit.*

nec male. Vid. Oudendorp. ad Suet. de Illustr. Gram. 17.—2 Ita Leid. 3. Coll. N. Ald. Junt. Reliqui Mss. et vett. edd. *quoque*.—3 Magl. ed. Rom. *alluv. aq.* Avus ad Liv. II. 4. malebat *aq. eluv.* quas voces jungit Lactant. VII. 16. 'Interibunt [civitates] non modo ferro et igni: verum etiam terræ motibus

NOTÆ

[f] *Generare homines*] Gentilibus olim, sicut etiam nunc Sinensibus, non a Deo conditos homines, sed e terra, perinde ac stirpes, ortos fuisse persuasum erat.

[g] *Sive ignis, qui, &c.*] Hæc sententia fuit Heracliti, quam Stoïci secuti sunt. Cic.

solis exæstuat.[4] 17. Quod si omnes quondam terræ submersæ profundo fuerunt, profecto editissimam quamque partem decurrentibus aquis primum detectam; humillimo autem solo eandem aquam diutissime immoratam: 18. et, quanto prior quæque pars terrarum siccata sit, tanto prius animalia generare cœpisse. 19. Porro Scythiam adeo editiorem[h] omnibus terris esse, ut cuncta flumina ibi nata in Mæotim,[i] tum deinde in Ponticum[k] et Ægyptium[l] Mare, decurrant. 20. Ægyptum autem, quæ tot regum, tot sæculorum, cura impensaque munita sit, et adversum vim incurrentium[5] aquarum[m] tantis instructa molibus, tot fossis concisa,[6] ut, cum his arceantur, illis recipiantur, aquæ, nihilominus coli, nisi excluso[7] Nilo,[n] non potuerit, non posse videri hominum vetustate ultimam, quæ aggerationibus[8] regum, sive Nili trahentis limum, terrarum recentissima

assiduis et eluvie aquarum.'—4 Rom. *æstuet*. Periz. ed. Bech. *exæstuat*. Ald. Junt. *exæstuent*.—5 *Decurr*. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Mox *extructa* Bodl. *instr*. Magl. Coll. N. eædemque edd. idque vulgato recte præfert Græv. Versa vice ap. Plin. xxxv. 14. pro *instruuntur*, quod dant edd. Mss. exhibent *struuntur*. 'Quid? non in Africa Hispaniaque ex terra parietes, quos appellant formaceos, quoniam in forma circumdatis utrimque duabus tabulis inferciuntur verius quam struuntur, ævis durant incorrupti imbribus.'—6 Ita præter Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. etiam Ms. Med. Thuan. Leid. 2. 4. a pr. m. 5. Bodl.—7 Jensius ed. Grævianæ ascripserat: '*Effuso* Ortwinius. *Extuso* Henninius in literis ad nos 3. Kal. Decemb. 1701.'—8 Leid. 4. *q. a generat*. Rom. *q. aggregat*. pro *q. aggerat*. quomodo edidit Bong. probante Avo ad Sen. Herc. Œt. 1260. *Sive* post 'quæ' etiam abest a Med. Magl. Leid. 2. 3. Bodl. Thuan. Periz. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

[h] *Adeo editiorem*] Hoc simile vero videtur: quia in montibus Armeniæ, quæ Scythiæ vicina, arca Noë substitit.

[i] *In Mæotim*] Quæ media est inter fl. Tanaim, quem recipit, et Pont. Euxinum, in quem influit. *Mer de la Tana*.

[k] *Ponticum*] Qui Scythiam ab Asia Minori separat; paludes Mæotidas, Borysthenem, et Danubium recipit; ipse vero in Bosporum Thraciæ se exonerat. *Mer Noire*.

[l] *Ægyptium*] Mare Mediterraneum, quod Ægypti alluit littora.

[m] *Vim incurrentium aquarum*] Cataractas intelligit, ubi Nilus per arduas rupes eluctatur, et magno cum strepitu, postquam obstantes superavit scopulos, in præceps ruit.

[n] *Excluso Nilo*] Qui ex Lunæ montibus prosiliens, Æthiopiam et Ægyptum duas in partes dividit, et propter Memphim multos in alveos diffluens, in Mare Mediterraneum septem ostiis illabitur, quorum extrema sunt Canopicum ad occidentem et Pelusiacum ad orientem.

videatur.'[d] 21. His igitur argumentis superatis Ægyptiis, antiquiores semper Scythæ visi.

CAP. II. 1. Scythia[a] autem in orientem porrecta includitur ab uno latere Ponto, et[1] ab altero montibus Rhipæis:[b] a tergo Asia et Phasi[c] flumine. 2. Multum in longitudinem et latitudinem patet. 3. Hominibus inter se nulli fines:[a] neque enim agrum exercent: nec domus illis ulla, aut tectum, aut sedes est, armenta et pecora semper pascentibus, et per incultas solitudines errare solitis. 4. Uxores liberosque secum in plaustris vehunt:[d] quibus, coriis[2][e] imbrium hyemisque causa tectis, pro domibus utuntur. 5. Justitia gentis ingeniis culta, non legibus. 6. Nullum scelus apud eos furto gravius: quippe sine tecto munimentoque pecora et armenta inter sylvas[3] habentibus quid salvum esset, si furari liceret? 7. Aurum et argentum perinde aspernantur, ac[4] reliqui mortales appetunt. 8. Lacte et melle vescuntur. 9.

[d] *Ægyptum non posse videri, si hominum vetustas consideretur, antiquissimam, quæ, licet immensis sumtibus munita sit a tot regibus, et per tot sæcula, et defensa tantis aggeribus contra impetum aquarum confluentium, divisa in tot fossas, ut aquæ recipiantur in alias, dum prohibentur, ne in alias influant, tamen non potuerit coli, nisi Nilo incluso in proprio alveo, quæque appareat novissima terrarum, propter aggerationes factas sive a regibus, sive a Nilo adducente limum.*

[a] *Hominis unius possessiones ab alterius bonis nullis terminis distinctæ sunt.*

1 *Et* deest in septem Mss. ed. Rom.—2 Cant. *curribus*, omisso *quibus*, quod etiam abest Leid. 3. Periz.—3 Ed. Bech. omittit *int. sylv*. In Magl. Leid. 3. 4. *et arm. alimenta hab. quid int. silv. superesset*: quod conjectura assecutus fuit Scheff. Med. Periz. *arm. hab. q. i. silvas superesset*. Coll. N. *alimenta hab. quid salvum esset*. In Chronico Reginonis, qui sub anno 889. hoc caput et partem sequentis transcripsit, legitur *q. s. tecti munimento pecora, et armenta, alimentaque habent*.—4 Leid. 5. ed. Bong. Regino *argentum non perinde ac*. Leid. 4.

NOTÆ

[a] *Scythia*] Duplex fuit, ex Ptolemæo; Europæa, quæ Minor dicitur, in quam Darius profectus est; Asiatica, quæ Major, in qua Cyrus a Massagetis occisus. Prima Borysthene et Tanai terminatur, ubi nunc Tartari Præcopenses, et Moscovitæ: altera iterum duplex est; una a Tanai ad montem Imaum juxta Caspium Mare extenditur; secunda ex una parte Imao, ex altera Sacis et India, definitur, ubi nunc Tartari, et regnum *Mogol*.

[b] *Montibus Rhipæis*] Ad extremos Scythiæ fines positi, Septemtrionem versus.

[c] *Phasi*] Colchorum est fl. qui nascens ex Armeniæ montibus in Pont. Euxin. influit.

[d] *In plaustris vehunt*] Unde domos suas in plaustris habere dicuntur.

[e] *Coriis*] Corticibus, non coriis, tecta illorum plaustra affirmat Marcell.

Lanæ iis usus ac vestium ignotus: et,[5] quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tantum ferinis aut murinis[f] utuntur. 10. Hæc continentia[g] illis morum quoque justitiam dedit,[6] nihil alienum concupiscentibus. 10. Quippe ibidem[7] divitiarum cupido est, ubi et usus. 11. Atque utinam reliquis mortalibus similis moderatio abstinentiaque[8] alieni foret: 12. profecto non tantum bellorum per omnia sæcula terris omnibus continuaretur; 13. neque plus hominum ferrum et arma, quam naturalis fatorum conditio raperet.[h] 14. Prorsus ut admirabile videatur, hoc illis naturam dare, quod Græci longa sapientium doctrina præceptisque philosophorum consequi nequeunt;[9] cultosque mores incultæ barbariæ collatione superari. 15. Tanto plus in illis proficit vitiorum ignoratio, quam in his cognitio virtutis.

Cap. III. 1. Imperium Asiæ ter quæsivere:[a] ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut invicti mansere. 2.

[h] *Atque utinam ceteri homines non magis aliena bona appeterent! certe non tot ac tanta bella omnibus sæculis gererentur in omnibus regionibus, et non plures homines in bello gladio morerentur, quam naturali morte pereunt.*

perinde ut rel.—5 *Et* habent Med. Magl. Leid. 2. 3. 4. Bodl. Coll. N. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Mox Bech. *frigoribus utantur.* Coll. N. et C. C. ed. Rom. *pellibus tantum*, quomodo ex conj. legebat Bong. Ald. Junt. *felinis.* Dein Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *marinis vestiuntur.* Regino *et quanquam continuis frigoribus afficiuntur, pellibus tantum felinis aut murinis induuntur.*—6 Sic Med. Magl. Leid. 2. Periz. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Med. Par. Ald. Junt. Ita Saxo XIV. p. 250. 'Ita Erico et populi favor et pueri majestas vires regias dedit.' Ed. Oxon. *addidit.* Utroque modo loquitur Hegesipp. v. 12. 'Judæis desperatio audaciam dabat: Romanis gloriæ cupiditas virtutem addebat.'—7 Med. Leid. 2. 5. Bodl. et Vincentius I. 88. *ibi.* Periz. ed. Rom. Med. Ald. Junt. *Q. div. cup. ibi est.*—8 Sic Mss. Vulg. *et abstinentia.*—9 Periz. *nequiverunt.*

NOTÆ

[f] *Pellibus tantum ferinis aut murinis*] Per ferinas, pelles intelligit grandiorum ferarum, ut sunt lupi, leones, leopardi; et per murinas, pelles minorum animalium, ut sunt martures, mæles, vulpeculæ, simores Parthici, &c. quorum pellibus ad vestitum et Scythæ et multi deinceps populi usi sunt; quin etiam vett. Latini nomine murium feles ipsos, tum domesticos tum feros, comprehenderunt, et majora etiam animalia, cum pantheras Romani mures Africanos dixerint.

[g] *Continentia*] Non tam ad historiæ veritatem, quam ad Scytharum laudem, hæc scripsit Justinus.

[a] *Ter quæsivere*] Unius tantum expeditionis meminit Herod. Scythæ enim, duce Madie, Cimmerios insequentes, Cyaxarem Medorum regem, dum Niniven obsidet, vicerunt, et Asiæ annis 28. dominati sunt; donec Cyaxares illos convivio exceptos, et poculis largioribus invitatos, ad

Darium[b] regem Persarum turpi ab Scythia summoverunt fuga: 3. Cyrum cum omni exercitu trucidaverunt: 4. Alexandri Magni ducem Zopyriona pari ratione cum copiis universis deleverunt: 5. Romanorum audivere, non sensere, arma. 6. Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderunt. 7. Gens et laboribus et bellis aspera: vires corporum immensæ: nihil parare, quod amittere timeant: nihil victores præter gloriam concupiscunt. 8. Primus Scythis bellum indixit Sesostris[1] rex Ægyptius, missis primo[a] legatis,[3][c] qui hostibus parendi legem dicerent.[4] 9. Sed Scythæ, jam ante de adventu regis a finitimis certiores facti, legatis respondent, 10. 'tam opulenti populi ducem stolide adversus inopes occupasse bellum, quod magis domi fuerit illi timendum: 11. quod belli certamen anceps, præmia victoriæ nulla, damna manifesta sint. 12. Igitur non expectaturos Scythas, dum[5] ad se veniatur, cum tanto sibi plura in hoste concupiscenda sint; ultroque prædæ ituros obviam.' 13. Nec dicta res morata. Quos cum tanta celeritate venire rex didicisset,[6] in fugam vertitur,[d] exercituque cum omni apparatu belli relicto, in reg-

1 Med. Leid. 5. Ms. Bong. *Besoxis.* Edd., quas vidit Bong., et Ald. *Sesostres.* Leg. *Sesostris.* Idem nomen pro *Vesosis, Vezoris* vel *Vexosis,* quomodo legitur in Mss. restituerunt Viri docti sup. I. 2. 6.—2 Leid. 3. *primum.* 2. 5. et Med. cum Bodl. Periz. Coll. N. ed. Jens. Rom. Bech. Med. Ald. Junt. Oros. I. 14. atque Frec. I. 11. 16. *prius.*—3 Reg. a pr. m. et Leid. 1. *leonibus.* Reliqui Mss. et Reg. a sec. m. præter Leid. 3. qui a vulgato stat, *legatis;* eandemque vocem exhibent edd. Jens. Rom. Bech. Ald. Junt. aliæque.—4 Oros. et Frec. 'leges dicerent.' Med. Leid. 3. 5. Bodl. Coll. N. *legem dicant.*—5 *Dum* pro, donec, ut ap. Terent. Andr. v. 6. 13. 'Longe est nos illum expectare, dum exeat:' et Eun. v. 6. 16. 'Ne expectetis, dum exeant huc.' Sall. Fragm. I. 14. 'An expectatis dum, exercitu rursus admoto, ferro atque flamma urbem invadat?' Paulum JCtum L. 63. D. ad Leg. Falcid. 'Nec expectandum est, dum vendat.' Inf. XIII. 2. 6. 'Nec expectandum, dum reges nascerentur:' ubi Rom. *ut reges;* nec aliter h. l. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *ut ad se v.* Ita inf. cap. 11. 12. 'Nec expectandum, ut ab hoste circumvenirentur.' Tac. I. H. 33. 'Non expectandum, ut compositis castris forum invadat.' Curt. IX. 3. init. 'Expectabant, ut duces principesque ad regem perferrent,' &c.—6 Sic Med. Magl. Leid. 2. 5. Coll. N.

NOTÆ

unum omnes occidit. Herod.

[b] *Darium*] De illo et Sopyrione agemus postea.

[c] *Legatis* [*Lenonibus*] I. e. legatis fecialibus.

[d] *In fugam vertitur*] Herod. Diod. et alii referunt Scythas a Sesostri victos, omnesque gentes, in quas ille bellum gessit, ab eo superatas.

num trepidus se recepit. 14. Scythas ab Ægypto paludes prohibuere. 15. Inde reversi, Asiam perdomitam vectigalem fecere, modico tributo, magis in titulum imperii, quam in victoriæ præmium, imposito. 16. Quindecim annis pacandæ Asiæ immorati, uxorum flagitatione revocantur, per legatos denuntiantibus,[7] ‘ni redeant, sobolem se ex finitimis quæsituras, nec passuras, ut in posteritatem[8] Scytharum genus per fœminas intercidat.’ 17. His igitur Asia per mille quingentos annos[e] vectigalis fuit. 18. Pendendi tributi finem Ninus, rex Assyriorum, imposuit.

Cap. iv. 1. Sed apud Scythas medio tempore duo regii juvenes, Ylinos et Scolopitos,[1] per factionem optimatum domo pulsi, ingentem juventutem secum traxere; 2. et in Cappadociæ[2 a] ora juxta amnem Thermodonta[3 b] consederunt, subjectosque Themiscyrios campos[c] occupavere. 3. Ibi[4] per multos annos spoliare finitimos assueti, conspiratione populorum per insidias trucidantur. 4. Horum uxores, cum viderent exilio additam orbitatem, arma sumunt; finesque suos, summoventes primo, mox etiam inferentes bella, defendunt. 5. Nubendi quoque finitimis

ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. Ita xxvii. 1. 4. ‘Cum ad se interficiendam missos didicisset:’ et xxix. 4. 11. ‘Quem ad Romanos sociorum animos solicitare didicerat.’—7 Magl. *denuntiantes*. Leid. 2. 3. Periz. ed. Jens. Rom. Bech. Ald. aliæque *denunciantium*. Oros. i. 15. et Frec. d. l. ‘Ubi per xv. annos sine pace immorati, tandem uxorum flagitatione revocantur, denuntiantium.’ Uterque tamen scripsisse videtur *denuntiantibus*, quomodo scriptum in duobus Florentinis Orosii et Leid. 2. Freculphi.—8 Freinsh. malebat *in posterum*, et Scheff. *in posteram ætatem*. Præstat vulg. Cic. iii. Verr. 55. ‘Cum res frumentaria, commeatus, copiæ, salus urbis atque exercituum nostrorum in posteritatem illius avaritia interierit.’

1 Meliores Mss. *Scolopitos*, vel *Scolpitos*, terminatione Græca, quam in priori nomine etiam adhibuit Auctor.—2 Coll. N. *in Cappadociam Pontice*, vitiose pro *in Cappadociæ Ponticæ*. *Cappadocia Pontica ἡ πρὸς τῷ Πόντῳ Καππαδοκία* a Strab. xii. init. dicitur. Oros. ex duobus Flor. ed. Ven. et Frec. *in Cappadociæ Ponticæ*.—3 Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Thermodoonta*. Oros. ‘Thermodoontem.’ Frec. ‘Thermodontem.’ Otto Frisingensis i. Chron. 23. ‘In Ponti et Cappadociæ oris juxta Thermodoontem consedere.’—4 Bodl.

NOTÆ

[a] *Mille quingentos annos*] 28. tantum annis Asiæ illos imperasse certum est; cetera fabulosa.

[b] *Cappadociæ*] Quæ in Minori Asia inter Galatiam, Ciliciam, et Armeniam sita est. *Amasia*.

[b] *Thermodonta*] Cappadociæ fl. inter Themiscyram et Polemonium in Pontum Eux. prolabens.

[c] *Themiscyrios campos*] Regiuncula est Cappadociæ contermina.

animum omisere; servitutem, non matrimonium, appellantes. 6. Singulare omnium sæculorum exemplum ausæ, rempublicam[5] sine viris, jam etiam cum contemtu virorum se tuentur. 7. Et ne feliciores aliæ aliis viderentur, viros, qui domi remanserant, interficiunt. 8. Ultionem quoque cæsorum conjugum excidio finitimorum consequuntur. 9. Tum pace armis quæsita, ne genus interiret, concubitum[6] finitimorum ineunt. 10. Si qui mares nascerentur, interficiebant. Virgines in eundem ipsis[7] morem, non otio, neque lanificio, 11. sed armis, equis, venationibus, exercebant, inustis infantum dexterioribus mammis, ne sagittarum jactus impediretur:[8] unde Amazones[d] dictæ sunt.[9] 12. Duæ his reginæ fuere, Marpesia et Lampedo, quæ in duas partes agmine diviso, inclytæ jam opibus, vicibus gerebant bella, soli terminos[10] alternis defendentes; 13. et, ne successibus deesset auctoritas, genitas se Marte prædicabant. 14. Itaque, majore parte Europæ[e] subacta, Asiæ quoque nonnullas civitates occupavere. 15. Ibi Epheso[f]

Hi.—5 Sic Med. quomodo legend. suspicabatur Avus, cujus alteram conj. *remp. agere s. v.* firmat Magl. codicis scriptura, quamvis corrupta, *auxere agere remp. s. v.* Idem Ms. Leid. 2. mox omittunt *se*. Ald. Junt. *Sing. o. s. exemplum: auxere r. p. s. viris, jam etiam c. c. v. t.*—6 Decem Mss. ed. Rom. et Vincentius i. 96. *concubitus*. Ita inf. iii. 4. 6. ‘Quibus promiscuos fœminarum concubitus permisere:’ et xxxvii. 3. 7. ‘In concubitus amicorum projecta.’ Oros. et Frec. ‘Externos concubitus ineunt.’—7 Bech. *ipsum*. Ald. Junt. *ipsarum*.—8 Decem Mss. *impediatur*. Ed. Rom. Oros. atque Frec. *impedirentur*.—9 *Sunt* Med. Magl. quatuor Leid. Periz. Oros. et Frec. omittunt. Ita iii. 4. 7. ‘Ex his nati, ob notam materni pudoris, Partheniæ vocati: qui cum,’ &c. De origine vocis ‘Amazones’ præter alios quoque agit Auctor Historiæ Trojanæ in Catalogo Biblioth. Uffenbachianæ part. ii. p. 115. *Τροΐαν πρότερον μὲν ἐπόρθησεν Ἡρακλῆς ὁ Ἀλκμήνης καὶ Ἀμφιτρύωνος ἢ Διὸς, εἶτα αἱ Ἀμαζόνες* (leg. *εἶτα τὰς Ἀμαζόνας*), *αἳ γυναῖκες ἦσαν οὕτω καλούμεναι, διὰ τὸ μὴ ἔχειν μαζὸν δεξιόν. ἀπέτεμον γὰρ αὐτὸν, ἵνα μὴ ἐν ταῖς τοξείαις προσίσταιτο, ἢ ἐν νηπίᾳ τῇ ἡλικίᾳ μύδρῳ ἔκαιον τὸ μέρος τῆς ἐκφύσεως τοῦ μαστοῦ*. Schol. Homeri Il. Γ. 189. *Ἐκλήθησαν δὲ* (Ἀμαζόνες) *οὕτως, διὰ τὸ τὸν δεξιὸν μαστὸν ἐκτέμνεσθαι αὐταῖς, ὡς ἐμποδίζοντα ἐν τῷ τοξεύειν*. Alter Schol. Ms. Biblioth. Leid. *Παρὰ τῷ Θερμώδοντι αὖται φῶκουν, ἃς φασιν ἐπὶ πυριπνόων ἵππων μαχομένας λῃΐζεσθαι τὰς περιχώρους. Ἀμαζόνας δὲ παρὰ τὸ μὴ ἔχειν τὸν ἕτερον τῶν μαζῶν, (ἐπυράκτουν γὰρ αὐτὸν πρὸς τὸ μὴ ἐμποδίζεσθαι ἐν τῇ τοξείᾳ,) ἢ παρὰ τὸ μὴ χρῆσθαι μάζαις, χελώναις δὲ καὶ ὄφεσι καὶ σαύραις*.—10 Med. Leid. 2. Coll. N. ed. Rom. *soli terminos*, quod

NOTÆ

[d] *Amazones*] I. e. sine mamma, ab α priv. et *μαζὸς, mamma*.

[e] *Parte Europæ*] Hæc omnia fabulosa putant plerique; multa esse falsa certum est.

[f] *Epheso*] Urbs est in Ionia Asiæ,

multisque aliis urbibus conditis, partem exercitus cum ingenti præda domum dimittunt. 16. Reliquæ, quæ ad tuendum Asiæ imperium remanserant, concursu barbarorum cum Marpesia regina interficiuntur. 17. In hujus locum filia ejus Orithya[11 g] regno succedit: cui præter singularem belli scientiam eximia servatæ in omne ævum virginitatis admiratio fuit. 18. Hujus virtute tantum additum gloriæ et famæ Amazonum est, ut Herculi[h] rex,[i] cui duodecim stipendia debebat, quasi impossibile, imperaverit, ut arma reginæ Amazonum sibi afferret. 19. Eo igitur[12] profectus longis novem navibus, comitante principum Græciæ juventute, inopinantes[13] aggreditur. 20. Duæ tum sorores Amazonum regna tractabant, Antiope[k] et Orithya: quarum Orithya[14] foris bellum gerebat. 21. Igitur, cum

conjectura assecutus fuit Freinsh. Bech. *sollicitæ t.* Ald. Junt. *solæ alternis t. d.* Leid. 3. 5. *alternos:* 4. Reg. Coll. C. C. ed. Rom. *alterno.* Utrumque pejus vulgato. Lucret. IV. 791. ‘Mollia mobiliter quum alternis brachia mittunt:’ et VI. 569. de ventis: ‘Nunc quia respirant alternis, inque gravescunt, Et quasi conlecti redeunt, ceduntque repulsi.’ Sen. Vit. beat. 5. ‘Quem voluptates doloresque, incertissima dominia impotentissimaque, alternis possident.’ Id. Ep. 37. ‘Hos tam graves dominos, interdum alternis imperantes, interdum pariter, dimittet a te sapientia:’ 72. ‘Hic deprimitur alternis et extollitur, ac modo in cœlum allevatur, modo defertur ad terram:’ 95. ‘Ceteri decidunt subinde et reponuntur, et inter omissa appetitaque alternis fluctuantur.’ Stat. I. Th. 410. ‘Paulum alternis in verba minasque Cunctantur.’ Ubi Schol. ‘“Alternis,” mutua vice verborum, adverbium pro, invicem. Virgil. (Ecl. III. 59.) “Alternis dicetis.”’ Lactant. I. 10. 5. de Castore et Polluce: ‘Eosdem alternis vivere, alternis mori, narrant.’ Euanthius de Tragœd. et Comœd. ‘Sed primo una persona substituta est cantoribus, quæ, respondens alternis choro, locupletavit variavitque rem musicam.’ Glossæ: ‘Alternis, ἀνὰ μέρος, ἀμοιβαδόν.—11 Thuan. a sec. m. Coll. N. Oros. et Frec. *Sinope.* Salmas. malebat *Otriria*, idemque placebat Munkero ad Hygin. Fab. 163.—12 Bech. Ven. et quinque aliæ *Igitur eo.*—13 Oros. et Frec. ‘Ex improviso aggredi, et insperatas circumvenire maluerit.’ Leid. 1. Freculphi *et imparatas.*—14 Bech. *Duæ ex quatuor tunc s. A. r. tr. Antiope et Ottera, quarum Ottera.* Coll. N. *et Oretria, quarum Oretria.* ed. Jens. Rom. Ald. Junt. *et*

NOTÆ

ad ostia Caystri fl. Dianæ templo nobilis; a Smyrna Amazone vel a Zamorna condita dicitur; unde et Smyrna et Zamorna vocata est, ex Steph. et Hesych.

[g] *Orithya*] Aliqui legunt *Sinope*, a qua Sinopen urbem ad Pont. Eux. conditam volunt.

[h] *Herculi*] Jovis et Alcmenæ fil. de quo infinita poëtæ commenti sunt: multi enim hoc nomine principes extitere.

[i] *Rex*] Eurystheus Stheneli fil. Mycenarum rex, qui, odio Junonis obsequens, ad difficillima quæque adegit Herculem. Nota sunt omnibus cetera.

Hercules ad littus Amazonum applicuit,[15] infrequens multitudo cum Antiopa regina, nihil hostile metuente, erat. 22. Qua re effectum est, ut paucæ, repentino tumultu excitæ, arma sumerent, facilemque victoriam hostibus darent. 23. Multæ itaque cæsæ captæque. In his duæ Antiopæ sorores, Menalippe[16] ab Hercule, Hippolyte a Theseo. 24. Sed Theseus,[l] obtenta in præmium captiva, eandem in matrimonium assumsit, et ex ea genuit Hippolytum.[m] 25. Hercules, post victoriam, Menalippen captivam sorori reddidit, et pretium arma reginæ accepit. Atque ita functus imperio ad regem revertitur. 26. Sed Orithya, ubi comperit bellum sororibus illatum, et raptorem esse Atheniensium principem, hortatur comites in ultionem;[17] ‘frustraque et Ponti sinum, et Asiam edomitam esse’ dicit, ‘si Græcorum non tam bellis, quam rapinis, pateant.’ 27. Auxilium deinde a Sagillo,[18] rege Scythiæ, petit: ‘genus se Scytharum esse: cladem virorum, necessitatem armorum, belli causas,’ ostendit; ‘assecutasque virtute, ne segniores viris fœminas habere Scythæ viderentur.’ 28. Motus ille domestica gloria, mittit cum ingenti equitatu[19] filium Panasagorum in auxilium. 29. Sed ante prælium dissensione orta, ab auxiliis desertæ, bello ab Atheniensibus vincuntur: 30. receptaculum tamen habuere castra sociorum, quorum auxilio, intactæ ab aliis gentibus, in

Orithya: quarum Orithya (Ald. Junt. utroque loco, et paulo ante, *Orithyia*) *f.* Simili pronominis constructione utitur Auctor paulo post: ‘Paucæ usque tempora Alexandri Magni duravere. Harum Minithya’ &c. et XXXVIII. 8. 11. ‘Post discessum deinde legatorum, quorum Africanus dum inspicit urbem’ &c.—15 Reg. Thuan. Periz. Ald. Junt. *applicuisset.*—16 Ald. Junt. et Frec. *Melanippe*, probante Munker. ad Hygin. Fab. 186. et Antoninum Liberalem Fab. 8. Scholiastes Homeri Il. Γ. 188. Μελανίππη καὶ Ἱππολύτη, θυγατέρες Ἄρεος, τῶν Ἀμαζονίδων προηγούμεναι τῆς στρατιᾶς.—17 *In ult.* Med. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. et C. C. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. addunt.—18 Med. *Sagulo.* Leid. 2. 4. 5. *Sagilo.* 1. 3. Coll. C. C. *Sagino.* —19 Periz. *exercitu.* Mox Coll. N. *Phanasseorum.* Ed. Bech. Ven. Flor.

NOTÆ

[k] *Antiope*] Multi Antiopen cum Hippolyte confundunt.

[l] *Theseus*] Ægei Athenarum regis ex Æthra filius, et Herculis assiduus comes, magnumque fabularum argumentum.

[m] *Hippolytum*] Qui, dum patris iram fugit, ab equis Phocarum visu

regnum revertuntur. 31. Post Orithyam Penthesilea regno potita est: cujus Trojano bello inter fortissimos viros, cum auxilium adversus Græcos ferret, magna virtutis documenta extitere. 32. Interfecta demum[20] Penthesilea,[n] exercituque ejus absumto, paucæ, quæ in regno remanserant, ægre se adversus finitimos defendentes, usque[21] tempora Alexandri Magni duraverunt. 33. Harum Minithya, sive Thalestris,[22 o] regina, concubitu Alexandri per dies tredecim ad sobolem ex eo generandam obtento, reversa in regnum, brevi tempore cum omni Amazonum nomine intercidit.

Cap. v. 1. Scythæ autem tertia expeditione Asiana, cum annis octo[a] a conjugibus et liberis abfuissent, servili bello domi excipiuntur. 2. Quippe conjuges eorum longa expectatione virorum fessæ, nec jam teneri bello sed delectos ratæ, servis ad custodiam pecorum relictis nubunt: 3. qui reversos cum victoria dominos, velut advenas, armati finibus prohibent. 4. Quibus cum varia victoria fuisset, admonentur Scythæ mutare genus pugnæ, memores non cum hostibus sed cum servis præliandum; nec armorum sed dominorum[1] jure[2] vincendos: verbera in aciem, non tela, afferenda; omissoque ferro, virgas ac flagella, ceteraque servilis metus paranda instrumenta. 5. Probato omnes consilio, instructi sicut præceptum erat, postquam ad hostem[3] accessere, inopinantibus verbera intentant: adeoque illos perculerunt, ut, quos ferro non poterant, metu

Med. Par. Ald. Junt. *Penaxagoram*. Paulo ante Bodl. *M. i. tanta dom. gl.* Periz. *M. illa tanta d. g.*—20 Med. Reg. Leid. 1. 2. 4. 5. Bodl. Reg. Coll. N. Periz. *deinde*. Eæd. particulæ sup. I. 9. 18. et ap. Vincent. miscentur.—21 Periz. *u. in* Bodl. Coll. N. Bech. Ald. Junt. *u. ad*. Sed vulg. Auctori usitatius est, ut paulo post: 'Usque tempora Jancyri.' Add. I. 7. 7. v. 11. 11. VII. 1. 4.—22 Leid. 2. Ald. Junt. *Harum Thal.* probante Græv. ad XII. 3. 5.

1 Avus ad Sen. de Const. 13. legend. conjecit *dominiorum*.—2 Coll. N. *more jure*.—3 Ita Mss. undecim. ed. Rom. Bong. ut XI. 14. 11. ed. Med. Ald. Junt. 'Se quoque ab hostis crudelitate vindicaret:' et XXXI. 6. 8. Med. 2.

NOTÆ

attonitis discerptus misere periit.

[n] *Penthesilea*] Ab Achille Græcorum fortissimo interfecta.

[o] *Thalestris*] De Thalestri lib. XII.

agemus.

[a] *Annis octo*] Annos 28. probabilius habet Herod.

verberum vincerent; fugamque non ut hostes victi, sed ut fugitivi servi, capesserent. 6. Quicumque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt.[a] 7. Mulieres quoque male sibi consciæ, partim ferro, partim suspendio, vitam finierunt.[4] 8. Post hæc pax apud Scythas fuit, usque tempora Jancyri[5] regis. 9. Huic Darius rex Persarum, sicut supra dictum est, cum filiæ ejus nuptias non obtinuisset, bellum intulit:* 10. et armatis septingentis millibus hominum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus pugnæ potestatem, metuens, ne, interrupto ponte[b] Istri,[6 c] reditus sibi[d] intercluderetur, amissis octoginta[7] millibus hominum trepidus[e] refugit: 11. quæ jactura, abundante multitudine, inter damna numerata non est. 12. Inde Asiam et Macedo-

[a] *Quicumque capti sunt, suspensi sunt e crucibus, in pœnam rebellionis.*

'Priusquam ad hostem deficerent.'—4 Ita IX. 7. 12. XVIII. 6. 7. atque Saxo II. p. 7. 49.—'Senectute vitam, non ferro, finiit.' In Periz. *vitam* desideratur, ut ap. Tac. VI. A. 50. 'Sic Tiberius finivit.'—5 *Lanthinum* hunc Scythiæ regem in impressis Justini exemplaribus vocari, sed in suo cod. desiderari, monuit Fabricius ad Oros. II. 8. Ald. Junt. Med. *Lanthini*. Magl. *Anthiri*. Leid. 2. *Jamiri:* 4. et Bodl. *Jamcyri*. Oros. II. 8. 'Attyro regi Scytharum:' tres Mss. Flor. ed. Ven. *Atyro*. Frec. I. 4. 1. 'Antyro regi Gothorum Scythiæ degentium.'—6 Med. Magl. Leid. 1. 4. 5. et Orosii duo Mss. Flor. atque Freculphus *Histri:* nec aliter inf. IX. 2. 11. Med. Magl. Leid. 1. 3. Periz. Item XXXII. 3. 12. uterque Med. Magl. Leid. 1. 3. 4. 5. Periz. *Histrum:* et IX. 2. 1. Med. Leid. 1. 2. 3. 5. Periz. et tres Mss. Flor. Orosii III. 13. *Histrianorum:* et XXXII. 3. 12. uterque Med. Magl. Leid. 1. Periz. *Histris*. Ib. §. 13. præter Periz. qui cum Leid. 3. 4. *Histriorum*, iid. *Histrorum:* et §. 15. duo Med. Magl. Leid. 1. 4. 5. Periz. *Histrique*. Ap. Oros. quoque I. 2. Ms. Flor. *Histriam*, et IV. 22. tres Flor. dant *Histri* et *Hister*.—7 Magl. Coll. N. ed.

NOTÆ

* A. M. 3536. Ol. 65. 3. U. C. 235. Ant. Ch. 516.

[b] *Ne, interrupto ponte*] Scytharum rex Indathyrsus seu Jancyrus ad Darium miserat caduceatorem, cum ave, rana, mure, et quinque sagittis: quod Gobryas sic interpretatus est: 'O Persæ, nisi aves effecti subvoletis in cœlum, aut mures subeatis terram, aut ranæ insiliatis in paludes, non remeabitis his sagittis confixi.'

[c] *Istri*] Danubii, qui propter Alpes oritur: Germaniam Illyricum et Daciam transgressus, acceptis 60. fluminibus, in Pontum Eux. 6. ostiis evolvitur. Ubi primum Illyricum attigit, Ister dicitur.

[d] *Reditus sibi, &c.*] Scythæ enim Ionibus, quos Darius ad pontis custodiam reliquerat, suaserant, ut pontem solverent.

[e] *Trepidus*] Quia imminebant hostes, et pons solutus erat; postea Histiæus dux Ionum reductis navibus pontem junxit.

niam[f] domuit:[g] Ionas[h] quoque navali prælio[i] superat. 13. Deinde, cognito quod Athenienses[k] Ioniis[g] auxilium contra se tulissent, omnem impetum belli in eos convertit.[l]

CAP. VI. 1. Nunc, quoniam ad bella Atheniensium[a] ventum est, quæ non modo ultra spem gerendi, verum etiam ultra gesti fidem, peracta[1] sunt,[a] operaque Atheniensium effectu majora quam voto fuere, paucis urbis origo repetenda est: 2. quia non, ut ceteræ gentes, a sordidis initiis[2] ad summa[3] crevere. 3. Soli enim, præterquam incremento, etiam origine, gloriantur. 4. Quippe non ad-

[a] *Quæ non tantum superarunt spem conceptam priusquam gererentur, sed etiam, postquam gesta sunt, vix credi potuerunt.*

Bech. Med. Par. Ald. Junt. *nonaginta.*—8 Ald. Junt. *Ionibus.* Eæd. quoque v. 2. 9. pro vulg. *Ionios* præferunt *Ionas.* Rom. *Iones.*

1 Vulg. *patrata.* Ita Vell. II. 114. 'Hyems emolumentum patrati belli contulit:' et Liv. XXVIII. 41. 'Egregiam istam palmam belli Punici patrati petis?' Cum vero Bong. ex suis Mss. quibus accedunt undecim nostri, ed. Rom. Ald. Junt. ediderit *peracta*, illum sequi malui. Neque aliter Auctor XXII. 8. 6. 'Dum reliquiæ belli peraguntur.' Ubi 'patrantur' non invenuste dicere potuisset, quemadmodum Vell. II. 123. init. 'Reliqua belli patraturus.' Lucan. I. 691. 'Impiaque in medio peraguntur bella senatu.' Stat. III. Sylv. I. 55. 'Annua veloci paragunt certamina lustro.' In aliis vett. edd. ut Bech. Ven. Flor. Med. Par. non *patrata*, sed *parata*, legitur.—2 Coll. N. *a sordidissimis.*—3 Ald. Junt. *ad summam.*—4 Ald. Junt. *advena.*

NOTÆ

[f] *Macedoniam*] Quæ olim Hæmonia et Emathia dicta est. Græcia, Mari Ionio et Ægæo, Thraciaque circumscribitur.

[g] *Domuit*] Per Megabyzum Hellespontios, Perinthios, Pæonios, Thracasque domuit.

[h] *Ionas*] Causa belli hæc fuit: Darius Histiæo Milesio urbem ad Strymonem condere permiserat; sed paulo post ex sententia Megabyzi, ne id perficeret, prohibuit, eumque ad se evocavit, ne quid novi moliretur: qua re offensus Histiæus clam per Aristagoram generum, quem Mileti reliquerat, Ionas a Persis avertit, ipseque, relictis Darii partibus, se præbuit Ionibus belli ducem.

[i] *Navali prælio*] Histiæus, jam capta a Persis Mileto, victus et captus ipse ab Harpago, Sardibus, jussu Artaphernis fratris Darii, in crucem actus est.

[k] *Quod Athenienses*] Jam Dario irati, quod Hippiam Pisistrati filium ap. se recepisset, facile ab Aristagora inducti sunt, ut Ionibus faverent; et eorum auxilio jam captæ fuerant Sardes et incensæ.

[l] *Convertit*] Mardonium Gobryæ fil. et generum suum misit, qui multas clades et ipse a fluctibus hostibusque passus est, et multas etiam Græcis intulit.

[a] *Atheniensium*] Qui eam Græciæ partem incolunt, quæ primum ab Actæo Actæa dicta est; tum Cecropia a Cecrope; deinde Attica, ab Atthi Cranai filia. Athenæ juxta fl. Ilissum sitæ. *Setines.*

venæ,[4] neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit; sed eodem innati solo, quod incolunt: et, quæ illis sedes, eadem origo est. 5. Primi lanificii, et olei, et vini usum docuere. Arare quoque, et serere frumenta, glandem[5] vescentibus monstrarunt. 6. Literæ[b] certe ac facundia et[6] civilis ordo disciplinæ veluti templum Athenas habent. 7. Ante Deucalionis[c] tempora regem habuere Cecropem:[d] † quem, ut omnis antiquitas fabulosa est, biformem tradidere:[e] quia primus marem fœminæ matrimonio junxit. 8. Huic successit Cranaus,[f] cujus filia Atthis[7] regioni nomen dedit. 9. Post hunc Amphictyon[8] regnavit:[8] qui primus Minervæ[h] urbem sacravit, et nomen civitati

Periz. *Q. neque advenæ.*—5 Magl. Leid. 2. 5. Periz. Bodl. et C. C. *glande.* Ita XLIV. 4. 11. Ald. Junt. 'Ex agresti cibo mitiore vesci.' Add. II. 2. 9. et XLI. 3. 3. Coll. N. *glandes vesc.*—6 Vulg. *et hic.* *Hic* deest in Leid. 2. Ald. Junt.—7 Med. Bodl. Leid. 5. et Ven. *Attis.* Flor. Par. Ald. Junt. *Atthis.* Ἄτθις etiam dicitur Straboni IX. p. 397. et Paus. I. 2. Eustath. in Dionys. Perieg. 423. Ἀττικὴ δὲ ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται, καὶ Ἀτθίς· τοῦτο μὲν ἀπὸ Ἀτθίδος τῆς θυγατρὸς Κραναοῦ. Add. Vossii notam ad h. l.—8 Leid. 2. addit *anno sc. ante urbem conditam octingentesimo decimo.* Ald. Junt. *Post h. Amphic-*

NOTÆ

[b] *Literæ*] Multos enim philosophos, oratores, et poëtas præstantissimos pepererunt Athenæ.

[c] *Ante Deucalionis*] Promethei fil. fuit, et propter montem Parnassum ap. Thessalos imperavit, sed eod. quo Cecrops tempore vixit; ex Euseb. Hieron. Aug.

[d] *Cecropem*] Ægyptium, qui primus idololatriam in Græciam invexit, simulacra reperit, immolavit victimas, Jovem appellavit. Ex Euseb. Non ille primus regnavit in Attica: jam diu enim ibi imperium tenuerat Ogyges, cujus tempore diluvium contigit, quo terra per annos 200. mansit inculta, usque ad Actæum, cujus filiam Agraulon duxit Cecrops. Ex Pausan. Sed Lud. Vives, ex Africano, Actæum et ceteros, qui ab Ogyge ad Cecropem regnasse dicuntur, nuda putat esse nomina.

† A. M. 2498. Ant. Ch. 1554.

[e] *Biformem tradidere*] Non solum, quod marem junxerit fœminæ, Diphyes dictus est, sed quod et corpore esset procerus, et linguam Græcam Ægyptiamque calleret. Apollodor. scribit eum fuisse humano simul et serpentino corpore præditum.

[f] *Cranaus*] Non Cecropis filius, sed indigena, vir divitiis potens. Duas habuit filias; Atthim, unde Attica dicta est; et Cranaën, quæ Amphictyoni nupsit.

[g] *Amphictyon*] Expulso socero regnum invasit: erat filius Deucalionis, et frater Hellenis, qui Græciæ de suo nomen indidit.

[h] *Primus Minervæ, &c.*] Hoc Theseo tribuit Plut. Minervæ ipsi Hygin. Cecropi Euseb. et Varro ap. Aug. quod probabilius; in arce orta oliva et aqua erumpente, cum Delphicum oraculum Cecrops, quid facto esset opus, consuluisset, responsum est,

Athenas dedit. 10. Hujus temporibus, aquarum illuvies[i] majorem partem populorum Græciæ absumsit.‡ 11. Superfuerunt, quos refugia montium[k] receperunt; aut ad regem Thessaliæ Deucalionem ratibus evecti sunt:[b] a quo propterea genus hominum[l] conditum dicitur. 12. Per ordinem deinde successionis[m] regnum ad Erechtheum[9 n] descendit, sub quo frumenti satio apud Eleusina[10 o] a Triptolemo[p] reperta est: 13. in cujus muneris honorem noctes[q] Initiorum sacratæ. 14. Tenuit et Ægeus,[r] Thesei pater,[s] Athenis

[b] *Superstites fuerunt, qui in juga montium fugerunt, aut vecti navibus pervenerunt ad Deucalionem regem Thessaliæ.*

tyon anno scilicet ante urb. cond. oct. d. regnavit.—9 Leid. 2. *Ericteum.* Coll. N. ed. Bong. *Erichtheum.* Chronicon marmoreum Oxon. a Voss. ad h. l. laudatum epoch. 13. ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΗΣΙΝ ΕΡΙΧΘΕΩΣ: epoch. 14. et 15. ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΩΝ ΕΡΙΧΘΕΩΣ.—10 Sic Magl. Leid. 2. 5. ed. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Elusina* Ven. *Eleusina* a recto casu 'Eleusin.' Cic. VI. ad Att. 1. 'Audio Atticum *προπύλαιον* Eleusine facere:' et 6. 'Cum jam Appius de Eleusine non cogitet.' Apul. v. M. p. 111. ed. Pric. 'Eleusinis Atticæ sacrarium.' Ravennas anonymus IV. 9. 'Athenas, Eleusina.' Ita Ms. Leid. Vulgo *Athenæ, Eleusinæ. Eleusina* etiam h. l. Justino restituit Munker. ad Albricum cap. 11. et *Eleusin* pro *Eleusis* Julio Firmico Avus Obs. in Script.

NOTÆ

oliva Minervam, aqua Neptunum significari, et civitatem ex alterutrius nomine appellandam.

[i] *Aquarum illuvies*] Illud diluvium ad Amphictyonis tempora Oros. post Justinum: ad Cranai, Clemens Alex. ad Cecropis, Euseb. Hier. Aug. et Cyr. referunt; distat ab Ogygæo annis 272. illud enim A. M. 2258. hoc 2530. Moysis tempore contigit.

‡ A. M. 2530. Ant. Ch. 1522.

[k] *Refugia montium*] Deucalion pelago circumvectus, ad Ætnam Siciliæ, ex Hygin. et Arato, ad Lycorem, ex Lucian. Ad Parnass. ex Apollod. Nonno, et Ov. appulit: at Pausanias ait homines, qui tum non fuerunt undis oppressi, luporum ululatum secutos, ad juga Parnassi pervenisse, ibique urbem condidisse, quam dixerunt Lycoream.

[l] *Genus hominum*] Noëticum diluvium Deucalioneo adumbrarunt poëtæ, et infinita prope de Deucalione, Pyrrha, et lapidibus jactis commenti sunt.

[m] *Per ordinem deinde successionis*] Duo tantum omissi sunt, quorum alter Erichthonius, qui pulso Amphictyone Panathenæorum celebritatem instituit, licet hoc Theseo tribuatur a Plut. Alter Pandion fuit Erichthonii fil. Prognes et Philomelæ pater, quo regnante Ceres et Dionysius venerunt in Atticam.

[n] *Ad Erechtheum*] Pandionis fil. qui Eleusinos prælio vicit.

[o] *Apud Eleusina*] Atticæ civitatem, non procul ab Athenis.

[p] *Triptolemo*] Fuit Celei Eleusini regis et Megarinæ fil. de quo multa poëtæ.

[q] *Noctes*] Id est, Eleusina sacra, in illius honorem celebrata.

[r] *Ægeus*] Erechtheus filium suscepit Cecropem, hic Pandionem, ex

regnum: a quo per divortium decedens Medea,[t] propter adultam privigni ætatem, Colchos[u] cum Medio[11] filio[x] ex Ægeo suscepto concessit. 15. Post Ægeum Theseus, ac deinceps Thesei filius Demophoon,[y] qui auxilium Græcis adversus Trojanos[z] tulit, regnum possedit. 16. Erant inter Athenienses et Dorienses[a] simultatium[12] veteres offensæ: quas vindicaturi bello Dorienses de eventu belli[13] oracula consuluerunt. 17. Responsum 'superiores fore, ni regem Atheniensium occidissent.' 18. Cum ventum esset in bellum, militibus ante omnia custodia regis[14] præcipitur. 19. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat:[b] qui et responso Dei, et præceptis hostium cognitis, permutato regis habitu, pannosus, sarmenta collo gerens, castra hostium ingreditur: 20. ibi in turba obsistentium, a milite,

Eccles. cap. 9. p. 96.—11 Magl. Leid. 2. 5. Coll. N. ed. Bech. Ald. Junt. aliæque *Medo:* nec aliter XLII. 2. 13. Med. Magl. Periz. ed. Rom. Ald. Junt. Ib. cap. 3. 6. *Medus* pro *Medius* iid. Mss. cum Coll. N. et quatuor Leid. eædemque edd. et Bech. Μῆδος etiam dicitur Straboni XI. p. 526.—12 Sic Med. Leid. 1. 4. 5. ed. Salmur. ut 'civitatium,' 'affinitatium.'—13 Sic Magl. Thuan. Coll. N. ed. Ald. Junt. Saresb. III. 1. p. 214. stat a vulg. *prælii.* Paulo post Coll. N. ed. Med. Ald. Junt. *Cum ventum esset in bellum.*—14 Bodl. *Athe-*

NOTÆ

quo natus est Ægeus; cum Pandion a Metionidis regno pulsus esset, ipse Metionidis ejectis regnum obtinuit. Ægæo mari, in quod se dedit præcipitem, nomen dedit.

[s] *Thesei pater*] Theseus Herculis affinis et socius. Fabulæ de Ægeo, Theseo, et Medea notæ omnibus.

[t] *Medea*] Æetæ Colchorum regis filia, quæ Jasonem primum secuta est, deinde ab eo repudiata Ægæo nupsit.

[u] *Colchos*] Quæ Phaside, monte Tauro, Iberia, et Ponto Eux. circumscribitur. *Mingrelli.*

[x] *Medio filio*] A quo Medi nomen accepere.

[y] *Demophoon*] Theseo non Demophoon, sed Menestheus, successit. Cum enim Theseus Ostracismi legem tulisset, ipse calumniis Lyci cujusdam sycophantæ pulsus est Athenis; et, postquam jussu Lycomedis e sublimi saxo præcipitatus est, Menestheus regnum invasit.

[z] *Adversus Trojanos*] Non Demophoon, sed Menestheus, scientiæ rei militaris ex Homero peritissimus, in Trojanos pugnavit.

[a] *Dorienses*] Non Cretæ, sed Græciæ populos, qui ad Parnassi radices habitabant, a Doro Hellenis filio sic nominati. Pausaniæ Peloponnenses, Lacedæmonii Velleio dicuntur.

[b] *Codrus erat*] Tres reges a Justino omissi; Oxinthes, Aphidas, et Melanthus Codri pater, qui, Messeniorum rex, ab Heraclidis ejectus, Athenas cum fugisset, a civibus in regem electus est. Illi successit Codrus.

quem falce astu[15] convulneraverat, interficitur.[a] Cognito regis corpore, Dorienses sine prælio discedunt. 21. Atque ita Athenienses virtute ducis, pro salute patriæ morti se offerentis, bello liberantur.

Cap. vii. 1. Post Codrum[a] nemo Athenis regnavit: quod memoriæ nominis ejus tributum est. 2. Administratio reipublicæ annuis magistratibus permissa. 3. Sed civitati nullæ tunc leges erant: quia libido regum pro legibus habebatur. 4. Legitur itaque Solon,[b †] vir justitiæ[1] insignis, qui velut novam civitatem legibus conderet: 5. qui tanto temperamento inter plebem senatumque egit (cum, si quid pro altero ordine tulisset, alteri displiciturum videretur) ut ab[2] utrisque parem gratiam traheret.[a] 6. Hujus viri inter multa egregia et illud[3] memorabile fuit. 7. Inter

[a] *Cum cerneret se offensurum alterutrum ordinem, si magis uni quam alteri faveret in ferendis legibus; eas tam convenientes plebi et senatui tulit, ut utrique ordini gratiosus fuerit.*

---

niensium reg.—15 *Astu* desideratur in Ms. Coll. N.

1 Magl. Coll. N. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *justitia.* Inf. v 2. 6. 'Erat enim et ætatis flore, et formæ veneratione, nec minus eloquentia, etiam inter Athenienses insignis:' et vi. 8. 3. 'Nec postea virtutibus, sed cladibus, insignes fuere.' Virgil. i. Æn. 10. 'Insignem pietate virum.' Lactant. v. 12. 'Insignis scelere et audacia.' Saxo xiv. p. 249. 'Utque fortitudine fuerat, ita justitia insignis apparuit.'—2 Ed. Rom. *qui v. n. c. l. conderet. Hic tanto t. i. pl. senatumque egit, ut, cum si q. p. a. o. tulisset, et alteri d. videret, ab.* Ald. Junt. *qui v. n. c. l. conderet, tanto t. i. p. senatumque egit, ut, si quid pro a. o. tulisset, et alteri d. videretur, tamen ab.* Vocem *temperamentum* eod. sensu adhibuit Saresb. viii. 14. 'Æquitatis admirabili temperamento se inter misericordem patrem et justum legislatorem partiens.'—3 Sic Med.

NOTÆ

* A. M. 2985. Ant. Ch. 1067.

[a] *Post Codrum*] Aliter tamen Pausanias, cum ait, dum Medon et Nileus Codri filii de regno dissiderent, Delphico oraculo re permissa, respondisse vatem deberi Medonti Atheniensium regnum: sed alii omnes historici Justino consentiunt. Athenienses enim sub regibus a Cecrope ad Codrum usque vixerunt, h. e. ab an. 2498. per annos 487. ad an. 2985. Tum sub archontibus perpetuis fuere annis fere 314. Post iidem archontes decennio finiti; annui denique facti sunt; et ἐπώνυμοι, h. e. eorum nominibus inscribebatur annus, uti Romæ consulum.

[b] *Solon*] Salaminius, qui, abrogatis Draconis legibus, novas dedit multo leniores. Draconis enim legibus sancitum erat, ut, qui poma et alia id genus furatus esset, eod. quo sacrilegi et homicidæ supplicio afficerentur. Athenis a Pisistrato Tyranno pulsus, Cræso fuit gratiosus; annos natus 80. obiit in Cypro ins.

† A. M. 3460. Ol. 46. 3. U. C. 159. Ant. Ch. 592.

Athenienses et Megarenses[c] de proprietate Salaminæ[4] insulæ[d] prope usque interitum[5] armis dimicatum fuerat. 8. Post clades multas capital esse apud Athenienses cœpit, si quis legem de vindicanda insula tulisset. 9. Solicitus igitur Solon, ne aut tacendo parum reipublicæ consuleret, aut censendo sibi,[6] subitam dementiam simulat, cujus venia non dicturus modo prohibita, sed et facturus erat.[b] 10. Deformis habitu, more vecordium in publicum evolat; 11. factoque concursu hominum, quo magis consilium dissimularet, insolitis sibi versibus[e] suadere populo cœpit, quod vetabatur: 12. omniumque animos ita cepit, ut extemplo bellum adversus Megarenses decerneretur, insulaque, devictis hostibus,[f] Atheniensium fieret.

Cap. viii. 1. Interea Megarenses, memores illati Atheniensibus belli, et deserti,[1] ne frustra arma movisse viderentur, matronas Atheniensium in Eleusinis sacris[2] noctu oppressuri, naves conscendunt. 2. Qua re cognita, dux Atheniensium Pisistratus juventutem in insidiis locat,[a] jussis matronis solito clamore ac strepitu etiam in acces-

[b] *Fingit se dementem subito factum, ut posset non tantum dicere sed etiam facere, quæ erant vetita.*

Coll. N. Bodl. Vulg. *m. eg. ill.* Ed. Rom. *eg. m. et illud.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *m. eg. et istud.*—4 Leid. 4. *Salaminiæ:* Ald. *Salaminis.* Inf. xliv. 3. 2. 'Atque ibi urbem nomine antiquæ patriæ Salaminam condidisse.' Ubi etiam *Salamina* præferunt ed. Med. Ald. Junt. cum Ms. Coll. N. Leid. 2. 3. 4. Ead. varietas occurrit ap. Plin. v. 31. *Salamis, Amathus.* Ms. Leid. *Salamina, Amathus.* Ampelius cap. 6. 'Ægina, Salamina, Coos.' Saresb. viii. 6. p. 557. 'Xerxes apud Salaminam vix una nave evasit.'—5 Ald. Junt. *usque ad int. civitatis.*—6 Magl. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *aut censendo* (Magl. *consulendo*) *periculum sibi afferret.* Thuan. *aut censendo sibi offenderet.*

1 Sic Med. Magl. Reg. Bodl. Leid. 1. 4. Periz. *et dis.* 2. in marg. atque 5. *et diserti:* ut inf. cap. 12. 10. 'Deserto bello:' v. 2. 10. 'Eatenus bellum sustinendum, ne inopia deseratur:' ix. 2. 5. 'Ne inopia bellum deserere cogatur:' et xx. 5. 10. 'Bellum quod lue deseruerant.'—2 Sic Ald. Junt. Vulg.

NOTÆ

[c] *Megarenses*] Urbs est Achaiæ, media inter Athenas et Corinthum, ad sinum Saronicum.

[d] *Salaminæ insulæ*] In Saronico sinu. *Coluri.*

[e] *Insolitis sibi versibus*] Illud poëma, centum constans versibus, Salamis inscribebatur. Diog. Laert.

[f] *Devictis hostibus*] Solon ipse factus imperator Salaminam cepit.

[a] *In insidiis locat*] Polyænus id Soloni tribuit; sed eos conciliat Plutarchus, dum id Solonis consilio, sed virtute Pisistrati, peractum affirmat.

su hostium, ne intellectos se sentiant, sacra celebrare: 3. egressosque navibus Megarenses inopinantes aggressus, delevit; ac protinus classe captiva intermixtis mulieribus, ut speciem captarum matronarum[3] præberent, Megara contendit. 4. Illi, cum et navium formam et petitam prædam cognoscerent, obvii ad portum procedunt: quibus cæsis, Pisistratus paulum a capienda urbe abfuit.[4] 5. Ita Megarenses suis dolis hosti victoriam dedere. 6. Sed Pisistratus, quasi sibi, non patriæ, vicisset, tyrannidem per dolum[b] occupat:‡ 7. quippe voluntariis verberibus domi affectus, laceratoque corpore, in publicum progreditur:[5] 8. advocata[6] concione, vulnera populo ostendit: de crudelitate principum, a quibus hæc se passum simulabat, queritur: 9. adduntur vocibus lacrymæ, et invidiosa oratione multitudo credula accenditur: 'amore plebis invisum se senatui' affirmat: 10. obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium; per quos occupata tyrannide per annos triginta tres[7] regnavit.

CAP. IX. 1. Post ejus mortem Diocles,[a] [1] alter ex filiis, per vim stuprata virgine, a fratre puellæ interficitur. 2. Alter, Hippias nomine,* cum imperium paternum teneret,

---

in Eleusiniis s. Bech. *in Elcusiniis.*—3 *Matr.* ignorat Med.—4 Med. a pr. m. Leid. 4. 5. ed. Bong. *afuit:* ut sup. cap. 5. 1. ex ead. ed. et Med. a pr. m. *afuissent.* Cic. IV. Fam. 3. 'Etsi enim afui.' Ita Ms. Pomponius L. 22. Quibus modis ususfr. 'Et illa afuerit.' Paulus L. 39. ex Quibus c. maj. 'Is qui reipublicæ causa afuturus erat:' et L. 17. §. 3. de Usur. 'Reipublicæ causa afuit.' Julian. L. 41. ex Q. c. maj. 'Reipublicæ causa afuit:' et in fine ejusd. Legis 'r. p. c. afuit.' Ubi quædam Edd. præferunt *abfuit* cont. fidem Ms. et ed. Flor. Papinian. L. 13. ad Municip. 'Si alter ex magistratibus toto anno afuerit.' Ulpian. L. 69. de V. S. 'Cui rei dolus malus aberit, afuerit.' Macrob. I. Sat. 2. 'A quo [convivio] te afuisse non opinor.' Symmach. X. Ep. 59. ex Ms. 'Nam certe justo diutius afuisti.'—5 Med. Leid. 2. 5. et Vincentius III. 18. *egred.* idemque paulo post *conqueritur.*—6 Ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *et adv.*—7 Med. Magl. *trig. quatuor.* Leid. 2. 5. Bodl. ed. Bech. Ald. Junt. aliæque XXXIV.

1 *Dioc.* abest a Coll. N. nec male.—2 Med. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. *nisi.*

NOTÆ

[b] *Tyrannidem per dolum*] Bis Athenis ejectus est, semel a Lycurgo et Megacle, iterum a Megacle socero; illius enim filiam exul in Eretria uxorem duxerat: cum tamen victos Athenienses benigne habuisset, tyrannidem tertio recuperavit.

‡ A. M. 3488. Ol. 53. 3. U. C. 187. Ant. Ch. 564.

[a] *Diocles*] Hipparchus ab omnibus dicitur.

* A. M. 3520. Ol. 61. 3. U. C. 219.

interfectorem fratris comprehendi jubet: 3. qui, cum per tormenta conscios cædis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominavit: 4. quibus interfectis, quærenti tyranno, 'an adhuc aliqui conscii essent,' 'Neminem' ait 'superesse, quem amplius mori gestiat, quam[2] ipsum tyrannum.' 5. Qua voce ejusdem se tyranni victorem, post vindictam pudicitiæ sororis, ostendit. 6. Hujus virtute cum admonita civitas libertatis esset,[c] tandem Hippias regno pulsus in exilium agitur: 7. qui profectus in Persas, ducem se Dario, inferenti Atheniensibus bellum, sicuti supra significatum est, adversus patriam suam offert. 8. Igitur Athenienses, audito Darii adventu, auxilium a Lacedæmoniis,[b] sociatum[3] civitate, petiverunt. 9. Quos ubi viderunt[4] quatridui teneri religione,[c] non expectato auxilio, instructis decem millibus civium, et Platæensibus[d] auxiliaribus mille, adversus sexcenta millia[e] hostium in campos Marathonios[5] [f] in prælium egrediuntur. 10. Miltiades[g] et dux belli erat,[h] et

---

* *Hujus generositate urbs admonita, cum videret se posse in libertatem vindicare.*

Bech. Ald. Junt. *Nemo, ait, superest, q. a. m. gestiam, q. i. t.* Vincent. 'neminem esse, quem mori vellet, præter ipsum tyrannum.'—3 Med. Magl. Periz. ed. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *tunc.* Eæd. edd. cum Bech. Med. et Ms. Magl. *petierunt.* Schef. malebat *postulaverunt* pro *perduraverunt*, quod in omnibus Mss. uno excepto, se reperisse testatur Bong. idemque præfert Thuan. at Leid. 4. a reliquis discedens suffragatur conjecturæ Schefferi, quæ tamen non necessaria est. Nepos Milt. 4. 'Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxilium nusquam, nisi a Lacedæmoniis, petiverunt.'—4 Periz. *didicerunt*, ut sup. 3. 13. Magl. ed. Rom. *quatriduanæ religionis otio teneri.* Thuan. a sec. m. *quatriduanæ teneri rel. otio.* Oros. et Frec. 'Cum detineri quatriduanæ religionis otio compertum haberent.' Ap. Frec. post 'detineri' inepte additur vox *Persas*, eandemque retinet Vincent. Ita enim ille: 'Interim cum viderent Persas quatridui religione teneri, nacta occasione, non expectatis Lacedæmoniis.'—5 Magl. Thuan. Bodl. Leid. 4. *in campis Marathoniis.* Periz. *in campis Marathonis.* Oros. et Frec. *campis Ma-*

NOTÆ

Ant. Ch. 532.

[b] *Lacedæmoniis*] Qui extremam Peloponnesi partem incolunt. Sparta ad Eurotam sita est. *Misistra.*

[c] *Quatridui teneri religione*] Nefas enim ducebant ante plenilunium ad bellum novum progredi.

[d] *Platæensibus*] Quorum civitas non procul a monte Cithærone inter Thebas et Athenas condita est.

[e] *Sexcenta millia*] Trecenta tantum habet Paus.

[f] *In campos Marathonios*] Urbs Atticæ, ab Athenis distans circiter decem passuum millia. *Marason.*

[g] *Miltiades*] Qui ad Codrum genus

auctor non expectandi auxilii: quem tanta fiducia ceperat, ut plus præsidii in celeritate, quam in sociis, duceret. 11. Magna igitur in pugnam euntibus alacritas animorum fuit,† adeo ut, cum mille passus inter duas acies essent, citato cursu ante jactum sagittarum ad hostem venerint. Nec audaciæ ejus† eventus defuit: 12. pugnatum est enim tanta virtute, ut hinc viros, inde[i] pecudes, putares. 13. Victi Persæ in naves confugerunt: ex quibus multæ suppressæ,[6] multæ captæ sunt. 14. In eo prælio tanta virtus singulorum fuit, ut, cujus laus prima esset, difficile judicium videretur. 15. Inter ceteros tamen Themistoclis adolescentis gloria emicuit,[7] in quo jam tunc indoles futuræ imperatoriæ virtutis apparuit. 16. Cynægiri[8 k] quoque militis Atheniensis gloria magnis scriptorum laudibus celebrata est: 17. qui post prælii innumeras cædes, cum fugientes hostes ad naves egisset,[b] onustam navem dextra manu tenuit, nec prius dimisit, quam manum amitteret: 18. tum quoque amputata dextra, navem sinistra comprehendit; quam et ipsam cum amisisset, ad postremum morsu navem detinuit. 19. Tantam in eo virtutem fuisse, ut non tot cædibus fatigatus,

[b] *Qui post inflaitos hostes in prælio cæsos, cum reliquos, in fugam actos, usque ad naves insecutus fuisset.*

rathoniis proruperunt.—† *Ejus* abest Coll. N. Saxo III. p. 49. 5. 'Nec audaciæ eventus defuit.' Conjecturæ Acidalii legentis *suus* album calculum adjiciunt Faber et Burm. ad P. Lotichii Poëmata IV. 2. 49.—6 Med. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. *submersæ:* Rom. Ald. Junt. *summersæ.* *Sunt* ignorant Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—7 Rom. *enituit;* idemque in suo Ms. extare testatur Dorvil. Misc. Obs. vol. 1. p. 170. Liv. XXII. 27. 'In tantum suam felicitatem virtutemque enituisse.' Saxo XI. p. 221. 11. 'Sed et clandestina ejus virtus pellucidis postmodum experimentis enituit.'—8 Med. Leid. 5. ed. Bech. *Cynelucidis*

NOTÆ

referebat; deinde propter infelicem in Parum ins. expeditionem, 50. talentis mulctatus, mœrore et vulnere accepto mortuus est.

‡ A. M. 3562. Ol. 72. 1. U. C. 261. Ant. Ch. 490.

[i] *Hinc viros, inde, &c.*] Persæ tamen mediam Græcorum aciem viceruntsed, utroque Persarum cornu prostrato, Græci victores aggressi Persas superarunt. Herod.

[k] *Cynægiri*] Dum summam puppim apprehendit, manu bipenni abscissa, eum cecidisse refert Herod.

[h] *Dux belli erat*] Duces decem ab Atheniensibus missi, sed omnes Aristidis exemplum secuti, ubi uniuscujusque dies imperandi venerat, vicem suam Miltiadi dabant, ut ipse etiam Callimachus, Polomarchus. Plut.

non duabus[9] manibus amissis victus, truncus ad postremum, et veluti rabida[10] fera, dentibus dimicaverit. 20. Ducenta millia[l] Persæ eo prælio, sive naufragio, amisere. 21. Cecidit et Hippias,[m] tyrannus Atheniensis, auctor et concitor ejus belli, Diis patriæ ultoribus pœnas repetentibus.

CAP. X. 1. Interea et Darius, cum bellum instauraret,[1] in ipso apparatu decedit, relictis multis filiis, et in regno et ante regnum susceptis. 2. Ex his Artemenes[2 a] maximus natu, ætatis privilegio, regnum sibi vindicabat: quod jus et ordo nascendi et natura ipsa gentibus dedit. 3. Porro Xerxes controversiam non de ordine, sed de nascendi felicitate, referebat: 4. 'Namque Artemenen primum quidem Dario, sed privato, provenisse: se regi primum natum.' 5. Fratres itaque suos, qui ante geniti essent, privatum patrimonium, quod eo tempore Darius habuisset, non regnum, sibi vindicare posse: se esse, quem primum in regnum jam rex[3] pater sustulerit. 6. Huc accedere, quod Artemenes

[a] *Namque Artemenem procreatum a Dario quidem, sed dum privatus esset: se vero ab eo, dum rex esset.*

geri. Similiter ap. Herod. ex Ms. Med. VI. 114. Κυνέγειρος.—9 Magl. Coll. N. ed. Rom. Bech. aliæque *ambabus.*—10 Vulg. *et r.* Magl. *v. r.* Leid. 1. 4. *et velut. r.* Med. Bodl. Thuan. Leid. 2. 5. Periz. cum vetustis edd. et Bong. atque Bern. *et veluti.*

1 Vulg. *restaur.* Coll. N. Oros. II. 9. et Frec. IV. 1. tom. 1. *instaur.* atque ita inf. III. 5. 2. Med. Magl. Bodl. Leid. 2. 5. ed. Ald. Junt. Oros. I. 21. 'Bellum instaurant;' et Coll. N. *instauravit:* et XX. 5. 6. ed. Ven. 'Bellum velut ex integro instaurat.' Item XXXI. 3. 8. ead. cum Flor. Par. 'Bellum Italiæ instauraturum:' et Ven. Par. Med. XXXVII. 1. 8. 'Ut major clariorque resurgeret instaurando prælio.' Vulg. *in restaur. bello resurg.*—2 Med. Leid. 2. 5. *Ariamen.* Periz. ed. Rom. *Artamen.* Jens. Med. *Arthemen.* Ven. *Archamen.* Flor. Par. *Arimen.* Ald. Junt. *Artabazan.* Add. notam Bongarsii.—3 Ald. Junt. *esse prim. quem in regnum rex.* Magl. Coll. N. ed. Rom. aliæque vett.

NOTÆ

[l] *Ducenta millia*] Datys Persarum dux in acie periit cum 6000. e suis, ut in Græco Herodoti legitur; sed eos tantum intelligit qui gladio, non eos qui aqua, perierant; ex Atheniensibus 190. tantum occisi sunt. Artaphernes Darii ex fratre nepos cum aliis fugit.

[m] *Hippias*] Suidas tradit eum ex pugna elapsum in Lemnum fugisse, ibique captum oculis, effluente per illos sanguine, misere periisse.

[a] *Ex his Artemenes*] In duobus peccat Justinus. Primo, quod Artemenem nominet, qui ab Herod. Artabazanes dicitur. Secundo, quod illam de regno contentionem post mortem Darii ortam, et Artaphernem illius

non patre tantum, sed et matre,[b] privatæ adhuc fortunæ, avo[4] quoque materno privato, procreatus sit: 7. se vero et matre regina natum, et patrem non nisi regem vidisse; avum quoque maternum Cyrum se regem habuisse, non hæredem, sed conditorem, tanti regni; 8. et,[5] si in æquo jure utrumque fratrem pater reliquisset, materno tamen se jure et avito vincere.' 9. Hoc certamen concordi animo ad patruum suum Artaphernen, veluti ad domesticum judicem, deferunt; 10. qui domi cognita causa Xerxen præposuit:[c] ‡ adeoque fraterna contentio fuit, ut nec victor insultaverit, nec victus doluerit;[6] ipsoque litis tempore invicem munera miserint; et jucunda quoque inter se, non solum credula, convivia habuerint:[b 7] judicium quoque ipsum sine arbitris, sine convicio, fuerit. 11. Tanto moderatius tum fratres inter se regna maxima dividebant, quam nunc exigua patrimonia partiuntur. 12. Igitur Xerxes[d] bellum a patre[e] cœptum[f] adversus Græciam per[9] quinquennium instruxit. 13. Quod ubi primum didicit Demaratus, rex Lacedæmoniorum, qui apud Xerxen exulabat, amicior patriæ post fugam, quam regi post beneficia, ne inopinato bello opprimerentur, omnia in tabellis ligneis magistratibus per-

[b] *Alter alterum exceperit conviviis, in quibus non tantum lætæ, sed etiam confidenter, inter se egerint.*

etiam *in regnum*.—4 Med. Leid. 5. Bodl. *ita avo*.—5 Coll. N. *Itaque*. Ed. Rom. *ita*.—6 Coll. N. ed. Rom. Bech. Ald. Junt. aliæque *indol*.—7 Rom. *j. q. i. se conv. non sol. sed cred. hab.* Magl. Coll. N. *j. q. i. se non sol. conv. sed crebra* (Coll. N. *sol. sed crebra conv.*) *hab.* Bodl. *non solum crebra conv. hab.* Freinsh. quoque malebat *crebra*.—8 Ald. *acceptum*. Junt. *accæptum*.—9 Sic novem Mss. ed.

NOTÆ

fuisse judicem dicat: contra Herod. qui et vivente Dario natam et ab eo diremtam affirmat.

[b] *Sed et matre*] 3. enim liberos ex Gobryæ filia privatus, 4. ex Atossa Cyri filia rex, Darius susceperat.

[c] *Præposuit*] Illius consilii auctor fuit Demaratus Lacedæmonius, qui, et patria et regno pulsus a Cleomene, Susa se receperat.

‡ A. M. 3567. Ol. 73. 2. U. C. 266. Ant. Ch. 485.

[d] *Igitur Xerxes*] Nomen gentilitium Persarum regibus fuit Xerxes et Artaxerxes: post Xerxem enim memoriosum omnes Artaxerxas dictos ait Diodorus; *Art* est additamentum honorificum, ut *Scach* etiam nunc ap. Persas, quod magnum sonat ex Hesych.

[e] *Bellum a patre*] Prius Ægyptios in patrem rebelles per Achæmenem fratrem subegit.

scribit,[10] eademque cera superinducta delet;* 14. ne aut scriptura sine tegmine indicium daret, aut recens cera dolum proderet: fido deinde servo perferendas tradit, jusso, magistratibus Spartanorum tradere. 15. Quibus perlatis, Lacedæmone quæstioni res diu fuit, quod neque scriptum aliquid viderent, nec frustra missas suspicarentur, tantoque rem majorem, quanto sit occultior, putabant. 16. Hærentibus in conjectura viris, soror regis Leonidæ consilium scribentis invenit. 17. Erasa igitur cera, belli consilia deteguntur. 18. Jam Xerxes septingenta[f] millia de regno armaverat, et trecenta millia[11] de auxiliis: 19. ut non immerito proditum sit, flumina[g] ab exercitu ejus siccata Græciamque omnem vix capere exercitum ejus potuisse. 20. Naves quoque[h] mille ducentas numero habuisse dicitur. 21. Huic tanto agmini dux defuit. Ceterum si regem spectes, divitias, non ducem, laudes: 22. quarum tanta copia in regno ejus fuit, ut, cum flumina multitudine[12] consumerentur, opes tamen regiæ superessent. 23. Ipse autem primus in fuga, postremus in prælio, semper visus est; in periculis timidus; sicubi metus abesset, inflatus; 24. denique ante

Rom. Ald. Junt. aliæque cum Oros. II. 9. et Vincent. III. 37.—10 Flor. *prescripsit*. Ald. Junt. *præscribit*. Vincent. 'Omnia in tabulis ligneis describit, et ceram superducta cera delet.' Oros. II. 9. 'Per tabellas primum scriptas, deinde ceratas, suis prodidit.'—11 Magl. ed. Rom. Oros. ex tribus Mss. Flor. et Frec. IV. 6. tom. 1. omittunt *millia*, quæ posteriore loco subaudiri solet: sic inf. XXIV. 6. 1. ex Leid. 2. 'Adunatis centum quinquaginta millibus peditum et quindecim equitum:' et XXXI. 8. 8. 'Cæsa hostium quinquaginta millia, et capta undecim:' et XXXVIII. 1. 8. 'Peditum octoginta millia, equitum decem.' Ita optimus Med. et Mss. Bong. Plura exempla congessit Avus ad Liv. XXI. 17.—12 Coll. N. *a mult*.—13 Vulg. *duceb*. Mss. atque edd.

NOTÆ

* A. M. 3571. Ol. 74. 2. U. C. 270. Ant. Ch. 481.

[f] *Septingenta*] Xerxis copias maritimas, terrestres, Europæas, et Asiaticas, adjectis servitiis, refert Herod. ascendisse ad 523. myriades, et insuper 5. M. quod efficit 5235220. media pars 2617610. erat militum, altera servitiorum; nec eunuchi nec mulieres hoc in numero continentur; sed alii aliter de hoc numero sentiunt; quorum sententias recensere longius esset.

[g] *Flumina, &c.*] Echedorus enim fl. illis potantibus defecit.

[h] *Naves quoque, &c.*] Multi legunt *decies centum millia*, quod verum non videtur: Herod. et Diod. triremes numerant 1200. biremium vero tria millia addit Diod. hippagogas 890.

experimentum belli, fiducia virium, veluti naturæ ipsius dominus, et montes in planum[i] deducebat,[11] et convexa vallium æquabat; et quædam maria pontibus[k] sternebat: quædam ad navigationis commodum per compendium ducebat.[c]

Cap. xi. 1. Cujus introitus in Græciam[a] quam terribilis, tam turpis ac fœdus discessus, fuit. 2. Nam,[1] cum Leonida, rex Spartanorum, cum quatuor millibus militum angustias Thermopylarum[b] occupasset, Xerxes contemtu paucitatis, 'eos pugnam capessere' jubet, 'quorum cognati[c] Marathonia pugna interfecti fuerant:' 3. qui, dum ulcisci suos quærunt, principium cladis fuere: succedente deinde inutili turba,[d] major cædes editur.[†] 4. Triduo ibi cum dolore et indignatione Persarum dimicatum: 5. quarta die cum nuntiatum esset Leonidæ, a viginti millibus hostium summum cacumen[e] teneri, tunc hortatur socios, 'rece-

[c] *Isthmos effodiebat, ut commodior et brevior esset navigatio.*

præterquam tres posteriores Grævii *deduc.* atque ita loquuntur optimi scriptores. Sen. Ep. 111. 'Ludit istis animus, non proficit; et philosophiam a fastigio deducit in planum.' Curt. vi. 1. 'Et, donec avidius sequentes in planum deduxere, multi cadebant.' Flor. ii. 3. 'Fulvius latebras eorum ignibus sepsit: Bæbius in plana deduxit.'

1 Med. Bodl. Coll. N. Leid. 4. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald.

NOTÆ

equis ductandis idoneas.

[i] *Montes in planum*] Montis Athos Isthmum effodi jussit: ea erat fossæ latitudo, ut duæ triremes in ea moveri facile possent.

[k] *Maria pontibus*] Hellespontum ex Abydo Asiæ oppido ad Sestum Europæ, qui 7. stadiorum trajectus est, ponte junxit; quinetiam Hellesponto trecenta verbera ideo infligi jussit, quod pontem evertisset. Nihil de Xerxis in Pythium crudelitate habet Justinus.

[a] *In Græciam*] Per Thessaliam ingressus est: illius transitum et exercitus ordinem pluribus narrat Herod. quem consule.

[b] *Thermopylarum*] Angustiæ sunt montis Œtæ, quibus ex Phthiotide in Phocidem transitus est 25. pedum spatio, non procul a sinu Maliaco. Ibi erant θερμὰ λοῦτρα, i. e. calida lavacra, et murus quem Phocenses metu Thessalorum ædificarant, et Dario adventante Græci renovarunt; et super murum portæ visebantur; unde Thermopylæ.

[c] *Cognati*] Medos illos fuisse testatur Herod. quos, veteris imperii gloria tumidos, deletos cupiebat Xerxes.

[d] *Inutili turba*] Lectissimos tamen misit, quos Immortales vocant.

[†] A. M. 3574. Ol. 75. 1. U. C. 273. Ant. Ch. 478.

[e] *Summum cacumen*] Id consilii Xerxi dederat Ephialtes Trachinius, ut Leonidæ copias a tergo aggrederetur.

dant, et se ad meliora patriæ tempora reservent: 6. sibi cum Spartanis fortunam experiendam; plura se patriæ quam vitæ debere: ceteros ad præsidia Græciæ servandos.' 7. Audito regis imperio, discessere ceteri, soli Lacedæmonii remanserunt. 8. Initio hujus belli sciscitantibus Delphis oracula, responsum fuerat, 'aut regi Spartanorum, aut urbi cadendum.'[2] 9. Et idcirco rex Leonida,[3] cum in bellum proficisceretur, ita suos firmaverat, ut ire se parato ad moriendum animo scirent. 10. Angustias propterea[4] occupaverat, ut cum paucis aut majore gloria vinceret, aut minore damno[5] reipublicæ caderet. 11. Dimissis igitur sociis, hortatur Spartanos, 'meminerint, qualitercumque præliantibus[6] cadendum esse: caverent, ne fortius mansisse, quam dimicasse, videantur; 12. nec expectandum, ut ab hoste circumvenirentur, sed, dum nox occasionem daret, securis et lætis superveniendum: 13. nusquam victores honestius, quam in castris hostium, perituros.' 14. Nihil erat difficile persuadere persuasis mori: 15. statim arma capiunt, et sexcenti viri castra quingentorum millium irrumpunt; statimque regis prætorium petunt, aut cum illo, aut, si ipsi oppressi essent, in ipsius potissimum sede morituri. 16. Tumultus totis castris oritur. Spartani, posteaquam regem non inveniunt, per omnia castra victores vagantur; cædunt sternuntque omnia: ut qui sciant se pugnare non spe[7] victoriæ, sed in mortis ultionem.[8] 17. Prælium a principio noctis in majorem partem diei[9] tractum. 18. Ad postremum non victi, sed vincendo fatigati, inter ingentes stratorum hostium catervas occiderunt.[f] 19. Xerxes, duo-

Junt. *Namque.* Rom. *Namque cum Leonidas dux Sp. q. m.*—2 Coll. N. *aut urbi aut regi cladem imminere.*—3 Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *Et iccirco cum rex Leonidas.* Bech. *Leonides.*—4 Ms. Med. Leid. 2. 5. Periz. ed. Rom. Ald. *Angustiasque p.* Junt. *Angustias præterea.*—5 Coll. N. *detrimento.*—6 Bech. Ald. Junt. *præliarentur.* Periz. cum Mss. Bong. Modii, *præliatis.* Inf. v. 1. 1. 'Præliati ad ultimum.'—7 Coll. N. *in spem.*—8 Periz. *sed mortis ultione.*—9 Leid. 5. *die.* Sall. Jug. 56. 'Et jam die vesper erat.' Vid. Bong. ad h. l.

NOTÆ

[f] *Occiderunt*] Duos Xerxis fratres contra Leonidam pugnantes supra ejus cadaver procubuisse Herod. di-

bus vulneribus[g] terrestri prælio acceptis, experiri maris fortunam statuit.[a]

Cap. XII. 1. Sed Atheniensium dux Themistocles,[h] cum animadvertisset Ionas, propter quos bellum Persarum susceperant, in auxilium regis classe venisse, solicitare eos in partes suas statuit: 2. et, cum colloquendi copiam non haberet, quo applicituri erant, symbolos[1] proponi, et saxis proscribi,[2] curat: 3. 'Quæ vos, Iones, dementia tenet? quod facinus agitatis? bellum inferre olim[3] conditoribus vestris,[b] nuper etiam vindicibus, cogitatis? 4. An ideo mœnia vestra condidimus, ut essent qui nostra delerent? 5. Quid si non hæc et Dario prius, et nunc Xerxi, belli causa nobiscum foret, quod vos rebellantes non destituimus?[c] 6. Quin vos in hæc nostra[4] castra ex ista obsidione transitis? 7. Aut, si hoc parum tutum est, at vos, commisso prælio, ite cessim;[d] inhibete remis, et a bello

[g] *Xerxes victus duobus prœliis terrestribus, constituit tentare an maritimis certaminibus fortuna magis faveat.*

[a] *Quid si et Darius antea, et nunc Xerxes, ideo tantum in nos bellum gesserunt, quod vos juvimus, dum in Persas rebelles eratis?*

[b] *Aut, si hoc periculosum videtur, vos inito certamine recedite.*

---

1 Ald. Junt. *symbola.*—2 Coll. N. ed. Rom. *et in sax. persc.* Oros. II. 10. et Frec. 'Saxisque affigi jubet.' Herod. VIII. 24. Ἐντάμνων ἐν τοῖσι λίθοισι γράμματα.—3 Med. *b. i. solet o.* Ms. Bong. *b. i. solit. o.* F. legend. *b. i. sicut o.*—4 Med. Magl. Thuan. Leid. 1. Bodl. Coll. N. et C. C. *vestra:* quod amplec-

NOTÆ

citur: et, cum Xerxes cor illius excidi jussisset, pilosum invenit: ita Plut.

[g] *Duobus vulneribus*] Bis victus, semel in montium angustiis, iterum noctu in castris.

[h] *Themistocles*] Omisit Justinus repetitas ad Artemisium, Eubœæ ins. promontorium, navales pugnas, in quibus Græci Themistoclis et consilio et fortitudine victores extiterunt; unde in Salaminas fauces sese recepere. Themistocles in adolescentia deliciis et libidinibus infamis fuerat, sed postea patriæ columen decusque extitit.

[b] *Conditoribus vestris*] Deucalionis fil. Hellen tres habuit filios, Æolum, Dorum, et Xuthum, qui patris thesauros depeculatus in Atticam profugit, ubi, condita Tetrapoli, ex Creusa filios Achæum et Ionem suscepit. Ion in Achaia remansit, ejusque nomine Ægialenses Iones dicti sunt; sed ab Achæis sedibus pulsi, primum Athenas, deinde ducibus Neleo et Androclo Codri filiis sese receperunt in Asiam. Cujus partem Ioniam dixerunt, quæ Æolide, Lydia, Caria, et mari Ægæo undique terminabatur, ubi olim Ephesus, Miletus, Colophon, &c. Meander, Cayster, et Hermus fluvii. *Sarcham.*

discedite.' 8. Ante navalis prælii congressionem miserat Xerxes quatuor millia armatorum Delphos,[e] ad templum Apollinis[d] diripiendum: 9. prorsus, quasi non cum Græcis tantum, sed et cum Diis[5] immortalibus, bellum gereret: 10. quæ manus tota imbribus et fulminibus deleta est,[e] ut intelligeret, quam nullæ essent[6] hominum adversus Deos vires. 11. Post hæc Thespias,[7e] et Platæas, et Athenas, vacuas hominibus, incendit;‡ et, quoniam ferro in homines non poterat, in ædificia[8] igne grassatur. 12. Namque Athenienses post pugnam Marathoniam, præmonente Themistocle victoriam illam de Persis non finem sed causam majoris belli fore, ducentas naves fabricaverant. 13. Adventante igitur Xerxe, consulentibus Delphis oraculum responsum fuerat, 'salutem muris ligneis tuerentur.' 14. Themistocles navium præsidium demonstratum ratus, persuadet omnibus, 'patriam municipes esse, non mœnia; civitatemque non in ædificiis, sed in civibus, positam. 15. Melius itaque salutem navibus, quam urbi, commissuros. Hujus sententiæ etiam Deum auctorem esse.' 16. Probato consilio, conjuges liberosque cum pretiosissimis

[e] *Qui omnes milites pluviis et fulminibus perierunt.*

---

titur Parens ad Gell. IV. 18. Leid. 3. 4. *castra vestra.*—5 Ald. Junt. *sed cum diis etiam.*—6 Periz. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *ut int. quanto gravior offensa deorum esset, tanto nullas esse.*—7 Bodl. Leid. 2. 5. *Thespiades:* 3. 4. Reg. *Thespiadas,* probante Bong. ad XXXVI. 1. 3.—8 Med. Leid. 2. 4. Bodl. *in ædificiis.* Ita XXXVIII. 6. 1. 'In aliis quoque omnibus hac arte grassatus.' Saxo XIV. p. 309. 32. 'Et quoniam in homines grassari non licuit, tanquam a rebus mutis supplicium exacturus, urbem Gozcovam cremandam curavit.'

NOTÆ

[e] *Delphos*] Urbs Phocidis in Achaia ad Parnassum montem, Oraculo Apollinis clarissima, nunc *Delpho.* Templum erat supra specum, oppido muroque cinctum, aditu adeo difficili, ut exigua tantum semita pateret, qua consulturi incederent. In medio templi, hiatus erat, ex quo spiritus acer et vehemens vatem tripodi insistentem corripiebat statis diebus, quibus fari liceret. Non enim quovis tempore, sed certis diebus, ut Idibus vel Kalendis, augescente vel deficiente luna, Oraculum consulere fas erat.

[d] *Apollinis*] Jovis et Latonæ fil. fuit, et Dianæ frater, de quo infinitæ propе fabulæ.

[e] *Thespias*] Urbs Bœotiæ in limite Phocidis, Heliconi monti vicina.

‡ A. M. 3574. Ol. 75. 1. U. C. 273. Ant. Ch. 478.

rebus, abditis insulis,[f] relicta urbe, demandant; ipsi naves armati conscendunt. 17. Exemplum Atheniensium et aliæ urbes imitatæ. 18. Itaque cum adunata omnis sociorum classis,[g] et intenta in bellum navale esset, angustiasque Salaminii freti,[h] ne circumveniri a multitudine posset, occupassent, dissensio inter[i] civitatium principes oritur: 19. qui, cum deserto bello ad sua tuenda dilabi vellent, timens[9] Themistocles, ne discessu sociorum vires minuerentur, per servum fidum Xerxi nuntiat, 'uno in loco eum contractam Græciam capere facillime posse. 20. Quod si civitates, quæ jam abire[10] vellent, dissipentur, majore labore ei singulas consectandas.' 21. Hoc dolo impellit regem signum pugnæ dare. Græci quoque, adventu hostium occupati, prælium collatis viribus capessunt. 22. Interea rex, velut spectator pugnæ, cum parte navium in littore remanet. 23. Artemisia[k] autem regina Halicarnassi,[11] [l] quæ in auxilium Xerxi venerat, inter primos[12] duces bellum acerrime ciebat: 24. quippe ut in viro muliebrem timorem, ita in mu-

—9 *Themistocles navium præsidium . . . . timens.* Coll. N. plurimum quantum h. l. a recepta lect. discedit: *Cum Themistocles interpretatus est,* (leg. *esset*) *Deum muros ligneos dixisse naves; cujus probato consilio, conjuges liberosque Salaminiis demandant: ipsi naves armati conscendunt. Idem et aliæ civitates Græciæ faciunt, inter quas cum dissensio oriretur, et delapsuri ad sua tuenda jam viderentur, veritus Themistocles, ne discessu, &c.*—10 Leid. 3. *feriari.*—11 *Alicarnasi* vel *Halicarnasi* exhibent meliores Mss. tam Orosii, quam Justini. Vincent. I. 38. 'Archemidora autem, vel, sicut alibi legitur, Artemisia regina Halicarnasi.' Ita *Halicarnasus* quoque dant Mss. Melæ I. 16. et Ἁλικαρνησόν atque Ἁλικαρνησεὺς codex Med. Herodoti I. 144. Josephus IV. Ant. Jud. 17. Ψήφισμα Ἁλικαρνασέων. Add. Paterna ad Herod. I. init. Ap. Frec. vitiose editum est *Artemidora reg. Halicarnis.*—12 Med. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

[f] *Abditis insulis*] Alii Trœzenen, alii Æginam, alii Salaminam, missi sunt. Herod. Sed omnes humanitate victos a Trœzenis dicit Plut. quorum sumtibus Atheniensium pueri publice instituti sunt.

[g] *Sociorum classis*] Triremibus 378. constabat.

[h] *Salaminii freti*] Salamina, ins. Saronici sinus, Peloponnesum inter et Atticam, Æginæ proxima.

[i] *Dissensio inter, &c.*] Quod audiissent Atticam a Xerxe devastatam.

[k] *Artemisia*] Cariæ regina, quæ Mausoli mariti cineres vino permixtos bibit, et splendidum illi erexit sepulcrum, unde Mausolea dicuntur.

[l] *Halicarnassi*] Urbs Cariæ maritima, inter Iasum et Cnidum, propter sinum Ceramicum, Mausoleo nobilis. *Messy.*

liere virilem[m] audaciam, cerneres. 25. Cum anceps prælium esset, Iones juxta præceptum Themistoclis pugnæ se paulatim[n] subtrahere cœperunt: quorum defectio animos ceterorum[13] fregit. 26. Itaque circumspicientes fugam pelluntur Persæ, et mox prælio victi in fugam vertuntur.* 27. In qua trepidatione multæ captæ naves, multæ mersæ; plures tamen, non minus sævitiam regis quam hostem timentes, domum[14] dilabuntur.

Cap. XIII. 1. Hac clade perculsum et dubium consilii Xerxen Mardonius[a] aggreditur. 2. Hortatur, 'in regnum abeat, ne quid seditionis moveat fama adversi belli, in majus, sicuti mos est, omnia extollens: 3. sibi trecenta millia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat: qua manu aut cum gloria ejus perdomiturum se Græciam; aut, si alter eventus ferat, sine ejusdem infamia hostibus cessurum.'[a] 4. Probato consilio, Mardonio exercitus traditur: reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. 5. Sed Græci, audita regis fuga, consilium ineunt pontis interrumpendi, quem ille Abydo[b] veluti victor maris fecerat; ut, intercluso

[a] *Cum quo exercitu aut se Græciam subacturum cum laude, aut, si fortuna non faveat, vincendum se ab hostibus, sine dedecore ejusdem Xerxis.*

primores.—13 Ita XXXIV. 3. 4. 'Adeoque hæc asperitas animum regis fregit:' et Liv. XXVI. 12. 'Conspectum tam triste supplicium fregit animos Campanorum.' Bodl. Periz. ed. Jens. Bech. Flor. Ald. Junt. *ceteris.* Ita id. XXXVI. 28. 'Tum fracta Phæneæ ferocia Ætolisque aliis est.' Coll. N. *in ceteris:* quomodo loquitur Auctor I. 5. 5. 'Animum minacem duntaxat in parvulo fregit.' Magl. Leid. 2. 4. 5. *ceteros.*—14 Coll. N. *domo.* Leg. *domos.* Oros. ex tribus Mss. Flor. et ed. Fabric. *pl. t. sæv. reg. velut immanitatem hostis timentes, domos.* Frec. *per domos,* præp. temere addita. Vincent. III. 33. 'Plures tamen, sævitiam regis timentes, domos delabuntur.' Inf. XII. 11. 1. 'Ut prædam

NOTÆ

[m] *In muliere virilem, &c.*] Ideo Xerxes de suis dicebat ap. Herod. 'Viri quidem extiterunt mihi fœminæ, fœminæ autem viri.' Eam pro Græcis contra Persas pugnasse falso scribit Suidas.

[n] *Pugnæ se paulatim, &c.*] De Ionum fuga nihil habet Diod. sed cladis initium et locorum angustiis et ducis morti tribuit.

* A. M. 3574. Ol. 75. 1. U. C. 273. Ant. Ch. 478.

[a] *Mardonius*] Cui Xerxis soror nupserat, vir prudentia, fortitudine, et rebus in Græcos sub Dario gestis clarissimus.

[b] *Abydo*] Urbs est Phrygiæ ad Bosporum, nunc arx munitissima, una ex Dardanellis. *Aidos.*

reditu, aut cum exercitu deleretur, aut, desperatione rerum, pacem victus petere cogeretur. 6. Sed Themistocles timens, ne interclusi[c] hostes desperationem in virtutem verterent, et iter, quod aliter non pateret, ferro patefacerent; 'satis multos hostes in Græcia remanere' dictitans, 'nec augeri numerum retinendo oportere;' 7. cum vincere consilio ceteros non posset, eundem servum ad Xerxen mittit, certioremque consilii facit; et occupare transitum maturata fuga jubet. 8. Ille perculsus nuntio tradit ducibus milites perducendos: ipse cum paucis Abydon contendit. 9. Ubi cum solutum pontem hybernis tempestatibus offendisset, piscatoria scapha trepidus trajecit.[d] 10. Erat res spectaculo digna, et æstimatione sortis humanæ, rerum varietate mirandæ, in exiguo latentem videre navigio, quem paulo ante vix æquor omne capiebat; carentem etiam omni servorum ministerio, cujus exercitus propter multitudinem terris graves erant. 11. Nec pedestribus copiis, quas ducibus assignaverat, felicius iter fuit: siquidem quotidiano labori (neque enim ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. 12. Multorum deinde dierum inopia contraxerat et pestem:[b] tantaque fœditas morientium fuit, ut viæ cadaveribus implerentur, alitesque et bestiæ, escæ[15] illecebris solicitatæ, exercitum sequerentur.

CAP. XIV. 1. Interim Mardonius in Græcia Olynthum[a] expugnat. 2. Athenienses quoque in spem pacis amici-

[b] *Deinde pestis grassata est per exercitum, ob inopiam commeatuum per multos dies.*

præmiaque integra domos ferant.' Curt. VI. 6. 'Domos quasi in captivo habitu reversuros.' Liv. XXIX. 27. 'Præda onustos triumphantesque mecum domos reduces sistatis.' Id. II. 7. addito pronom. 'Ut ambo exercitus suas quisque abirent domos.'—15 Magl. ed. Rom. Oros. et Frec. *escarum*.

NOTÆ

[c] *Timens, ne interclusi, &c.*] Contrarium consuluisse Themistoclem testatur Plut.

[d] *Trepidus trajecit*] Pedestri itinere in Asiam cum reliquo exercitu pervenit, ex Herod. qui tamen ex aliorum sententia refert Xerxem navem Phœnissam conscendisse, Persasque plurimos, dum navis ob nimium pondus periclitaretur, in fluctus prosiliisse.

[a] *Olynthum*] Non in Græcia, sed in Macedonia, inter Athon montem et urbem Pallenen sita est. *Olintho.*

tiamque regis solicitat, spondens incensæ eorum urbis etiam in majus restitutionem. 3. Posteaquam nullo pretio libertatem videt[1] his venalem, incensis quæ ædificare[b] cœperant, copias in Bœotiam transfert.[c] 4. Eo et Græcorum exercitus, qui centum millium[d] fuit, secutus est: ibique prælium[e] commissum.† 5. Sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nam victus Mardonius, veluti ex naufragio, cum paucis profugit.[f] 6. Castra referta[g] regalis opulentiæ[2] capta. Unde primum Græcos, diviso inter se auro Persico, divitiarum luxuria cepit. 7. Eodem forte die, quo Mardonii copiæ deletæ sunt, etiam navali prælio in Asia sub monte Mycale[h] adversus Persas dimicatum est. 8. Ibi ante congressionem, cum classes ex adverso starent, fama ad utrumque exercitum venit vicisse Græcos, et Mardonii

1 Rom. aliæque vett. cum Ald. Junt. *vidit*.—2 Mss. Bong. Ald. Junt. *regali opulentia*, ut XI. 14. 10. 'Referta orbis terrarum spoliis.' Add. XXIV. 7. 4.

NOTÆ

[b] *Incensis quæ ædificare, &c.*] E navibus enim egressi, domos per hyemem exstruere cœperant.

[c] *Bœotiam transfert*] Ex una parte Atticæ, ex altera Thessaliæ, finitima, mari Chalcidico alluitur; olim Aonia, nunc *Stramulipa*.

[d] *Centum millium*] Ex Herod. fuerunt 38700. gravis armaturæ, 35000. levis armaturæ, et 34500. sociorum, Thespiensiumque 1800. quod 11. myriades efficit, h. e. 110000. Persarum vero erant 30. myriades. Diodorus vero ponit decem myriades, h. e. 100000. et Persarum 50. myriades, i. e. 500000.

[e] *Ibique prælium*] Ad Platæas et Asopum fl. qui Thebaicam regionem a Plataica dividit.

† A. M. 3575. Ol. 75. 2. U. C. 274. Ant. Ch. 477.

[f] *Profugit*] Dum contra Pausaniam Lacedæmoniorum ducem, Persarum fortissimis stipatus, pugnat, occubuit, ex Herod. et Diod. Quare non ipse fugit, sed reliquæ Persarum copiæ; quarum pars duce Artabazo in Macedoniam, pars Thebas, se recepit; pars se inclusit in castris muro ligneo circumdatis, quibus tamen ab Atheniensibus et Lacedæmoniis expugnatis, omnes ad unum occisi sunt. Diod.

[g] *Castra referta*] Hæc pluribus Herod. Pausanias coquis et pistoribus Persis jussit, ut cœnam sibi, uti solerent Mardonio, instruerent: quod cum illi fecissent, ipse aureos lectos, mensas aureas, magnificumque cœnæ apparatum miratus, ministris imperavit suis, ut Laconicam pararent cœnam; convocatisque Græcorum ducibus, 'Videte,' inquit, 'amentiam Medorum ducis, qui, cum talem vitam duceret, ad nos subigendos venit, qui tam misere victitamus.' Herod.

[h] *Sub monte Mycale*] Mons est Ioniæ, pelago imminens, ad quem Leutychides Persas fortiter dimicantes superavit, Ionibus etiam contra Per-

copias occidione occidisse. 9. Tantam famæ velocitatem fuisse, ut, cum matutino tempore prælium in Bœotia commissum sit, meridianis horis in Asiam,[3] per tot maria, et tantum spatii, tam brevi horarum momento, de victoria nuntiatum sit! 10. Confecto bello, cum de præmiis civitatium ageretur, omnium judicio, Atheniensium virtus ceteris prælata. 11. Inter duces quoque Themistocles princeps[i] civitatium[4] testimonio judicatus gloriam patriæ suæ auxit.

CAP. XV. 1. Igitur Athenienses aucti et præmiis belli et gloria urbem ex integro condere moliuntur. 2. Cum mœnia majora[1] complexi fuissent, suspecti esse Lacedæmoniis cœpere, recte reputantibus, quibus ruina urbis tantum incrementi dedisset, quantum sit datura munita civitas.[a] 3. Mittunt ergo legatos, qui monerent, 'ne munimenta hostibus et receptacula futuri belli[2] exstruant.' 4. Themistocles, ut vidit spei urbis invideri, non existimans abrupte[3] agendum, respondit legatis, 'ituros Lacedæmona,[4] qui de ea re pariter cum illis consulant.' 5. Sic dimissis Spartanis, hortatur suos, 'opus maturent.' 6. Dein ipse interjecto

[a] *Cum majus spatium mœnibus circumdedissent, Lacedæmonii eos suspectos habuerunt, recte prævidentes, quantum incrementum capturi essent ex munitionibus urbis, cum tantum ceperint ex illius ruina.*

XXV. 1. 9.—3 Flor. Ald. Junt. *in Asia*.—4 Ald. Junt. *cunctorum*.

1 Flor. Ald. Junt. *maj. sibi*.—2 Bech. *f. rursus b.* Ald. Junt. *f. rursus b. causam.* Magl. ed. Rom. *rursus f. b. causas.* Tac. II. A. 64. 'Exscindere castella causas bello.'—3 Ita Ammian. XV. 2. 'Tennes damnabantur abrupte.' Periz. ed. Rom. *inconsulte*.—4 Bech. Med. Ald. Junt. *Lacedæmona;* eædemque cum Med. Periz. III. 3. 12. 'relatis Lacedæmona:' ut VI. 7. 2. 'Lacedæmona pro-

NOTÆ

sas pugnantibus.

[i] *Themistocles princeps*] Cum Græci omnes in Isthmo ad aram convenissent, unusquisque primum calculum servavit sibi, alterum Themistocli tribuit: cumque paulo post ad Lacedæmonios legatus ludos Olympicos inviseret Themistocles, omnes ludis relictis ad eum videndum se converterunt: sed vir tantus, qui patriæ suæ saluti fuerat, civibus ob nimiam potentiam suspectus, primum Argos, tum, ad necem quæsitus, in Corcyram, deinde in Epirum, post in Asiam, denique ad regem Artaxerxem fugit, a quo benigne habitus Persarum exercitui præficitur; sed ne bellum inferret patriæ, epoto vel taurino sanguine, ut vult Diod. aut veneno, ut mavult Herod. seu potius morbo, annos natus 65. Magnesiæ obiit.

tempore in legationem proficiscitur;‡ et nunc in itinere infirmitate simulata, nunc tarditatem collegarum[a] accusans, sine quibus agi jure nihil possit, diem de die proferendo, spatium consummando operi quærebat: 7. cum interim nuntiatur Spartanis, opus Atheniensium[5] maturari; propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. 8. Tum Themistocles per servum magistratibus scribit Atheniensium, 'legatos vinciant, pignusque teneant, ne in se gravius consulatur.'[b] 9. Adiit deinde concionem Lacedæmoniorum; indicat 'permunitas Athenas esse, et posse jam illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris,[6] sustinere: 10. si quid ob eam rem de se crudelius statuerent, legatos eorum in hoc pignus Athenis retentos.' 11. Graviter deinde castigat eos, 'quod non[7] virtute sed imbecillitate sociorum potentiam quærerent.' 12. Sic dimissus, veluti triumphatis Spartanis, a civibus excipitur. 13. Post hæc Spartani, ne vires otio corrumperent, et, ut bis illatum a Persis Græciæ bellum ulciscerentur, ultro fines eorum depopulantur. 14. Ducem suo sociorumque exercitui deligunt Pausaniam,[b] qui pro ducatu, regnum Græciæ affectans, proditionis præmium cum Xerxe nuptias filiæ ejus paciscitur, redditis captivis, ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur.* 15. Scribit præterea Xerxi, 'quoscumque ad se nuntios misisset, interficeret; ne res loquacitate hominum proderetur.' 16. Sed

[b] *Detineant legatos, serventque pro pignore, ne Lacedæmonii ipsum habeant severius.*

---

ficiscuntur.'—5 Sic Med. Bodl. Periz. ed. Bech. Med. Ald. Junt.—6 Flor. Ald. Junt. *et posse ill. non a. t. sed etiam muris bellum.*—7 Ald. Junt. *non sua.*—

NOTÆ

‡ A. M. 3576. Ol. 75. 3. U. C. 275. Ant. Ch. 476.

[a] *Nunc tarditatem collegarum*] Vult cum Diodorus simul cum aliis legatis missum, omnesque una Spartæ sub custodia detentos; sed aliena sunt a Plut. et Thucyd. quem tamen sequitur.

[b] *Deligunt Pausaniam*] Cum 20. navibus ex Peloponneso et 30. ex Attica Persas e Cypro expulit, cepit Byzantium, multosque Persas Xerxis affines; quos dum remittit regi, illius filiam uxorem poposcit, Græciam in Xerxis potestatem se redacturum pollicitus.

* A. M. 3577. Ol. 75. 4. U. C. 276. Ant. Ch. 475.

dux Atheniensium Aristides,[c] belli socius, collegæ conatibus obviam eundo, simul et in rem sapienter consulendo, proditionis consilia discussit.[c]† Nec multo post accusatus Pausanias damnatur.[d] 17. Igitur Xerxes, cum proditionis dolum publicatum videret, ex integro bellum instituit. 18. Græci quoque ducem constituunt Cimona[8][e] Atheniensem, filium Miltiadis, quo duce apud Marathonem pugnatum est, juvenem, cujus magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt. 19. Quippe patrem ob crimen peculatus in carcerem conjectum, ibique defunctum, translatis in se vinculis, ad sepulturam redemit.[d]‡ 20. Nec in bello judicium deligentium fefellit, siquidem non inferior virtutibus patris Xerxen, terrestri navalique bello[f] superatum, trepidum recipere se in regnum coëgit.*

* *Sed Aristides imperator Atheniensium, præfectus bello cum Pausania, detexit proditionem, se opponendo illius conatibus, et disponendo omnia prudenter in bonum reipublicæ.*

[d] *In carcere mortuum redemit, ut eum sepeliret, ea lege, ut ipse in vinculis maneret.*

8 Vulg. *Cimonem*. Med. Coll. N. *Thimona*. Periz. *Tymona*. Leid. 2. Bodl. ed. Rom. Flor. Ald. Junt. *Cimona:* ut ap. Val. M. v. 3. ' Et Cimona paternas induere catenas coëgit.'

NOTÆ

[c] *Aristides*] Vir justitiæ et paupertatis amore clarissimus, quem Themistocles 10. annorum exilio mulctavit: in ea egestate obiit, ut vix tantillum pecuniæ, quod vespertilionibus daretur, inventum sit.

† A. M. 3581. Ol. 76. 4. U. C. 280. Ant. Ch. 471.

[d] *Damnatur*] Spartam revocatus, ab Ephoris, quos pecunia corruperat, semel atque iterum absolutus est: sed detecta cum Ilotis conspiratione, et literis, quas ad Artabazum scripserat, interceptis, damnatus, in Palladis templo, quo fugerat, fame periit.

[c] *Cimona*] Miltiadis fil. qui summa cum laude meruerat sub Themistocle.

‡ A. M. 3584. Ol. 77. 3. U. C. 283. Ant. Ch. 468.

[f] *Terrestri navalique bello*] Eionem ad Strymonem sitam et Scyrum ins. cepit, Dolopibus incolis in servitutem abstractis; sed hæc aliter Plut. Diod. Thuc. et Herod. narrant: omnes Cariæ et Lyciæ urbes diripuit: postea et Persarum classem prope Cyprum, et pedestres copias juxta Eurymedontem Pamphyliæ fl. mentito hostium habitu, penitus delevit; deinde fœdus cum Persis ictum est; sed hæc omnia non Xerxis, sed Artaxerxis, tempore gesta sunt. Herod. Thucyd. Diod. Plut.

* A. M. 3590. Ol. 79. 1. U. C. 289. Ant. Ch. 462.

LIBER III.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Xerxis et Artabani præfecti perfidi interitus. 2. Bellorum inter Lacedæmonios et Athenienses origo. Spartæ respublica, et legislator. 3. Leges a Lycurgo Spartanis latæ quomodo ratæ factæ et habitæ sint. 4. Bellum Messeniis illatum ob stupratas virgines: et Partheniarum in Italiam migratio. 5. Messenii scelerum suorum luunt pœnas; et bellum instaurant, ac tandem superantur. 6. Tertium bellum Messenium; item Peloponnesiacum, in quo multæ eventuum variorum facies. 7. Pacis fœdus ruptum. Spartani premuntur Periclis virtute, cujus egregia in rempublicam merita describuntur. Iterum pax sancita et violata: unde bellum Siculum.

Cap. I. 1. Xerxes rex Persarum, terror antea gentium, bello in Græcia[1] infeliciter gesto, etiam suis contemtui esse cœpit: 2. quippe Artabanus[a] præfectus ejus,[b] deficiente quotidie regis majestate, in spem regni adductus, cum septem robustissimis filiis regiam vesperi ingreditur,[c] (nam amicitiæ jure semper illi patebat,) trucidatoque rege,[d]† voto suo obsistentes, filios ejus dolo aggreditur. 3. Securior de Artaxerxe, puero admodum, fingit regem a Dario, qui erat

1 Sic Med. Magl. Bodl. Leid. 2. 5. Thuan. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med.

NOTÆ

[a] *Artabanus*] Hyrcanus, qui Darium a bello Græcis inferendo deterruerat.

[b] *Præfectus ejus*] Persidi, dum abesset Xerxes, præfuerat, et satellitum regis tunc princeps erat. Ex Diod.

[c] *Vesperi ingreditur*] Introductus a Mithridate, eunucho regis cubiculario, et ejus affini. Diod.

[d] *Trucidatoque rege*] Ælianus ait Xerxem a filio noctu jugulatum.

† A. M. 3589. Ol. 78. 4. U. C. 288. Ant. Ch. 461.

adolescens, quo maturius regno potiretur, occisum; impellit[a] Artaxerxen parricidium parricidio vindicare. 4. Cum ventum ad domum Darii esset, dormiens inventus, quasi somnum fingeret, interficitur. 5. Dein cum unum ex regis filiis[e] sceleri suo superesse Artabanus videret, metuëretque de regno certamina principum, assumit in societatem consilii Bacabasum:[3f] 6. qui præsenti statu contentus rem prodit Artaxerxi, 'ut pater ejus occisus sit; ut frater falsa parricidii suspicione oppressus; ut denique ipsi pararentur insidiæ.' 7. His cognitis Artaxerxes, verens Artabani numerum filiorum, in posterum diem paratum esse armatum exercitum jubet, recogniturus et numerum militum, et in armis industriam singulorum. 8. Itaque cum inter ceteros et ipse Artabanus armatus assisteret, rex simulat se breviorem loricam[g] habere: jubet Artabanum secum commutare: exuentem se, ac nudatum, gladio trajicit: tum et filios ejus corripi jubet. 9. Atque ita egregius adolescens et cædem patris,[4] et se ab insidiis Artabani, vindicavit.

CAP. II. 1. Dum hæc in Persis geruntur, interea Græcia

Par. Ald. Junt. Oros. et Vincent. III. 41.—2 Ald. Junt. *et imp.*—3 Leid. 2. 5. *Bagabasum.* Ed. Rom. *Megabasum.* Bech. Ald. Junt. *Baccabassum.* Μεγάβυζον eund. appellat Ctes. Pers. 30. ubi ait: Καὶ βασιλεύει Ἀρταξέρξης σπουδῇ Ἀρταπάνου, καὶ ἐπιβουλεύεται πάλιν ὑπ' αὐτοῦ· καὶ λαμβάνει κοινωνὸν τῆς βουλῆς (leg. ἐπιβουλῆς) Ἀρτάπανος Μεγάβυζον·....ἀλλὰ μηνύει πάντα Μεγάβυζος· καὶ ἀναιρεῖται Ἀρτάπανος, ᾧ τρόπῳ ἔμελλεν ἀναιρεῖν Ἀρταξέρξην. Ceterum Ælian. XIII. V. H. 3. refert Xerxen αἰσχίστως ἀποθανόντα ἀποσφαγῆναι ἐν τῇ εὐνῇ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ.—4 Rom. *necem patr. et fratris.* Med. Magl. Bodl. Reg. Coll. N. Leid. 2. ed. Bech. Ald. aliæque *c. p. et necem fratris.* Diod. XI. 79. ait: Πεισθέντος δὲ τοῦ Ἀρταξέρξου, καὶ παραχρῆμα μετὰ τῶν δορυφόρων ἀνελόντος τὸν ἀδελφὸν Δαρεῖον. Et paulo post: Παραδόξως δὲ σωθεὶς ὁ Ἀρταξέρξης, καὶ τὸν φονέα τοῦ πατρὸς τετιμωρημένος, παρέλαβε τὴν τῶν Περσῶν βασιλείαν. Nimium itaque liberales fuisse videntur scribæ, qui post vocem 'patris' addiderunt *et fratris* vel *et necem fratris.*

NOTÆ

[a] *Unum ex filiis*] Duo supererant, teste Diod. Artaxerxes et Hystaspes, qui id temporis Bactrianorum præfectus aberat, ut testatur Herod.

[f] *Bacabasum*] De Bacabaso nihil habet Diod. dicit enim occiso Dario Artaxerxem ab Artabano stricto gladio appetitum, sed, vulneratum leviter, Artabanum letali inflicto vulnere peremisse.

[g] *Breviorem loricam*] Hoc non est simile vero: qui enim fieri potest, ut Artaxerxes, qui puer a Justino dicitur, cum Artabano viro loricam mutaverit?

omnis, ducibus Lacedæmoniis et Atheniensibus, in duas divisa partes, ab externis bellis, velut in viscera sua, arma convertit. 2. Fiunt igitur de uno populo duo corpora; et eorundem castrorum homines in duos hostiles exercitus dividuntur. 3. Hinc Lacedæmonii communia quondam civitatium auxilia ad vires suas trahebant: inde Athenienses, et vetustate gentis et gestis rebus illustres, propriis viribus confidebant. 4. Atque ita duo potentissimi Græciæ populi, institutis Solonis et Lycurgi legibus pares, ex æmulatione virium in bellum ruebant. 5. Namque Lycurgus[a] cum fratri suo Polydectæ, Spartanorum regi, successisset, regnumque sibi vindicare potuisset, Charilao[1b] filio ejus, qui natus posthumus fuerat, cum ad ætatem adultam[c] pervenisset, regnum summa fide restituit:[‡] 6. ut intelligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis jura, quam omnes[2] opes, valerent. 7. Medio igitur tempore dum infans convalescit, tutelamque ejus administrat, non habentibus

1 Ita pro *Charillo* Junt. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. ac Ms. Coll. N. idemque in suo Cod. reperisse videtur Gualterus Burlei, qui in libro de Vit. Philosoph. eund. *Carilaum* vocat. Χαρίλαος etiam dicitur Suidæ v. Λυκοῦργος, et Plutarcho in Lycurgo p. 41. 42. et 52. et Cleomene p. 809. ed. Francof. verum Χάριλλος in Apoph. p. 189. et Tract. II. de Fort. Alexand. p. 337. nec aliter hoc nomen scriptum occurrit ap. Clem. Alexandr. I. Strom. p. 327. ed. Par. ubi ait: Σωσίβιος δὲ ὁ Λάκων ἐν Χρόνων Ἀναγραφῇ κατὰ τὸ ὄγδοον ἔτος τῆς Χαρίλλου τοῦ Πολυδέκτου βασιλείας Ὅμηρον φέρει· βασιλεύει μὲν οὖν Χάριλλος ἔτη ἑξήκοντα τέσσαρα: et ap. Tzetz. Chil. VIII. 907. Χάριλλος Λάκων ἀδελφὸς ὑπῆρχε τοῦ Λυκούργου. At re vera fuit ἀδελφιδοῦς τοῦ Λυκούργου.—2 Faber malebat *homines.* At melius f. abesset vox inter '*quam*' et '*opes*,' quam ignorant

NOTÆ

[a] *Lycurgus*] Non Polybotæ sed Polydectæ frater fuit, et Eunomi fil. ex secunda Heraclidarum, i. e. Proclidarum familia, ex Plut. Dorienses enim, cum Heraclidis occupata Peloponneso, regna fundarunt duo, Lacedæmonium et Corinthiacum; Lacedæmonem pulsis Achæis et Orestidis obtinuerunt Aristodemi filii Procles et Eurysthenes: a quibus duæ regum in illa urbe familiæ propagatæ sunt; Eurysthenidarum, quæ præstantior fuit, et Proclidarum, cui secundæ principatus illic tributæ sunt.

[b] *Charilao* [*Carillo*] Non Carillum vocat Paus. sed Leobatam Echestrati fil. ex prima Heraclidarum familia.

[c] *Ad ætatem adultam*] Primum illius matri, ne fœtum abigeret, persuasit; tum puerum, ubi natus est, in solio regio collocavit, licet a Spartiatibus rex electus fuisset: postea tamen, suorum calumnias non ferens, peregre profectus est, multisque peragratis regionibus, in Græciam reversus, leges civibus suis constituit, auctorque fuit Iphito Eliensi, ut Olympicos ludos restauraret. Hæc fusius narrat Plut.

‡ A. M. 3170. Ant. Ch. 882.

Spartanis leges instituit,[d] non inventione earum magis, quam exemplo, clarior: 8. siquidem nihil lege ulla in alios sanxit, cujus non ipse primus in se documenta[3] daret. 9. Populum in obsequia principum, principes ad justitiam imperiorum, formavit.[e 4] 10. Parsimoniam omnibus suasit,[5] existimans laborem militiæ assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. 11. Emi singula non pecunia, sed compensatione mercium, jussit. 12. Auri argentique usum, velut[6] omnium scelerum materiam, sustulit.

Cap. III. 1. Administrationem reipublicæ per ordines divisit: 2. regibus potestatem bellorum; magistratibus judicia per[1] annuas successiones; senatui custodiam legum; populo sublegendi[2] senatum, vel creandi quos vellet[3] magistratus, potestatem permisit.[a] 3. Fundos omnium æqualiter inter omnes divisit, ut æquata patrimonia neminem potentiorem altero redderent. 4. Convivari omnes publice jussit, ne cujus[4] divitiæ vel luxuria in occulto essent. 5. Juvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit,[5] nec quenquam cultius quam alterum progredi, nec

[a] *Docuit populum, quomodo principibus pareret; et principes, quomodo imperarent aliis justitiam administrando.*

Coll. N. ed. Ald. Junt. et Gualterus.—3 Ita Magl. Leid. 3. 4. Periz. ed. Rom. Bech. Med. Ald. Junt. Reliqui Mss. *documentum*, applaudente Scheff. Gualterus 'cujus ipse documentum non primitus daret.'—4 Hinc emendandus Saresb. ap. quem IV. Policr. 3. p. 215. legitur 'impiorum firmavit.' Gualter. 'Principes vero ad justitiam inferiorum pari lege formavit.' *Inferiorum* extat quoque in Leid. 3. a manu sec. et 4. Ald. Junt. Præstat vulg.—5 Med. Coll. N. ed. Rom. *persuasit*. Leid. 1. 3. *item*.—6 Leid. 1. et Saresb. *et* pro *ut*.

1 In nullo cod. Ms. reperitur. Magl. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. *et*. Reliqui Mss. cum ed. Rom. *et annuos successores*. Gualter. 'et annuas sanctiones.'—2 Ald. Junt. *legendi*.—3 Med. Bod. Leid. 2. 5. *velit*. Saresb. 'Populo sublegendi senatum potestatem dedit.' Gualter. 'Populo eligendi senatum, vel creandi quos vellet magistratus, potestatem permisit.' Ms. Coll. N. *populo vel legendi, vel creandi quos vellet magistratus, p. p.*—4 Ven. *cuique*. Flor. Ald. Junt. *cui*. Rom. *alicui*: cademque et Coll. N. mox *luxuriæ*. Gualter. 'Convivare omnes publice jussit, ne cui divitiæ vel luxuriæ in o. e.' —5 Coll. N. et vett. edd. præterquam Rom. *permissum*: quomodo edidit Bong.

NOTÆ

[d] *Leges instituit*] Herod. et Paus. referunt, multis persuasum fuisse, earum legum, non Lycurgum, sed Minoëm auctorem fuisse, easque a Cretensibus ad Spartanos per Lycurg. translatas.

[e] A. M. 3183. Ant. Ch. 869.

epulari opulentius, ne imitatio in luxuriam verteretur. 6. Pueros puberes, non in forum, sed in agrum, deduci præcepit; ut primos annos non in luxuria, sed in opere, et in[6] laboribus, agerent. 7. Nihil eos somni causa substernere, et vitam sine pulmento degere, neque prius in urbem redire, quam viri facti essent, statuit.[a] 8. Virgines[a] sine dote nubere jussit; ut uxores legerentur,[7] non pecuniæ; severiusque matrimonia sua viri coërcerent, cum nullis dotis frænis tenerentur. 9. Maximum honorem non divitum et potentium, sed pro gradu ætatis senum, esse voluit. Nec sane usquam terrarum locum honoratiorem senectus[b] habet. 10. Hæc quoniam primo, solutis antea moribus, dura videbat esse,[b] 'auctorem eorum Apollinem[c] Delphicum' fingit, 'et inde se ea ex præcepto numinis detulisse,' ut consuescendi tædium metus religionis vincat.[c 8] 11. Dein[9] ut æternita-

[a] *Nec ad dormiendum lectis, nec ad vescendum conditis cibis, uti eos jussit.*
[b] *Quia has leges cernebat difficiles esse populo corrupto moribus.*
[c] *Ut timor religionis violandæ faciat, ut sine tædio assuescant.*

—6 *In* dant octo Mss. ed. Rom. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Ita v. 4. 18. 'Sic Alcibiades nunquam mediocribus, nec in offensa nec in favore, studiis suorum exceptus est:' XXIV. 5. 14. ex Mss. et vett. edd. 'Ipse non in regis, sed in ducis, nomen jurare milites compulit:' XXVI. 2. 2. 'Non in timorem, sed in furorem, versi:' XXV. 4. 2. 'Neque illi major ex imperio, quam ex bello, voluptas erat.' Add. paterna ad Cic. I. de Orat. 18. et II. 12. et 61.—7 Vulg. *elig*. Med. Leid. 2. 5. Bodl. Periz. Coll. N. *leg*. ut II. 7. 4. 'Legitur itaque Solon, qui velut novam civitatem legibus conderet,' ubi *eligitur* quædam edd. Add. cap. seq. §. 5. XXII. 3. 1. et XLI. 5. 1. Ov. I. de Art. 263. 'Hactenus, unde legas quod ames, ubi retia ponas, Præcipit imparibus vecta Thalia modis.' Liv. XXIV. 28. 'Hieronis auctoritatem sequendam in sociis legendis.' Sen. Vit. Beat. 8. 'Quoniam mala pro bonis legere dementia est.' Vid. Avum ad Liv. XXXII. 52. *Pecunia* quoque pro *pecuniæ* dant Magl. Bodl. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. et Saresb. *ut uxores moribus eligerentur, non pecunia* Ms. Cant. Gualter. 'Ut uxores non pecuniæ causa eligerentur.'—8 Med. Magl. Leid. 2. Coll. N. Periz. Bech. Med. Ald. Junt. *evincat*. Rom. *evinceret*.—9 Periz. ed. Bech.

NOTÆ

[a] *Virgines*] Duo præcipue iis in legg. arguunt Aristot. et Xen. Primum quod furta, modo callide perfecta, in laude essent; alterum, quod illis ea probarentur adulteria, quorum maritus paranymphus fieret.

[b] *Honoratiorem senectus*] Ideo Juv. 'Credebant hoc grande nefas, et morte piandum, Si juvenis vetulo non assurrexerat,' &c.

[c] *Apollinem*] Vix ingressus in templum, cum Pythia hæc inquit: 'Ad mea venisti præpinguia tecta, Lycurge;' et quæ habet Herod.

tem legibus[d] suis daret, jurejurando obligat civitatem, nihil eos de ejus legibus mutaturos, priusquam reverteretur: et simulat se ad oraculum Delphicum proficisci, consulturum, quid addendum mutandumque[10] legibus videretur. 12. Proficiscitur autem Cretam,[e] ibique perpetuum exilium egit, abjicique in mare ossa sua moriens jussit; ne, relatis Lacedæmona, solutos se Spartani religione jurisjurandi in dissolvendis legibus arbitrarentur.[d]

CAP. IV. 1. His igitur moribus ita brevi civitas convaluit,[1] ut, cum Messeniis, propter stupratas virgines[a] suas in solenni Messeniorum[b] sacrificio, bellum intulissent, gravissima se execratione obstrinxerint, 'non prius, quam Messenam[2 c] expugnassent, reversuros;' tantum sibi vel de viribus suis vel de fortuna spondentes.† 2. Quæ res initium dissensionis Græciæ, et intestini belli causa et origo, fuit. 3. Itaque, cum contra præsumtionem[d] suam annis decem in obsidione urbis tenerentur, et querelis uxorum post tam longam viduitatem revocarentur, 4. veriti, ne hac perseverantia belli gravius sibi quam Messeniis nocerent: quippe illis, quantum juventutis bello intercidat, mulierum fœcunditate suppleri;[a] sibi et belli damna assidua, et fœcunditatem uxorum, absentibus viris, nullam esse: 5. itaque legunt juvenes ex eo genere militum, qui post jusjurandum in supplementum venerant, quibus Spartam remissis promiscuos omnium fœminarum concubitus permisere; 6. maturiorem futuram conceptionem rati, si eam singulæ per plures viros experirentur. 7. Ex his nati, ob notam materni pudoris, 'Partheniæ' vocati: 8. qui, cum ad annos triginta pervenissent, metu inopiæ (nulli enim pater existebat, cujus in patrimonium successio speraretur) ducem Phalantum assumunt, filium Arati,[3] qui auctor Spartanis fuerat juventutis ad generandam[4] sobolem domum remittendæ: 9. ut, sicuti dudum patrem ejus nascendi auctorem habuissent, sic ipsum spei ac dignitatis suæ haberent. 10. Itaque nec salutatis matribus, e[5] quarum adulterio infamiam collegisse videbantur, ad sedes inquirendas proficiscuntur; 11. diuque et per varios casus jactati, tandem in Italiam deferuntur, et occupata arce Tarentinorum,[e] expugnatis veteribus incolis, sedes ibi constituunt. 12. Sed post annos plurimos dux eorum Phalantus, per seditionem in exilium proturbatus, Brundisium[f] se contulit, quo expulsi sedibus suis veteres Tarentini concesserant. 13. His[6] moriens persuadet 'ut ossa sua postremasque reliquias conterant, et tacite spargi in foro Tarentinorum curent. 14. Hoc enim modo reciperare illos patriam suam posse, Apollinem Delphis cecinisse.'

[d] *Ne reportatis Lacedæmonem ossibus putarent se liberos a juramento, ut leges violare possent.*

Ald. Junt. et Saresb. *Deinde.*—10 Coll. N. *mutandumve:* quomodo scripsisse Just. suspicabatur Toll. ad Auson. Idyll. x. 9. Gualter. 'vel mutandum.'

1 Bong. in quibusd. impress. reperit *coal.* idque in marg. exhibet G. Major, atque alteri præferunt Freinsh. ad Prol. lib. III. et Crusius h. l. Vulg. tuetur

NOTÆ

[d] *Æternitatem legibus*] Steterunt 700. annis ex Liv. 500. ex Plut.

[e] *Cretam*] Ins. quæ non multum a Peloponneso distat. *Candie.*

[a] *Propter stupratas virgines*] Non stuprum solum oblatum virginibus, sed etiam mors Teleclo Lacedæmoniorum regi a Messeniis illata, et mutuæ privatorum injuriæ belli causæ fuerunt; auctore Paus.

[b] *Messeniorum*] Qui inter Elidem, Arcadiam, et Laconiam ad mare habitabant.

[c] *Messenam* [*Messeniam*] In ora sinus Messeniaci, ad ostia Balyri fl. sita erat.

† A. M. 3310. Ol. 9. 1. U. C. 9. Ant. Ch. 742.

[d] *Contra præsumtionem*] Primum Messeniorum oppidum, in clivo positum, occuparunt, Amphiam; deinde prælio acerrimo eos vicerunt: sed Messenii, relictis oppidis ceteris, munierunt Ithomen, et, rege Euphaë mortuo, Aristodemus in regem electus, junctis secum Arcadibus, mag-

[a] *Quippe illis tot nasci pueros uxorum fœcunditate, quot juvenes in bello pereant.*

Bern. ad XVIII. 4. 1.—2 Ald. Junt. *Messenen.*—3 *Phalantum...filium Arati:* ita præter Junt. etiam Flor. Ald.—4 Ald. Junt. *ad gen. servandamque.*—5 Ignorant Med. Leid. 2. 5. Periz. ed. Bech. Ald. Junt.—6 Vulg. *Hic.* Avus malebat *His*, ex Ms. Bong. cui suffragatur ed. Rom. *Is* Magi. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

nam Lacedæmoniis cladem intulit. Paus.

[e] *Tarentinorum*] Tarentum extrema urbs magnæ Græciæ, in Salentinorum confinio. *Taranto.* Eam urbem Cretenses, qui cum Theseo a Gnosso venerant, olim occuparunt; postea Iapyges e Sicilia profugi; denique Parthenii ex Lacedæmone.

[f] *Brundisium*] Urbs Salentinorum maritima, prope Tarentum. *Brindisi.*

15. Illi, arbitrantes eum in ultionem sui civium fata prodidisse, præceptis paruere. 16. Sed oraculi diversa sententia fuerat. Perpetuitatem enim urbis, non amissionem, hoc facto promiserat. 17. Ita ducis exulis consilio, et hostium ministerio, possessio Tarentina Partheniis in æternum fundata: 18. ob cujus beneficii memoriam Phalanto divinos honores decrevere.

Cap. v. 1. Interea Messenii, cum virtute non possent, per insidias expugnantur.[a]‡ 2. Dein, cum per annos octoginta gravia servitutis verbera, plerumque et vincula, ceteraque captivitatis mala, perpessi essent, post longam pœnarum patientiam, bellum instaurant.[1 b] 3. Lacedæmonii quoque eo conspiratius[2] ad arma concurrunt, quod[3] adversus servos dimicandum[4] videbatur. 4. Itaque, cum hinc injuria, inde indignitas, animos acueret, Lacedæmonii, de belli eventu oraculo Delphis consulto, jubentur ducem belli ab Atheniensibus petere.* 5. Porro Athenienses, cum responsum cognovissent, in contemtum Spartanorum Tyrtæum,[c] poëtam, claudum pede, misere: 6. qui tribus prœliis fusos[5] eo usque desperationis Spartanos adduxit, ut ad[6]

1 Vulg. *rest.* Vid. ad II. 10. 1.—2 Ald. Junt. *conspirantius.*—3 *Quod* legit Acidal. ex conj. quam firmant eæd. edd. cum Ms. Med. Leid. 3. 5. Coll. N. Ita IX. 2. 6. 'Quod eo promtius eos facere debere, quod missis a se in auxilium ejus militibus,' &c. XXXIX. 4. 1. 'Abductaque ei Selene uxore eo indignius, quod ex Selene jam duos filios habebat.'—4 Sic Med. Leid. 2. 5. et Ms. Bong. quod vulg. *dimicaturi* præfert Vorst.—5 Vulg. *fusus* Med. Bodl. Leid. 2. 5. *fusos*, probante Avo. Oros. I. 21. 'Qui [Lacedæmonii] tribus conflictibus fusi, amissum exercitum vocata in libertatem servorum manu suppleverunt.'—6 Bodl. Periz. *in.*—7 Junt. *s. etiam d.* Ald. operarum errore

NOTÆ

[a] *Expugnantur*] Aristodemus desperata patriæ salute, quod Ithomen premerent Spartani, semetipsum jugulat ad filiæ sepulcrum, quam prius Apollinis jussu necaverat; quare Messenii deditionem fecerunt anno belli 20. Pars tamen Rhegium, Alcidamida duce, se contulit, ut narrat Paus.

‡ A. M. 3330. Ol. 14. 1. U. C. 29. Ant. Ch. 722.

[b] *Bellum instaurant*] Consilio Aristomenis, viri heroica fortitudine præditi.

* A. M. 3372. Ol. 24. 3. U. C. 71. Ant. Ch. 680.

[c] *Tyrtæum*] Fuit Archombroti fil. Lacon sive Milesius, Elegiarum conditor ac tibicen, ex Suid. Mentis impos habitus ab Atheniensibus, ex D. Laër. sapiens tamen a Platone dicitur.

supplementûm exercitus servos suos[d] manumitterent, hisque interfectorum matrimonia pollicerentur; 7. ut non numero tantum amissorum civium, sed et dignitati[7] succederent. 8. Sed reges Lacedæmoniorum, ne contra fortunam pugnando majora detrimenta civitati infligerent,[8] reducere exercitum voluerunt; 9. ni intervenisset Tyrtæus, qui composita carmina exercitui pro concione recitavit, in quibus hortamenta virtutis, damnorum solatia, belli consilia, conscripserat.[9] 10. Itaque tantum ardorem militibus injecit, ut non de salute, sed de sepultura, soliciti, tesseras, insculptis suis et patrum nominibus, dextro brachio deligarent: 11. ut, si omnes adversum prælium consumsisset, et temporis spatio confusa corporum lineamenta essent, ex indicio titulorum tradi sepulturæ possent.[e] 12. Cum sic animatum reges exercitum viderent, curant rem hostibus nuntiari. 13. Messeniis autem non timorem res, sed æmulationem mutuam, dedit. 14. Itaque tantis animis concursum est,† ut raro unquam cruentius prælium fuerit. 15. Ad postremum tamen victoria[e] Lacedæmoniorum fuit.

Cap. vi. 1. Interjecto tempore, tertium quoque bellum[a]

[a] *Alligarent dextero brachio tesseras, in quibus et sua et parentum nomina inscripserunt, ut possent sepeliri cogniti per insculpta nomina, si omnes perirent in certamine infelici, et temporis diuturnitas deleret lineamenta vultuum.*

s. etiam dignati.—8 Rom. *inferrent.* Med. Reg. Leid. 1. 3. 4. Periz. Coll. C. C. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *infunderent.* Ita Ammian. XIV. init. 'Fortunæ sævientes procellæ tempestates alias rebus infudere communibus.'—9 Med. *perscr.* quod verbum adhibuit Auctor II. 10. 13. XXI. 6. 6.

NOTÆ

[d] *Servos suos*] Servis e bello reversis libertatem donarunt. Thuc.

† A. M. 3386. Ol. 28. 1. U. C. 85. Ant. Ch. 666.

[e] *Victoria, &c.*] Victi Messenii in Iram montem se receperunt, ubi annos 11. restiterunt hostibus; sed expugnata tandem Ira belli anno 14. Aristomenes, qui per id tempus stupenda ediderat, Rhodum fugit: et Messenii in Siciliam navigarunt, ubi Zancles ex patriæ nomine Messanam dixerunt: ita Paus.

[a] *Tertium quoque bellum*] Ingens terræ motus Spartæ domos everterat, et Lacedæmoniorum viginti obtriverat millia: cum Messenii et Ilotæ in Lacedæmonios progressi sunt; sed ab Archidamo rege, qui cum civibus reliquis acie instructa ad hostem excipiendum paratus erat, repulsi. Hæc prima belli causa, ex Diod. et Thucyd.

Messenii reparavere:‡ 2. in cujus auxilium Lacedæmonii, inter reliquos socios, etiam Athenienses adhibuere: 3. quorum fidem cum suspectam haberent, supervacaneos simulantes, a bello eosdem dimiserunt.[1 b] 4. Hanc rem Athenienses graviter ferentes,[c] pecuniam, quæ erat in stipendium Persici belli ab universa Græcia collata, a Delo[d] Athenas transferunt; ne, deficientibus a fide societatis Lacedæmoniis, prædæ ac rapinæ esset. 5. Sed nec Lacedæmonii quievere: qui, cum Messeniorum bello occupati essent, Peloponnenses[e] immisere, qui bellum Atheniensibus facerent. 6. Parvæ tunc temporis, classe in Ægyptum[f] missa, vires Atheniensibus erant. Itaque navali prælio dimicantes, facile superantur.[g] 7. Interjecto deinde tempore, post reditum suorum aucti et classis et militum robore, prælium reparavere.[h] 8. Jam et Lacedæmonii, omissis Messeniis, adversus Athenienses arma verterant. 9. Diu varia victoria fuit:[i] ad postremum æquo Marte utrinque discessum.[k] 10. Inde revocati Lacedæmonii ad Messeniorum bellum, ne medium tempus otiosum Atheniensibus relinquerent, cum Thebanis[l] paciscuntur, ut Bœotiorum imperium his restituerent, quod temporibus Persici belli amiserant, ut illi Atheniensium bella susciperent.[b] 11. Tantus furor Spartanorum erat, ut, duobus bellis impliciti, suscipere tertium[m] non recusarent, dummodo inimicis suis hostes acquirerent. 12. Igitur Athenienses adversus tantam tempestatem belli duos duces deligunt,[2 *] Periclen[n] spectatæ virtutis virum, et Sophoclen[3 o] scriptorem tragœdiarum: 13. qui diviso exercitu et Spartanorum agros vastaverunt, et multas Achaiæ civitates Atheniensium imperio adjecerunt.

1 Bech. *supervacuos eos sim. a b. eodem dim.* Rom. Ald. Junt. *supervacaneos eos sim. a b.* (Rom. *ab eodem b.*) *dim.*—2 Sic etiam duo Mss. Orosii I. 21. et ed. Ven. pro vulg. *delegerunt.*—3 Leid. 1. *Pariden* et *Sophoclen.* Med. Thuan. Leid. 2. 4. 5. *Periclen* et *Sophoclen*, Græco sono; quem meliores Mss. in similibus nominibus propriis servant: ut I. 4. 1. 'Astyagen,' et 6. 2. 'Sybaren.' III. 1. 3. v. 8. 13. et 11. 7. 'Artaxerxen.' IV. 4. 11. 'Demosthenen.' V. 1. 7. et VI. 1. 2. 'Tisafernen.' VI. 3. 2. 'Iphicraten.' XIV. 3. 11. 'Eumenen.' XV. 3. 6. 'Callisthenen.' XVI. 4. 8. 'Mithridaten.'—4 Sic Med. Bodl. Leid. 2. 5. Ald. Junt. *I. infra* XV. *annos* Periz. *I. intra duodecim annos* Coll. N. *I. inter quind. a.* Bech.—5 Sic Med. Leid. 2. 5. Ms. Bong. et paulo post iid. Leid. et Ms. Bong. *Hæc Pericli expeditio*, ead. genitivi terminatione, qua utitur Cic. II. de Orat. 22. 'Pericli succum,' et Nepos Alcib. 2. ex Mss. 'Educatus est in domo Pericli.' Sup. I. 10. 6. 'Darius Hystaspi filius.' Ita

NOTÆ

‡ A. M. 3384. Ol. 77. 3. U. C. 283. Ant. Ch. 668.

[b] *Dimiserunt*] Quod eorum audaciam et fortitudinem vererentur.

[c] *Graviter ferentes*] Cimone in exilium ejecto cum Argivis et Thessalis fœdus inierunt.

[d] *A Delo*] Est ins. maris Ægæi, prima inter Cycladas, ubi Græcorum ærarium erat. *Stilles.*

[e] *Peloponnenses*] Corinthios et Epidauros, qui Atheniensibus ideo erant infensi, quod a Megara ad Nisæam usque murum exstruxissent. Thucyd.

[f] *Classe in Ægyptum*] Athenienses enim, duce Cimone, Ægypto favebant contra Artaxerxem; a cujus tamen ducibus Memphitide expulsi sunt.

[g] *Superantur*] Ad Halias, propter Trœzenen, navali prælio.

[h] *Prælium reparavere*] Corinthios vicerunt ad Cecryphaleam, quæ ins. est ad plagam Peloponnesi occidua.

[i] *Varia victoria fuit*] Athenienses ad Tanagram a Lacedæmoniis victi, agris in Bœotia devastatis, multisque captis urbibus, Sicyonios, duce Pericle, superarunt, ex Thucyd. et Diod. et, Ithome a Messeniis reddita, ad tres annos a bello cessatum est; ita Plut. et Thucyd.

[k] *Utrinque discessum*] Fœdera quinquennalia inita sunt opera Cimonis reducis, qui paulo post victis Persis, dum Citium oppugnat in Cypro, mortuus est, ex Plut.

[l] *Thebanis*] Thebæ civitas erat Bœotiæ primaria, ad Ismenum fl. condita.

[m] *Suscipere tertium*] Post bellum Samium et Corinthiacum, Peloponnesiacum ortum est, auctore Pericle; qui 7000. talentis expensis, quæ asportarat ex Delo, Alcibiadis nepotis consilium secutus, miscere omnia quam rationes reddere maluit.

[n] *Periclen*] Qui vastata Peloponneso a civibus ideo mulctatus pecunia, quod belli auctor fuisset, dignitate deponitur; paulo post tamen restitutus, peste obiit, et virtutibus et rebus gestis clarissimus: ita Thucyd.

[o] *Sophoclen*] Qui Tragœdias 123. exhibuit; cumque præter spem vicisset, subito expiravit: ex Valerio.

[a] *Cum Thebanis pacta ineunt, ea lege, ut illis redderent imperium in populos Bœotiæ, quo spoliati fuerant, dum bellum in Persas gereretur; modo illi bellum contra Athenienses susciperent.*

[*] *Sed non potuerunt propter odium mutuum tamdiu in otio vivere.*

* A. M. 3623. Ol. 87. 2. U. C. 322. Ant. Ch. 429.

injuriam differunt in tempus ultionis;[5] supervacuam pugnam existimantes,[6] cum ulcisci hostem sine periculo possent. 5. Deinde, interjectis diebus, naves conscendunt, et, nihil sentientibus Lacedæmoniis, totam Spartam depræ-dantur, multoque plura auferunt, quam amiserant. 6. Prorsus ut in comparatione damnorum longe pluris fuerit ultio, quam injuria. 7. Clara quidem hæc Pericli expeditio habita: sed multo clarior privati patrimonii contemtus fuit. 8. Hujus agros, in populatione ceterorum, intactos hostes reliquerant, sperantes acquirere se illi posse aut periculum ex invidia, aut ex suspicione proditionis infamiam. 9. Quod ante prospiciens Pericles, et futurum populo prædixerat; et, ad invidiæ impetum declinandum, agros ipsos dono reipublicæ dederat: 10. atque ita, unde periculum quæsitum fuerat, ibi maximam gloriam invenit. 11. Post hæc interjectis diebus, navali prælio dimicatum est:† victi Lacedæmonii [a] fugerunt. 12. Nec cessatum deinceps est, quin aut terra aut mari varia præliorum[b] fortuna invicem se trucidarent. 13. Denique fessi tot malis[c] pacem in annos quinquaginta fecere, quam non nisi sex annis servaverunt. 14. Nam inducias, quas proprio nomine condixerant, ex

[b] *Sed Athenienses, secuti sententiam Periclis ducis, expectant tempus, quo ulcisci possent injuriam acceptam in vastatione agrorum.*

Bodl. *Hychaspi* ed. Rom. *Hyptasi* Bong. *Hyptapsi*, *Hiptaspi*, *Hisptasi*, *Hytaspi*, reliqui Mss. Eod. modo ap. Nep. de Reg. 1. in Mss. legitur 'Darius Ystapsi' vel *Ystaspi* 'filius.' Inf. XXII. 7. 7. Med. 2. 'in exercitu Agathocli.' Virgil. VI. Æn. 840. 'Genus armipotentis Achilli.' Cic. I. de Orat. 19. 'Ex orationibus Demostheni.' Ita Ms. Pithœi. Gell. VII. 5. 'Oresti ossa:' et 16. 'Versus Euripidi.' Vetus interpr. III. Regum IV. 3. 'Sicut scriptum est in lege Moysi:' et Evang. secundum D. Joann. VII. 23. 'Ut non solvatur lex Moysi.' Vid. Priscian. VI. p. 706. ed. Hanov. et Avum Obs. in Script. Eccles. cap. 11. atque Vorst. h. l.—6 Schef. legit *æstimantes* e Ms. Bong. cui

NOTÆ

† A. M. 3625. Ol. 87. 4. U. C. 324. Ant. Ch. 427.

[a] *Victi Lacedæmonii*] A Phormione Atheniensium duce, navali prælio ad Naupactum.

[b] *Varia præliorum*] Summa enim rerum varietas fuit; et navalibus pedestribusque copiis sæpe vario Marte pugnatum est; quæ omnia recensere longius esset.

[c] *Fessi tot malis*] Occisis in acie ad Toronam Brasicla et Cleone belli incentoribus, pacis conditiones a Nicia propositæ sunt.

sociorum persona [d] rumpebant:[e] 15. quippe quasi minus perjurii contraherent, si ferentes sociis auxilia, potius quam si ipsi aperto prælio, dimicassent. 16. Hinc bellum in Siciliam translatum: quod priusquam expono,[7] de Siciliæ situ pauca dicenda sunt.

[e] *Nam curabant violari per fœderatos inducias quas ipsi fecerant.*

accedunt Med. Leid. 5. *extimantes* Leid. 2.—7 Magl. Bodl. Leid. 1. 2. Periz. Coll. C. C. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *exponam.*

NOTÆ

[d] *Ex sociorum persona*] Impulsi ab Alcibiade, Niciæ æmulo, Athenienses cum Argivis, Lacedæmonii cum Epidauriis, societatem inierunt; sed Argivi a Lacedæmoniis victi, Atheniensibus relictis, se junxerunt victoribus. Thucyd.

LIBER IV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Siciliæ situs, et soli natura. Ætnæ montis ac Scyllæ et Charybdis miracula. 2. Nomina, incolæ veteres, et tyranni Siciliæ: ei inhiant Carthaginienses. 3. Rhegini ab Himerensibus in auxilium vocatis oppressi. Athenienses imperium Siciliæ affectant, et prospere agunt initio. 4. Catinienses denuo opem Atheniensium implorant. Syracusani Lacedæmonios arcessunt. Græcorum concursus fit, et bellum in Siciliam transfertur. 5. Athenienses a Gylippo, Lacedæmoniorum duce, terra marique franguntur, ducibus Demosthene et Nicia indecoro fato sublatis.

CAP. I.

1. SICILIAM [a] ferunt angustis quondam faucibus

NOTÆ

[a] *Siciliam*] Ins. est maris Mediterranei maxima, prope extremam oram Italiæ: a Siculo Neptuni fil. nomen accepit.

Italiæ adhæsisse;[b] diremtamque[1] velut a corpore, majore impetu superi maris,[c] quod toto undarum onere illuc vehitur.[a] 2. Est autem ipsa terra tenuis ac fragilis; et cavernis quibusdam fistulisque ita penetrabilis,[a] ut ventorum tota ferme flatibus pateat; 3. nec non et ignibus generandis nutriendisque soli ipsius naturalis materia: quippe intrinsecus stratum sulfure et bitumine traditur:[b] 4. quæ res facit, ut, spiritu cum igne inter interiora luctante, frequenter et[3] compluribus locis nunc flammas,[4] nunc vaporem, nunc fumum, eructet.[5] 5. Inde denique Ætnæ montis[d] per tot sæcula durat incendium. 6. Et, ubi acrior per spiramenta cavernarum ventus incubuit, arenarum moles egeruntur;[c] 7. Proximum Italiæ promontorium Rhegium[e] dicitur; ideo quia Græce 'abrupta'[f] hoc nomine pronuntiantur.[6] 8. Nec mirum si fabulosa est loci hujus antiquitas, in quem res tot coiere miræ. 9. Primum quod nusquam

[a] *Ita perforata hiatibus quibusdam et antris.*
[b] *Tellus ipsa composita est ex materie apta ad producendos et nutriendos ignes, quia dicitur intus plena esse sulfure et bitumine.*
[c] *Et ubi ventus vehementior flat per ostia antrorum, ingentes acervi arenarum ejiciuntur.*

1 Sic Leid. 1. 2. 4. Thuan. Periz. Coll. C. C. ed. Rom. Med. quomodo etiam legend. præceperant Avus ad h. l. et Heins. ad Val. Flacc. 1. 284. Tacitus Ag. 23. 'Nam Glota et Bodotria, diversi maris æstu per immensum revecti, angusto terrarum spatio dirimuntur.' Sen. Œd. 9. 'Rupemque saxis vasta dirimentem freta.' Cic. IV. Verr. 48. 'Tota [Enna] ab omni aditu circumcisa atque diremta est:' ubi *direpta* in vetere ed. legi, margini ed. Lambini ascripsit Grut. Livius XXI. 49. 'Hispania angusto diremta freto.' Sen. ad Marc. 17. 'Videbis primum ipsam insulam [Siciliam] ab Italia angusto intercisam freto, quam continenti quondam cohæsisse constat: subitum illo mare irrupit, et 'Hesperium Siculo latus abscidit.'' Ammian. XXII. 8. 'Ut eos [Symplegadas] aliquando fuisse diremtos nulli nunc conspicantium credant.'—2 Heins. malebat *deveh.*—3 Ald. Junt. *intra . . . . ex*, quam merito vulgatæ præfert Burm. ad Anthol. 101. 106.—4 Coll. N. Ald. Junt. *nunc ignes, n. fl.*—5 Mss. Bong. Med. Leid. 1. 2. 5. *eructuet.*—6 Med. *nuncupantur.* Isidor. XIII. 18. 'Fretum Siciliæ quod Rhegium dicitur, Salustius ex tali

NOTÆ

[b] *Italiæ adhæsisse*] Extremis Calabriæ partibus, ubi nunc Rhegium.

[c] *Superi maris*] Adriatici, quod vulgo dicitur *Golfe de Venise.*

[d] *Ætnæ montis*] Mons est Siciliæ maximus, propter Catanam; altitudo octo passuum millia, circuitus vero sexaginta continet. *Le Mont Gibel.*

[e] *Rhegium*] Calabriæ ulterioris caput in ora freti Siculi, ex adverso Messanæ urbis, a qua distat 9. miliaribus.

[f] *Græce abrupta*] Nam βήγνυω idem sonat, quod frango. Unde Rhegium

alias tam torrens[7] fretum,[d] nec solum citato impetu, verum etiam sævo; neque[8] experientibus modo terribile, verum etiam procul visentibus.[9] 10. Undarum porro in[10] se concurrentium tanta pugna est, ut alias veluti terga dantes in[11] imum desidere, alias quasi victrices in[12] sublime ferri, videas: nunc hic fremitum ferventis æstus, nunc illic[13] gemitum in voraginem desidentis, exaudias. 11. Accedunt vicini et perpetui Ætnæ montis ignes et insularum Æolidum,[e] veluti ipsis undis alatur incendium. 12. Neque enim in tam angustis terminis aliter durare tot sæculis tantus ignis potuisset, nisi[14] humoris nutrimentis aleretur. 13. Hinc igitur fabulæ Scyllam[h] et Charybdin[i] peperere; hinc latratus auditi; hinc monstri credita simulacra, dum navigantes, magnis vorticibus pelagi desidentis exterriti, latrare pu-

[d] *Nullo in alio loco tam impetuosum et procellosum fretum.*

causa vocari scribit, dicens, Italiæ olim Siciliam conjunctam fuisse, et, dum esset una tellus, medium spatium aut per humiditatem abruptum est (leg. *esse*) aquis, aut per angustiam scissum, et inde 'Ῥήγιον nominatum, quia Græce 'abruptum' hoc nomine nuncupatur.'—7 Rom. *torr. adeo.*—8 Ms. Bong. *v. et. vorax et neque.* Hinc existimat Schef. *sævo* glossam sapere *τοῦ vorax*, et *citatom* facili librarii lapsu scriptum fuisse pro *citatum*, probante Burm. ad Anthol. 1. 80. 22. Pro *sævo* Ald. Junt. *scævo.*—9 Sic Med. Leid. 2. 5. Coll. N. Periz. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. quomodo ex conj. legit Heins. d. l. et ex Ms. Bong. Wasseus ad Sall. Fragm. Hist. VI. 25. in Add.—10 Vulg. *inter.* Ita XIII. 1. 15. 'Qui nunquam sibi reperissent pares, nisi inter se concurrissent.' Plin. IV. H. N. 17. 'Cyaneæ aliis Symplegades appellatæ, traditæque fabulis inter se concurrisse.' Liv. XXVI. 39. 'Insignis inter ceteras [naves] pugna fuit duarum, quæ primæ agminis concurrerant inter se.' Verum Med. Magl. Leid. 4. Coll. N. Periz. ed. Jens. Ven. Med. Par. *in.* Vid. notam Wopkensii.—11 Med. Leid. 2. 5. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Jens. Bech. *dantes verticibus* (Bech. *vorticibus*) *in.* Rom. *dantes vorticibus mergi, ac in.*—12 *In* deleri jubet Heins. d. l. eamque omittit editio quam consuluit Bongarsius.—13 Med. Bodl. Leid. 5. Coll. N. ed. Ald. Junt. *hinc . . . . illinc.*—14 Plerique Mss. et Isidorus, atque ed. Rom. Bech. Ven.

NOTÆ

a Græcis et Latinis dictum est.

[e] *Insularum Æolidum*] Quæ Lipareæ et Vulcaniæ Latinis, Hephæstiades Græcis, numero 7. prope Siciliam et Italiam. *Isles de Lipari.*

[h] *Scyllam*] Scopulus est Brutiorum ad fretum Siculum, nautis infestus; nunc *Scillo.* Commenti sunt poëtæ Scyllam, quod amore Glauci teneretur, a Circe, dum in fonte lavatur, media corporis parte in caninos rictus commutatam; quod adeo exhorruit, ut in vicinum fretum se dederit præcipitem, ubi in saxum conversa fingitur.

[i] *Charybdin*] Mare Siciliæ vorticosum ex adverso Scyllæ; nunc a Pharo ibi excitata *Capo di Faro* dicitur. A scorto infami voracitate nomen habet; quod, cum boves Herculis

tant undas, quas sorbentis æstus vorago collidit. 14. Eadem causa etiam Ætnæ montis perpetuos ignes facit. 15. Nam aquarum ille concursus[k] raptum secum spiritum in imum fundum trahit, atque ibi suffocatum tamdiu tenet, donec, per spiramenta terræ diffusus, nutrimenta ignis incendat. 16. Jam ipsa Italiæ Siciliæque vicinitas, jam promontoriorum[15] altitudo ipsa, ita similis est, ut, quantum nunc admirationis, tantum antiquis terroris dederit; credentibus, coëuntibus in se promontoriis, ac rursum discedentibus, solida intercipi absumique navigia.[e] 17. Neque hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ compositum, sed metu et admiratione transeuntium. 18. Ea est enim procul inspicientibus natura loci, ut sinum maris, non transitum, putes: quo cum accesseris, discedere ac sejungi promontoria, quæ antea juncta fuerant, arbitrere.

Cap. II. 1. Siciliæ primo Trinacriæ[a] nomen fuit; postea Sicania[b] cognominata est. 2. Hæc a principio patria Cyclopum[c] fuit: quibus extinctis, Cocalus[d] regnum insulæ occupavit. 3. Post quem singulæ civitates in tyrannorum

[e] *Qui putabant naves integras disrumpi et perire, dum promontoria inter se jungerentur et a se separarentur.*

Flor. Med. Par. *nisi et.* Ald. Junt. *nisi ex.*—15 Jens. Flor. *promontoriûm.*—16 Ita Sen. Herc. F. 1212. 'Cumque revocata vice In se coibunt saxa.' Heins. d. l. malebat *inter.* Coll. N. *c. in se promontoriis, et concurrentibus.*

NOTÆ

rapuisset, a Jove ictum fulmine in mare præcipitatum esse poëtæ fabulantur.

[k] *Aquarum concursus*] Ab ea parte, qua flat Eurus, Ætna speluncas habet plenas sulfuris ad mare deductas; quæ speluncæ recipientes in se fluctus ventum creant, a quo ignis ex sulfure gignitur; ideo flante tantum Euro fumum vel favillas emittit Ætna: ita Bembus ex Strab.

[a] *Trinacriæ*] Quod, in trianguli figuram disposita, tribus promontoriis quasi angulis terminetur; Peloro contra Italiam, Pachyno Græciam versus, et Lilybæo versus Africam. Cyclopum terram vocat Homerus; Pindarus Tricuspidem; Tricervicem Lycophr. Trinacriam Dionys. et Suid.

[b] *Sicania*] A Sicanis, qui in Siciliam venerunt ex Hispania, ubi ad Sicanum fl. qui vel Sicoris est vel Cinga, habitabant.

[c] *Cyclopum*] Quos Neptuni et Amphitrites filios, unicumque habuisse media in fronte oculum, finxerunt Poëtæ.

[d] *Cocalus*] Qui Dædalum Minois iram fugientem hospitio suscepit.

imperium concesserunt,[a] quorum nulla terra feracior fuit. 4. Horum ex numero Anaxilaus[e] justitia cum ceterorum crudelitate certabat; cujus moderationis haud mediocrem fructum tulit: 5. quippe, decedens cum filios parvulos reliquisset, tutelamque eorum Micytho,[f] spectatæ fidei servo, commisisset, tantus amor memoriæ ejus apud omnes fuit, ut parere servo, quam deserere regis filios, mallent; principesque civitatis obliti dignitatis suæ, regni majestatem administrari per servum paterentur.‡ 6. Imperium Siciliæ etiam Carthaginienses tentavere: diuque varia victoria cum tyrannis[g] dimicatum. 7. Ad postremum amisso Hamilcare[h] imperatore cum exercitu, aliquantisper quievere victi.

Cap. III. 1. Medio tempore cum Rhegini discordia laborarent, civitasque per dissensionem divisa in duas partes esset, veterani ab altera parte ab Himera[1][a] in auxilium vocati, pulsis civitate, contra quos implorati fuerant; et, mox cæsis quibus tulerant[2] auxilium, urbem cum conjugibus et liberis sociorum occupavere; 2. ausi facinus nulli tyranno[3] comparandum: quippe ut Rheginis melius fuerit[4] vinci, quam vicisse. 3. Nam, sive victoribus cap-

[a] *Tyranni occupaverunt supremam potestatem in civitatibus omnibus.*

1 Magl. ed. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *H. urbe.*—2 Burm. ad Anthol. I. 80. 22. e cod. Franequerrano malebat *fuerant.* Oros. II. 14. 'Deinde mox cæsis etiam illis, quibus ad auxiliandum convenerant.'—3 Ald. Junt. *tyrannico.*—4 Eæd. *Rh. magis fu. optandum.*—5 Hic et §. 7. Periz. *Cathenenses:* ed.

NOTÆ

[e] *Anaxilaus*] Rheginorum in Brutiis tyrannus fuit.

[f] *Micytho* [*Micalo*] Micythum vocant Herod. et Strab.

‡ A. M. 3574. Ol. 75. 1. U. C. 273. Ant. Ch. 478.

[g] *Cum tyrannis*] Hippocrate, Gelone, et Hierone fratribus.

[h] *Amisso Hamilcare*] Incitati a Xerxe ad Siciliam invadendam Carthaginienses Hamilcarem magno cum exercitu miserant; sed Gelo, interceptis literis, quibus Selinuntii se cum copiis affuturos spondebant Hamilcari, navales copias misit, quæ tanquam sociæ in castra admissæ, Hamilcare qui tum sacrificabat obtruncato, naves incenderunt; dum ipse terrestri prælio Pœnos aggreditur, qui audita imperatoris morte tanta strage cæsi sunt, ut 15. eorum M. occubuerint.

[a] *Ab Himera*] Urbs Siciliæ ad ostia Himeræ fl. a Zanclæis condita, postea eversa ab Hannibale.

tivitatis jure servissent, sive amissa patria exulare necesse habuissent, non tamen, inter aras et patrios lares trucidati, crudelissimis tyrannis patriam cum conjugibus ac liberis prædam reliquissent. 4. Catinienses[5 b] quoque cum Syracusanos[c] graves paterentur,[a] diffisi viribus suis, auxilium ab Atheniensibus petivere:[6 *] 5. qui seu studio majoris imperii, quo[7] Asiam Græciamque penitus occupaverant, seu metu factæ pridem a Syracusanis classis, ne Lacedæmoniis illæ vires accederent, Lamponium ducem cum classe in Siciliam misere, ut, sub specie ferendi Catiniensibus[d] auxilii, tentarent Siciliæ imperium. 6. Et quoniam prima initia, frequenter cæsis hostibus, prospera fuerant, majore denuo classe, et robustiore exercitu, Lachete et Chariade[8] ducibus, Siciliam petivere: 7. sed Catinienses, sive metu Atheniensium, sive tædio belli, pacem cum Syracusanis, remissis Atheniensium auxiliis, fecerunt.

CAP. IV. 1. Interjecto deinde tempore, cum fides pacis a Syracusanis non servaretur, denuo legatos[a] Athenas mit-

[a] *Cum viderent Syracusanos sibi molestos esse.*

Bech. Ven. Med. Ald. Junt. *Catanenses*, et § 5. *Catanensibus:* ut ap. Lactant. II. 4. 28. 'De Cerere Catanensi.' Rom. *Catinenses*, et dein *Catinensibus;* nec aliter Frec. I. 4. 11. atque ex ed. Ven. Orosius. Cic. IV. Verr. 45. 'Sacrarium Cereris est apud Catinenses.' Ib. 'Senatus Catinensium.' Insuper duo Mss. Flor. Orosii v. 14. dant *Catinam* et *Catinenses*.—6 Magl. ed. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *petiere*. Oros. et Frec. I. 4. 11. *ab Ath. auxilia poposcerunt*.—7 *Quo* pro *quod* ex conj. legit Bong. cui suffragantur Leid. 4. Periz. Coll. N. Idem edidit *occupaverant*, quod præferunt undecim Mss. *occuparant* ed. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Eod. modo loquitur Tac. VI. A. 8. 'Nec enim Sejanum Vulsiniensem, sed Claudiæ et Juliæ domus partem, quas affinitate occuparverat, tuum, Cæsar, generum colebamus.'—8 Oros. II. 14. 'Charœade.' Duo Mss. Flor. ed. Ven. *Chariade*.

NOTÆ

[b] *Catinienses*] Catana urbs Siciliæ, exstructa a Chalcidensibus prope radices Ætnæ montis ad Amenem fluviolum.

[c] *Syracusanos*] Civitas erat amplissima in ora Maris ad ortum, inter Catanam et Pachynum promontorium. *Saragossa.*

[*] A. M. 3638. Ol. 91. 1. U. C. 337. Ant. Ch. 414.

[d] *Ferendi Catiniensibus, &c.*] Non Catiniensibus sed Leontinis contra Syracusanos eos in auxilium venisse tradit Thucyd.

[a] *Denuo legatos*] Non pro Catiniensibus classem tunc missam affirmant Thucyd. et Diod. sed pro Ægesthæis, qui victi a Selinuntiis auxilium petierant.

tunt, qui sordida veste, capillo barbaque promissis, et omni squaloris habitu ad misericordiam commovendam acquisito,[a 1] concionem deformes adeunt: 2. adduntur precibus lacrymæ; et ita misericordem populum supplices movent, ut damnarentur duces, qui ab his auxilia deduxerant. 3. Igitur classis ingens decernitur:[b] creantur duces Nicias et Alcibiades[c] et Lamachus;[†] tantisque viribus Sicilia repetitur, ut ipsis terrori essent, in quorum auxilia mittebantur. 4. Brevi post tempore, revocato[2] ad reatum[3 d] Alcibiade, duo prælia pedestria secunda Nicias et Lamachus faciunt: 5. munitionibus deinde circumdatis, hostes etiam marinis commeatibus in urbe clausos intercludunt.[4] 6. Quibus rebus fracti Syracusani[e] auxilium a Lacedæmoniis petiverunt. 7. Ab his mittitur[f] Gylippus solus, sed in quo[5] instar omnium auxiliorum erat.[b] 8. Is, audito in itinere

[a] *Induti vestitu omnino squalido et idoneo ad misericordiam excitandam.*
[b] *Sed qui ob virtutem præstabat omnibus auxiliis.*

---

1 Ita inf. XII. 3. 8. ex Ms. Coll. N. 'Post hæc Alexander habitum regis Persarum et diadema acquisivit.' Vulg. *assumit*. Periz. *assumpsit*. Georg. Major h. l. in marg. exhibet *accersito*.—2 Med. *vocato*.—3 Leid. 2. a sec. m. Periz. ed. Rom. *ob r.* Coll. N. *ad senatum*. Præstat vulgatum. Diod. XIII. 5. Ἀπέστειλε [ὁ δῆμος] τὴν Σαλαμινίαν ναῦν εἰς Σικελίαν, κελεύων τὴν ταχίστην ἥκειν Ἀλκιβιάδην ἐπὶ τὴν κρίσιν. Oros. 'Detentus ad judicium pro quadam insimulatione.'—4 Rom. *prohibent*. Utraque lect. proba est. Cic. pro Leg. Manil. 17. 'Cum ex omnibus provinciis commeatu et privato et publico prohibeamur:' et VII. ad Att. 9. 'Ille commeatu et reliquis copiis intercludendus.' —5 Magl. ed. Bech. Med. *solus quidem, s. in q.* Coll. N. *solus quidem, sed in quem*. Oros. II. 14. 'A quibus mox mittitur Gylippus, solus quidem, sed in quo omnium præsidiorum instar præferebatur.' Boschius in notis ad Petron.

NOTÆ

[b] *Classis ingens decernitur*] Auctore Alcibiade, sed invito Nicia. Triremes erant armatæ 150. militum 7000. ex Diod. Veloces erant sexaginta; quadraginta, quæ militem gravis armaturæ veherent; peditum 4000. equites 300. ex Thucyd.

[c] *Alcibiades*] Cliniæ fil. Socratis et amicus et discipulus, qui Atheniensibus omnibus tum corporis tum animi dotibus ita præstabat, ut nihil eo vel in virtutibus vel in vitiis excellentius fuerit.

[†] A. M. 3639. Ol. 91. 2. U. C. 338. Ant. Ch. 413.

[d] *Revocato ad reatum*] Postulatus erat et affectatæ tyrannidis, quod multos sibi liberalitate devinxisset, et sacrilegii, quod in domo sua mysteria Cereris celebrasse diceretur: sed, dum Athenas redire simulat, primum Thurios, tum Elidem, denique Lacedæmonem, petiit.

[e] *Syracusani*] Qui Selinuntiis contra Athenienses auxilia ferebant.

[f] *Ab his mittitur*] Et auxilii mitten-

belli jam inclinato statu, auxiliis partim in Græcia, partim in Sicilia, contractis opportuna bello loca occupat. 9. Duobus deinde præliis victus, congressus tertio, occiso Lamacho, et hostes in fugam compulit,[6] et socios obsidione liberavit. 10. Sed, cum Athenienses a bello terrestri in navale se transtulissent, Gylippus classem Lacedæmone[7] cum auxiliis arcessit. 11. Quo cognito, et ipsi Athenienses in locum amissi ducis Demosthenen et Eurymedonta cum supplemento[g] copiarum mittunt. 12. Peloponnesii[h] quoque, communi civitatium decreto, ingentia Syracusanis auxilia misere; et, quasi Græciæ bellum in Siciliam translatum esset, ita ex utraque parte summis viribus dimicabatur.

CAP. V. 1. Prima igitur congressione[a] navalis certaminis Athenienses vincuntur.‡ Castra quoque cum omni publica ac privata pecunia amittunt. 2. Super hæc mala, cum etiam terrestri prælio victi essent, tunc Demosthenes censere cœpit, 'ut abirent Sicilia, dum res, quamvis afflictæ, nondum tamen perditæ forent: 3. neque in bello male auspicato amplius perseverandum: esse domi graviora, et forsitan infeliciora, bella, in quæ servare[1] hos urbis apparatus oporteat.' 4. Nicias seu pudore male actæ rei, seu metu destitutæ spei civium, seu impellente fato, manere contendit. 5. Reparatur igitur navale bellum; et animi a

cap. 2. ex Ms. atque editione Isingrini A. 1539. legit *solus quidem sed qui instar*. Bong. quoque legend. conjecit *sed qui*. Hallucinatur Vorst. scribens Bech. edidisse *sed quidem*.—6 Magl. et Oros. *vertit*. Rom. *vertit in f*.—7 Med. Leid. 2. 5. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *a L*.

1 Med. Leid. 2. 5. Coll. N. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *reserv*. Sup. II. 11. 5. 'Se ad meliora patriæ tempora reservent:' et XXVIII. 4. 9. 'Ut se ad meliora reipublicæ tempora reservent.' Cic. pro Fonteio 15. 'Nonne et hominem ipsum ad dubia reipublicæ tempora reservandum putatis?' Liv. XXV. 6. 'Nos vulgo homines laudabant, quod reipublicæ

NOTÆ

di et Atticam invadendi Lacedæmoniis auctor fuit Alcibiades.

[g] *Cum supplemento*] 73. naves et 5000. militum gravis armaturæ numerat Thucyd.

[h] *Peloponnesii*] Præcipue Corinthii, Atheniensibus infensissimi.

[a] *Prima igitur congressione*] Bis, ex Thucyd. Navali prælio certatum est, magna utrinque audacia, sed semel atque iterum victi Athenienses.

‡ A. M. 3641. Ol. 91. 4. U. C. 340. Ant. Ch. 411.

prioris fortunæ procella ad spem certaminis revocantur: 6. sed inscitia[2] ducum, qui,[3] inter angustias maris tuentes se, Syracusanos aggressi fuerant,[4] facile vincuntur. 7. Eurymedon dux, in prima acie fortissime dimicans, primus cadit: triginta naves, quibus præfuerat, incenduntur. 8. Demosthenes et Nicias, et ipsi victi, exercitum in terram deponunt,[b] tutiorem fugam rati itinere terrestri. 9. Ab his relictas centum triginta naves Gylippus invasit: ipsos deinde insequitur; fugientes partim capit,[c] partim cædit. 10. Demosthenes, amisso exercitu, a captivitate gladio et voluntaria morte se vindicat: 11. Nicias[d] autem, ne Demosthenis quidem exemplo, ut sibi consuleret,[e] admonitus, cladem suorum auxit dedecore captivitatis.[e]

[e] *Ut consuleret suæ gloriæ, se occidendo.*

nos reservassemus.'—2 Leid. 5. Coll. N. *inscientia*. Cic. III. de Orat. 35. 'Neque inscientiam illius, cui res non suppetat, esse laudandam.' Id. Parad. 3. init. 'In re aliquantulum, in gubernatoris inscientia nihil, interest:' et III. de Off. 17. 'Neminem id agere, ut ex alterius prædetur inscientia.' Ed. Lambini *inscitia*; cujus margini ascripsit Gruterus: 'Ed. Langii et Mss. Palatini *inscientia*.' Plin. XXVI. 1. 'Ille medicorum inscientia sectus.' Macrob. III. Sat. 1. 'Quin in medium detegat inscientiæ Virgilianæ vulnera.' Add. notas Avi ad Liv. XXII. 25. et Gell. I. 15. p. 86.—3 Leid. 3. Coll. C. C. omittunt.—4 Leid. 2. ed. Rom. Ald. Junt. *agg. sunt*. Reliqui Mss. et vet. edd. *agg*.

NOTÆ

[b] *In terram deponunt*] Auctor erat ut fuga reparatis navibus sibi consulerent; quod ducibus probabatur; sed, cum milites nullam in navibus spem vel victoriæ vel salutis haberent, pedestri itinere fugere maluerunt; partem unam exercitus Nicias, alteram Demosthenes, ducebat.

[c] *Partim capit*] Demosthenes hostibus, quibus resistere non valebat, se dedit.

[d] *Nicias*] Cum illius copias ad flumen Asinarum assecuti hostes telis undique obruerent, ipse labore sitique confectus deditionem fecit Gylippo. Thucyd.

[e] *Dedecore captivitatis*] Una cum Demosthene jussu Syracusanorum occisus est invito Gylippo, ut narrat Thucyd. Affirmat tamen Diod. Gylippum populo auctorem fuisse, ut supplicium de Nicia et Demosth. sumerent. Hunc finem habuit bellum Siculum anno 3. Peloponnesiaci 19. ex quo tempore Atheniensium fortuna inclinare cœpit.

LIBER V.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Alcibiades Siculi belli concitor, in exilium profectus, Lacedæmonios ad bellum Atheniensibus inferendum impellit. Huic bello Darius rex Persarum accedit socius Lacedæmoniis. 2. Alcibiadis res gestæ contra patriam: Lacedæmoniis suspectus, negotium illis facessit Tisafernis opera. 3. Alcibiades statum reipublicæ mutat; deinde, classe instructa, in bellum pergit adversus Lacedæmonios. 4. Navalis pugna, et de Lacedæmoniis victis ab Alcibiade reportata victoria. Is desideratus civibus Athenas reversus summa cum omnium lætitia excipitur. 5. Lacedæmonii, Persarum freti auxilio, exercitum Atheniensium in Asia sparsum opprimunt. Alcibiades, ob rem male gestam veritus populi impetum, denuo in voluntarium exilium proficiscitur. 6. Conon, Alcibiadis successor, invalidos et novos milites nactus, infeliciter rem gerit; et navali prælio superatus concedit ad Evagoram. 7. Atheniensium post cladem acceptam luctus. 8. Lacedæmonii victores urbe Athenarum deditione potiuntur. Lysander statum reipublicæ mutat: inde triginta tyranni, et cædes Alcibiadis. 9. Theramenes, tyrannorum unus, vir moderatus a collegis trucidatur. Thrasybulus rempublicam collapsam restituit, et, prælio commisso, triginta tyrannorum sævissimos, Critiam et Hippolochum, mactat. 10. Thrasybulus populares fugientes placide revocat; superstites tyrannos urbe pellit: qui, dum bellum reparare student, comprehensi trucidantur, ἀμνηστία, id est, discordiarum oblivione, inter cives sancita. 11. Darii mors, inter cujus filios Artaxerxen et Cyrum lis de regno; qua prius in occultum, deinde vero in apertum, bellum erumpente, Artaxerxes demum, fratre occiso, et victoria et regno potitur.

CAP. 1. 1. Dum Athenienses in Sicilia bellum per biennium cupidius quam felicius gerunt, interim concitor et dux ejus Alcibiades absens Athenis insimulatur, mysteria Cereris[a] Initiorum sacra, nullo[1] magis quam silentio solennia,[b] enuntiavisse:[a] 2. revocatusque a bello ad judicium, sive conscientiam sive indignitatem rei non ferens, tacitus in exilium Elidem[c] profectus est.* 3. Inde, ubi non damnatum se tantum, verum etiam diris[2] per omnium sacerdotum religiones[d] devotum,[e] cognovit,[b] Lacedæmona se contulit: 4. ibique[3] regem Lacedæmoniorum impellit[4] turbatis Atheniensibus adverso Siciliæ prælio[5] ultro bellum inferre. 5. Quo facto omnia Græciæ regna, velut ad extinguendum

[a] *Accusatur manifestasse mysteria Initiorum dicata Cereri, ob nullam rem magis commendanda quam ob silentium.*
[b] *Audivit se execratum per cærimonias omnium sacerdotum.*

---

1 Rom. *nulla re:* quod ex interpretatione est. Saxo VIII. p. 161. 28. ‘Affirmans monstra nullo magis nocendi vim quam advenarum verbis parum comiter editis sumere:’ XI. p. 217. 16. ‘Recolebat bellicam majorum gloriam nullo magis quam Anglicis crevisse titulis:’ et p. 218. 43. ‘Principum famam nullo magis, quam militum fide, crevisse.’ Id. *quo* pro, qua re, usurpat XV. p. 368. 21. ‘Quo effectum est;’ et *in aliquo* Hegesipp. I. 36. ‘Caveret tamen, ne in aliquo mulieris animam mœstificaret;’ atque Saresb. VII. Policr. 24. p. 515. ‘Raroque invenies, qui in aliquo non detrahat præsidenti.’—2 Ed. Bech. et Maj. *Diis.* Leid. 1. 3. et Ms. Bong. *diis iratis*, quod vulgato præfert Scheff. ‘Diris devotus’ idem valet, quod ‘execrationibus devotus’ inf. cap. 4. 14. Nihil igitur h. l. mutand.—3 Ed. Bech. *ibi et.*—4 Leid. 3. ed. Rom. *impulit.* Oros. II. 15. ‘Lacedæmona se contulit, impulitque Spartanos, ut, turbatis Atheniensibus, novo rursus bello insisterent.’—5 Periz. *adversis S.*

NOTÆ

[a] *Mysteria Cereris*] Habuerat in propria domo sodalium cœtum, quorum alii præconis, alii tædarum ministri, alii discipulorum officio fungerentur, dum ipse, velut sacrorum antistes, mysteria doceret. Ita Plut.

[b] *Silentio solennia*] Quæ vulgare nefas erat, ne Deæ cultus minueretur. Ideo Ovid. ‘Quis Cereris ritus audet vulgare profanis?’

[c] *Elidem*] Peloponnesi regionem inter Arcadiam, Achaiam, et Messeniam; nunc ab urbe primaria *Beluedere* dicitur.

* A. M. 3641. Ol. 91. 4. U. C. 340. Ant. Ch. 411.

[d] *Sacerdotum religiones*] Ministri omnium sacrorum jussu populi eum devoverunt, ex Plut. licet Probus meminerit tantum Eumolpidarum, qui sacerdotes erant Cereris; ab Eumolpo sic nominati, qui Thrax vel Ægyptius, ex Diod. Neptuni fil. fuit, ex Paus. Musæi Poëtæ, ex Suid. Orphei, ex aliis.

[e] *Devotum*] Devotionis exemplum in pila lapidea incisum et in publico positum esse affirmat Probus.

commune incendium, concurrunt.[6] 6. Tantum odii[7] Athenienses immoderati imperii crudelitate contraxerant. 7. Darius[f] quoque rex Persarum, memor paterni avitique in hanc urbem odii, facta cum Lacedæmoniis per Tisafernen[8] præfectum Lydiæ societate, omnem sumtum belli pollicetur. 8. Et erat hic quidem titulus cum Græcis coëundi: re autem vera timebat, ne, victis Atheniensibus, ad se Lacedæmonii arma transferrent. 9. Quis igitur miretur, tam florentes Atheniensium opes ruisse, cum ad opprimendam unam urbem totius Orientis vires concurrerent? 10. Non tamen inerti, neque incruento, cecidere bello; sed præliati ad ultimum, victores etiam interdum, consumti magis fortunæ varietate quam vi victi sunt. 11. Principio belli omnes ab his etiam socii desciverant, ut fit: quo se fortuna, eodem etiam favor hominum, inclinat.

CAP. II. 1. Alcibiades quoque motum adversus patriam bellum non gregarii militis opera, sed imperatoris virtutibus, adjuvat: 2. quippe, acceptis quinque navibus in Asiam contendit, et tributarias[a] Atheniensium civitates, auctoritate nominis sui, ad defectionem compellit. 3. Sciebant enim domi clarum, nec exilio videbant factum minorem;

---

præliis, nempe navali et terrestri. Vid. sup. IV. 5. 1. et 2.—6 Coll. N *q. f. omnis Græciæ multitudo....concurrit*. Bong. glossemate rejecto legit *omnis Græcia concurrit*. Oros. II. 15. 'Cui incepto ita Græcia omnis astipulata est, quasi ad commune incendium restinguendum bono publico congestis viribus consuleretur.' Frec. I. 4. 11. 'Cum quibus [Spartanis] totam Græciam adversus Athenienses excitavit.' *Omnis Græcia*, ut inf. XIII. 5. 3. 'Præsente universa Græcia:' et XXV. 4. 5. 'Sed et Græcia omnis,' &c.—7 Ita etiam Magl. ed. Rom. Ald.—8 Mss. *Tisafernem*, *Tisafernen*, vel *Tisafarnem*: ed. Bech. *Tisapharnem*. Τισαφέρνης etiam Græcis scriptoribus dicitur, ut Ctesiæ, Isocrati Paneg. p. 139. Xen. I. de Exp. Cyr. p. 245. A. Polyæno I. 49. 1. Plut. in Agesil. p. 601. et Artaxerxe p. 1022. Suidas: Τισσαφέρνης ὄνομα κύριον, καὶ κλίνεται εἰς ους. Pro εἰς ους f. legend. εἰς ου καὶ ους. Utraque enim flexio usitata est. Prioris exempla occurrunt ap. Diod. XIV. 27. Polyæn. II. 2. 2. et VII. 16. 1. posterioris vero ap. eund. VII. 46. 1. Thucyd. VIII. 6. Xen. I. de Exp. Cyr. p. 244. et 245. Diod. XIV. 36. et 37. et 82. atque Plut. in Agesil. p. 600.

NOTÆ

[f] *Darius*] Artaxerxis nothus erat, qui interfecto Sogdiano, a quo Xerxes Artaxerxis fil. necatus fuerat, regnum invasit.

[a] *Tributarias*] Non in Græcia tantum, sed etiam in Asia Milesios et Ionios fere omnes, ab Atheniensibus avertit.

nec tam ablatum Atheniensibus ducem, quam Lacedæmoniis traditum, partaque cum amissis imperia pensare.[1 a] 4. Sed apud Lacedæmonios virtus Alcibiadis plus invidiæ quam gratiæ contraxit. 5. Itaque cum principes velut æmulum gloriæ suæ interficiendum insidiis mandassent, cognita re Alcibiades per uxorem Agidis[b] regis, quam adulterio cognoverat, ad Tisafernen præfectum Darii regis profugit:[†] cui se celeriter officii comitate et obsequendi gratia insinuavit. 6. Erat enim et ætatis flore, et formæ veneratione, nec minus eloquentia, etiam inter Athenienses, insignis: 7. sed in conciliandis amicitiarum studiis, quam in retinendis, vir melior:[2] quia[3] morum vitia[c] sub umbra eloquentiæ primo latebant. 8. Igitur persuadet Tisaferni, 'ne tanta stipendia classi Lacedæmoniorum præberet. 9. Vocandos enim in portionem muneris Ionios, quorum pro libertate, cum tributa Atheniensibus penderent, bellum susceptum sit. 10. Sed nec auxiliis nimis enixe Lacedæmonios juvandos: quippe memorem esse debere, alienam se victoriam, non suam, instruere: et eatenus bellum sustinendum, ne inopia deseratur.[b] 11. Nam regem Persarum, dissidentibus[4] Græcis, arbitrum pacis ac belli fore: et, quos suis non possit, ipsorum armis victurum: perfecto autem bello, statim ei cum victoribus dimicandum. 12. Domesticis itaque bellis Græciam atterendam,[5] ne externis vacet; exæquandasque vires partium, et inferiores auxilio levandos. 13. Non enim quieturos post hanc victoriam Spar-

[a] *Comparabant acquisitam nuper potestatem imperandi cum ea quam amiserant.*
[b] *Et bellum ea ratione gerendum, ne defectu pecuniæ omittatur.*

---

1 Sic Med. Magl. Leid. 2. 5. Coll. N. ed. Rom. approbante Avo. Flor. Ald. Junt. *pensantem*.—2 Rom. *eo melior*.—3 Med. Leid. 2. 5. *cui*.—4 Ita Coll. N. ed. Rom. pro vulg. *dissentient*.—5 Hegesipp. I. 9. f. 'Majore victor detrimento, quoniam regni sui vires attriverat:' et V. 15. 'Sed patres vestri cum Persarum præliis gravibus atterentur.' Vid. Avum Obs. in Script. Eccles.

NOTÆ

[b] *Per uxorem Agidis*] Agis enim, ut violatæ Timææ uxoris injuriam ulcisceretur, Astyocho navarcho jusserat, ut Alcibiadem occideret.

[†] A. M. 3642. Ol. 92. 1. U. C. 341. Ant. Ch. 410.

[c] *Morum vitia*] Libidinibus erat maxime deditus.

tanos, qui vindices se libertatis Græciæ professi sint.' 14. Grata oratio Tisaferni fuit. Itaque commeatus maligne præbere; classem regiam non totam mittere; ne aut victoriam daret,[6] aut necessitatem deponendi belli imponeret.

Cap. III. 1. Interea Alcibiades hanc operam civibus[a] venditabat: 2. ad quem cum legati Atheniensium venissent, pollicetur his amicitiam regis, si respublica a populo translata ad senatum foret; 3. sperans, ut aut, concordante civitate, dux belli ab omnibus legeretur, aut, discordia inter ordines facta, ab altera parte in auxilium vocaretur. 4. Sed Atheniensibus, imminente periculo belli, major salutis quam dignitatis cura fuit. 5. Itaque,[1] permittente populo,[b] imperium ad senatum[c] transfertur. 6. Qui cum insita genti[2] superbia crudeliter in plebem consuleret, singulis tyrannidis sibi impotentiam vindicantibus,[a] ab exercitu Alcibiades exul revocatur,[d] duxque classi constituitur.‡ 7. Statim igitur Athenas mittit,[3] 'ex continenti se cum exercitu venturum, recepturumque a quadringentis jura populi, ni ipsi redderent.' 8. Hac denuntiatione optimates territi primo urbem prodere Lacedæmoniis tentavere: dein,

[a] *Tractaret populum crudeliter, dum singuli usurparent sibi auctoritatem et sævitiam tyranni.*

cap. 6. p. 66.—6 Sic quatuor Leid. Periz. Bodl. Coll. N. et C. C. Ald. Bong. In Rom. *totam daret* desiderantur.

1 Flor. Ald. Junt. *Ita.*—2 Med. Leid. 1. 2. 3. ed. Rom. *gentis*, idemque in exemplari typis exarato reperit Bong. et vulgato præfert Avus ad Liv. XXVIII. 24.—3 Mss. ed. Rom. Ald. Junt. *scribit.*

NOTÆ

[a] *Operam civibus*] Qui in Samo habitabant, a quibus paulo post ad Athenienses ea de re per Pisandrum scriptum est.

[b] *Permittente populo*] Phrynichus dux militum Alcibiadis consilia prævidens restitit; quare e dignitate a Pisandro dejectus est, et paulo post ab Hermone quodam interfectus, ut habent Plut. et Thucyd.

[c] *Ad senatum*] Opera Pisandri, Antiphonis, et Theramenis, auctoritas omnis ad 400. viros delata est; qui, quoties illis videretur, quinque civium millia congregarent.

[d] *Exul revocatur*] Postquam milites in Samo contra quadringentos conjurassent, Thrasybuli et Thrasylli industria illuc vocatus est Alcibiades, qui concione ad exercitum habita dux ab eo receptus est. Hæc Thucyd.

* A. M. 3643. Ol. 92. 2. U. C. 342. Ant. Ch. 409.

cum id nequissent, in exilium profecti sunt. 9. Igitur Alcibiades, intestino malo patria liberata, summa cura classem instruit; atque ita in bellum adversus Lacedæmonios pergit.

Cap. IV. 1. Jam Sesto Mindarus[a] et Pharnabazus, Lacedæmoniorum duces, instructis navibus expectabant. 2. Prælio commisso, victoria penes[b] Athenienses fuit.† In eo bello major pars exercitus et omnes ferme hostium duces cæsi: naves octoginta captæ. 3. Interjectis quoque diebus, cum bellum Lacedæmonii a mari in terram transtulissent, iterato vincuntur.† 4. His malis fracti pacem petiere:[c] quam ne acciperent, opera eorum effectum est, quibus ea res quæstum præbebat.[1] 5. Interea et Syracusanorum auxilia illatum a Carthaginiensibus[d] Siciliæ bellum domum revocavit. 6. Quibus rebus destitutis Lacedæmoniis, Alcibiades cum classe victrici Asiam vastat; multis[2] locis prælia facit: ubique victor recipit civitates, quæ defecerant: nonnullas capit[e] et imperio Atheniensium adjicit: 7. atque ita prisca navali gloria vindicata, adjecta etiam laude terrestris[f] belli, desideratus civibus suis Athenas revertitur. 8. His omnibus prœliis ducentæ naves hos-

1 Sic Med. Magl. Leid. 1. 2. 3. et a sec. manu 5. Coll. N. et C. C. ed. Bong. Vulg. *præstabat.*—2 Leid. 1. 3. Coll. C. C. *jam mult.* De partic. *jam* vid. Græv.

NOTÆ

[a] *Jam Mindarus*] Anno superiore Thrasybulus, dum Alcibiades cum Tissapherne ad Aspendum ageret, hostium classem vicerat. Thucyd.

[b] *Victoria penes, &c.*] Dum utrinque pugnaretur acriter, cum 18. navibus e Samo supervenit Alcibiades, qui Atheniensibus junctus fugavit hostes, captasque naves 38. Sestum deduxit, et paulo post cum Theramene et Thrasybulo ita hostes circumvenit, ut, occiso eorum duce Mindaro, terrestri navalique prælio victor, omnibus eorum navibus potitus sit: hæc multis Thucyd. Diod. et Plut.

† A. M. 3644. Ol. 92. 3. U. C. 343. Ant. Ch. 408.

[c] *Pacem petiere*] Diodorum secutus est Justinus; nihil enim habent ea de re Xen. et Plut.

[d] *A Carthaginiensibus*] Hannibal cum centum millibus militum Selinuntem et Himeram funditus eruit, ut narrant Diod. et Xen.

[e] *Nonnullas capit*] Chalcedonem et Byzantium.

[f] *Laude terrestris*] Quia, exposito ad Chalcedonem in terram equitatu, hostes fuderat, et Chalcedonensium opes a Thracibus vi extorserat. Xen. et Plut.

tium, et præda ingens capta. 9. Ad hunc redeuntis exercitus triumphum effusa omnis multitudo[g] obviam procedit:‡ et universos quidem milites, præcipue tamen Alcibiaden, mirantur: 10. in hunc oculos civitas universa, in hunc suspensa ora, convertit: hunc quasi de cœlo missum, et ut[3] ipsam Victoriam, contuentur: 11. laudant quæ pro patria, nec minus admirantur quæ exul contra, gesserit, excusantes ipsi iratum provocatumque fecisse. 12. Enimvero tantum in uno viro fuisse momenti, ut maximi imperii subversi, et rursum recepti, auctor esset, et, unde stetisset, eo se victoria transferret:[a] fieretque cum eo mira quædam fortunæ inclinatio. 13. Igitur omnibus non humanis tantum, verum et divinis eum, honoribus onerant:[4] certant secum ipsi, utrum contumeliosius eum expulerint, an revocaverint honoratius. 14. Ipsos illi Deos gratulantes tulere obviam, quorum execrationibus erat[5] devotus. 15. Et, cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant, eum, si queant, in cœlo posuisse cupiunt. 16. Explent contumelias[h] honoribus,[b] detrimenta muneribus, execrationes[i] precibus. 17. Non Siciliæ illis adversa pugna in ore est, sed Græciæ victoria: non classes per illum amissæ, sed acquisitæ: nec Syracusarum, sed Ioniæ Hellespontique,[k] meminerunt. 18. Sic Alcibiades nunquam mediocribus, nec in offensa, nec in favore,[6] studiis suorum exceptus est.

[a] *Nam unum hominem tantum pondus et potestatem habuisse, ut et maximum imperium everterit, et deinde restituerit, et illi referrent victoriam, pro quibus ille pugnaret.*

[b] *Dedecora illata honoribus delere conantur.*

---

ad XLI. 5. 4.—3 Cf. Savaron. ad Sidon. XII. Ep. 5. Med. Leid. 3. 5. Bodl. *velut.* Coll. N. *veluti.*—4 Rom. *ornant.* Leid. 4. 5. Periz. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *honorant.* Ut in Act. Apost. XXVIII. 10. Οἱ δὲ πολλαῖς τιμαῖς ἐτίμησαν ἡμᾶς. Interpres vetus: *Qui etiam multis honoribus nos honoraverunt.* Add. notam Wopkensii ad h. l.—5 Med. ed. Rom. *fuerat.*—6 Med. Magl. Leid. 2. 5.

NOTÆ

[g] *Multitudo*] Tantus in eum amor erat populi, ut eum principem seu tyrannum habere cuperet, ex Plut. et Diod.

‡ A. M. 3647. Ol. 93. 2. U. C. 346. Ant. Ch. 405.

[h] *Contumelias*] Coronis aureis cinctus est; pilæ in mare projectæ. Diod.

[i] *Execrationes*] Sancitum est, ut Eumolpidæ precationes deprecarentur, ait Plut.

[k] *Hellesponti*] Angustiæ maris inter Abydum Phrygiæ et Sestum Thraciæ civitatem.

CAP. V. 1. Dum hæc aguntur, a Lacedæmoniis Lysander[a] classi belloque præficitur, et in locum Tisafernis Darius, rex Persarum, filium suum Cyrum Ioniæ Lydiæque præposuit: qui Lacedæmonios auxiliis opibusque ad spem fortunæ[b] prioris erexit. 2. Aucti igitur viribus, Alcibiaden[c] cum centum navibus in Asiam profectum, dum agros longa pace divites securius populatur, et prædæ dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites habet, repentino adventu oppressere: 3. tantaque cædes palantium fuit, ut plus vulneris eo prælio Athenienses acciperent, quam superioribus dederant:[a] 4. et tanta desperatio apud Athenienses erat, ut ex continenti Alcibiaden ducem[d] Conone mutarent;* 5. arbitrantes victos se non fortuna belli, sed fraude imperatoris, apud quem plus prior offensa valuisset, quam recentia beneficia: 6. vicisse autem eum priore bello ideo tantum, ut ostenderet hostibus, quem ducem sprevissent, et ut carius eis ipsam victoriam venderet. 7. Omnia enim credibilia in Alcibiade vigor ingenii et morum luxuria faciebat. 8. Veritus itaque multitudinis impetum denuo in voluntarium exilium[e] proficiscitur.

CAP. VI. 1. Itaque Conon Alcibiadi suffectus, habens

[a] *Ut Athenienses in illo certamine acciperent majorem cladem, quam hostibus intulerant prioribus prœliis.*

NOTÆ

[a] *Lysander*] Aristocleti fil. non quidem e stirpe regia, sed ex Heraclidarum genere.

[b] *Ad spem fortunæ, &c.*] Ipse enim a Lysandro incitatus drachmam unam in dies singulos singulis dedit militibus, pluraque daturum se promisit. Plut.

[c] *Alcib.*] Fallitur Justinus: cum Lysander, uti referunt Xen. et Plut. Alcibiadem lacessere non auderet, ille, relicto apud classem Antiocho, Phocæam petiit; interim Antiochus vel hostes aggressus, vel ab ipsis lacessitus, prælium committit, in quo ipse occiditur, totaque Atheniensium classis dispersa est, amissis 15. navibus.

[d] *Alcib. ducem*] Qui, reversus cum universa classe, aciem instruxit ante portum Ephesiorum, ubi Lysander erat; sed ille Alcibiadis metu classem suam educere noluit. Hæc Xen. et Plut.

* A. M. 3648. Ol. 91. 3. U. C. 347. Ant. Ch. 404.

[e] *In voluntarium exilium*] In Chersonesum, ad castella quæ ibi munierat; ubi, conscripto externo milite, Thracibus suo nomine intulit bellum, et Græcis finitimis securitatem præstitit. Plut.

ante oculos cui duci successisset, classem maxima industria exornat: 2. sed navibus exercitus deerat, fortissimis quibusque in Asiæ populatione amissis. 3. Armantur tamen senes, aut impuberes pueri, et numerus militum sine exercitus robore expletur. 4. Sed non magnam bello moram ætas fecit imbellis:[a] cæduntur passim,[a] aut fugientes capiuntur; tantaque strages aut occisorum aut captivorum fuit, ut Atheniensium deletum non imperium tantum, verum etiam nomen, videretur. 5. Quo prælio perditis et desperatis rebus, ad tantam inopiam rediguntur, ut, consumta militari ætate, peregrinis civitatem, servis libertatem, damnatis impunitatem, darent. 6. Ex qua colluvione hominum conscripto exercitu domini antea Græciæ vix libertatem tuebantur. 7. Iterum tamen fortunam maris experiendam decernunt. 8. Tanta virtus animorum erat, ut, cum paulo ante salutem desperaverint, nunc non desperent victoriam. 9. Sed neque is miles erat, qui nomen Atheniensium tueretur; neque eæ vires, quibus vincere consuerant; neque ea scientia militaris in his, quos vincula, non castra, continuerant.[b] Itaque omnes aut capti aut occisi. 10. Cum dux Conon prælio[7] superfuisset solus, crudelitatem civium me-

[a] *Sed senes et pueri, propter ætatem imbelles, non diu impetum hostium retardarunt.*

[b] *Nec illi sciebant artem belli gerendi, cum traduxissent vitam in vinculis servi, non in castris milites.*

Periz. Bodl. *in offensam nec in favorem*: ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *in offensam nec favorem.*—7 Vulg. *eo pr. Eo* abest a Thuan. Leid. 3. Coll. N. ed. Bech. Ven. Med. Par. Orosius II. 16. ' Solus dux Conon superstes bello et populo.' Inf. XVIII. 3. 38. 'Qui prælio superfuerant.' Tac. H. I. 79. ' Donec pauci, qui prælio superfuerant, paludibus abderentur:' et IV.

NOTÆ

[a] *Cæduntur passim*] Rem aliter narrat Plut. Primum ad Mitylenen Cononem spoliat 30. navibus Callicratidas, qui Lysandro successerat, illumque terra marique obsidet: deinde Diomedontem Cononi auxilio venientem superat: tum Athenienses collectis omnibus viribus 150. naves in auxilium mittunt; a quibus et summersus Callicratidas et 70. naves captæ: post Conon Lysandrum, qui dux hostium iterum electus fuerat, insecutus, propter Lampsacum classem ad prælium instruxit: sed cum suam non educeret Lysander, ad Ægospotamos reversus est; ubi, dum milites e navibus egressi per Chersonesum quasi victores vagantur, Lysander, qui illos absentes audierat, classem ex improviso aggressus, na-

tuens, cum octo navibus ad regem Cyprium[8] concedit[9] Euagoram.[b]

CAP. VII. 1. At dux Lacedæmoniorum, rebus feliciter gestis, fortunæ hostium[a] insultat; 2. captivas naves cum præda bellica, in triumphi modum ornatas, mittit Lacedæmona: 3. ac tributarias Atheniensium civitates, quas metus dubiæ belli fortunæ in fide tenuerat, voluntarias recipit;[b] nec aliud ditionis Atheniensium præter urbem ipsam[c] reliquit.[1] 4. Quæ cuncta cum Athenis nuntiata essent, omnes, relictis domibus, per urbem discurrere pavidi: alius alium sciscitari; auctorem nuntii requirere: 5. non pueros imprudentia; non senes debilitas; non mulieres sexus imbecillitas domi tenet: adeo ad omnem ætatem tanti mali sensus penetraverat. 6. In foro deinde coëunt, atque ibi perpeti nocte fortunam publicam questibus iterant.[a] 7. Alii fratres, aut filios, aut parentes deflent, cognatos alii, alii amicos cognatis cariores, et cum privatis casibus querelam publicam miscent: 8. ' jam se ipsos, jam ipsam patriam perituram, miserioremque incolumium, quam amissorum fortunam judicantes: 9. sibi quisque ante oculos obsidionem, famem, et superbum victoremque hostem proponentes: 10. jam ruinam urbis et incendia, jam omnium captivitatem et miserrimam servitutem recordantes: 11. feliciores prorsus priores urbis ruinas ducentes, quæ, incolu-

[a] *Atque deflent multis gemitibus tota nocte infelicitatem publicam.*

[b] *Arbitrantes feliciorem fuisse urbem, quando prius eversa est in bello Persico, cum domus tantum et tecta destructa fuerint, civium vero et filii et parentes salvi essent.*

60. ' Cunctosque, qui prælio superfuerant, incendium hausit.' Cf. Wopkens. h. l.—8 Ald. Junt. *Cypri.*—9 Bech. Ven. Flor. *contendit.*

1 Med. Leid. 2. 5. Coll. N. *recipit* et *relinquit*: quomodo correxit Freinsh. Leid. 3. *recipit* et *reliquit*. Oros. ' Ademtis omnibus civitatibus, nihil Atheniensibus præter inanem urbem reliquit.'

NOTÆ

ves omnes, 9. tantum exceptis, capit.

[b] *Euagoram*] Fuit ille rex Cypri, pater Nicoclis, cujus laudes descripsit Isocrates.

[a] *Fortunæ hostium, &c.*] Tria millia Atheniensium crudeliter necari jussit, ex Plut.

[b] *Voluntarias recipit* [*recepit*] Omnes urbes, una excepta Samo, redegit in potestatem; et, ubique deleto populi jure, reliquit moderatores 10. Lacedæmonios.

[c] *Præter urbem ipsam*] Athenienses reliquos Athenas mittebat; ut, quanto plures essent, tanto citius victus deficeret.

mibus filiis parentibusque, tectorum tantum ruina taxatæ sint.[a] 12. Nunc autem non classem, in quam, sicuti pridem, confugiant, superesse; non exercitum, cujus virtute servati, pulchriora possent mœnia exstruere.'

Cap. VIII. 1. Sic defletæ ac prope perditæ urbi hostes superveniunt, et obsidione circumdatos fame urgent. 2. Sciebant enim neque ex advectis copiis multum superesse, et, ne novæ advehi[a] possent, providerant. 3. Quibus malis Athenienses fracti, post longam famem, et assidua suorum funera, pacem petivere:[b] quæ an dari deberet, diu inter Spartanos sociosque deliberatum. 4. Cum multi delendum[c] Atheniensium nomen, urbemque incendio consumendam, censerent, negarunt 'se' Spartani 'ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos;' 5. pacem polliciti, 'si demissa[d] Piræeum[e] versus[1] muri brachia dejicerent, navesque, quæ reliquæ forent, traderent; resque publica ex semet ipsis triginta rectores[f] acciperet.'† 6. In has leges traditam sibi urbem Lacedæmonii formandam Lysandro

1 Med. Leid. 2. 4. *in P. v.* Cic. IV. ad Fam. 12. 'In Italiam versus navigaturus.' Curt. IV. cap. 7. 'In meridiem versus Arabes spectant.' Inscriptio ap. Grut. p. 207. ANTAS DUAS AD MARE VORSUM PROICITO. Marcian. Capella VI. p. 217. 'Interior autem Africa ad meridiem versus habet Leuco-Æthio-

NOTÆ

[a] *Ne novæ advehi*] Agis Rex Lacedæmoniorum et Lysander, coactis totius Peloponnesi viribus, exceptis Argivis, terra marique Athenas obsederant, Piræumque cum 150. navibus tenebant interclusum. Plut.

[b] *Pacem petivere*] Velle se Lacedæmoniorum socios esse significant, solosque urbis muros cum Piræo retinere.

[c] *Multi delendum*] Corinthii præsertim et Thebani, Atheniensibus infestissimi.

[d] *Si demissa*] Has pacis conditiones habent Xen. et Plut. ut muri longi et Piræus diruerentur, naves omnes præter 12. traderent, reducerent exules, eund. cum Lacedæmoniis et amicum et hostem haberent. Addit Plut. jussos omnes urbem relinquere, et agro suo esse contentos.

[e] *Piræeum*] Portus erat Athenarum tutissimus, qui muris duobus quasi cruribus urbi jungebatur: ea erat illius amplitudo, ut 400. esset capax navium; unde Aristophanes dixit Themistoclem non Piræum urbi sed urbem Piræo edidisse, et ad mare terram aptasse.

[f] *XXX rectores*] Refert Diod. Athenienses ipsos, dum inter se de reip. administrandæ forma disputant, Samo Lysandrum evocasse, a quo jussi sunt eligere 30. viros, qui res omnes moderarentur; at Xen. et Plut. a Lysandro, Lacedæmoniorum jussu, id factum esse probabilius affirmant.

† A. M. 3649. Ol. 93. 4. U. C. 348. Ant. Ch. 403.

tradiderunt. 7. Insignis hic annus et expugnatione Athenarum, et morte Darii regis Persarum, et exilio[2] Dionysii[g] Siciliæ tyranni fuit. 8. Mutato statu Athenarum, etiam civium conditio mutatur. 9. Triginta rectores reipublicæ constituuntur; qui fiunt tyranni: 10. quippe a principio tria millia sibi satellitum statuunt, quantum ex tot cladibus prope nec civium superfuerat; 11. et, quasi parvus hic ad continendam civitatem exercitus esset, septingentos milites a victoribus accipiunt. 12. Cædes deinde civium ab Alcibiade auspicantur;[h] ne iterum rempublicam sub obtentu liberationis[3] invaderet. 13. Quem cum profectum ad Artaxerxen, Persarum regem, comperissent, citato itinere miserunt, qui eum interciperent: 14. a quibus occupatus, cum occidi aperte non posset, vivus in cubiculo, in quo dormiebat, crematus est.[i]

pes.' Ita Ms. Laud. pro vulg. *Leucas Æth.*—2 Corsin. in Fastis Attic. p. 256. legit *exordio.* Jensius margini ed. Grævianæ ascripserat: '*Exilio* Henninius in literis ad nos 3. Kal. Decemb. 1701. ut ad Dionysium Majorem referatur.' Dein suam de h. l. sententiam aperit Vir cl. 'Sed haud dubie tota hæc periodus est spuria, inserta ex margine in contextum. Etenim Darii hujus mortem aggreditur Auctor cap. 11. 'Eodem fere tempore Darius rex Persarum moritur.' Quod non attexuisset, si id hic jam esset factum, vel debuisset saltem ibi addi, 'ut supra monui,' vel simile quid, uti iste est historicorum mos.' Ita sane respectu relationis ad præcedd. uti solet Auctor his formulis, 'ut' vel 'sicut supra dictum est,' II. 5. 9. XXXVIII. 9. 2. XLI. 5. 8. 'sicuti supra significatum est,' II. 9. 7. 'cujus mentio supra habita est,' X. 2. 2. Quod autem ad hanc περιοχὴν spectat, eam genuinam esse persuadent Oros. II. 17. et ipse Auctor, qui eod. modo loquitur XXXII. 4. 9. 'Insignis hic annus trium toto orbe maximorum imperatorum mortibus fuit, Hannibalis, Philopœmenis, et Scipionis Africani.' Ubi ejusmodi formulam quoque omittit, quamvis Philopœmenem veneno sumto expirasse etiam antea retulerit, nempe ejusd. lib. cap. 1. 9.—3 *Liberatoris*, quod in Ms. reperit Bong. merito improbat Vorst. ad I. 6. 1. Inf. XXXVII. 3. 4. 'Ptolemæus sub specie sororiæ ultionis Asiæ inhiabat.' Curt. X. 8. 'Cum iste sub tutelæ specie regnum occupaturus sit.'

NOTÆ

[g] *Exilio Dionysii*] Hic duplex error Justini. Hoc enim anno Dionysius senior non obiit, sed Siciliæ tyrannidem invasit; nec ille in exilium pulsus est, sed Dionysius junior ejus filius.

[h] *Auspicantur*] Non jussu 30. tyrannorum sed Lacedæmoniorum occisus est: illum enim et Agis oderat pessime, et timebant Lacedæmonii; quare Lysander accepta de illius morte scytala a Pharnabazo, ut occideretur, obtinuit. Plut.

[i] *Crematus est*] Strictum tenens gladium medios in ignes se conjecit, ex quibus illæsus cum evasisset, barbaros, non ausos cominus congredi, dissipavit; eorum tamen jaculis eminus

Cap. IX. 1. Liberati hoc ultoris metu, tyranni miseras urbis reliquias cædibus et rapinis exhauriunt. 2. Quod cum displicere uni ex numero suo Therameni[a] didicissent, ipsum quoque ad terrorem omnium interficiunt.‡ 3. Fit igitur ex urbe passim omnium fuga; repleturque Græcia Atheniensium exulibus: 4. quod etiam ipsum auxilium cum miseris eriperetur[1] (nam Lacedæmoniorum edicto civitates exules recipere prohibebantur) omnes se Argos et Thebas[b] contulere: 5. ibi non solum tutum exilium egerunt, verum etiam spem reciperandæ patriæ receperunt. 6. Erat inter exules Thrasybulus, vir strenuus, et domi nobilis, qui audendum aliquid pro patria et pro salute communi, etiam cum periculo, ratus, adunatis exulibus castellum Phylen[c] Atticorum finium occupat. 7. Nec deerat quarundam civitatium tam crudeles casus miserantium favor.[a] 8. Itaque Ismenias[2] Thebanorum princeps, etsi publicis non poterat, privatis tamen viribus adjuvabat: 9. et Lysias[d] Syracusanus orator, exul tunc, quingentos milites stipendio suo instructos in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit. 10. Fit itaque asperum prælium: sed, cum hinc pro patria summis viribus, inde pro aliena dominatione segnius,[3] pugnaretur, tyranni vincuntur: 11. victi in urbem refugiunt; quam, exhaustam cædibus suis, etiam

[a] *Et aliquæ urbes illi favebant misericordia commotæ, ob crudelem tot civium interitum.*

1 Bech. *aux. a mis. er.* Coll. N. *cum etiam i. a. unicum mis. er.* omisso *quod.* Leid. 2. Magl. *quod etiam i. a. unicum mis. eripitur.* Ald. Junt. *quod cum etiam i. a. unicum m. eriperetur.*—2 Med. Magl. ed. Rom. Ald. Junt. *I. et Ism.* Flor. Par. *I. et Hism.*—3 Sic Periz.

NOTÆ

confossus interiit, ex Plut. et Diod.

[a] *Therameni*] Qui, cum tyrannorum crimina non ferret, primum a Critia omnium improbissimo proditionis accusatus, tum a ceteris damnatus est. Eum Socrates lictoribus eripere frustra tentavit: cum cicutam ebibisset, 'Propino,' inquit, 'hoc poculo Critiæ.' Ita Diod.

‡ A. M. 3652. Ol. 94. 3. U. C. 351. Ant. Ch. 400.

[b] *Thebas*] Thebani enim contrarium Lacedæmoniis edictum in exulum gratiam tulerunt.

[c] *Phylen*] *Pylum* legend. est, Atticæ regionis castellum, 100. stadiis ab Athenis dissitum.

[d] *Lysias*] Cephali fil. natus Athenis, multum a Cic. propter eloquentiam laudatus.

armis spoliant. 12. Deinde, cum omnes Athenienses proditionis suspectos haberent, demigrare eos ex urbe jubent, et in brachiis muri, quæ diruta fuerant, habitare, extraneis militibus imperium tuentes. 13. Post hæc Thrasybulum corrumpere, imperii societatem pollicentes, conantur. 14. Quod cum non contigisset, auxilia a Lacedæmoniis petivere: quibus accitis, iterato prælantur.[e] 15. In eo bello Critias et Hippolochus, omnium tyrannorum sævissimi, cadunt.

Cap. X. 1. Ceteris victis, cum exercitus eorum, ex quibus major pars Atheniensium erat,[1] fugeret, magna voce Thrasybulus exclamat, 'cur se victorem fugiant, potius quam ut vindicem communis libertatis adjuvent? 2. Civium illam meminerint aciem, non hostium, esse; nec se ideo arma cepisse, ut aliqua victis adimat, sed ut ademta restituat: triginta se dominis, non civitati, bellum inferre.' 3. Admonens deinde cognationis, legum, sacrorum communium, tum vetusti per tot bella commilitii, orat, 'misereantur exulum civium, si tam patienter ipsi serviant: reddant sibi[2] patriam, accipiant[3] libertatem.' 4. His vocibus tantum promotum est, ut reversus in urbem exercitus triginta tyrannos emigrare Eleusina juberet, substitutis decem, qui rempublicam regerent: 5. qui, nihil exemplo prioris dominationis territi, eandem viam crudelitatis aggressi sunt. 6. Dum hæc aguntur, nunciatur Lacedæmone bellum Athenis[4] exarsisse: ad quod comprimendum Pausanias[a] rex mittitur: 7. qui, misericordia exulis populi

1 Similia huj. constructionis exempla affert ad h. l. Avus, qui in nota ad Liv. XXIII. 35. legend. conjecerat *Athenienses erant.* Ita Tac. III. H. 12. 'Magna pars Dalmatæ Pannoniique erant.'—2 Periz. *ipsi.*—3 Coll. N. *acc. ipsi.*—4 Med. Leid. 1. 2. 4. 5. Periz. ed. Rom. Ald. Junt. *in bellum Athenienses.*—

NOTÆ

[e] *Iterato prælantur*] Secundum prælium, in quo cecidit Critias, commissum est, postquam Thrasybulus cum mille sociis Piræum occupavit.

[a] *Pausanias*] Prius Lysander cum exercitu, ut Piræum obsideret, missus fuerat: sed Pausanias veritus, ne laudem iterum captæ urbis acquireret, concedere pacem Atheniensibus, quam Lysandri gloriam crescere, maluit. Hæc Diod. et Xen.

permotus, patriam miseris civibus restituit, et decem tyrannos ex urbe Eleusina migrare[5] ad ceteros jubet.* 8. Quibus rebus cum pax statuta esset, interjectis diebus, repente tyranni non minus restitutos exules, quam se in exilium actos, indignantes, quasi vero aliorum libertas sua servitus esset, bellum Atheniensibus inferunt: 9. sed, ad colloquium, veluti dominationem recepturi, progressi, per insidias comprehensi, ut pacis victimæ trucidantur. Populus, quem emigrare jusserant, in urbem revocatur. 10. Atque ita per multa membra civitas dissipata in unum tandem corpus redigitur: 11. et, ne qua dissensio ex ante actis nasceretur, omnes jurejurando obstringuntur ‘ discordiarum oblivionem fore.’ 12. Interea Thebani Corinthiique legatos ad Lacedæmonios mittunt, qui ex manubiis portionem prædæ communis belli periculique peterent.[a] 13. Quibus negatis, non quidem aperte bellum adversus Lacedæmonios decernunt: sed tacitis animis tantam iram concipiunt, ut subesse bellum intelligi posset.

Cap. xi. 1. Eodem fere tempore Darius, rex Persarum, moritur,† Artaxerxe et Cyro filiis relictis. 2. Regnum Artaxerxi, Cyro civitates, quarum præfectus erat, testamento legavit. 3. Sed Cyro judicium patris injuria videbatur.[a] Itaque occulte[1b] adversus fratrem bellum parabat. 4. Quod cum nuntiatum[c] Artaxerxi esset, arcessitum ad se

[a] *Qui peterent ex spoliis partem prædæ, partæ in bello communi, in quo se etiam periculis objecerant.*

5 Med. Leid. 2. 5. *emigrare:* ut paulo ante: ‘Tyrannos emigrare Eleusina juberet.’ Periz. *Eleusin emigrare.*

1 Wass. ad Sall. Ju. 7. ex Ms. Bong. malebat *occulto:* verum prius etiam occurrit §. 5. h. c. et xiii. 4. 8. xvi. 4. 20. xviii. 3. 9.—2 Leid. 3. *Atheni-*

NOTÆ

* A. M. 3652. Ol. 94. 3. U. C. 351. Ant. Ch. 400.

† A. M. 3653. Ol. 94. 4. U. C. 352. Ant. Ch. 399.

[a] *Injuria videbatur*] Nam Artaxerxes ante Darii regnum, ipse vero Dario regnante, natus erat. Artaxerxes ille Mnemon cognominatus est.

[b] *Occulte*] Copias in Hellesponto per Clearchum Lacedæmonium, in Thessalia per Aristippum, et aliis in locis per Proxenum aliosque duces, clam colligebat.

[c] *Nuntiatum*] Per Tissaphernem Satrapam.

fratrem, et innocentiam dissimulatione belli simulantem, compedibus aureis vinxit: interfecissetque, ni mater[d] prohibuisset. 5. Dimissus igitur Cyrus, jam non occulte bellum, sed palam, nec per dissimulationem,[e] sed aperta professione, parare cœpit: auxilia undique contrahit. 6. Lacedæmonii memores Atheniensi[2] bello enixe[3] se ejus opera adjutos, velut ignorantes contra quem bellum pararetur, decernunt auxilia Cyro mittenda, ubi res ejus exegisset; 7. quærentes apud[4] Cyrum gratiam[f] et apud Artaxerxen, si vicisset, veniæ patrocinia, cum nihil adversus eum aperte decrevissent. 8. Sed, cum in bello fors prælii[g] utrumque fratrem pugnæ obtulisset,[a] prior Artaxerxes a fratre vulneratur:[h] 9. quem cum equi fuga periculo subtraxisset, Cyrus

[a] *Sed cum forte in prælio ambo fratres, Artaxerxes et Cyrus, sibi occurrissent.*

ensium b. i. e. b. adversus Athenienses, ut xv. 4. 21. ‘In bellum Antigoni descendit.’—3 Avus ex conj. legit *enixa*, quomodo scriptum in Med. Coll. N. Seneca vi. Benef. 17. ‘Si nobis opera illorum enixior visa est,’ et vii. 16. ‘Enixa et sedula opera.’ Ammian. xxvi. 3. ‘Apronianus opera curabat enixa.’ Ita *enixo studio* ap. Liv. xlii. 2. ‘Q. Fulvius Flaccus censor ædem Fortunæ equestris faciebat enixo studio:’ et Val. M. vii. 15. Ext. 1. ‘Enixo Crotoniatæ studio ab eo petierunt.’ Aldhelm. de Laud. Virg. 52. ‘Capitolii flaminem enixa prece poposcit.’—4 Med. Coll. N. ed. Bech. *et ap.*—5 Leid. 1. 3. Mss. Bong. *in auxilia.* Burm. ad Anthol. 1. 70. 22. legit *G. auxilium.*

NOTÆ

[d] *Ni mater*] Parysatis, quæ, illum moriturum ulnis complexa, vix multis precibus a fratre veniam obtinuit, uti narrant Xen. Ctes. et Plut.

[e] *Nec per dissimulationem*] Simulabat tamen in Pisidas exercitum colligere; quod cum audiisset Tissaphernes, ad regem cum 500. equitibus propere contendit.

[f] *Apud Cyrum gratiam*] Infinita militibus pollicebatur: si pedestres venissent, equos; si equestres, bigas; si prædia haberent, vicos; si vicos, urbes. Plut.

[g] *Fors prælii*] Cum Cyro Græcorum erant tredecim millia, barbarorum vero decem myriades, ex Plut. et Xen. Cum Artaxerxe nongenta millia, et falcati currus 150. Diod. tamen aliter utriusque copias numerat. Pugnatum est trans Euphratem ad locum dictum Cunaxam.

[h] *A fratre vulneratur*] Cum Græci oppositos Persas fudissent, Artaxerxes 6000. lectissimorum equitum, quibus stipatus erat, movit, ut Græcos a tergo adoriretur; quod veritus Cyrus, in eos irruit tanto impetu, ut omnes verterit in fugam. Si tunc Clearchus in mediam aciem, ubi rex erat, uti jubebat Cyrus, irrupisset, victus erat Artaxerxes; sed, dum ille suis potius quam victoriæ consulit, et Cyri equites nimio persequendi studio dissipantur, Cyrus, viso rege, ‘Video,’ inquit, ‘hominem;’ factoque impetu, illius pectus per mediam loricam vulnerat; sed tum magna vi hastam vi-

a cohorte regia oppressus interficitur. Sic victor Artaxerxes et præda fraterni belli et exercitu potitur. 10. In eo prælio decem millia[i] Græcorum in auxilio[5] Cyri fuere: quæ et in cornu, in quo steterant, vicerunt; et post mortem Cyri neque armis a tanto exercitu vinci, neque dolo capi,[k] potuerunt; 11. revertentesque inter tot indomitas nationes et barbaras gentes, per tanta itineris spatia virtute se usque terminos patriæ[l] defenderunt.

NOTÆ

branus nescio quis illam sub oculum Cyri adigit: qui paulo post, dum in regem ejusque stipatores fortiter dimicat, interficitur. Hæc pluribus Xen. cui potius credendum, cum pugnæ affuerit, quam Diod. et Plut. qui diversa referunt ex Ctes.

[i] *Decem millia*] Xen. recenset 10000. 400. scutatos, cetratorum 2400.

[k] *Neque dolo capi*] Tissaphernes tamen, qui magnis cum copiis in Lydiam tendebat, simulata amicitia, Clearchum omnium ducem, cum Proxeno, Menone, et 20. cohortium præfectis, ducentisque militibus ad prætorium suum perduxit, quorum alii occisi, alii ad regem missi, ejusque jussu capite truncati sunt.

[l] *Terminos patriæ*] Præcipuus inter eos fuit Xenophon Atheniensis, qui illius Expeditionis historiam libris 5. eleganter persecutus est.

LIBER VI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Lacedæmonii Asiæ imperium affectant. Conon a rege Persarum dux belli navalis eligitur. 2. Lacedæmonii ducem exercitus Agesilaum præficiunt. Cononis res gestæ. 3. Pisandri et Cononis pugna, in qua Lacedæmonii victi. 4. Thebanorum cum Lacedæmoniis bellum. Agesilai ex Asia revocati virtus. 5. Athenienses Iphicraten et Cononem Lacedæmoniis opponunt. Athenæ ex Lacedæmoniorum spoliis instaurantur. 6. Græciæ pax a rege Persarum indicta, quam Lacedæmonii magno suo malo turbant. 7. Thebani Spartam oppugnant, quorum vim sustinent pauci senes. Pugna ad Mantineam. 8. Epaminondæ, fortissimi Thebanorum ducis, interitus et elogium. 9. Athenienses a pristinis moribus et virtute deficiunt.

Cap. i. 1. Lacedæmonii, more ingenii humani, quo plura habent,[1] eo ampliora cupientes, non[2] contenti accessione Atheniensium opum vires sibi duplicatas,[a] totius Asiæ imperium affectare[a] cœperunt:‡ sed major pars sub regno Persarum erat. 2. Itaque Dercyllides[2 b] dux in hanc militiam electus, cum videret sibi adversus duos præfectos Artaxerxis,[3] Pharnabazum et Tisafernen, maximarum gentium viribus succinctos dimicandum, pacificandum[4] cum altero statuit. 3. Aptior visus Tisafernes, vir et industria potior et militibus Cyri quondam regis[5] instructior, in colloquium vocatur, et statutis conditionibus ab armis[c] dimittitur.[b] 4. Hanc rem Pharnabazus apud communem regem criminatur,[c] 'ut Lacedæmonios Asiam ingressos non repulerit armis, sed impensis regiis aluerit; 5. mercetuique ab his, quæ differant bella, quæ gerant;[d d] tanquam non ad

[a] *Non contenti quod suæ vires essent multum auctæ per junctionem virium Atheniensium.*
[b] *Et pactis quibusdam constitutis uterque deslit bellum gerere.*
[c] *Hac de re Pharnabazus accusat Tissaphernem apud regem.*
[d] *Det illis pecuniam ut bellum differant potius quam ut faciant.*

1 Coll. N. Ald. Junt. *habebant*.—2 Coll. N. *eo plura cupiebant, et non*.—2 Ita recte emendarunt pro vulg. *Hercyllides* vel *Hercyllidas* ex Græcis Scriptoribus Leopardus XVII. Emend. 11. et Bong. nec aliter scripsisse Trogum persuadent tres Mss. prologi h. l. in quibus legitur *Derculide* vel *Dercullide*. Med. Leid. 2. 5. Coll. N. ed. Rom. *Herculides*.—3 Med. Magl. Leid. 1. 4. Periz. Coll. N. Thuan. ed. Rom. aliæque addunt *regis*.—4 *Pacificari* Ald. Junt. Bodl. Coll. N. *pacificare*. Thuan. Leid. 1. 2. 4. 5. Coll. C. C. *pacificandum*, quomodo ediderat Bong. Val. M. II. 9. 3. ' Cato eo magis illum notandum statuit.' Salvian. VII. de Gubern. 21. ' Qui statuunt non adulterandum, et primi adulterant; statuunt non furandum, et furantur.' Saxo XIV. p. 343. 41. ' Pacificandum cum nostris ratus.'—5 Ita habent omnes Mss. nec quicquam mutand. *Rex* hic vocatur, qui filius regis erat. Similiter regis Orodis filius *rex* appellatur XLII. 4. 10. ' Ventidius universam Parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit.' Flor. IV. 9. 6. ' Rex [Pacorus] fortissime

NOTÆ

[a] *Imperium affectare*] Cum Græci ab expeditione Cyri in contemtum Persas adduxissent, Iones Lacedæmonem miserunt, ut a Persarum servitute liberarentur. Plut.

‡ A. M. 3654. Ol. 95. 1. U. C. 353. Ant. Ch. 398.

[b] *Derc.* [*Hercyllides*] Thymbro prius missus fuit, sed, cum nihil propter diuturnam Larissæ obsidionem proficeret, Dercyllidas, non Hercyllidas, illi suffectus est.

[c] *Ab armis*] E provincia Tissaphernis egressus milites in Pharnabazi ditionem adduxit; diebus octo novem cœpit oppida, et in Bithynia hyemavit, ut refert Xen.

[d] *Quæ* [*Quam*] *gerant*] Subintelli-

unius summam imperii detrimentum omne perveniat. 6. Indignum,' ait, 'bella non perfici, sed redimi; hostem pretio, non armis, submoveri.' 7. His vocibus regem a Tisaferne alienatum hortatur, 'ut in locum ejus navalis belli ducem eligat Conona Atheniensem, qui, amissa bello patria, Cypri exulabat: 8. quippe Atheniensibus, etsi fractæ sint[6] opes,[7] manere tamen navalem usum, nec, si eligendus sit ex universis, meliorem alium esse.' 9. Acceptis igitur quingentis talentis, jussus est Conona classi præficere.

CAP. II. 1. His cognitis, Lacedæmonii et ipsi a rege Ægypti Hercynione[e] auxilia[1] navalis belli per legatos petunt: 2. a quo centum triremes, et sexcenta millia[f] modiorum[2] frumenti missa: a ceteris quoque sociis ingentia auxilia contracta sunt. 3. Sed tanto exercitui, et contra tantum ducem, deerat dignus imperator. 4. Itaque postulantibus sociis[g] Agesilaum ducem, regem tunc Lacedæmoniorum, propter responsa[3] oraculi Delphici diu Lacedæmonii, an eum summæ rei præponerent, deliberaverunt:[h]

dimicans cecidit:' ubi plura exempla congessit Duker. Zonaras X. Annal. 26. Ὅ τε γὰρ βασιλεὺς ἐκείνων [Πάρθων] ὁ Πάκορος ἐν τῷ πολέμῳ ἔπεσε. Virgil. IX. Æn. 222. 'Statione relicta Ipse comes Niso graditur, regemque requirunt.' Ubi Serv. notat: '"Regemque requirunt," regis filium, ut: 'Magnum reginæ sed enim miseratus amorem."' Regem et regis filios *reges* appellat Liv. II. 3. 'Legati ab regibus superveniunt:' et 9. 'Nunc monebant etiam, ne orientem morem pellendi reges inultum sineret:' et Livium imitatur Sen. Octav. 294. 'Illi reges hac expulerunt Urbe superbos; ultique tuos Sunt bene manes, virgo, dextra Cæsa parentis:' et Troad. 138. regis filios *reges* vocat: 'Post elatos Hecubæ partus, regumque gregem, Postrema pater funera cludis.'—6 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *sunt*.—7 Coll. N. *sint res et op.*

1 Leid. 1. *Æg. aux.* Otto Frisingensis I. Chron. 22. 'Porro Lacedæmonii ab Hermione Ægypti rege petito et accepto auxilio, sociorumque undique contractis copiis, bellum parant, Agesilaumque pede claudum, sed manu fortem, ducem sibi creant.'—2 Med. Leid. 2. 4. 5. Ald. Junt. *modiûm*.—3 Sic

NOTÆ

gitur, potius; quod Plauto familiare.

[e] *Hercynione*] Non ab Hercynione, sed a Nephræo petita auxilia dicit Diod.

[f] *Sexcenta millia*] Hoc frumentum ad Cyprum delatum est, quæ ad Cononem inscio Ægyptio defecerat.

[g] *Postulantibus sociis*] Opera Lysandri, qui Spartæ Agesilao favebat, et pro eo ad socias Asiæ civitates scripserat.

[h] *Deliberaverunt*] Non tantum, an illum præficerent copiis, sed etiam, an regem eligerent; mortuo enim Agide Agesilai fratre, Leotychidi, qui Agidis fil. dicebatur, favebant multi; quod et claudus esset Agesilaus, et Apollinis prohibuisset oraculum, ne

5. 'quibus futurus imperii finis' denuntiabatur, 'cum regium claudicasset imperium:' erat enim pede claudus. 6. Ad postremum statuerunt melius esse incessu regem quam imperio regnum claudicare.[a] 7. Posteaquam Agesilaum cum ingentibus copiis in Asiam misere,* non facile dixerim, quod aliud par ducum tam bene comparatum fuerit: 8. quippe ætas, virtus, consilium, sapientia utrique prope una; gloria quoque rerum gestarum eadem: 9. quibus cum paria omnia fortuna dederit, invictum tamen[i] ab altero utrumque servavit. 10. Magnus igitur amborum apparatus belli, magnæ res gestæ[k] fuerunt. 11. Sed Cononem seditio militum invadit, quos præfecti regis fraudare stipendio soliti erant, eo instantius debita poscentibus,[4] quo graviorem sub magno duce militiam præsumebant.[b] 12. Itaque Conon, diu rege per epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit: 13. a[5] cujus aspectu et colloquio prohibitus est, quod eum more Persarum adorare nollet:[l] 14. agit tamen cum eo per internuntios, et queritur

[a] *Tandem statuerunt melius esse claudicare regem incessu, quam exercitum bono imperatore destitui.*

[b] *Qui eo vehementius petebant stipendia debita, quo graviora se pati in bello jactabant sub fortissimo imperatore.*

decem Mss. ed. Rom. ut III. 5. 5. ex ed. Junt. 'Cum responsa cognovissent:' et XIII. 7. 11. 'Virginis nomine ex responsis agnito:' ubi Med. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. ed. Bech. Ald. Junt. dant *ex dei responsis:* et XIV. 5. 6. 'Responsa fatorum.' Vitruv. IV. 1. init. 'Quem (Ionem) etiam Apollo Delphis suum filium in responsis est professus.'—4 Rom. Ald. Junt. *poscentium:* quomodo ex conj. legit Faber.—5 *A* ignorant Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

regnum claudicaret: sed cum Alcibiadis, non Agidis, fil. esset Leotychides, prælatus est Agesilaus consilio Lysandri, qui oraculum non de Agesilao altero pede claudicante, sed de Leotychide ex Herculis genere non genito, interpretatus est. Ita Plut. sed paulo aliter Xen.

* A. M. 3657. Ol. 95. 4. U. C. 356. Ant. Ch. 395.

[i] *Invictum tamen*] Non enim cum Conone, sed cum Tissapherne et Pharnabazo.

[k] *Magnæ res gestæ*] Bis hostes superavit Agesilaus: semel, cum victo ad Pactolum Tissapherne hostium castris potitus est; iterum, cum venientem Pharnabazum in Caria fugavit, omnemque illius abstulit supellectilem. Quare Artaxerxes misso Tithrauste caput Tissapherni præscindi voluit. Diod.

[l] *Adorare nollet*] Genu flexo proni in terram procumbentes fronte feriebant humum, et terram osculabantur.

'opulentissimi regis bella inopia dilabi; et, qui exercitum parem hostibus habeat, pecunia vinci, qua præstet; inferioremque eum ea parte virium inveniri, qua longe superior sit.' 15. Postulat 'dari sibi ministrum impensæ, quia pluribus id mandare perniciosum sit.' 16. Dato stipendio ad classem remittitur: nec moram agendis rebus facit: multa fortiter, multa feliciter, agit: agros hostiles vastat: urbes expugnat; et, quasi tempestas quædam, cuncta prosternit. 17. Quibus rebus territi[m] Lacedæmonii, ad patriæ subsidium, revocandum ab Asia Agesilaum decernunt.[n]

CAP. III. 1. Interim Pisandrus, ab Agesilao proficiscente dux patriæ relictus, ingentem classem summis viribus instruit, fortunam belli tentaturus. 2. Nec non et Conon, tunc primum cum hostium exercitu concursurus, magna[1] cura ordinat suos. 3. Summa igitur tam ducum in eo prælio, quam militum,[2] æmulatio[3] fuit.† 4. Nam et ipse dux Conon non tam Persis, quam patriæ, studebat; 5. et, sicut,

1 Leid. 5. *et m.* 1. 4. et Magl. Coll. C. C. *ex m.* probante Schef. Cf. Freinsh. in Ind. Flori v. *Ex.*—2 *S. i. non d. &c.* Par. Bong. verum Ms. Coll. N. *S. i. in eo pr. tam ducum q. m.* nec male. Reliqui cum Ven. Flor. Med. Ald. *non ducum tantum*, et novem Mss. cum ed. Rom. *quam vulgi.*—3 Reg. Leid. 1. 4. Coll. C. C. *æmulatus*, quam vocem quoque usurpavit Tac. XIII. A. 46. 'Ne in urbe æmulatus ageret.' Ita *dominatus* pro *dominationis* extat in Ms. quem Bong. consuluit, et Leid. 2. 5. sup. v. 10. 7. 'Nihil exemplo prioris dominatus territi:' nec temere. Cic. II. de Orat. 55. 'Qui hunc populum dominatu regio liberavit.' Cæs. in Anti-Cat. ap. Gell. IV. 16. 'Unius arrogantiæ superbiæque dominatuque.' Oros. III. 84. 'Regis fraus, ferocia, et dominatus.' Ita *responsus* ap. Vitruv. I. 2. p. 6. ed. Amst. 'Symmetria est ex ipsius operis membris conveniens consensus, ex partibusque separatis ad universæ figuræ speciem ratæ partis responsus:' et *perfectus* v. 5. p. 87. 'Hæc autem si quis voluerit ad perfectum facile perducere:' et X. 8. init. 'Principia pariunt ad duos perfectus:' et *significatus* IX. 7. f. 'Ut etiam videantur divina mente tempestatum significatus post futuros ante pronuntiare:' ac *cogitatus* X. 14. init. 'Transferatur nunc cogitatus scripturæ ad rationem non inutilem.'

NOTÆ

[m] *Quibus rebus territi*] Non tantum Cononis victoriis, sed Græcorum etiam in ipsos conjuratione: Tithraustes enim pecunia Thebanos, Corinthios, et Argivos corruperat: Lysander ab hostibus fuerat ad Haliartum occisus, et Pausanias ob rem contra Thebanos ibi male gestam a suis damnatus in Arcadia obierat. Hæc Plut. et Diod.

[n] *Agesilaum decernunt*] Qui ubique victor multas regi provincias ademturum se sperabat: Ephoris tamen, licet summo cum dolore, parere, quam victorias persequi, maluit.

† A. M. 3659. Ol. 96. 2. U. C. 258. Ant. Ch. 393.

afflictis Atheniensium rebus, auctor amissæ dominationis fuerat, sic volebat idem haberi redditæ,[a] patriamque vincendo recipere, quam victus amiserat; 6. eo speciosius, quod ne ipsorum quidem Atheniensium sed alieni imperii viribus[4] dimicet, pugnaturus periculo regis, victurus præmio patriæ;[b] gloriamque diversis artibus, quam priores civitatis suæ duces, consecuturus: 7. quippe illos vincendo Persas patriam defendisse; se Persas victores faciendo restituturum patriam esse. 8. Porro Pisandrus pro conjunctione[o] Agesilai etiam virtutum æmulator erat; contendebatque, ne a rebus gestis ejus et[5] gloriæ splendore decederet; neve[6] tot bellis ac sæculis quæsitum imperium brevis[7] momenti culpa subverteret.[c] 9. Eadem militum et omnium regum[8] cura erat, quos major solicitudo cruciabat, non tam ne ipsi quæsitas opes amitterent, quam ne pristinas Athenienses reciperent. 10. Sed, quanto majus[p] prælium fuit, tanto et clarior victoria Cononis. 11. Victi Lacedæmonii fugam capessunt: præsidia hostium Athenis deducuntur: 12. populo restituta dignitate conditio servilis eripitur: multæ quoque civitates recipiuntur.

[a] *Volebat Atheniensibus restituere dominationem, quam illis victus ademerat prostratis eorum viribus.*

[b] *Eo gloriosius, quod non dimicet cum copiis Atheniensium, sed imperatoris Persarum; et pugna, si adversa sit, in regis damnum; si secunda, in patriæ bonum, cessura.*

[c] *Neve amitteret sua culpa in brevis temporis spatio potestatem, partam tot bellis per tot sæcula gestis.*

—4 Leid. 1. ed. Bech. *s. a. prælii v.* Ald. Junt. *s. alienis v. prælio.*—5 Jensius malebat *r. g. e. gl. s. Et* abest Ms. Coll. N. in quo scriptum *ne a r. g. ejus gloria et splendore discederet.* Ita Salvian. II. de Gubern. 2. quamvis diverso sensu: 'Ille per hoc ostendere voluit, quod a nobis affectu et protectione jugiter non discederet.' 'Discedere a continentia' etiam dixit Val. M. IV. 3. 12. 'Multum a prisca continentia posterior Cato discedit.' Cf. Avum ad Liv. XXVII. 10.—6 Med. Leid. 2. 5. *nec.* Periz. *neu. Ne.... neu*, ut ap. Curt. VIII. 5. 14. 'Ne in peregrinos ritus degenerare se cogeres, neu invidiam tali adulatione contraheres.'—7 Id. Ms. cum Bodl. ed. Rom. Bech. Flor. Par. Ald. Junt. *brevissimi.*—8 Coll. N. *et o. civium.* Ald. Junt. *et civium o.*

NOTÆ

[o] *Pro conjunctione*] Pisander Agesilai uxoris frater erat.

[p] *Quanto majus*] Cum haud procul a Cnido utraque classis occurrisset, Lacedæmoniorum socii, territi magnitudine classis Pharnabazi et Cononis, fugerunt; unde secuta clades, Pisander occisus, 50. triremes captæ, aliæ ad Cnidum pervenerunt incolumes, ut refert Diod.

Cap. iv. 1. Hoc initium Atheniensibus resumendæ potentiæ, et Lacedæmoniis habendæ finis, fuit. 2. Namque, velut cum imperio etiam virtutem perdidissent, contemni a finitimis cœpere. 3. Primi igitur[q] Thebani, auxiliantibus Atheniensibus, bellum his intulere: 4. quæ civitas ex infimis incrementis, virtute Epaminondæ ducis, ad spem imperii Græciæ erecta est. 5. Fit itaque terrestre prælium; eadem Lacedæmoniorum fortuna, qua pugnatum adversus Conona navali prælio fuerat. 6. In eo bello Lysander, quo duce Athenienses victi a Lacedæmoniis fuerant, interficitur.[r] 7. Pausanias quoque, alter dux Lacedæmoniorum, proditionis accusatus,[s] in exilium abiit. 8. Igitur Thebani, potiti victoria,[t] universum exercitum ad urbem Lacedæmoniorum ducunt,[‡] facilem expugnationem rati, quoniam deserti a sociis omnibus erant. 9. Quod metuentes Lacedæmonii regem suum Agesilaum ex Asia, qui ibi magnas res gerebat, ad defensionem patriæ arcessunt. 10. Occiso enim Lysandro, nullius alterius fiduciam ducis habebant.[a] 11. Cujus quoniam serus adventus erat, conscripto exercitu, obviam hosti procedunt. 12. Sed victis, adversus paulo ante victores, nec animi[2] neque vires pares fuere. Prima igitur[3]

[a] *Nam interfecto Lysandro in nullo alio duce magis, quam in Agesilao, confidebant.*

1 Mss. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. atque Oros. III. 1. *victoria.* Inf. IX. 7. 12. 'Spectaculoque pendentis ultione potita est.' Ita Leid. 2. 4. Periz. eædemque edd. atque Jens. XII. 7. 10. ex Magl. Leid. 2. 4. Bodl. Col. N. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. 'Qui postea regno Indorum potitus est.' Add. XXXVII. 1. 4.—2 Vulg. *animus.* Ed. Maj. *animi*, quomodo etiam edidit Vorst. eandemque scripturam ex tertio Dorvilliano merito tuetur Wopkens.—3 Med. Magl. Leid. 1. 2. Thuan. ed. Rom. *itaque.*

NOTÆ

[q] *Primi igitur, &c.*] Id accidit ante Cononis victoriam, cum Thebani pecunia corrupti a Tithrauste Athenienses in belli societatem vocarunt.

[r] *Lysander interficitur*] Præmissus ante Pansaniam, dum Haliartum Bœotiæ oppidum solus cum suis oppugnat, ut gloriam venienti Pausaniæ præriperet, ab hostibus occisus est. Ita Plut.

[s] *Proditionis accusatus*] Cum neutra pars pugnare auderet, petiit Pausanias, ut liceret ipsi tollere Lysandri et sociorum corpora: quod non alia conditione concessum est, quam ut continuo Bœotia excederet; quare damnatus a suis se contulit Tegeam Arcadiæ, ubi dolore periit. Plut. et Diod.

‡ A. M. 3659. Ol. 96. 2. U. C. 358. Ant. Ch. 393.

congressione funduntur.[t] 13. Deletis jam suorum copiis supervenit rex Agesilaus, qui, restituto prælio, non difficulter, recenti et multis expeditionibus indurato milite, hostibus victoriam eripuit;[u] ipse tamen graviter sauciatur.

Cap. v. 1. Quibus rebus cognitis, Athenienses verentes, ne, iterum Lacedæmoniis victoribus, in pristinam sortem servitutis redigerentur, exercitum contrahunt; 2. eumque in auxilium Bœotiorum per Iphicraten,[w] viginti quidem annos natum, sed magnæ indolis juvenem, duci jubent. 3. Hujus adolescentis supra ætatem virtus admirabilis fuit: 4. nec unquam ante eum Athenienses, inter tot tantosque duces, aut spei majoris, aut indolis maturioris, imperatorem habuerunt; 5. in quo non imperatoriæ tantum, verum et[1] oratoriæ, artes[2] fuere. 6. Conon quoque, audito reditu Agesilai, et ipse ex Asia ad depopulandos[3] [x] Lacedæmoniorum agros revertitur: 7. atque ita, undique belli formidine circumstrepente, clausi Spartani ad summam desperationem rediguntur. 8. Sed Conon, vastatis hostium terris, Athenas pergit:[*] ubi, magno civium gaudio exceptus, plus tamen tristitiæ ipse ex incensa et diruta a Lacedæmoniis patria, quam lætitiæ ex reciperata post tantum temporis, cepit.[a] 9. Itaque, quæ incensa fuerunt, prædarum sumtu et exercitu Persarum

[a] *Cepit majorem tristitiam ob incensam et eversam patriam a Lacedæmoniis, quam lætitiam ob recuperatam post tam longum tempus.*

1 Bech. Ald. Junt. *etiam.*—2 Leid. 2. 5. Coll. N. cum Mss. Fuld. Ald. Junt. *o. a. magnæ.*—3 Coll. N. ed. Bech. Med. Ald. et Oros. *popul.* ut V. 5. 2. et XVI. 3. 10. 'Agros populatur.' XXIV. 6. 2. 'Cum agros villasque po-

NOTÆ

[t] *Funduntur*] Ad Nemeam tamen fl. Thebanos et Athenienses a rege Agesipoli Pausaniæ fil. victos memorat Diod.

[u] *Victoriam eripuit*] Post acre certamen propter Coroneam Bœotiæ oppidum Thebanos fudit; ipse multis affectus vulneribus delatus est Delphos, ubi decumam Deo consecravit.

[w] *Per Iphicraten*] Illum contemtui suis fuisse civibus, refert Plut. quod non tantum militarem laudem pugnando, sed etiam oratoriam declamando, quærere videretur.

[x] *Ad depopulandos*] Ubi Coos, Nisiæos, Mitylenæos, et Ephesios ad defectionem impulit, Cytheram occupavit, et multa damna intulit hostibus, ut testantur Diod. et Xen.

[*] A. M. 3660. Ol. 96. 3. U. C. 359. Ant. Ch. 392.

restituit; quæ diruta,[y] reficit.[4] 10. Fatum illud Athenarum fuit, ut ante a Persis crematæ, manibus eorum; et nunc, a Lacedæmoniis dirutæ, ex spoliis Lacedæmoniorum, restituerentur: 11. versa quoque vice, nunc haberent socios, quos tunc hostes habuerant; et hostes nunc paterentur, cum quibus juncti tunc arctissimis societatis vinculis fuerant.

Cap. VI. 1. Dum hæc geruntur, Artaxerxes,[z] rex Persarum, legatos in Græciam mittit, per quos jubet[a] 'omnes ab armis discedere: qui aliter fecisset, eum se pro hoste habiturum:' civitatibus libertatem suaque omnia restituit: 2. quod non Græciæ laboribus assiduisque bellorum internecivis odiis[1] consulens fecit; 3. sed ne occupato sibi Ægyptio bello,[b] quod propter auxilia, adversus præfectos suos Lacedæmoniis missa, susceperat, exercitus sui in Græcia detinerentur.[a 2] 4. Fessi igitur tot bellis Græci cupide paruere.[c] 5. Hic annus† non eo tantum insignis fuit, quod repente pax tota Græcia[3] facta est: sed etiam eo,[4] quod eodem tempore urbs Romana a Gallis capta est. 6. Sed

[a] *Sed ne copiæ retinerentur in Græcia, dum ipse occuparetur bello adversus Ægyptios, quod aggressus fuerat, quia Ægyptii miserant auxilia contra suos præfectos.*

pularetur.'—4 Ald. Junt. *pr. sumptu restituit, et exerc. P. quæ dirupta fuerant, ref.*

1 *Odiis* abest Magl. *inter cives odiis* Med. Leid. 2. 5. Periz. Reg. Bodl. ed. Rom. aliæque cum Ald. Junt. *interve cives* Jens. *internecinis* ed. Oxon.—2 *Distin.* Græv. edidit ex Junt. pro *detin.* quod alteri merito præfert Vorstius. Periz. ed. Ven. Flor. Par. *in Græciam detin.* idemque in duobus Mss. reperisse se testatur Oudendorp. ad Cæs. B. G. II. 17. 3.—3 Coll. N. *pax in t. Gr.* ed. Rom. *t. Gr. pax.*—4 Rom. omittit *eo.*—5 Cl. Bondam t. Var. Lect. 11. ex Oros.

NOTÆ

[y] *Quæ diruta*] Longos muros et Piræi mœnia refici curavit, Pharnabazo eum pecunia adjuvante.

[z] *Artaxerxes*] Lacedæmonii ap. Teribazum ducem egerunt per Antalcidam, ut pacem omnibus rex imperaret; quod cum non probaret Conon, in vincula a Teribazo conjicitur. Xen. et Diod.

[a] *Per quos jubet*] Multa omisit Justinus, et præcipue Thrasybuli Atheniensis in Thracia et Lesbo res gestas, Teleutiæ Lacedæmonii victorias, et Hieracis, qui Teleutiæ successerat, in Æginetas præclara facinora.

[b] *Ægyptio bello*] Non in Ægypti regem bellum ab Artaxerxe gestum, sed in Evagoram Cyprium, testantur Diod. et Plut.

[c] *Cupide paruere*] Excepto Epaminonda, qui Thebanos ad captandum Græciæ imperium hortatus est.

† A. M. 3665. Ol. 97. 4. U. C. 364. Ant. Ch. 387.

Lacedæmonii, securis insidiantes, absentiam[d] Arcadum[e] speculati, castellum eorum expugnant,[f] occupatoque præsidium imponunt.[b] 7. Itaque armato instructoque exercitu Arcades, adhibitis in auxilium Thebanis, amissa bello repetunt.[5] 8. In eo prælio‡ Archidamus,[g] dux Lacedæmoniorum, vulneratur: 9. qui, cum cædi suos jam ut[6] victos videret, per præconem corpora interfectorum[7] ad sepulturam poscit.[8] 10. Hoc est enim signum apud Græcos victoriæ traditæ.[9] Qua confessione contenti Thebani signum parcendi dedere.

Cap. VII. 1. Paucis deinde post diebus, neutris quicquam hostile facientibus, cum quasi tacito consensu[1] induciæ essent, Lacedæmoniis alia bella adversus finitimos gerentibus, Thebani, Epaminonda duce, occupandæ urbis eorum spem ceperunt. 2. Igitur principio noctis[h] taciti Lacedæmona proficiscuntur; non tamen aggredi incautos potuerunt: 3. quippe senes, et cetera imbellis ætas, cum adventum hostium præsensissent, in ipsis portarum angustiis[i]

[b] *Sed Lacedæmonii struentes insidias non diffidentibus capiunt castrum Arcadum, dum illi abessent, et imponunt præsidium, postquam illud occuparunt.*

III. 2. et Adone Æt. v. huic l. lacunam inhærentem ita supplet: *a. furto b. r.* —6 Sic Med. Magl. Leid. 2. 4. 5. Periz. Bodl. ed. Rom. Bech. aliæque. Oros. III. 2. 'Cum jam cædi suos ut victos videret.' Ita ex opt. codice Flor. edidit Havercamp. pro vulg. *Cum etiam.*—7 Coll. N. *interemptorum.*—8 Med. Leid. 5. Coll. N. *poposcit:* ed. Rom. *deposcit.*

1 Coll. N. *ex cons.* ut paulo post: 'atque ita ex placito consensu e prælio discedit:' ubi *ex tacito* malebat Bernecc. cujus conjecturam firmat Oros.

NOTÆ

[d] *Absentiam*] Prius Phœbidas Lacedæmoniorum dux Cadmeam Thebanorum arcem fraudulenter occuparat: unde Pelopidæ consilio et virtute ejectus est, et decem Lacedæmoniorum millia una cum Cleombroto rege ad Leuctra Bœotiæ ab Epaminonda occisi sunt. Hæc Plut. et Diod.

[e] *Arcadum*] Qui in meditullio Peloponnesi incolebant, ab Arcade Jovis et Calistus fil. nomen habuerunt.

[f] *Expugnant*] Causa belli fuit, quod Tegeates inter se dissidentes, alii a Mantineis Thebanisque, alii a Lacedæmoniis, auxilium petierant.

‡ A. M. 3689. Ol. 102. 4. U. C. 388. Ant. Ch. 363.

[g] *Archidamus*] Agesilai fil.

[h] *Principio noctis*] Tegeam, amicam urbem, non procul a Lacedæmone, omni cum exercitu prius venerat. Xen.

[i] *Portarum angustiis*] Erravit Justinus, quia nec portas nec muros habebat Sparta.

armati occurrunt;[2]* 4. et adversus quindecim millia militum, non amplius centum jam effœtæ ætatis viri pugnæ se offerunt. 5. Tantum animorum viriumque patriæ et penatium[3] conspectus subministrat; tantoque præsentia quam recordatione[4] sui majores spiritus largiuntur.[a] [5] 6. Nam, ut videre, inter quæ, et pro quibus starent, aut vincendum sibi aut moriendum censuerunt. 7. Pauci igitur sustinuere senes aciem, cui par ante dies[†] universa juventus esse non potuit. 8. In eo prælio duo duces hostium cecidere: 9. cum interim,[6] Agesilai adventu[k] nuntiato,[7] Thebani recessere.[l] Nec bellum diu dilatum: 10. siquidem Spartanorum juventus senum virtute et gloria incensa teneri non potuit, quin ex continenti acie decerneret.[m] 11. Cum victoria[n] Thebanorum esset, Epaminondas, dum non ducis tantum, verum etiam fortissimi militis, officio fungitur, graviter vulneratur.[o] 12. Quo audito, his ex dolore metus, illis[8] ex gaudio stupor, injicitur:[9] atque ita veluti ex placito consensu a prælio discedit[ur].

[a] *Et penates dant majorem fortitudinem præsentia sua, quam sua recordatione.*

'veluti ex consensu tacito utrimque discessum est.'—2 Periz. *concurrunt.* Oros. III. 2. 'In ipsis se portarum angustiis objecerunt.'—3 Leid. 1. Bodl. Magl. ed. Bech. Med. Ald. *penatum.* Saxo XIV. p. 356. 8. 'Penatum suorum hospitio.'—4 Periz. *q. præterita rec.*—5 Magl. ed. Rom. *elarg.*—† Sic Med. Leid. 5. Periz. Coll. N. Bodl.—6 Coll. N. *Interim cum.*—7 Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. *adventus nunciatur.* Ald. Junt. *adventus nunciaretur.*—8 Med. Leid. 2. 5. Coll. N. *et his ex d. m. et illis.*—9 Leid. 1. *et illis ex g. st. mittitur.* Magl. *immittitur*, haud dubie ex interpretatione. Inf. XXV. 1. 7. 'Quibus ostentatione virium metum se injicere existimabat.' Saxo IV. p. 64. 8. 'Tantum autem stuporis Uffo præsentibus injecit:' et XV. p. 331. 44. 'Ne supervenientibus metus injiceretur:' et p. 368. 40. 'Ad metum consimilis audaciæ ceteris injiciendum.'

NOTÆ

* A. M. 3690. Ol. 104. 1. U. C. 389. Ant. Ch. 362.

[k] *Agesilai adventu*] Cum exercitu ap. Mantineam aberat, missisque militibus, quam celerrime potuit, urbi succurrit laboranti. Polyb.

[l] *Recessere*] Epaminondas Mantineam, quam vacuam putabat, cum omni equitatu contendit.

[m] *Acie decerneret*] Prælium etiam poscebat Epaminondas, ut acceptum in Spartæ obsidione dedecus deleret.

[n] *Victoria*] Ambiguam faciunt Polyb. et Xen.

[o] *Graviter vulneratur*] Occisum in prælio, dum fortiter dimicat, Xen. vulneratum tantum Diod. et Probus affirmant. Querentibus amicis quod sine liberis moreretur, respondisse

CAP. VIII. 1. Post paucos deinde dies Epaminondas decedit: cum quo vires quoque[1] reipublicæ ceciderunt. 2. Nam, sicuti telo si primam aciem præfregeris, reliquo ferro vim nocendi sustuleris; sic illo, velut mucrone teli, ablato duce Thebanorum, rei quoque publicæ vires hebetatæ sunt:[a] ut non tam illum amisisse, quam cum illo interiisse, omnes viderentur. 3. Nam neque hunc ante ducem ullum memorabile bellum gessere; nec postea virtutibus, sed cladibus, insignes fuere: ut manifestum sit, patriæ gloriam et natam et extinctam cum eo fuisse. 4. Fuit autem incertum, vir melior, an dux, esset. 5. Nam et imperium non sibi, sed patriæ, semper quæsivit; 6. et pecuniæ adeo parcus fuit, ut sumtus funeri defuerit. 7. Gloriæ quoque non cupidior quam pecuniæ: quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt: 8. honoresque ita gessit, ut ornamentum[2] non accipere, sed dare ipsi[3] dignitati,[4] videretur. 9. Jam literarum studium, jam philosophiæ doctrina tanta, ut mirabile videretur, unde tam insignis militiæ scientia homini inter literas nato. 10. Neque ab hoc vitæ proposito mortis ratio dissensit. 11. Nam, ut, relatus in castra semianimis,[5] vocem spiritumque collegit, id unum a circumstantibus requisivit,[6] 'num cadenti sibi scutum ade-

[a] *Nam quemadmodum, si fregeris extremum teli acumen, abstuleris vim lædendi reliquo ferro; ita, Epaminonda duce Thebanorum occiso, velut fracto mucrone teli, potentia reipublicæ periit.*

---

1 Rom. *pariter.*—2 Octo Mss. *ornatum.*—3 Ald. Junt. *ipse.*—4 Coll. N. *s. d. ipsis dignitatem.* Vulgatum imitari Saxonem observavit Stephanius ad eundem præf. p. 1. 37. ubi ait: 'Ut potius magistratui ornamentum dare, quam ab ipso accipere, videretur.'—5 Wass. ad Sall. Fragm. Hist. IV. 31. legit *semianimus* ex Ms. Bong. quem tamen istud ex editionibus, non vero ex codice Ms. protulisse, constat ex ejusd. Var. Lectt.—6 Coll. N. *ab uno a* (leg. *e*) *circ. quæsiv.* Diod. XV. 87. Πρῶτον μὲν γὰρ τὸν ὑπασπιστὴν προσκαλεσάμενος, ἐπηρώτησεν, εἰ διασέσωκε τὴν ἀσπίδα. τοῦ δὲ φήσαντος, καὶ θέντος αὐτὴν πρὸ τῆς δράσεως, πάλιν ἐπηρώτησε, πότερον νενίκασιν. ἀποφαινομένου δὲ τοῦ παιδὸς, ὅτι Βοιωτοὶ νενίκασιν, Ὥρα, φησὶν, ἐστὶ τελευτᾶν.—7 Ita Leid. 5. Thuan. Coll. N.

NOTÆ

fertur, Filias ipsi geminas esse superstites, victorias ad Leuctra et ad Mantineam: cumque salvum esse audiisset clypeum, educto e vulnere telo, placide expiravit. Hæc multis persecutus est Diod. sed accuratius Xen. qui 7. libris de Græca Historia ibi finem imposuit, cujusque filius hac in pugna cum Atheniensibus pro Lacedæmoniis arma gerebat.

misset hostis.' 12. Quod ut servatum audivit, allatum[7] velut laborum gloriæque socium osculatus[8] est. 13. Iterum quæsivit, 'utri vicissent.' Ut audivit, Thebanos, 'bene habere se rem,' dixit: atque ita, velut gratulabundus patriæ, expiravit.

CAP. IX. 1. Hujus morte etiam Atheniensium virtus intercidit. 2. Siquidem amisso, cui æmulari consueverant, in segnitiam[1] torporemque resoluti, 3. non ut olim[p] in classem exercitusque, sed in dies festos apparatusque ludorum, reditus publicos effundunt; 4. et cum actoribus nobilissimis poëtisque theatra celebrant, frequentius scenam quam castra visentes; versificatoresque meliores, quam duces, laudantes. 5. Tunc vectigal publicum, quo antea milites[2] et remiges alebantur, cum urbano populo dividi cœptum. 6. Quibus rebus effectum est, ut inter otia Græcorum sordidum et obscurum antea Macedonum nomen emergeret: 7. et Philippus obses triennio Thebis habitus, Epaminondæ et Pelopidæ[q] virtutibus eruditus, regnum Macedoniæ, Græciæ, et Asiæ cervicibus, velut jugum servitutis, imponeret.[a]

[a] *Extenderet regnum Macedoniæ ita per Græciam et Asiam, ut eas provincias in servitutem redegerit.*

---

ed. Bech. Flor. Par. Ald. Junt. *allatumque* reliqui Mss. cum ed. Rom.—8 *deosc.* Rom.

1 Saxo VII. 139. 48. 'Ne militum animos in desidiam resolvi pateretur.' Magl. Leid. 1. ed. Ven. Flor. Par. Junt. Ald. *segnitiem.*—2 Sic Mss. ed. Rom. Bong. Sed Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *quo ante m.* Vulg. *quo mil.*

NOTÆ

[p] *Non ut olim, &c.*] Has delicias ita secuti sunt, ut capitis pœnam indicerent ei, qui de pecunia publica ad usum militiæ revocanda verba faceret. Libanius.

[q] *Pelopidæ*] Dux fuit Thebanorum fortissimus, cujus præclare gesta Justinus omisit.

LIBER VII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Macedoniæ vetus nomen, populus, et primi reges. 2. Perdiccæ regis familia illustris, et infantis Aëropi nobile fatum. 3. Legati Persarum ad Amyntam petulantiæ suæ dant pœnas. 4. Pax Macedoniæ Bubaris Persæ opera conciliatur. Tragœdiæ in familia Amyntæ, Alexandri Macedonis avi. 5. Philippi Macedonis varii casus: qui, fratribus dolo materno vita sublatis, a populo compulsus regnum suscipit. 6. Ejusdem bella, conjugium, vitia et virtutes.

CAP. I. 1. Macedonia[a] ante a nomine Emathionis regis,[b] cujus prima virtutis experimenta in illis locis extant, Emathia[c] cognominata est. 2. Hujus sicuti incrementa modica, ita[1] termini perangusti, fuere. 3. Populus Pelasgi,[d] regio Pæonia, dicebatur. 4. Sed postea virtute regum, et gentis industria, subactis primo finitimis, mox populis nationibusque, imperium usque extremos orientis terminos prolatum. 5. In regione Pæonia,[e] quæ nunc

---

1 Coll. N. *ita et.*—2 Ita quoque Ald.—3 Ita Magl. Periz. Reliqui Mss. ed.

NOTÆ

[a] *Macedonia*] Inter Ægeum mare et Ionium sita, Thraciæ, Epiro, Achaiæ, et Thessaliæ contermina: a Macedone Deucalionis nepote nomen accepit.

[b] *Emathionis regis*] Berosus Noëmi nopotem, Poëtæ Memnonis fratrem, Titani et Auroræ filium faciunt.

[c] *Emathia*] Pars tantum Macedoniæ ad mare Ægeum, propter Thessaliam; unde tamen toti regno nomen inditum est; sicut etiam olim Mygdonia, Pæonia, et Hæmonia, Macedonia dicta est.

[d] *Pelasgi*] Vel Pelargi, a Pelasgo Jovis et Larissæ fil. sic dicti, multas regiones incoluerunt: Ioniam, Chium, Lemnum, Thessaliam, Achaiam, et Æoliam, deinde in parvam Græciæ partem se receperunt.

[e] *Pæonia*] Quam in Mysiæ confinio ad Strymonem Herod. ad Rhodopen montem Diod. ad Haliacmonis fl. fontes Ptolemæus collocat.

portio est Macedoniæ, regnasse fertur Pelegonus[a] pater Asteropæi,[f] cujus Trojano bello, inter clarissimos vindices urbis, nomen accepimus. 6. Ex alio latere in Europa[g] regnum Europus[h] nomine tenuit. 7. Sed et Caranus[i] cum magna multitudine Græcorum, sedes in Macedonia responso oraculi jussus quærere, cum in[3] Emathiam venisset, urbem Edessam,[k] non sentientibus oppidanis, propter imbrium et nebulæ magnitudinem, gregem caprarum imbrem fugientium secutus, occupavit; 8. revocatusque in memoriam oraculi, quo jussus erat, 'ducibus capris imperium quærere,' regni sedem statuit; 9. religioseque postea observavit, quocumque agmen moveret, ante signa easdem capras habere, cœptorum duces habiturus, quas regni habuerat auctores.[a] 10. Urbem Edessam, ob memoriam muneris, Ægas,[4] populum Ægeadas, vocavit. 11. Pulso deinde Mida (nam is quoque portionem Macedoniæ tenuit) aliisque regibus pulsis, in locum omnium solus successit; 12. primusque, adunatis gentibus variorum populorum, veluti unum corpus Macedoniæ fecit; crescentique regno valida incrementorum fundamenta constituit.

CAP. II. 1. Post hunc Perdicca[l] regnavit, cujus et vita

[a] *Observavit habere easdem capras ante vexilla quocumque duceret exercitum, ut essent ipsi duces cœptarum rerum, sicut fuerant auctores regni instituendi.*

Par. *in* omittunt.—4 Bech. Flor. Ald. Junt. *Ægœam.* Par. *Ægeam.* Med. Magl. Leid. 5. *Egas*, pro *Ægas.* Solin. 9. de Carano: 'Urbem condidit, quam dixit *Ægas.*' Ita duo Mss. Flor. Αἴγαν Ald. et Grasser. Αἴγας Steph. *Ægeas* Salmas. Αἴγαι etiam hæc Macedoniæ civitas appellatur a Paus. I. 6. et Steph. Byzant. Add. notam ad IX. 6. 4.

NOTÆ

[f] *Asteropæi*] Qui, cum Achille ob mortem Patrocli irato ausus congredi, ab eo occisus est.

[g] *Europa*] Pars est Thraciæ ad Hæmum montem, sed Europia est Macedoniæ portio, in qua Europus civitas.

[h] *Europus*] Macedonis fil. a quo pars illa Macedoniæ nomen sortita est.

[i] *Caranus*] Argivus erat, Phidonis frater, undecimus ab Hercule, unde ducebat originem.

[k] *Edessam*] Urbs Emathiæ, Pellæ finitima. *Vodena.*

[l] *Post hunc Perdicca*] Alii Perdiccam primum Macedonum regem constituunt, alii melius quartum tantummodo; Carano enim Cœnus, Cœno Thurimas, et Thurimæ Perdiccas successit.

illustris, et mortis postrema,[1] veluti ex oraculo præcepta, memorabilia fuere: 2. siquidem senex moriens Argeo[2] filio monstravit locum, quo condi vellet; ibique non sua tantum, sed et succedentium sibi regum,[3] ossa poni jussit; 3. præfatus, 'quoad ibi conditæ posterorum reliquiæ forent, regnum in familia[4] mansurum:' 4. creduntque hac superstitione extinctam in Alexandro stirpem, quia locum sepulturæ mutaverit. 5. Argeus, moderate et cum amore popularium administrato regno, successorem filium Philippum reliquit: qui immatura morte[m] raptus Aëropum[5] parvulum admodum instituit hæredem. 6. Sed Macedonibus assidua certamina cum Thracibus[n] et Illyriis[o] fuere: quorum armis veluti quotidiano exercitio indurati gloria bellicæ laudis finitimos terrebant. 7. Igitur Illyrii infantiam regis pupilli contemnentes bello Macedonas aggrediuntur. 8. Qui prælio pulsi, rege suo in cunis prolato, et pone[6] aciem posito, acrius certamen repetivere. 9. Tanquam ideo victi fuissent antea, quod bellantibus sibi[7] regis sui auspicia de-

1 *M. p.* contra Friensh. qui legit *morientis p.* egregie tuetur Burm. ad Anthol. III. 150.—2 Sic Med. ed. Par. Ald. Junt. et paulo post cum Flor. *Argeus.* Ἀργεῖον quoque hunc regem vocant Auctor Συναγ. Ἱστορ, p. 367. et G. Syncellus Chronogr. p. 262.—3 Magl. *sibi in regno:* quatuor Leid. Bodl. Coll. C. C. Thuan. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *sibi in regnum.* Ita Oros. II. 9. init. 'Xerxes Dario in regnum succedens.'—4 Leid. 3. 4. *regn. familiæ*, ut VI. 1. 8. 'Quippe Atheniensibus, etsi fractæ sint opes, manere tamen navalem usum.' XV. 4. 9. ex ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. 'Originis ejus argumentum etiam posteris mansit.' Plin. Paneg. 24. 'Manet imperatori quæ prior humanitas.' Vetus interp. Ecclesiast. XI. 17. 'Datio Dei permanet justis.'—5 *Aëropum* etiam Ald. *Eoropum filium* Rom. —6 Med. 2. 5. Leid. Bodl. Ald. Junt. *et ante.* Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Med. Par. *et pugnæ ante.* Nazarius Paneg. 20. a Vorst. ad h. l. laudatus: 'Regem suum in cunis ad aciem detulerunt.' Ammian. XXVI. 9. init. 'Sicuti aliquando, dimicaturi Macedones cum Illyriis, regem adhuc infantem in cunis locavere post aciem, cujus metu ne traheretur captivus, adversos fortius oppresserunt.' Saresb. VI. 24. 'qui secundo prælio pulsi,' et 'repetiere.'—7 Saresb. 'quod bellantibus defuerant auspicia regis sui.' Coll. N.

NOTÆ

[m] *Immatura morte*] Fallitur Justinus, cum Philippus 35. annos regnaverit.

[n] *Thracibus*] A sævitia et feritate sic nominati, qui inter Ægeum mare, Propontidem, Pontum Eux. Macedoniam, et Mysiam habitabant. *Romania.*

[o] *Illyriis*] Quorum regio ex una parte ad mare Adriaticum, ex altera ad Pannoniam et Macedoniam pertinebat. *L'Esclavonie.*

fuissent; 10. futuri vel propterea victores, quod ex superstitione animum vincendi ceperant: 11. simul et miseratio eos infantis tenebat, quem, si victi forent, captivum de rege facturi videbantur. 12. Conserto itaque prælio, magna cæde Illyrios fudere; ostenderuntque hostibus suis, priore bello regem Macedonibus, non virtutem, defuisse. 13. Huic Amyntas[p] succedit, et propria virtute et Alexandri filii egregia indole insigniter clarus: 14. cui Alexandro tanta omnium virtutum natura ornamenta[7] extitere, ut etiam Olympio certamine[q] vario ludicrorum genere contenderit.

Cap. III. 1. Cum interim Darius, rex Persarum, turpi ab Scythia fuga summotus, ne ubique deformis militiæ

etiam omittit *sibi*.—7 Burm. ad Phædr. I. 18. 5. legit *tam matura omn. virt. incrementa*. *Incrementa* quoque dat Rom.

NOTÆ

[p] *Huic Amyntas*] Æropo vel Europo non Amyntas, sed Alcetas, successit, post quem regnavit Amyntas.

[q] *Olympio certamine*] Cum frequens sit ap. auctores Olympiadum mentio, et nos earum numerum ascribamus, operæ pretium est, A quo? Quando? Ubi institutæ sint? quæque ad earum cognitionem pertineant explicare paucis. 1. Ludi Olympici, teste Paus. ab Hercule uno ex Idæis Dactylis instituti: tum a Pelope, deinde ab Hercule posteriore, demum ab Iphito Eliensi, uno ex posteris Herculis, si Eusebio credimus, restaurati sunt. 2. Iphitus eos ludos restituit post annos a prima institutione 427. ut ait Clem. Alex. vel ut Beda 430. vel ut Euseb. 340. A. M. 3170. 3. Non tamen ab Iphito ap. Græcos per Olympiadas anni numerari cœperunt; sed a 13. Olympiade, ut vult Callimach. ap. Euseb. vel a 27. ut testantur Aristodemus et Polyb. quod verius putem; qua Olympiade vicit in agone gymnico Chorœbus Eliensis, A. M. 3278. a Moyse 815. ex St. Cyril. excisæ Trojæ 408. ex Dionys. ant. Chr. 774. ant. Rom. cond. 27. quo anno cœperunt et præmia proponi, et nomina victorum inscribi in tabulis et columnis, quales erant eæ, quibus Athenis, et leges, et Deorum festa proponebantur. 4. A Luna, quæ Olympias a Græcis dicebatur, Olympiadis nomen ductum esse, vult Africanus ap. Georgium Monachum; sed a loco ipso nomen ludicris illis probabilius inditum dixerim, videl. ab Olympia urbe; propterquam in agro Pisano, non procul ab Elide, ad Alpheum fl. propter lucum oleastro vestitum, quinto quoque anno ineunte, sub æstivum solstitium illi ludi celebrari solebant in honorem Jovis Olympii. 5. Præcipuum certamen et antiquissimum cursus fuit: post cestus, saltus, discus, et palæstra addita sunt, ita ut illi ludi Pentathlo constarent. Moris erat victores oleagina corona donari, et quasi triumphantes quadrigis per urbes invehi, constitutisque in perpetuum frui vectigalibus.

damnis haberetur,[b] mittit cum parte copiarum Megabyzum[1] ad subigendam Thraciam, ceteraque ejus tractus regna: quibus pro ignobili momento erat accessura Macedonia.[c] 2. Qui, brevi tempore executo regis imperio, legatis ad Amyntam regem Macedoniæ missis, obsides in pignus futuræ pacis dari sibi postulabat.† 3. Sed legati benigne excepti, inter epulas ebrietate crescente, rogant Amyntam, 'ut apparatui epularum adjiciat jus familiaritatis, adhibitis in convivium suis ac filii uxoribus:[2] id apud Persas[r] haberi pignus ac fœdus hospitii.' 4. Quæ ut venerunt, petulantius Persis eas contrectantibus,[3] filius Amyntæ Alexander rogat patrem, respectu ætatis ac gravitatis suæ abiret convivio, pollicitus se hospitum temperaturum jocos. 5. Quo digresso, mulieres quoque paululum e convivio evocat, cultius exornaturus,[4] gratioresque reducturus.[5] 6. In quarum locum matronali habitu[s] exornatos juvenes supponit; eosque petulantiam legatorum ferro, quod sub veste gerebant, compescere jubet. 7. Atque ita interfectis omnibus, ignarus rei Megabyzus, cum legati non redirent, mittit eo cum exercitus parte Bubaren, ut in bellum facile et mediocre: 8. dedignatus ipse ire, ne dehonestaretur prælio

[b] *Turpiter expulsus a Scythia, ne inglorius esset ubique ob damna in bello accepta.*

[c] *Quibus adderet Macedoniam quasi nullo labore domandam.*

1 Med. *Megabaxum*, et §. 7. *Megabaxus*. Periz. *Magabasum* et *Magabasus*. Rom. *Megabassum* et *Megabassus*. Ven. Med. Par. *Megabasum* et *Megabasus*. Bong. *Megabazum* et *Megabazus*, quæ hnj. nominis vera scriptura est. Herod. v. 14. Ἐνθαῦτα Δαρεῖος γράφει γράμματα πρὸς Μεγάβαζον, τὸν ἔλιπε ἐν τῇ Θρηίκῃ στρατηγόν· et paulo post: Περαωθεὶς δὲ διδοῖ τὸ βιβλίον τῷ Μεγαβάζῳ. Add. cap. 15. 16. 23. et 24.—2 Ald. Junt. addunt *et filiabus*. Coll. N. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *conv. suum filiis et ux. et filiabus*. Coll. C. C. Periz. ed. Rom. Bong. *conv. suum filiis et uxoribus*. Bodl. *conv. suis filiis et uxor.*—3 Med. Magl. Bodl. Periz. Thuan. Leid. 1. 3. Coll. C. C. ed. Flor. Ald. *pet. contr.* Leid. 5. *pet. P. contr.* Rom. *pet. eas contr.* quod Justini esse videtur.—4 Magl. Coll. N. *exornatas*.—5 Coll. N. Leid. 2. *redituras*.—6 Magl. Coll. N. ed. Rom. *sordidæ*.

NOTÆ

† A. M. 3537. Ol. 65. 4. U. C. 236. Ant. Ch. 515.

[r] *Id apud Persas*] Illud cum Plut. non congruit, qui Persas convivia cum pellicibus, non cum uxoribus, agere testatur.

[s] *Matronali habitu*] Hanc historiam fusius persequitur Herod.

tam fœdæ[6] gentis. 9. Sed Bubares ante bellum amore filiæ Amyntæ captus,[7] omisso bello, nuptias facit; depositisque hostilibus animis, in affinitatis jura succedit.[d]

Cap. IV. 1. Post discessum a Macedonia Bubaris Amyntas rex decedit: cujus filio et successori Alexandro cognatio Bubaris non Darii tantum temporibus pacem præstitit, verum etiam Xerxen adeo conciliavit, ut, cum Græciam veluti tempestas quædam occupasset, inter Olympum[t] Hæmumque[u] montes totius regionis eum imperio donaverit.[e] 2. Sed nec virtute minus, quam Persarum liberalitate, regnum ampliavit.‡ 3. Per ordinem[w] deinde successionis, regnum Macedoniæ ad Amyntam,[x] fratris ejus Menelai filium, pervenit. 4. Hic quoque insignis industria et omnibus imperatoriis virtutibus instructus fuit: 5. qui ex Eurydice tres filios[y] sustulit, Alexandrum, Perdiccam, et Philippum, Alexandri Magni Macedonis patrem, et filiam Euryonen:[1] ex Gygæa[z] autem Archelaum, Archideum,[3] Menelaum. 6. Cum Illyriis deinde et cum Olynthiis gravia bella gessit. 7. Insidiis etiam[4] Eurydices uxoris, quæ, nuptias generi pacta, occidendum virum, regnumque adultero tradendum, susceperat, occupatus fuisset,[f] ni filia[z] pelli-

[d] *Et odio deposito affinitatem cum ipso contraxit.*
[e] *Dederit illi totam regionem sitam inter montes Olympum et Hæmum.*
[f] *Occisus fuisset insidiis structis ab Eurydice uxore; quæ, pollicita se nupturam genero, volebat et maritum occidere et regnum dare adultero.*

—7 Magl. ed. Rom. addunt *cui nomen erat Gygea.*
1 Ald. Junt. *Eurynomen:* astipulatur Burm. ad Anthol. I. 77.—2 Ita etiam Ald.—3 Rom. Ven. Flor. Par. Junt. Ald. *Arideum*, pro vulg. *Archideum.*—4

NOTÆ

[t] *Olympum*] Mons hujus nominis multiplex. 1. In Thessalia Ossæ contiguus, Thessaliam a Macedonia dirimens. 2. In Mysia juxta Prusam, Idæ vicinus. 3. In Lycia, ignes emittens, propter urbem Olympum. 4. Alii etiam in Cypro, Lydia, Æolide, Lesbo, et Arcadia.

[u] *Hæmum*] Mons est Thraciæ maximus, vasto jugo in mare procumbens, e cujus vertice hinc mare Adriaticum, inde Pontus Euxinus, cernuntur; vocatur ab Italis, *Catena del mundo.*

[w] *Per ordinem*] Hi reges fuere Perdiccas, Archelaus, Orestes, Æropas, et Pausanias Æropæ fil. qui, tutor Orestis, eo mortuo, regnum invasit.

[x] *Ad Amyntam*] Qui, expulsus ab Argæo, a Thessalis restitutus est.

[y] *Tres filios*] Quartum addunt nonnulli Ptolemæum Aloritem, a quo

catum matris et sceleris consilia prodidisset. 8. Functus[5] itaque tot periculis, senex decessit, regno maximo ex filiis Alexandro tradito.

Cap. V. 1. Igitur Alexander inter prima initia regni bellum ab Illyriis pacta mercede, et Philippo[a] fratre dato obside, redemit. 2. Interjecto quoque tempore, per eundem obsidem cum Thebanis gratiam pacis reconciliat: quæ res Philippo maxima incrementa egregiæ indolis dedit: 3. siquidem Thebis triennio obses habitus, prima pueritiæ rudimenta, in urbe severitatis antiquæ, et in domo Epaminondæ, summi et philosophi et imperatoris, deposuit. 4. Nec multo post Alexander insidiis Eurydices[b] matris appetitus occumbit:[1 *] 5. cui Amyntas in scelere deprehensæ, propter communes liberos, ignarus eisdem quandoque exitiosam fore, pepercerat. 6. Frater quoque ejus Perdicca pari[c] insidiarum fraude decipitur. 7. Indignum prorsus, libidinis causa liberos a matre vita privatos, quam a[2] scelerum suorum suppliciis liberorum contemplatio vindicaverat.[g] 8. Perdiccæ hoc indignior cædes videbatur, quod ei apud matrem misericordiam ne[3] parvulus quidem

[g] *Quam Amyntas, respiciens bonum liberorum, non affecerat pœnis propter crimina meritis.*

Med. Magl. Leid. 2. 3. 5. Bodl. Coll. C. C. ed. Rom. *etiam.*—5 Coll. N. *Defunctus.*
1 Rom. *Eur. matr. ins. impetitus*, et cum Periz. *occubuit.* Saxo v. p. 94. 10. 'Ne clandestinis insidiis appeteretur.'—2 Rom. *ex.* Coll. N. *a:* quomodo legend. conjecerat Sebis. Sup. III. 1. 9. 'Se ab insidiis Artabani vindicavit:' et IV. 5. 10. 'A captivitate gladio et voluntaria morte se vindicat.' Curt. IX. 9. 'Itaque fame duntaxat vindicatus exercitus:' ubi N. Heins. legit *Ituque a fame*, conjectura assecutus scripturam Ms. Flor. Add. notam Wopkensii.—3 Sic Rom. Ald. Junt. ut XIX. 3. 11. 'Ne filiis quidem admissis:'

NOTÆ

Alexandrum occisum volunt Diod. et Euseb. Sed alii melius eum volunt fuisse Alexandri filium spurium.

[z] *Filia*] Euryone, quæ Menelao nupserat.

[a] *Philippo*] Amyntas cum Illyriis, quibus vectigalis erat, dederat obsidem, a quibus Thebas missus est.

[b] *Insidiis Eurydices*] A Ptolemæo Alorite necatum referunt Diod. et Gemistus.

[*] A. M. 3681. Ol. 101. 4. U. C. 380. Ant. Ch. 371.

[c] *Perdicca pari, &c.*] Quod refert Diod. similius vero videtur, Perdiccam, cum Illyriorum jugum excutere conaretur, initio prælio ab iis victum, cum quatuor Macedonum millibus in pugna cecidisse.

filius conciliaverat. 9. Itaque Philippus diu non regem,[d] sed tutorem pupilli, egit. 10. At, ubi graviora bella imminebant, serumque auxilium in expectatione infantis erat,[4] compulsus a populo regnum suscepit.

CAP. VI. 1. Ut est ingressus imperium,[†] magna de illo spes omnibus fuit; et propter ipsius ingenium, quod magnum spondebat virum; et propter vetera Macedoniæ fata: 2. quæ cecinerant, 'uno ex Amyntæ filiis regnante, florentissimum fore Macedoniæ statum:' cui spei scelus matris[1] hunc residuum fecerat. 3. Principio regni cum hinc cædes fratrum indigne peremtorum, inde hostium multitudo; hinc insidiarum metus, inde inopia continuis bellis[2] exhausti regni, immaturam ætatem tironis urgerent: 4. bella, quæ, velut conspiratione[e] quadam, ad opprimendam Mace-

---

XXIII. 1. 2. 'Cujus imperii partem ne speraverat quidem:' XXXVIII. 4. 2. 'Ne eos quidem dubitare.' Ita Med. 2. et Avus ex conj. atque eod. cap. §. 16. 'Ut ne vacaturos quidem bello putet.' Val. M. IX. 15. 2. ex Ms. 'Ne divi quidem Augusti numen ab hoc injuriæ genere intentatum.' Columella II. 18. 'Propter quod ne pecora quidem oportet teneris adhuc et subsidentibus pratis immittere:' III. 10. 'Ne generandi quidem data est facultas:' VII. 8. 'Quam ob causam rustici ne patiuntur quidem sua sponte pigro humore defluere:' IX. 8. 'Quanquam ne sic quidem velim nisi optimas possidere:' et XII. præf. 'Itaque ne villici quidem aut villicæ magna erat opera.' Ita omnibus hisce locis Ms. Abbatiæ S. Germani Paris. cujus ope etiam corrigend. est locus ejusd. lib. VI. præf. 'Sed ne apud nostros quidem colonos alia res uberior, ut etiam M. Cato prodidit.' Vulgo *Et nunc apud n. q. c. a. res uberior nulla est, ut etiam M. Cato credidit.* Macrob. I. Comment. in Somn. Scip. I. p. 2. 'Sed ne exiguus hominum cœtus, nec domus quidem parva, constabit.' Ita Ms. a pr. m. ed. Junt. Ven. Basil. Lactant. I. de Ira 4. init. ex Ms. Regio Londin. 'Sicut iram in Deo non esse, ita ne gratiam quidem:' et 11. ex eod. 'Sed ne in cœlo quidem multi soles esse potuerunt.' Celsus de Med. VIII. 1. init. 'Neque enim certus earum [suturarum] numerus est, sicut ne locus quidem.' Ita vetustæ edd. Eod. cap. 'Ac ne sustinere quidem caput posset, nisi,' &c.—4 Rom. *At quia, ubi gr. b. imminebant, serum aux. in exp. infantis omnibus erat.* Τὸ *omnibus* huc male translatum est ex initio cap. seq. 'Magna de illo spes omnibus fuit:' ubi ead. istud male omittit. Coll. N. *spes omnium fuit.*

1 *Maternum* Coll. N.—2 Coll. N. *continui belli.* Med. Magl. Leid. 2. 4. 5. Periz. ed. Bong. aliæque *continui belli et.* Magl. *inde pompa continui belli et*

NOTÆ

[d] *Diu non regem*] Errat Justinus: cum enim hostes imminerent undique, continuo regia dignitas illi delata est.

[†] A. M. 3694. Ol. 105. 1. U. C. 393. Ant. Ch. 358.

[e] *Velut conspiratione*] Macedoniam hinc Pæones, inde Illyrii populabantur: hinc Argæus Atheniensium copiis, inde Pausanias e stirpe regia regis Thraciæ auxilio, fretus ad regnum aspirabat.

doniam, multarum gentium ex diversis locis uno tempore confluebant, quoniam omnibus par esse non poterat, dispensanda ratus, 5. alia interposita pactione[f] componit, alia redimit, facillimis quibusque aggressis, quorum victoria et militum trepidos animos firmaret, et contemtum sibi[3] hostium demeret.[h] 6. Primum illi cum Atheniensibus[g] certamen fuit: quibus per insidias victis, metu belli gravioris, cum interficere omnes posset, incolumes sine pretio dimisit. 7. Post hæc, bello in[4] Illyrios[h] translato, multa millia hostium cædit:‡ urbem nobilissimam Larissam[5][i] capit. 8. Hinc Thessaliam,[k] non prædæ cupiditate,[l] sed quod exercitui suo robur Thessalorum equitum adjungere gestiebat, nihil minus quam bellum metuentem, improvisus[6] expugnat:[i] 9. unumque corpus equitum pedestriumque copiarum invicti exercitus facit.[7] 10. Quibus rebus feliciter provenientibus, Olympiada,[8] Neoptolemi regis Molosso-

[h] *Nationes minus bellicosas aggreditur, ut victoria de iis relata et excitaret pavidos milites, et sibi compararet gloriam apud hostes.*

[i] *Subigit Thessalos ex improviso, ad bellum gerendum nullo modo paratos.*

Rom. *inde pompa c. belli et e. r. penuria.*—3 Bong. malebat *sui*, applaudente Gebhard. ad Liv. XXV. 37. f.—4 Med. Leid. 2. 5. Reg. Bodl. Coll. N. *ad.*—5 Præter Junt. Aldina etiam firmat conj. Bong. *L. in Thessalia.*—6 Periz. a sec. m. *de improviso;* Oros. atque Frec. tom. I. IV. 19. 'ex improviso.' Vulg. tamen imitatur Oros. III. 1. 'Agesilaus improvisus bello supervenit.'—7 Ita Reg. Coll. N. Reliqui et vett. Edd. atque Bong. *fecit.*—8 Sic Med. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Inf. IX. 7. 2. Magl. Leid. 2. 3. 4.

NOTÆ

[f] *Interposita pactione*] Pæoniis, ne bellum inferrent; regi Thraciæ, ne Pausaniam reduceret, muneribus persuasit.

[g] *Cum Atheniensibus*] Quos, dum Argæum reducunt, vicit; et reliquos, qui fugerant ad collem, data eis fide, dimisit.

[h] *Bello in Illyrios*] Quorum 7000. in prælio cecidit; quare Bardyli eorum regi pacem ea lege dedit, ut non Larissa tantum, sed omnibus Macedoniæ urbibus, excederet.

‡ A. M. 3696. Ol. 105. 3. U. C. 395. Ant. Ch. 356.

[i] *Larissam*] Gemina est in Thessalia; altera mediterranea ad Peneum fl. Achillis patria, de qua loquitur Homerus; altera maritima, quæ sub Turcarum dominio nunc est amplissima civitas.

[k] *Thessaliam*] Regio est ad sinum Pelasgicum et Maliacum, Macedoniæ finitima inter Peneum et Thermopylas, quibus Bœotia terminatur. *Janna.*

[l] *Non prædæ cupiditate*] Ut Thessalis nobilibus adesset, contra Alexandri Pheræi nuper occisi fratres, qui tyrannidem affectarent. Ita Diod.

rum[m] filiam, uxorem ducit;* 11. conciliante nuptias fratre patruele, altore[9] virginis, Arryba, rege Molossorum, qui sororem Olympiadis Troada in matrimonio[10] habebat: quæ causa illi exitii malorumque omnium initium fuit.[11] 12. Nam, dum regni incrementa affinitate Philippi acquisiturum se[12] sperat,[13] proprio regno ab eodem privatus, in exilio consenuit. 13. His ita gestis, Philippus, jam non contentus summovere bella, ultro etiam quietos lacessit. 14. Cum Methonam[14 n] urbem oppugnaret,[15] in prætereuntem de muris sagitta jacta[o] dextrum oculum regis effodit.† 15. Quo vulnere nec segnior in bellum, nec iracundior adversus hostes, factus est: 16. adeo ut, interjectis diebus, pacem deprecantibus dederit; nec moderatus[p] tantum, verum etiam mitis, adversus victos fuerit.

Olympiadam pro *Olympiada:* quomodo habent Periz. ed. Rom. Med. Par. Ald. Junt. XI. 11. 5. et Med. Magl. Leid. 3. 5. ed. Bech. Ven. Med. Par. XIV. 5. 1. item Periz. ed. Ven. Med. Par. Ald. Junt. eod. cap. 4. 10.—9 Coll. N. *patr. ac tutore:* Rom. *patr. tutore.* Bong. ad XVII. 3. 9. legit *patruo tutore.* Olympias Arrybæ soror dicitur Orosio III. 12. et Freculpho I. 4. 19. 'Olympiadem Arubæ [Frec. *Auruchæ*] regis Molossorum sororem duxit uxorem:' atque Adoni in Chronico: 'Cum Aruba rege Molossorum pacatus, sororem ejus Olympiadem duxit. 'Αρύμβαν fratrem Olympiadis etiam nominat Plut. Alex. init. Λέγεται δὲ Φίλιππος ἐν Σαμοθράκῃ τῇ Ὀλυμπιάδι συμμυηθεὶς, αὐτός τε μειράκιον ὢν ἔτι, κἀκείνης παιδὸς ὀρφάνης γονέων ἐρασθῆναι, καὶ τὸν γάμων οὕτως ἁρμόσαι, πείσας τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς Ἀρύμβαν. Huc respicit Himerius in Epithal. ap. Phot. Cod. 243. p. 1115. Λέγεται δέ ποτε καὶ Ὀλυμπιάδα τὴν ἐπὶ τοῖς Ἀλεξάνδρου τόκοις εὐδαίμονα, ὀργιάζουσαν τὰ Καβείρων ἐν Σαμοθράκῃ μυστήρια, ἰδεῖν κατὰ τὴν τελετὴν τὸν Φίλιππον. ἦν δὲ ὑπηνήτης ἔτι. ἰδοῦσαν δὲ ἐρασθῆναι τοῦ νεανίσκου, καὶ ὁμολογῆσαι γάμων, προτέλειά τε ποιησαμένην τοῦ γαμηλίου πυρὸς μυστηρίου.—10 Sic Med. Reg. Leid. 1. 2. 3. 4. Bodl. Thuan. Coll. C. C.—11 *Fuit* desideratur in novem Mss. et sex vet. edd. Coll. N. *omniumque malorum f.* Magl. ed. Rom. *malorumque omnium origo f.* Med. *q. c. illi exitii malorum omnium f.*—12 *Se* eleganter abest a Leid. 1. 3. 4. Thuan. Bong. Ita VIII. 4. 11. 'Jurejurando adactis responsum nemini proditurос:' XXXVIII. 9. 3. 'Regnumque Syriæ restituturum promittit.' Gell. XVII. 9. ex Mss. 'Cui facturum id promitteret.'—13 Med. Leid. 2. 5. *prius p.*—14 Leid. 1. *Mothanam:* 2. et Coll. C. C. *Mathonam:* 3. et Periz. Coll. N. ed. Rom. Par. *Mothonam;* nec aliter Frec. et Mss. Orosii, et Solinus cap. 8. 'Mothona oppidum est, quod cum obsideret Philippus' &c. Ita Mss. atque ed. Salmasii. *Methone* ed. Delrii ac Grasseri, et Mela II. 3. Harpocration: Μεθώνη, Δημοσθένης Φιλιππικοῖς· λέγοι ἂν τὴν ἐν Θράκῃ, ἣν πολιορκῶν Φίλιππος ἐξεκόπη τὸν δεξιὸν ὀφθαλμόν. Strab. IX. p. 436. Ἡ μὲν οὖν Μεθώνη [Thessaliæ urbs] ἑτέρα ἐστὶ τῆς Θρᾳκίας Μεθώνης, ἣν κατέσκαψε Φίλιππος: et in Excerpt. VII. p. 330. Ἐν δὲ τῷ πρὸ τῆς Μεθώνης πεδίῳ γενέσθαι συνέβη τῷ Φιλίππῳ τῷ Ἀμύντου τὴν ἐκκοπὴν τοῦ δεξιοῦ ὀφθαλμοῦ καταπελτικῷ βέλει κατὰ τὴν πολιορκίαν τῆς πόλεως. —15 Rom. et Vincent. IV. 15. *expugnaret.*

NOTÆ

[m] *Molossorum*] Sunt Epiri populi, Cassiopæis vicini. *Pandosia.*

* A. M. 3697. Ol. 105. 4. U. C. 396. Ant. Ch. 355.

[n] *Methonam*] Urbem Macedoniæ in Magnesia, non procul ab Olyntho.

[o] *Sagitta jacta*] Ab Astere Olynthio, ex Plut.

† A. M. 3700. Ol. 106. 3. U. C. 399. Ant. Ch. 352.

NOTÆ

[p] *Moderatus*] Urbem direptam solo æquavit, civesque ejecit nudos, ex Gemisto: et Asterem cruci affigi jussit, ex Suid.

LIBER VIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Græciæ clades sub Philippo Macedone. Thebani et Phocenses belli civilis faces. 2. Thebani Philippum arcessunt contra Phocenses. Athenienses transitum Philippi in Græciam impedire student. 3. Philippus civitates socias diripit: Cappadociam Macedoniæ adjungit: Olynthios delet: latrocinium exercet variis modis. 4. Atheniensibus, Thessalis, Bœotiis, et Phocensibus callide imponens, angustias Thermopylarum occupat. 5. Phocenses ad deditionem, et reliquos Græcos cogit ad servile obsequium. 6. Monarchiam cum summa injustitia constituit.

CAP. I. 1. Græciæ civitates, dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: 2. quippe, in mutuum exitium sine modo ruentes, omnibus perire[a] quod singulæ amitterent non nisi oppressæ senserunt:[a] 3. siquidem Phi-

[a] *Nam, dum conspirant in mutuam perniciem, non animadverterunt, nisi postquam subactæ sunt, omnes amittere ea, quæ singulæ perderent.*

NOTÆ

[a] *Omnibus perire*] Bene Gruterus: Græciæ civitates non ante senserunt omnes amittere, quod singulis peribat, quam cum jam essent oppressæ.

lippus, rex Macedoniæ, velut e specula [1] quadam, libertati omnium insidiatus, dum contentiones civitatium alit, auxilium inferioribus ferendo, victos pariter victoresque subire regiam servitutem coëgit. 4. Causa et origo hujus mali Thebani fuere: qui, cum rerum potirentur, secundam fortunam imbecillo animo ferentes, victos armis[b] Lacedæmonios et Phocenses,[c] quasi parva supplicia cædibus et rapinis luissent, apud commune Græciæ concilium[d] superbe accusaverunt. 5. Lacedæmoniis crimini datum, quod arcem Thebanam induciarum tempore occupassent; Phocensibus, quod Bœotiam depopulati essent: 6. prorsus quasi post arma et bellum locum legibus reliquissent. 7. Cum judicium arbitrio victorum exerceretur, tanta pecunia damnantur, quanta exsolvi non posset. 8. Igitur Phocenses, cum agris, liberis, conjugibusque privarentur, desperatis rebus, Philomelo quodam[e] duce, velut Deo irascentes, templum ipsum Apollinis Delphis occupavere.‡ 9. Inde auro et pecunia divites, conducto mercenario milite, bellum Thebanis intulerunt. 10. Factum Phocensium, tametsi [2] omnes execrarentur propter sacrilegium, plus tamen invidiæ The

1 Periz. *Ph. ex Macedonia velut sp.* idemque in exemplaribus typis excusis reperit Bongarsius. Oros. III. 12. 'Quorum dum insanas concertationes Philippus veluti e specula observat:' atque ita Ms. Leid. 2. Freculphi, ap. quem vulgo præpositio desideratur. Ceterum mira est scripturæ varietas, quam suppeditat primus ejusd. cod. *Philippus velut vulpecula observat.*—2 Med. *tamen etsi.* Pacuv. ap. Gell. I. 24. 'Tamen etsi properas.' Terent. Andr. v. 2. 23. 'Tamen etsi hoc verum est.' Sen. IV. Benef. 9. 'Tamen etsi nihil aliud sequendum est, quærimus quid faciamus.' Add. paterna ad Cic. II. de Orat. 52.

NOTÆ

[b] *Victos armis*] Ap. Leuctram et Mantineam.

[c] *Phocenses*] Populi sunt Græciæ mediterranei, Atticæ finitimi, ap. quos templum erat Delphicum.

[d] *Græciæ concilium*] Amphictyonicum, quod ex 12. Græciæ populis conflabatur; bis singulis annis, initio veris et autumni, primum ad Thermopylas, deinde Delphis, conveniebat ad definiendas lites publicas. Civitates singulæ, vel binos, vel ternos, vel singulos, pro cujusque potentia, mittebant assessores, quos Pilagoras ideo vocabant, quod ad pilas, quæ propter templum Apollinis erant, tribunal exercerent. Demost. et Diod.

[e] *Philomelo quodam*] Id egit, re prius cum Archidamo Lacedæmoniorum rege communicata: nam Lacedæmonii ab eod. consilio grandi ære mulctati erant.

‡ A. M. 3697. Ol. 105. 4. U. C. 396. Ant. Ch. 355.

banis, a quibus ad hanc necessitatem compulsi fuerant, quam ipsis intulit. 11. Itaque auxilia his et ab Atheniensibus et a Lacedæmoniis missa. 12. Prima igitur congressione Philomelus Thebanos castris exuit. 13. Sequenti prælio primus inter confertissimos dimicans cecidit, et sacrilegii pœnas impio sanguine luit.[f] 14. In hujus locum dux Onomarchus [g] creatur.

CAP. II. 1. Adversus quem Thebani Thessalique, non ex civibus suis, ne victoris potentiam ferre non possent, sed Philippum, Macedoniæ regem, ducem eligunt;* 2. et externæ dominationi, quam in [1] suis timuerunt,[2] sponte succedunt.[b] 3. Igitur Philippus, quasi sacrilegii, non Thebanorum, ultor esset, omnes milites coronas laureas sumere jubet, atque ita veluti Deo duce in prælium pergit. 4. Phocenses, insignibus Dei conspectis, conscientia delictorum territi, abjectis armis fugam capessunt,[h] pœnasque violatæ religionis sanguine et cædibus suis pendunt. 5. Incredibile quantum ea res apud omnes nationes Philippo gloriæ dedit. 6. 'Illum vindicem sacrilegii, illum ultorem religionum: quod orbis viribus expiari debuit, solum qui piacula exigeret, extitisse.[c] 7. Dignum itaque qui Diis proximus haberetur,[3] per quem Deorum majestas vindicata sit.' 8. Sed

[b] *Et se subdunt Philippi externi regis dominationi; cum nollent se subdere uni e suis civibus.*

[c] *Solum Philippum dignum esse, qui tanta sacrilegia puniret.*

1 Coll. N. *a*, ut ap. Liv. XXIV. 38. 'Et consulis castra in propinquo sunt, ne quid ab Himilcone et Carthaginiensibus timeri posset.' Auctor lib. II. ad Herenn. 19. 'A quo sibi non injuria summum periculum metuebat.'—2 Fabro corrigenti *timuerant* suffragantur Med. Leid. 2. Coll. N.—3 Leid. 5. Coll. N. Periz. ed. Rom. *habebatur* corrupte pro *habeatur*, quod extat in Med. Leid.

NOTÆ

[f] *Sanguine luit*] Multis confectus vulneribus, cum nulla pateret elabendi via, e prærupto loco saltu se abjecit in præceps.

[g] *Onomarchus*] Qui, dum Chæroneam obsidet, victus a Thebanis in patriam refugit. Ita Diod.

* A. M. 3701. Ol. 106. 4. U. C 400. Ant. Ch. 351.

[h] *Fugam capessunt*] Diod. et Gemistus testantur Onomarchum bis vicisse, semel Philippum cum Thessalis, iterum Bœotios; sed redintegrato prælio 6000. Phocensium cæsa fuisse, 3000. capta, et Onomarchum a Philippo actum in crucem. Paus. tamen vult eum a suis militibus, dum ad mare fugeret, jaculis confixum. Phayllus Onomarcho fratri successit; sed paulo post, vel lenta corruptus

Athenienses, audito belli eventu, ne in Græciam Philippus transiret, angustias Thermopylarum, pari ratione sicuti antea advenientibus Persis, occupavere :† sed nequaquam simili aut virtute aut causa: 9. siquidem tunc pro libertate Græciæ, nunc pro sacrilegio publico; tunc a rapina hostium templa vindicaturi, nunc adversus vindices templorum raptores defensuri: 10. aguntque propugnatores sceleris, cujus turpe erat alios vindices fuisse; 11. immemores prorsus, quod in dubiis rebus suis illo Deo etiam consiliorum auctore usi fuerant: quod illo duce tot bella victores inierant: tot urbes auspicato condiderant: tantum imperium terra marique quæsierant: quod nihil sine majestate numinis ejus aut privatæ unquam aut publicæ rei gesserant. 12. Tantum facinus admisisse[4] ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutisque formata, ut, quid posthac succensere jure barbaris possent,[5] non haberent.

Cap. III. 1. Sed nec Philippus melioris fidei adversus socios fuit: 2. quippe, veluti timens ne ab hostibus sacrilegii scelere vinceretur, civitates, quarum[i] paulo ante dux fuerat, quæ sub auspiciis ejus militaverant, quæ gratulatæ illi sibique victoriam fuerant, hostiliter occupatas diripuit: 3. conjuges liberosque omnium sub corona vendidit: 4. non Deorum immortalium templis, non ædibus sacris, non Diis penatibus publicis privatisque, ad quos paulo ante ingressus hospitaliter fuerat, pepercit: 5. prorsus ut non tam sacrilegii ultor extitisse, quam sacrilegiorum licentiam quæsisse videretur. 6. Inde, veluti rebus egregie gestis, in Cappado-

2. 4. Bodl. Add. notam Wopkensii ad v. 6. 8.—4 Rom. *admittere.*—5 Ven. *ut qui unde posth.* et *possint.* Rom. *ut quod posth. succ. barb. jure p.* Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *ut quid unde posth. s. j. b. possint:* quomodo etiam edidit G. Major, qui in marg. notat: " Alii *quod posth.*"

NOTÆ

tabe interiit, ex Diod. vel vivus concrematus est, ex aliis.

† A. M. 3702. Ol. 107. 1. U. C. 401. Ant. Ch. 350.

[i] *Civitates, quarum, &c.*] Ingressus in Thessaliam, Pheras, amicam prius civitatem, occupavit, ex Demosth. In Philippum paulo acrius invehitur Justinus.

ciam[1][k] trajicit:[2] ubi bello pari perfidia gesto, captisque per dolum et occisis finitimis regibus, universam provinciam imperio Macedoniæ adjungit. 7. Deinde ad abolendam invidiæ[3] famam, qua insignis præter ceteros[4] tunc temporis habebatur, per regna mittit et opulentissimas civitates, 8. qui opinionem sererent regem Philippum magna pecunia locare et muros per civitates,[5] et fana,[6] et templa facienda; et[7] per præcones susceptores solicitarent.[d] 9. Qui cum in Macedoniam venissent, variis dilationibus frustrati, vim regiæ majestatis timentes, taciti proficiscebantur.[8] 10. Post hæc Olynthios aggreditur:‡ receperant enim[l] per misericordiam, post cædem unius, duos[9] fratres ejus,[m] quos

[d] *Postea ut deleret omnium in se odium, quo laborabat eo tempore magis, quam alius quivis; per regna et ditissimas urbes misit aliquos e suis, ut dicerent palam regem Philippum dare mutuo magnam vim pecuniæ ad mœnia et templa exstruenda per civitates, et ut hortarentur, per præcones, præpositos tributis.*

1 Ald. Junt. *Thraciam.* Vales. ad Harpocrat. p. 38. legit *Cassiopeam.* Lips. editioni Bong. ascripserat " L. *Cassiopeam* vel *Chaoniam.*"—2 Rom. *in Thraciam pergit.*—3 Coll. N. *inopiæ.* IX. 1. 6. de eod. Philippo: 'Captis itaque centum septuaginta navibus, mercibusque distractis, anhelantem inopiam paululum recreavit:' et ejusd. lib. cap. 8. 5. 'Cui maximæ opes erant instrumenta bellorum: divitiarum quæstu quam custodia solertior: itaque inter quotidianas rapinas semper inops erat.'—4 Rom. *præ ceteris.* Ita Hegesipp. I. 1. 'Consilio bonus et præ ceteris fide promtus:' et 11. f. 'Nam præ ceteris sese offerre solebat periculis.' Sed prius non minus elegans est. Inf. XXI. 6. 1. 'Vir solertia facundiaque præter ceteros insignis.' Cic. II. de Off. 7. 'Testis est Phalaris, cujus est præter ceteros nobilitata crudelitas.' —5 Coll. N. *civitatibus.*—6 Coll. N. *fora,* probante Scheff. quem merito refellit Oudendorp. ad Suet. Jul. 54. qui ead. nomina junxit: 'In Gallia fana templaque Deum donis referta expilavit.' Apul. Apol. p. 64. ed. Pric. 'Nullum templum frequentavit: si fanum aliquod prætereat, nefas habet adorandi gratia manum labris admovere.'—7 Sic Rom. Vulg. *et ut. Ut* abundare suspicabatur Wopkens.—8 Coll. N. *profugiebant.*—9 Leid. 4. *duo:* ut I. 2. 10. 'Duo et quadraginta annos.' Cic. III. de Orat. 47. 'In quo impune progredi licet duo duntaxat pedes.' Liv. VI. f. 'Factum senatus consultum, ut duo viros ædiles ex Patribus dictator populum rogaret:' XXVI. 13. 'Duo consules ad Capuam oppugnandam miserunt:' et XXVIII. 11. 'Et Albæ duo

NOTÆ

[k] *Cappadociam*] Hic mira Justini oscitantia. Cappadocia enim id temporis Persis parebat; quibuscum Philippus bellum non gessit, sed, Chalcidicas Thraciæ urbes adortus, eas vel subegit vel dirnit, ex Diod.

‡ A. M. 3705. Ol. 107. 4. U. C. 401. Ant. Ch. 347.

[l] *Receperant enim, &c.*] Aliam causam affert Libanius, quod sc. pacem cum Atheniensibus Olynthii inierant; quo facto Philippus violatum fœdus jactabat.

[m] *Fratres ejus*] Fratres Philippi erant Archelaus, Aridæus, et Menelaus, quos Amyntas ex Cygnæa Phi-

Philippus ex noverca genitos, veluti participes regni, interficere gestiebat. 11. Ob hanc igitur causam urbem antiquam[n] et nobilem exscindit;[10] et fratres olim destinato supplicio tradit;[11] prædaque ingenti pariter et parricidii voto fruitur. 12. Inde, quasi omnia, quæ agitasset animo, ei licerent, auraria in Thessalia, argenti metalla[o] in Thracia,[12] occupat: 13. et, ne quod jus vel fas inviolatum prætermitteret, piraticam quoque exercere instituit. 14. His ita gestis, forte evenit,* ut eum fratres duo,[p] reges Thraciæ, non contemplatione justitiæ ejus, sed invicem metuentes, ne alterius[13] viribus accederet, disceptationum suarum judicem eligerent.[e] 15. Sed Philippus, more ingenii sui, ad

[e] *Elegerunt eum judicem dissidii sui, non quod æstimarent illius æquitatem, sed quod metuerent ne alterutri se jungeret.*

soles visos referebant.' Lactant. II. 16. 17. 'Hannibal duo exercitus populi Romani et astu et virtute confecit.' Oros. I. 4. 'Per duo et quadraginta annos:' et 21. f. 'Duo duces delegerunt.' Ita optimus Flor. Id. III. 23. ex duobus Flor. et Freculphus I. 5. 26. ex utroque Leid. 'Res fœdissimi spectaculi erat duo reges concurrere:' IV. 6. ex iisd. Flor. 'Quæ [Carthago] ante urbem Romam duo et quadraginta annos ab Elisa condita invenitur:' VI. 5. ex iisd. 'Annos natus septuaginta et duo:' et 11. 'Dehinc duo colles sibi invicem obversos Romani Gallique ceperunt.' Imp. Justinian. præf. de Confirm. Digest. §. 5. 'Alius itaque liber post duo primos.' Ita Mss. et ed. Flor. Add. Serv. ad Virgil. Ecl. VI. 18. Ita *ambo* pro *ambos* ap. Liv. XLV. 19. ex duobus Mss. 'Ambo omnibus injuriis obnoxios fore.'—10 Ita Sil. IV. 474. 'Tum celso e curru Mavors Carthaginis arces Exscindes.' Tac. XIII. A. 39. 'Exscindere castella.' Mamertinus Geneth. Maxim. 17. 'Gotthi Burgundios penitus exscindunt.' Rom. *exstinguit*. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. cum Magl. *excidit*: ut inf. XX. 1. 10. 'Exciso Ilio.' Ammian. XXIV. 4. 'Regna furentium Germanorum excidens.' Ibid. 'Urbes excisæ.'—11 Coll. C. C. *destinatos s. tradidit*.—12 Rom. *auri in Th. argenti in Thr. met.*—13 Heins. ad Petron. 70. malebat *ne alter alterius*.

NOTÆ

lippi noverca genuerat.

[n] *Urbem antiquam*] Athenienses impulsi a Demosthene auxilium miserant Olynthiis; at Philippus, Euthycrate et Lasthene pecunia corruptis, proditam urbem diripuit, civesque addictos servituti vendidit. Sic Diod. et Demosth. Dicere solebat urbem esse nullam, quæ, si asinus auro onustus in eam ingredi possit, expugnari non queat.

[o] *Argenti metalla*] Circa Pydnam auri fodinas fuisse refert Diod. ex quibus annua talenta mille Philippus colligeret.

* A. M. 3711. Ol. 109. 2. U. C. 410. Ant. Ch. 341.

[p] *Fratres duo*] Berisades et Amadocus Cotys filii. Rem aliter narrat Diod. Cersobleptem, inquit, regem Thraciæ, dum damna plurima infert Hellesponto, Philippus magno cum exercitu invasit, ejusque multis prœliis fractam repressit audaciam.

judicium veluti ad bellum, inopinantibus fratribus, instructo exercitu supervenit; et regno utrumque non judicis more, sed fraude latronis ac scelere, spoliavit.

CAP. IV. 1. Dum hæc aguntur, legati Atheniensium[q] petentes pacem ad eum venerunt.† 2. Quibus auditis, et ipse legatos Athenas cum pacis conditionibus misit: ibique ex commodo utrorumque pax facta. 3. Ex ceteris quoque Græciæ civitatibus, non pacis amore, sed belli metu, legationes venere. 4. Siquidem, crudescente[1] ira, Thessali Bœotiique[r] orant, 'ut professum[2] adversum Phocenses ducem Græciæ exhibeat;'[f] 5. tanto odio Phocensium ardentes, ut obliti cladium suarum, perire ipsi, quam non perdere eos, præoptarent; expertamque Philippi crudelitatem pati, quam parcere hostibus suis, mallent. 6. Contra Phocensium legati,[s] adhibitis Lacedæmoniis et Atheniensibus, bellum deprecabantur, cujus ab eo dilationem ter jam emerant.[3] 7. Fœdum prorsus miserandumque spectaculum, Græciam etiam nunc et viribus, et dignitate, orbis terrarum principem, regum certe gentiumque semper victricem, et multarum adhuc urbium dominam, alienis excubare sedibus,[4] aut rogantem[5] bellum aut deprecantem:

[f] *Precantur ut bellum contra Phocenses aggrediatur, cum professus fuerit se Græcorum ducem fore.*

1 Ita Ammian. XXV. 1. 'Immani crudescente bellorum materia:' et XXX. 10. 'Quasi furore barbarico crudescente.' Coll. N. Ald. Junt. *recrud.* Rom. *incrud.*—2 Magl. ed. Rom. Ald. Junt. et Oros. *prof. se.* XXVII. 2. 10. 'Pro auxilio bellum, pro fratre hostem, imploratus exhibuit:' ubi Magl. ed. Ven. et quinque aliæ dant *se exh.* Coll. N. *h. se impl. exh.* Cic. Orat. pro Sextio 50. 'Qui se non solum auctorem meæ salutis sed etiam supplicem populo Romano exhibuit.' Pacatus Paneg. 47. 'Ut te omnibus principem, singulis senatorem, exhibueris.'—3 Coll. N. *pretio em.* Oros. IV. 1. 'Omnes bello utiles cæsi, reliqui pretio venditi sunt.'—4 Coll. N. ed. Rom. *foribus*.—5 Ald. Junt. *rogitan-*

NOTÆ

[q] *Legati Atheniensium*] Qui Olynthiorum casu territi, invito Demosthene, pacem per legatos petierunt.

† A. M. 3707. Ol. 108. 2. U. C. 406. Ant. Ch. 345.

[r] *Bœotii*] Qui multis prœliis, nunc secundis, nunc adversis, cum Phocensibus contenderant.

[s] *Phocensium legati*] Hoc male Justinus; non enim legatos de pace tunc miserunt Phocenses, sed acceptis a Lacedæmoniis mille gravis armaturæ militibus, duce Archidamo rege, ab Atheniensibus petierunt auxilia, uti narrat Diod.

8. in alterius ope omnem spem posuisse orbis terrarum vindices,[6] eo usque[7] discordia sua civilibusque bellis redactos, ut adulentur ultro sordidam paulo ante clientelæ suæ partem:[g] 9. et hæc potissimum facere Thebanos Lacedæmoniosque, antea inter se imperii, nunc gratiæ[8] imperantis, æmulos. 10. Philippus inter hæc venditatione[9] gloriæ suæ tantarum urbium fastidium agitat;[10] atque utros potius dignetur æstimat.[h] 11. Secreto igitur auditis utrisque legationibus,[i] his veniam belli pollicetur, jurejurando adactis, responsum nemini produturos;[i] illis contra, venturum se auxiliumque laturum: utrosque vetat parare[11] bellum

[g] *Græcos, qui olim erant vindices orbis terrarum, habere spem omnem in auxilio alterius, et ad eam calamitatem reductos ob bella civilia, ut demissi petant a Philippo opem.*

[h] *Philippus, ut gloriam suam magis ostentet, civitatum tam potentium legatos diu incertos tenet, dum deliberat quibus potius favere debeat.*

[i] *His promittit se bellum non facturum, eosque coëgit jurare ipsos dicturos nemini suum responsum.*

tem.—6 Med. *principes*.—7 Vulg. *eoque*. Med. Magl. Coll. N. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *eo usque*. Tac. XIV. A. 2. 'Tradit Cluvius ardore retinendæ Agrippinam potentiæ eo usque provectam, ut medio diei offerret se sæpius temulento comtam.'—8 Coll. N. *gratiam* pro *gratiæ*; quomodo legend. vidit Menso Alting. applaudente Avo IV. Obs. 10. p. 152. Voces *gratus* et *Graius*, *gratia* et *Græcia*, in Mss. misceri ostendit Græv. ad Suet. Tib. 46. *grata* et *Graia* Heins. ad Ovid. I. A. A. 686. et V. F. 8. *Græciæ* pro *gratiæ* Tertulliano Apol. 46. optime restituit Rhenanus: 'Adeo quid simile Philosophus et Christianus? Græciæ discipulus et cœli?' Rupert. Ep. 41. p. 323. ad Reines. ex vetustis edd. quas Bong. consuluit, malebat *a. i. se imperium agitantes, nunc Græciæ*: 'Ut sensus verbi *agitare* sit biceps: 'Qui antea inter se imperium agitabant,' h. e. de eo certabant, et alternis administrabant, ii nunc agitabant Macedonas Græciæ imperantis æmulos, i. e. suppliciis et adulationibus certabant, uter populus adipisci posset favorem Macedonum. Solet Justinus verba non admodum commode ad omnia narrationis membra referre: XI. 4. 6. 'Quorum pretium non ex mentium commodo, sed ex inimicorum odio, extenditur.' Hæc verba 'non ex mentium commodo' satis incommode cum seq. verbo 'extenditur' construuntur, tanquam, si inimicorum odium afuisset, potuerit pretium ex mentium commodo extendi. XXXVII. 4. 1. de Mithridate: 'Non in vacationibus, sed in exercitationibus, contendebat.' 'Vacationes' in Romana militia quæ sint, scio. Sed quid est *in vacationibus contendere?*' Hactenus Rupert. Priore loco ait Auctor, pretium captivorum non propter usum, quem ex iisd. sperarent emtores, ut solet, sed propter odium inimicorum, qui ipsos ad servile opus cogere gestirent, auctum fuisse. In posteriore pro *vacationibus* rectius *advoc.* quomodo edidit Bong. vel *avoc.* legitur.—9 Med. Magl. Thuan. Bodl. Periz. Coll. N. ed. Rom. Bech. aliæque *vendicatione*. Ald. Junt. *vindicatione*.—10 Coll. N. *agit*.—11 Coll. N. ed. Rom. Junt. *v. aut par*.

NOTÆ

[i] *Utrisque legationibus*] Hoc falsum: unica enim tantum fuit a Thebanis legatio, cum Phocenses, qui copias colligebant, de legatione mittenda

aut metuere. 12. Sic variato responso securis omnibus Thermopylarum angustias occupat.

CAP. V. 1. Tunc primum Phocenses, captos se fraude Philippi animadvertentes, trepidi ad arma confugiunt.‡ 2. Sed neque spatium erat instruendi belli, nec tempus ad contrahenda auxilia: et Philippus excidium minabatur, ni fieret deditio. 3. Victi igitur necessitate, pacta salute se dediderunt.[1] 4. Sed pactio ejus fidei fuit, cujus ante fuerat deprecati belli promissio.[k] 5. Igitur cæduntur passim[u] rapiunturque; non liberi parentibus,[w] non conjuges maritis, non Deorum simulacra templis, suis relinquuntur. 6. Unum tantum miseris solatium fuit, quod, cum Philippus portione prædæ socios fraudasset, nihil rerum suarum apud inimicos viderunt. 7. Reversus in regnum, ut pecora pastores nunc in hybernos nunc in æstivos saltus trajiciunt, sic ille populos et urbes, ut illi[2] vel replenda vel derelinquenda[3] quæque loca videbantur, ad libidinem suam transfert. 8. Miseranda ubique facies et excidio similis erat. 9. Non quidem pavor ille hostilis, nec discursus per urbem militum, erat; non tumultus armorum; non bonorum atque hominum rapina: 10. sed tacitus mœror et luctus, verentibus ne ipsæ lacrymæ pro contumacia haberentur. 11. Crescit dissimulatione[4] ipsa dolor, hoc altius demissus, quo minus

[k] *Sed tam fuit infidus in servandis pactis, quam fuerat, dum promiserat se bellum non illaturum.*

1 Med. Reg. Periz. ed. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *dedunt*. Leid. 2. 4. Reg. Coll. N. *dederunt*.—2 Periz. *ei*.—3 Coll. N. *ut illi repl. vel relinq*.—4 Coll. N. *ex diss*. Oros. 'Ipsaque dissim. dolor crescit.' Eand. sententiam aliis verbis expressit Saxo v. p. 70. 51. 'Internus omnium præcordia dolor hoc acrius, quo occultius, lacerabat.'

NOTÆ

non cogitarint.

‡ A. M. 3708. Ol. 108. 3. U. C. 407. Ant. Ch. 344.

[u] *Cæduntur passim*] Hoc item falsum; nam Phalæcus Phocensium dux, cum se imparem cerneret Philippo; quippe qui et Macedonum et Thessalorum copiis stiparetur; Atheniensium et Lacedæmoniorum opera pacem ea conditione impetravit, ut ipse cum suis copiis alio se conferret: quare data acceptaque fide in Peloponnesum se recepit.

[w] *Non liberi parentibus*] Causa Phocensium Amphictyonibus permissa sancitum est, ut trium in Phocide urbium mœnia destruerentur; exules Phocensium piaculares haberentur;

profiteri licet.[f] 12. Nunc sepulcra majorum, nunc veteres penates, nunc tecta, in quibus geniti erant, in quibusque genuerant, considerabant; 13. miserantes nunc vicem suam, quod in eam diem vixissent; nunc filiorum, quod non post eam diem nati essent.

Cap. vi. 1. Alios populos in finibus ipsis hostibus opponit; alios in extremis regni terminis statuit: quosdam bello captos in supplementum[1] urbium dividit. 2. Atque ita ex multis gentibus nationibusque unum regnum populumque constituit. 3. Compositis ordinatisque Macedoniæ[2] rebus, Dardanos[x] ceterosque finitimos[y] fraude captos expugnat.* 4. Sed nec a proximis manus abstinet: siquidem Arrybam,[z] regem Epiri, uxori suæ Olympiadi arctissima cognatione junctum, pellere regno statuit; 5. atque Alexandrum, privignum ejus, uxoris Olympiadis fratrem, puerum honestæ pulchritudinis, in Macedoniam nomine sororis arcessit, 6. omnique studio solicitatum spe[3] regni, simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit, majora in eo obsequia habiturus, sive conscientiæ pudore, sive regni beneficio. 7. Cum igitur ad viginti[4] annos pervenisset, ereptum Arrybæ regnum puero admodum tradit,

[f] *Dolor crescit, dum eum dissimulare conantur, et eo major est, quo minus fas est eum palam testari.*

1 Sic Rom. Junt. Astipulatur Saresb. vi. Policr. 12. p. 360. 'Milites autem in supplementum aliarum urbium distribuit.' Conj. Freinsh. legentis *in supplementa* firmant Oros. et Frec. i. 4. 19.—2 Magl. Leid. 4. ed. Rom. Bong. *in Macedonia:* ut ix. 5. 1. 'Compositis in Græcia rebus.' Saxo xiv. p. 249. 12. 'Ordinatis in Dania rebus.'—3 Ita Nep. Pausan. 3. 'Hos quoque solicitare spe libertatis existimabatur.' Med. Magl. Coll. N. Leid. 2. 5. ed. Rom. aliæque *in spem.*—4 Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *Ig. cum vig. ad.*

NOTÆ

nec equos, nec arma eis tractare liceret. Diod. et Demosth. Hic sacri belli finis fuit anno, postquam cœptum est, 10.

[x] *Dardanos*] Qui in ea parte Illyrici habitabant, quæ postea Mysia mediterranea dicta est.

[y] *Ceterosque finitimos*] Thessalos vocat Diod. qui tyrannis ejectis Philippo se dediderunt, aliique vicini Græciæ populi.

* A. M. 3712. Ol. 109. 3. U. C. 411. Ant. Ch. 340.

[z] *Arrybam*] Cujus opera Olympiadem uxorem duxerat. Res aliter se habuit, ex Diod. Cum Arryba anno regni 10. obiisset, relicto filio Æacida qui Pyrrhum genuit, Alexandro Olympiadis germano regnum a Philippo concessum est.

scelestus in utroque. 8. Nam nec in eo jus cognationis servavit, cui ademit regnum; et eum, cui dedit, impudicum fecit ante quam regem.

LIBER IX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Philippus cogitat de Græcia subjuganda; ideo Byzantium, sed frustra, obsidet. 2. A Scytharum rege variis modis deluditur: unde pugna et præda abducta. 3. Triballi Philippum præda spoliant. Athenienses et Thebani a Philippo prælio victi. 4. Philippus victoria moderate utitur; sævit in Thebanos, qui fortiter se gerunt. 5. Græciæ civitates Corinthum evocat, et ad bellum Persicum se parat. 6. Dum nuptias filiæ celebrat, a Pausania obtruncatur. 7. Idque Olympiade et Alexandro consciis. 8. Philippi elogium, ejusdemque cum Alexandro filio et successore comparatio.

Cap. i. 1. In Græciam Philippus cum venisset, solicitatus paucarum civitatium direptione, et ex præda modicarum urbium, quantæ opes universarum essent, animo prospiciens, bellum toti Græciæ inferre statuit.† 2. Ad[1] cujus emolumentum egregie pertinere ratus,[a] si Byzantium,[a]

[a] *Arbitratus multum conferre ad illius belli felicem exitum.*

1 Leid. 3. 4. Thuan. ed. Rom. *in.*—2 Sic Med. Magl. Leid. 4. 5. Bech. Ven.

NOTÆ

† A. M. 3713. Ol. 109. 4. U. C. 412. Ant. Ch. 339.

[a] *Si Byzantium*] Non Byzantium primo, sed Perinthum, quod Atheniensibus faveret, cum triginta armatorum millibus oppugnavit: cum vero Athenienses, Persarum satrapæ, et Byzantii Perinthiis mitterent auxi-

nobilem et maritimam urbem, receptaculum terra marique copiis suis futurum,[a] in potestatem redegisset, eandem claudentem sibi portas obsidione cinxit. 3. Hæc namque[3] urbs condita primo a Pausania,[b] rege Spartanorum, et per septem annos possessa fuit; deinde variante victoria,[4] nunc Lacedæmoniorum, nunc Atheniensium, juris habita est. 4. Quæ incerta possessio effecit, ut, nemine quasi suam auxiliis juvante, libertatem constantius tueretur. 5. Igitur Philippus, longa obsidionis mora[c] exhaustus, pecuniæ[5] commercium de piratica[d] mutuatur.[b] 6. Captis itaque centum septuaginta navibus, mercibusque distractis, anhe-

[b] *Quare Philippus, exhausta pecunia in diuturna obsidione, piraticam exercet ut pecuniam recuperet.*

Flor. Med. Par. Ald. Junt. ut ad propius substantivum referatur. Vid. Oudendorp. ad Suet. Jul. 56. Vulg. *futuram.*—3 Rom. *Nam hæc.*—4 Rom. *fortuna.* x. 3. 6. ‘ Bellumque cum Alexandro Magno, diu variante fortuna, gessit.’—5 [Vid. Nott. Var.] *Pecuniæ commercium* dictum eod. modo, quo *belli commercium* ap. Virgil. x. Æ. 532. ‘ Belli commercia Turnus Sustulit ista prior, jam tum Pallante peremto,’ et *laboris commercium* ap. Sax. vi. p. 112. 22. ‘ Quod talibus [rusticis] vitæ subsidia justo laboris commercio peterentur:’ et *de piratica mutuatur*, ut ap. Macrob. i. Comm. in Somn. Scip. 6. p. 37. ‘ Sol quoque ipse, de quo vitam omnia mutuantur, septimo signo vices suas variat:’ et 17. p. 87. ‘ Quod de Arato poëtæ alii mutuati sunt:’ et cap. 20. ‘ Cum defectum lunæ conantur asserere, probationem de solis magnitudine mutuantur.’ Id. ii. 10. ‘ Ne totum videamur de fabulis mutuari.’ Pro *de* alii scriptores adhibuerunt *a* vel *ab*, ut Tac. ii. A. 38. ‘ Præsidium ab audacia mutuatus est:’ et Val. M. vi. 2. Ext. 1. ‘ Potius præsidium a libertate quam ab innocentia mutuata:’ vii. 4. 3. ‘ Præsidium ab astutia mutuari:’ eumque imitari solitus Saxo ii. p. 27. 19. ‘ Vires ab astutia mutuatus est:’ p. 29. 45. ‘ Lacessitæ integritatis defensionem ab arctissimo naturæ vinculo mutuatus:’ et paulo post; ‘ Leniendi ardoris præsidium a clypeo mutuans:’ iii. p. 51. 41. ‘ Incolumitatis præsidium ab extrema delinimentorum specie mutuari:’ p. 54. 12. ‘ Propriæ salutis obtentum ab astutia mutuatus:’ vi. p. 107. 25. ‘ At senex ab inolita sibi moderatione patientiam mutuatus,’ et sæpius alibi. Porro hunc Justini locum ita interpretatur Otto

NOTÆ

lia, diviso duas in partes exercitu, Byzantium simul et Perinthum obsedit, ex Diod.

[b] *A Pausania*] Errat graviter Justinus. Non enim a Pausania, sed a Byze seu Byzante Megarensium duce, Byzantium ad Bosporum Thraciæ conditum est; paulo post deducta est a Milesiis colonia; quæ adventu Darii Hysdaspis territa cum in Thraciam confugisset, aliquanto post Lacedæmonii duce Pausania illuc coloniam miserunt.

[c] *Obsidionis mora*] Byzantii Atheniensium auxiliis adjuti fortiter Philippo restiterunt.

[d] *De piratica*] Nulla ap. Demosth. et Æschinem piraticæ mentio; sed narrant Philippum maris imperium affectasse, quo facilius insulares ab

lantem inopiam paululum recreavit. 7. Deinde, ne[6] unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur,[7] profectus cum fortissimis, multas Chersonensium[8 e] urbes expugnat; 8. filiumque Alexandrum decem et octo annos natum, ut sub militia patris tirocinii rudimenta deponeret, ad se arcessit. 9. In Scythiam quoque prædandi causa profectus est,[9] more negotiantium, impensas belli alio bello refecturus.

Cap. ii. 1. Erat eo tempore rex Scytharum Atheas,[1 f] qui cum bello Istrianorum premeretur, auxilium a Philippo per Apollonienses[g] petit, in successionem eum regni Scythiæ adoptaturus: 2. cum interim Istrianorum[h] rex decedens et metu belli et auxiliorum necessitate Scythas solvit. 3. Itaque Atheas, remissis Macedonibus, renuntiari Philippo jubet, ‘ neque auxilium ejus se petisse, neque adoptionem mandasse. 4. Nam neque vindicta[2] Macedonum egere Scythas, quibus meliores forent: neque hæredem sibi incolumi filio deesse.’ 5. His auditis, Philippus legatos ad Atheam mittit, ‘ impensæ obsidionis portionem’[c]

[c] *Mittit ut peterent partem pecuniæ insumtæ in obsidione.*

Frising. ii. Chron. 24. ‘ Piraticam aggreditur, centumque lxx. navium spolia rapuit, et militibus suis dedit.’—6 Bodl. Coll. N. *ne in.*—7 Sic Magl. Bodl. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Vid. Græv. h. l.—8 Reg. Coll. N. et C. C. *Chersonesi:* Ald. Junt. *Cheronnesi.*—9 *Est* male omittunt Ven. Flor. Par. Ald. Junt.

1 Bech. *Matthæas.* Ald. Junt. *Anteas.* Lucian. in Macrobiis tom. ii. p. 469. Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἔπεσεν, ὑπὲρ τὰ ἐννενήκοντα ἔτη γεγονώς.—2 Ald. Junt. *vindictæ:* ut xxiii. 4. 7. ‘ Hu-

NOTÆ

Atheniensium amicitia averteret.

[e] *Chersonensium*] Præter urbes, quibus hoc nomen impositum est, multiplex est insula Chersonesus. i. Thracica, quæ, juxta Hellespontum in mare Ægæum excurrens, a meridie in Boream extenditur. 2. Taurica, inter Pont. Eux. Bosporum Cimmerium, et Paludem Mæotidem. *La petite Tartarie.* 3. Cimbrica, inter Cimbricum et Suevicum mare, seu Codanum sinum. *Jutland.* 4. Aurea, regio Asiæ in India extra Gangem. *Malaca.*

[f] *Atheas*] Ab aliis Matheas, Macheas ab aliis dicitur.

[g] *Apollonienses*] Multiplex fuit Apollonia in Europa; triplex in Macedonia, una in Thracia juxta oram Ponti Eux. de qua loquitur Justinus.

[h] *Istrianorum*] Populi fuere Mysiæ inferioris, juxta ostia meridionalia

petentes, ‘ ne inopia deserere bellum cogatur. 6. Quod[3] eo promtius eum facere debere, quod missis a se in auxilium ejus militibus, ne sumtum quidem viæ, non modo officii pretia, dederit.’[d] 7. Atheas inclementiam cœli et terræ sterilitatem causatus, quæ non patrimoniis ditet Scythas, sed vix alimentis exhibeat,[4] respondit, ‘ nullas sibi opes esse, quibus tantum regem expleat; 8. et turpius putare parvo defungi, quam totum abnuere: 9. Scythas autem virtute animi, et duritia corporis, non opibus, censeri.’ 10. Quibus derisus[5] Philippus, soluta obsidione Byzantii,[6] Scythica bella[7] [1] aggreditur, præmissis legatis, quo securiores faceret, qui nuntient Atheæ, ‘ dum Byzantium obsidet, vovisse se statuam Herculi, 11. ad quam in ostio Istri ponendam se venire; pacatum accessum ad religionem Dei’ petens, ‘ amicus ipse Scythis venturus.’ 12. Ille, ‘ si voto fungi vellet, statuam sibi mitti’ jubet: ‘ non modo ut ponatur, verum etiam ut inviolata maneat,’ pollicetur: ‘ exercitum autem fines ingredi’ negat ‘ se passurum.’ 13. ‘ Ac, si invitis Scythis statuam ponat, eo digresso sublaturum, versurumque æs statuæ in[8] aculeos sagittarum.’ 14. His utrinque irritatis animis, prælium committitur.‡ Cum virtute et numero præstarent Scythæ, astu Philippi vincuntur. 15. Viginti[9] millia puerorum ac fœminarum capta; pecoris magna vis, auri argentique nihil. Ea primum fides inopiæ Scythicæ fuit.’ 16. Viginti millia

[d] *Quod non dederit militibus missis a se in auxilium ejus, non modo munera ob officium redditum, sed ne pecunium quidem ad vitam sustentandam.*

[e] *Id primum probavit Scythas inopes esse.*

manæ opis egentem.’ Cic. IX. Fam. 3. ‘ Ut medicinæ egeamus.’—3 Magl. ed. Rom. *Id.*—4 Leid. 2. Thuan. a sec. m. Magl. Bech. ed. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *alimenta.* Heins. ad Val. Flacc. VII. 229. malebat *alimentis se e.* Coll. N. *alimentis sufficiat.* Rom. *sufficiat alimentis.* Vid. Wopkens.—5 Leid. 2. 3. Periz. Reg. Coll. N. *irrisus.*—6 Rom. Q. *irrisis, soluto obs. Byzantio.*—7 Ald. Junt. *Scythicum bellum.*—8 Leid. 5. et Ms. Bong. *in tubos vel in.*—9 Coll. N. *In eo prælio v.* Oros. III. 13. et Frec. I. 4. 19. ‘ In ea pugna vig. m. p. ac f. Scythicæ gentis capta.’

NOTÆ

Istri fl.

[1] *Scythica bella*] De h. bello omnes fere consentiunt.

‡ A. M. 3715. Ol. 110. 2. U. C. 414. Ant. Ch. 337.

nobilium equarum ad genus faciendum in Macedoniam missa.

CAP. III. 1. Sed revertenti ab Scythia Triballi[k] Philippo occurrunt: negant ‘ se transitum daturos, ni portionem accipiant prædæ.’ 2. Hinc jurgium, et mox prælium; in quo ita in femore vulneratus est Philippus, ut per corpus ejus equus interficeretur. 3. Cum omnes occisum putarent, præda amissa est. Ita Scythica, velut devota, spolia pæne luctuosa Macedonibus fuere. 4. Ubi vero ex vulnere primum convaluit, diu dissimulatum bellum Atheniensibus infert:[l] 5. quorum causæ Thebani se junxere,[m] metuentes, ne victis Atheniensibus bellum, veluti vicinum incendium, ad se transiret. 6. Facta igitur inter duas paulo ante infestissimas civitates societate, legationibus Græciam fatigant; ‘ communem hostem’ putant ‘ communibus viribus summovendum: 7. neque enim cessaturum Philippum, si prospere prima successerint, nisi omnem Græciam domuerit.’ 8. Motæ quædam civitates Atheniensibus se jungunt: quasdam autem ad Philippum belli metus traxit.[1] 9. Prælio commisso,* cum Athenienses longe majore militum numero[n] præstarent, assiduis bellis indurata virtute Macedonum vincuntur:[o] 10. non tamen immemores[p] pris-

1 Coll. N. *attraxit.*

NOTÆ

[k] *Triballi*] Populi Mysiæ inferioris, quorum regio *Bulgaria*, urbs primaria *Sophia*, vocatur.

[l] *Bellum infert*] Simulato in Cyrrhæos et Locrenses bello, Elateam et Cytinium Atheniensium oppida occupavit. Diod.

[m] *Thebani se junxere*] Legatus ab Atheniensibus Thebas missus est Demosthenes, cujus rationibus persuasi Thebani, repudiata Philippi amicitia, se junxerunt Atheniensibus. Ita Diod. et Plut.

* A. M. 3716. Ol. 110. 3. U. C. 415. Ant. Ch. 336.

[n] *Militum numero*] Testatur Diod. Philippum et numero et robore militum Atheniensibus præstitisse; illi enim equitum duo, triginta peditum millia, tribuit.

[o] *Vincuntur*] Ad Chæroneam Bœotiæ oppidum. Multum ad hanc victoriam contulit Alexandri virtus, qui, paternæ laudis æmulus, aciem sibi oppositam vicit: quo viso Philippus, ne filio cederet, objectum sibi agmen vertit in fugam. Diod.

[p] *Non tamen immemores, &c.*] Referunt plerique Demosthenem abjecto clypeo e pugna fugisse: cumque chlamys adhæsisset rubo, quasi jam ab hoste teneretur, clamasse, Ζάγρει,

tinæ gloriæ cecidere: quippe adversis vulneribus omnes loca, quæ tuenda a ducibus acceperant, morientes corporibus texerunt. 11. Hic dies universæ Græciæ et gloriam dominationis et vetustissimam libertatem finivit.

Cap. iv. 1. Hujus victoriæ callide dissimulata lætitia[q] est. Denique non solita sacra Philippus illa die fecit: non in convivio risit: non ludos inter epulas adhibuit: non coronas[r] aut unguenta[s] sumsit; et, quantum in illo fuit, ita vicit, ut victorem nemo sentiret. 2. Sed nec 'regem se Græciæ, sed ducem appellari' jussit. 3. Atque ita[1] inter tacitam lætitiam et dolorem hostium temperavit, ut neque apud suos exultasse, neque apud victos insultasse videretur. 4. Atheniensibus, quos passus infestissimos fuerat, et captivos gratis remisit, et bello consumtorum corpora sepulturæ reddidit,[2] reliquiasque funerum ut ad sepulcra majorum deferrent, ultro hortatus est. 5. Super hæc Alexandrum filium cum amico Antipatro,[t] qui pacem cum his amicitiamque jungerent, Athenas misit. 6. Thebanorum porro non solum captivos, verum etiam interfectorum sepulturam, vendidit. 7. Principes civitatis alios securi percussit, alios in exilium egit,[3] bonaque omnium occupavit. 8. Pulsos[u] deinde per injuriam in patriam restituit: ex horum numero trecentos exules judices rectoresque civitati dedit: 9. apud quos cum potentissimi quique rei ejus ipsius cri-

1 Leid. 3. *ita se.*—2 Reg. Magl. ed. Rom. *tradidit.* III. 5. 11. 'Ut ex indicio titulorum tradi sepulturæ possent,' et XII. 2. 15. 'Corpus ejus Thurii sepulturæ tradiderunt:' ubi ed. Rom. *mandaverunt.* Ulpian. L. 1. de Cadav. punit. 'Ut ossa et cineres collecta sepulturæ tradi possint.' Paulus I. Sent. tit. XXI. §. 1. et 4. 'Corpus perpetuæ sepulturæ traditum.'—3 Sic Coll. N.

NOTÆ

Vivum cape.

[q] *Dissimulata lætitia*] Philippus intemperanter admodum se gessit, victisque exprobravit cladem, teste Diod. Sed a Demade captivo libera oratione admonitus, missis Athenas legatis cum Atheniensibus fœdus renovavit. Ita Diod.

[r] *Coronas*] Convivales, quæ sæpissime ex rosis texebantur.

[s] *Unguenta*] Veteres coronati et unguentis delibuti convivari solebant.

[t] *Antipatro*] Quem postea Alexander, profectus in Persas, Macedoniæ præfecit.

[u] *Pulsos*] Multos cives e patria expulerant Thebani, quod Philippo favere dicerentur.

minis postularentur, quod per injuriam se[4] in exilium egissent,[f 5] hujus constantiæ fuerunt, ut omnes 'se auctores' faterentur, 'meliusque cum republica actum, cum damnati essent, quam cum restituti,' contenderent. 10. Mira prorsus audacia: de judicibus vitæ necisque suæ, quemadmodum possunt, sententiam ferunt; contemnuntque absolutionem, quam dare inimici possunt; et, quoniam[6] rebus nequeunt ulcisci, verbis usurpant libertatem.

Cap. v. 1. Compositis in Græcia rebus, Philippus omnium civitatium legatos ad formandum rerum præsentium statum evocari Corinthum[1 w] jubet. 2. Ibi pacis legem universæ Græciæ pro meritis singularum civitatium statuit; conciliumque omnium, veluti unum senatum, ex omnibus legit. 3. Soli Lacedæmonii et legem et regem[2] contemserunt;† servitutem, non pacem, rati, quæ non ipsis civitatibus conveniret, sed a victore[3] ferretur. 4. Auxilia deinde singularum civitatium describuntur; sive adjuvandus ea manu rex oppugnante aliquo foret, seu duce illo bellum inferendum.[g] 5. Neque enim dubium erat imperium Persarum his apparatibus peti. 6. Summa auxiliorum ducenta millia[x] peditum fuere, et equitum quindecim millia. 7. Extra hanc summam et Macedoniæ exercitus erat, et confinis domitarum gentium[y] barbaries. 8. Initio veris

[f] *Apud eos judices dum potentissimi quique cives accusantur tanquam rei magni criminis, quod illos ejecissent in exilium injuria.*

[g] *Sive eo exercitu Philippus adjuvandus esset contra illos, qui ipsi bellum indicerent, sive ipse aliis bellum inferret.*

Oros. III. 14. et Frec. I. 4. 19. quomodo ex conj. legit Faber, probante Græv. —4 Faber malebat *ipsos.*—5 Rom. *eos in exsilium misissent.*—6 Junt. Ald. *quam.* 1 Rom. *Corinthon;* atque ita ead. XI. 2. 5.—2 Med. quatuor Leid. Periz. Bodl. ed. Bong. *et reg. et leges.* Leid. 3. *et reg. et legem.*—3 Coll. N. *sed rege*

NOTÆ

[w] *Corinthum*] Urbem Peloponnesi in medio Isthmi Corinthiaci: habebat arcem Acrocorinthum, et navalia duo, Lechæum in sinu Corinthiaco, et Cenchreas in Saronico.

† A. M. 3717. Ol. 110. 4. U. C. 416. Ant. Ch. 335.

[x] *Ducenta millia*] Justum numerum excedere videtur Justinus, cum Alexander, Græcorum etiam electus imperator, longe pauciori militum numero in Persas bellum gesserit.

[y] *Domitarum gentium*] Illyrios intelligit, Dardanos, Thracas, et finitimos Macedoniæ populos, quos Phi-

tres duces in Asiam Persarum juris præmittit, Parmeniona,[4] Amyntam,[z] et Attalum, 9. cujus sororem [a] nuper, expulsa Alexandri matre Olympiade propter stupri suspicionem, in matrimonium [b] receperat.

Cap. VI. 1. Interea, dum auxilia a Græcia coëunt, nuptias Cleopatræ filiæ [c] et Alexandri, quem regem Epiri fecerat, celebrat.‡ 2. Dies erat pro magnitudine duorum regum, et collocantis [1] filiam, et uxorem ducentis, apparatibus insignis. 3. Sed nec ludorum [d] magnificentia deerat: ad quorum spectaculum[2] Philippus, cum sine custodibus corporis[3] medius inter duos Alexandros,[e] filium generumque, contenderet,[4] 4. Pausanias, nobilis ex Macedonibus

auctore.—4 Vulg. *Parmenionem.* Med. Leid. 5. *Parmenionam* pro *Parmeniona*, ut XI. 10. 4. Thuan. Leid. 3. 4. et XXI. 6. 5. iid. cum Med. et Leid. 2.

1 Bodl. *locantis.*—2 Magl. *spectacula.*—3 Vulg. *dum s. cust. med.* Magl. cum reliquis Mss. ed. Rom. Ald. Junt. *cum s. cust. corporis med.* Ita Liv. XL. 6. 'Proxima est regia cohors, et custodes corporis.' Curt. X. 2. 'Tredecim adservandos custodibus corporis tradidit.' Herodian. IV. 7. 4. Ὡς καὶ συμμάχους παρ' αὐτῶν [Γερμανῶν] λαβεῖν, καὶ τοῦ σώματος ἑαυτοῦ φρουροὺς ποιήσασθαι. Hinc *custodia corporis* inf. XII. 12. 3. 'Nunc quoque ait, custodiam corporis sui non Macedonibus tantum se, verum et illis, crediturum.' Hegesipp. I. 34. f. 'Quadringentos quoque stipatores ex Gallia, quibus septa incedebat Cleopatra, ad custodiam corporis regi concessit.' Herodian. I. 12. 8. Εἰς τοσοῦτον ὑπ' αὐτοῦ τιμῆς καὶ ἐξουσίας προήχθη, ὡς τήν τε τοῦ σώματος φρουρὰν, καὶ τὴν τοῦ θαλάμου ἐξουσίαν ἐγχειρισθῆναι. *Dum* comparet in sec. ed. Græv.—4 Bech. Ven.

NOTÆ

lippus vel terruerat, vel vicerat.

[z] *Amyntam*] Amyntæ non meminit Diod. sed Attalum copiis omnibus præficit.

[a] *Cujus sororem*] Illius, non sororem, sed neptem Cleopatram uxorem duxit.

[b] *In matrimonium, &c.*] Dum nuptiæ celebrarentur, Attalus hortatus est Macedonas, ut justum Philippo successorem a Diis exposcerent; quo audito exarsit Alexander: 'Quid nos tibi,' inquit, 'scelus? num adulterini videmur?' eumque scypho petiit; quare Philippus stricto ense in filium irruit; sed, impacto per iram et vinum pede, prolapsus est; cui insultans Alexander, 'Hic vero,' inquit, 'Macedonas ex Europa in Asiam parabat transmittere, qui, ex lecto in lectum transgrediens, procidit.' Deinde Alexander missa in Epirum Olympiade in Illyrium se contulit, unde paulo post Demarati Corinthii consilio revocatus est.

[c] *Cleopatræ filiæ*] Quam ex Olympiade susceperat; quare avunculo nupsit: erat enim Alexander frater Olympiadis.

‡ A. M. 3718. Ol. 140. 1. U. C. 417. Ant. Ch. 334.

[d] *Nec ludorum, &c.*] Maximus erat nuptiarum apparatus, et ingens ad hanc pompam populorum concursus.

[e] *Inter duos Alexandros*] Candida indutus stola Philippus jussit satellitibus, ut se per longum intervallum sequerentur, quasi, Græcorum benevolentia septus, satellitum præsidio non indigeret.

adolescens, nemini suspectus, occupatis angustiis, Philippum in transitu obtruncat; diemque, lætitiæ destinatum, fœdum luctu funeris facit. 5. Hic[5] primis pubertatis annis stuprum per injuriam passus ab Attalo fuerat; cujus[6] indignitati hæc etiam fœditas accesserat: 6. nam perductum in convivium,[7] solutumque[8] mero, Attalus non suæ tantum, verum et convivarum, libidini, velut scortum vile, subjecerat, ludibriumque omnium inter æquales reddiderat. 7. Hanc rem ægre ferens Pausanias querelam Philippo sæpe detulerat. 8. Cum[9] variis frustrationibus non sine risu [f] differretur, et honoratum insuper ducatu adversarium cerneret,[h] iram in ipsum Philippum vertit, ultionemque, quam ab adversario non poterat, ab iniquo judice exegit.

Cap. VII. 1. Creditum est etiam immissum ab Olympiade matre Alexandri fuisse; nec ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitisse: 2. quippe non minus Olympiada repudium et prælatam sibi Cleopatram, quam stuprum Pausaniam, doluisse. 3. Alexandrum quoque regni æmulum fratrem ex noverca susceptum timuisse: eoque [1] factum, ut in convivio antea primum cum Attalo, mox cum ipso patre, jurgaret: 4. adeo ut etiam stricto gladio eum Phi-

[h] *Et videret præterea Attalum suum adversarium ducis honore insignitum.*

Med. *concederet.*—5 Med. Leid. 2. 5. *Is.*—6 Leid. 3. *cui*, quomodo legend. conjecerat Avus.—7 Ald. Junt. *prod. in convivia.* Bech. Flor. Ms. Periz. *perd. in convivio.* Ead. participia variant in Mss. Suetonii Vespas. 22. 'Cum perductæ pro concubitu sestertia quadringenta donasset.' Terentius Andr. I. 1. 54. 'Qui tum illam amabant, forte, ita ut fit, filium, Perduxere illuc, secum ut una esset, meum.' Vid. Jensium I. Lect. Lucian. 5. f.—8 Ms. Coll. N. *sopitumque.* Liv. XXV. 24. 'Magna pars in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves potabant:' et XXVIII. 26. 'Ut eos per idoneos homines, benigno vultu ac sermone in hospitium invitatos, sopitosque vino, vincirent.' Val. M. II. 5. 4. 'Mero somnoque sopiri.' Curt. VIII. 6. 'Sopitum mero ac somno excitant regem:' et 10. 'Quippe ne epulantes quidem et sopitos mero aggredi ausus est hostis.' Vulg. imitatur Saxo XIV. p. 336. 42. 'Quidam e Julinensibus mero solutus.'—9 Med. ed. Rom. *Qui cum.* Coll. N. *Qui tamen.*

1 Sic Med. Magl. Leid. 2. 3. a pr. m. et 5. ed. Rom. *eo* Coll. N. *eque* Periz.

NOTÆ

[f] *Non sine risu*] Id tamen Philippus graviter tulit; sed cum Attalo egeret fortissimo duce, Pausaniam lenire studens, eum ad locum inter corporis sui custodes honoratiorem promovit: ex Diod.

lippus consectatus sit,[2] ægreque a filii cæde amicorum precibus exoratus.'[3] 5. Quamobrem Alexander ad avunculum se in Epirum cum matre, inde ad regem Illyriorum, contulerat: 6. vixque revocanti mitigatus est patri, precibusque cognatorum ægre redire compulsus. 7. Olympias quoque fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat: pervicissetque, ni filiæ nuptiis pater generum occupasset.[4] 8. His stimulis irarum utrique[4] Pausaniam, de impunitate stupri sui querentem, ad tantum facinus impulisse creduntur.[5] 9. Olympias certe fugienti percussori equos quoque præparatos habuit.[6] 10. Ipsa[7] deinde,[8] audita regis nece, cum titulo officii ad exequias cucurrisset, in cruce[9] pendentis Pausaniæ capiti, eadem nocte qua venit, coronam auream imposuit: quod nemo alius audere, nisi hæc, superstite Philippi filio, potuisset.[10] 11. Paucos deinde post dies refixum corpus interfectoris super reliquias mariti cremavit, et tumulum ei eodem fecit in loco, parentarique eidem quotannis, incussa populo superstitione, curavit. 12. Post hæc Cleopatram, a qua pulsa Philippi matrimonio fuerat, in gremio ejus prius filia interfecta, finire vitam suspendio coëgit,[g] spectaculoque pendentis[11] ultione potita est, ad quam per parricidium festinaverat.'[12]

[i] *Et difficile permotus precibus amicorum abstinuit a cæde filii.*

[k] *Idque obtinuisset, ni pater Philippus impediisset, dando filiam uxorem Alexandro.*

[l] *Voluitque spectare pendentem e fune Cleopatram, cujus mortem cogitabat, cum parricidium commisit Philippum occidendo.*

—2 *Sit* Periz. omittit.—3 Bodl. *precibus revocatus.* Med. Magl. Leid. 2. Coll. N. *exor. sit.*—4 Ald. Junt. *uterque.*—5 Leid. 2. *credebantur:* 5. ac. Bodl. *utrisque,* et cum Coll. N. *credebatur.*—6 Bodl. Leid. 2. 5. *Fug. perc. etiam eq. hab. præp.*—7 Coll. N. *fug. p. eq. præp. habuit. Ipsa quoque.*—8 Leid. 2. *demum.*—9 Med. *in crucem.*—10 Magl. *quod n. al. fuisset ausus, nisi hoc superstiti Ph. filio placuisset:* Rom. *quod n. al. fuisset ausus, nisi hæc, superstite Ph. filio.* Præstat vulgatum. *Audere potuisset,* i. e. ausus fuisset. Ita VI. 7. 7. 'Cui par ante dies universa juventus esse non potuit.' Vid. notam Avi ad Liv. XXXII. 13. et Wopkensii ad VII. 6. 4.—11 Vid. me ad VI. 4. 8. et Wopkens. ad h. l. Rom. *pend. ejus pro.*—12 Magl. *pend. ejus ult. pot. est, ad q. p. p. illam destinaverat.*—13 Med. Leid. 2. 5. Periz. ed. Bech. Flor. Ven. Med. Par. Ald. Junt. *gl. illum.*—14 Sic Med. ed. Salmur. Oxon. ut ap. Horat. I. Od. 33. 14. 'Ipsum me melior cum peteret Venus, Grata detinuit compede Myrtale Libertina:' et Martial. V. 4. 'Fœtere multo Myrtale solet vino.' *Μυρτάλη* etiam meretrix quædam vocatur a Lucian. Dial. Meretr. p. 553. et Aristænet. II. Ep. 16. Inscriptio in Diario Italico eruditissimi Montefalconii cap. 14. p. 202. ΓΕΜΙΝΙΑ ΜΥΡΤΑΛΗ.

1 Dodwell. in Exerc. de Ætate Pythag. p. 198. legit *LX. et VII.*—2 Ita quoque interpungend. ap. Saresb. et pro *quæstus,* quod in Mss. quoque reperit Bong. atque dant Leid. 2. 5. corrigend. *quæstu.* Rom. *div. tamen quæstu.*—3 *In eo* nescit Rom.—4 Coll. N. *vel j.* Rom. *et jocosa.* Mox Rom. *Am. non f. sed util. col.*—5 Ita etiam Ald.—6 Magl. ed. Rom. *str.* Vincent. IV. 20. 'Instruere inter concordes odia.'—7 Ap. eund. atque in Med. Leid. 2. 5. tres postremæ voces desiderantur.—8 Ita etiam Ald. verum Rom. *et ins. acum. or. sol.* Bech. *et ins. or. acum. et sol.* Saresb. *'et insignis, or. ac et s.'* Ælian. IV. V. H. 19. *Φίλιππος ὁ Μακεδὼν οὐ μόνον ἐλέγετο τὰ πολέμια εἶναι ἀγαθὸς, καὶ εἰπεῖν δεινός· ἀλλὰ καὶ παιδείαν ἀνδρειότατα*

NOTÆ

[g] *Suspendio coëgit*] Filiæ susceptæ a Philippo non meminit Diod. sed parvulum Cleopatræ filium una cum matre in vase æneo ignibus circumdato periisse testis est Paus. cujus criminis et Alexandrum et Olympiadem conscios facit Plut.

13. Novissime gladium,[13] quo rex percussus est, Apollini sub nomine Myrtales[14] consecravit: hoc enim nomen ante Olympiadis parvulæ fuit. 14. Quæ omnia ita palam facta sunt, ut timuisse videatur, ne facinus ab ea commissum non probaretur.

CAP. VIII. 1. Decessit Philippus quadraginta et septem[1] annorum, cum annis viginti et quinque regnasset. 2. Genuit ex Larissæa saltatrice filium Aridæum, qui post Alexandrum regnavit. 3. Habuit et alios multos ex variis matrimoniis regio more susceptos, qui partim fato, partim ferro, periere. 4. Fuit rex armorum quam conviviorum apparatibus studiosior; 5. cui maximæ opes erant instrumenta bellorum: 6. divitiarum quæstu quam custodia solertior.[2] Itaque inter quotidianas rapinas semper inops erat. 7. Misericordia in eo[3] et perfidia pari jure dilectæ. Nulla apud eum turpis ratio vincendi. 8. Blandus pariter, et insidiosus alloquio; qui plura promitteret quam præstaret: in seria et jocos[4] artifex. 9. Amicitias utilitate, non fide, colebat. Gratiam fingere in odio, in gratia offensam simulare,[5] instruere[6] inter concordantes odia, apud utrumque gratiam quærere, solennis illi consuetudo.[m][7] 10. Inter hæc eloquentia insignis, oratio acuminis et solertiæ[8] plena; ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventionum

[m] *Semper solebat fingere amare se eos, quos odio habebat, et serere dissidia inter amicos, et quærere utriusque benevolentiam.*

deesset ornatus.[9] 11. Huic Alexander filius successit et virtute et vitiis patre major.[10] 12. Vincendi[11] ratio utrique diversa. Hic aperta vi,[12] ille artibus, bella tractabat. Deceptis ille gaudere hostibus, hic palam fusis. 13. Prudentior ille consilio, hic animo magnificentior. 14. Iram pater dissimulare, plerumque etiam vincere: hic ubi[13] exarsisset, nec dilatio ultionis nec modus erat.[14] 15. Vini nimis uterque avidus: sed ebrietatis diversa vitia. Pater de convivio in hostem procurrere,[15] manum conserere,[16] periculis se temere offerre: Alexander non in hostem, sed in suos, sævire.[17] 16. Quamobrem Philippum sæpe vulneratum prælia remisere: hic amicorum interfector[18] convivio frequenter excessit. 17. Regnare ille cum amicis volebat,[19] hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle, hic metui.[20] 18. Literarum cultus utrique similis. Solertiæ pater majoris, hic fidei. 19. Verbis atque oratione Philippus, hic rebus, moderatior. 20. Parcendi victis filio animus et promtior et honestior; ille nec sociis abstinebat.[21] Frugalitati pater, luxuriæ filius, magis deditus erat. 21. Quibus artibus orbis imperii fundamenta pater jecit, operis totius gloriam filius consummavit.

ἐτίμα.—9 Undecim Mss. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. et Vincent. *nec facilitati inventionum d. o.*—10 Coll. N. *pariter m.* Rom. *patre superior.*—11 Saresb. cum plerisque Mss. et vett. edd. *Itaque v.*—12 Med. Periz. et Saresb. *H. aperta.* Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *H. aperta vi:* quomodo Liv. xxv. 24. ‘Et jam undique non furtim sed vi aperta gerebatur res.’ Vid. Wopkens. Vincentius v. 22. ‘Hic aperta, ille artibus, diversa bella tractabat.’ Mirum autem Grævium ap. Saresb. legisse *aperta vi*, cum in utraque ed. Lugduno-Batava *vi* desideretur.—13 Sic Mss. ed. Bech. Med. Saresb. et Vincent. Rom. *hic ut.*—14 Coll. N. *nec dilationem nec modum ultionis adhibere.*—15 Ita Græv. edidit ex Ms. Coll. N. at reliqui, Saresb. et Vincent. *Patri mos erat etiam de conv. in h. p.* Rom. *Patri mos erat de c. in h. p.* Bech. Ald. Junt. aliæque *P. mos erat et de c. i. h. p.*—16 Hæc ignorant Magl. et Saresb. Sulp. Severus i. Hist. Sacr. 50. ‘Non ausus manum conserere.’ Saxo xiii. 231. 8. ‘Cum tota acie manum conserere tutius rati.’ Add. xiv. p. 287. 34. et p. 290. 50. et xv. p. 368. 35.—17 Bech. *sæviebat.* Saresb. et plerique Mss. minus eleganter *Al. non in hostes, sed in suos, sæviebat.* Coll. N. *Al. in amicos hostium more sævire.*—18 Coll. N. *amicis interfectis.* Med. Magl. Bodl. Leid. 2. 4. 5. Periz. et Saresb. *am. interfectorum.* Rom. *de am. interfectorum.* Lucian. Dial. Mort. p. 287. de Alexandro: Καὶ ἐμαιφόνει ἐν τοῖς συμποσίοις τοὺς φίλους, καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ.—19 *Vol.* pro *nol.* correxit Sebis. astipulantibus Rom. et Saresb.—20 Ita ed. Saresb. in context. verum in marg. *malebat.* Coll. N. *Amari pater, iste metui, malebat.*—21 *Ille....abst.* addit Ald. quam sequuntur tres aliæ edd. a Græv. et Vorst. laudatæ.

LIBER X.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Artaxerxis Mnemonis filii in patrem conspirant: sed conspiratione detecta parricidii pœnas dant. 2. Causa parricidii ex libidine nata. 3. Ochus, Artaxerxis successor, cognatorum principum strage regiam replet. Codomannus, Armeniis præfectus, rex Persarum constituitur.

Cap. i. 1. Artaxerxi regi Persarum ex pellicibus centum et quindecim[1] filii fuere,[a] sed tres tantum justo matrimonio suscepti, Darius,[2] Ariarathes,[3] et Ochus.* 2. Ex his Darium contra morem Persarum, apud quos rex non nisi morte mutatur, per indulgentiam[b] pater regem vivus fecit; 3. nihil sibi ablatum existimans, quod in filium contulisset; sinceriusque gaudium ex procreatione capturus, si insignia majestatis suæ vivus in filio conspexisset. 4. Sed Darius, post nova paternæ pietatis exempla, interficiendi patris consilium cepit. 5. Sceleratus, si solus parricidium cogitasset; tanto sceleratior, quod in societatem facinoris assumtos quinquaginta fratres fecit parricidas. 6. Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo[c] non solum sociari,

---

1 Coll. N. *centum duodecim.*—2 Med. Bodl. Coll. N. *Dareus*, ut xi. 8. 6. ‘Dareo,’ et cap. 9. 8. ‘Darei’ ex eod. Ms. Med. Val. M. vi. 3. Ext. 2. ex cod. Andino ‘Dareum regem.’ Diphthongus ει per secundam et tertiam vocalem efferri solet, ut Ἀλεξάνδρεια, ‘Alexandrea’ et ‘Alexandria;’ Κασσάνδρεια, ‘Cassandrea’ inf. xxiv. 2. 11. et cap. 3. 3. et ‘Cassandria’ ap. Liv. xliii. 10. Ἡράκλεια, ‘Heraclea’ et ‘Heraclia.’ Hinc ‘Heracleensis,’ et ‘Heracliensis’ in Mss. inf. xvi. 3. 9. et 7. 11. Prius placuit Livio xxxvi. 22. ‘Heracleensis ager:’ posterius Cic. pro Arch. 4. ‘Heracliensibus’ et ‘Heraclienses.’—3 Med. Leid. 2. 5. *Arirates.* 4. *Aralratus.* Magl. *Arialarcus.* Rom.

NOTÆ

[a] *Filii fuere*] 360. concubinas habebat, ex Plut.

* A. M. 3689. Ol. 103. 4. U. C. 388. Ant. Ch. 363.

[b] *Per indulgentiam*] Ne regnum post ejus mortem novis bellis fratrumque dissidiis turbaretur.

[c] *In tanto populo*] I. e. in tanta con-

verum etiam sileri, parricidium potuit: ut ex quinquaginta liberis nemo inventus sit, quem aut paterna majestas, aut veneratio senis, aut indulgentia patris, a tanta sceleris[4] immanitate revocaret. 7. Adeone vile paternum nomen apud tot numero filios fuit,[5] ut, quorum præsidio tutus etiam adversus hostes esse debuerat, eorum insidiis circumventus, tutior ab hostibus quam a filiis fuerit?

CAP. II. 1. Causa parricidii sceleratior ipso parricidio fuit. 2. Occiso quippe Cyro fraterno[1] bello, cujus mentio supra habita est, Aspasiam pellicem ejus rex Artaxerxes in matrimonium receperat. 3. Hanc patrem cedere sibi, sicuti regnum, Darius postulaverat: qui pro indulgentia sua in liberos primo facturum se dixerat: 4. mox pœnitentia ductus, ut honeste negaret, quod temere promiserat, Solis eam sacerdotio[d] præfecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur. 5. Hinc exacerbatus juvenis in jurgia primo patris erupit: mox facta cum fratribus conjuratione, dum patri insidias parat,[e] deprehensus[f] cum sociis, pœnas parricidii Diis paternæ majestatis ultoribus dedit. 6. Conjuges quoque omnium cum liberis, ne quod vestigium tanti sceleris extaret, interfectæ. 7. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit, rex quam pater felicior.

CAP. III. 1. Hæreditas regni Ocho[g] tradita,† qui, timens

Ariaractes. Flor. Ald. Junt. *Ariarchus.*—4 *Scel.* addidi ex Magl. Dorvil. 1. ed. Rom. Junt. Cicero pro Cælio 6. 'Nisi tot vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis et patientiæ radicibus niteretur.' Gell. xx. 1. f. 'Eo consilio tanta immanitas pœnæ denuntiata est.'—5 Malebat Avus II. Obs. 14. *fuisse.*

1 Ald. Junt. *fratre in.*

NOTÆ

juratorum multitudine.

[d] *Solis eam sacerdotio*] Non Solis, sed Dianæ, quæ Ecbatanis colebatur, factam sacerdotem scribit Plut.

[e] *Insidias parat*] Impulsore Teribazo.

[f] *Deprehensus*] Manifesto in scelere, opera Eunuchi, Artaxerxis jussu, una cum fratribus eorumque conjugibus occisus est: quod visum est aliquanto crudelius; licet lex sit ap. Persas, qua reorum affines simul cum ipsis perire jubeantur; sed Ochi crudelitas Artaxerxi clementiæ famam conciliavit.

[g] *Ocho*] Qui vivo patre e fratribus alterum calumniis ad venenum compulerat, alterum decrepiti patris delicias per Herpatem Teribazi fil. curaverat interfici. Plut.

† A. M. 3690. Ol. 104. 1. U. C. 388. Ant. Ch. 362.

parem conjurationem, regiam cognatorum cæde et strage principum replet, nulla non sanguinis,[h] non sexus, non ætatis, misericordia permotus; scilicet ne innocentior fratribus parricidis haberetur. 2. Atque ita veluti purificato[1] regno, bellum Cadusiis[i] infert. 3. In eo cum[2] adversus provocatorem hostium Codomannus[3k] quidam omnium[4] favore processisset, hoste[5] cæso, victoriam suis pariter et prope[6] amissam gloriam restituit. 4. Ob hæc decora idem Codomannus præficitur Armeniis.[l] 5. Interjecto deinde tempore, post mortem Ochi[m] regis, ob memoriam pristinæ virtutis,[n] rex a populo[o] constituitur,‡ Darii nomine, ne quid regiæ majestati deesset, honoratus; 6. bellumque cum Alexandro Magno, diu variante fortuna, magna

1 Rom. *pacifico.* Vincent. 'pacificato.'—2 Mss. ed. Bong. omittunt *cum.* —3 Med. *Godomanis*, et paulo post cum vetustis edd. *Codomanus.* Periz. utroque loco *Codonianus.*—4 Mss. ed. Bech. Med. Bong. *q. cum o.*—5 Coll. N. *In eo adv. prov. h. Codomannus quidam cum o. f. processit, et h.* quomodo legend. suspicabatur Freinsh. *Quidam* abest ab ed. Rom. Vincent. IV. 90. 'In quo bello adversus procuratorem hostium Codomanus quidam cum o. f. processit, et, hoste cæso, victoriam suis obtinuit.'—6 Med. Bodl. Coll. N. Leid. 2. 5. *et belli pr.*

NOTÆ

[h] *Non sanguinis, &c.*] Auctor est Curtius 80. fratres Sisygambis Darii matris ab eo esse occisos.

[i] *Cadusiis*] Qui non procul a mari Caspio habitant.

[k] *Codomannus*] Non fuit ex stirpe regia, ex Arrian. et Curtio. Sed Diod. facit eum Arsani, Euseb. Arsami filium, qui frater fuit vel Artaxerxis, vel Ochi.

[l] *Armeniis*] Duplex est Armenia, major et minor; utraque a Cappadocia ad Medos usque trans Euphratem inter Iberiam et Mesopotamiam extenditur; major *Curdistan*, minor *Aladuli*, dicitur.

[m] *Post mortem Ochi*] Alii aliter ejus mortem referunt: cum Ægyptum jamdiu rebellem recuperasset, et sacra eorum irrisisse et Apim mensæ comedendum apposuisse traditur; quod postea Bagoas spado, natione Ægyptius, morte regis ultus est, ut testatur Sulp. Severus, et Ælianus, qui addit ejus corpus, minutas in partes concisum, felibus projectum fuisse.

[n] *Ob memoriam virtutis*] Opera præcipue Bagoæ a satrapis præ ceteris electus est: cum tamen paulo post Bagoas eum tollere veneno tentaret, rex detectis insidiis Bagoam vocat, eumque ad bibendum venenum coëgit. Diod.

[o] *Rex a populo*] Non Ocho tamen successit Darius, sed Arsi Ochi filio minimo, quem Bagoas, occisis fratribus, patri suffecerat; quemque anno imperii 3. ut habet Diod. una cum filiis e vita sustulit. Arrianus tamen ejus cædis Darium accusat.

‡ A. M. 3716. Ol. 110. 3. U. C. 415. Ant. Ch. 336.

virtute gessit. 7. Postremo victus ab Alexandro, et a cognatis occisus, vitam pariter cum Persarum regno finivit.

LIBER XI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Occiso Philippo Alexander filius succedit, et Macedones in officio continet. 2. Idem paternas exequias curat, civitates Græciæ Corinthum evocat, et ab illis dux constituitur. 3. Græcos defectionem molientes coërcet. 4. Thebas, victis incolis, evertit, ipsis quoque Atheniensibus infestus. 5. In novercæ suæ cognatos et in consanguineos suos sævit: deinde bellum Persicum aggreditur. 6. Disciplinam militarem ordinat. Persas prælio superat. 7. Vitatis insidiis, nodum Gordium fatalem callide solvit. 8. Tauro monte transcenso, in gravissimum morbum incidit, et sanitati restituitur. 9. Ad alterum prælium apparatus. Atrox pugna. Strages Persarum et fuga Darii; cujus uxor, mater, filia, captivæ ab Alexandro regie excipiuntur. 10. Persis superatis, a Persarum luxu Alexander superatur. Novæ victoriæ. Tyrus expugnata. 11. Rhodo, Ægypto et Cilicia receptis, pergit ad Jovis Hammonis oraculum. 12. Conditiones pacis a Dario latas non accipit, et regnum ejus totum postulat. 13. Tertium prælium quæ præcesserint. 14. Ejusdem prælii descriptio. Persæ fugantur, victores præda ingenti potiuntur. 15. Darius a suis vinctus, et multis vulneribus confossus, salutem dicit Alexandro, et in morte regium animum prodit. Alexander Darii obitum fletu et regia sepultura decorat.

CAP. I. 1. In exercitu Philippi, sicuti variæ gentes erant, ita, eo occiso, diversi motus animorum fuere. 2. Alii quippe, injusta servitute oppressi, ad spem se libertatis

erigebant: 3. alii, tædio longinquæ militiæ, remissam sibi expeditionem gaudebant: 4. nonnulli facem nuptiis[a] filiæ accensam, rogo patris subditam, dolebant.[a*] 5. Amicos quoque, tam subita mutatione rerum, haud mediocris metus ceperat, reputantes nunc provocatam Asiam; nunc Europam[b] nondum perdomitam; 6. nunc Illyrios, et Thracas, et Dardanos,[1] ceterasque barbaras gentes fidei dubiæ et mentis infidæ: qui omnes populi si pariter deficiant, sisti[2] nullo modo posse. 7. Quis[3] rebus veluti medela quædam interventus Alexandri fuit;[c] 8. qui pro concione ita vulgus omne consolatus hortatusque pro tempore est, ut et metum timentibus demeret, et in spem sui omnes impelleret.[4] 9. Erat hic annos viginti natus: in qua ætate ita moderate de se multa pollicitus est, ut appareret plura eum experimentis reservare.[b] 10. Macedonibus immunitatem cunctarum rerum, præter militiæ vacationem, dedit: quo facto tantum sibi favoris apud omnes[5] conciliavit, ut corpus hominis, non virtutem regis, mutasse se dicerent.

CAP. II. 1. Prima illi cura paternarum exequiarum

[a] *Nonnulli dolebant Philippum interfectum fuisse, dum nuptiæ ipsius filiæ celebrarentur.*

[b] *Ut omnes intelligerent ipsum facturum plura quam promiserat.*

1 Sic Med. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Vulg. *Ill. Thr. Dar.*—2 Ita Leid. 4. Periz. Bodl. probante Avo ad Liv. IV. 12. Coll. N. *hiis resisti.* Rom. *his resisti.* Leid. 2. 5. Junt. *iis resisti*, ut XXIII. 3. 5. ‘ Nuntiantes, Romanis resisti non posse.’ Reliquæ vet. edd. *resisti*, omisso pronom. —3 Magl. *Quibus.* Leid. 4. 5. ed. Bong. *Quis.* Med. Bodl. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *His.* Vid. ad XXIX. 1. 8.—4 Vulg. *et spe omnes impleret.* Leid. 4. Bodl. Periz. Coll. C. C. ed. Bong. *et in spem omnes impelleret.* Med. Leid. 2. 5. ed. Jens. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *et in spem sui o. impell.* Ead. verba etiam miscentur ap. Mamertinum Genethl. Maximiani cap. 2. Vid. notam ad Præf. §. 5. et Triller. III. Obs. Crit. 2.—5 Vulg. *t. s. favorem omnium.* Med. ed. Rom. *t. s. favoris ap. omnes:* ut II. 14. 9. ‘ tantum spatii:’ et c. 15. init. ‘ tantum incrementi:’ V. 1. 6. ‘ tantum odii:’ et V. 11. 14. ex ed. Ald. Junt. ‘ tantum iræ:’ XI. 13. 9. ‘ tantum sanguinis:’ et 4. 12. ‘ tantum momenti.’ *Apud omnes conciliavit*, ut VII. 5. 8. ‘ Ei apud matrem misericordiam ne parvulus quidem filius conciliaverat.’

NOTÆ

[a] *Facem nuptiis, &c.*] I. e. dum nuptiæ filiæ celebrarentur, dolebant quod occisus esset Philippus.

[a*] A. M. 3718. Ol. 111. 1. U. C. 417. Ant. Ch. 334.

[b] *Nunc Europam*] Nec enim Græci penitus erant eo tempore domiti.

[c] *Alexandri fuit*] Quidam ap. Plut. eum non Philippi, sed Pausaniæ et Olympiadis, filium putarunt.

fuit; in quibus ante omnia cædis conscios ad tumulum patris occidi jussit. 2. Soli Alexandro Lyncistæ[1 d] fratri pepercit, servans in eo[2] auspicium dignitatis[3] suæ: nam regem eum primus salutaverat. 3. Æmulum quoque imperii Caranum fratrem ex noverca susceptum interfici curavit. 4. Inter initia multas gentes rebellantes[e] compescuit; orientes nonnullas seditiones extinxit.[f] 5. Quibus rebus erectus, citato gradu in Græciam contendit: ubi, exemplo patris Corinthum evocatis civitatibus, dux in locum ejus substituitur.[g] 6. Inchoatum deinde a patre Persicum bellum aggreditur: 7. in cujus apparatu occupato nuntiatur 'Athenienses et Thebanos ab eo ad Persas defecisse, auctoremque ejus defectionis, magno auri pondere a Persis corruptum, Demosthenen oratorem extitisse;† 8. qui Macedonum deletas omnes cum rege copias a Triballis affirmaverit,[4] producto in concionem auctore, qui in eo prælio, in quo rex ceciderit, se quoque vulneratum diceret. 9. Qua opinione mutatos omnium ferme civitatium animos esse: præsidia Macedonum obsideri.' 10. Quibus motibus occursurus, tanta celeritate instructo paratoque exercitu

1 Ita ex Junt. cui consentit Ald. edidit Græv. Rom. *Lyncistari*. Mss. *Lyncistarum* cum ed. Flor. Par. Bong. vel *Lyncestarum* cum Med. quod Munker. ad Hygin. Fab. 255. eod. modo dictum existimat, quo 'Tullia,' 'Lucretia, Romanorum,' 'Pomona Hamadryadum.'—2 Bong. *ser. sane a.*—3 Rom. *auspicia majestatis.*—4 Bodl. Coll. N. *affirmaverat.*

NOTÆ

[d] *Lyncistæ* [*Lyncestarum*] Lyncestis regio est Macedoniæ mediterranea, per quam Lyncestius fl. decurrit.

[e] *Gentes rebellantes*] Thracas, Triballos, et Getas Istri accolas mira celeritate vicit, quod pluribus Arrianus persequitur.

[f] *Seditiones extinxit*] Et in Græcia et in Asia; hic enim Attalum, illic Demosthenem, pecunia Darius corruperat; sed Alexander illum Hecatæi et Parmenionis opera necari curavit; hunc ipse ducto in Athenienses exercitu compescuit.

[g] *Substituitur*] Ab omnibus Græciæ populis præter Lacedæmonios, qui non alios sectari, sed aliis præesse Lacedæmonios solere, jactabant. Athenienses enim, licet, Demosthenis consilium secuti, audita Philippi morte, sacrificassent et coronam decrevissent Pausaniæ, Alexandri tamen adventu territi, plura illi quam Philippo concesserunt.

† A. M. 3719. Ol. III. 2. U. C. 418. Ant. Ch. 333.

Græciam oppressit, ut, quem venire non senserant, videre se vix crederent.

CAP. III. 1. In transitu hortatus Thessalos fuerat; beneficiorumque Philippi patris maternæque suæ cum his ab Æacidarum[h] gente necessitudinis admonuerat. 2. Cupide hæc Thessalis audientibus, exemplo patris dux universæ gentis creatus erat, et vectigalia omnia reditusque suos ei tradiderant. 3. Sed Athenienses, sicuti primi defecerant, ita primi pœnitere cœperunt; 4. contemtum hostis in admirationem vertentes,[1] pueritiamque Alexandri spretam antea supra virtutem veterum ducum extollentes. 5. Missis itaque legatis,[i] bellum deprecantur: quibus auditis et graviter increpatis,[2 k] Alexander bellum remisit. 6. Inde Thebas exercitum convertit, eadem indulgentia usurus,[l] si parem pœnitentiam invenisset. 7. Sed Thebani armis, non precibus, nec deprecatione, usi sunt. Itaque victi[m] gravissima quæque supplicia[n] miserrimæ captivitatis experti sunt. 8. In consilio[3] cum de excidio urbis deliberaretur, Phocenses et Platæenses et Thespienses[o] et Orchomenii,[p] Alexandri socii, victoriæque participes, excidia urbium suarum crudelitatemque Thebanorum referebant; 9. studia in Persas non præsentia tantum, verum et vetera adversus

1 Saxo XI. p. 205. f. 'Ultione in admirationem versa.' Bech. *in admiratione convertentes.* Male.—2 Junt. *increpitis.*—3 Rom. *in concil.* Ita VIII. 1. 4.

NOTÆ

[h] *Æacidarum*] Qui ab Æaco Jovis ex Europa fil. ducebant originem; unde orta fuerat Olympias.

[i] *Missis itaque legatis*] In quibus fuit Demosthenes, qui, sibi ab Alexandro metuens, medio ex itinere domum reversus est.

[k] *Increpatis*] Diod. ait Alexandrum perhumaniter legatis respondisse.

[l] *Indulgentia usurus*] Ubi ad Thebarum portas pervenit, rebellionis auctores Prothytem et Phœnicem poposcit; contra Thebani Philotam et Antipatrum, Alexandri amicissimos, sibi dedi jubent. Ita Plut.

[m] *Itaque victi*] Tanta fuit Thebanorum ea in pugna fortitudo, ut Macedones egerint in fugam, eosque vicissent, nisi Alexander instructa phalange in eos irruisset, et Macedones ex arce Cadmæa egressi, eos a tergo adorti, victoriam Alexandro peperissent, uti narrant Arrian. et Diod.

[n] *Supplicia*] 6. millia cæsa sunt, et capta 30. millia, ex Diod. Et nullus etiam fuit seu pueris seu mulieribus veniæ locus.

[o] *Thespienses*] Bœotiæ civitas non procul ab Helicone monte.

[p] *Orchomenii*] Urbs Bœotiæ propter Cephissum fl.

Græciæ libertatem, increpantes: 10. ‘quamobrem odium[a] eos omnium populorum esse: quod vel ex eo manifestari, quod jurejurando se omnes obstrinxerint, ut, victis Persis, Thebas diruerent.’ 11. Adjiciunt et scelerum priorum fabulas, quibus omnes scenas repleverint,[c] ut non præsenti tantum perfidia, verum et vetere infamia, invisi forent.

Cap. iv. 1. Tunc Cleadas, unus ex captivis, data potestate dicendi, ‘non a rege se defecisse, quem interfectum audierint, sed a regis hæredibus: 2. quicquid in eo sit admissum, credulitatis, non perfidiæ, culpam esse; cujus tamen jam magna se supplicia pependisse, deleta juventute: 3. nunc senum fœminarumque, sicuti infirmum, ita innoxium, restare vulgus, quod ipsum stupris contumeliisque ita vexatum esse, ut nihil amarius unquam sint passi: 4. nec jam pro civibus se, qui tam pauci remanserint, orare; sed pro innoxio patriæ solo, et pro urbe, quæ non viros tantum, verum et Deos, genuerit.’ 5. Privata etiam regem superstitione deprecatur, geniti apud ipsos Herculis, unde originem gens Æacidarum[q] trahat, actæque[1] Thebis a patre ejus Philippo pueritiæ:[z] 6. rogat ‘urbi parcat, quæ majores ejus, partim apud se genitos, Deos adoret; partim educatos,[r] summæ majestatis reges viderit.’ 7. Sed potentior fuit ira, quam preces. Itaque urbs diruitur:[s‡] agri inter victores dividuntur: captivi sub corona[t] venduntur; 8. quorum pretium non ex ementium commodo, sed ex inimicorum odio, extenditur.[d] 9. Miseranda res Atheniensibus visa. Itaque portas refugiis profugorum contra interdictum regis aperuere.[e] 10. Quam rem ita graviter tulit Alexander, ut, secunda legatione denuo bellum deprecantibus, ita demum remiserit, ut oratores[u] et duces, quorum fiducia toties rebellent, sibi dedantur: 11. paratisque Atheniensibus, ne cogantur[2] subire bellum, eo res deducta est, ut, retentis oratoribus, duces in exilium agerentur; 12. qui, ex continenti ad Darium profecti, non mediocre momentum Persarum viribus accessere.

Cap. v. 1. Proficiscens ad Persicum bellum, omnes novercæ suæ cognatos,[w] quos Philippus, in excelsiorem dignitatis locum provehens, imperiis præfecerat, interfecit. 2. Sed nec suis, qui apti regno videbantur, pepercit; ne qua materia seditionis, procul se agente, in Macedonia

[a] *Addunt et fabulas de sceleribus olim commissis a Thebanis, de quibus multæ tragœdiæ in scenis exhibitæ sunt.*

‘Apud commune Græciæ concilium:’ et ix. 5. 2. ‘Conciliumque omnium, veluti unum senatum, ex omnibus legit.’—4 Magl. *odio.* Rom. *odium in.* Præstat vulgatum. Plaut. Curcul. i. 3. 35. ‘Tun’ etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?’ Truc. ii. 2. 65. ‘Sed eccum odium progreditur meum,’ et Rud. ii. 2. 13. ‘Deorum odium atque hominum, malum, malique vitii probrique plenum, Qui duceret mulierculas duas secum satis venustas.’ Soph. Elect. 771. Ἄγετε τὸ μῖσος, ὡς κατ’ ὄμματ’ αὐτίκα Παρόντι θνήσκῃ πλησία τῷ νυμφίῳ. Schol. Ἄγαγε τὸ μῖσος. τὴν Ἀντιγόνην φησίν. D. Paul. ad Ephes. v. 7. Ἦτε γάρ ποτε σκότος. Val. M. ix. 1. Ext. 5. ‘Jam Ptolemæus accessio vitiorum suorum vixit.’ Min. Fel. 24. ‘Dum fieri malunt alieni erroris accessio, quam sibi credere.’ Vid. Avum ad Sen. Herc. F. 1157.

1 *Aptæque* Leid. 2.—2 Med. Leid. 3. 4. Bodl. Ald. *actæque....pueritiæ.* Leid.

NOTÆ

[q] *Gens Æacidarum*] Longe fallitur Justinus: nam Æacidæ ad Æacum Achillis avum Jovisque ex Europa filium referebant originem; Herculis vero posteri non Æacidæ, sed Heraclidæ, dicti sunt; unde genus paternum per Caranum ducebat Alexander.

[r] *Partim educatos*] Bacchum et Herculem.

[d] *Quorum pretium crevit, non ex utilitate eorum qui emebant, sed ex odio inimicorum.*

[e] *Quare receperunt in urbibus profugos ab exercitu Alexandri, contra ipsius mandatum.*

4. *auctæque....propueritiæ.* Rom. *actaque Th. propueritia a Ph. patre ejus.*—3 Med. Ms. Bong. *ne hæc c.* probante Avo. Rom. *ne hoc cogerentur.* Liv. iv. 26. ‘Siquidem cogi aliquid pro potestate ab tribuno consules:’ ubi *aliquid* merito tuetur Avus.

NOTÆ

[s] *Urbs diruitur*] Hæc fusius Arrian. Cadmæam arcem præsidio firmavit, solo æquavit urbem, agros in socios distribuit, cives omnes utriusque sexus redegit in servitutem: referunt tamen nonnulli Pindari domum ejusque stirpem ab Alexandro servatam.

‡ A. M. 3719. Ol. 111. 2. U. C. 418. Ant. Ch. 333.

[t] *Sub corona*] Jure belli captivos venire coronatos mos erat, ex Agell.

[u] *Ut oratores*] Phocion infensus Demostheni eos dedi pro salute patriæ jussit; sed prohibuit populus, oratione flexus Demosthenis, in qua fabulam de ovibus, quæ canes tradere juberentur, attulit; et Demades acceptis a Demosthene talentis 5. auctor fuit Alexandro, ut retineret oratores, duces vero foras ejiceret. Diod. et Plut.

[w] *Novercæ cognatos*] De cognatorum morte nihil habent Diod. et Arrian. sed referunt Alexandrum ludis, sacrificiis, et conviviis duxisse tempus, dum profectio pararetur.

remaneret: 3. et[1] reges[2] stipendiarios conspectioris[3] ingenii ad commilitium secum trahit;[f] segniores ad tutelam regni relinquit. 4. Adunato deinde exercitu naves onerat; unde conspecta Asia, incredibili ardore mentis accensus, duodecim aras[x] Deorum in belli vota statuit. 5. Patrimonium omne suum, quod in Macedonia Europaque habebat, amicis dividit, 'sibi Asiam sufficere' præfatus.* 6. Priusquam ulla navis littore excederet, hostias cædit, petens 'victoriam bello, quo toties a Persis petitæ[4] Græciæ ultor electus sit: 7. quibus longa jam satis et matura imperia contigisse, quorumque tempus esse vices excipere melius acturos.'[g] 8. Sed nec exercitus ejus alia quam regis animorum præsumtio fuit: 9. quippe obliti omnes conjugum, liberorumque, et longinquæ a domo militiæ, Persicum aurum et totius Orientis opes, jam quasi suam prædam, ducebant; nec belli periculorumque, sed divitiarum, meminerant. 10. Cum delati in continentem essent, primus[5] Alexander jaculum velut in hostilem terram jecit; armatusque de navi tripudianti similis[y] prosiluit; 11. atque ita hostias cædit, precatus, 'ne se regem illæ terræ invitæ accipiant.' 12. In Ilio

f Adduxit secum ad bellum reges stipendiarios, qui inquieti ingenii et bellicosi videbantur.

g Quos Persas jam satis diu imperium tenuisse, et tempus venisse, quo post eos imperare debeant qui fortiora facturi sunt.

1 *Et* delend. censebat Freinsh. eamque nescit Coll. N.—2 *Regis* Leid. 1. ed, Bong. *regios* Magl. ed. Rom. Ald. idemque in exemplaribus typis excusis reperit Bongarsius, cujus editioni Lips. ascripserat: 'Leg. *regios*.'—3 Ald. Junt. *suspect*.—4 Med. Leid. 2. 5. Bodl. *appet*.—5 Parenti ad Arrian. 1. 11. p. 24. τὸ 'primus' transponend. videbatur post 'armatusque.' Ita enim Arrian. Λέγουσι δὲ καὶ πρῶτον ἐκ τῆς νεὼς σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκβῆναι αὐτὸν ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσίαν. Gualter. 1. Alex. 384. 'Tantum aberat classis portus statione, lapillum Quantum funda potest celeri transmittere jactu. Eminus emissa Pellæus arundine terram Vulnerat hostilem, faustumque hoc prædicat omen Tota cohors, lætosque ferunt ad sidera plausus. Nec mora: littoreis immergitur uncus arenis. Exonerant primo naves, celerique volatu Exsiliunt,

NOTÆ

[x] *Duodecim aras*] Hoc inter 'altare' et 'aram' discrimen est; quod in altari et adoleatur victima, et Diis superis sacrificium fiat; ara vero et Diis Inferis esset sacra, et libatio tantum in ea fieret.

* A. M. 3720. Ol. 111. 3. U. C. 419. Ant. Ch. 332.

[y] *Tripudianti similis*] Hastam e navi jaculatus desiliit in terram, a Diis ipsis Asiam hasta subactam accipere se clamitans.

quoque ad tumulos heroum,[6z] qui Trojano bello ceciderant, parentavit.

CAP. VI. 1. Inde hostem petens, milites a populatione Asiæ prohibuit, 'parcendum suis rebus' præfatus, 'nec perdenda ea, quæ possessuri[1] venerint.' 2. In exercitu ejus fuere peditum triginta duo millia,[a] equitum quatuor millia quingenti, naves centum octoginta duæ.[2] 3. Hac tam parva manu universum terrarum orbem utrum[3] admirabilius vicerit, an[4] aggredi ausus fuerit, incertum est. 4. Cum ad tam periculosum bellum exercitum legeret, non juvenes robustos, nec primum florem[5] ætatis, sed veteranos; plerosque etiam emeritæ militiæ, qui cum patre patruisque[6] militaverant, elegit: 5. ut non tam milites quam magistros militiæ electos putares. 6. Ordines quoque nemo nisi sexagenarius duxit: ut, si principia castrorum cerneres, senatum te alicujus priscæ[7] reipublicæ videre diceres. 7. Itaque nemo in prælio fugam sed victoriam cogitavit; nec in pedibus cuiquam spes, sed in lacertis, fuit. 8. Contra rex Persarum Darius, fiducia virium, nil astu agere, affir-

viridique locant in littore castra.'—6 *Heroum* pro *eorum* correxit Sebis. cujus ingeniosam conjecturam firmat ed. Rom. in qua extat *eroum*.

1 Ortwin. malebat *possessum*.—2 Oros. III. 16. 'Equitum quatuor millia ducenti (optimus Flor. cum Frec. 1. 4. 22. *quingenti*) et naves centum et octoginta.' Matthæus Westmonast. Æt. v. 7. 'Habens in exercitu peditum 30000. equitum 4050.' Junt. *naves centum* LXXXIII. Coll. N. *naves centum* LXXX. ut Oros. Frec. et Gualter. 1. Alex. qui in peditum et equitum atque navium numero Justinum sequitur. Ita enim ille d. l. 254. 'Præterea peditum quater octo millia bello Instaurat:' et 243. 'Lectosque ad bella Quirites Dividit in turmas, quorum bis millia bina Quingentique equitum numerus fuit:' et 353. 'Inde rates variis rerum speciebus onustat, Nec tanto libuit paucas adhibere labori. Namque quater ductus, nisi ter senarius obstet, Navigii numerum quinquagenarius æquat.'—3 Ita Med. Leid. 3. Rom. Ald. Junt. pro olim vulg. *utr. sit*.—4 Oros. et Frec. (ap. quem vitiose editum *Ac tam parua*) 'utr. adm. sit quod vic. an quod.' Pro *quod* utroque loco ap. Frec. et in duobus Mss. Flor. Orosii legitur 'quia.'—5 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *primo flore*.—6 Coll. N. *patruoque*. Ald. Junt. *qui c. patre usque*.—7 Med. Leid. 4. 5. *pr. alic*. Matthæus Westmon. d. l. 'Et, si principes castrorum cerneres, senatum te cernere, non militiæ duces, existimares. Nemo

NOTÆ

[z] *Heroum*] Achillis, Ajacis, et aliorum, quos versibus suis Homerus commendavit.

[a] *XXX. duo millia*] Peditum 30. M. equitum 5. M. numerat Arrian. addidtque, Parmenonem cum 160. triremibus in Asiam trajecisse, Alexandrum vero cum 50. navibus longis, ex Diod.

mans suis, ‘occulta consilia victoriæ furtivæ convenire:’ 9. nec hostem regni finibus arcere, sed in intimum regnum[b] accipere; gloriosius ratus repellere bellum, quam non admittere. 10. Prima igitur congressio in campis Adrastiæ[8 c] fuit. 11. In acie Persarum sexcenta millia[d] militum[9] fuere; quæ, non minus arte Alexandri,[e] quam virtute Macedonum superata, terga verterunt.[f] Magna itaque cædes Persarum fuit. 12. De exercitu Alexandri novem pedites, centum viginti equites, cecidere;[g] 13. quos rex impense ad ceterorum exemplum[10] humatos statuis equestribus donavit, cognatisque eorum immunitates dedit. 14. Post victoriam major pars Asiæ[h] ad eum defecit. 15. Gessit et plura bella cum præfectis[i] Darii, quos jam non tam armis, quam terrore nominis sui, vicit.

Cap. vii. 1. Dum hæc aguntur, interim indicio captivi ad eum defertur, ‘insidias ei ab Alexandro[k] Lyncista,’

denique illorum in prælio fugam sed victoriam cogitavit.’—8 Coll. N. ed. Rom. *Adrasteis.* Bech. Ven. Flor. *Adrastis.* Matthæus ‘Adrasti.’—9 Ita Mss. atque edd. ante Grævianam A. 1683. e qua excidit *militum.*—10 Med. Leid. 2. 5. Bodl. Periz. ed. Jens. Bech. Ven. Par. Ald. Junt. *ad cet. solatia.*

NOTÆ

[b] *In intimum regnum*] Suadebat Memnon Rhodius, ut, vastatis longe lateque agris, ne Alexander ulterius progrederetur, totam belli molem Darius in Europam transportaret: sed contraria satraparum sententia vicit, ut contra Macedonas dimicaretur.

[c] *In campis Adrastiæ*] Quos alluit Granicus fl. a quo hoc prælium dicitur ‘ad Granicum.’

[d] *Sexcenta millia*] Peditum 100. millia, 10. equitum millia numerant bene multi: equitum 20. millia recenset Arrian.

[e] *Alexandri*] Qui primus hostes vertit in fugam, Spithrobatemque Darii generum eximiæ fortitudinis virum peremit, a quo, nisi Clitus affuisset, occisus erat.

[f] *Terga verterunt*] In ipso Granici transitu acre certamen fuisse scribunt Arrian. et Plut. sed affirmat Diod. Alexandrum fluvio sub primam diei lucem transmisso aciem instruxisse.

[g] *Cecidere*] Peditum 10. millia, 2. equitum periere, hostes vivi capti sunt ultra 20. millia.

[h] *Major pars Asiæ*] Sardes, Tralles, Ephesum, Magnesiam, aliasque urbes deditione cepit.

[i] *Cum præfectis*] Præcipue cum Memnone, quem post acre certamen expulit Mileto et Halicarnasso; ubi Macedonum fortissimi, et Memnonis et Ephialtis Atheniensis virtute, ceciderunt. Hæc Diod. Curt. et alii.

[k] *Ab Alexandro*] Qui nuper, de Philippi morte suspectus, per Amyntam Dario significavit, se Alexandro, si velit, mortem illaturum; cui Da-

genero Antipatri, qui præpositus Macedoniæ erat, ‘parari.’ 2. Ob quam causam timens, ne quis interfecto eo in Macedonia motus oriretur, in vinculis eum habuit. 3. Post hæc Gordium[1 l] urbem petit, quæ posita est inter Phrygiam Majorem et Minorem: 4. cujus urbis potiundæ non tam propter prædam cupido eum cepit, sed quod audierat in ea urbe, in templo Jovis, jugum plaustri Gordii positum; ‘cujus nexum si quis solvisset, eum tota Asia regnaturum,’ antiqua oracula cecinisse. 5. Hujus rei causa et origo illa fuit. Gordius cum in his regionibus bubus conductis araret, aves cum omnis generis circumvolare cœperunt.[k] 6. Profectus ad consulendos augures vicinæ[2] urbis, obviam in porta habuit virginem eximiæ pulchritudinis; percontatusque est[3] eam, ‘quem potissimum augurem consuleret.’ 7. Illa, audita causa consulendi, gnara artis ex disciplina parentum, ‘regnum ei portendi,’ respondit; polliceturque ‘se et matrimonii et spei sociam.’ 8. Tam pulchra conditio prima regni felicitas videbatur. 9. Post nuptias inter Phrygas orta seditio est. 10. Consulentibus de fine discordiarum oracula responderunt, ‘regem[4] discordiis opus esse.’ 11. Iterato quærentibus de persona regis, jubentur eum regem observare, quem reversi primum in templum Jovis euntem plaustro reperissent. 12. Obvius illis Gordius fuit, statimque eum regem consalutant. 13.

[k] *Volucres omnis generis cæperunt circa illum volare.*

1 Mss. *Gordien.* Oros. et Frec. ‘Gordien Phrygiæ civitatem, quæ nunc Sardis vocatur.’ Rom. *Gordiem.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. *Gordin.* Ald. Junt. *Gordieum:* quo nomine etiam hanc urbem appellat Gualter. II. Alex. 68. ‘Gordieum veteres, Sardis dixere minores:’ ubi *minores* pro vulg. *moderni* optime ex Mss. restituit Guggerus. Ita id. I. 298. ‘Progenitos serpente patres semperque minores Cordibus infusum patrium servasse venenum.’—2 *Vic.* tuetur Parens ad Arrian. II. de Exped. Alex. 2.—3 Med. Leid. 1. 2. 5. ed. Viennensis *percontatusque.* Magl. Coll. N. ed. Rom. *percontatusque est.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *percunctatusque:* quomodo edidit G. Major. Best. in Ratione emend. Leg. 25. malebat *percontatur.*—4 Magl. ed.

NOTÆ

rius per Asisemem, et Macedoniæ regnum, et mille insuper talenta, promisit; sed Asisemes in via a Parmenione comprehensus rem totam patefecit. Diod. addit Alexandrum a matre Darii hac de re monitum per literas.

[l] *Gordium*] Urbem magnæ Phrygiæ ad Sangarium fl.

mans suis, ‘occulta consilia victoriæ furtivæ convenire:’ 9. nec hostem regni finibus arcere, sed in intimum regnum[b] accipere; gloriosius ratus repellere bellum, quam non admittere. 10. Prima igitur congressio in campis Adrastiæ[a] [c] fuit. 11. In acie Persarum sexcenta millia[d] militum[g] fuere; quæ, non minus arte Alexandri,[e] quam virtute Macedonum superata, terga verterunt.[f] Magna itaque cædes Persarum fuit. 12. De exercitu Alexandri novem pedites, centum viginti equites, cecidere;[g] 13. quos rex impense ad ceterorum exemplum[10] humatos statuis equestribus donavit, cognatisque eorum immunitates dedit. 14. Post victoriam major pars Asiæ[h] ad eum defecit. 15. Gessit et plura bella cum præfectis[i] Darii, quos jam non tam armis, quam terrore nominis sui, vicit.

Cap. vii. 1. Dum hæc aguntur, interim indicio captivi ad eum defertur, ‘insidias ei ab Alexandro[k] Lyncista,’

denique illorum in prælio fugam sed victoriam cogitavit.’—8 Coll. N. ed. Rom. *Adrasteis.* Bech. Ven. Flor. *Adrastis.* Matthæus ‘Adrasti.’—9 Ita Mss. atque edd. ante Grævianam A. 1683. e qua excidit *militum.*—10 Med. Leid. 2. 5. Bodl. Periz. ed. Jens. Bech. Ven. Par. Ald. Junt. *ad cet. solatia.*

NOTÆ

[b] *In intimum regnum*] Suadebat Memnon Rhodius, ut, vastatis longe lateque agris, ne Alexander ulterius progrederetur, totam belli molem Darius in Europam transportaret: sed contraria satraparum sententia vicit, ut contra Macedonas dimicaretur.

[c] *In campis Adrastiæ*] Quos alluit Granicus fl. a quo hoc prælium dicitur ‘ad Granicum.’

[d] *Sexcenta millia*] Peditum 100. millia, 10. equitum millia numerant bene multi: equitum 20. millia recenset Arrian.

[e] *Alexandri*] Qui primus hostes vertit in fugam, Spithrobatemque Darii generum eximiæ fortitudinis virum peremit, a quo, nisi Clitus affuisset, occisus erat.

[f] *Terga verterunt*] In ipso Granici transitu acre certamen fuisse scribunt Arrian. et Plut. sed affirmat Diod. Alexandrum fluvio sub primam diei lucem transmisso aciem instruxisse.

[g] *Cecidere*] Peditum 10. millia, 2. equitum periere, hostes vivi capti sunt ultra 20. millia.

[h] *Major pars Asiæ*] Sardes, Tralles, Ephesum, Magnesiam, aliasque urbes deditione cepit.

[i] *Cum præfectis*] Præcipue cum Memnone, quem post acre certamen expulit Mileto et Halicarnasso; ubi Macedonum fortissimi, et Memnonis et Ephialtis Atheniensis virtute, ceciderunt. Hæc Diod. Curt. et alii.

[k] *Ab Alexandro*] Qui nuper, de Philippi morte suspectus, per Amyntam Dario significavit, se Alexandro, si velit, mortem illaturum; cui Darius per Asisemem, et Macedoniæ regnum, et mille insuper talenta, promisit; sed Asisemes in via a Parmenione comprehensus rem totam patefecit. Diod. addit Alexandrum a matre Darii hac de re monitum per literas.

[l] *Gordium*] Urbem magnæ Phrygiæ ad Sangarium fl.

genero Antipatri, qui præpositus Macedoniæ erat, ‘parari.’ 2. Ob quam causam timens, ne quis interfecto eo in Macedonia motus oriretur, in vinculis eum habuit. 3. Post hæc Gordium[1] [l] urbem petit, quæ posita est inter Phrygiam Majorem et Minorem: 4. cujus urbis potiundæ non tam propter prædam cupido eum cepit, sed quod audierat in ea urbe, in templo Jovis, jugum plaustri Gordii positum; ‘cujus nexum si quis solvisset, eum tota Asia regnaturum,’ antiqua oracula cecinisse. 5. Hujus rei causa et origo illa fuit. Gordius cum in his regionibus bubus conductis araret, aves eum omnis generis circumvolare cœperunt.[k] 6. Profectus ad consulendos augures vicinæ[2] urbis, obviam in porta habuit virginem eximiæ pulchritudinis; percontatusque est[3] eam, ‘quem potissimum augurem consuleret.’ 7. Illa, audita causa consulendi, gnara artis ex disciplina parentum, ‘regnum ei portendi,’ respondit; polliceturque ‘se et matrimonii et spei sociam.’ 8. Tam pulchra conditio prima regni felicitas videbatur. 9. Post nuptias inter Phrygas orta seditio est. 10. Consulentibus de fine discordiarum oracula responderunt, ‘regem[4] discordiis opus esse.’ 11. Iterato quærentibus de persona regis, jubentur eum regem observare, quem reversi primum in templum Jovis euntem plaustro reperissent. 12. Obvius illis Gordius fuit, statimque eum regem consalutant. 13.

[k] *Volucres omnis generis cœperunt circa illum volare.*

1 Mss. *Gordien.* Oros. et Frec. ‘Gordien Phrygiæ civitatem, quæ nunc Sardis vocatur.’ Rom. *Gordiem.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. *Gordin.* Ald. Junt. *Gordieum:* quo nomine etiam hanc urbem appellat Gualter. II. Alex. 68. ‘Gordieum veteres, Sardis dixere minores:’ ubi *minores* pro vulg. *moderni* optime ex Mss. restituit Guggerus. Ita id. I. 298. ‘Progenitos serpente patres semperque minores Cordibus infusum patrium servasse venenum.’—2 *Vic.* tuetur Parens ad Arrian. II. de Exped. Alex. 2.—3 Med. Leid. 1. 2. 5. ed. Viennensis *percontatusque.* Magl. Coll. N. ed. Rom. *percontatusque est.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *percunctatusque:* quomodo edidit G. Major. Best. in Ratione emend. Leg. 25. malebat *percontatur.*—4 Magl. ed.

NOTÆ

Ille plaustrum,[m] quo vehenti regnum delatum fuerat,[5] in templo Jovis positum, Majestati regiæ consecravit.[6] 14. Post hunc filius Mida[n] regnavit, qui, ab Orpheo[o] sacrorum solennibus initiatus, Phrygiam religionibus implevit: quibus tutior omni vita quam armis fuit. 15. Igitur Alexander, capta urbe, cum in templum Jovis venisset, jugum plaustri Gordii requisivit: 16. quo exhibito, cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non posset, violentius oraculo usus, gladio loramenta[p] cædit: atque ita resolutis nexibus, latentia in nodis capita invenit.

Cap. VIII. 1. Hæc illi agenti nuntiatur Darium cum ingenti exercitu adventare. 2. Itaque, timens angustias, magna celeritate Taurum transcendit;[q] in qua festinatione quingenta stadia cursu fecit. 3. Cum Tarsum[r] venisset, captus Cydni[s] fluminis amœnitate per mediam urbem fluentis,[1] projectis armis, plenus pulveris ac sudoris in præfrigidam undam[2] se projecit.[3] 4. Tum repente tantus nervos ejus occupavit rigor, ut, interclusa voce, non spes

Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *rege.*—5 Med. Coll. N. Leid. 2. 5. *quo vehente, regn. ei delatum* (L. 2. *delatum ei*) *fuerat*: 1. 3. *quo vehenti pax sibi sive regn. d. f.* 4. *quo vehenti passive r. d. f.* Istud *passive* prius margini ascriptum postea in *pax sibi sive* migrasse vere suspicatur Bong. in Var. Lect. —6 Bech. Flor. Ald. Junt. *cons. reg.*

1 Vulg. *infl.* Coll. N. *fl.* idemque in tertio Dorvil. reperit Wopkens. Gualterus II. 145. ‘Purus et illimis mediam perlabitur urbem Cydnus.’—2 Bech. Ven. Flor. Med. Par. *in p. nudum und.* Junt. *in p. und. nudum.*—3 Rom.

NOTÆ

[m] *Plaustrum*] Multi *jugum plaustri* legend. putant.

[n] *Filius Mida*] Si Midas cum Phrygibus in Asiam transiit, ut multi perhibent, filius Gordii esse non potuit: de quo fabulantur poëtæ, quicquid manibus attigisset, in aurum conversum fuisse.

[o] *Ab Orpheo*] Qui Thrax genere fuit, Calliopes et Apollinis fil. musicus et poëta insignis: de quo multa poëtæ commenti sunt.

[p] *Gladio loramenta*] Arrian. ex Aristobulo scribit Alexandrum, exemto paxillo temonis (erat is clavus ligneus per medium temonem trajectus, cui vinculum astrictum erat) jugum temoni detraxisse.

[q] *Taurum transcendit*] Mons est Asiæ maximus: a Lycia, ubi incipit ad Occasum, usque in Ortum perductus varia sortitur nomina; in Cilicia Taurus; in Armenia Antitaurus; in Syria Amanus; in Mesopotamia Niphates; in Iberia Caucasus dicitur: nunc *Caraman*.

[r] *Tarsum*] Urbem Ciliciæ præcipuam, ad Cydnum. *Tarso*.

[s] *Cydni*] Qui Tarsum nigras volvens aquas præterfluit.

modo remedii, sed nec dilatio periculi, inveniretur.[4] 5. Unus erat ex medicis, nomine Philippus, qui solus remedium polliceretur. Sed et ipsum Parmenionis pridie a Cappadocia missæ epistolæ suspectum faciebant; 6. qui ignarus infirmitatis Alexandri scripserat, ‘a Philippo medico caveret: nam corruptum illum a Dario ingenti pecunia esse.’ 7. Tutius tamen est ratus, dubiæ se fidei medici credere, quam indubitato morbo perire. 8. Accepto igitur poculo, epistolas[4] medico tradidit; atque ita inter bibendum oculos in vultum legentis intendit. 9. Ut securum conspexit, lætior factus est, sanitatemque quarta die recepit.

Cap. IX. 1. Interea Darius cum quadringentis[t] millibus[t] peditum ac centum millibus equitum in aciem procedit.[‡] 2. Movebat hæc multitudo hostium, respectu paucitatis suæ, Alexandrum: sed interdum reputabat, quantas res cum ista paucitate gessisset, quantosque populos fudisset. 3. Itaque cum spes metum vinceret, periculosius differre bellum ratus, ne desperatio suis cresceret,[2] circumvectus suos, singulas gentes diversa oratione alloquitur: 4. Illyrios et Thracas opum ac divitiarum ostentatione; Græcos veterum bellorum memoria internecivique cum Persis odii accendebat; 5. Macedonas[3] autem nunc Europæ victæ

[1] *Tum continuo ita nimio frigore nervi ejus contracti sunt, ut voce interclusa non tantum spes remedii non superesset, sed nec inveniretur quomodo periculum mortis differretur.*

effudit.—4 *Epistolæ* pro, epistola, ut ap. Hegesipp. I. 45. ‘Nam tum maxime Salomes periculum dolis tentabatur, directis epistolis, quas Salomes nomine Antipater composuerat:’ et Auctorem libr. Maccab. I. 12. 5. ‘Et hoc est exemplum epistolarum, quas scripsit Jonathas Spartiatis:’ et v. 19. ‘Et hoc est rescriptum epistolarum, quas miserat Oniæ:’ et Saxonem XIV. p. 353. 30. ‘Perlectasque epistolas Magnus cum responso excepturus putaretur.’ Med. Bodl. Leid. 5. *epistolam*.

1 Ita Matthæus Æt. v. 8. verum Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Oros. III. 16. et Frec. I. 4. 22. *trecentis*.—2 Scheff. probante Græv. legit *ne d. succresc.* Leid. 1. 5. *ne d. succresc. suis*.—3 Vulg. *Macedones*. Med.

NOTÆ

[t] *Quadringentis millibus*] Arrian. 600. M. alii peditum 400. M. equitum 100. M. numerant.

‡ A. M. 3721. Ol. 111. 4. U. C. 420. Ant. Ch. 331.

admonet, nunc Asiæ expetitæ; nec inventas illis toto orbe pares vires[4] gloriatur. 6. Ceterum et laborum finem hunc, et gloriæ cumulum, fore. 7. Atque inter hæc identidem consistere aciem jubet, ut hac mora consuescant oculis turbam hostium sustinere.[t] 8. Nec Darii segnis opera in ordinanda acie fuit:[5] quippe, omissis ducum officiis, ipse omnia circumire,[6] singulos hortari, veteris gloriæ Persarum imperiique perpetuæ a Diis immortalibus datæ possessionis admonere. 9. Post hæc prælium ingentibus animis committitur.[u] In eo uterque rex vulneratur.[w] Tamdiu certamen anceps fuit, quoad fugeret Darius.[x] 10. Exinde cædes Persarum secuta est. Cæsa sunt peditum unum et sexaginta[7] millia,[y] equitum decem millia; capta quadraginta[8] millia. Ex Macedonibus[z] cecidere pedestres cen-

[t] *Ut assuescant hac mora conspicere sine metu tantam hostium multitudinem.*

Leid. 3. 4. Periz. Coll. N. *Macedonas*, ut inf. h. l. cap. 13. 8. 'Macedonas admonebat.'—4 Ita Bech. Ven. Flor. Med. Par. verum Mss. ed. Ald. Junt. *n. inventos....viros.* Rom. *nunc inventos i. t. o. viros pares.* Vulgatum tuetur Avus in Epist. ad Vorst. qui eandem Valerio M. præmisit.—5 Vulg. *def.* Med. Magl. Reg. Bodl. Coll. N. et C. C. tres Leid. Periz. Thuan. ed. Rom. Bech. Ald. Junt. Bong. aliæque vett. *fuit.* Saxo XIII. p. 245. 22. 'Nec segni Lalandensibus ad opitulandum animus fuit.' *Ordinare aciem* etiam dixit id. XV. p. 363. 14. 'Propter nemus aciem ordinant.'—6 Leid. 3. Periz. *circuire.* Ita inf. h. l. cap. 13. 3. ex iisd. et Leid. 4. 'Sed nec duces circuire suos cessabat.' Saxo V. p. 96. 14. 'Circuiri ipsos jubet,' et VIII. p. 141. 22. 'Quam multitudinem rex equo circuiens.'—7 Magl. Leid. 1. 4. Periz. ed. Rom. Med. *ped. sexag. un.* Coll. N. *ped. octoginta;* nec aliter Oros. et Frec. 'Ibi tunc peditum octoginta millia, equitum decem millia cæsa.' Parens ad Arrian. II. 11. legend. suspicabatur *sex et nonaginta.* Matthæus stat a vulgata scriptura, quam tuetur atque illustrat Avus I. de Pec. Vet. 10. p. 45.—8 Coll. N. *triginta.*—9

NOTÆ

[u] *Committitur*] Jam montium angustias Persis expulsis per Parmenionem occuparat Alexander, et urbem Issum ceperat; ad quam prælium commissum est.

[w] *Vulneratur*] Acre quidem certamen fuit inter agmen Darii et Alexandri; sed de regum vulneribus non meminerunt alii.

[x] *Quoad fugeret Darius*] Qui cum fortissimos quosque circa se occisos cerneret, equosque suæ quadrigæ multis affectos vulneribus, in alterum translatus currum fugam arripuit.

[y] *Unum et sexaginta millia*] Diod. peditum 120000., equitum 10000.; Arrian. vero peditum 90000., equitum 10000. recenset.

[z] *Ex Macedonibus*] Melius 300. pedites et 150. equites occisos numerat Diod. ad quem numerum accedunt Curt. et Arrian.

tum triginta, equites centum quinquaginta. 11. In castris Persarum multum auri[a] ceterarumque opum inventum. 12. Inter captivos castrorum mater, et uxor eademque soror,[b] et filiæ duæ Darii fuere. 13. Ad quas visendas[c] hortandasque cum Alexander venisset, conspectis armatis invicem se amplexæ, velut statim morituræ, complorationem ediderunt. 14. Provolutæ deinde genibus[9] Alexandri, non mortem, sed, dum Darii corpus sepeliant, dilationem mortis, deprecantur. 15. Motus tanta mulierum pietate Alexander et Darium vivere dixit, et timentibus mortis metum demsit; easque haberi et salutari[10] ut reginas præcepit. 16. Filias quoque non sordidius dignitate patris sperare matrimonium jussit.

CAP. X. 1. Post hæc,[‡] opes Darii divitiarumque apparatum contemplatus, admiratione tantarum rerum capitur. 2. Tunc primum luxuriosa convivia et magnificentiam epularum sectari: tunc Barsinen[1][d] captivam diligere propter formæ pulchritudinem, cœpit: 3. a qua postea susceptum puerum Herculem vocavit. 4. Memor tamen adhuc Darium vivere, Parmeniona ad occupandam Persicam classem,[e] aliosque amicos ad recipiendas Asiæ civitates, misit:

Periz. *genubus.*—10 Vulg. *easque haberi ut:* ita Matthæus Westmon. d. l. verum Med. Periz. ed. Jens. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *easque h. et salutari:* Magl. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. ed. Rom. *easque et h. et sal.*

1 Med. Leid. 2. 4. 5. *tunc et Barsenen:* Coll. N. ed. Ald. Junt. *Barsinen:* ut

NOTÆ

[a] *Multum auri*] Negat Arrian. ultra 3. M. talentorum in castris fuisse reperta: Darius enim opes suas Damascum præmiserat.

[b] *Eademque soror*] Uxorem et sororem Darii non eandem, sed diversas, fuisse scribit Arrian.

[c] *Ad quas visendas*] Leonidam prius unum ex aulicis miserat, qui timorem eis eximeret: ipse vero paulo post cum venisset, benigne eas habuit; et Darii filium sexennem complexu et osculis dignatus est. Dum tabernaculum intrat Alexander una cum Hephæstione, hunc reginæ Alexandrum esse ratæ, quod illi et par esset ætate et præstaret corporis habitu, suo more veneratæ sunt; inde captivis spadonibus, quis Alexander esset, monstrantibus, Sisygambis advoluta est pedibus ejus, ignorationem nunquam antea visi regis excusans; quam manu allevans rex, 'Non errasti,' inquit, 'mater; nam et hic Alexander est.' Ita Curt.

‡ A. M. 3722. Ol. 112. 1. U. C. 421. Ant. Ch. 330.

[d] *Barsinen*] Darii filiam, ex Arrian. quam postea uxorem duxit.

[e] *Persicam classem*] Eum non ad

5. quæ statim, audita fama victoriæ, ipsis Darii præfectis cum auri magno pondere tradentibus se, in potestatem victorum venerunt. 6. Tunc in Syriam proficiscitur: ubi obvios cum infulis[f] multos orientis reges habuit. 7. Ex his pro meritis singulorum alios in societatem recepit; aliis regnum[z] ademit, suffectis in loca eorum novis regibus. 8. Insignis præter ceteros fuit Abdalonimus,[g] rex ab Alexandro Sidoniæ[3 h] constitutus: 9. quem Alexander, cum operam oblocare[4] ad puteos exhauriendos hortosque irrigandos solitus esset, misere vitam exhibentem,[5] regem fecerat,[i] spretis nobilibus,[i] ne generis id, non dantis, beneficium putarent. 10. Tyriorum civitas cum coronam auream magni ponderis per legatos in titulum gratulationis Alexandro misisset, grate munere accepto, 'Tyrum[k] se ire velle ad vota Herculi reddenda,' dixit. 11. Cum legati 'rectius id eum Tyro vetere et antiquiore templo facturum' dicerent, in deprecantes[6] ejus introitum ita exarsit,[m 7] ut

[f] *Quem Alexander regem creaverat vitam agentem in egestate; nam solebat et aquam e puteis haurire, et hortos irrigare.*

[m] *Tanta ira commotus est in legatos, qui precabantur ne in urbem ingrederetur.*

XIII. 2. 7. et XV. 2. 3. 'Barsine.' Bech. *Marsinem.*—2 Med. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. ed. Ald. Junt. *regna.*—3 Ms. Bong. *Sidone*, quod vulgato præferebat Avus ad Sen. VI. Q. N. 4. 'Sydone' Vincent. v. 25.—4 Rom. *locare operas.* Magl. *operas abloc. Abloc.* in ed. Col. quoque exhibuit G. Major. Idem verbum, observante Scheff. ad h. l. occurrit ap. Suet. in Vitell. 7. 'Ut domum in reliquam partem anni ablocaret:' et Jul. 26. ex Ms. Memm. et duobus Med. 'Ea, quæ ad epulum pertinerent, quamvis macellariis ablocata, etiam domesticatim apparabat.' Vulg. *oblocata.*—5 Jens. malebat *exigentem:* idemque præferunt Ald. Junt. et Colon. in marg.—6 Med. Bodl. Reg. quatuor Leid. Coll. N. ed. Rom. *dic. depr.*—7 Hic l. ita legend. et interpungend. videtur: *Cum leg. rect. id eum Tyro vet. et antiq. templo fact. dicerent, depr. ejus introitum,*

NOTÆ

classem, sed Damascum, misit; cujus præfectus per literas Alexandro thesauros Darii obtulerat.

[f] *Cum infulis*] Intelligit Jaddum summum Judæorum sacerdotem; qui, cum Alexandro Tyrum obsidenti auxilia denegasset, eidem postea, Hierosolymam petenti, cum sacerdotibus ivit obviam, iratumque placavit.

[g] *Abdalonimus*] Non Sidoni, sed Tyro, regem Hephæstionis opera creatum testatur Diod.

[h] *Sidoniæ*] Urbs est Phœniciæ in ora maris Mediterranei. *Said.*

[i] *Spretis nobilibus*] Illum tamen ex stirpe regia originem duxisse affirmat Curt.

[k] *Tyrum*] Olim insula 70. passibus a continente divisa pelago, nunc ad littus maris. De Tyriorum origine inf. agemus.

urbi excidium minaretur: 12. confestimque exercitu insulæ applicato, non minus animosis Tyriis fiducia Carthaginiensium, bello excipitur. 13. Augebat enim Tyriis animos Didonis[l] exemplum, quæ, Carthagine[m] condita, tertiam partem orbis quæsisset; turpe ducentes, si fœminis suis plus animi fuisset in imperio quærendo, quam sibi in tuenda libertate. 14. Amota[8] igitur imbelli ætate Carthaginem, et arcessitis[9] mox auxiliis,[n] non magno post tempore[o] per proditionem[p] capiuntur.

CAP. XI. 1. Inde Rhodum[q] Alexander, Ægyptum,[r] Ciliciamque[1 s] sine certamine[t] recipit.* 2. Ad Jovem[u] deinde Hammonem pergit, consulturus et de eventu futurorum et de origine sua. 3. Namque mater ejus Olympias confessa

---

ita exarsit, vel, si malis, *tum ita exarsit.* Nam *tum* a postrema præcedentis vocis syllaba facile absorberi potuit. *Exardere* absolute positum occurrit ap. Curt. VII. 4. 19. 'Bessus adeo exarsit, ut vix,' &c. et sup. IX. 8. 14. 'Hic ubi exarsisset.' Vulgatum imitatur Saxo X. p. 188. 18. 'Perquam graviter in Suenonis caput exarsit.' Idem quoque ultima huj. periodi verba imitatur XVI. p. 374. 30. 'Lundensi urbi portas sibi claudenti excidium minatus est.' —8 Periz. *abm.*—9 Leid. 2. ed. Rom. *ætate, ex Carthagine arc.* Med. *ætate, et ex Carthagine arc.*

1 Thuan. *Litiamque.* F. rescribend. *Libyamque.* Arrian. de Exp. Alex. 2. Λιβύης δὲ τῆς προσχώρου ἄρχειν δίδωσιν Ἀπολλώνιον Χαρινοῦ. Curt. *Africam* vocat IV. 8. 'Africæ deinde, quæ Ægypto juncta est, præpositus Apollonius.'

NOTÆ

[l] *Didonis*] De qua agetur postea.

[m] *Carthagine*] Urbs erat Africæ maxima, in ora maritima, (*Cartin,*) ex cujus ruinis Tunetum excrevit.

[n] *Auxiliis*] A Carthaginiensibus sperabant auxilia: sed illi, novis impliciti bellis, laborantibus Tyriis adesse non potuerunt.

[o] *Magno post tempore*] 7. menses hac in obsidione consumti. Ex Plut. et Curt.

[p] *Per proditionem*] Non proditione urbs capta est, sed invicta Alexandri fortitudine; qui, eversis sæpe maris impetu aggeribus, ipse omnium primus conscensis muris urbem vi cepit, et resistentes in platea cives internecione delevit. Ita Diod. Plut. et Curt.

[q] *Rhodum*] In mari Carpathio ins. nobilissima, Cariæ adjacens, ambitu 130. M. passuum. Refert Solinus nullum toto anno tam obscurum diem esse, quo in hac insula sol non cernatur.

[r] *Ægyptum*] Prius Gazam, ubi vulneratus est, vi, et Hierosolymam, ubi sacrificavit, deditione, ceperat.

[s] *Ciliciam*] Amano, Tauro, montibus, Pamphylia, et mari circumscriptam.

[t] *Sine certamine*] Antequam ad Issum pugnaretur, Ciliciam subegerat: quare *Syriam* legend. est, quam Darii satrapæ cum thesauris regiis tradiderunt Alexandro.

* A. M. 3723. Ol. 112. 2. U. C. 422. Ant. Ch. 329.

[u] *Ad Jovem*] I. e. ad templum in Libya Jovi Ammoni sacrum.

viro suo Philippo fuerat ‘ Alexandrum non ex eo se,[2] sed ex serpente ingentis magnitudinis, concepisse.’ 4. Denique Philippus ultimo prope vitæ suæ tempore ‘ filium suum non esse’ palam prædicaverat. 5. Qua ex causa Olympiada, velut stupri[3] compertam, repudio dimiserat. 6. Igitur Alexander cupiens originem divinitatis acquirere, simul et matrem infamia liberare, per præmissos subornat antistites, quid sibi responderi velit. 7. Ingredientem templum statim antistites ut Hammonis filium[w] salutant. 8. Ille, lætus Dei adoptione, hoc se patre censeri jubet. 9. Rogat deinde, ‘ an omnes interfectores parentis sui sit ultus?’ respondetur, ‘ patrem ejus nec posse interfici, nec mori: regis Philippi peractam plene ultionem esse.’[u] 10. Tertia interrogatione[4] poscenti ‘ victoriam omnium bellorum possessionemque terrarum,’ ‘ dari’ respondetur.[5] 11. Comitibus quoque suis[6] responsum, ‘ ut Alexandrum pro Deo, non pro rege, colerent.’ 12. Hinc illi aucta insolentia, mirusque[7] animo increvit tumor, exemta comitate, quam et Græcorum literis[x] et Macedonum institutis didicerat. 13. Reversus ab Hammone Alexandriam[y] condidit, et coloniam Macedonum[8] caput esse Ægypti jubet.

Cap. xii. 1. Darius, cum Babyloniam[1] profugisset, per epistolas Alexandrum deprecatur,[2] ‘ redimendarum sibi

[u] *Ultionem sumtam esse ob mortem regi Philippo illatam.*

—2 *Se* abest ab Ald. Junt.—3 Magl. *ex stupro*. Rom. *in stupro*: ut ap. Suet. Tib. 35. ‘ Ut uxorem in stupro generi compertam dimitteret.’ Mss. Bong. *stupro*. Ead. constructione *compertus* pro experto occurrit ap. Ammian. xi. 11. init. ‘ Longa militum frugalitate compertus:’ et xxviii. 5. ‘ Dux diuturno bellorum labore compertus:’ et xxxi. 7. init. ‘ Legiones opere Martis sæpe recte compertæ.’—4 Sic Med. Coll. N. Bodl. Leid. 5. ed. Rom.—5 Bech. *respondent*.—6 Coll. N. ed. Rom. *ejus*, quomodo etiam ex conj. legit Avus in Ἀνταξιγγ. iii. de Centesimis Usuris §. 71.—7 Med. ed. Rom. *nimiusque*.—8 Leid. 3. 4. *Macedoniam*, quod vulgato præferunt Bern. et Wass. ad Sall. Fragm. Hist. iv. 10. in Add.

NOTÆ

[w] *Ut Hammonis filium*] Eadem habent Arrian. et Paul. Oros.

[x] *Græcorum literis*] Fuerat enim Aristotelis per triennium discipulus.

[y] *Alexandriam*] Usus est opera insignis architecti, quem Solin. et Arrian. Dinocarem, Strabo Chirocratem vocat.

captivarum potestatem faciat,’ inque eam rem magnam pecuniam[z] pollicetur. 2. Sed Alexander pretium[3] captivarum regnum omne, non pecuniam, petit. 3. Interjecto tempore, aliæ epistolæ Darii Alexandro redduntur, quibus filiæ matrimonium, et regni portio, offertur. 4. Sed Alexander ‘ sua sibi dari’ rescripsit; jussitque ‘ supplicem venire, et regni arbitria victori permittere.’[a] 5. Tum spe pacis amissa bellum Darius reparat; cum[4] quadringentis millibus[a] peditum et centum millibus equitum obviam vadit Alexandro. 6. In itinere nuntiatur, ‘ uxorem ejus ex collisione abjecti[5] partus[6] decessisse, ejusque mortem[7] illacrymatum Alexandrum, exequiasque benigne prosecutum, idque eum non amoris sed humanitatis causa fecisse. 7. Nam semel tantum eam Alexandro visam esse, cum matrem filiasque ejus parvulas[8] frequenter consolaretur.’

[a] *Et imperavit ut Darius supplex veniret, et ipsi victori daret potestatem disponendi de regno secundum voluntatem.*

1 Ald. Junt. *Babylona*.—2 Eæd. cum novem Mss. ed. Rom. Bong. *precatur*. Bech. Med. *deprecatus*, male.—3 Vulg. *in pret*. Med. Magl. Leid. 2. Coll. N. Ms. Bong. ed. Rom. nesciunt *in*. Ita ii. 3. 4. ‘ Pretium arma reginæ accepit.’—4 Abest Med. Magl. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. *et cum* Leidenses, Periz. ed. Rom. Oros. iii. 17. et Frec. ‘ Quadringenta et quatuor (Frec. *quadraginta quatuor*) peditum et centum millia equitum Alexandro ab Ægypto revertenti apud Tarsum (*Tharsum* Frec.) bello opponit.’ Τὰ *et quatuor* desiderantur in veterrimo cod. Flor. Orosii, et pro *quadraginta* Ms. Leid. 1. Freculphi dat *CCC*. secundus *CCCC*. Porro τὰ *apud Tarsum bello*, vel *bellum*, quod extat in duobus aliis Flor. interpolatoris, non vero Orosii, manu addita fuisse suspicor: siquidem haud verisimile est, sedulum Justini imitatorem hic mentionem fecisse loci, quem tertio cum Alexandro prælio suique exercitus clade nobilem fecit Darius: cum in præc. capite Issum oppidum, ubi secundum prælium Darium inter et Alexandrum contigit, una cum Justino silentio prætermiserit. Huj. autem laciniæ, quæ ex Curt. iv. 9. 9. addita fuisse videtur, veram scripturam fuisse putem *apud vicum Arbela*.—5 *Abj*. abest Periz. Dorvilius tom. i. Obs. Misc. p. 235. *abjecti*, ejecti, vel abacti, interpretatur.—6 Magl. *part. abj*.—7 Med. Leid. 4. Thuan. Bodl. Coll. N. *morte*. Ead. varietas est ap. Tac. xiv. A. 10. ‘ Morti parentis illacrymans:’ ubi Ms. Flor. duo Oxon. ed. Rom. Ven. dant *Morte*: verum vulg. tuetur Pichena loco Cic. iii. de N. D. 33. ‘ Quid dicam de Socrate? cujus morti illacrymari soleo.’—8 Mss. et vett. edd. *parvulasque filias ej*. Parens ad

NOTÆ

[z] *Magnam pecuniam*] Omnem etiam regionem, quam Halys fl. definit, pollicitus est, ex Diod. Filiæ nuptias adjiciunt Curt. et Arrian.

[a] *Quadringentis millibus*] Melius equitum 40. M. peditum 110. M. habet Arrian. Dimidio enim major fuit Darii exercitus ex Curt. quam in Ci-

8. Tunc Darius se ratus[9] vere victum, cum post[10] prælia etiam beneficiis ab hoste superaretur, gratumque sibi esse, si vincere nequeat, quod a tali potissimum vinceretur. 9. Scribit itaque et tertias epistolas, et gratias agit, quod nihil in suos hostile fecerit. 10. Offert deinde[11] majorem partem regni usque flumen Euphraten, et alteram filiam uxorem; pro reliquis captivis triginta millia talentum. 11. Ad hæc Alexander[b] ‘gratiarum actionem ab hoste supervacaneam esse’ respondit; 12. ‘nec a se quicquam factum in hostis adulationem, nec quod in dubios belli exitus aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret;’[p] 13. sed animi magnitudine, qua didicerit adversus vires hostium, non adversus calamitates, contendere;’ 14. polliceturque, ‘præstaturum se ea Dario, si secundus sibi, non par, haberi velit. 15. Ceterum neque mundum posse duobus solibus regi; neque orbem summa duo regna salvo statu terrarum habere: proinde aut deditionem ea die, aut in posteram aciem, paret; nec polliceatur sibi aliam, quam sit expertus, victoriam.’

Cap. XIII. 1. Postera die aciem producunt. Tum repente[1] ante prælium confectum[2] curis Alexandrum somnus arripuit.[3] 2. Cum ad pugnam solus rex deesset, a Parmenione ægre excitatus, quærentibus somni causas omnibus inter pericula, cujus[4] etiam in otio semper parcior fuerit:[5]

[p] *Respondit frustra sibi Darium hostem gratias agere, cum nil fecerit ut ipsius benevolentiam sibi conciliaret, sive bellum haberet tristes exitus, sive pax ineunda esset.*

Arrian. II. 2. de Exped. Al. malebat *filiasque ejus pavidas.*—9 Ald. Junt. *rat. est.* Rom. *Tunc se rat. est.* Novem Mss. ed. Bong. *Tunc se r.*—10 Vulg. *post tot. Tot* desideratur in Med. Magl. Leidensibus, Bodl. Coll. C. C.—11 Thuan. Leid. 4. Periz. *O. d. et.* Med. Leid. 1. 3. Bodl. *O. d. ei.* Magl. *O. et d.*

1 Coll. N. *P. d. in ac. prodeunt. Cum rep. autem. Cum* quoque legend. suspicabatur Scheff.—2 Ed. Bech. *Cum rep. a. p. consertum.*—3 Rom. *P. d. producunt aciem. Cum rep. a. p. A. somnus corrip. curis confectum.*—4 *Cujus* pro *cum*

NOTÆ

licia fuerat: Alexander vero 7. M. equitum, et 40. M. peditum habebat.

[b] *Ad hæc Alexander*] Cum Darii literas amicis legeret; ‘Ego,’ inquit Parmenio, ‘si Alexander essem, oblata acciperem.’ Cui Alexander subjecit: ‘Acciperem et ego, si essem Parmenio.’

3. ‘magno se æstu liberatum,’ ait,[q] ‘somnumque sibi a repentina securitate datum, quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere; veritum se longam belli moram, si Persæ exercitum divisissent.’ 4. Ante prælium utraque acies hostibus spectaculo fuit. 5. Macedones multitudinem hominum, corporum magnitudinem, armorumque pulchritudinem mirabantur: Persæ a tam paucis victa suorum tot millia stupebant. 6. Sed nec duces circumire suos cessabant. 7. Darius ‘vix denis armatis singulos hostes, si divisio fieret, evenire’ dicebat. 8. Alexander Macedonas monebat, ‘ne multitudine hostium, nec corporis[6] magnitudine,[7] vel coloris novitate moverentur:’ 9. ‘tantum meminisse’ jubet, ‘cum iisdem se tertio pugnare; nec meliores factos putarent[8] fuga, cum in aciem secum tam tristem memoriam cædium suarum et tantum sanguinis duobus[9] præliis fusi[10] ferrent:[11] 10. et, quemadmodum Dario majorem turbam hominum esse, sic virorum sibi.’ 11. Hortatur, ‘spernant[12] illam aciem auro et argento fulgentem, in qua plus prædæ quam periculi sit; cum victoria non armorum[13] decore, sed ferri virtute, quæratur.’

Cap. XIV. 1. Post hæc prælium committitur.[c †] Macedones in ferrum cum contemtu toties a se victi hostis ruebant: contra Persæ mori,[d] quam vinci, præoptabant.

[q] *Cum quærerent duces causas somni insoliti inter tanta pericula, cum soleret in otio uti brevi somno, respondit se liberatum magna solicitudine.*

ex conj. legit Bong. suffragantibus Magl. ed. Ald. Junt. Saxo IV. p. 63. 36. ‘Quod, pugnæ parcus, timidius juventam exegerit:’ et XIV. p. 267. 14. ‘Iræ parcissimus.’—5 Rom. *cum etiam in ot. somni parcus semper f.*—6 Ald. Junt. *neve c.* Bech. aliæque cum Leid. 1. 4. *ne c.*—7 Rom. *nec corporum mult.*—8 *Put.* expungend. esse existimabat Avus II. Obs. 14. p. 325.—9 Med. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *de duob.*—10 Coll. N. *de d. pr. fusum.*—11 Coll. C. C. Leid. 3. 4. Thuan. ed. Rom. *perferr.* L. 1. *perferent.* Ald. Junt. *præferrent.* Magl. *et sanguinis tantum de d. pr. fusi perferrent.*—12 Coll. N. *spectent.*—13 Magl. Leid. 2. 4. Coll. N. ed. Jens. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *ornamentorum,* idque placebat Avo.

NOTÆ

[c] *Prælium committitur*] Ad Lycum fl. propter Arbelam Assyriæ urbem, cujus vix apparent rudera.

† A. M. 3724. Ol. 112. 3. U. C. 423. Ant. Ch. 328.

[d] *Persæ mori*] Initio pugnæ et falcati currus et Mazæus, ingenti stipatus equitatu, lævum cornu, ubi erat

2. Raro in ullo[1] prælio tantum sanguinis fusum est. 3. Darius, cum vinci suos videret, mori voluit et ipse; sed a proximis fugere compulsus est. 4. Suadentibus deinde quibusdam, ut pons Cydni[e] fluminis, ad iter hostium impediendum, intercideretur:[2] ' non ita se saluti suæ velle consultum ' ait, ' ut tot millia sociorum hosti objiciat: debere et aliis fugæ viam patere, quæ patuerit sibi.' 5. Alexander autem periculosissima quæque aggrediebatur; et, ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset, eo se semper immergebat,[3] periculaque sua esse, non militis,[4] volebat. 6. Hoc prælio[f] Asiæ imperium rapuit, quinto post acceptum regnum anno: 7. cujus tanta felicitas fuit, ut post hoc nemo rebellare ausus sit; patienterque Persæ, post imperium tot annorum, jugum servitutis acceperint. 8. Donatis refectisque militibus, triginta quatuor[5] diebus prædam recognovit. 9. In urbe deinde[g] Susa quadraginta millia

1 Leid. 2. ed. Ald. Junt. *alio*. Leid. 3. Periz. Coll. N. et C. C. ed. Rom. Oros. Frec. et Vincent. v. 36. *ullo*. Leid. 1. *nullo*. Bech. *Raro etiam ullo*.—2 Ita pro *interclud*. legit Acidal. cujus conjecturæ favent Junt. Ald. et Leid. 3. in quo scriptum *ut post transitu C. fl. aditum host. impediendum intercideretur*, duabus postremis literis puncto subnotatis. Liv. XXVI. 9. ' Inde in Fregellanum agrum ad Lirim fluvium ventum, ubi intercisum pontem a Fregellanis, morandi itineris causa, invenit.'—3 Med. Leid. 3. 5. Periz. Coll. N. *mergebat*. Reg. Leid. 1. 4. Magl. Thuan. *imm*. quomodo edidit Bong. Ita XXXIII. 2. 4. ' Inter mucrones hostium se immersit.' Ammian. XIX. 11. ' Barbarorum catervis semet immersit,' et XXXVII. 10. ' Ni legionum gremiis se immersisset.' Saxo II. p. 32. 16. ' Confertissimis se globis immergit:' et XIV. p. 330. 4. ' Mediis se jaculantium saxis immersit.'—4 Novem Mss. *militis*, ut sup. 6. 1. ex Leid. 1. 2. 4. Mss. Bong. ' Militem a populatione Asiæ prohibuit;' VIII. 19. ' Conducto mercenario milite;' XXII. 3. 1. et XLI. 3. 1. ' Militem legit.'—5 Mss. Bong. Leid. 1. Coll. C. C. et Vincent. v. 37. XXXVII.

NOTÆ

Parmenio, magnum in discrimen adduxerunt: dum in cornu dextro Alexandrum inter et Darium acriter certatum est. Sed occiso Darii auriga, Persæ, regem interfectum opinati, victori Alexandro cesserunt; et Darius ipse, conversis habenis, fugit. Quo audito, Mazæus, relicta pugna, se recepit Babyloniam. Hæc multis Diod. Curt. et Arrian. Initio pugnæ dum Mazæi equites Macedonum impedimenta diriperent, misso a Parmenione Polydamanti respondit Alexander: ' Abi, nuntia Parmenioni, Si acie vicerimus, non nostra solum nos recuperaturos; sed omnia, quæ hostium sunt, recuperaturos.'

[e] *Pons Cydni*] Melius habet Curtius ' Lyci.'

[f] *Hoc prælio*] Persæ ad 40. M. Macedones 300 occisi: 90 Persarum M. Macedones 50 tantum, ex Diod.

[g] *In urbe deinde*] Prius Babylonem, id agente Mazæo, instructa acie, ingressus est, dum universa populi multitudo portis effusa sacerdotesque illi prodeunt obviam, urbemque et regis thesauros offerunt.

[h] *Susa*] Susianæ regionis caput, a Memnone ad Eulæum fl. condita, ubi Darii filium et filias matremque reliquit: magistris, qui eas linguam Græcam edocerent, adhibitis.

[i] *Expugnat*] Superatis montium jugis hostibusque pulsis, ex eorum faucibus descendit in Persidem, ubi Persepoli sine pugna potitus est.

[k] *Quæ interitu ejus*] Urbem, quod Persici regni caput esset, et Græcis olim infensissima, arcemque Thaidis meretricis consilio, dum ipse temulentus esset, dissuadente Parmenione, diripi et incendi jussit: 120. talentum M. in arce reperta traduntur. Ita Diod. et Curt.

[l] *Truncata parte*] Aliis manus, pedes aliis, vel aures, vel nares, amputatas referunt Diod. et Curt. quod supplicii genus frequens fuit ap. Persas.

[m] *In gratiam victoris*] Non ita; sed, quia Darius custodiam sui corporis credere Græcis volebat, et Bessus Bactrianorum satrapa ambi-

talentum invenit. 10. Expugnat[i] et Persepolin, caput Persici regni, urbem multis annis illustrem, refertamque orbis terrarum spoliis, quæ interitu[7] ejus[k] primum apparuere. 11. Inter hæc octingenti admodum Græci occurrunt Alexandro, qui pœnam captivitatis truncata corporis parte[l] tulerant; rogantes, ' ut, sicuti Græciam, se quoque ab hostium crudelitate vindicaret.' 12. Data potestate redeundi, agros accipere maluerunt, ne non tam gaudium parentibus quam detestandum sui conspectum reportarent.[r]

CAP. XV. 1. Interea Darius in gratiam victoris[m] a

[r] *Ne non afferrent tantam lætitiam parentibus ob reditum, quantum horrorem ob deformitatem corporis.*

Leid. 3. XXXVIII. 5. XXXIII. Ed. Bech. Ven. Med. Oros. et Frec. XXXIII. *continuis d.* Flor. Par. Ald. Junt. XI.. *continuis d.* Tò *continuis* non temere additum. Liv. XXVII. 42. ' Inde insequentibus continuis diebus aliquot ita institit portis:' et XLII. 58. ' Prioribus continuis diebus nunquam ante horam quartam hostis apparuerat.' Plin. X. 29. ' Lusciniis diebus ac noctibus continuis quindecim garrulus sine intermissu cantus.' Martial. IX. 8. ' Dicere de Libycis reduci tibi gentibus, Afer, Continuis volni quinque diebus, Ave.' Paulus lib. V. Sentent. 33. ' Cavere debet, ut ex die acceptarum literarum continui quinque dies computentur.' Imp. Justinian. I. Instit. tit. 25. §. 16. ' Intra quinquaginta dies continuos, ex quo cognoverint se esse tutores vel curatores datos, se excusare debent.' Vetus Interp. II. Maccab. 10. 37. ' Per continuum biduum præsidio vastato:' et XIII. 12. ' Per triduum continuum prostrati.'—6 Ald. *Susis*. Ms. Med. Leid. 1. 2. 3. 5. Periz. ed. Bech. Ven. *clausa*. 4. *auri*. Coll. N. *clusa*. Magl. ed. Rom. *Tharso*. (Rom. *Tarso*) *clausa*. Vincent. ' In urbe deinde clausa LX. millia talentorum invenit.'—7 Med. Leid. 2. *in interitum* 1. et Coll. N. atque Ms. Bong. *in interitu:* ut XLI. 16. 14. ' Prodigia magnitudinis ejus in ipso ortu apparuere.' Ap. Vincent. mendose legitur ' quæ nutui ejus primum paruerant.'

NOTÆ

cognatis suis[n] aureis compedibus catenisque in vico Parthorum[o] Thara vincitur. 2. Credo ita Diis immortalibus judicantibus, ut in terra eorum, qui successuri[p] imperio erant, Persarum regnum finiretur. 3. Alexander quoque citato cursu[q] postera die supervenit; ibique[r] cognovit Darium clauso vehiculo per noctem exportatum.[1] 4. Jusso itaque exercitu subsequi, cum sex millibus equitum fugientem insequitur: in itinere multa et periculosa prælia facit. 5. Emensus deinde plura millia passuum, cum nullum Darii indicium reperisset, respirandi equis data potestate, unus ex militibus,[r] dum ad fontem proximum pergit, in vehiculo Darium multis quidem vulneribus confossum,[s] sed spirantem adhuc, invenit: 6. qui, applicito captivo,[t] cum civem ex voce cognovisset, ' id saltem præsentis fortunæ solatium habere se' dixit, ' quod apud intellecturum[u] locuturus esset, nec incassum postremas voces emissurus.' 7. Perferri hæc Alexandro jubet, ' se, nullis in eum meritorum officiis, maximorum illi debitorem mori,[s] quod in matre liberisque

[s] *Se mori nullis officiis ab ipso bene meritum, cum maxima ab ipso acceperit.*

1 Rom. *ubi*.—2 Magl. Leid. 2. *asport*. Liv. XXIX. 8. ' Nihil in terram integri præter sacram pecuniam Deæ, quam asportabant, extulerunt:' et 17.

NOTÆ

ret Persarum imperium.

[n] *Cognatis suis*] Besso et Nabarzane, quem ille spe potiundi imperii corruperat.

[o] *Parthorum*] Quorum regio Media, Hyrcania, et Asia terminata fuit: sed ubi Arsaces, victo Seleuco, sive Callinicus ille fuerit, sive Ceraunus, Parthorum regnum firmavit, omnibus fere provinciis, quæ ab Euphrate ad Oxum pertinent, Parthiæ nomen a Parthis ibi imperantibus inditum est.

[p] *Qui successuri*] Aliquanto post Arsaces ex Parthia oriundus Parthorum regnum instituit. De his inferius agemus.

[q] *Citato cursu*] Mira celeritate Persepoli venit Ecbatana: tum, portas Caspias transgressus, fugientem Darium in Parthiam secutus est.

[r] *Unus ex militibus*] Polystratus, Macedo.

[s] *Vulneribus confossum*] Imminente Alexandro, Bessus et Nabarzanes Darium, quem in vehiculo aureis catenis ligaverant, hortati sunt, ut equo conscenso fuga se hosti eriperet. Cumque ille parricidas secuturum se negaret, ab iis multis confossus est vulneribus, equi vulnerati, duoque servi, qui regem comitabantur, interfecti.

[t] *Applicito captivo*] Locus mendosus: legend. est enim *applicito capite*.

[u] *Intellecturum*] Quia Polystratus

suis regium ejus, non hostilem, animum expertus, felicius hostem, quam cognatos propinquosque,[†] sortitus sit: 8. quippe matri et liberis suis ab eodem hoste vitam datam, sibi a cognatis ereptam, quibus et vitam et regna dederit. 9. Quamobrem gratiam illis eam futuram, quam ipse[3] victor volet.[4] 10. Alexandro[5] referre se, quam solam moriens potest, gratiam: precari superum inferumque numina, et regales Deos, uti illi terrarum omnium victori contingat imperium. 11. Pro se justæ magis quam gravis sepulturæ veniam[6] orare.' 12. Quod ad ultionem pertineat, jam non suam, sed exempli, communemque omnium regum, esse causam, quam negligere illi et indecorum et periculosum esse: quippe cum in altero justitiæ ejus,[7] in altero etiam[8] utilitatis, causa versetur. 13. In quam rem unicum pignus fidei regiæ dexteram[w] se ferendam Alexandro dare.' Post hæc porrecta manu expiravit.[9 x] 14. Quæ ubi Alexandro nuntiata sunt, viso corpore defuncti, tam indignam illo fastigio mortem lacrymis prosecutus est; 15. corpusque regio more sepeliri et reliquias ejus majorum tumulis inferri jussit.

[t] *Petere pro se ut sepulturam concedat: quod, cum justum sit, non grave Alexandro fore.*

' Qui rapiuntur atque asportantur.'—† Vulg. *cognatos sort. s.* Med. Magl. Leid. 2. 5. *cogn. propinquosve*. 1. 3. 4. et Bodl. Periz. Thuan. Coll. N. et C. C. ed. Rom. Ald. Junt. *cogn. propinquosque*. Liv. XXV. 3. ' Qui propinquus cognatusque Postumio erat.' Herodian. VII. 3. *'Ονειδιζόντων αὐτοῖς ἐπιφθόνως συγγενῶν καὶ οἰκείων.*—3 Rom. *quam v.*—4 Coll. N. *voluerit*.—5 Coll. N. *Ipsi Al.*—6 Heins. ad Ov. Ep. VII. 188. malebat *impensam*. Magl. *quam gravem sepulturam orare*. Periz. *quam gravem sepulturam venie o.* Gualter. VII. Alex. 298. ' Utque mihi justi concesso jure sepulcri A rege extremi non invideantur honores.'—7 Ita Lactant. de Ira 6. f. ' Causa religionis in hoc versatur.' Med. tres Leid. Bodl. *justitia ejus*. Periz. *justitiæ jus*. Rom. *justitiæ vis*. Voces *vis*, *jus*, et *ejus* etiam confunduntur in Mss. inf. XXXIX. 1. 9. Gualter. d. l. 292. ' Et cum justitiæ status hinc versetur, et illinc Utilitas, uno teneatur utrumque rigore.' Ita duo Mss. atque ed. Gugger. Vulg. *imo testatur*.—8 Coll. N. *ejus*.—9 Coll. C. C. ed. Rom. *P. h. porrexit manum expiravitque*.

NOTÆ

Persicum idioma callebat.

[w] *Dexteram*] Hoc fidei pignus certissimum ap. Persas fuit.

[x] *Expiravit*] Darii morte a Persis ad Macedones translatum est Orientis imperium, quod ab anno 3493. quo Cyrus vicit Astyagem, ad annum 3724. quo Darius a Besso occisus est, per annos 231. sub 13. regibus floruit.

LIBER XII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Alexandri in retinendo milite solertia. Græci bellum absente Alexandro reparant. 2. Alexandri, regis Epiri, in Italiam expeditio, et ejusdem interitus. Scythæ Zopyriona Alexandri præfectum et exercitum internecione delent. 3. Alexandri simulatio, ambitio, cum Thalestri concubitus, libido, et luxuria. 4. Qua ratione Macedonas tumultuantes in officio continuerit. 5. In suos sævit, et nova ratione adversarios ulciscitur; populos ad Caucasum montem subigit, et Bessum Darii interfectorem fratri Darii excruciandum tradit. 6. In convivio trucidat Clitum amicum, quem frustra desiderat, peccati sera pœnitentia ductus. 7. Ad ingenium reversus, in prudentes consiliarios sævit: ad orientem statuit imperii limites: Bacchi vestigiis delectatur: Herculisque gesta superare contendit. 8. Porum prælio superatum regie excipit et dimittit: multis populis expugnatis, quietem exercitui concedere velle videtur. 9. Denuo bellum instaurat. In Sugambrorum urbe de vita certat et periclitatur. 10. Oceani littora peragrat, et terminos imperii statuit: Babyloniam reversus præfectos devictis gentibus accusatos vita privat, et filiam Darii in matrimonium recipit. 11. Liberalitas, munificentia, et severitas ejusdem. 12. Qua ratione Macedonas seditiosos ad officium revocaverit. Hephæstionis obitus et tumulus. 13. Dum occidentales provinciæ manus porrigunt, Alexander Babylonem reversus in letalem morbum incidit. 14. Alexander Antipatri artibus veneno extinguitur. 15. Alexandri moribundi novissima verba. 16. Ejusdem elogium.

Cap. 1. 1. Alexander in persequendo Dario amissos

milites[a] magnis funerum impensis extulit;[a] reliquis expeditionis ejus sociis tredecim millia talentum divisit. 2. Equorum major pars æstu amissa, inutilesque[1] etiam, qui superfuerant, facti. 3. Pecunia omnis centum nonaginta[2 b] millia talentum Ecbatana[c] congesta,[3] eique Parmenio præpositus. 4. Dum hæc aguntur, epistolæ Antipatri e Macedonia ei redduntur, quibus bellum Agidis, regis Spartanorum, in Græcia; bellum Alexandri, regis Epiri, in Italia; bellum Zopyrionis,[d] præfecti ejus, in Scythia, continebatur.[4] 5. Quibus varie affectus, plus tamen lætitiæ, cognitis mortibus duorum æmulorum regum, quam doloris amissi cum Zopyrione exercitus, cepit.[5] 6. Namque post profectionem Alexandri Græcia ferme omnis in occasionem reciperandæ libertatis ad arma concurrerat, auctoritatem Lacedæmoniorum[e] secuta: 7. qui Philippi Alexandrique

[a] *Alexander magnificis funeribus honoravit corpora militum, quos amiserat, dum Darium persequeretur.*

---

1 Plerique Mss. ed. Rom. *inutiles.*—2 Coll. N. *centum LXXX.*, prorsus convenienter Diodoro, cujus verba exhibet Bong. Ald. Junt. *CLXXX. m. talentorum ex victoria nuper cong.* Jens. Bech. Flor. Med. Par. *CLIII. m. talentorum ex victoria nuper cong.*—3 Leid. 1. 3. *exhibita nuper cong.* 4. *Exbatanum cong.* Vincent. IV. 38. ' Ecbatanis nuper congesta.' Vulg. imitatur Saxo XIII. p. 234. 52. ' Arnachum rapta congessit.'—4 Ald. Junt. *ep. Ant.* (Junt. *Antipatris*) *a Mac. red. q. b. A. r. S. in Græcia, et Al. r. E. in Italia, Zopyrionis p. e. in S. mors contineb.*—5 Leid. 3. 4. 5. *cæpit.* Med. Magl. Bodl. Coll. C. C. Leid. 2. ed. Rom. *cepit*, quod merito tuetur Schef. qui nescire se fatetur an *suscipere dolorem* legatur alibi. *Suscipere luctum* occurrit in Tabula marm.

NOTÆ

[a] *Amissos milites*] Domita Perside, in Mediam Persepoli duodecimis castris pervenit; eaque celeritate fugientem Darium secutus est, ut spatio 11. dierum 3300. stadia, teste Plut. confecerit.

[b] *Centum nonaginta*] 180. M. numerat Diod. Parmenioni commissa.

[c] *Ecbatana*] Bathana vocat Curt. nam Ecbatana, Mediæ caput, a Seleuco condita refert Plin. nunc *Casbin.*

[d] *Zopyrionis*] De Zopyrione illiusque a Scythis clade, nihil habet Arrian. Meminit quidem Curt. sed vult eum non Ponto, sed Thraciæ, præpositum fuisse; non in Scythas, sed in Getas, gessisse bellum; clademque illi non ab hostibus, sed a procellis tempestatibusque, illatam.

[e] *Auctoritatem Lacedæmoniorum*] Agis, gloriam Alexandri æmulatus, civitates omnes ad arma capessenda hortabatur; dumque Thraciam Memnon dux fortissimus, cui fœdere junctus erat, subigit; ipse, 8. Persarum millibus auctus, in Macedonia propter Corrhagium Antipatrum fuderat.

et[6] pacem soli spreverant et leges respuerant. 8. Dux hujus belli[f] ‡ Agis, rex Lacedæmoniorum, fuit: quem motum Antipater contractis militibus[g] in ipso ortu oppressit. 9. Magna tamen utrinque cædes fuit. 10. Agis rex, cum suos terga dantes[h] videret, dimissis satellitibus, ut Alexandro felicitate, non virtute, inferior videretur, tantam stragem[7] hostium edidit,[8] ut agmina interdum fugaret. 11. Ad postremum, etsi a multitudine victus, gloria tamen[i] omnes vicit.

Cap. II. 1. Porro Alexander,[k] rex Epiri, in Italiam a Tarentinis, auxilia adversus[l] Bruttios[m] deprecantibus, solicitatus, ita cupide profectus fuerat, veluti in divisione orbis terrarum, Alexandro, Olympiadis sororis suæ filio, Oriens, sibi Occidens, sorte contigisset; 2. non minorem rerum

Pisana II. NON. DVM. QUIETO. LVCTV. QVEM. EX. DECESSV. L. CAESARIS. COLONIA. VNIVERSA. SVSCEPERAT.—6 Sic undecim Mss.—7 Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. *tantas strages.*—8 Junt. *tantas strages h. dedit.*

NOTÆ

[f] *Dux hujus belli*] Et a sociis et ab exercitu peditum 22. M. equitum 2. M. imperator electus est.

‡ A. M. 3724. Ol. 112. 3. U. C. 423. Ant. Ch. 328.

[g] *Contractis militibus*] Rebus in Thracia post Memnonis obitum compositis, in Macedoniam redierat Antipater; ut, collectis novis viribus, obsessæ ab Agide Megalopoli opem ferret.

[h] *Cum suos terga dantes*] Dum in loco angusto pugnant Lacedæmonii, jamque Macedonibus cedere incipiunt, Agis, medios in hostes irruens, fortissimos quosque occidit, aliosque propulit: sed, dum fortiter dimicat, cruribus hasta perfossis, clypeo exceptus a suis in castra referebatur, cum Lacedæmonios, Macedonum et numero et virtute victos, terga dare circumspexit; tum humi depositus, clypeo corpus protegens, et hastam dextra vibrare, et ad pugnam cominus vocare hostes: at paulo post transfixus lancea, moribundus in arma procubuit.

[i] *Gloria tamen*] Lacedæmoniorum 5000. cecidere; et vix quisquam, nisi saucius, in castra rediit.

[k] *Alexander*] Qui Molossus dictus est ex Agell. Olympiadis frater, et Cleopatræ, quæ Alexandri Magni soror fuit, maritus. Ubi Alexandrum in Asiam appulisse audiit, ipse continuo spe victoriæ transmisit in Italiam: prius tamen e Græcia solvisse auctor est Plut. quam in Asiam transiisset Alexander.

[l] *Adversus, &c.*] Contra Messapios et Lucanos evocatum dicit Strabo, quibuscum multa prælia commisit, ut narrat Liv.

[m] *Bruttios*] Qui Lucanis contermini ad fretum Siculum, inter Tyrrhenum mare et sinum Tarentinum, incolebant.

materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia et in Persis habiturus. 3. Huc accedebat, quod,[1] sicut Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Macedonia,[2] ita huic responsum Dodonæi Jovis[n] circa urbem Pandosiam[o] amnemque Acherusium[p] prædixerat. 4. Quæ utraque cum in Epiro essent, ignarus eadem et in Italia esse, ad declinanda fatorum pericula peregrinam militiam cupidius elegerat. 5. Igitur, cum in Italiam venisset, primum illi bellum cum Apulis[3 q] fuit: 6. quorum cognito urbis fato, brevi post tempore pacem et amicitiam cum rege eorum fecit. 7. Erat namque tunc temporis urbs Apulis Brundisium,[4] quam Ætoli,[r] secuti dudum fama rerum in Troja[5 s] gestarum clarissimum ac nobilissimum ducem Diomeden,[t] condiderant: 8. sed pulsi ab Apulis, consulentes oracula,

1 Bech. Ven. Flor. Med. *ut s.*—2 Periz. *in Maccdoniam*, et in marg. 'Immo *in Babyloniam.*' Coll. N. *insid. Macedonum.*—3 Vulg. *Appulis.* Med. Leid. 2. 3. Periz. *Apul.* atque ita in seq. Inscript. APVLI, et APVLIA. Liv. XXIV. 61. 'Apulorum pars,' et XXIII. 32. 'In Apuliam.'—4 Sic Med. Leid. 1. 2. 4. 5. Coll. N. idemque in Ms. Duisburgensi reperisse se testatur Duker. ad Flor. II. 20. nec aliter supra III. 4. 12. Med. 3. a pr. m. et Leid. 5. Coll. N. atque Oros. I. 2. p. 24. ex Ms. Flor. et VI. 18. p. 432. ex duobus Flor. Tac. I. A. 10. 'Brundisino fœdere.' Id. III. 1. et IV. 27. 'Brundisium.' Add. Cic. I. Verr. 2. et pro Leg. Manil. 12. Plin. III. 17. et Frontin. de Coloniis p. 127. Inscriptio Grut. p. 151. 2. Gud. p. 71. 2. BRVNDISIVM, et Grut. p. 801. 5. REM PVBLICAM BRVNDISINORVM.—5 Jens. ad h. l. notarat: 'Leg. *ad*

NOTÆ

[n] *Dodonæi Jovis*] Dodona civitas fuit in Chaonia, Epiri regione; propter quam querneum nemus Jovi sacrum; in quo templum Jovis fuisse perhibetur, et in eo oraculum omnium, quæ ap. Græcos erant, vetustissimum: duas ibi columbas fudisse oracula fabulantur; quarum altera Delphos, altera in Ammonis templum, evolaverit. Dodona vel a Dodone, Europæ Jovisque filio, vel a Dodona, filio Javan, nomen sortita est.

[o] *Pandosiam*] Urbs gemina; una Brutiorum propter Acheruntem fl. non procul a Cosentia; altera in Epiro ad Acheruntem quoque, ubi Pandosia lacus.

[p] *Acherusium*] Duplex est etiam. Alter in Bruttiis in sinum Terinæum: alter in Epiro, in Ambracium decurrens: hic fabulis notissimus.

[q] *Apulis*] Qui ab Apennino ad mare Adriaticum pertingebant. Dicebantur alii Daunii, alii Peucetii, ubi nunc *la Poüille.*

[r] *Ætoli*] Achaiæ populi inter Locros et Acarnanas, Acheloo fl. vicini.

[s] *In Troja*] Phrygiæ minoris civitate, non procul ab Ida monte, Homeri versibus celebratissima.

[t] *Diomeden*] Tydei et Deiphiles fil. de quo multa Homerus: propter uxoris libidines patriam exosus, in Apuliam profectus est; ubi, parte regni a Dauno accepta, Argos et

responsum acceperant, ‘ locum, quem repetissent, perpetuo possessuros.’ 9. Hac igitur ex causa, per legatos cum[6] belli comminatione restitui sibi ab Apulis urbem postulaverant. 10. Sed, ubi Apulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe sepelierunt,[7] perpetuam ibi sedem habituros. Atque, ita defuncti responso, diu urbem possederunt. 11. Quod factum cum cognovisset Alexander, antiquitatis fata veneratus, bello Apulorum abstinuit. 12. Gessit et cum Bruttiis Lucanisque bellum; multasque urbes cepit:[u] tum et[8] cum Metapontinis,[w] et Pœdiculis,[x] et Romanis, fœdus amicitiamque fecit. 13. Sed Bruttii Lucanique, cum auxilia a finitimis contraxissent, acrius bellum repetivere. 14. Ibi rex juxta urbem Pandosiam, et flumen Acheronta, non prius fatalis loci cognito nomine, quam occideret, interficitur;[y] moriensque, non in patria fuisse sibi periculosam mortem,[9] propter quam patriam fugerat, intellexit.[b] 15.

[b] *Et moriens cognovit non fuisse sibi metuendam in patria mortem, cujus metu reliquerat regnum.*

Trojam. Forte Justinus male secutus est Græcos, dicere solitos *ἐν Τροίᾳ*, pro quo Latini malunt ‘ad.’ Vulg. merito tuetur Avus ad III. 7. 5.—6 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *sub.*—7 Sic Med. Bodl. quomodo legend. conjecerat Freinsh. Magl. *sepeliverunt.* Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *sepeliunt.*—8 *Tum et* nesciunt Med. Magl. Leid. 1. 2. 3. 4. Periz. Bodl. Coll. C. C. ed. Rom. Ald. Junt.—9 Græv. egregie restituit *sortem.* Liv. VIII. 24. ‘Alexandrum Epiri regem ab exule Lucano interfectum sortes Dodonæi Jovis eventu affirmasse:’ et XXVI. 19. ‘Ut imperia consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione consequeretur.’ Prudentius Apoth. 438. ‘Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra.’ Oros. VI. 15. ‘Ita Appius perplexa incertus sorte discessit.’ Lexicon Gr. Lat. ‘Χρησμοί,

NOTÆ

Brundusium condidisse fertur.

[u] *Urbes cepit*] Fusis sæpe Bruttiorum copiis, Heracleam Tarentinorum, Cosentiam Lucanorum, Sipontum Bruttiorum, Acerinam Messapiorum, colonias cepit, misitque in Epirum 300. familias nobiles, quas obsidum numero haberet.

[w] *Metapontinis*] Metapontum urbs Lucaniæ, in ora sinus Tarentini. *Torre di mare.*

[x] *Pædiculis*] Apuliæ circa Brundusium populis.

[y] *Interficitur*] Idem fusius refert Liv. Cum 3. tumulos inter se distantes insedisset, imbres continui, ne alii aliis auxilio esse possent, impedierunt. Quare hostes, 2. præsidiis oppressis, ad eum tumulum, ubi Rex erat, conversi sunt: sed ille, per medios erumpens hostes, ducem Lucanorum occidit, jamque ad fluvium pervenerat, cum miles incerto vado transiens (vis enim aquæ pontem abstulerat), ‘Jure,’ inquit, ‘Acheres vocaris.’ Quo audito, Alexander memor oraculi, quo mors illi fuerat ad Acherontem prædicta, aliquamdiu dubius, an transiret, substitit: sed, ut vidit transfugas Lucanos in ipsum irruentes, per medium amnem transmisit equum; quem dum transnatat, a Lucano eminus veruto transfixus est.

[z] *Corpus ejus*] Corporis lacerati pars Cosentiam missa, pars retenta ad ludibrium; quam sævienti turbæ eripuit mulier, cujus maritus et liberi ap. hostes erant. Hæc Liv.

[a] *Thurii*] Quæ civitas prius Sybaris dicta est, inter ostia Sybaris et Crathis fluviorum, in magna Græcia.

[b] *Sepulturæ*] Primum Cosentiæ sepultum est corpus; tum ossa Metapontum translata; denique in Epirum ad Cleopatram conjugem remissa, teste Liv.

[c] *Liberos suos*] Fecerant rumori fidem Græci milites, in patriam redire jussi.

[d] *Ad concionem*] Prius in prætorium præfectos copiarum vocavit, et obortis lacrymis eos ad bellum persequendum hortatus est.

* A. M. 3725. Ol. 112. 4. U. C. 424. Ant. Ch. 327.

[e] *Hyrcaniam*] Quæ inde ad Margianiam et Parthiam, hinc ad mare

Corpus ejus[z] Thurii[a] publice redemtum sepulturæ[b] tradiderunt. 16. Dum hæc aguntur in Italia, Zopyrion quoque, præfectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, otiosum se ratus, si nihil et ipse gessisset, adunato triginta millium[10] exercitu, Scythis bellum intulit; 17. cæsusque cum omnibus copiis, pœnas temere illati belli genti innoxiæ luit.

CAP. III. 1. Hæc cum nuntiata in Parthis Alexandro essent, simulato mœrore, propter Alexandri cognationem, exercitui suo tridui[1] luctum indixit. 2. Omnibus deinde, velut[2] perpetrato bello, reditum in patriam spectantibus,[3] conjugesque ac liberos suos[c] animo jam quodammodo complectentibus, ad concionem[d] exercitum vocat.* 3. ibi[4] ‘nihil actum tot egregiis præliis’ ait, ‘si incolumis Orientalis barbaria relinquatur; nec se corpus, sed regnum, Darii petisse; persequendosque esse eos, qui a regno defecerint.’ 4. Hac oratione velut ex integro incitatis militum animis, Hyrcaniam[e] Mardosque[f] subegit.[g] 5. Ibi ei occurrit Thales-

---

Sortes.’—10 Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. XXX. *mill. militum.* Mss. et Oros. atque Frec. stant a vulg.

1 Plerique Mss. cum vet. edd. *triduo.* Leid. 3. *tridui*: quomodo legend. conjecerat Sebis. Plinius VIII. 51. ‘Pinguescunt sues LX. diebus; sed magis tridui inedia saginatione orsa.’—2 Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *v. Darii morte.*—3 Sic Leid. 5. Bodl. Periz. Magl. Leid. 2. *sperantibus.* Ead. verba miscentur XIII. 1. 9. ‘Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant.’ Ms. Coll. N. ed. Junt. *sperabant.* Leid. 4. a sec. m. Cant. ed. Rom. Bech. Flor. Ald. aliæque *expectabant.*—4 Ald. Junt. *sibi.*—5 Leid. 3.

NOTÆ

responsum acceperant, 'locum, quem repetissent, perpetuo possessuros.' 9. Hac igitur ex causa, per legatos cum[6] belli comminatione restitui sibi ab Apulis urbem postulaverant. 10. Sed, ubi Apulis oraculum innotuit, interfectos legatos in urbe sepelierunt,[7] perpetuam ibi sedem habituros. Atque, ita defuncti responso, diu urbem possederunt. 11. Quod factum cum cognovisset Alexander, antiquitatis fata veneratus, bello Apulorum abstinuit. 12. Gessit et cum Bruttiis Lucanisque bellum; multasque urbes cepit:[u] tum et[8] cum Metapontinis,[w] et Pœdiculis,[x] et Romanis, fœdus amicitiamque fecit. 13. Sed Bruttii Lucanique, cum auxilia a finitimis contraxissent, acrius bellum repetivere. 14. Ibi rex juxta urbem Pandosiam, et flumen Acheronta, non prius fatalis loci cognito nomine, quam occideret, interficitur;[y] moriensque, non in patria fuisse sibi periculosam mortem,[9] propter quam patriam fugerat, intellexit.[b] 15.

[b] *Et moriens cognovit non fuisse sibi metuendam in patria mortem, cujus metu reliquerat regnum.*

Trojam. Forte Justinus male secutus est Græcos, dicere solitos ἐν Τροίᾳ, pro quo Latini malunt 'ad.'' Vulg. merito tuetur Avus ad III. 7. 5.—6 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *sub.*—7 Sic Med. Bodl. quomodo legend. conjecerat Freinsh. Magl. *sepeliverunt.* Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *sepeliunt.*—8 *Tum et* nesciunt Med. Magl. Leid. 1. 2. 3. 4. Periz. Bodl. Coll. C. C. ed. Rom. Ald. Junt.—9 Græv. egregie restituit *sortem.* Liv. VIII. 24. 'Alexandrum Epiri regem ab exule Lucano interfectum sortes Dodonæi Jovis eventu affirmasse:' et XXVI. 19. 'Ut imperia consiliaque, velut sorte oraculi missa, sine cunctatione assequeretur.' Prudentius Apoth. 438. 'Delphica damnatis tacuerunt sortibus antra.' Oros. VI. 15. 'Ita Appius perplexa incertus sorte discessit.' Lexicon Gr. Lat. 'Χρησμοί,

NOTÆ

Brundusium condidisse fertur.

[u] *Urbes cepit*] Fusis sæpe Bruttiorum copiis, Heracleam Tarentinorum, Cosentiam Lucanorum, Sipontum Bruttiorum, Acerinam Messapiorum, colonias cepit, misitque in Epirum 300. familias nobiles, quas obsidum numero haberet.

[w] *Metapontinis*] Metapontum urbs Lucaniæ, in ora sinus Tarentini. *Torre di mare.*

[x] *Pœdiculis*] Apuliæ circa Brundusium populis.

[y] *Interficitur*] Idem fusius refert Liv. Cum 3. tumulos inter se distantes insedisset, imbres continui, ne alii aliis auxilio esse possent, impedierunt. Quare hostes, 2. præsidiis oppressis, ad eum tumulum, ubi Rex erat, conversi sunt: sed ille, per medios erumpens hostes, ducem Lucanorum occidit, jamque ad fluvium pervenerat, cum miles incerto vado transiens (vis enim aquæ pontem abstulerat), 'Jure,' inquit, 'Acheres vocaris.' Quo audito, Alexander memor oraculi, quo mors illi fuerat ad Acherontem prædicta, aliquamdiu dubius, an transiret, substitit: sed, ut vidit transfugas Lucanos in ipsum irruentes, per medium amnem transmisit equum; quem dum transnatat, a Lucano eminus veruto transfixus est.

Corpus ejus[z] Thurii[a] publice redemtum sepulturæ[b] tradiderunt. 16. Dum hæc aguntur in Italia, Zopyrion quoque, præfectus Ponti ab Alexandro Magno relictus, otiosum se ratus, si nihil et ipse gessisset, adunato triginta millium[10] exercitu, Scythis bellum intulit; 17. cæsusque cum omnibus copiis, pœnas temere illati belli genti innoxiæ luit.

CAP. III. 1. Hæc cum nuntiata in Parthis Alexandro essent, simulato mœrore, propter Alexandri cognationem, exercitui suo tridui[1] luctum indixit. 2. Omnibus deinde, velut[2] perpetrato bello, reditum in patriam spectantibus,[3] conjugesque ac liberos suos[c] animo jam quodammodo complectentibus, ad concionem[d] exercitum vocat.* 3. ibi[4] 'nihil actum tot egregiis præliis' ait, 'si incolumis Orientalis barbaria relinquatur; nec se corpus, sed regnum, Darii petisse; persequendosque esse eos, qui a regno defecerint.' 4. Hac oratione velut ex integro incitatis militum animis, Hyrcaniam[e] Mardosque[f] subegit.[g] 5. Ibi ei occurrit Thales-

Sortes.'—10 Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. XXX. *mill. militum.* Mss. et Oros. atque Frec. stant a vulg.

1 Plerique Mss. cum vet. edd. *triduo.* Leid. 3. *tridui*: quomodo legend. conjecerat Sebis. Plinius VIII. 51. 'Pinguescunt sues LX. diebus; sed magis tridui inedia saginatione orsa.'—2 Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *v. Darii morte.*—3 Sic Leid. 5. Bodl. Periz. Magl. Leid. 2. *sperantibus.* Ead. verba miscentur XIII. 1. 9. 'Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant.' Ms. Coll. N. ed. Junt. *sperabant.* Leid. 4. a sec. m. Cant. ed. Rom. Bech. Flor. Ald. aliæque *expectabant.*—4 Ald. Junt. *sibi.*—5 Leid. 3.

NOTÆ

[z] *Corpus ejus*] Corporis lacerati pars Cosentiam missa, pars retenta ad ludibrium; quam sævienti turbæ eripuit mulier, cujus maritus et liberi ap. hostes erant. Hæc Liv.

[a] *Thurii*] Quæ civitas prius Sybaris dicta est, inter ostia Sybaris et Crathis fluviorum, in magna Græcia.

[b] *Sepulturæ*] Primum Cosentiæ sepultum est corpus; tum ossa Metapontum translata; denique in Epirum ad Cleopatram conjugem remissa, teste Liv.

[c] *Liberos suos*] Fecerant rumori fidem Græci milites, in patriam redire jussi.

[d] *Ad concionem*] Prius in prætorium præfectos copiarum vocavit, et obortis lacrymis eos ad bellum persequendum hortatus est.

* A. M. 3725. Ol. 112. 4. U. C. 424. Ant. Ch. 327.

[e] *Hyrcaniam*] Quæ inde ad Margianiam et Parthiam, hinc ad mare

tris[h] sive Minithya,[5] Amazonum regina, cum trecentis[6] mulieribus, viginti quinque dierum[7] inter infestissimas gentes itinere confecto, ex rege liberos quæsitura: 6. cujus conspectus adventusque admirationi omnibus fuit, et propter insolitum fœminis habitum, et propter expetitum concubitum. 7. Ob hoc tredecim diebus otio a rege datis, ut visa est uterum implesse, discessit. 8. Post hæc Alexander habitum regum Persarum, et diadema[i] insolitum antea regibus Macedonicis, velut in leges eorum, quos vicerat, transiret, assumit. 9. Quæ ne invidiosius in se uno conspicerentur,[e] amicos quoque suos longam vestem auratam purpureamque sumere jubet. 10. Ut[8] luxum quoque, sicuti cultum, Persarum imitaretur, inter pellicum regiarum greges electæ pulchritudinis nobilitatisque noctium vices dividit. 11. His rebus ingentes epularum apparatus adjicit, ne jejuna et destructa[9] luxuria videretur, conviviumque

[e] *Ne ægre ferrent milites, dum ea in rege solo viderent.*

Minithia pro *Minithya*, quomodo edidit Faber, idemque Amazonis nomen scriptum est II. 4. 33. 'Minothæa' ab Oros. vocatur, et 'Minothea' a Frec. I. 4. 27. ap. quem *Halestris* vitiose legitur. Præter Junt. etiam Ald. omittit *τὰ sive Minithæa*; eademque non videntur extitisse in cod. quo usus fuit Otto Frising. Ita enim ille II. Chron. 25. 'Amazonumque reginam Alestram, procaciter venientem ad se cum muneribus, ob suscipiendam prolem excepit.' Leg. *Thalestrim* et *cum ccc. mulieribus*.—6 'Ducentis' Frec. ex Leid. 2. et Gualterus VIII. 9. 'Gentis Amazoniæ venit regina Thalestris, Castraque virginibus subiit comitata ducentis.' Periz. *c. trec. millibus*.—7 Med. Leid. 4. Perizon. XXXV. *d.* Magl. *quindecim diebus:* ed. Rom. XXXV. *diebus*.—8 Ald. Junt. *jubet, ac ut*, quomodo etiam edidit Faber. Longe præstat conjectura Avi corrigentis *et ut:* siquidem *et* a postremis literis proxime præcedentis verbi facile absorberi potuit.—9 Leid. 2. *destr. et jej.* 3. a pr. m. Periz. *j. et*

NOTÆ

Caspium, pertinet.

[f] *Mardos*] Qui non in Armeniæ confinio, ut Straboni et Ptolemæo visum est, sed inter Susianam et Hyrcaniam habitabant.

[g] *Subegit*] Bucephalus a barbaris captus est: sed eos adeo minis terruit Alexander, ut equum cum muneribus ipsi remiserint.

[h] *Thalestris*] Corporis et robore et pulchritudine excellens, ut ait Diod. inter Phasim et Thermodonta imperabat: auctor est tamen Arrianus Amazonum gentem Alexandri tempore non fuisse superstitem; sed equestres quasdam mulieres armatas Amazonum more exhibitas Alexandro ab Atropate Mediæ satrapa: quod verius putem.

[i] *Diadema*] Capitis erat redimiculum: ipse enim Alexander demsit sibi diadema, quo vulnus Lysimachi obligaret. Ista fascia primus ap. Romanos usus est Aurelianus, si Aurelio Vict. credimus.

juxta regiam magnificentiam ludis exornat; 12. immemor prorsus, tantas opes amitti his moribus, non quæri, solere.

CAP. IV. 1. Inter hæc indignatio omnium totis castris erat, a Philippo illum patre tantum degenerasse, ut etiam patriæ nomen ejuraret,[1] moresque Persarum assumeret,[2] quos propter tales mores vicerat. 2. Sed ne solus vitiis eorum, quos armis subegerat, succubuisse videretur, militibus quoque suis permisit, si quarum captivarum consuetudine tenerentur, ducere uxores; 3. existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram habentibus in castris imaginem quandam larium[3] ac domesticæ sedis;[d] 4. simul et laborem militiæ molliorem fore dulcedine uxorum. 5. In supplementa quoque militum minus exhauriri posse Macedoniam, si veteranis patribus tirones filii succederent, militaturi in vallo, in quo essent nati; 6. constantioresque futuri, si non solum tirocinia, verum et[4] incunabula, in ipsis castris posuissent.[5] 7. Quæ consuetudo in successoribus[6] quoque Alexandri mansit. 8. Igitur et alimenta pueris et instrumenta armorum equorumque juvenibus data; et patribus pro numero filiorum præmia statuta.[7] 9. Si quorum patres occidissent, nihilominus pupilli stipendia patrum trahebant; quorum pueritia inter varias expeditiones militia erat.[8] 10. Itaque, a parvula ætate laboribus periculisque[9] indurati, invictus exercitus fuere: neque castra

[d] *Arbitratus milites non tanto ardore optaturos reditum in patriam, si haberent in castris speciem quandam sedis domesticæ.*

destituta. Heins. ad Petron. 119. corrigit *astricta*. Græv. ad h. l. et in Epistola ad Heins. tom. IV. Syll. Epist. p. 753. legit. *restricta*.

1 Bech. *evitaret*. Ald. Junt. *negligeret*. Conjecturam Boxhornii legentis *patriæ morem ejuraret* confirmari verbis Curtii VIII. 7. 'Patrios mores exosus es,' existimat Freinsh. ad istum Curtii locum.—2 Magl. ed. Rom. *degenerasse*, *patriæque nomen neglexisse, ut Persarum mores assumeret*. *Degenerasse* etiam exhibent Med. Leidenses.—3 Med. Leid. 1. 3. Periz. *larum*, ut ap. Cic. III. de N. D. 25. 'ædes Larum,' et Tac. XII. A. 24. ex Ms. Flor. 'sacellum Larum.' Inscript. Ancyrana tab. I. a dextra v. 7. IN AVENTINO ÆDEM LARVM.—4 Coll. N. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *etiam*.—5 Magl. *depos.* —6 Sic Magl. Leid. 1. 3. Bodl. Periz. ed. Rom. XV. 4. 9. 'Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit:' ubi *in* desideratur in ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Vid. Wopkens. ad h. l.—7 *Stat.* post 'pueris' ignorat Coll. N.—8 Ms. Med. *erat enutrita*.—9 Sic plerique Mss.

aliter quam patriam, neque pugnam aliud unquam quam victoriam, duxere.' 11. Hæc soboles nomen habuit 'Epigoni.' 12. Parthis deinde domitis, præfectus his statuitur[10] ex nobilibus[11] Persarum Andragoras;[12] unde postea originem Parthorum reges habuere.

Cap. v. 1. Interea Alexander non regio sed hostili more[1] sævire in suos cœpit. 2. Maxime indignabatur carpi se sermonibus[2] suorum Philippi patris patriæque mores subvertisse.[3] 3. Propter quæ crimina Parmenio[4] quoque[k] senex, dignitate regi proximus, cum Philota filio, de utroque prius quæstionibus habitis, interficitur.[5] 4. Fremere itaque omnes universis castris cœpere, innoxii senis filiique casum miserantes; interdum 'se quoque non debere melius sperare' dicentes. 5. Quæ cum nuntiata Alexandro essent, verens, ne hæc opinio etiam in Macedoniam divulgaretur,

' *Et habuerunt castra pro patria, et certamen pro victoria.*

—10 Coll. N. *præf. st.*—11 Med. Magl. ed. Jens. Bech. Med. Ald. Junt. *nobilissimis.*—12 Iid. Mss. et Leid. 2. *Andragora*, ut 'Leonidas,' 'Leonida;' 'Achillas,' 'Achilla;' 'Perdiccas,' 'Perdicca.'

1 Sic Reg. Leid. 3. Periz. Ita xiv. 6. 1. 'Cum principum passim cædes muliebri magis quam regio more fecisset.' Rom. *non regio more, sed hostili odio.*—2 Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *carpi serm.*—3 Id. Ms. *subverti.* Vincent. v. 42. 'Indignans se carpi sermonibus dicentium, eum Philippi patris patriæque mores subvertisse.'—4 Vulg. *Parmenion.* Med. Leid. 2. *Parmenio*, ut cap. 1. 3. et Oros. iii. 18. nec aliter Edd. vet. inf. cap. seq. §. 14. et Periz. xlii. 3. 5. ac Curt. iii. 7. 6. et iv. 5. 9.—5 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *interficiuntur.* Ead. constructione utitur Auctor xiv. 6. 13. 'Filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam custodiendos mittit.' Apul. x. M. versus fin. 'Juno quidem cum Minerva tristes et iratis similes e scena redeunt.' Marcian. Capella iii. f. 'His germanæ verbis cum sponso Delius annuebant.' Vid. Avum ad Liv. xxi. 60. et Sen. Controv. xiii. Hunc l. autem ita interpretatur Freinsh. ad Curt. vii. 2. 27. 'Sub idem ferme tempus occisum esse Parmenionem, quem ob dignitatem prius nominavit [Justinus] cum filio; postquam in utriusque caput quæsitum fuisset, non utroque tamen sed uno Philota tormentis adhibito.' Add. Diod. xvii. 80.

NOTÆ

[k] *Parmenio quoque*] Cum multi proceres in Alexandrum conjurassent, Dymnus exoleto Nicomacho, is fratri Ceballino, rem patefecit; qui non ausus adire regem, Philotæ, quæ a fratre accepisset, narrat: deinde rem totam Alexandro per Metronem aperit. Quare Alexander Philotam, quod eum non monuisset, in vincula conjici jubet: qui tormentis coactus, crimen et suum et patris, seu verum, seu falsum, confessus interiit: et continuo rex Parmenionem in Media, misso Polydamante, per duces interfici curavit.

et ne victoriæ gloria sævitiæ macula infuscaretur, simulat se ex amicis quosdam in patriam victoriæ nuntios missurum. 6. Hortatur milites suis scribere, rariorem habituros occasionem propter militiam remotiorem.[f] 7. Datos fasces epistolarum tacite ad se deferri jubet; 8. ex quibus cognito de se singulorum judicio, in unam cohortem eos, qui de rege durius opinati fuerant, contribuit,[g 6] aut consumturus eos,[l] aut in ultimis terris in colonias distributurus. 9. Inde Drancas,[m 7] Euergetas,[n] Parymas,[8] Parapammenos, Adaspios, ceterosque populos, qui in radice Caucasi[o] morabantur, subegit. 10. Interea unus ex amicis Darii Bessus[p] vinctus perducitur,[†] qui regem non solum prodiderat, verum et[9] interfecerat. 11. Quem in ultionem perfidiæ excruci-

f Cum raro se offerret scribendi occasio, quia bellum in remotis regionibus agebant.

g Composuit unam cohortem ex iis qui scripserant de ipso injuriosius.

et Plut. Alex. p. 693.—6 Colum. ix. 11. init. 'Quod si nullam progeniem tulerint favi, duas vel tres alveorum plebes in unum contribuere licebit: sed prius respersas dulci liquore.' Ms. Abb. S. Germ. *alvorum plebes in unam.* In Leid. 3. secunda manus ascripserat: 'Al. *contrahit.*'—7 Ita pro vulg. *Trancas* Ms. Leid. Freculphi tom. i. lib. iii. 15. ut inf. xiii. 4. 23. 'Drancæ.' Iid. ab Oros. i. 18. et Plin. vi. 17. et 27. 'Drancæ,' atque a Strab. xv. p. 721. et seqq. Δράγγαι appellantur; eorundemque regio a Diod. xvii. 78. Δραγγιὴ, et a Strab. xi. p. 516. Δραγγιανὴ, vocatur. Vincent. 'Darantas.' Ald. Junt. *Drangas.*—8 Med. Leid. 1. Periz. ed. Bech. Ald. Junt. Oros. et Frec. *Parimas.* Vincent. 'Parinias.'—9 Magl. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. v.

NOTÆ

[l] *Consumturus eos*] Illam cohortem seorsim a ceteris ignominiæ causa incedere jubet. Nihil illis ad bella promtius fuit: eorum enim virtutem incitabat ignominiæ delendæ cupido. Ita Curt.

[m] *Drancas, &c.*] Hi omnes populi Ariis erant et Arachosiis finitimi.

[n] *Euergetas*] Qui prius Aripimaspi dicebantur, ex Diod. Sed eos Cyrus Euergetas, et Persica lingua Orosangas, nominavit; quod ejus exercitum fame graviter laborantem juvissent commeatibus: cujus etiam in Cyrum beneficii memor Alexander eos muneribus affecit.

[o] *Caucasi*] Duplex est Caucasus; alter notiss. inter mare Caspium et Pontum Eux. alter in Scythiæ et Indiæ confinio, ex quo Indus et Oxus profluunt.

[p] *Bessus*] Rem aliter Curt. aliter Arrian. narrant. Bessus Spitamenis, Dataphernis, et Catenis conjuratione proditus, et in equum impositus, ad Alexandrum ductus est, ex Curt. Vel potius, si Arriano credimus, Alexander a Spitamene monitus, ut unum e ducibus mitteret, misit Ptolemæum Lagi, qui Bessum a suis proditum cepit.

† A. M. 3726. Ol. 113. 1. U. C. 425. Ant. Ch. 326.

andum fratri Darii[q] tradidit; reputans non tam hostem suum fuisse Darium, quam amicum ejus, a quo esset occisus. 12. Et, ut his terris nomen relinqueret, urbem Alexandriam[r] super amnem Tanain[s] condidit, intra diem septimum decimum muro sex millium[10] passuum consummato, translatis eo trium civitatium[11] populis, quas Cyrus condiderat. 13. In Bactrianis quoque Sogdianisque duodecim urbes condidit, distributis his, quoscumque in exercitu seditiosos habebat.

Cap. vi. 1. His ita gestis,[t] solenni die amicos in convivium vocat:‡ 2. ubi, orta inter ebrios rerum a Philippo gestarum mentione, præferre se patri ipse, rerumque suarum magnitudinem extollere cœlo tenus cœpit,[h] assentante majore convivarum[u] parte. 3. Itaque cum unus e senibus Clitos,[1] fiducia amicitiæ regiæ,[w] cujus palmam tenebat,

[h] *Incepit se patri Philippo anteferre, et extollere usque ad cœlum res a se gestas.*

---

etiam, ut cap. 4. 6. Rom. *sed etiam.*—10 Leid. 2. ed. Ald. Junt. vi. *milibus.* Leid. 1. 3. 5. Bodl. Periz. ed. Bech. Med. et Vincent. *sex milia.*—11 Leid. 1. 3. Coll. N. ed. Rom. *transl. earum c.* Vincent. '*transl. eo illarum c.*'

1 Vulg. *Clitus.* Med. Leid. 1. 3. 5. Thuan. Bodl. *Clitos*, nec aliter

NOTÆ

[q] *Fratri Darii*] Oxatri, quem inter corporis custodes habebat Alexander. Ita Curt. Arrian. tamen testatur eum in Ecbatana missum, ut in Medorum Persarumque concilio puniretur: Diodorus vero a Darii propinquis multas in partes concisum. Plut. eum duabus arboribus alligatum, et ab iis in suam rectitudinem redeuntibus discerptum, scribit.

[r] *Alexandriam*] 60. stadiorum murus fuit; 20. diebus muro cincta est. Ex Arrian.

[s] *Tanain*] Duplex est huj. nominis fl. alter in Moscovia, qui, Asiam ab Europa dividens, in paludem Mæotidem se exonerat: alter in Scythia orientali, qui, ex Sogdianorum montibus ortus, in mare Caspium profluit. Jaxartes proprie dicitur: sed a Macedonibus Tanais dictus est.

[t] *His ita gestis*] Multa ibi omisit Justinus; Cyropoleos, Maracandæ, rupisque asperrimæ expugnationem; bellum in Scythas gestum, et eorum fugam; defectionem Sogdianorum; Sacarum, Daharum, Massagetarumque deditionem.

‡ A. M. 3727. Ol. 113. 2. U. C. 426. Ant. Ch. 325.

[u] *Majore convivarum*] Juvenum, qui Alexandrum non Philippo tantum, sed Baccho etiam, præferebant. Ex Arrian.

[w] *Amicitiæ regiæ*] Illius soror Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, a rege haud secus quam mater diligebatur; ipseque regem, dum nudo capite ad Granicum pugnaret, suo clypeo texit, et Rosacis manum, re-

memoriam Philippi tueretur, laudaretque[x] ejus res gestas,[i] adeo regem offendit, ut telo a satellite[z] rapto eundem in convivio trucidaverit.[y] 4. Qua cæde exultans, mortuo patrocinium Philippi laudemque paternæ militiæ objectabat.[z] 5. Postquam satiatus cæde animus conquievit, et in iræ locum[3] successit æstimatio,[4] modo personam occisi, modo causam occidendi considerans, pigere facti cœpit: 6. quippe paternas laudes tam iracunde accepisse se, quam nec convicia debuisset,[k] amicumque senem et innoxium a se occisum inter epulas et pocula dolebat. 7. Eodem igitur furore in pœnitentiam, quo pridem in iram versus, mori voluit. 8. Primum in fletus progressus, amplecti mortuum, vulnera tractare, et quasi audienti confiteri dementiam; arreptum telum in se vertit:[5] peregissetque facinus, nisi[6] amici intervenissent. 9. Mansit hæc voluntas moriendi etiam sequentibus diebus. 10. Accesserat enim[7] pœnitentiæ, nutricis suæ, sororis Cliti, recordatio, cujus absentis eum maxime pudebat: 11. tam fœdam illi alimentorum suorum mercedem redditam, ut, in cujus manibus pueritiam egerat, huic juvenis et victor pro beneficiis funera remitte-

[i] *Quare, cum Clitus unus e senibus, fretus amicitia Alexandri, apud quem maxime omnium gratiosus erat, laudaret Philippum, et ejus gesta extolleret.*

[k] *Nec enim debuisset audire convitia in patrem, si dicta essent, animo tam iracundo, quam audiverat ipsius laudes a Clito dictas.*

---

iid. cap. 12. 8. Similiter '*Lamachos*' iv. 4. 3. et 4. '*Crateros*' xii. 12. 8. et xiii. 6. 9. atque ap. Nep. in Eumene 2. et 4. '*Battos*' inf. xiii. 7. 1. et 6. et '*Grypos*' xxxix. 2. 7. et 8. '*Cœnos*' ap. Curt. iv. 16. f. dant meliores Mss. In eod. nomine terminationem Græcam retinent edd. ejusd. iii. 9. 7. et iv. 13. 28.—2 Coll. N. *t. satellitis.*—3 Ita Macrob. vi. Sat. 16. '*In locum satietatis succedit horror.*' Periz. *in iræ loco.*—4 Leid. 2. *extimatio.* Rom. Med. aliæque *existimatio*, quam vocem illustrat Avus ad Gell. i. 3. Add. notam Vorst. ad h. l.—5 Rom. *conf. dementiam suam, ereptumque t. i. s. vertere.*—6 Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *ni.* Saxo xiv. p. 348. 46. '*Peregissetque facinus, ni*

NOTÆ

gem gladio petentis, amputavit.

[x] *Laudaretque*] Vitam servatam regi cædemque Attali exprobravit, et Ammonis elusit oraculum.

[y] *In convivio trucidaverit*] Alexander post cœnam procurrit in regiæ vestibulum, et, hasta ablata vigili, constitit in aditu, ubi Clitum, dum ultimus exit sine lumine, medium transfixit. Curt.

[z] *Objectabat*] Illius aspersus sanguine, '*I nunc,*' inquit, '*ad Philippum,*

ret.'[f] 12. Reputabat[g] deinde, quantum in exercitu suo, quantum apud devictas gentes, fabularum atque invidiæ, quantum apud ceteros amicos metum et odium sui, fecerit: 13. quam amarum et triste reddiderit convivium suum; non armatus in acie, quam in convivio, terribilior. 14. Tunc Parmenio et Philotas, tunc Amyntas[a] consobrinus, tunc noverca[b] fratresque interfecti, tunc Attalus, Eurylochus,[c] Pausanias, aliique Macedoniæ extincti principes occurrebant. 15. Ob hæc illi quatriduo perseverata inedia est,[m] donec exercitus universi precibus exoratus est, precantis, 'ne ita mortem[9] unius doleat, ut universos perdat,[10] 16. quos in ultimam deductos barbariam, inter infestas et irritatas bello gentes, destituat.' 17. Multum profuere Callisthenis[d] philosophi preces, condiscipulatu[11] apud Aristotelen familiaris illi, et tunc ab ipso rege ad prodenda memoriæ acta ejus accitus.[12] 18. Revocato igitur ad bella[13] animo, Chorasmos[e] et Dahas[f][14] in deditionem accepit.[g]

[f] *Illi reddidisse tam iniquum præmium pro alimentis ab ea acceptis, ita ut juvenis et victor fratrem occisum pro beneficiis remitteret illi, a qua educatus fuerat in pueritia.*

[m] *Propter hanc cædem per quatuor dies abstinuit a cibo.*

rex ratem scandere maturavisset.'—7 Rom. *etiam.*—8 Coll. N. *Reputare.*—9 Leid. 3. Periz. *morte*, ut ap. Liv. XXIX. 21. 'Quanquam parum injuriis civitatis suæ doluerit.' Inscriptio ap. Ferretium I. 31. NEC. DVRO. IAM. DOLEAS. OBITU. Prior tamen constructio Auctori usitatior est, ut IX. 7. 2. et XXXII. 3. 2. 'Impatientius in dies mortem Demetrii dolebat.' Quem loquendi modum imitatur Hegesipp. I. 44. 'Patrui mortem impatienter dolebat.'—10 Avus ad h. l. et III. Obs. 20. legit *prodat*. Add. Bern. et Vorst. ad XIX. 3. 10. Bentl. ad Horat. I. Epist. 16. vs. 7. et Cortium ad Sall. Ju. 31. 18.—11 Leid. 1. *condisciplinatu*. Periz. *condiscipuli*. Rom. *discipulatu*.—12 Acutiss. Faber edidit *acciti*, eamque scripturam firmat Vincent. Ita enim ille: 'Multum vero illi prof. preces Callisthenis phil. et condiscipuli sui apud Ar. fam. illi, et tunc ab i. r. ad pr. m. a. ejus acciti.' Coll. N. *familiaris illi, qui erat tunc ab ipso rege....accitus.* Rom. *fam. illi, et qui tunc erat ab i. r....accitus.*—13 Vulg. *ad bellum*. Plerique Mss. ed. Rom. *ad bella*. Vincent. v. 46. 'in bella.'

NOTÆ

[a] *Amyntas*] Perdiccæ regis, qui Philippi frater erat, fil. quem post Philippi cædem occidi jussit.

[b] *Noverca*] Cleopatra Attali neptis, quam, tosto in pelvi ejus filio, ad suspendium adegit Olympias.

[c] *Eurylochus*] Vel aliis historicis ignotus fuit, vel turpiter lapsus est Justinus: Eurylochum enim non occidit Alexander; sed maximis affecit muneribus, ob detectam Hermolai conjurationem: quod paulo post Cliti mortem contigit.

CAP. VII. 1. Deinde, quod in primo[1] ex Persico superbiæ regiæ more distulerat, ne omnia pariter invidiosiora essent, non salutari, sed adorari, se jubet.[h] 2. Acerrimus inter recusantes Callisthenes[i] fuit. Quæ res et illi et multis[k] principibus Macedonum exitio[2] fuit: siquidem sub specie insidiarum omnes interfecti. 3. Retentus tamen est a Macedonibus mos[3] salutandi regis, explosa adoratione. 4. Post hæc Indiam petit, ut Oceano ultimoque oriente finiret imperium. 5. Cui gloriæ ut etiam exercitus ornamenta convenirent, phaleras equorum et arma militum argento inducit;[n] exercitumque suum, ab argenteis clypeis, 'Argyraspidas'[l] appellavit. 6. Cum ad Nysam[4][m] urbem

[n] *Decoravit argento phaleras equorum et arma militum.*

1 Sic Leid. 1. 3. 4. Coll. C. C. et Cant. *In primo* idem valet quod, in principio. Sen. Hippol. 132. 'Quisquis in primo obstitit, Pepulitque amorem, tutus ac victor fuit.' Marcian. Capella IV. p. 132. 'Nec interest in propositione quam partem in primo ponas.' Ita Ms. Laud. Vid. Avum ad Liv. X. 14. et Sen. Epist. 101. ac v. N. Q. 14. atque Parentem ad Macrob. I. Comm. in Somn. Scip. 4. Magl. ed. Rom. *primum*: quomodo Virgil. Æn. IX. 85. 'Tempore quo primum Phrygia formabat in Ida Æneas classem:' ubi Serv. notat: 'Quo primum,' h. e. initio. Non enim secundo factæ sunt naves apud Idam.'—2 Leid. 5. Ms. Bong. *exitium*: quod merito præfert vulgato Burm. ad Anthol. I. 70. 22.—3 Periz. Vincent. *modus.*—4 Ita tres Mss. Flor. ed. Ven. Oros. III. 19. pro vulg. *Nyssam*. Cf. notam paternam ad Arrian. v. de Exp. Alex. 1. Coll. N. Freculphus IV. 23. Ado,

NOTÆ

[d] *Callisthenis*] Qui etiam ob Hermolai conjurationem, indicta causa, morti addictus est: quod pluribus narrat Curt.

[e] *Chorasmos*] Utramque Oxi fluminis ripam incolentes. *Corassan.*

[f] *Dabas*] Qui inter Oxum et Jaxartem non procul a maris Caspii littore habitabant.

[g] *In deditionem accepit*] Spitamene, qui belli auctor fuerat, occiso, quem Curt. vult necatum ab uxore, Arrian. a Dahis, quos Massagetas et Scythas vocat.

[h] *Adorari se jubet*] Id suadebant Agis poëtaster Argivus, Cleo Siculus, et Anaxarchus sophista, qui Herculem, Liberum, Castorem, et Pollucem novo Deo cessuros jactitabant.

[i] *Callisthenes*] Olynthius, Aristotelis et discipulus et affinis, qui coram Alexandro orationem Anaxarchi refutavit, præcepti sibi ab Aristotele dati immemor, ut cum rege, vel rarissime, vel quam jucundissime loqueretur.

[k] *Et illi et multis*] Ob Hermolai conjurationem vel tortus est et suspensus, ex Ptolemæo ap. Arrian. vel in vinculis custoditus post menses 7. obiit, ex Charete ap. Plut. vel leoni post multa tormenta objectus, ex Laërtio.

[l] *Argyraspidas*] I. e. argenteis parmis insignes.

[m] *Ad Nysam*] Multiplex hoc nomine civitas est in Armenia, Arabia, Caria, et Ægypto; sed hæc non pro-

venisset, oppidanis non repugnantibus,[n] fiducia religionis Liberi patris, a quo condita urbs erat, parci jussit; lætus non militiam tantum, verum et vestigia, se Dei secutum. 7. Tunc ad spectaculum sacri montis duxit exercitum, naturalibus bonis, vite hederaque non aliter vestiti, quam si manu cultus colentiumque[5] industria exornatus[6] esset:[o] 8. sed exercitus ejus, ubi ad montem accessit, repentino impetu mentis in sacros Dei ululatus instinctus, cum stupore regis, sine noxa discurrit; ut intelligeret, non tam oppidanis[7] se parcendo quam exercitui suo consuluisse.[8] 9. Inde montes Dædalos regnaque Cleophidis[9p] reginæ petit: quæ cum se dedidisset ei, concubitu redemtum regnum ab Alexandro recepit; illecebris consecuta, quod virtute[10] non potuerat;[11] 10. filiumque ab eo genitum Alexandrum[p] nominavit, qui postea regno[12] Indorum potitus est.[r] 11. Cleophis regina, propter prostratam pudicitiam, 'scortum regium' ab Indis exinde appellata est. 12. Peragrata India, cum ad saxum[q] miræ asperitatis et altitudinis, in

[o] Tum duxit exercitum ad visendum montem sacrum, qui æque erat vestitus naturalibus bonis, hoc est, vite et hedera, ac si cultus esset industria manuque hominum.
[r] Qui postea apud Indos imperavit.

et Vincent. v. 48. *Nisam.* Rom. *Nyseam.*—5 Bodl. *q. s. m. cultus, magis mirabilem col.*—6 Coll. N. *orn.* Vincent. 'quam si manu cultus esset et ornatus.'—7 Sic Med. Reg. Bodl. Coll. N. Periz. ed. Rom. idque vulgato recte præferunt Vorst. Schef. et Heins. Animadv. ad Tac. A. 46. vol. IX. Misc. Obs. tom. III. p. 392.—8 Vincent. d. l. 'ut intelligeret Alexander, se suo exercitui magis quam oppidanis parendo consuluisse.' Ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *ut intell. non tam oppidanis parc. q. e. suo se cons.*—9 Vulg. *Cleofid.* Magl. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. aliæque, Oros. *Cleophid.* Frec. 'Cleophilis,' male.—10 Med. Magl. Leid. 2. 5. Periz. Thuan. Bodl. Coll. N. ed. Jens. Rom. Bech. aliæque *armis.*—11 Mss. Bong. Leid. 4. ed. Rom. *poterat*, probante Schef. Vincentius 'quod vi non poterat.'—12 Med.

NOTÆ

cul a radicibus montis Meron, ad Indum, a Baccho condita est, in India citeriore.

[n] *Non repugnantibus*] Obsidione tamen defessos cives urbem dedisse tradit Curt.

[o] *Regnaque Cleophidis*] Masagam Assacenorum urbem primariam obsedit, ubi telo sauciatus dixit, 'Se quidem Jovis haberi filium, sed ægri corporis vitia sentire.' Urbem vi captam scribit Arrian. Curt. vero, Cleophim laboranti civitati, et pulchritudine et filii lacrymis, veniam impetrasse.

[p] *Alexandrum*] Cujus filii non meminit Arrian.

[q] *Ad saxum*] Aornon nuncupatum, quo Bazirenses confugerant.

[r] *Potitus saxo*] Ibi aras et Minervæ et Victoriæ dicavit.

[s] *Loci gentes*] Omphis seu Taxiles se suaque omnia Alexandro permisit, multaque munera et illi obtulit, et ab illo accepit.

[t] *Porus*] Qui Taxili hostis infensissimus ultra Hydaspem imperabat: statura illi fuit 4. cubitorum et unius palmi, ex Plut.

[u] *In adventum ejus*] Alexandri nomine monitus a Cleochare, ut stipendium penderet, suisque in finibus occurreret regi: occursurum se respondit, sed armatum.

[w] *Commisso prælio*] Ad Hydaspem, quo Porus cum 30. militum M. 300. curribus, et 85. elephantis venerat, hostem a transitu prohibiturus.

quod multi populi confugerant, pervenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione ejusdem saxi terræ motu prohibitum. 13. Captus itaque cupidine Herculis acta superare, cum summo labore ac periculo potitus saxo,[r] omnes ejus loci gentes[s] in deditionem accipit.[13]

CAP. VIII. 1. Unus ex regibus Indorum fuit, Porus[t] nomine, viribus corporis et animi magnitudine pariter insignis, 2. qui bellum jampridem, audita Alexandri opinione, in adventum ejus[u] parabat. 3. Commisso itaque prælio,[w*] exercitum suum Macedonas invadere jubet; sibi regem eorum privatum[1] hostem deposcit. 4. Nec Alexander pugnæ moram fecit: sed prima congressione vulnerato equo, cum præceps in terram decidisset,[x] concursu satellitum servatur.[y] 5. Porus multis vulneribus[y] obrutus capitur.

Leid. 5. *regna.* 2. 4. et Bodl. *regno.*—13 Magl. Bodl. Coll. N. 4. Leid. ed. Rom. Par. *accepit.*

1 Vincent. v. 49. 'Porus regem Alexandrum privatum sibi hostem deposcit.' Scheffero emendanti *privatim* favet Oros. III. 19. 'Alexander cum ipso Poro singulariter congressus, occisoque dejectus equo, concursu satellitum præsentiam mortis evasit.' Matthæus: 'Cum Poro ipsius gentis rege fortissimo, equo vectus, singulari certamine dimicavit: sed, occiso dejectus equo, concursu satellitum suorum mortem evasit.' Otto Frising. d. l. 'Ibi

NOTÆ

* A. M. 3728. Ol. 113. 3. U. C. 427. Ant. Ch. 324.

[x] *Decidisset*] Dum fugientem Porum persequitur, Bucephalus multis confossus vulneribus procubuit, posito potius rege quam effuso.

[y] *Porus multis vulneribus, &c.*] Bucephalo Alexander, Porus elephante, vehebatur. Rector belluæ, ut vidit regem sanguine conspersum, et vix mentis compotem, belluam in fugam concitat; sed, dum Porus gravatus telis laberetur ex bellua, ille, regem descendere velle ratus, more solito elephantem procumbere jussit in genua; qui ut se summisit, ceteri quoque (ita enim erant instituti) demisere corpora in terram: quæ res et Porum et illius duces tradidit victoribus. Ita Curt.

6. Qui victum se adeo doluit, ut, cum veniam ab hoste invenisset,[a] neque cibum sumere voluerit, neque vulnera curari passus sit, ægreque sit ab eo obtentum, ut vellet vivere. 7. Quem Alexander ob honorem virtutis incolumem in regnum remisit.[z] 8. Duas ibi urbes condidit: unam Nicæam,[a] alteram ex nomine equi Bucephalen,[3 b] vocavit. 9. Inde Arestas,[4 c] Gesteanos,[5 c] Præsidas,[6 c] Gangaridas,[7 d] cæsis eorum[e] exercitibus, expugnat. 10. Cum ad Cuphites[8 f]

Porum regem Indorum singulari congressu vicit.'—2 Vincent. v. 49. 'recepisset.' Coll. N. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Col. pr. Græv. *invenisset*. Vid. notam Wopkensii.—3 Ald. Junt. *Bucephaliam*. Βουκεφαλίαν etiam hanc urbem nominat Plut. Alex. p. 699. 'Bucephalon' Curt. IX. 3. 23. et Gell. v. 3. τὴν Βουκέφαλον Ἀλεξάνδρειαν Suid. in v. Κοππατίας. Bodl. ed. Rom. Curt. d. l. ex Ms. et Oros. Vincent. *Bucephalam*, atque Βουκεφάλαν Auctor συναγ. ἱστορ. ΌΛ. ΡΙΓ. Parens ad Arrian. I. 9. de Exp. Al. suspicabatur Just. scripsisse *alteram ex nomine equi Bucephalæ Bucephalam vocavit*. Frec. *Bucifalem*. Verum primus ejusd. cod. Leid. et tres Florentini Orosii *Bucefalen*: 2. *Bucefalem*.—4 Periz. ed. Jens. Rom. Bech. Med. aliæque, Oros. et Frec. *Adrestas*. Ald. Junt. *Andrestas*, Add. notam Bernecceri.—5 Magl. ed. Rom. *Gestanos*. Bodl. Coll. N. *Sateanos*. Bech. Med. Par. *Stathenos*. Flor. *Strathenos*. Ald. Junt. *Assacenos*. Mss. Florent. Orosii, et Leidenses Freculphi, *Cathenos*.—6 Med. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. C. C. et Ms. Florent. Orosii *Præsidias*. Magl. ed. Rom. *Presideas*. Periz. *Prasidas*. Jens. Ven. Flor. Med. ed. Ven. Orosii *Passidas*. Ald. Junt. *Prasios*. Frec. et Vincent. v. 52. 'Persidas.'—7 Med. Bodl. *Cantaridas*. Coll. N. *Gantaredos*. Magl. *Gargaridas*. ed. Jens. Ven. Flor. Med. Par. *Gangaritas*. Ald. Junt. *Gandarias*. Frec. *Candaridas*: verum ejusd. Mss. Leidenses, Orosius atque Vincent.

NOTÆ

[z] *In regnum remisit*] Eum etiam, domitis multis gentibus, ampliore regno donavit.

[a] *Nicæam*] Urbs huj. nominis multiplex fuit, quarum nobilissima fuit Nicæa Bithyniæ. Illam, de qua hic agitur, condidit Alexander inter Hydaspem et Acesinem.

[b] *Bucephalen*] Nomen illi indidit Alexander ab equo suo, qui et capite et nomine Bucephalus fuit. Chares testatur illum emtum fuisse talentis 13. et regi Philippo donatum a Philonico Thessalo. Cum eum nemo ne tangere quidem auderet, solus Alexander illum sine verberibus ad cursum primum admisit: tum calcibus usus eum mira arte domuit: quo factum est, ut ille in dorso insidere suo, præter Alexandrum, pateretur neminem; et ipsum, cum vellet ascendere, sponte sua genua summittens exciperet.

[c] *Arestas*] Præstos Curt. Adrastas Arrian. *Gesteanos*] Cathenos Oros. Cathæos Diod. *Præsidas*] Curt. Parrhasios. Hi omnes populi juxta ripas Hydraotis et Hypasis habitabant.

[d] *Gangaridas*] Gandaridas vocat Diod. Sed Alexander eos non vicit: qui sc. ultra Gangem habitarent.

[e] *Cæsis eorum, &c.*] Superatis Acesine et Hydraote fluviis, Cathæos vicit; tum contendit ad Hypasim.

[f] *Ad Cuphites*] Rem aliter narrant Diod. Arrian. et Curt. Castris ad Hypasim positis, interrogatus ab

venisset, ubi eum ducentis millibus equitum hostes opperiebantur,[9] exercitus omnis, non minus victoriarum numero quam laboribus fessus, lacrymis eum deprecatur, 'finem tandem bellis[10] faceret; 11. aliquando patriæ reditusque meminisset; respiceret militum annos, quibus vix ætas ad reditum sufficeret.' 12. Ostendere alius canitiem, alius vulnera, alius ætate consumta corpora, alius cicatricibus exhausta: 13. 'solos se esse, qui duorum regum, Philippi Alexandrique, continuam militiam pertulerint.' 14. Tandem orare, 'ut reliquias saltem suas paternis sepulcris reddat, quorum non[11] studiis deficiatur, quam[12] annis:[9] 15. ac[13] si non militibus, vel ipse sibi, parcat, ne fortunam suam nimis onerando fatiget.' 16. Motus his[g] tam justis precibus, velut in finem victoriæ castra solito[h] magnificentiora fieri

[9] *Precari denique ut patiatur eorum corpora jam morti vicina sepeliri tumulis paternis, cum non deseratur a militibus propter eorum in ipsum odium, sed propter ætatem nimium provectam.*

stant a vulg.—8 Coll. N. *Cosites*. Rom. *Cuffides*. Bech. *Eufites*. Ald. Junt. *Euphites*. Oros. et Frec. ex Mss. 'Chofides.' Vincent. v. 51. 'Aphites.' Ortelius in Thes. Geogr. malebat *Cophites*.—9 Periz. ed. Rom. *ubi eum hostium CC. millia eq. op.* Vincent. 'ubi eum cc. milia eq. op. hostium.'—10 Vulg. *belli*. Med. Magl. Leid. 1. 2. 4. 5. Periz. Bodl. Coll. C. C. *bellis*, quod vulgato præferebat Vorst.—11 Magl. Reg. ed. Rom. *non tam*, male. Symmach. I. Ep. 86. ex Ms. Regio et Card. Bessarionis: 'Ubi non in scribendo negligentia mea quam tua in describendo diligentia displicebit.' Vulg. *non tam in scribendo*.—12 Coll. N. *sed*.—13 Magl. Bodl. ed. Ald. *at*. Coll. N. *aut*.—14 Se-

NOTÆ

Alexandro Phegeus, quænam gentes ultra flumen habitarent, respondit, vastas esse 12. dierum solitudines; eas excipere Gangem; ulteriores ripas incolere Gangaridas et Parrhasios; eorumque regem Xandramen, cum 20. M. equitum, 200. peditum, 2. curruum, 3. elephantorum, vias obsidere: quibus territi milites reditum in patriam precantur.

[g] *Motus his, &c.*] Nec Cœni oratione nec militum lacrymis flexus, cum se ap. exercitum seu querelis seu blandis verbis nihil proficere cerneret, se solum contra Indos iturum dixit, et sacrum fieri jussit pro transitu: sed, cum exta infaustos eventus portenderent, significavit militibus statutum esse sibi in domum reverti. Ita Arrian. ex Ptolemæo.

[h] *Castra solito*] 12. aras altitudinis 50. cubitorum ex lapide quadrato exstrui; cubilia amplioris formæ, quam pro corporum habitu par esset, relinqui; castrorum locum triplo majorem quam fuissent designari, jussit, ex Diod. et Curt. Quin etiam ludos, tum gymnicos tum equestres, celebrari voluit, ex Arrian.

jussit, quorum molitionibus et hostis terreretur et posteris admiratio sui relinqueretur. 17. Nullum opus milites lætius fecere. Itaque cæsis hostibus[14] cum gratulatione in eadem[i] reverterunt.[r]

CAP. IX. 1. Inde Alexander ad amnem Acesinen[ik] pergit: per hunc[l] in Oceanum devehitur.† 2. Ibi Hiacensanas[m] Sileosque,[2n] quos Hercules condidit, in deditionem accepit. 3. Hinc in Ambros[3] et Sugambros[o] navigat:[p] quæ gentes eum[4] armatis octoginta millibus peditum et sexaginta[5] millibus equitum excipiunt. 4. Cum prælio victor esset, exercitum ad urbem eorum[q] ducit. 5. Quam deser-

[r] *Quare immolatis hostiis cum lætitia redierunt in easdem regiones, quas subegerant.*

---

bis. malebat *hostiis:* quomodo etiam Lips. legend. conjecerat. Vid. Blancard. ad Arrian. v. de Exp. Alex. p. 375.

1 Vulg. *Acesinem.* Leid. 4. Coll. C. C. Oros. ex veterrimo cod. Flor. et Freculphus *Agesinem.* Ejusd. Leid. 1. *Agesinem.* Leid. 2. 5. *Acegisinem.*—2 Vincent. *ubi Biacensanos et Sileos.* Ms. Fabricii *Jacensanas Sibosque.* Bodl. Leid. 2. 5. *Agesinas Syrosque.* Med. *Agesinas Sirbosque.* Magl. *Argesinas Sileosque.* Coll. N. *Aginos Sibosque.* Periz. *Acensonos Sibosque.* Jens. Bech. *Gesonas Asybosque.* Mss. Orosii et Freculphi *Gessonas* (ed. Frec. *Gressonas*) *Sibosque.*—3 Leid. 2. *H. Mandros:* 5. *H. in Mandros.* Frec. et Flor. 3. Orosii 'H. Ambros et Subagras nav.' Ed. Ven. *H. Mardos et S. n.*—4 Rom. aliæque vett. *cum,* nec aliter Frec. cujus tamen uterque Ms. Leid. et Orosius dant *eum.*—5 Leid. 2. *LXX.*—6 Coll. C. C. *des. diebus tribus.*—7 Vulg.

NOTÆ

[i] *In eadem*] Transmisso Hydraote et Acesine fluviis, ad Hydaspem rediit.

[k] *Acesinen*] Qui Hydaspi et Hydraoti junctus in Indum profluit. Ad illius ripas, si Plinio credimus, arundines ejus magnitudinis proveniunt, ut singula internodia navigii vicem suppleant.

[l] *Per hunc*] Non per Acesinem, sed per Hydaspem, in quem influit Acesines, naves circiter bis mille, ut ait Ptolemæus ap. Arrian. mille, ex Diod. et Curt. habebat.

† A. M. 3729. Ol. 113. 4. U. C. 420. Ant. Ch. 323.

[m] *Hiacensanas*] *Acesinas* legend. i. e. Acesinis fl. accolas.

[n] *Sileos*] Sibos Curt. Steph. et Strabo: Sibas Arrian. nominat ad Hydraotis ripas habitantes.

[o] *In Ambros et Sugambros*] Melius nonnulli *Mallos et Oxydracas* legunt: Ambricas Diod. habet, Mandros et Subagras Oros. Sydracas Plin. Utramque Hypasis ripam, qua in Indum profluit, incolebant.

[p] *Navigat*] Dum Hephæstion et Ptolemæus classi imperant, ipse terrestri itinere fluvii ripam legens multos populos devicit.

[q] *Ad urbem eorum*] Rem paulo aliter narrat Arrian. Urbe relicta, in arcem se receperant Oxydracæ: quare Alexander, ubi ad arcem ventum est, ipse uni militum ereptas scalas muro applicat, primusque conscendit. Sed dum illi celerius Argy-

tam[6] a defensoribus cum de muro, quem primus ceperat, animadvertisset, in urbis planitiem sine ullo satellite desiluit.[7] 6. Itaque cum eum hostes solum conspexissent, clamore edito, undique concurrunt, si possint in uno[8] capite orbis bella finire, et ultionem tot gentibus dare. 7. Nec minus Alexander constanter resistit, et unus adversus tot millia præliatur. 8. Incredibile dictu est, ut eum non multitudo hostium, non vis magna telorum, non tantus[9] lacessentium clamor, terruerit; solus tot millia ceciderit ac fugaverit. 9. Ubi vero obrui multitudine se vidit, trunco se, qui propter[10] murum stabat, applicuit: 10. cujus auxilio tutus, cum diu agmen sustinuisset, tandem cognito periculo ejus, amici ad eum desiliunt; ex quibus multi cæsi: 11. prælumque tamdiu[11] anceps fuit, quoad omnis exercitus, muris dejectis,[12] in auxilium veniret. 12. In eo prælio sagitta sub mamma trajectus, cum sanguinis fluxu deficeret, genu posito tam diu prælialus est, donec eum, a quo vulneratus fuerat, occideret. 13. Curatio vulneris[r] gravior ipso vulnere fuit.

---

desiliit. Med. Leid. 2. 5. *desilit.* 4. *desilivit.* Periz. *desilluit.* Oros. et Frec. 'desiluit;' idemque dant Leid. 1. 4. Periz. cap. 11. 8. Ita XI. 5. 10. 'prosiluit.' XXV. 4. 8. 'insilnerit,' et I. 10. 3. ex Periz, 'desiluerint.' Saxo XIV. p. 278. 33. 'Equo dissiluit.' Leg. *desiluit.*—8 Coll. N. *unius.*—9 *Tantum* Leid. 4. ed. Bech. Ven. Med. et Freculphus, cujus uterque cod. Leid. stat a vulgata tam Justini quam Orosii scriptura. Rom. *tantorum.*—10 Bodl. ed. Rom. aliæque *prope:* male. Inscriptio Neapolitana: PARIES QUI EST PROPTER VIAM. Et: QUAE [fenestræ] IN PARIETE PROPTER EAM AREAM SUNT. Saxo XIV. p. 268. 26. 'Armenta propter littus errantia:' p. 306. f. 'Propter littus peditem occiderunt,' et XVI. p. 383. 20. 'Propter muros equo descendit.'—11 Periz. *prælium diu.*—12 Id. cum Med. Magl. ed. Junt. *dejectus,* probante Græv. Orosius et Frec. 'perfractis muris.' Gualter. IX. Alex. 444. 'Murum fregere dolabris, Molitique aditum, spreto discrimine mortis, Per murum fecere viam.'

NOTÆ

raspides succurrere student; fractis nimio pondere scalis, in terram corruunt. Alexander interea in arcem desilit, ubi comitibus, quos habebat, occisis, grave in pectore accepit vulnus; quo in scutum collapsus, in hostium venisset potestatem, nisi Macedones patefacta, quam quisque potuit, via, regem exanimem, fugatis barbaris, in castra scuto retulissent.

[r] *Curatio vulneris, &c.*] Cum spiculum pectori infixum hamatum esset, Critobulus, hortante Alexandro, patefacto latius vulnere, illud avulsit: unde tanta vis sanguinis manavit, ut pro mortuo habitus aliquamdiu fuerit.

Cap. x. 1. Itaque, ex magna desperatione tandem saluti redditus, Polyperchonta cum exercitu Babyloniam mittit: ipse cum lectissima manu navibus conscensis[1] Oceani littora peragrat. 2. Cum venisset ad urbem Ambigeri[2] regis,[s] oppidani, invictum ferro audientes, sagittas veneno armant; atque ita gemino mortis vulnere, hostem a muris summoventes, plurimos interficiunt.[t] 3. Cum inter multos vulneratus etiam Ptolemæus esset, moriturusque jamjam videretur, per quietem regi monstrata in remedia veneni herba est: qua in potu accepta, statim periculo liberatus est; majorque pars exercitus hoc remedio servata. 4. Expugnata deinde urbe, reversus in naves, Oceano libamenta dedit,[t] prosperum in patriam reditum precatus: 5. ac veluti curru circa metam acto, positis imperii terminis, quatenus aut terrarum solitudines prodire passæ sunt, aut mare navigabile fuit, secundo æstu ostio fluminis Indi invehitur.[u] [3] 6. Ibi in monumenta rerum a se gestarum urbem Barcen[4] condidit;[4] arasque statuit, relicto ex numero amicorum littoralibus Indis præfecto. 7. Inde iter terrestre facturus, cum arida loca medii itineris dicerentur, puteos opportunis locis[5] fieri præcipit: quibus ingenti dulci aqua inventa Babyloniam redit. 8. Ibi multæ[u] devictæ gentes præfectos

[s] *Multos occidunt, avertentes hostem a muris, telis venenatis, in quibus vis erat mortis geminæ.*

[t] *Obtulit sacrificia Neptuno Deo Oceani.*

[u] *Secutus æstum pelagi, ostia fluminis Indi ingreditur tanquam victor, qui cur… rum egit circa metam, quod protulisset imperii fines eo usque, quo licuit et exercitum ducere per solitudines regionum, et naves agere in pelago.*

1 Ven. Med. Junt. *naves conscendit et.* Suet. Calig. 37. 'Quibus [liburnicis] littora Campaniæ peragravit.' Add. Duker. ad Flor. II. 7. 6.—2 Coll. N. *Ambiregi.* Ald. Junt. *Ambiani.* Vincent. v. 54. 'Ambigiri.' Blancard. ad Arrian. VI. de Exp. Alex. p. 409. malebat *Ambi* vel *Sambi.* Priorem cl. viri conj. firmant Med. Bodl. Leid. 2. 5.—3 Saxo XIV. p. 277. 27. 'Secundo mari in Iutiam pervenit,' et p. 252. 21. 'Ostio militem invehi jubet.' Coll. N. *vehitur.*—4 Periz. *Barten.* Coll. N. *Bartemostem.* Vincent. v. 62. 'Barchem.' —5 Magl. Bodl. *in l.* et mox cum Leid. 1. 4. ed. Rom. Bech. Ven. Flor.

NOTÆ

[s] *Ambigeri regis*] Arrian. Ambisarim, Sambum Diod. Ambyram Oros. vocat.

[t] *Barcen condidit*] Construxisse navalia referunt Arrian. et Curt. At de Barce non meminerunt.

[u] *Ibi multæ*] Non Babyloniæ, sed dum Babyloniam redit.

suos accusaverunt, quos sine respectu amicitiæ Alexander in conspectu legatorum necari jussit.[w] 9. Filiam post hæc Darii regis, Statiram,[x] in matrimonium recepit: 10. sed et optimatibus Macedonum lectas ex omnibus gentibus nobilissimas virgines tradidit, ut communi facto crimen regis levaretur.[6]

Cap. XI. 1. Hinc ad concionem exercitum vocat: et promittit 'se æs alienum omnium propria impensa soluturum,' ut prædam præmiaque integra domos ferant. 2. Insignis hæc munificentia non summa tantum, verum etiam titulo muneris fuit; nec a debitoribus magis quam a creditoribus gratius excepta:[w] quoniam utrisque exactio pariter ac solutio difficilis erat.[1] 3. Viginti millia talentum in hos sumtus expensa. 4. Dimissis veteranis, exercitum junioribus[2] supplet. 5. Sed retenti, veteranorum discessum ægre ferentes, missionem[y] et ipsi flagitabant; 'nec annos sed stipendia sua numerari' jubebant: 'pariter in militiam lectos pariter sacramento solvi æquum' censentes: 6. nec jam precibus sed convicio agebant, jubentes 'eum solum cum patre suo Hammone inire bella, quatenus[3] milites suos fastidiat.' 7. Contra ille nunc castigare milites; nunc lenibus verbis monere, 'ne gloriosam militiam sedi-

[w] *Summa hæc liberalitas accepta est ab omnibus pro munere maximo, et tam grata fuit creditoribus quam debitoribus.*

Med. Par. Ald. Junt. *præcepit.*—6 Eruditiss. Triller. I. Obs. Crit. 18. malebat *velaretur.* Symmach. II. Ep. 4. 'Putas solenni genere defensionis levare peccatum.' Hegesipp. I. 6. 'Ut facti invidiam levaret.' Saxo XIV. p. 328. f. 'Ea res mulieris infamiam levavit.'

1 Bodl. *difficiles erant.*—2 Med. Magl. Bodl. Coll. N. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *ex jun.* Liv. XXVII. 7. 'M. Valerio cum L. Cincio Cannensis exercitus datus; eumque supplere ex militibus, qui ex legionibus Cn. Fulvii superessent, jussi.' Vincent. 'de jun.'—3 Ita edidit Bong. ex suis Mss. quibus consentiunt Thuan. Magl. Leidenses, quorum 1. et 4. dant *quatinus.* Periz. ed. Rom. *in. b. ne.* Bodl. *in. bellum, ut.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. *finire bella, ut.* Ald. Junt. *finire bella, quatenus.* Add. notam

NOTÆ

[w] *Necari jussit*] Cleandrum, Sitalcem, et Agathonem Medis præpositos, a quibus occisus Parmenio fuerat Alexandri jussu.

[x] *Statiram*] Alii Barsinen dicunt: Parysatim etiam, ex Ochi filiabus minimam, Susis uxorem duxit.

[y] *Missionem*] Ipsi etiam infensi Alexandro veterani, quasi bello inutiles, dimitterentur.

tionibus infuscarent.' 8. Ad postremum, cum verbis nihil proficeret, ad corripiendos seditionis auctores e tribunali in[4] concionem armatam inermis[5] ipse desiluit, et, nemine prohibente, redecim correptos manu sua ipse ad supplicia[6] duxit. 9. Tantam vel illis moriendi patientiam metus regis, vel huic exigendi supplicii constantiam disciplina militaris, dabat.[x]

Cap. XII. 1. Inde separatim auxilia Persarum in concione alloquitur. 2. Laudat perpetuam illorum, tum in se, tum in pristinos reges, fidem; sua in illos beneficia commemorat: 'ut nunquam quasi victos, sed veluti victoriæ socios, habuerit: denique se in illorum, non illos in gentis suæ, morem transisse; affinitatibus connubiorum victos victoribus miscuisse. 3. Nunc quoque,' ait, 'custodiam corporis sui non Macedonibus tantum se, verum et illis, crediturum.' 4. Atque ita mille ex his juvenes in numerum satellitum legit: auxiliorum quoque portionem, formatam in disciplinam Macedonum, exercitui suo miscet.[y] 5. Quam rem ægre Macedones tulerunt, jactantes hostes suos in officium suum a rege subjectos. 6. Tunc universi flentes regem adeunt: orant, 'suppliciis suis potius saturet se, quam contumeliis.'[z] 7. Qua modestia[a] obtinuerunt, ut undecim millia militum veteranorum[1] exauctoraret. 8. Sed ex amicis dimissi senes, Polyperchon, Clitos, Gorgias, Polydamas, Amadas,[2] Antigenes. 9. Dimissis his Crateros præponitur, jussus præesse Macedonibus in Antipatri lo-

[x] *Vel tantus erat metus regis, ut illi patienter morerentur, vel tam severa militaris disciplina, ut ipse ausus fuerit sumere supplicium a rebellibus.*

[y] *Immiscet suo exercitui partem Persarum aliorumque populorum qui docti erant disciplinam Macedonum.*

[z] *Precantur ut illis potius mortem inferat quam contumelias.*

Modii.—4 *Ad* edidit Faber.—5 In Ms. Franeq. *in armis* legi monuit Burm. ad Anthol. III. 15. 16.—6 Periz. *ad supplicium.* Magl. Leid. 1. 4. Thuan. Bodl. Coll. C. C. *in supplicium*, probante Schef. Vincentius 'Manu sua percussit.'

1 Desideratur in Ms. Coll. N.—2 Voss. malebat *Amyntas*, idque ipsum

NOTÆ

[a] *Qua modestia*] Ad gratiam stabiliendam publicum epulum instituit, cui 9. convivarum M. affuerunt.

cum; Antipatrumque cum supplemento tironum in locum ejus evocat: 10. stipendia revertentibus,[a] veluti militantibus, data. 11. Dum hæc aguntur, unus ex amicis ejus Hephæstion[3] decedit, dotibus primo formæ pueritiæque, mox obsequiis,[4] regi percarus: 12. quem contra decus regium[b] Alexander diu luxit; tumulumque ei duodecim millium talentum[5] fecit; eumque post mortem coli ut Deum jussit.

Cap. XIII. 1. Ab ultimis littoribus Oceani Babyloniam[1] revertenti nuntiatur,‡ legationes Carthaginiensium, ceterarumque Africæ civitatium, sed et Hispaniarum,[c] Siciliæ, Galliæ,[d] Sardiniæ,[2e] nonnullas quoque ex Italia ejus adventum[3] Babyloniæ[4] opperiri. 2. Adeo universum terrarum orbem nominis ejus terror invaserat, ut cunctæ gentes veluti destinato sibi regi adularentur. 3. Hac igitur ex causa Babyloniam festinanti, veluti conventum terrarum orbis acturo, quidam ex Magis[f] prædixit, 'ne urbem in-

exhibent Magl. Thuan. a m. sec. verum Blancardus ad Arrian. VII. de Exp. Alex. p. 466. suspicabatur hoc nomen ex præcedenti ortum fuisse; idemque desideratur in Ms. Coll. N. atque ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. —3 Vulg. *Eph.* Leid. 4. ed. Rom. *Heph.*—4 Med. *demum obs.* Vincent. 'mox obsequio.'—5 Sic Med. Bodl. Periz. ed. Rom.

1 Leid. 2. Ald. Junt. *Babylonem.*—2 Coll. N. *Sic. Sard.*—3 Med. Magl. Leidenses, Periz. *adv. ejus.*—4 Leid. 1. 2. 3. Ald. Junt. *Babylone.* Vincent.

NOTÆ

[a] *Revertentibus*] Jussit etiam, ut illi primas sedes in theatris coronati obtinerent.

[b] *Contra decus regium*] Glaucum medicum egit in crucem, ædem Æsculapii Ecbatanis evertit, tibias musicamque in castris diu compescuit, diem noctemque integram incubuit defuncto corpori, multaque alia dedit signa nimii doloris. Hæc Arrian.

‡ A. M. 3730. Ol. 114. 1. U. C. 429. Ant. Ch. 322.

[c] *Hispaniarum*] Provincia Europæ amplissima, Oceano et Mari Mediterraneo, instar peninsulæ, a 3. lateribus circumfluа, Pyrenæis montibus a Galliis sejuncta. Nomine plurali dicitur, quia ab Ibero flumine in duas divisa partes, quarum una citerior dicta est, ulterior altera: deinde tres habuit partes, Tarraconensem, Bæticam, et Lusitaniam.

[d] *Galliæ*] Omnibus ex partibus Oceano, Pyrenæis montibus, Alpibus, Rheno, et Mari Mediterraneo circumscribitur. Multiplex illius olim divisio fuit, in Togatam, Comatam, et Braccatam; Transalpinam, et Cisalpinam; Narbonensem, Lugdunensem, Aquitanicam, et Belgicam; &c. Sed hoc non est huj. loci.

[e] *Sardiniæ*] Ins. est ingens, Italiæ adjacens, inter Tyrrhenum et Balearicum, a Sardo Herculis fil. nomen sortita.

[f] *Quidam ex Magis*] Fuerant portenta illius mortis prænuntia: regi

troiret,' testatus ' hunc locum ei fatalem fore.' 4. Ob hoc omissa Babylonia,[5] in Borsippam[g] urbem trans Euphraten, desertam olim, concessit.[6] 5. Ibi ab Anaxarcho[h] philosopho compulsus est rursum magorum prædicta contemnere, ut falsa et incerta,[7] et, si fatis constent, ignota mortalibus; at, si naturæ debeantur, immutabilia. 6. Reversus igitur Babyloniam, multis diebus otio datis, intermissum olim convivium solenniter instituit: 7. totusque in lætitiam[8] effusus, cum diei noctem pervigilem[9] junxisset,[a 10] recedentem jam e convivio Medius[11 i] Thessalus, instaurata comissatione, et ipsum et sodales ejus invitat. 8. Accepto poculo, media potione repente veluti telo confixus ingemuit; 9. elatusque e[12] convivio semianimis, tanto dolore cruciatus est, ut ferrum in remedia posceret, tactumque hominum velut vulnera indolesceret. 10. Amici causas[13] morbi intemperiem ebrietatis disseminaverunt: re autem vera insi-

[a] *Cum diem noctemque integram in convivio transegisset.*

v. 63. ' ejus adv. Babylone experiri.' et paulo post id. cum Leid. 2. Ald. Junt. *Babylonem festinanti.* Leid. 1. *Babilona f.* Dein §. 4. et 6. Leid. 2. eædemque edd. quoque dant *Babylone* et *Babylonem.*—5 Leid. 2. Rom. *Ob hæc om. Babylone.*—6 Ita ex Junt. cui Ald. astipulatur, edidit Græv. Plerique Mss. ed. Bong. *Bursiam.* Periz. *Brixiam.* Coll. N. *Blesiam.* ed. Jens. Rom. *Byrsam.* Bech. *Byrsiam.* Vincent. ' *Bursiam* conscendit.'—7 Coll. N. *ut falsa, ut inc.* Vincent. ' Magorum dicta c. tanquam f. et inc.'—8 Rom. *in lætitia.*—9 Med. Leid. 2. 5. *pervigilando.* Bodl. *vigilando.* Magl. *pervigil.*—10 Coll. N. *totusque lætitiam fusus, c. d. noctem conjunxisset pervigilem.* Leid. 3. a pr. m. et Vincent. *duxisset.*—11 Ald. Junt. *Mid.*—12 *E* omittunt Med. Magl. Leid. 4. Coll. N. ed. Rom.—13 Sic Med. Leidenses, Periz. Vincent. Vulg. *causam.*

NOTÆ

enim propter Babyloniam naviganti regium capitis ornamentum, eique alligatum diadema, ventus abripuit: quod cum palustri adhæsisset arundini, regi Seleucus retulit, quod ei portendit imperium.

[g] *Borsip.* [*Bursiam*] Alii *Burbesiam, Borsippam* alii, legunt.

[h] *Anaxarcho*] Qui Alexandro familiaris fuit; a quo cum in magnificis epulis rogaretur, quid de illo apparatu sibi videretur, tum ille Nicocreontem intuens, ' Cuncta magnifica,' inquit; ' sed oportebat caput alicujus satrapæ apponi.' Postea vero Nicocreon, ex satrapa rex factus, Anaxarchum in Cyprum deduci et in saxo concavo inclusum ferreis malleis contundi jussit: sed ille celebri dicto pœnam elusit: ' Tunde, tunde,' inquit, ' Anaxarchi vasculum: nam Anaxarchum non teris.'

[i] *Med.* [*Medicus*] ' Medius ' habent Plut. Diod. et Arrian.

diæ fuerunt, quarum infamiam successorum potentia oppressit.

CAP. XIV. 1. Auctor insidiarum Antipater fuit,[k] qui, cum carissimos amicos ejus interfectos videret, Alexandrum Lyncistam[1] generum suum occisum, 2. se magnis rebus in Græcia gestis non tam gratum apud regem quam invidiosum esse, 3. a matre quoque ejus Olympiade variis se criminationibus vexatum: 4. huc accedebant ante paucos dies supplicia in præfectos devictarum nationum crudeliter habita: 5. ex quibus rebus[2] se quoque a Macedonia non ad societatem militiæ, sed ad pœnam, evocatum[3] arbitrabatur: 6. igitur, ad occupandum regem, Cassandrum filium dato veneno subornat, qui cum fratribus Philippo et Iolla ministrare regi solebat: 7. cujus veneni tanta vis fuit, ut non ære, non ferro, non testa, contineretur, nec aliter ferri, nisi in ungula equi,[l] potuerit; præmonito filio, ne alii[4] quam Thessalo et fratribus crederet.[5] 8. Hac igitur ex causa apud Thessalum paratum repetitumque convivium est. 9. Philippus et Iollas, prægustare ac temperare potum regis[6] soliti, in aqua frigida venenum habuerunt, quam prægustatæ jam potioni supermiserunt.

CAP. XV. 1. Quarto die Alexander indubitatam mortem sentiens ' agnoscere se fatum domus majorum suorum ' ait: ' nam plerosque Æacidarum intra trigesimum annum

1 Ald. Junt. *qui cariss.* et *Lyncisten.*—2 Vulg. *ex quibus.* Mss. et vetustæ edd. *ex q.* (Leid. 3. *ex his*) *rebus;* nec aliter pr. et sec. Græviana.—3 Med. Magl. Leidenses, Thuan. Bodl. *voc.*—4 Magl. Periz. Bodl. *aliis*—5 Med. *decrederet;* nec aliter Leid. 5. cui ascriptum est: ' Al. *detegeret.*' Rom. *ne alii q. Th. cred. et fratr.*—6 Leid. 1. *regis potum.* 2. 5. *potum regi.* Periz. *regi potum.* Ald. Junt. *temp. et præg. p. r.*

NOTÆ

[k] *Antipater fuit*] Duplex est ap. auctores de Alexandri morte sententia: alii veneno, ut Curt. et Justin. alii potu nimio sublatum volunt, ut Plut. Arrian. Liv. Solin. et Athenæus. Cum enim Clearchum excepisset convivio, ap. Medium obnixe rogantem comessatum ivit: ap. quem, dum in diem seq. perpotat, febre tentatus est. Ita Plut. Addit Athenæus, eum Proteæ poculum, quod duos congios capiebat, præbuisse, et post eum ebibisse. Cum vero id perferre non posset, reclinatum in pulvinar morboque correptum interiisse.

[l] *In ungula equi*] Ungulam mulinam Arrian. asininam Plut. habet.

defunctos.' 2. Tumultuantes deinde milites, insidiis perisse[1] regem suspicantes, ipse sedavit; eosque omnes, cum prolatus in editissimum urbis locum esset, ad conspectum suum admisit, osculandamque dextram suam flentibus porrexit. 3. Cum lacrymarent omnes, ipse non sine lacrymis tantum, verum etiam sine ullo tristioris mentis argumento, fuit, ut quosdam impatientius dolentes consolatus sit; quibusdam mandata ad parentes eorum dederit: 4. adeo, sicuti in hostem, ita et in mortem, invictus animus fuit. 5. Dimissis militibus, amicos circumstantes percontatur, 'videanturne similem sibi reperturi regem?' 6. Tacentibus cunctis, tum[2] ipse, 'ut hoc nesciat, ita illud scire vaticinarique se, ac pæne oculis videre' dixit, 'quantum sit in hoc certamine sanguinis fusura Macedonia; quantis cædibus, quo cruore, mortuo sibi parentatura.' 7. Ad postremum corpus suum in Hammonis templo[3] condi jubet. 8. Cum deficere eum amici viderent, quærunt, 'quem imperii faciat hæredem.' Respondit, 'dignissimum.'[m] 9. Tanta illi magnitudo animi fuit, ut, cum Herculem filium, cum fratrem Aridæum, cum Rhoxanen[4] uxorem prægnantem, relinqueret, oblitus necessitudinum, dignissimum nuncuparet[5] hæredem. 10. Prorsus quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem succedere; aut tanti regni opes aliis quam probatis relinqui. 11. Hac voce veluti bellicum inter amicos cecinisset, aut malum discordiæ misisset, ita omnes in æmulationem consurgunt, et ambitione vulgi tacitum favo-

1 Med. Leid. 2. 3. [Q.?] Periz. Bodl. Thuan. *insidiisque p.* nec aliter Ald. Junt. verum Magl. Leid. 1. 3. 4. ed. Rom. Med. Bong. et Vincent. *insidiisque perire.* Bech. *insidiis perire.*—2 Magl. ed. Rom. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *tunc.*—3 Med. Leid. 1. 2. 5. Periz. Bodl. Coll. C. C. in *templum.*—4 Vulg. *Rox.* Ald. Junt. *Rhox.* Strab. XI. p. 517. Ἐν ᾗ [Σισιμίθρου πέτρᾳ] καὶ ξενίας τυχεῖν πολυτελοῦς καὶ γάμους ἀγαγεῖν Ῥωξάνης τῆς Ὀξυάρτου θυγατρὸς τὸν Ἀλέξανδρον.—5 Med. Magl. Leidenses, Bodl. Coll. C. C. *nuncuparit.*—6 Leid. 1. et Vincent.

NOTÆ

[m] *Dignissimum*] Volunt nonnulli sententiam Alexandri non bene a Justino expressam: nec enim voluit ut rex eligeretur qui maxime dignus imperio foret: sed prædixit regnum suum fore occupantis, fortioris sc. Diod. enim habet κράτιστον et ἄριστον, quarum vocum altera potentissimum, altera Marte præstantissimum, significat. Curt. habet: 'Ei relinquere

rem militum quærunt. 12. Sexto[6] die præclusa voce, exemtum[7] digito annulum Perdiccæ tradidit: quæ res gliscentem amicorum dissensionem sedavit. 13. Nam, etsi non voce nuncupatus hæres, judicio tamen electus esse videbatur.

CAP. XVI. 1. Decessit[n] Alexander, mensem unum, annos tres et triginta[o] natus;[1] vir supra humanam potentiam magnitudine animi præditus. 2. Qua nocte eum mater Olympias concepit, visa per quietem est cum ingenti serpente volutari;[2] nec decepta somnio est: nam profecto

Sexta.—7 Vincent. *exceptum.*

1 Leid. 1. 3. *mense uno* (1. *uno et*) *annis tribus et tr. n.* 4. 5. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Jens. Rom. Vincent. *mense uno, et* (*et* abest L. 4.) *annos tres et triginta* (Coll. N. *trig. tres*) *n.* Quæ scriptura juvat conj. Oudendorpii ad Jul. Obseq. 104. legentis *mense minus annos tres et triginta natus.* Ado in Chron. 'Ibique [Babylone] tricesimo secundo vitæ, regni autem sui duodecimo, anno, ministri insidiis, veneni haustu periit.' Matthæus: 'Verum, cum Darium regem annis tantum 5. supervixisset, et Babyloniam reversus fuisset, suorum insidiis in eadem urbe, in ipso ætatis et victoriarum suarum flore, vitam veneno finivit, vitæ videlicet suæ anno 32. regni vero sui duodecimo.' Arrian. VIII. de Exped. Al. 28. Ἐτελεύτα μὲν δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν· ἐβίω δὲ δύο καὶ τριάκοντα ἔτη, καὶ τοῦ τρίτου μῆνας ἐπέλαβεν ὀκτώ, ὡς λέγει Ἀριστόβουλος· ἐβασίλευσε δὲ δώδεκα ἔτη, καὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας τούτους. Joann. Canabutzes Comment. in Dionys. I. 63. Καὶ ζήσας [ὁ Ἀλέξανδρος] τριάκοντα καὶ δύο χρόνους καὶ μῆνας ὀκτώ, βασιλεύσας δὲ μόνα τὰ δώδεκα καὶ τοὺς ὀκτὼ μῆνας, εἶτα ἀποθανὼν (ἄνθρωπος γὰρ ἦν) ζῇ διὰ τῶν ἔργων αὐτοῦ καὶ τῶν λόγων τὴν ἀθάνατον τῆς δόξης ζωὴν εἰς τὸν κόσμον τοῦτον. Vita Alexandri Ms. Ἔζησε δὲ Ἀλέξανδρος ἔτη λβ. ἐβίωσε δὲ οὕτως· ἀπὸ κ ἐτῶν ἐβασίλευσεν. ἐπολέμησε δὲ ἔτη ιβ. ἐγεννήθη δὲ ὁ Ἀλέξανδρος μηνὶ Ἰανουαρίῳ, νεομηνίᾳ ἀνατολῆς οὔσης ἡλίου καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν τῆς τελευτῆς αὐτοῦ νεόμηνα, διὰ τὸ τὸν Ἀλέξανδρον νέον τετελευκέναι. Ead. Latine Ms. 'Vixit autem annis XXXII. imperio potitus est annis XII.'—2 Plut. in Vita Alex. init. Ὤφθη δέ ποτε καὶ δράκων κοιμωμένης τῆς Ὀλυμπιάδος παρεκτεταμένος τῷ στόματι. Lucian. Dial. Mort. p. 290. ubi Diogenes ait Alexandro: Καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ, καὶ βλέπεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ, εἶτα οὕτω σε τεχθῆναι: et in Pseudomant. p. 751. Ὅθεν καὶ τὸν περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος μῦθον διαφοιτῆσαι πάλαι εἰκὸς, ὁπότε ἐκύει τὸν Ἀλέξανδρον, δράκοντός τινος, οἶμαι, τοιούτου συγκαθεύδοντος αὐτῇ. Marcian. Capella VI. p. 211.

NOTÆ

se regnum, qui esset optimus.'

[n] *Decessit*] Alexander, jam morti proximus, ad Euphratem deferri voluit: eo animo, ut in flumen demersus, sicque sublatus ex hominum oculis, certiorem ap. posteros fidem faceret se, ortum e genere Deorum, ad Deos rediisse: quod cum Roxane impediret, ille effusis lacrymis, 'Quid tu,' inquit, 'partæ divinitatis gloriam invides?'

[o] *Tres et triginta*] Fallitur Justin. dicit enim natum esse ineunte Olymp. 106. mortuus vero est, ex Arrian. Diod. Euseb. Joseph. prætore Agesia, ineunte Olymp. 114. Cum ergo 8. tantum Olympiadas vivendo expleverit, 32. non 33. annos vixit.

majus humana mortalitate opus[3] utero tulit: 3. quam cum Æacidarum gens ab ultima sæculorum memoria, et regna patris, fratris, mariti, ac deinceps majorum omnium, illustraverint, nullius tamen nomine, quam filii, clarior fuit. 4. Prodigia magnitudinis ejus in[4] ipso ortu nonnulla apparuere. 5. Nam ea die, qua natus est, duæ aquilæ tota die perpetes supra culmen domus patris ejus sederunt, omen duplicis imperii, Europæ Asiæque, præferentes. 6. Eadem quoque die nuntium pater ejus duarum victoriarum accepit; alterius, belli Illyrici;[p] alterius,[5] certaminis Olympiaci,[6] in quod quadrigarum currus miserat: quod omen universarum terrarum victoriam infanti portendebat. 7. Puer acerrimus[7] literarum studiis eruditus fuit. 8. Exacta pueritia, per quinquennium sub Aristotele,[q] doctore inclyto omnium philosophorum, crevit. 9. Accepto deinde imperio, 'regem se terrarum omnium ac mundi' appellari jussit: 10. tantamque fiduciam sui militibus fecit, ut illo præsente nullius hostis arma, nec inermes, timuerint. 11. Itaque cum nullo hostium unquam congressus est, quem non vicerit; nullam urbem obsedit, quam non expugnaverit; nullam gentem adiit, quam non calcaverit. 12. Victus denique ad postre-

'Macedonia postea centum quinquaginta populorum maximis regibus inclyta, præsertim Alexandro (qui Philippo cum natus crederetur, ejus mater Olympias dracone eum conceptum esse memorabat) victore orbis.' Ita Ms. Vulg. *victor orbis.* Leid. 2. 3. Periz. *voluptari.* Ald. Junt. *voluptuari.* Vulg. merito tuetur Heins. in Advers. p. 706.—3 Græv. malebat *onus:* quomodo etiam legend. conjecerat Pricæus Annot. in Evang. sec. Matth. I. 18. Sed vulg. recte tuetur Burm. in Notis ad Carmina P. Lotichii p. 313. et ad Anthol. II. 120. 6.—4 *In* abest Leid. 2. 4. Periz. ed. Rom.—5 Leid. 1. 4. Periz. Thuan. *altera....altera.* Med. Leid. 2. 5. Bodl. Periz. ed. Rom. *alteræ....alteræ:* quod placebat Scheffero. Ita *alteræ* pro, alteri, usurpavit Colum. V. 11. 'Ut alteræ parti conveniat:' et 'aliæ' in secundo et tertio casu Gell. IV. 10. et IX. 4. Inf. etiam XXIII. 2. 6 *alteri* pro vulg. *alterius* dat Ms. Coll. N. 'Cum morbo cura et ægritudo graviores essent, et alterum alteri malo cresceret.'—6 Vulg. *Olympici.* Magl. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Olympiaci,* ut XII. 5. 3. 'mercatu Olympiaco:' ubi Med. et tres alii dant *Olympico.*—7 Junt. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. et Ms. Coll. N. *acerrimus.* Nep. Alcib. 5. init. 'Acerrimi viri præstans prudentia.'

NOTÆ

[p] *Belli Illyrici*] Illyrios vicerat Parmenio.

[q] *Sub Aristotele*] Plut. Alexandri præceptores vocat Leonidam et Lysimachum Acarnanem.

mum est, non virtute hostili, sed insidiis suorum et fraude civili.

LIBER XIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Luctus ob Alexandri Magni excessum: Macedonum ingratus animus: ducum ambitio militumque avaritia. 2. De Alexandri successore ducum exercitus sententiæ pugnantes. 3. Perdiccæ sententiæ reclamant pedites, quorum tumultum sedat Perdicca. 4. Aridæo rege designato, Perdicca et alii duces seu principes provincias dividunt. 5. Bellum pro Græciæ libertate ab Atheniensibus et Ætolis reparatum. Demosthenis in patriam merita: Antipatri obsidio et liberatio. 6. Perdicca Cappadoces prælio fatigat. Bellum inter Antigonum et Perdiccam. Ptolemæi solers industria. 7. De origine urbis Cyrenes digressio. 8. Ptolemæus bellum parat in Perdiccam. Eumenis res fortiter et feliciter gestæ.

CAP. I. 1. Extincto in ipso ætatis ac victoriarum flore Alexandro Magno,* triste apud omnes tota Babylone[1] silentium fuit.[a] 2. Sed nec devictæ gentes fidem nuntio habuerunt, quod ut invictum regem, ita immortalem, esse crediderant; 3. recordantes, quoties præsenti morti[2] erep-

1 Med. Leid. 2. 5. Periz. Coll. N. ed. Ald. Junt. *Babylonia.* Bech. Ven. Flor. Med. *totamque Babyloniam.* Vincent. 'in tota Babylonia.'—2 Sic Leid. 1. Thuan. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Val. Flacc. IV. Arg. 79.

NOTÆ

* A. M. 3730. Ol. 114. 1. U. C. 429. Ant. Ch. 322.

[a] *Silentium fuit*] Alexandri mortem amicorum comploratio primum excepit; deinde luctus universam pervasit urbem, nobilibus pueris ejus custodiæ assuetis furentium more Babylone tota excurrentibus.

tus esset: quam sæpe pro amisso repente se non sospitem tantum suis, verum etiam victorem, obtulisset.[a] 4. Ut vero mortis ejus fides affuit,[b] omnes barbaræ gentes paulo ante ab eo devictæ, non ut hostem, sed ut parentem, luxerunt. 5. Mater quoque Darii regis, quam, amisso filio, a fastigio tantæ majestatis in captivitatem redactam,[1] indulgentia victoris in eam diem vitæ non pœnituerat,[c] audita morte Alexandri, mortem sibi ipsa conscivit; 6. non quod hostem filio præferret: sed quod pietatem filii in eo, quem ut hostem timuerat, experta esset. 7. Contra Macedones[b] versa vice, non ut civem, ac tantæ majestatis regem, verum ut hostem, amissum gaudebant; et severitatem[4] nimiam et assidua belli pericula execrantes. 8. Huc accedebat, quod principes regnum et imperia, vulgus militum thesauros et grande pondus auri, velut inopinatam prædam, spectabant;[5] illi successionem regni, hi opum ac divitiarum hæreditatem, cogitantes. 9. Erant enim in thesauris quinquaginta millia[c] talentum, et in annuo vectigali tributo tricena[6] millia.[d] 10. Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant: nam ejus virtutis ac venerationis erant, ut singulos reges

[a] *Quam sæpe rediisset ad suos non tantum salvus, sed etiam victor, cum mortuus putaretur.*

[b] *Postquam fama de ejus morte dissipata est.*

[c] *Quæ non doluerat ad hoc tempus supervixisse filio suo Dario occiso, quia victor Alexander benigne eam habuit, licet a regia dignitate redactam in captivitatem.*

'Tunc ait: Eripias diræ Titana volucri,' et v. 10. 'Eripe me populis, et habenti nubila terræ.'—3 Med. Magl. Leid. 1. 4. 5. Coll. N. Thuan. ed. Rom. *quæ....redacta:* ut XII. 6. 5. ex ed. Rom. 'Causam occidendi considerans pigere facti cœpit.' Vulg. *pigere eum f. c.* Aldhelm. de Laud. Virg. 1863. 'Ad Dominum tota conversus mente fidelis Pœnituit tandem magus.' Add. notam Wopkensii.—4 Vulg. *sev.* Mss. *Et sev.* idemque in Mss. reperit Bong. —5 Græv. ad h. l. notat: 'Non inepte Junt. *sperab.*' Verum fallitur Vir eruditiss. Nam Ald. et Junt. h. l. dant *spectab.* Paulo post §. 10. Junt. cui astipulatur Coll. N. dat *frustra regnum sperabant*, quod a Vorst. quoque fuit animadversum; verum Ald. aliæque Edd. *expectab.*—6 Ald. Junt. *triginta*,

NOTÆ

[b] *Contra Macedones*] Affirmat tamen Curt. eos regis interitum multo luctu prosecutos esse.

[c] *Quinquaginta millia*] Nostra numerandi ratione, fuerunt milliones 30.

[d] *Tricena millia*] Budæus legit *triginta m.* quæ constituunt milliones 18.

putares. 11. Quippe ea formæ pulchritudo, et proceritas corporis, et virium ac sapientiæ magnitudo, in omnibus[7] fuit, ut, qui eos ignoraret, non ex una gente sed ex toto terrarum orbe electos judicaret. 12. Neque enim unquam ante Macedonia, vel ulla gens alia, tam clarorum virorum proventu floruit: 13. quos primo Philippus, mox Alexander, tanta cura legerat,[8] ut non tam ad societatem belli, quam in successionem regni, electi viderentur. 14. Quis igitur miretur, talibus ministris orbem terrarum victum, cum exercitus Macedonum tot non ducibus sed regibus regeretur? 15. qui nunquam sibi reperissent pares,[9] si non inter se concurrissent: multosque Macedonia pro uno Alexandros habuisset, nisi fortuna eos æmulatione virtutis in perniciem mutuam armasset.

CAP. II. 1. Ceterum, occiso Alexandro, non, ut læti, ita et securi, fuere, omnibus unum locum competentibus; 2. nec minus milites, quam invicem se,[1] timebant,[d] quorum et libertas solutior et favor incertus erat. 3. Inter ipsos vero æqualitas discordiam augebat, nemine tantum ceteros excedente, ut ei aliquis se summitteret. 4. Armati itaque in regiam coëunt, ad formandum rerum præsentium statum. 5. Perdicca censet, 'Roxanes expectari[e] partum, quæ exacto mense octavo matura jam ex Alex-

[d] *Ceterum, mortuo Alexandro, non tam securi fuerunt, quam læti, quia omnes appetebant regiam dignitatem, et singuli non minus metuebant milites, quam alios duces.*

---

quomodo ex conj. legit Budæus.—7 Coll. N. *Q. f. p....ac sap. magn. singularis omn.*—8 Leid. 2. 5. Coll. N. ed. Ven. Flor. Ald. Junt. *legerant.* Eædemque edd. cum Coll. N. *primum.*—9 Periz. *qui n. sibi pares vires invenissent.*

1 Coll. N. *mil. inter se:* nec aliter edd. vett. præterquam Rom. quæ cum

NOTÆ

[e] *Roxanes expectari*] Diversæ fuerunt de rege eligendo ducum sententiæ: Nearchus classis præfectus non Roxanis partum expectandum, sed Barsinæ filium coronandum, censuit. Utrumque Ptolemæus respuit, indignum ratus victores servire captivarum filiis: Aristonus vero Perdiccam pro rege habendum, quippe cui moriens Alexander annulum tradidisset. Illi assenserunt omnes: sed, dum Perdicca pudorem inter et cupiditatem hæret dubius, Meleager animos omnium ab ipso vehementi oratione avertit: jamque ingens militum globus stipabat Meleagrum, cum Macedo quidam Aridæo regnum deberi clamitat; in quem ubi concio

tus esset: quam sæpe pro amisso repente se non sospitem tantum suis, verum etiam victorem, obtulisset.[a] 4. Ut vero mortis ejus fides affuit,[b] omnes barbaræ gentes paulo ante ab eo devictæ, non ut hostem, sed ut parentem, luxerunt. 5. Mater quoque Darii regis, quam, amisso filio, a fastigio tantæ majestatis in captivitatem redactam,[3] indulgentia victoris in eam diem vitæ non pœnituerat,[c] audita morte Alexandri, mortem sibi ipsa conscivit; 6. non quod hostem filio præferret: sed quod pietatem filii in eo, quem ut hostem timuerat, experta esset. 7. Contra Macedones[b] versa vice, non ut civem, ac tantæ majestatis regem, verum ut hostem, amissum gaudebant; et severitatem[4] nimiam et assidua belli pericula execrantes. 8. Huc accedebat, quod principes regnum et imperia, vulgus militum thesauros et grande pondus auri, velut inopinatam prædam, spectabant;[5] illi successionem regni, hi opum ac divitiarum hæreditatem, cogitantes. 9. Erant enim in thesauris quinquaginta millia[c] talentum, et in annuo vectigali tributo tricena[6] millia.[d] 10. Sed nec amici Alexandri frustra regnum spectabant: nam ejus virtutis ac venerationis erant, ut singulos reges

[a] *Quam sæpe rediisset ad suos non tantum salvus, sed etiam victor, cum mortuus putaretur.*

[b] *Postquam fama de ejus morte dissipata est.*

[c] *Quæ non doluerat ad hoc tempus supervixisse filio suo Dario occiso, quia victor Alexander benigne eam habuit, licet a regia dignitate redactam in captivitatem.*

'Tunc ait: Eripias diræ Titana volucri,' et v. 10. 'Eripe me populis, et habenti nubila terræ.'—3 Med. Magl. Leid. 1. 4. 5. Coll. N. Thuan. ed. Rom. *quæ....redacta:* ut XII. 6. 5. ex ed. Rom. 'Causam occidendi considerans pigere facti cœpit.' Vulg. *pigere eum f. c.* Aldhelm. de Laud. Virg. 1863. 'Ad Dominum tota conversus mente fidelis Pœnituit tandem magus.' Add. notam Wopkensii.—4 Vulg. *sev.* Mss. *Et sev.* idemque in Mss. reperit Bong. —5 Græv. ad h. l. notat: 'Non inepte Junt. *sperab.*' Verum fallitur Vir eruditiss. Nam Ald. et Junt. h. l. dant *spectab.* Paulo post §. 10. Junt. cui astipulatur Coll. N. dat *frustra regnum sperabant*, quod a Vorst. quoque fuit animadversum; verum Ald. aliæque Edd. *expectab.*—6 Ald. Junt. *triginta*,

NOTÆ

[b] *Contra Macedones*] Affirmat tamen Curt. eos regis interitum multo luctu prosecutos esse.

[c] *Quinquaginta millia*] Nostra numerandi ratione, fuerunt milliones 30.

[d] *Tricena millia*] Budæus legit *triginta m.* quæ constituunt milliones 18.

putares. 11. Quippe ea formæ pulchritudo, et proceritas corporis, et virium ac sapientiæ magnitudo, in omnibus[7] fuit, ut, qui eos ignoraret, non ex una gente sed ex toto terrarum orbe electos judicaret. 12. Neque enim unquam ante Macedonia, vel ulla gens alia, tam clarorum virorum proventu floruit: 13. quos primo Philippus, mox Alexander, tanta cura legerat,[8] ut non tam ad societatem belli, quam in successionem regni, electi viderentur. 14. Quis igitur miretur, talibus ministris orbem terrarum victum, cum exercitus Macedonum tot non ducibus sed regibus regeretur? 15. qui nunquam sibi reperissent pares,[9] si non inter se concurrissent: multosque Macedonia pro uno Alexandros habuisset, nisi fortuna eos æmulatione virtutis in perniciem mutuam armasset.

CAP. II. 1. Ceterum, occiso Alexandro, non, ut læti, ita et securi, fuere, omnibus unum locum competentibus; 2. nec minus milites, quam invicem se,[1] timebant,[d] quorum et libertas solutior et favor incertus erat. 3. Inter ipsos vero æqualitas discordiam augebat, nemine tantum ceteros excedente, ut ei aliquis se summitteret. 4. Armati itaque in regiam coëunt, ad formandum rerum præsentium statum. 5. Perdicca censet, 'Roxanes expectari' partum, quæ exacto mense octavo matura jam ex Alex-

[d] *Ceterum, mortuo Alexandro, non tam securi fuerunt, quam læti, quia omnes appetebant regiam dignitatem, et singuli non minus metuebant milites, quam alios duces.*

---

quomodo ex conj. legit Budæus.—7 Coll. N. *Q. f. p....ac sap. magn. singularis omn.*—8 Leid. 2. 5. Coll. N. ed. Ven. Flor. Ald. Junt. *legerant.* Eædemque edd. cum Coll. N. *primum.*—9 Periz. *qui n. sibi pares vires invenissent.*

1 Coll. N. *mil. inter se:* nec aliter edd. vett. præterquam Rom. quæ cum

NOTÆ

[e] *Roxanes expectari*] Diversæ fuerunt de rege eligendo ducum sententiæ: Nearchus classis præfectus non Roxanis partum expectandum, sed Barsinæ filium coronandum, censuit. Utrumque Ptolemæus respuit, indignum ratus victores servire captivarum filiis: Aristonus vero Perdiccam pro rege habendum, quippe cui moriens Alexander annulum tradidisset. Illi assenserunt omnes: sed, dum Perdicca pudorem inter et cupiditatem hæret dubius, Meleager animos omnium ab ipso vehementi oratione avertit: jamque ingens militum globus stipabat Meleagrum, cum Macedo quidam Aridæo regnum deberi clamitat; in quem ubi concio

andro erat; et, si puerum peperisset, hunc dari successorem patri.' 6. Meleager negat, ' differenda in partus dubios consilia: nec expectandum, dum reges nascerentur, cum jam genitis uti liceret: 7. seu puer illis placeat, esse Pergami[2] filium Alexandri natum ex Barsine, nomine Herculem: 8. seu mallent[3] juvenem, esse in castris fratrem Alexandri Aridæum, comem, et cunctis non suo tantum, verum et patris Philippi, nomine acceptissimum.' 9. ' Ceterum Roxanen esse originis Persicæ: nec esse fas, ut Macedonibus ex sanguine eorum, quorum regna deleverint, reges constituantur; 10. quod nec ipsum Alexandrum voluisse' dicit.[4] ' Denique morientem nullam de eo mentionem habuisse.' 11. Ptolemæus recusabat[5] regem Aridæum, ' non propter maternas modo sordes, quod ex Larissæo scorto[f] nasceretur; sed etiam propter valetudinem[g] majorem, quam patiebatur;' ne ille nomen regis, alius imperium, teneret: 12. melius[6] esse[7] ex his legi, qui pro virtute regi suo proximi fuerint, qui provincias regant, quibus bella mandentur, quam[8] sub persona regis indignorum subjiciantur imperio.'[f] 13. Vicit Perdiccæ sententia consensu universorum. 14. Placuit itaque Roxanes[h] expectari partum: et, si puer natus fuisset, tutores Leonatum,[9] et Perdiccam, et Crateron,[10] et Antipatrum constituunt; confestimque in tutorum obsequia jurant.

[e] *Non modo propter infamiam illius matris; (nam natus erat ex scorto Larissæo;) sed etiam ob morbum comitialem quo laborabat.*

[f] *Satius esse aliquos eligi ex illis qui fortitudine Alexandro fere pares fuerint, ut et regant provincias, et gerant bella, quam parere indignis hominibus, qui, freti potestate regis inepti, omnia subversuri sint.*

Leid. 1. 3. 4. Thuan. Periz. dat *mil. quam inv. se:* quomodo etiam edidit Bong. —2 Med. Leid. 2. 5. *Pergamo.*—3 Coll. N. *malint.*—4 Periz. *dicitur. Tò dicit* suspectum videbatur Dukero ad Liv. x. 32.—5 Med. Magl. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *recusat:* ut paulo ante, ' Perdicca censet' et ' Meleager negat.'—6 Coll. N. *sed m.* Med. Leid. 2. 5. Periz. ed. Rom. Bech. *et m.* —7 Flor. Paris. Ald. Junt. *Et m. etiam.* 1.—8 Leid. 1. *qui.* Hinc f. legend. *quam*

NOTÆ

consensit, Meleager Perdiccæ infensus adducit in regiam Aridæum, et regem a militibus salutari curat. Hæc multis Curt.

[f] *Scorto*] Philinna dicebatur, quam Ptolemæus ap. Athenæum saltatricem vocat.

[g] *Valetudinem*] Morbum comitialem, quem Herculeum et sacrum appellant: Aridæus enim mentis erat impos, pharmaco, ut ferebatur, ab Olympiade propinato. Ita Plut.

[h] *Roxanes*] Quæ Oxiatris erat filia; Barsinen vero Darii, ut ait Arrianus, non Pharnabazi, ut Porphyrius; nec Artabazi, ut Plut. voluit.

CAP. III. 1. Cum equites quoque idem fecissent, pedites indignati nullas sibi consiliorum partes relictas, Aridæum, Alexandri fratrem, regem appellant, satellitesque illi ex tribu[1] sua legunt, et nomine Philippi patris vocari jubent. 2. Quæ cum nuntiata equitibus essent, legatos ad mitigandum eorum animos, duos ex proceribus, Attalum et Meleagrum mittunt, qui potentiam ex vulgi adulatione quærentes, omissa legatione, militibus consentiunt. 3. Statim et seditio crevit, ubi caput et consilium habere cœpit. 4. Tunc ad delendum equitatum cuncti armati in regiam irrumpunt: 5. quo cognito, equites trepidi ab urbe discedunt, castrisque positis et ipsi pedites terrere cœperunt. 6. Sed nec procerum inter se odia cessabant. 7. Attalus ad interficiendum Perdiccam ducem partis alterius mittit: 8. ad quem armatum, et ultro vocantem,[2] cum accedere percussores ausi non fuissent,[g] tanta constantia Perdiccæ fuit, ut ultro ad pedites veniret, et in concionem vocatos edoceret,[3] ' quod facinus molirentur: 9. respicerent contra quos arma sumsissent: non illos Persas, sed Macedonas; non hostes, sed cives, esse; plerosque etiam cognatos eorum, certe commilitones, eorundem castrorum ac periculorum socios: 10. edituros deinde egregium hostibus suis spectaculum, ut, quorum armis victos se doleant, eorum mutuis cædibus gaude-

[g] *Cum percussores non ausi fuissent accedere ad eum armatum, et illos ultro appellantem.*

---

qui.—9 Suid. Λεονάτος στρατηγὸς Μακεδονίας, κατὰ γένος προσήκων Φιλίππου μητρὶ, συντραφεὶς δὲ Ἀλεξάνδρῳ, κατὰ τὸ τῆς τροφῆς ἐπιτήδειον καὶ τοῦ γένους, καὶ κατὰ μέγεθος μέν τοι καὶ κάλλος τοῦ σώματος, τιμῆς μετεῖχεν, κ. τ. λ. Ald. *Leonnatum.*—10 Vulg. *P. C.* Med. Leid. 2. 4. Periz. Bodl. *et P. et C.* Ald. Junt. *et P. et Cruterum.*

1 Leid. 2. 5. Periz. *turba.*—2 Ita Curt. VI. 1. ' Ultro vocans hostem, si quis jacenti spolia demere auderet.' Med. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. Reg. Coll. N. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *provocantem.*—3 Vulg. *doceret.* Med. Magl. Thuan. Leidenses, Periz. Coll. N. *edoc.* ut I. 10. 16. ' Attonitum et quærentem Darium causas auctoremque tam fœdæ lacerationis, tacitus quo proposito fecerit, edocet.' Magl. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *evocatos edoc.*

ant, parentaturosque sanguine suo manibus hostium a se interfectorum.'

Cap. iv. 1. Hæc cum pro singulari facundia sua Perdicca perorasset, adeo movit pedites, ut, probato consilio ejus, dux ab omnibus legeretur. 2. Tum equites, in concordiam revocati, in Aridæum regem consentiunt. 3. Servata[1] est portio regni Alexandri filio, si natus esset. 4. Hæc agebant, posito in medio corpore Alexandri, ut majestas ejus testis decretorum esset. 5. His ita compositis, Macedoniæ et Græciæ Antipater præponitur: regiæ pecuniæ custodia Cratero traditur: castrorum, exercitus,[2] et rerum cura Meleagro et Perdiccæ assignatur: 6. jubeturque Aridæus rex corpus Alexandri in Hammonis templum deducere. 7. Tunc Perdicca, infensus seditionis auctoribus, repente, ignaro collega, lustrationem[i] castrorum propter mortem regis in posterum[3] edicit. 8. Postquam armatum exercitum in campo constituit, consentientibus universis, evocatos[4] dum transit, de singulis[5] manipulis[k] seditiosos supplicio tradi occulte jubet.[l] 9. Reversus inde,[6] inter principes[m] provincias dividit;[7] simul ut et removeret æmulos, et munus imperii beneficii sui faceret.[h]

[h] *Ut removeret æmulos suæ potentiæ, et sibi conciliaret benevolentiam eorum quibus dabat munus imperandi provinciis.*

1 Magl. *Serv. tamen.*—2 Leid. 2. 4. 5. Magl. ed. Rom. Bong. *castrorum et ex.* —3 Leid. 3. *in diem post.*—4 Leid. 2. *cons. ibi univ. evocatis.* Med. Leid. 5. Bodl. *ibi* (Bodl. *ubi*) *univ. evocatis*, omisso *cons.*—5 Magl. ed. Jens. Rom. Bech. Med. Par. Ald. Junt. *evocatos duntaxat de s.* in qua scripturæ varietate latere videntur melioris lect. vestigia *consistentibus ibi universis, evocatos duntaxat de s.* Verbum *consistere* eod. modo occurrit xx. 3. 3. 'Cum Crotoniensium centum viginti millia armatorum constitissent.'—6 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *deinde.*—7 Eæd. præterquam Bech. Med. *divisit.* Rom. *Rev. deinde prov.*

NOTÆ

[i] *Lustrationem*] Lustrabantur milites, carne discissa, et ab utraque parte projecta.

[k] *Manipulis*] More Romano loquitur, ap. quos manipulus 200 milites continebat. Dum pauperes essent Romani, 'manipulum' ideo militum turbam vocabant, quod fœni manipulos alligatos perticis pro signis sequerentur. Ideo Lucan. 'Pertica suspensos portabat longa maniplos.'

[l] *Occulte jubet*] Refert Curt. seditiosos ex singulis manipulis ab Aridæo evocatos, impellente Perdicca, qui in conspectu totius exercitus, non prohibente Aridæo, eos ab equitibus conteri jussit.

[m] *Inter principes*] 10. satrapas Curt.

10. Prima Ptolemæo[n] Ægyptus,[8] et Africæ Arabiæque[o] pars, sorte venit,[9] quem ex gregario milite Alexander virtutis causa provexerat: 11. cui ad tradendam provinciam Cleomenes, qui Alexandriam ædificaverat, datur. 12. Confinem huic provinciæ Syriam Laomedon[10] Mitylenæus, Ciliciam Philotas, Philo Illyrios[11] accipiunt. 13. Mediæ Majori Atropatus,[12 p] Minori socer Perdiccæ,[13] præponitur. 14. Susiana gens[q] Scyno,[14] Phrygia Major[r] Antigono Philippi filio, assignatur. 15. Lyciam[s] et Pamphyliam[t]

per princ. tanquam præfectos divisit. Magl. *Rev. deinde prov. per princ. divisit.*—8 Med. *Ægyptos.*—9 [Vid. Not. Var.] Oros. III. 23. 'provenit.' Frec. IV. 25. 'evenit:' quomodo edidit Faber, secutus conj. Bernecceri. Liv. XXV. 41. 'Sulpicio Sicilia, Cethego Apulia, Lentulo Sardinia, evenit.' Inf. cap. 5. 8. 'Cui Græcia sorte evenerat.' Frec. et Mss. Orosii *venerat:* verum edd. ejusd. et Leid. 3. *obven.* Quomodo loquitur Liv. VII. 16. 'Ea provincia Cn. Manlio obvenit.'—10 Sic Ms. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. nec aliter Oros. atque Frec. ap. quos vitiose editum *Mitylinæus* et *Mitilenus.* Curt. X. 10. 'Laomedonti Syria cum Phœnice.'—11 Magl. ed. Rom. *Cil. Philotas cum filio Illyrios:* quæ scriptura juvat emendationem Glareani, *Philotas cum filio Illyrio.* Coll. N. *Græciam Philotas cum filio et Illyrios.* Ald. Junt. *Ciliciam Philotas cum Philoxeno et Illyrio*, idemque in editione reperit Bongarsius. Bech. *Cil. Philotas cum filio et Illyrios.*—12 Jens. Ven. Flor. Par. Ms. Med. Magl. Leid. 2. Bodl. Thuan. *Atropatos.* Reliqui, in quibus nomen istud vitiose scriptum est, Græcam quoque dant terminationem. Huj. ducis mentionem faciunt Steph. Byzant. in Ἀτροπατηνή· Ἀτροπατία, καὶ Ἀτροπάτιος, ἡ τῆς Μηδίας δευτέρα μερὶς (ἡ γὰρ πρωτέρα, καθ' ἣν ἦν τὰ Ἐκβάτανα, ἡ μητρόπολις καὶ τὸ βασίλειον τῆς Μηδίας) ἀπὸ τοῦ ἡγεμόνος τοῦ Ἀτροπάτου, et Strab. XI. p. 523. Ἡ δ' ἑτέρα μερίς ἐστιν ἡ Ἀτροπάτιος Μηδία· τοὔνομα δ' ἔχεν ἀπὸ τοῦ Ἀτροπάτου ἡγεμόνος, ὃς ἐκώλυσεν ὑπὸ τοῖς Μακεδόσι γενέσθαι καὶ ταύτην, μέρος οὖσαν τῆς μεγάλης Μηδίας.—13 Magl. Thuan. a sec. m. *m. Alcetas soc. P.* ed. Flor. *in m. Alceta P.* Leid. 1. ed. Bech. Med. Ald. Junt. *minori Alceta frater P.* Inf. cap. 6. 15. et 8. 10. 'frater Perdiccæ Alcetas.' Add. Diod. XVIII 28. Freinsh. in Divisione Imperii inter duces Alexandri, demta *Minori*, legit *Mediæ Majori Atropatos socer P.*—14 Conjecturam illustris Scaligeri legentis *Cæno* compro-

NOTÆ

Justin. 13. plures Diod. numerat.

[n] *Ptolemæo*] Non gregarius fuit miles, ut ait Justin. sed Philippi ex Arsinoë concubina filius; quæ ex Philippo gravida in uxorem tradita est Lago, a quo Ptolemæus Lagi dictus est.

[o] *Arabiæ*] Terminos habet Syriam, Euphratem, Sinum Persicum, et Arabicum: tres in partes dividitur, Petræam, Desertam, et Felicem.

[p] *Atropatus* [*Acropatos*] Atropates vocatur ab Arriano. Ab eo Mediæ pars Acropatia dicta est, ex Strab.

[q] *Susiana gens*] Quæ Assyriam inter, Persidem, et Mediam habitabat. *Susistan.*

[r] *Phrygia Major*] Phrygia duplex fuit: Major seu salutaris, quæ Bithynia, Galatia, Pamphylia, et Lydia clauditur: Minor, quæ Hellespontica dicta est, quia ad Hellespontum usque pertinebat. In ea olim Troja fuit.

[s] *Lyciam*] Phrygia, Pamphylia, Caria, et Mari Mediterraneo circumscribitur.

Nearchus,[15] Cariam[u] [16] Cassander,[17] Lydiam Menander[18] sortiuntur. 16. Leonato Minor Phrygia evenit; Thracia[w] et regiones Pontici maris Lysimacho; Cappadocia cum Paphlagonia[x] Eumeni data. 17. Summus castrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio cessit. 18. Stipatoribus regis[19] satellitibusque Cassander filius Antipatri præficitur.[20] 19. In Bactriana Ulteriore, et Indiæ regionibus, priores præfecti retenti. 20. Terras[21] inter amnes[22] Hydaspen[y] et Indum[z] Taxiles[23] habebat. 21. In colonias in Indis conditas Pithon Agenoris filius mittitur. Paropamisios,[24] et[25] fines[26] Caucasi montis Extarches[27] accepit.

bat Avus IV. Obs. 15. p. 243. Ald. Junt. *Cino.*—15 Med. ed. Ald. Junt. *Nearcus.* Leid. 3. *Argus.* 4. *Arcus.* Bech. *Learchus.*—16 Bongarsius, Diod. Appian. et Curt. secutus, optime restituit *assignatur cum L. et Pamphylia, Cariam.* Majorem Phrygiam Perdiccæ, et Minorem cum Lycia et Pamphylia Antigono, cessisse, refert Syncellus Chron. p. 264.—17 *Asander* legit Freinsh. in Ind. Curtii v. *Asander*, quia paulo post sequitur: 'Stipatoribus regis satellitibusque Cassander filius Antipatri præficitur.' Juxta Dexippum etiam atque Arrianum Cariam obtinuit Asander. Ms. Leid. 2. Freculphi *Casander.* Diod. XVIII. 3. Κασάνδρῳ μὲν Καρίαν.—18 Fabricius ad Oros. *Meleager* legit ex Diod. Vulg. tuentur Arrian. Dexipp. et Curt. X. 10. 2. qui cap. 9. f. de Meleagro ait: 'Confugit in templum, ac ne loci quidem religione defensus occiditur;' nempe ante imperii divisionem inter duces Alexandri factam. Verum Diod. XVIII. 5. post eandem demum et seditiosos milites jussu Perdiccæ supplicio traditos et Meleagrum interfectum fuisse refert.—19 Med. Leid. 2. 5. ed. Ald. Junt. *regiis.*—20 Magl. *præponitur.*—21 Med. Leid. 2. 4. 5. Periz. Bodl. *Seras*, idemque in suo Justini cod. reperit Franc. Fabricius.—22 Oros. et Frec. 'Seras (*Seres* Frec.) inter duos amnes Hydaspem et Indum constitutos Taxiles habuit.' Jens. Rom. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *Seres* (*Seras* Rom.) *int. amn. duos.*—23 Bech. Flor. Ald. Junt. *Taxiles*, male.—24 Ald. Junt. *Paropamisadas.*—25 *Et* ignorant undecim Mss. atque ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Bong.—26 *Finem* Leid. 4. Coll. N. *fine* Thuan. Orosius 'Parapamenos fine Caucasi montis.' Ita optimus cod. Flor. cui consentit Frec. Vid. notam ad XXX. 4. 6.—27 Rom. *Oxiarches.* Jens. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *Axiarches.* Frec. 'Oxyarches.' Oros. 'Oxyartes,' quod præstat. Diod. XVIII. 3. Τὴν παρὰ τὸν Καύκασον κειμένην, ὀνομαζομένην δὲ Παροπαμισαδῶν, προσώρισεν Ὀξυάρτῃ

NOTÆ

[t] *Pamphyliam*] Undique Lycia, Lycaonia, Pisidia, et Mari terminatam.

[u] *Cariam*] Quæ inter Lyciam et Ioniam ad Mare Carpathium seu Ægæum pertingebat.

[w] *Thracia*] Quæ Mari Ægæo, Propontide, Macedonia, et Mysia inclusa. *Romelia.*

[x] *Paphlagonia*] Quæ a Galatia ad Pontum Eux. inter Bithyniam et Cappadociam extenditur.

[y] *Hydaspen*] Fl. Asiæ geminus est hoj. nominis; alter in Susiana regione, propter Susam, fluit: alter, de quo hic agitur, ap. Nysam in Indum illabitur.

[z] *Indum*] Fl. Indiæ maximum, qui ex Paropamiso monte oriens, ubi magnam Indiæ partem alluit, in Oceanum duobus ostiis se exonerat.

22. Arachosii[28a] Gedrosique[b] Sibyrtio traduntur: Drancæ et Arei Stasanori.[29] 23. Bactrianos Amyntas sortitur, Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanos, Phrataphernes Armenios, Tlepolemus[30] Persas, Peucestes Babylonios, Archon[31] Pelasgos,[c] Arcesilaus[32] Mesopotamiam.[d] 24. Cum hæc divisio veluti fatale munus singulis contigisset, ita magna incrementorum materia plurimis fuit:[e] 25. siquidem non magno post tempore, quasi regna, non præfecturas, divisissent; sic reges ex præfectis facti magnas opes non sibi tantum paraverunt, verum etiam posteris reliquerunt.

CAP. V. 1. Dum hæc in Oriente aguntur, in Græcia Athenienses et Ætoli bellum, quod jam vivo Alexandro moverant, summis viribus instruebant.[†] 2. Causæ belli erant, quod reversus ab India[e] Alexander epistolas in

[e] *Cum hæc divisio obtigisset singulis quasi munus a fatis destinatum, multi sumserunt inde occasionem augendi suam potentiam.*

τῷ Βακτριανῷ βασιλεῖ.—28 Magl. *Arathosi.* Rom. *Arathossi.* Ms. Franc. Fabricii, Ald. Junt. Orosius, *Arachosii.* Frec. 'Arachossi,' et ex Leid. 1. *Arachosi:* 'Arachosios' eosd. vocant Curt. VII. 2. 26. IX. 10. 8. et Plin. VI. 23. *Gedrosi* etiam Γεδρωσοὶ dicuntur Dionysio Perieg. 1086. et 'Gedrosi' Plinio VI. 5. Ald. Junt. Orosius, 'Gedrosiique,' ut ap. Curt. IX. 10. 5. 'Gedrosiorum regio.' Frec. 'Chedrosiique,' et ex pr. Ms. Leid. *Chedrosique.* Ap. eund. *Sybriti* male editum. Diod. Καὶ Σεβυρτίῳ μὲν ἔδωκεν Ἀραχωσίαν καὶ Κεδρωσίαν. Ceterum integra hæc periodus desideratur in ed. Jens. Bech. Ven. Flor. Med. Par.—29 Jens. Bech. Flor. Med. *Draicas* (*Dracas* Fl.) *et Argæos Statanor.* Ald. Junt. *Drangas et Arios Stasanor.*—30 Vulg. *Tleptol.* Med. Coll. N. Orosius, *Tlepol.* Freculpho 'Thlepotemus' et Auctori Συναγ. ἱστορ. Τριπόλεμος dicitur. Leid. 3. *Cleptolemus.* Magl. ed. Rom. Bech. Med. Ald. Junt. *Neoptolemus.* Ven. *Neoptolemeus.* Flor. *Neptolemus.* Par. *Neoptelemus.* Cf. Freinsh. in Divis. Imp. v. *Neoptolemus* et *Tlepolemus.*—31 Oros. 'Archon P.' Frec. 'Archoas Pelassus,' et ex utroque Ms. Leidensi *Pelassos.* Ed. Rom. et duo Mss. Flor. Orosii *Archous.* Ald. *Arthous.*—32 Magl. ed. Rom. Oros. et Frec. *Archelaus.* Dexippus: Τῆς δὲ Μεσοποταμίας Ἀρχέλαος ἦρχε. Vid. Freinsh. in Div. Imp. v. *Arcesilaus.*

NOTÆ

[a] *Arach.* [*Aracossi*] Qui ad ripam Indi fl. habitant. *Candaar.* Alii melius legunt *Arachosii*, ex Diod.

[b] *Gedrosi*] Qui partem Persidis inter Caramaniam, Arachosiam, et Oceanum incolebant.

[c] *Pelasgos*] Qui inter Thessaliam et Achaiam habitabant, ex Plinio: omnes tamen Græci ap. Poëtas Pelasgi dicuntur. Sed de his supr.

[d] *Mesopotamiam*] Quæ ex una parte Euphrate, Tigri ex altera, terminatur. Unde nomen accepit. Nunc *Diarbeck.*

[†] A. M. 3731. Ol. 114. 2. U. C. 430. Ant. Ch. 321.

[e] *Reversus ab India*] Nicanorem Stagiritam miserat ad ludos Olympi-

Græciam scripserat, quibus omnium civitatium exules, præter cædis damnati, restituebantur. 3. Quæ recitatæ præsente universa Græcia in mercatu[1] Olympiaco magnos motus fecerunt:[2] 4. quod[3] plurimi non legibus pulsi patria, sed per factionem principum, fuerant, verentibus iisdem principibus, ne revocati potentiores in republica fierent. 5. Palam igitur jam tunc multæ civitates libertatem bello vindicandam fremebant. 6. Principes tamen omnium Athenienses et Ætoli fuere. 7. Quod cum nuntiatum Alexandro esset, mille naves longas sociis imperari præceperat, quibus in occidente bellum gereret; excursurusque cum valida manu fuerat ad Athenas delendas. 8. Igitur Athenienses, contracto triginta millium exercitu, et ducentis navibus, bellum cum Antipatro, cui Græcia sorte evenerat, gerunt; eumque detrectantem[3] prælium,[f] et Heracleæ urbis mœnibus tuentem se, obsidione cingunt. 9. Eodem tempore Demosthenes, Atheniensis orator, pulsus patria ob crimen accepti ab Harpalo[g] auri, qui crudelitatem Alexandri fugerat, quod[4] civitatem in ejusdem Alexandri bellum impelleret,[5] forte Megaris[h] exulabat:[i] 10. qui, ut missum ab

[k] *Quæ, lectæ coram omnibus Græciæ populis in ludis Olympicis, omnium animos commoverunt in Alexandrum.*

[l] *Exulabat forte Megaris, ejectus patria, quia pecuniam acceperat ab Harpalo fugiente iram Alexandri, ut hortaretur Athenienses ad bellum gerendum Alexandro.*

1 Med. Magl. quatuor Leid. ed. Bech. Flor. Med. Ald. *mercato;* quod vulgato præfert Ger. Voss. ad Vell. 1. 8.—2 Mss. *quia.*—3 Ven. Flor. Med. *detractantem.*—4 Freinsh. malebat *quo.* Coll. N. *ut.*—5 Magl. *impulerat.*—

NOTÆ

cos cum literis, quibus jubebat exules suis in civitatibus recipi.

[f] *Detrectantem prælium*] Quia exiguum habebat exercitum Antipater: (rarus enim miles erat propter supplementa copiarum nuper in Asiam missa:) et Thessali, relicto Antipatro, se junxerant Græcis. Quare, prælio commisso, victus Antipater Lamiæ, quod Thessaliæ oppidum est, se inclusit: unde bellum illud Lamiacum dictum est.

[g] *Ab Harpalo*] Dum Alexander ex India victor revertitur, Harpalus thesauris Babyloniæ præfectus sibi male conscius, quod ingentem pecuniæ vim in ventris et gulæ illecebris profudisset, cum 5. talentum M. fugit in Græciam, ut Athenienses ad bellum gerendum alliceret.

[h] *Megaris*] Urbs media inter Athenas et Corinthum, non procul ab Eleusi.

[i] *Exulabat*] Primum Atheniensibus

Atheniensibus Hyperiden legatum cognovit, qui Peloponnenses[k] in societatem armorum solicitaret, secutus eum, Sicyona,[l] Argos[m] et Corinthum ceterasque civitates,[6] eloquentia sua Atheniensibus junxit. 11. Ob quod factum missa ab Atheniensibus obviam nave, ab exilio[n] revocatur. 12. Interim in obsidione Antipatri, Leosthenes, dux Atheniensium, telo e muris[o] in transeuntem jacto occiditur. 13. Quæ res tantum animorum Antipatro dedit, ut etiam vallum rescindere auderet. 14. Auxilium deinde a Leonato per legatos petit: qui cum venire cum exercitu nuntiatus esset, obvii ei Athenienses cum instructis copiis fuere, ibique equestri prælio[p] gravi vulnere ictus extinguitur. 15. Antipater, tametsi auxilia sua videret victa, morte tamen Leonati lætatus est: quippe et æmulum sublatum et vires ejus accessisse sibi gratulabatur. 16. Statim igitur exercitu ejus recepto, cum par hostibus etiam prælio vide-

6 Leid. 1. *civitatumque ceteras.* 3. *civitatesque ceteras.*

NOTÆ

auctor fuerat Demosthenes, ut abigerent Harpalum: sed paulo post, dum numeratur illius pecunia, calicis aurei desiderium præ se tulit; quem nocte seq. cum 20 talentis ad eum misit Harpalus; tum illi favere cœpit Demosthenes: quod ubi populo et Areopago innotuit, et 50 talentis damnatur, et in vincula conjicitur: sed ob valetudinem ferendo carceri cum impar esset, aliis faventibus, dissimulantibus aliis, fuga sibi consuluit, et Megaris substitit.

[k] *Peloponnenses*] Qui habitabant in Pelopounesi peninsula Græciæ maxima, a Corintho extensa ad Tænarium promontorium. Octo partes continebat: Achaiam proprie dictam, Arcadiam, Argiam, Corinthiam, Elidem, Laconiam, Messeniam, et Sicyoniam. Nunc dicitur *la Morée.*

[l] *Sicyona*] Urbem Peloponnesi, Sicyoniæ regionis caput, inter Corinthum et Elidem.

[m] *Argos*] Triplex fuit. 1. Peloponnesiacum, Argiæ regionis caput, non procul a Corintho. 2. Amphilochium, in Epiro, inter Ambracium Sinum et Acheloum fl. 3. Pelasgicum in Thessalia, Larissæ proximum. Dictum etiam Argos Hippium, ab equis, qui generosi ibi nascerentur.

[n] *Ab exilio*] Missa in Æginam ad eum triremi, ex Piræo in urbem ab universa civitate ad portas effusa exceptus est.

[o] *Telo e muris*] Dum Leosthenes conatur opem ferre suis, saxo in capite ictus corruit, eique Antiphilus sufficitur.

[p] *Equestri prælio*] Thessalorum equitum virtute victus et occisus est Leonatus.

retur,[m] solutus obsidione, in Macedoniam concessit. 17. Græcorum quoque copiæ, finibus Græciæ hoste pulso, in urbes dilapsæ.

Cap. VI. 1. Interea Perdicca, bello[1] Ariarathi[q] regi Cappadocum illato, prælioque victor,[2] nihil præmii præter vulnera et pericula retulit: 2. quippe hostes ab acie in urbem recepti, occisis conjugibus et liberis, domos quisque suas cum omnibus copiis incenderunt. 3. Eodem congestis etiam servitiis, et[3] semet ipsi[4] præcipitant, ut nihil hostis victor suarum rerum præter[5] incendii spectaculo[6] frueretur. 4. Inde, ut viribus auctoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatræ, sororis Alexandri Magni, et alterius Alexandri[r] quondam uxoris, non aspernante Olympiade matre ejus, intendit:[n] 5. sed prius Antipatrum sub affinitatis obtentu capere cupiebat. 6. Itaque fingit se in matrimonium filiam ejus petere, quo facilius ab eo supplementum tironum ex Macedonia obtineret. 7. Quem dolum præsentiente[s] Antipatro, dum duas eodem tempore uxores

[m] *Paulo post acceptis Leonati copiis, cum videretur par hostibus etiam ad prælium ineundum.*

[n] *Deinde, ut sibi jam viribus potenti compararet auctoritatem regiam, voluit uxorem ducere Cleopatram, sororem Alexandri Magni.*

1 Med. Leid. 2. 5. ed. Rom. *b. innoxiori.* Bodl. Coll. N. et vetustæ edd. *b. innoxio.*—2 Leid. 3. *prælio victor.* Τὸ *victo*, quod dant posteriores edd. Grævii, ortum est ex vitio typographico: in priore enim *victor* recte id. Vir cl. edidit. Lucian. Macrobiis tom. II. p. 470. Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγενέσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς ἀνεσκολοπίσθη. —3 *Et* desideratur in Med. Leid. 2. 5. ed. Ald. Junt. Rom. Bech. Ven. Med. *opibus* pro *servitiis* dant Jens. Ven. Flor. Med. Par.—4 Sic decem Mss. ed. Rom. Bech. Ven. Med. Vid. notam Grævii ad h. l. et Parentis ad Tac. IV. H. 11. ac Rivii ad Cic. VII. Fam. 3. Ita inf. XIV. 4. 16. ex Ms. Med. 'Triumphum de se ipse ad victoris sui castra ducit.' Imp. Justinian. I. Instit. tit. 2. §. 1. 'Quod quisque populus ipse sibi jus constituit.' Ita Mss. ed. Pictav. Vulg. *ipsi sibi.*—5 Ald. Junt. *præterquam*, male. Cap. præc. init. 'Omnium civitatium exules, præter cædis damnati, restituebantur.' Cf. Avum ad Gell. I. 23.—6 Rom. *spectacula.*—7 Junt. *petit.*—8 Leid. 2. *alienatus* r. Coll. N. *alienatis regibus.* Vulg. tuentur Avus ad Liv. XXVII. 7. et Wass. ad Sall. Cat. 36.—9 Vulg. *ubi.* Mss. et meliores edd. *ubi et.*—10 Magius ad Nep. Eum. 2. malebat *Lycaonia.* At Bosius *Paphlagonia* ex glossa ortum fuisse, vel pro ea *Pamphylia* reponend. suspicabatur.—11 Vulg. *Craterum.* Magl. quatuor Leid. *Crateron*: ut cap. 2. 14. et Curt. IV. 3. 2. ex Ms. Ita 'Cœnon' Id. V. 4. 20. VIII. 1. 1. et 14. 15.

NOTÆ

[q] *Ariarathi*] Quæ hic de Cappadocibus refert Justin. de Isauriis narrat pluribus Diod.

[r] *Alterius Alexandri*] Molossi Epiri regis, qui in Italia periit.

[s] *Præsentiente*] Perdiccæ consilia Antipatro detecta sunt per Antigonum, qui, a Perdicca insidiis appetitus, clam cum Demetrio filio ex Asia ad eum confugerat.

quærit,[7] neutram obtinuit. 8. Post hæc bellum inter Antigonum et Perdiccam oritur. 9. Antigono Crateros et Antipater auxilium ferebant; qui, facta cum Atheniensibus[t] pace, Polyperchonta Græciæ et Macedoniæ præponunt. 10. Perdicca, alienatis rebus,[8] Aridæum et Alexandri Magni filium in Cappadocia, quorum cura illi mandata fuerat, de summa belli in consilium adhibet.[o] 11. Quibusdam placebat bellum in Macedoniam transferri, ad ipsum fontem et caput regni, ubi et[9] Olympias esset mater Alexandri; 12. non mediocre momentum partium, et civium favor, propter Alexandri Philippique nomina:[p] 13. sed in rem visum est ab Ægypto incipere, ne, in Macedoniam profectis, Asia a Ptolemæo occuparetur. 14. Eumeni, præter provincias, quas acceperat, Paphlagonia[10] et Caria et Lycia et Phrygia adjiciuntur. 15. Ibi Crateron[11] et Antipatrum opperiri jubetur: adjutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccæ Alcetas et Neoptolemus: 16. Clito cura classis traditur: Cilicia Philotæ ademta Philoxeno datur: ipse Perdicca Ægyptum cum ingenti exercitu petit. 17. Sic Macedonia, in duas partes discurrentibus ducibus, in sua viscera armatur; ferrumque ab hostili bello in civilem sanguinem vertit, exemplo furentium, manus ac membra sua ipsa cæsura.[q] 18. Sed Ptolemæus in Ægypto

[o] *Perdicca, qui tunc erat in Cappadocia, animis ad bellum accensis, adhibuit in consilium de bello gerendo Aridæum, et Alexandri Magni filium, qui ipsius curæ commissi erant.*

[p] *Quæ afferret parti, cui faveret, magnam potestatem et favorem populorum, ob memoriam Philippi mariti et Alexandri filii.*

[q] *Sic Macedonia bellum in se ipsam gerit, principibus divisis in duas partes, et vertit arma in proprios cives post bellum in barbaros gestum, quasi sibi vellet more furentium abscindere manus et membra.*

[t] *Facta cum Atheniensibus, &c.*] Dum hæc aguntur, Græci navali prælio bis victi sunt a Clito Macedonicæ classis præfecto: quare coacti sunt se suaque Antipatro permittere, qui, benigne usus victoria, pacem illis

solerti industria magnas opes parabat: 19. quippe et Ægyptios insigni moderatione in favorem sui solicitaverat, et reges finitimos beneficiis obsequiisque devinxerat: 20. terminos quoque imperii acquisita Cyrene urbe[u] ampliaverat, factusque jam tantus erat, ut non tam timeret hostes, quam timendus ipse hostibus esset.

Cap. vii. 1. Cyrene autem condita fuit ab Aristæo,[w] cui nomen Battos[1 x] propter linguæ obligationem fuit.[r] 2. Hujus pater Grinus, rex Theræ[z] insulæ, cum ad oraculum Delphos, propter dedecus adolescentis filii nondum loquentis, Deum deprecaturus venisset, responsum accepit, quo jubebatur filius ejus Battos 'Africam petere, et urbem Cyrenen condere, usum linguæ ibi accepturus.' 3. Cum responsum ludibrio simile videretur, propter solitudinem Theræ[y] insulæ,[s] ex[3] qua coloni ad urbem condendam in Africam tam vastæ regionis proficisci jubebantur, res omissa est. 4. Interjecto deinde tempore, velut contumaces, pestilentia Deo parere compelluntur: quorum tam insignis paucitas fuit, ut vix unam navem complerent. 5. Cum venissent in Africam, pulsis accolis, montem Cyram[4 a] et propter amœnitatem loci et propter fontium[5] ubertatem[6] occupavere. 6. Ibi Battos dux eorum, linguæ nodis solutis, loqui primum cœpit: quæ res animos eorum, ex promissis

[r] *Qui Battus nominatus est, ob linguam ligatam et impeditam.*
[s] *Cum responsum oraculi contemneretur, quia insula Theramenes vacua erat ab incolis.*

1 Meliores Mss. *Bactos, Bætos, Bacthos.* Rom. Bech. Flor. Bong. *Battos.* Add. notam ad xxxix. 1. 9.—2 Ita etiam Ald.—3 Coll. N. *a*, et cum Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *longinquæ regionis.*—4 Illustris Marsham. in Can. Chronol. p. 553. legit *Azirin.*—5 Plerique Mss. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Bong. Oxon. *fontis.* Vid. Leopard. iii. Emend. 11.—6 Coll.

NOTÆ

concessit.

[u] *Cyrene urbe*] Nunc in regno Barca versus Syrtim magnam Cyrenaicæ regionis urbs primaria, inter Barcem et Ammonis templum.

[w] *Ab Aristæo*] At Callimacho vocatur Aristoteles.

[x] *Battos*] Blæsum significat. Libyes regem 'battum' sua lingua appellant.

[y] *Theræ* [*Theramenis*] Est Ægæi Maris ins. Spartanorum colonia, quæ, ut primum ex undis enata est, Callisto dicta est, deinde Thera.

[z] *Montem Cyram*] A quo urbi Cyrene, potius quam a virgine, nomen

Dei jam parte percepta, in reliquam spem condendæ urbis accendit.[t] 7. Positis igitur castris, opinionem veteris fabulæ accipiunt, Cyrenen, eximiæ pulchritudinis virginem, a Thessaliæ monte Pelio[a] ab Apolline raptam, perlatamque in ejusdem montis juga, cujus collem occupaverant, a Deo repletam, quatuor pueros[b] peperisse, Nomium, Aristæum, Autochum,[7] Agreum:[8] 8. missos a patre Hypseo,[9 c] regem Thessaliæ, qui perquirerent virginem, loci amœnitate captos, in iisdem terris cum virgine resedisse: 9. ex his pueris tres adultos, in Thessaliam reversos, avita regna recepisse: 10. Aristæum in Arcadia late regnasse, eumque primum et apium[10] et mellis usum et lactis ad coagula[11] hominibus tradidisse,[u] solstitialisque[d 12] ortus sideris primum invenisse. 11. Quibus auditis, Battos, virginis nomine ex responsis agnito, urbem Cyrenen condidit.

[t] *Quod inflammavit eorum animos ad exstruendam urbem, quia Deus jam perfecerat partem promissorum.*
[u] *Illumque primum invenisse, ad commoda hominum, usum apium et mellis et artem lac coagulandi.*

N. *et fontis uberem copiam.*—7 Mss. *Euthocum, Eutocum, Authonum* vel *Auctonum.* Ald. Junt. *Autuchum:* quam scripturam firmat Schol. Apollonii Rh. ii. 500. qui Aristæi fratrem Αὐτοῦχον nominatum fuisse refert: atque ita hoc nomen etiam scribend. esse monuit Staveranus tom. x. Obs. Misc. p. 388.—8 Thuan. Coll. N. *Agræum.* Periz. *Egreum.* Leid. 4. 5. Ald. Junt. *Agreum.* Auctor Etymologici M. Ἀγρεὺς ὁ ἥρως εἴρεται παρὰ τὸ ἐν ἀγρῷ γεγενῆσθαι· ἀπὸ γὰρ Κυρήνης καὶ Ἀπόλλωνος ἦν. Nonnus xvi. Dionys. p. 444. ed. Hanov. Καὶ κύνας ἀγρευτῆρας Ἀρισταίοιο καλέσσω, Καὶ λίνα σὺν σταλίκεσσι καὶ ἅρμενα δῶρα κομίσσω, Ἐνδρομίδας Νομίοιο καὶ Ἀγρέος.—9 Ita etiam Bech. Med. Ald.—10 Med. Magl. Leid. 2. 5. Periz. ed. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *apum.*—11 Med. Leid. 2. 5. *et l. ac coaguli.* Jens. Ven. Flor. Med. Par. *et l. et coaguli.* Bech. *et l. coaguli.* Ald. Junt. *et l. coagulandi.* Magl. *et l. ad coagulandum.*—12 Eruditiss. Salmasio legenti *solstitialisque* suffragantur Mss. ed. Bong. aliæque.

NOTÆ

inditum est.

[a] *Pelio*] Mons est Thessaliæ, in Sinum Pelasgicum incumbens, gigantum fabulis notissimus.

[b] *Quatuor pueros*] Cyrene tamen, ut Pindaro et Diod. placet, unicum filium suscepit, qui Nomius et Agrius cognominatus est, quod venationi et pascendo pecori addictus esset. Nam pastor Græce *νομεὺς*, et venator *ἀγρεὺς*, dicitur.

[c] *A patre Hypseo* [*Speo*] Hypseum vocat Diod.

[d] *Solstitialis* [*Solstitiales*] Non invenit solstitia Aristæus, sed ortus Sirii seu Caniculæ; populosque docuit ei sacrificare: quare dicendum 'solstitiales ortus sideris,' i. e. Sirii, qui paulo post solstitia oritur: veteres enim solstitium non pro puncto ipso, quo committitur, sed pro toto mense sumserunt. Aristæum Vir-

CAP. VIII. 1. Igitur Ptolemæus, hujus urbis auctus viribus, bellum in adventum Perdiccæ parabat.‡ 2. Sed Perdiccæ plus odium arrogantiæ, quam vires hostium nocebant; quam exosi etiam socii, ad Antipatrum gregatim profugiebant. 3. Neoptolemus quoque in auxilium Eumeni relictus non solum transfugere, verum etiam prodere partium exercitum, voluit. 4. Quam rem cum præsensisset Eumenes, cum proditore decernere prælio necesse habuit. 5. Victus[1] Neoptolemus[e] ad Antipatrum et Polyperchonta profugit;[f] hisque persuadet, ut, continuatis mansionibus,[g] læto ex victoria et securo fugæ suæ[2] Eumeni superveniant.[a] 6. Sed res Eumenen[3] non latuit. Itaque insidiæ in insidiatores versæ: et, qui securum aggressuros se putabant, securis in[4] itinere et pervigilio[5] noctis fatigatis occursum est.[b h] 7. In eo prælio Polyperchon[i] occiditur.

[a] *Ut magnis itineribus pergant in Eumenem, eumque aggrediantur, dum lætus est ob victoriam a se relatam, et securus ob fugam suam.*

[b] *Aggressus est eos in media nocte securos et defessos ob laborem in itinere toleratum.*

1 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Victusque.*—2 Vulg. *fuga sua.* Med. Leid. 2. 5. *fugæ suæ.* Pers. S. VI. 12. 'Heic ego securus vulgi.' Tac. III. A. 28. 'Potentiæ securus.' Macrob. I. Sat. 7. 'Mendacii procax, ac securus offensarum.' Ammian. XXXII. 8. p. 345. 'Securus bellnarum,' et XXIX. 1. 'Securus hostium.' Cf. Avnm ad Sen. Hippol. 974. et Burm. ad Val. Fl. VIII. 14.—3 Ita Cic. II. de Orat. 79. 'Populum Rom. non latuit.' Lactant. Opif. Dei 12. init. 'Quæ, quanquam in operto latent, sensum tamen et intelligentiam latere non possunt.' Marcian. Capella VI. p. 197. 'Nobisque septemtrio conspicabilis illos lateat sine fine.' Magl. Coll. N. et C. C. *Eumeni:* ut Cic. I. Cat. 6. 'Nihil moliris, quod mihi latere valeat in tempore.' Lucan. I. 417. 'At mihi semper Tu, quæcumque moves tam crebros causa meatus, Ut superi voluere, late.' Sen. Œd. 295. 'Visu carenti magna pars veri latet.'—4 *In* abest Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—5 Bodl.

NOTÆ

gilius, ob mellis repertum usum, versibus suis celebravit.

‡ A. M. 3732. Ol. 114. 3. U. C. 431. Ant. Ch. 320.

[e] *Neoptolemus*] Indignum ratus sua dignitate subesse Eumeni, qui Philippo et Alexandro a secretis fuerat, dum ipse et armigerorum princeps esset, et unus ex primariis ducibus: quare sæpe dictitabat Alexandrum secutum se cum clypeo et hasta, Eumenem vero cum stylo et tabellis. Ita Plut.

[f] *Profugit*] Dum fugere cogitat, Eumenes eum aggressus omnes fere illius copias delevit.

[g] *Mansionibus*] I. e. habitationibus, ad quas viatores noctis interventu se recipiunt.

[h] *Occursum est*] Cum metueret, ne Craterus copiis acceptissimus ad se alliceret milites; persuasit suis sotem succidit Neoptolemo, qui tamen, altero innixus genu, strenue dimicans, tandem secundum collum percussus concidit; Eumenesque, licet ipse graviter vulneratus, victor evasit. Ita Plut.

[i] *Perdicca*] Cum oppida duo, non procul a Pelusio, frustra oppugnasset, et 2. suorum M. dum Nilum trajicit, amisisset; efferati in eum Macedones, ducibus Pythone et Antigono quodam, ut ait Probus, noctu invadunt ejus tentorium, eumque obtruncant, et se dedunt Ptolemæo.

[m] *Ab exercitu hostis*] Et Antipater in Perdiccæ curam successerat, qui continuo cum Hercule et Alexandro, Alexandri Magni filiis, se recepit in Macedoniam.

8. Neoptolemus quoque,[k] cum Eumene congressus, diu mutuis vulneribus acceptis colluctatus est; in summa victus occumbit. 9. Victor igitur duobus præliis continuis Eumenes afflictas partes transitione sociorum paululum sustentavit. 10. Ad postremum tamen, Perdicca[1] occiso, ab exercitu hostis[m] cum Pithone[6] et Illyrio et Alceta fratre Perdiccæ appellatur: bellumque adversus eos Antigono decernitur.[y]

[y] *Jubetur Antigonus contra illos bellum gerere.*

pervigilium. Ald. *pervigili.* Periz. cum quinque prioribus edd. *pervigilia.* XXIV. 8. 14. 'Maximum pervigiliæ malum:' ubi Coll. N. ed. Rom. Ald. Junt. *pervigilii.*—6 Ald. Junt. *Phyloxeno.*

NOTÆ

lum adesse Neoptolemum, Craterosque Persas et Phœnicas opposuit.

[k] *Neoptolemus quoque*] Dum strictis gladiis occurrunt sibi, remissis habenis, sibi manus injicinnt, detrahunt cassides, loricas divellunt ex humeris; interea, equis simul subterfugientibus, in terram delapsi prehendunt alter alterum, colluctanturque: sed Eumenes prius assurgenti poplí-

LIBER XIV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Eumenis in bello adversus Antigonum prudentia et fortitudo. 2. Idem prælio victus obsidetur, liberatur, ad

Argyraspidas decurrit, eosque ad suas partes pertrahit. 3. Dum Argyraspides Eumenis imperia contemnunt, hostium virtute superantur, et deinde eum hosti prodere parant. 4. Eumenis captivi ad Argyraspidas oratio, qua petit ut sibi inter eos mori liceat. Petitione frustratus, proditorum capita devovet, et Antigono vinctus traditur. 5. Cassander, Aridæi vices gerens, Græciæ civitates opprimit, et in Macedoniam adversus Olympiada proficiscitur. 6. Olympias fugit, obsidetur, victori Cassandro se tradit; cujus jussu interficitur.

Cap. I. 1. Eumenes, ut Perdiccam occisum, se hostem a Macedonibus judicatum, bellumque Antigono decretum, cognovit, ultro ea militibus suis indicavit,[1]* 2. ne fama aut rem in majus extolleret, aut militum animos rerum novitate terreret; 3. simul ut, quomodo circa[2] se animati essent, cognosceret, sumturus consilium ex motu universorum.[a] 4. Constanter tamen præfatus est, 'si cui hæc terrori essent, habere eum discedendi potestatem.' 5. Qua voce adeo cunctos in studium[3] partium suarum induxit, ut ultro bellum[4] omnes hortarentur, 'rescissurosque se ferro decreta Macedonum' affirmarent. 6. Tunc, exercitu in Ætuliam[5] promoto, pecunias civitatibus imperat; recusantes dare hostiliter diripit. 7. Inde Sardis[5] [b] profectus est ad Cleopatram, sororem Alexandri

[a] *Ut cognosceret an milites bene circa se affecti essent, et sumeret consilium ex eorum benevolentia vel timore.*

---

1 Leid. 3. *intimavit.*—2 Ita Ms. Coll. N. *sim. ut, an contra* Coll. C. C. ed. Rom. Bech. cum sex reliquis: *sim. an circa* Leid. 3. 4. *sim. ut circa* 2. 5. et Bodl. atque ed. Bong.—3 Leid. 2. 5. *studia.*—4 Sic Leid. 3. Thuan. ed. Rom. Quem loquendi modum illustrant Avus in Diatr. Stat. 35. et in notis ad Tac. XI. A. 3. et Parens ad Gell. XIII. 23.—5 Med. Thuan. Leidenses, Leid. 5. *Sardas.*—6 Med.

NOTÆ

* A. M. 3733. Ol. 114. 4. U. C. 432. Ant. Ch. 319.

[a] *Ætuliam* [*Ætol.*] Cum in Cappadocia tunc esset Eumenes, in Ætoliam venire non potuit. Sed legend. *Ætuliam*, quæ pars est Armeniæ Minoris, quam alii cum Ptolemæo Ætulanem nominant.

[b] *Sardis*] Urbem Lydiæ primariam ad Pactolum, juxta montem Tmolum.

Magni, ut ejus voce centuriones principesque[6] confirmaret, existimaturos ibi majestatem regiam verti, unde soror Alexandri staret.[b] 8. Tanta veneratio magnitudinis Alexandri erat, ut etiam per vestigia mulierum favor sacrati ejus nominis quæreretur.[c] 9. Cum reversus in castra esset, epistolæ totis castris abjectæ inveniuntur; quibus iis, qui Eumenis caput ad Antigonum detulissent, magna præmia definiebantur. 10. His cognitis, Eumenes vocatis ad concionem militibus primo gratias agit, 'quod nemo inventus esset,[7] qui spem cruenti præmii fidei sacramenti[8] anteponeret:' 11. deinde[9] callide subnectit, 'confictas has a se epistolas ad experiundos suorum animos esse. 12. Ceterum salutem suam in omnium potestate esse; nec Antigonum, nec quenquam ducum, sic velle vincere, ut ipse in se exemplum pessimum statuat.' 13. Hoc facto et in præsenti labantium animos retinuit,[10] et in futurum providit, ut, si quid simile accidisset, non se ab hoste corrumpi, sed ab duce tentari, arbitrarentur. 14. Omnes igitur operam suam certatim ad custodiam salutis[c] ejus offerunt.

Cap. II. 1. Cum[1] interim Antigonus cum exercitu supervenit, castrisque positis, postera die in aciem procedit.†

[b] *Qui crediturі erant illos habere auctoritatem regiam, quibus faveret soror Alexandri.*

[c] *Adeo venerabantur magnitudinem Alexandri, ut eos non puderet favorem quærere mulierum, ut nomine regio protegerentur.*

Thuan. Leid. 5. ed. Rom. Bech. cum sex aliis *principalesque.* L. 13. §. 4. D. de Re milit. 'Irreverens miles non tantum a tribuno vel centurione, sed etiam a principali, coërcendus est.'—7 Coll. N. ed. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *sit.* —8 Sic etiam Leid. 4. a pr. m. Thuan. ed. Rom. Cic. III. Off. 26. 'Cujus' ipse princeps jurisjurandi fuit, Quod omnes scitis, solus neglexit fidem.' Apul. IV. M. p. 78. 'Neque clamore, ac ne ululatu quidem, fidem sacramenti proditi.' Panegyricus Constantino dicit cap. 15. 'Quos tibi præter liberalitatem tuam et sacramenti fidem tot victoriarum gloriæ dicavissent.'—9 Med. Leid. 2. Periz. Bodl. ed. Ven. Ald. Junt. *tum d.* Bech. Flor. Med. Par. *tamen d.* —10 Ita etiam Ald. et Ms. Coll. N. Ammian. XX. 7. init. 'Besabden, vi vel promissorum dulcedine illectis defensoribus, retenturus.'

1 Abest Bech. Ven. Flor. Med. Par. Saxo XIV. p. 277. 6. 'Brevi se cum exercitu superventurum denuntians.'

NOTÆ

[c] *Ad custodiam salutis*] A militibus decretum est, ut circa ipsum M. milites vicissim excubias agerent. Plut.

† A. M. 3735. Ol. 115. 1. U. C. 434. Ant. Ch. 317.

2. Nec Eumenes moram prælio fecit; qui victus[d] in munitum quoddam castellum[e] confugit: 3. ubi cum videret se fortunam obsidionis subiturum, majorem exercitus[f] partem dimisit, ne aut consensu multitudinis hosti traderetur, aut obsidio ipsa multitudine gravaretur. 4. Legatos[g] deinde ad Antipatrum, qui solus par Antigoni viribus videbatur, supplices mittit: a quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset, ab obsidione[h] recessit. 5. Erat quidem solutus ad tempus metu mortis Eumenes: sed nec salutis, dimisso exercitu, magna spes erat. 6. Omnia igitur circumspicienti[i] optimum visum est, ad Alexandri Magni Argyraspidas,[k] invictum exercitum, et tot victoriarum præfulgentem gloria, decurrere.‡ 7. Sed Argyraspides post Alexandrum omnes duces fastidiebant, sordidam militiam sub aliis, post tanti regis memoriam, existimantes. 8. Itaque Eumenes blandimentis agere,[l] suppliciter singulos alloqui, nunc 'commilitones suos,' nunc 'patronos' appellans, nunc 'periculorum et

NOTÆ

[d] *Qui victus*] Proditione Apollonidis equitum præfecti, qui pecunia corruptus ad partes Antigoni, relicto Eumene, dum prælium committitur, cum equitatu transiit.

[e] *Castellum*] Noram vocat Plut. quod in confinio Lycaoniæ et Cappadociæ ponit: Probus in Phrygia, Strabo propter Taurum. Arx erat perexigua, cujus ambitus 2. stadia non excederet; sed ab arte et a natura munitissima.

[f] *Majorem exercitus, &c.*] Exercitum prius dimisisse, servatis 500. equitibus, peditibus vero 200., testis est Plut.

[g] *Legatos*] Post annum elapsum legatos ad Aridæum misit, qui, quod male haberetur ab Antigono, jussit ut Eumenes liberaretur.

[h] *Ab obsidione*] Audita Antipatri morte, cum frustra Eumenem ad suas partes per Hieronymum amicum communem allicere conaretur, Eumenes cum suis abire permissus est, inscio Antigono, qui graviter id tulit. Hæc Diod. et Plut.

[i] *Omnia igitur circumspicienti*] Multa ibi et omittit et confundit Justin. Polysperchon Macedoniæ ab Antipatro præpositus, ut Eumenem ad se alliceret, eum regio exercitui in Asia præfecit; missisque 50. talentis, ut damna resarciret, scripsit ad Argyraspidum duces, ut Eumenis signa sequerentur.

[k] *Argyraspidas*] Horum plerique annos nati erant 70. nemo sexagenario minor.

‡ A. M. 3736. Ol. 115. 2. U. C. 435. Ant. Ch. 316.

[l] *Blandimentis agere*] Immo Argyraspidum duces, Antigenes et Teutamus, regum literis obsecuti, cum amicis Eumeni occurrunt, eique omnia ultro pollicentur.

operum orientalium socios;' nunc 'refugia salutis suæ et unica præsidia' commemorans: 9. 'solos esse, quorum virtute oriens sit domitus; solos qui militiam Liberi patris,[z] qui Herculis monumenta, superarint: 10. per hos Alexandrum Magnum factum; per hos divinos honores et immortalem gloriam consecutum:' 11. orat, 'ut non tam ducem se quam commilitonem recipiant, unumque ex corpore suo esse velint.' 12. Receptus hac lege, paulatim imperium, primum monendo singulos, mox quæ perperam facta erant blande corrigendo, usurpat:[m] nihil in castris sine illo agi, nihil administrari sine solertia illius, poterat.

CAP. III. 1. Ad postremum[n] cum Antigonum venire cum exercitu nuntiatum esset, compellit eos in aciem descendere. 2. Ibi, dum ducis imperia contemnunt, hostium virtute superantur.*[o] 3. In eo prælio non gloriam tantum tot bellorum, cum conjugibus et liberis, sed et præmia longa militia parta, perdiderunt. 4. Sed Eumenes, qui auctor cladis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat, victos hortabatur. 5. Nam et 'virtute eos superiores fuisse' affirmabat: 'quippe ab his quinque millia hostium cæsa; et, si in bello perstent, ultro hostes pacem petituros. 6. Damna, quibus se victos putent, duo millia mulierum et paucos infantes et servitia esse, quæ melius vincendo possint reparare, quam deserendo victoriam.' 7. Porro Argyraspides 'neque fugam se tentaturos' dicunt 'post damna patrimo-

2 Leid. 2. 5. *p. L.*

NOTÆ

[m] *Usurpat*] Modeste usus imperio in castrorum tutiore loco, Alexandri nomine, statuit tabernaculum, in eoque cellam, aureum sceptrum, et diadema poni jussit, eoque omnes quotidie convenire, ut ibi de summis rebus consilia caperentur.

[n] *Ad postremum*] Jam Euphrate et Tigride superato, semel Antigonum propter Gabienen vicerat.

* A. M. 3739. Ol. 116. 2. U. C. 438. Ant. Ch. 313.

[o] *Superantur*] Antigonus, Eumenis impedimentis potitus, Peucestem Persidis præfectum cum suis in fugam vertit: sed Eumenes certus aut mori aut vincere, equitatu ad se recepto, 5. hostium M. cædit. Ubi capta ab Antigono impedimenta audivit, iterum confligere statuit: sed frustra Argyraspidas hortatus est ad pugnam, qui in mulieres et liberos captos ab Antigono pugnare recusarunt.

niorum,[1] et post conjuges amissas,[d] neque bellum gesturos contra liberos suos;' 8. ultroque eum conviciis agitant, 'quod se post tot annos emeritorum stipendiorum, redeuntes domum cum præmiis tot bellorum, ab ipsa missione rursus in novam militiam immensaque bella revocaverit,[e] 9. et a laribus jam quodammodo suis et ab ipso limine patriæ abductos inanibus promissis deceperit: 10. nunc quoque, amissis omnibus felicis militiæ quæstibus, ne victos quidem in misera et inopi senecta quiescere sinat.' 11. Ignaris deinde ducibus,[p] confestim ad Antigonum legatos mittunt, petentes, 'ut sua reddi jubeat.' Is 'redditurum se' pollicetur, 'si Eumenen sibi tradant.' 12. Quibus cognitis, Eumenes cum paucis fugere tentavit:[q] sed retractus, desperatis rebus, cum concursus multitudinis factus esset, petit, ut postremum sibi alloqui exercitum liceret.

CAP. IV. 1. Jussus ab universis dicere, facto silentio, laxatisque vinculis, prolatam, sicut erat catenatus, manum ostendit: 2. 'Cernitis, milites,' inquit, 'habitum atque ornamenta ducis vestri, quæ[1] mihi non[2] hostium quisquam imposuit: nam hoc etiam[3] solatio foret. 3. Vos me ex victore victum, vos me ex imperatore captivum, fecistis; quater intra hunc annum in mea verba jurejurando obstricti estis. 4. Sed ista omitto. Neque enim miseros convicia decent. 5. Unum oro, si propositorum Antigoni in meo

[d] *Argyraspides dicunt se non arrepturos fugam, conjugibus suis captis ab hostibus.*

[e] *Quod ipsos reduxerit ad nova prælia et bellum difficile, dum redirent in patriam cum præmiis quæ retulerant in tot bellis, in quibus per tot annos arma gesserant.*

1 Ita ex Junt. edidit Græv. idemque dant Med. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Ald.

1 Leid. 1. 3. *quem*, ut relativum ad remotius substantivum referatur.—2 Bech. Ald. Junt. aliæque *Cernite* et *quæ non hostium*.—3 Magl. *nam hoc etiam mihi*. Rom. *nam hoc et mihi*. Leid. 1. 4. Thuan. Coll. C. C. *etiam in*, quod

NOTÆ

[p] *Ignaris ducibus*] Testatur tamen Plut. legatos a Teutamo missos ad Antigonum, ut impedimenta redderet.

[q] *Fugere tentavit*] Fraudis ignarum, a multitudine oppressum, et manibus post tergum ligatis pertractum ad hostes, scribit Plut.

capite summa consistit, inter vos me velitis mori.[f] 6. Nam neque illius interest, quemadmodum aut ubi cadam; et ego fuero ignominia mortis liberatus. 7. Hoc si impetro, solvo vos jurejurando, quo toties vos sacramento mihi devovistis. 8. Aut, si ipsos[4] pudet roganti vim adhibere, ferrum huc date; et permittite, quod vos facturos pro imperatore jurastis, imperatorem pro vobis sine religione jurisjurandi[5] facere.' 9. Cum non obtineret, preces in iram vertit. 10. 'At vos,' ait, 'devota capita, respiciant Dii perjuriorum vindices; talesque vobis exitus dent, quales vos ducibus vestris dedistis. 11. Nempe vos iidem paulo ante et Perdiccæ sanguine estis aspersi, et in Antipatrum eadem moliti. 12. Ipsum denique Alexandrum, si fas fuisset eum mortali manu cadere, interemturi; quod maximum erat, seditionibus agitastis. 13. Ultima nunc ego perfidorum victima, has vobis diras[r] atque inferias dico, 14. ut inopes extorresque omne ævum in hoc castrensi exilio agatis; devorentque vos arma vestra,[6] quibus plures vestros quam hostium duces absumsistis.'[g] 15. Plenus deinde iræ, custodes suos præcedere ad Antigoni castra cœpit.[7] 16. Sequitur exercitus prodito imperatore suo et ipse captivus, triumphumque de se ipso ad victoris sui castra ducit; 17. omnia auspicia regis Alexandri, et tot bellorum palmas laureasque, una secum victori tradens:[h] 18. et, ne quid

[f] *Unum rogo, ut permittatis me mori inter vos, si Antigonus putet se non posse, me vivo, exequi ea quæ proposuit.*

[g] *Et pereatis armis vestris, quibus occidistis plures imperatores vestros, quam hostium duces.*

[h] *Tradentes una secum victori Antigono felicem fortunam Alexandri regis, et gloriam partam in tot bellis.*

vulgato præferunt Schef. et Avus Obs. III. 8. p. 500.—4 Ἐλλειπτικῶς pro *vos ipsos*, quomodo scriptum in Magl. Vid. notam Avi ad Liv. I. 1. Id. Ms. cum ed. Rom. et Ms. Bong. *ferrum, quæso, date*.—5 Med. Leid. 5. *jurandi*. Terent. Andr. IV. 4. 7. 'Quia si forte opus sit ad herum jurandum mihi Non apposuisse, ut liquido possim.' Ammian. XVII. 10. 'Jurandique execratione restituere universos promisit.'—6 *Vestra* nescit ed. Rom. *arma ista* Coll. N. —7 Rom. Flor. Par. *præcep.* Magl. Ald. *procedere . . . præcep.* Junt. *procedere præcæp.*

NOTÆ

[r] *Has vobis diras, &c.*] Quod irritum non fuit: Antigonus enim, Argyraspidas ob perfidiam execratus, Arachosiæ præfecto tradidit omnibus modis conficiendos, eorumque ducem Antigenem in caveam æneam inclu-

deesset pompæ, elephanti quoque et auxilia orientalia subsequuntur. 19. Tanto pulchrior hæc Antigono, quam Alexandro tot victoriæ fuerunt; ut, cum ille orientem vicerit, hic etiam eos, a quibus oriens victus fuerat, superaverit. 20. Igitur Antigonus domitores illos orbis exercitui suo dividit, redditis quæ in victoria ceperat. 21. Eumenen vero, verecundia prioris amicitiæ, in conspectum suum venire prohibitum, assignari custodibus præcepit.[s]

CAP. V. 1. Interea Eurydice, uxor Aridæi regis, ut Polyperchonta a Græcia redire[t] in Macedoniam cognovit, et ab eo arcessitam Olympiada,[u] 2. muliebri æmulatione perculsa, abutens valetudine viri,[z] cujus officia sibi vindicabat, scribit[†] regis nomine Polyperchonti, 3. 'Cassandro exercitum tradat, in quem regni administrationem rex transtulerit:' eadem et in Asiam Antigono per epistolas nuntiat. 4. Quo beneficio devinctus Cassander nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gerit. 5. Deinde profectus in Græciam multis civitatibus bellum infert: 6. quarum excidio, veluti vicino incendio, territi Spartani, urbem quam semper armis, non muris,[w] defenderant, tum contra responsa fatorum et veterem majorum gloriam, armis diffisi, murorum præsidio includunt. 7. Tantum eos degeneravisse a majoribus, ut,

[s] *Eumenem tradidit servandum custodibus: noluit enim eum coram alloqui, quia ipsum pudebat veterem amicum cernere captivum.*

[z] *Impulsa æmulatione, ut mulieres solent, et abutens imbecillitate mentis Aridæi mariti.*

NOTÆ

sum vivum combussit. Hæc Diod.

[s] *Custodibus præcepit*] Antigonus, Demetrius, et Nearchus ab occidendo Eumene abhorrebant: sed Argyraspidum precibus et querelis victus Antigonus inedia, cibo subtracto, eum consumi jussit: cum tamen castra de repente movenda essent, a gregario milite, inscio Antigono, si Probo credimus, Eumenes trucidatus est, corpusque concessum amicis.

[t] *A Græcia redire*] Cassander, ægre ferens paternam dignitatem cessisse Polysperchonti, clam ad Antigonum fugit, Munychia per Nicanorem occupata; quam cum frustra obsedisset Polysperchon, Græci pacem cum Cassandro inierunt.

[u] *Arcessitam Olympiada*] Cum Olympiadi non bene cum Eurydice conveniret, eam ex Epiro, quo fugerat, idcirco evocavit, ut illius auctoritate partes suas tueretur.

† A. M. 3736. Ol. 115. 3. U. C. 435. Ant. Ch. 316.

[w] *Non muris*] Ex Lycurgi præceptis, per 500. annos nullis muris cincta fuit Lacedæmon: sed post cladem Leuctricam, instante Epaminonda, metus Spartanos coëgit tumultuario

cum multis sæculis murus urbi civium virtus fuerit, tunc cives salvos se fore non existimaverint, nisi intra muros laterent. 8. Dum hæc aguntur, Cassandrum a Græcia turbatus Macedoniæ status domum revocavit. 9. Namque, Olympias, mater Alexandri Magni regis, cum[1] Epiro in Macedoniam, prosequente Æacide,[x] rege Molossorum, veniret, prohiberique finibus ab Eurydice et Aridæo rege cœpisset; 10. seu memoria mariti, seu magnitudine filii et indignitate rei, moti Macedones ad Olympiada transiere: cujus jussu et[a] Eurydice[y] et rex[3] occiditur,‡ sex annis post Alexandrum potitus regno.

CAP. VI. 1. Sed nec Olympias diu regnavit. Nam, cum principum passim cædes[z] muliebri magis quam regio more fecisset, favorem sui in odium vertit. 2. Itaque audito Cassandri adventu,[a] diffisa Macedonibus, cum nuru Rhoxane et nepote Hercule,[b] in Pydnam[c] urbem concedit.[1]* 3. Proficiscenti Deidamia, Æacidæ regis filia, et Thessalonice privigna, et ipsa clara Philippi patris nomine, multæque aliæ principum matronæ, speciosus magis[2] quam utilis

1 Med. Magl. Leid. 3. 5. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. et Vincent. VI. 10. *cum ab*, et Coll. N. *Macedoniam . . . venisset.* —2 Vulg. *c. j. E.* Bech. *c. j. et E.*—3 Rom. *et rex Aridæus occ.* Ald. Junt. *c. jussu et E. occiditur, et rex Aridæus.* Fuit autem interfectus a Polyperchonte. Georg. Syncellus Chron. p. 274. Πολυπέρχης (leg. Πολυσπέρχων) υἱὸς Ἀντιπάτρου ἀνεῖλε τὸν Ἀριδαῖον.

1 *Concessit* Periz. 'secessit' Vincent.—2 Med. Leid. 2. 5. omittunt *mag.*

NOTÆ

opere excitare murum.

[x] *Prosequente Æacide*] Quem Polysperchon, quo vel facilius succederet, in auxilium evocarat.

[y] *Et Eurydice*] Regem sagittis configendum tradidit militibus: Eurydice vero misit gladium, laqueum, et cicutam, ut, qua morte perire mallet, eligeret: quæ similia dona precata est Olympiadi, zonaque usa pro laqueo vitam finiit. Hæc Diod.

‡ A. M. 3738. Ol. 116. 1. U. C. 437. Ant. Ch. 314.

[z] *Principum passim cædes*] Fratrem Cassandri Nicanorem, ejusque amicos, et Macedones centum trucidari jussit. Ex Diod.

[a] *Cassandri adventu*] Auditis tot cædibus Cassander in Macedoniam e Græcia movit, et, Calla in Polysperchontem misso, ipse Pydnam obsedit.

[b] *Hercule*] Barsines ex Alexandro filius erat.

[c] *In Pydnam*] Urbem Macedoniæ in ora maritima Pieriæ regionis, prope Sinum Thermaicum.

* A. M. 3739. Ol. 116. 2. U. C. 438. Ant. Ch. 313.

grex, comites fuere. 4. Hæc cum nuntiata Cassandro essent, statim citato cursu Pydnam venit, et urbem obsidione cingit. 5. Cum fame ferroque[d] urgeretur Olympias, longæ obsidionis tædio, pacta salute, victori se tradidit.[e] 6. Sed Cassander, ad concionem vocato populo, sciscitaturus ‘quid de Olympiade fieri velint,’ subornat parentes interfectorum, qui, sumta lugubri veste, crudelitatem mulieris accusarent. 7. A quibus accensi Macedones, sine respectu pristinæ majestatis, occidendam decernunt: 8. immemores prorsus, quod per filium ejus virumque non solum vitam ipsi inter finitimos tutam habuissent, verum etiam tantas opes imperiumque orbis quæsissent. 9. Sed Olympias, ubi obstinatos venire ad se armatos vidit, veste[1] regali, duabus ancillis innixa, ultro obviam procedit. 10. Qua visa, percussores attoniti fortuna majestatis prioris, et tot in ea memoriæ occurrentibus regum suorum nominibus, substiterunt;[f] 11. donec a Cassandro missi sunt, qui eam

[1] *Qua conspecta, percussores substiterunt attoniti ob magnitudinem prioris dignitatis, et quod tot nomina regum suorum redirent in memoriam, eam aspiciendo.*

Ita Ammian. XVII. 12. ‘Obsequi defensoribus, ut in malis, optabile, quam servire suis mancipiis, arbitrati.’ Oros. II. 4. ‘Igitur regibus Urbe propulsis, Romani, consulendum sibi quam cuiquam suæ libertati dominandum rati, consules creaverunt.’ Plura huj. constructionis, in qua ‘magis’ vel ‘potius’ subintelligitur, exempla congessit Avus ad Liv. V. 23.—3 Rom. *cum v.* Vincent. ‘v. induta reg.’ Utrumque ortum videtur ex interpretatione scripturæ, quam repræsentant Med. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. Ald. Junt. *in v. reg.* Ita Lucret. II. 236. ‘Si plebeia in veste cubandum est.’ Virgil. IV. Æ. 518. ‘Unum exuta pedem vinclis, in veste recincta, Testatur moritura Deos:’ v. 178. ‘Madidaque fluens in veste Mencetes:’ VII. 167. ‘Nuntius ingentes ignota in veste reportat Advenisse viros:’ XII. 169. ‘Puraque in veste sacerdos.’ Liv. XLV. 20. ‘Cum primo in veste candida visi essent.’ Lampid. in Commodo 16. ‘Ipse in pullis vestimentis præsidens.’ Bion Idyll. I. 7. Μηκέτι πορφυρέοις ἔνι φάρεσι, Κύπρι, κάθευδε. Auctor lib. Maccab. II. 11. 8. Ἐφάνη προηγούμενος αὐτῶν ἔφιππος ἐν λευκῇ ἐσθῆτι. D. Lucas Evang. XX. 46. Περιπατεῖν ἐν στολαῖς, et XXIV. 4. Δύο ἄνδρες ἐπέστησαν αὐταῖς ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις. Id. Act. Ap. I. 10. Ἄνδρες δύο παρειστήκεισαν αὐτοῖς ἐν ἐσθῆτι λευκῇ. X. 30. Ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν

NOTÆ

[d] *Fame ferroque, &c.*] Cum illi succurrere festinarent Æacida et Polysperchon; ille desertus a suis, hic copiis a Calla spoliatus est, militibus pecunia corruptis.

[e] *Victori se tradidit*] Dilabentibus ad Cassandrum militibus suis, ipsa, conscensa navi, Pellam vel Amphipolim petebat, cum Cassander, re per transfugam cognita, illius navigio potitur.

confoderent,[f] non refugientem gladium nec vulnera, aut muliebriter vociferantem, sed virorum more fortium, pro gloria veteris prosapiæ, morti succumbentem, ut Alexandrum posses etiam in moriente matre cognoscere. 12. Insuper expirans capillis[4] et veste crura contexisse fertur, ne quid posset in corpore ejus indecorum videri. 13. Post hæc Cassander Thessalonicen,[g] regis Aridæi filiam, uxorem ducit:[5] filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam[h] custodiendos mittit.

μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ. D. Jacob. II. 2. Ἐὰν γὰρ εἰσέλθῃ εἰς τὴν συναγωγὴν ὑμῶν ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, εἰσέλθῃ δὲ καὶ πτωχὸς ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι. Ælian. XVI. V. H. 32. Ἱππίαν δὲ καὶ Γοργίαν ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι διαῤῥεῖ λόγος. Herodian. II. 13. Αὐτοὶ δὲ ἐν μόναις ταῖς πομπικαῖς ἐσθῆσι δαφνηφοροῦντες ἠπείγοντο, et IV. 7. Ἐν χλαμύσιν, αἷς εἰώθασιν, ἀργύρῳ πεποικιλμέναις ἑωρᾶτο. Id. IV. 11. Πᾶν δὲ τὸ πλῆθος τῶν βαρβάρων ἄνθεσι τοῖς ἐπιχωρίοις κατεστεμμένον, ἐν ἐσθῆτι χρυσῷ καὶ βαφαῖς διαφόροις πεποικιλμένῃ. Ita hunc l. optime emendavit H. Steph. Vulg. κατεστεμμένον, ἐσθῆτι, et πεποικιλμένον. Vid. eruditiss. Hemsterhus. ad Schol. Aristoph. Plut. 1200.—4 Leid. 5. *capillos.* Med. *Confisse insuper exp. capillos.* Magl. Periz. *Confixa ins. exp. capillos.* Leid. 2. *Confixa igitur exp. capillis.* 1. 4. *Compresse ins. exp. capillis.* Bodl. *Consumpsisse ins. exp. capillis.* Coll. N. Thuan. *Compsisse insuper expirans capillos.* Rom. *Confisse insuper exp. capillos.* Vincent. VI. 10. ‘Comprimens se, insuper expirans, capillo et veste cr. c. f.’ Placet scriptura Magl. et Periz. atque conjectura Schefferi pro *capillos* emendantis *capillis os.* Virgil. XI. Æn. 883. ‘Atque inter tuta domorum Confixi expirant animas.’—5 Med. Leid. 1. 2. 4. 5. *duxit*, nec aliter Ven. Flor. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

[f] *Qui eam confoderent*] Obrutam lapidibus tradit Paus.

[g] *Thessalonicen*] Prius Olympiadis privignam dixerat: erat enim Alexandri et Aridæi ex patre soror, ut habent Diod. et Paus.

[h] *Arcem Amphipolitanam*] Amphipolis civitas Thraciam inter et Macedoniam sita, propter ripam Strymonis fl. a quo, cum omnibus fere ex partibus alluatur, Amphipolis dicta est.

LIBER XV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Antigoni bellum adversus socios, in quo Demetrius F. superatur. 2. Cassandri in familiam Alexandri M. sævitia. Antigoni prosperi successus in bello. 3. Lysimachi,

Antigono oppositi, virtutes et præclare gesta. 4. Antigono novus hostis accedit Seleucus; cujus origo et res gestæ subjiciuntur. Antigonus in prælio occumbit.

CAP. I. 1. Perdicca et fratre ejus,[1] Eumene ac Polyperchonte,[a] ceterisque ducibus diversæ partis, occisis, finitum certamen inter successores Alexandri Magni videbatur; cum repente inter ipsos victores nata discordia est:† 2. quippe postulantibus Ptolemæo et Cassandro et Lysimacho, 'ut pecunia in præda capta provinciæque dividerentur;' Antigonus negavit, 'se in ejus belli præmia socios admissurum, in cujus periculum[2] solus descenderit.' 3. Et, ut honestum adversus socios bellum suscipere videretur, divulgat, 'se Olympiadis mortem a Cassandro interfectæ ulcisci velle, et Alexandri regis sui filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare.' 4. His cognitis, Ptolemæus et Cassander, inita cum Lysimacho et Seleuco societate, bellum terra marique enixe instruunt. 5. Tenebat Ptolemæus Ægyptum cum Africæ parte majore et Cypro et Phœnice.[b] Cassandro parebat Macedonia cum Græcia. 6. Asiam et partes[3] Orientis occupaverat Antigonus, cujus filius Demetrius prima belli congressione a Ptolemæo apud Gamalam[c]

1 Jens. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. addunt *Alceta*.—2 Coll. N. *pericula*, nec male.—3 Ita Mss. Fuldenses, quibus accedunt Magl. Leid. 1. 4. Thuan. Bong. Hegesipp. I. 9. 'Dum regni ejus partes invadere cœpit,' et 25. 'Cum esset in partibus Judææ.' D. Matth. II. 22. 'Ανεχώρησεν εἰς τὰ μέρη τῆς Γαλιλαίας. XVI. 13. 'Ελθὼν δὲ 'Ιησοῦς εἰς τὰ μέρη Καισαρείας τῆς Φιλίππου. D. Luc. Act. Apost. II. 10. Κατοικοῦντες Αἴγυπτον καὶ τὰ μέρη τῆς Λιβύης τῆς κατὰ Κυρήνην. Herodian. VI. 5. 'Ως ἄρα φαίνοιτο 'Ρωμαίων στρατὸς ἕτερος ἐν τοῖς ἑῴοις

NOTÆ

[a] *Polyperchonte*] Errat Justin. diu enim superstes fuit, eumque Antigonus M. talentis ad suas partes traxerat: sed postea illius hostes, occiso Hercule, secutus est.

† A. M. 3740. Ol. 116. 4. U. C. 439. Ant. Ch. 312.

[b] *Phœnice*] Pars Syriæ maritima, duas divisa in partes; una, Phœnicia propria, ubi Tripolis et Sidon; altera Phœnicia Libani dicebatur, ubi Damascus.

[c] *Gamalam* [*Galamam*] Lege *Gazam*, ut habent Diod. Plut. et Appian. vel *Gamalam*, quæ civitas est Gazæ proxima.

vincitur.[d] ‡ 7. In quo prælio major Ptolemæi moderationis gloria quam ipsius victoriæ fuit:[a] 8. siquidem et amicos Demetrii non solum cum suis rebus, verum etiam[b] additis insuper muneribus, dimisit;[4] et ipsius Demetrii privatum omne instrumentum ac familiam reddidit, adjecto honore verborum,[5] 9. 'non se propter prædam, sed propter dignitatem, inisse bellum; indignatum, quod Antigonus, devictis diversæ factionis ducibus, solus communis victoriæ præmia corripuisset.'[5]

CAP. II. 1. Dum hæc aguntur, Cassander, ab Apollonia rediens, incidit in Autariatas,[1 e *] qui, propter ranarum muriumque multitudinem relicto patriæ[2] solo, sedes quærebant:[3] 2. veritus, ne Macedoniam occuparent, facta pactione in societatem eos recipit;[4] agrosque iis[5] ultimos Macedoniæ assignat.[6] 3. Deinde, ne Hercules,[f] Alexandri

[a] *In quo certamine Ptolemæus plus gloriæ sibi comparavit propter moderationem, quam ob victoriam relatam.*

[b] *Et reddidit ipsi Demetrio omnem supellectilem domesticam, et omnes famulos, cum verbis honorificis.*

μέρεσι Παρθυαίων.—4 Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *cum s. r. dimisit*, *v. e. a. i. m. honoravit*.—5 Magl. *dirip.* quod ex glossa ortum videtur. 'Corripere' enim pro, intercipere et diripere, usurpari docet Avus ad h. l. et IV. Obs. p. 30.

1 Freinsh. pro *Abderitas* verissime ex Diod. restituit *Autariatas*. Iid. Αὐταριάται dicuntur Straboni VII. p. 313. 315. et seqq. 'Αφθαριάται Agatharchidæ cap. 26. et Appiano de B. Illyr. p. 1196. quem ad h. l. laudat Bernecc. Αὐταριέες et Αὐταριαῖοι. Αὐτωριάται Æliano XIII. de Nat. Anim. 41. Med. Leid. 2. 5. *Audariates*.—2 Med. quatuor Leid. Bodl. Coll. C. C. ed. Ald. Junt. *patrio*. Ita XVII. 3. 3. ex octo Mss. et ed. Rom. 'Relicto patrio solo.' XXXVIII. 10. 7. 'Nihil Parthis reliquum præter patrios fines fuit.' Flor. II. 6. 'Desiderio patrii soli.' Sulp. Severus I. Hist. Eccles. 7. 'In solum patrium rediturus.'—3 Magl. *novas q. s.* Rom. *novas s. q.* ut XX. 5. 7. 'His autem Gallis causa in Italiam veniendi sedesque novas quærendi,' &c. et XXIV. 4. 1. 'Ad sedes novas quærendas.'—4 Sic pro *recep.* Med. Leid. 2. Ald. Junt. quomodo etiam Faber edidit.—5 Med. Leid. 3. 5. *his*.—6 Rom. *assignavit*, et cum Bech.

NOTÆ

[d] *Vincitur*] Demetrius cum Seleuco et Ptolemæo audacia juvenili ausus congredi, licet eum duces a pugna deterrerent, post acre prælium fugere coactus est; 5. M. suorum cæsa, 8. M. capta, Phœnicia amissa, temeritatis præmia fuerunt.

‡ A. M. 3742. Ol. 117. 1. U. C. 441. Ant. Ch. 310.

[e] *Autariatas* [*Abderitas*] Autariatas vocat Diod. juxta Orbitaum Pæoniæ montem habitantes.

* A. M. 3743. Ol. 117. 2. U. C. 442. Ant. Ch. 309.

[f] *Hercules*] Occiso nuper cum Roxane matre, Cassandri jussu, Alex-

filius, qui fere[7] annos quatuordecim excesserat, favore paterni nominis in regnum Macedoniæ vocaretur, occidi eum tacite cum matre Barsine[8] jubet, corporaque eorum terra obrui, ne cædes sepultura proderetur: 4. et, quasi parum facinoris in ipso primum rege, mox in matre ejus Olympiade ac filio, admisisset,[c] 5. alterum quoque filium cum matre Rhoxane pari fraude interficit: scilicet quasi regnum Macedoniæ, quod affectabat, aliter consequi quam scelere non posset. 6. Interea Ptolemæus cum Demetrio navali prælio[g] iterato congreditur; et amissa classe, hostique concessa victoria, in Ægyptum refugit. 7. Demetrius filium Ptolemæi Leontiscum,[h] et fratrem Menelaum, amicosque ejus cum privati instrumenti ministerio, pari provocatus antea munere, Ægyptum[9] remittit:[d] 8. et, ut appareret eos non odio sed dignitatis gloria accensos, donis muneribusque inter ipsa bella contendebant. 9. Tanto honestius tunc bella gerebantur, quam[10] nunc amicitiæ coluntur. 10. Hac victoria elatus Antigonus regem se[11] [i]

[c] *Et quasi non satis magnum scelus admisisset, primum in ipso rege Alexandro, mox in ejus filio et matre Olympiade occidendis.*

[d] *Remittit in Ægyptum ejus amicos cum omni eorum supellectili, cum ipse tale munus a Ptolemæo antea recepisset.*

Ven. Flor. *agrosque iis ultimis M. finibus.* Ald. Junt. Ms. Magl. *iis in ultimis M. f. assignat.*—7 In Magl. Leid. 2. 3. Bodl. Coll. C. C. ed. Rom. Ald. Junt. *f.* desideratur. Vid. Bong. Ven. *pæne.* Jens. Bech. Med. *per.*—8 Georg. Syncellus p. 264. 'Ρωξάνην σὺν 'Αλεξάνδρῳ παιδὶ πεμφθεῖσαν εἰς 'Αμφίπολιν Σελεῦκος Νικάνωρ ἀφανίζει, Κασάνδρου κελεύσαντος, ὅς φασι. Pro *Rhoxane* igitur legend. *Barsine*, et paulo ante, ut Vorst. monuit ad XIV. 6. 2. *ne Alexander Al. f.* et *cum matre Rhoxane.*—9 Magl. *in Æ.*—10 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *quanto.*—11 Magl. *se clam.*—12 Coll. N. *r. s. assumunt potestatem.*—

NOTÆ

andro, Hercules Pergamo, ubi educabatur, evocatus, a Polysperchonte, quem Cassander etiam corruperat, necatus est.

[g] *Navali prælio*] Quæ in Græcia gessit Demetrius, Munychiæ expugnationem, de Ptolemæo ejusque fratre Menelao navales victorias, captamque Cyprum ins. omisit Justin.

[h] *Leontiscum*] Quæ de Leontisco Justin. de Cyllene duce prius in Phœnicia victo refert Plut.

[i] *Regem se*] Auctor fuit Aristodemus, qui victoriæ nuntius missus a Demetrio, 'Salve,' inquit, 'rex Antigone, vicimus prælio navali Ptolemæum, Cyprum tenemus, militum XVI. millia captiva habemus.' Hæc narrat Plut.

cum Demetrio filio appellari a populo jubet.[j] 11. Ptolemæus quoque, ne minoris apud suos auctoritatis haberetur, rex ab exercitu cognominatur. 12. Quibus auditis, Cassander et Lysimachus et ipsi regiam sibi majestatem vindicaverunt.[12] 13. Hujus honoris ornamentis tamdiu omnes abstinuerunt, quamdiu filii regis sui superesse potuerunt. 14. Tanta in illis verecundia fuit,[13] ut, cum opes regias haberent, regum tamen nominibus æquo animo caruerint, quoad Alexandro justus hæres fuit.[14] 15. Sed Ptolemæus et Cassander, ceterique factionis alterius duces, cum carpi se singulos[k] ab Antigono viderent, dum privatum singulorum, non commune universorum, bellum ducunt, nec auxilium ferre alter alteri volunt,[e] quasi victoria unius, non omnium, foret, 16. per epistolas se invicem confirmantes, tempus et locum[15] coëundi condicunt, bellumque communibus viribus instruunt. 17. Cui cum Cassander interesse propter finitimum bellum[l] non posset, Lysimachum cum ingentibus copiis in auxilium sociis mittit.

CAP. III. 1. Erat hic Lysimachus illustri[m] quidem Macedoniæ loco natus, sed virtutis experimentis omni nobilitate clarior; 2. quæ tanta in illo fuit, ut animi magnitudine, philosophia ipsa,[1] viriumque gloria omnes, per quos Oriens

[e] *Cum cernerent se contemni ab Antigono, dum singuli separatim in eum, et non omnes simul, bellum gerunt, nec alter alteri vult dare auxilium.*

---

13 Coll. N. *tanta illis v. erat:* ut XVIII. 4. 9. 'Quibus par odium in regem esse arbitrabatur:' ubi Flor. Ald. *In quibus. Erat* etiam dant Med. Magl. quatuor Leid. Periz. Bodl. ed. Rom. Ald. Junt.—14 Med. Leid. 2. 5. Bodl. Junt. *foret.*—15 Ita Magl. Coll. N. Thuan. sed Ald. Junt. *t. locumque.*

1 Leid. 3. 4. 5. Bodl. Periz. Coll. C. C. *philosophiam ipsam*, quod vulgato

NOTÆ

[j] A. M. 3747. Ol. 118. 2. U. C. 446. Ant. Ch. 305.

[k] *Carpi se singulos*] Multis urbibus Cassander a Demetrio spoliatus legatos ad Antigonum de pace miserat; quibus cum ille superbius respondisset, nullam spem esse pacis, nisi Cassander se suaque ipsi permitteret; Cassander, ut illius coërceret audaciam, cum Lysimacho, Seleuco, et Ptolemæo iniit societatem.

[l] *Propter finitimum bellum*] Ipsi enim imminebat Demetrius cum validis copiis.

[m] *Illustri*] Agathoclis fil. fuit, inter Alexandri custodes conspicuus. Ita Paus.

domitus est, vicerit: 3. quippe cum Alexander Magnus Callisthenen[n] philosophum, propter salutationis Persicæ interpellatum morem, insidiarum, quæ sibi paratæ fuerant, conscium fuisse iratus finxisset;[f] 4. eumque, truncatis crudeliter omnibus membris,[2] abscisisque[3] auribus ac naso labiisque, deforme ac miserandum spectaculum reddidisset: 5. insuper cum cane in cavea clausum ad metum ceterorum circumferret: 6. tunc Lysimachus, audire Callisthenen et præcepta ab eo virtutis accipere solitus, misertus tanti viri, non culpæ sed libertatis pœnas pendentis, venenum ei in remedia[4] calamitatium[5] dedit. 7. Quod adeo ægre Alexander tulit, ut eum objici ferocissimo[6] leoni juberet.[o] 8. Sed, cum ad conspectum ejus concitatus[7] leo impetum fecisset, manum amiculo involutam Lysimachus in os leonis immersit, abreptaque[8] lingua[9] feram exanimavit. 9. Quod cum nuntiatum regi esset, admiratio in satisfactionem cessit; carioremque eum propter constantiam tantæ virtutis habuit. 10. Lysimachus quoque magno animo regis, veluti parentis, contumeliam tulit.[g] 11. Denique omni ex animo hujus facti memoria exturbata, postea in India insectanti regi quosdam palantes hostes, cum a

f Cum enim Callisthenes philosophus auctor fuisset abrumpendæ consuetudinis Alexandrum more Persarum salutandi, ideoque illi succensuisset Alexander, finxissetque ipsum participem fuisse insidiarum, quæ paratæ sibi fuerant.

g Lysimachus quoque fortiter tulit injuriam sibi a rege illatam, tanquam si a parente illata esset.

præferunt Bern. et Schef.—2 Ms. Duisburg. teste Dukero ad Liv. XXXI. 34. *et crud. omn. laniatum m.*—3 Sic Med. Leid. 4. Thuan. Periz. Ita ap. Macrob. I. Comm. in Somn. Scip. 2. in tribus Mss. Angl. legitur 'Saturnus pudenda Cœli patris abscidens.' Vulg. *abscindens.* Cf. Heins. ad Prudent. Apoth. 945. et Avum ad Liv. XLIV. 5.—4 Vulg. *remedium.* Med. quatuor Leid. Periz. et Vincent. v. 46. *remedia.*—5 Ita Med. L. 4. 5. idemque dant Mss. ed. Bong. aliæque XVI. 4. 5.—6 Coll. C. C. ed. Rom. *perferoc.*—7 Ita Vincent. verum Med. Magl. Periz. ed. Jens. Rom. Bech. aliæque *concitus.* Sen. Hippol. 901. 'Hi trepidum fuga Videre famuli concitum celeri pedem.' Stat. IX. Th. 110. 'Ipse nec ire retro nec in obvia concitus arma Exsilit.' Apul. Florid. 22. 'Tum cum eo equo per viam concito pervolant.'—8 Sic Med. ed. Rom. Ald. Junt. et Vincent.—9 Leid. 5. *abreptamque linguam.*—10 Leg. *insectante rege,*

NOTÆ

[n] *Callisthenen*] De Callisthene supr. diximus.

[o] *Leoni juberet*] Curt. tanquam fabulam rejicit: Plin. et Seneca probant hanc historiam. Lysimachus quidem, dum venaretur quondam in Syria, leonem solus occiderat. Ex Curt.

satellitum turba equi sui celeritate desertus esset, solus ei per[10] immensas arenarum moles cursus comes fuit. 12. Quod idem antea Philippus frater ejus[p] cum facere voluisset, inter manus regis expiraverat. 13. Sed Lysimachum desiliens equo Alexander hastæ cuspide ita in fronte vulneravit, ut sanguis aliter cludi non posset, quam diadema[q] sibi demtum rex, alligandi vulneris causa, capiti ejus imponeret.[h] 14. Quod auspicium primum regalis majestatis Lysimacho fuit. 15. Sed et post mortem Alexandri, cum inter successores ejus provinciæ dividerentur, ferocissimæ gentes[11][r] quasi omnium fortissimo assignatæ sunt: 16. adeo etiam consensu universorum palmam virtutis inter ceteros tulit.

CAP. IV. 1. Priusquam bellum inter Ptolemæum sociosque ejus adversus Antigonum committeretur, repente ex Asia Majore digressus Seleucus, novus Antigono hostis accesserat. 2. Hujus quoque et virtus clara et origo admirabilis fuit: 3. siquidem mater ejus Laodice, cum nupta esset Antiocho, claro inter Philippi duces viro, visa est sibi per quietem ex concubitu Apollinis concepisse; 4. gravidam-

h Ut sanguis non potuisset sisti, nisi rex alligasset ejus caput vulneratum diademate, quod sibi demserat.

vel *solus per.* Prius firmat Vincent. v. 48. 'Porro insectante Alexandro in India quosdam palantes hostes, cum a satellitum turba præ celeritate desertus esset, solus ei Lysimachus per immensas arenarum moles comes fuit.' *Cursus* quoque abest Magl. *cursu* Med. Bodl. atque ita legend. conjecit Schef. Coll. N. *cum a satellitum custodia equi sui celeritate digressus esset, &c.* 'Palantes' etiam usurpavit Saxo X. p. 185. 5. et 'metu palantes' VIII. p. 146. 32. ac XIV. 359. 38. et 'sparsi palantesque' XI. p. 207. 33.—11 Med. Leid. 5. Bodl. ed. Rom. Ald. Junt. *fer. ei g.* Cant. *fer. g. ei.* Mox Magl. *fortissimo ei ass.* Periz. *assignatæ sunt sibi.*

NOTÆ

effusis in fugam barbaris eum liquit animus, regisque manibus exceptus expiravit.

[p] *Philippus frater ejus*] Dum Bactrianos perfugas persequitur Alexander, juvenes regem comitari soliti defecerant præter unum Philippum, qui pedes et indutus lorica, per 200. stadia comitatus regem, eum contra barbaros pugnantem protexit: sed

[q] *Diadema*] Παρὰ τὸ διαδεῖν, *a nectendo, ligando.* Erat fasciæ genus e panno vel linteo, qua caput cingeretur.

[r] *Ferocissimæ gentes*] Thraces, qui littus Pontici maris incolunt.

que factam, munus concubitus, annulum a Deo accepisse, in[1] cujus gemma anchora sculpta[2] esset: jussaque donum[3] filio, quem peperisset, dare. 5. Admirabilem fecit hunc[3] visum et annulus, qui postera die, ejusdem sculpturæ,[4] in lecto inventus est; et figura anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipso parvulo fuit.[i] 6. Quamobrem Laodice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua, dedit. 7. Ubi post mortem Alexandri, occupato regno Orientis, urbem condidit, ibique geminæ originis memoriam consecravit. 8. Nam et urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam[t] vocavit, et campos vicinos urbi Apollini dicavit.[5] 9. Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii nepotesque ejus anchoram in femore,[u] veluti notam generis naturalem, habuere. 10. Multa in Oriente, post divisionem inter socios regni Macedonici, bella gessit. 11. Principio Babyloniam[6] cepit:[w] inde, auctis[7] ex victoria viribus, Bactrianos expugnavit. 12. Transitum deinde in Indiam fecit,

[i] *Quæ ipsi parvulo impressa fuit in femore a natura.*

---

1 *In* omittunt Med. Leid. 2. 5. Coll. N. Periz. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—2 Med. Leid. 5. ed. Bech. *donum id.* Bodl. *dona id.* Ald. Junt. *jussamque donum id.* Faber etiam *jussamque* legend. conjecerat. —3 Ms. Coll. N. ed. Ald. Junt. *Admirabile f. hoc.* Cic. I. de Divin. 27. 'Idque visum pro nihilo habendum esse duxisset.' Macrob. I. Comm. in S. Scip. 3. p. 13. 'Φάντασμα vero, hoc est, visum inter vigiliam,' &c. Inscriptio in Palatio Principis Justiniani: SOLI. INVICTO. MITHRAE. ARAM. EX. VISO. POSVIT. —4 Med. Leid. 5. *scalpt.*—5 Coll. N. *dedic.*—6 Ald. Junt. *Babylonem.* Vincent. VI. 13. 'Hic in pr. Babylonem cepit.'—7 Periz. Coll. N. *auctus.* V. 3. 2.

NOTÆ

[1] *Sculpta*] Sculpturam a cœlatura distinguit Quintilianus penes materiam: cœlatura enim aurum, argentum, æs, ferrum; sculptura vero lignum, ebur, marmor, vitrum et gemmas, complectitur.

[t] *Antiochiam*] Multiplex fuit hujus nominis civitas. 1. In Syria ad Orontem fl. nunc *Antachia*, de qua hic agitur. 2. In Mesopotamia, non procul a Tigri; *Nisibin.* 3. In Pisidia. 4. In Cilicia, propter Pisidiæ et Pamphyliæ confinium. 5. Ad Taurum montem, inter Issum et Euphratem. 6. In Caria ad Mæandrum fl. inter Apameam et Ephesum.

[u] *Anchoram in femore*] Quod Appian. confirmat in Syriacis.

[w] *Babyloniam cepit*] Acceptis a Ptolemæo peditibus 800, et equitibus 200, urbem, unde nuper ab Antigono fuerat ejectus, deditione accepit: tum, auctus viribus, Nicanorem pro Antigono præfectum Mediæ incautum aggressus superavit.

quæ post mortem Alexandri, veluti[8] cervicibus jugo servitutis excusso, præfectos ejus occiderat.[k] 13. Auctor libertatis Sandrocottus[9] fuerat: sed titulum libertatis post victoriam in servitutem verterat:[l] 14. siquidem occupato regno, populum, quem ab externa dominatione vindicaverat, ipse servitio premebat. 15. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatem majestate numinis impulsus: 16. quippe, cum procacitate sua Alexandrum regem offendisset, interfici a rege jussus, salutem pedum celeritate quæsierat. 17. Ex qua fatigatione cum somno captus jaceret, leo ingentis formæ ad dormientem accessit, sudoremque profluentem lingua ei detersit, expergefactumque blande reliquit. 18. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus, contractis latronibus, Indos ad novitatem regni solicitavit.[m] 19. Molienti deinde bellum adversus præfectos Alexandri elephantus ferus infinitæ magnitudinis ultro se obtulit, et veluti domita mansuetudine[10] eum tergo excepit: duxque belli et præliator insignis fuit.[n] 20. Sic acquisito regno, Sandrocottus ea tempestate, qua Seleucus futuræ magnitudinis fundamenta jaciebat, Indiam possidebat: 21. cum quo facta pactione[x] Seleucus, compositisque in Oriente rebus, in bellum Antigoni descendit. 22. Adunatis igitur[y] omnium sociorum copiis, prælium committi-

[k] *Veluti si excussum esset jugum servitutis a suis cervicibus, necaverat ejus præfectos.*

[l] *Sed post victoriam redegerat in servitutem eos quibus promiserat libertatem.*

[m] *Solicitavit Indos ad novam formam imperii instituendam.*

[n] *Elephantus ferus insolitæ proceritatis se ultro illi obtulit, et eum excepit tergo, tanquam si esset domitus; et in bello et præliis pro illo fortiter pugnavit.*

'Aucti viribus,' et XX. 6. 1. 'Auctus auxiliis.'—8 Med. Leid. 2. 5. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Med. Par. Ald. Junt. *v. a.* Oros. III. 23. et Frec. IV. 26. 'Detracto excussoque a cervicibus jugo.'—9 Ald. Junt. *Sandrocotus. Sandrocottus* Adoni est 'Andragathus,' et Saresberiensi v. 17. p. 322. 'Sandracoctus,' atque Orosio ex tribus Mss. Flor. 'Androcottus.' Ἀνδρόκοττος etiam dicitur Straboni II. p. 70. ubi vid. Casaub. at Σανδρόκοττος XV. p. 702. et 709. —10 Jens. annotarat Ortwin. maluisse *domitum ad mansuetudinem:* quomodo

NOTÆ

[x] *Facta pactione*] Vicinas Indo regiones illi permisit, acceptis ab eo 500. elephantis. Ita Strab.

[y] *Adunatis igitur*] Seleuco et Lysimacho erant 74000. peditum, equitum 15000., elephanti 400., currus

que factam, munus concubitus, annulum a Deo accepisse, in[1] cujus gemma anchora sculpta[a] esset: jussaque donum[2] filio, quem peperisset, dare. 5. Admirabilem fecit hunc[3] visum et annulus, qui postera die, ejusdem sculpturæ,[4] in lecto inventus est; et figura anchoræ, quæ in femore Seleuci nata cum ipso parvulo fuit.[t] 6. Quamobrem Laodice annulum Seleuco eunti cum Alexandro Magno ad Persicam militiam, edocto de origine sua, dedit. 7. Ubi post mortem Alexandri, occupato regno Orientis, urbem condidit, ibique geminæ originis memoriam consecravit. 8. Nam et urbem ex Antiochi patris nomine Antiochiam[c] vocavit, et campos vicinos urbi Apollini dicavit.[5] 9. Originis ejus argumentum etiam in posteris mansit: siquidem filii nepotesque ejus anchoram in femore,[u] veluti notam generis naturalem, habuere. 10. Multa in Oriente, post divisionem inter socios regni Macedonici, bella gessit. 11. Principio Babyloniam[6] cepit:[w] inde, auctis[7] ex victoria viribus, Bactrianos expugnavit. 12. Transitum deinde in Indiam fecit,

[t] *Quæ ipsi parvulo impressa fuit in femore a natura.*

1 *In* omittunt Med. Leid. 2. 5. Coll. N. Periz. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—2 Med. Leid. 5. ed. Bech. *donum id.* Bodl. *dona id.* Ald. Junt. *jussamque donum id.* Faber etiam *jussamque* legend. conjecerat. —3 Ms. Coll. N. ed. Ald. Junt. *Admirabile f. hoc.* Cic. I. de Divin. 27. 'Idque visum pro nihilo habendum esse duxisset.' Macrob. I. Comm. in S. Scip. 3. p. 13. 'Φάντασμα vero, hoc est, visum inter vigiliam,' &c. Inscriptio in Palatio Principis Justiniani: SOLI. INVICTO. MITHRAE. ARAM. EX. VISO. POSVIT. —4 Med. Leid. 5. *scalpt.*—5 Coll. N. *dedic.*—6 Ald. Junt. *Babylonem.* Vincent. VI. 13. 'Hic in pr. Babylonem cepit.'—7 Periz. Coll. N. *auctus.* V. 3. 2.

NOTÆ

[a] *Sculpta*] Sculpturam a cœlatura distinguit Quintilianus penes materiam: cœlatura enim aurum, argentum, æs, ferrum; sculptura vero lignum, ebur, marmor, vitrum et gemmas, complectitur.

[c] *Antiochiam*] Multiplex fuit hnj. nominis civitas. 1. In Syria ad Orontem fl. nunc *Antachia*, de qua hic agitur. 2. In Mesopotamia, non procul a Tigri; *Nisibin.* 3. In Pisidia. 4. In Cilicia, propter Pisidiæ et Pamphyliæ confinium. 5. Ad Taurum montem, inter Issum et Euphratem. 6. In Caria ad Mæandrum fl. inter Apameam et Ephesum.

[u] *Anchoram in femore*] Quod Appian. confirmat in Syriacis.

[w] *Babyloniam cepit*] Acceptis a Ptolemæo peditibus 800, et equitibus 200, urbem, unde nuper ab Antigono fuerat ejectus, deditione accepit: tum, auctus viribus, Nicanorem pro Antigono præfectum Mediæ incautum aggressus superavit.

quæ post mortem Alexandri, veluti[8] cervicibus jugo servitutis excusso, præfectos ejus occiderat.[k] 13. Auctor libertatis Sandrocottus[9] fuerat: sed titulum libertatis post victoriam in servitutem verterat:[l] 14. siquidem occupato regno, populum, quem ab externa dominatione vindicaverat, ipse servitio premebat. 15. Fuit hic quidem humili genere natus, sed ad regni potestatem majestate numinis impulsus: 16. quippe, cum procacitate sua Alexandrum regem offendisset, interfici a rege jussus, salutem pedum celeritate quæsierat. 17. Ex qua fatigatione cum somno captus jaceret, leo ingentis formæ ad dormientem accessit, sudoremque profluentem lingua ei detersit, expergefactumque blande reliquit. 18. Hoc prodigio primum ad spem regni impulsus, contractis latronibus, Indos ad novitatem regni solicitavit.[m] 19. Molienti deinde bellum adversus præfectos Alexandri elephantus ferus infinitæ magnitudinis ultro se obtulit, et veluti domita mansuetudine[10] eum tergo excepit: duxque belli et præliator insignis fuit.[n] 20. Sic acquisito regno, Sandrocottus ea tempestate, qua Seleucus futuræ magnitudinis fundamenta jaciebat, Indiam possidebat: 21. cum quo facta pactione[x] Seleucus, compositisque in Oriente rebus, in bellum Antigoni descendit. 22. Adunatis igitur[y] omnium sociorum copiis, prælium committi-

[k] *Veluti si excussum esset jugum servitutis a suis cervicibus, necaverat ejus præfectos.*

[l] *Sed post victoriam redegerat in servitutem eos quibus promiserat libertatem.*

[m] *Solicitavit Indos ad novam formam imperii instituendam.*

[n] *Elephantus ferus insolitæ proceritatis se ultro illi obtulit, et eum excepit tergo, tanquam si esset domitus; et in bello et præliis pro illo fortiter pugnavit.*

'Aucti viribus,' et XX. 6. 1. 'Auctus auxiliis.'—8 Med. Leid. 2. 5. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Med. Par. Ald. Junt. *v. a.* Oros. III. 23. et Frec. IV. 26. 'Detracto excussoque a cervicibus jugo.'—9 Ald. Junt. *Sandrocotus. Sandrocottus* Adoni est 'Andragathus,' et Saresberiensi V. 17. p. 322. 'Sandracoctus,' atque Orosio ex tribus Mss. Flor. 'Androcottus.' Ἀνδρόκοττος etiam dicitur Straboni II. p. 70. ubi vid. Casaub. at Σανδρόκοττος XV. p. 702. et 709. —10 Jens. annotarat Ortwin. maluisse *domitum ad mansuetudinem:* quomodo

NOTÆ

[x] *Facta pactione*] Vicinas Indo regiones illi permisit, acceptis ab eo 500. elephantis. Ita Strab.

[y] *Adunatis igitur*] Seleuco et Lysimacho erant 74000. peditum, equitum 15000., elephanti 400., currus

tur:‡ in eo Antigonus occiditur,[a] Demetrius filius ejus in fugam vertitur.[b] 23. Sed socii, profligato hostili bello, denuo in semet ipsos arma verterunt;[11] et, cum de præda non convenirent, iterum in duas factiones diducuntur.[12] 24. Seleucus Demetrio,[c] Ptolemæus Lysimacho junguntur.[13] Cassandro defuncto[d] Philippus filius succedit. 25. Sic quasi ex integro nova Macedoniæ bella nascuntur.[e]

loquitur Curt. IX. 8. 'Utrumque animal ad mansuetudinem domitum.'—11 Med. Magl. Leid. 3. Thuan. Bodl. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *vertunt*.—12 Sic Junt. Ald. Leid. 5. At Magl. ed. Rom. *dividuntur*. Ap. Frec. III. 26. vitiose editum *pactiones*.—13 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. atque edd. Orosii et Frec. *jungitur*: verum Leid. 1. Orosii et 1. Freculphi a vulg. stant.

NOTÆ

120.: Antigono vero pedites supra 70000., equitum 10000., elephanti 75. Sic numerat Plut.

[a] *Prælium committitur*] Ad Ipsum. Demetrius cum equitum lectissimis Antiochum Seleuci fil. verterat in fugam: sed, dum fugientium tergo instat imprudentius, Seleucus aciem Antigoni equitatu nudatam circumvectus, hinc irruptionem cum elephantis minatur, inde ad se transeundi potestatem facit omnibus; pars altera paruit, altera fuga sibi consuluit.

‡ A. M. 3753. Ol. 119. 4. U. C. 452. Ant. Ch. 299.

[a] *Occiditur*] Dum fugiunt milites, ingens hostium globus Antigonum petit, frustraque expectantem filium telorum grandine opprimit. Jactitare solebat Antigonus se regum societatem, sicut avium pascentium globum, uno lapide disturbaturum.

[b] *In fugam vertitur*] Superveniens Demetrius, agnita clade, cum 5. peditum M. et equitum 4. fugit Ephesum, unde Athenas navigavit.

[c] *Seleucus Demetrio*] Videns Seleucus Lysimachum e Ptolemæi filiabus unam sibi, filio alteram, in matrimonium assumere, subveritus ne uterque ipsum invaderet, Stratonicen Demetrii filiam, quo facilius eum jungeret sibi, uxorem duxit. Ita Plut.

[d] *Cassandro defuncto*] Ob crudelitatem in Alexandri Magni familiam, ut refert Paus. ex morbo aquæ subter cutem fusæ vivus, etiamnum erumpentibus undique vermibus, extabuit.

[e] *Bella nascuntur*] Ob dissidia inter fratres Philippum, Antipatrum, et Alexandrum, Cassandri filios.

LIBER XVI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Antipater, Cassandri filius, fit parricida. Demetrius Alexandrum, Cassandri filium, interficit, et Macedoniam occupat. 2. Demetrius prælio fusus fugatur. Antipater parricida fœde perit. In Cassandri familiam numinis vindicta. Ptolemæi placidum fatum. 3. Bellum Pyrrhi et Lysimachi. De Heracleæ origine et statu digressio. 4. Clearchi, tyranni Heracliensis, artes. 5. Quibus rationibus Clearchus tyrannidem firmaverit. Clearchus tandem a Chione et Leonide, juvenibus nobilissimis, obtruncatur. Post Clearchi supplicium Heracleæ conditio.

CAP. I. 1. Post Cassandri regis filiique ejus Philippi[a] continuas mortes, Thessalonice regina, uxor Cassandri, non magno post tempore, ab Antipatro filio, cum vitam etiam per ubera materna deprecaretur, occiditur.[*] 2. Causa parricidii fuit, quod post mortem mariti, in divisione inter fratres regni, propensior fuisse Alexandro[1] videbatur. 3. Quod facinus eo gravius omnibus visum est, quod nullum maternæ fraudis vestigium fuit. 4. Quanquam in parricidio nulla satis justa causa ad sceleris patrocinia prætexi potest.[a] 5. Ob hæc igitur Alexander,[2] in ultionem maternæ necis gesturus cum fratre bellum, auxilium a Demetrio petit: 6. nec Demetrius spe invadendi Macedonici

[a] *Sed in parricidio nulla legitima causa afferri potest ad scelus excusandum.*

1 Ita Bodl. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. Val. M. I. 8. 2. 'Deorum propensum huic urbi numen.'—2 Med. 2. *Ob hoc i. A.* Periz. *Ob hoc A.* Ita XVII. 2. f. ex iisd. et Coll. N. 'Ob hoc Pyrrhus eum vindicem regni reliquit.'

NOTÆ

[a] *Philippi*] Qui eod. fere, quo Cassander, anno mortem obiit.

[*] A. M. 3755. Ol. 120. 2. U. C. 454. Ant. Ch. 297.

regni moram fecit.[b] 7. Cujus adventum verens Lysimachus persuadet genero suo Antipatro, ut malit cum fratre in gratiam reverti, quam paternum hostem in Macedoniam[3] admitti. 8. Inchoatam igitur inter fratres reconciliationem cum præsensisset Demetrius, per insidias[c] Alexandrum interficit;[4†] 9. occupatoque Macedoniæ regno, cædem apud exercitum excusaturus, in concionem vocat. 10. Ibi 'priorem se petitum ab Alexandro' allegat; 'nec fecisse se, sed occupasse insidias. 11. Regem autem se Macedoniæ vel ætatis experimentis vel causis justiorem esse.[b] 12. Patrem enim suum et Philippo regi et Alexandro Magno socium in omni militia fuisse; 13. liberorum deinde Alexandri ministrum et ad persequendos defectores ducem extitisse. 14. Contra Antipatrum, avum horum adolescentium, amariorem semper ministrum regni quam ipsos reges fuisse. 15. Cassandrum vero patrem, extinctorem regiæ domus, non fœminis, non pueris, pepercisse; nec cessasse, quoad omnem stirpis regiæ sobolem[5] deleret. 16. Horum scelerum ultionem, quia nequisset ab ipso Cassandro exigere, ad liberos ejus translatam. 17. Quamobrem etiam Philippum Alexandrumque, si quis manium sensus est, non interfectores suos, ac stirpis suæ, sed ultores eorum, Macedoniæ regnum tenere malle.'[c] 18. Per hæc mitigato populo,[d] rex Macedoniæ appellatur. 19. Lysimachus quoque cum bello Dromichætis,[6] regis Thracum, premeretur, ne eodem tempore et adversus eum dimicare[7] necesse haberet, tradita ei altera parte Macedoniæ, quæ Antipatro ejus genero obvenerat, pacem cum eo fecit.

[b] *Regnum Macedoniæ sibi deberi, et justioribus de causis, et quia major illius esset experientia quam aliorum ob ætatem maturiorem.*

—3 Ald. Junt. *in Macedonia.*—4 Med. 2. Leid. 5. Bodl. Reg. Coll. N. et C. C. ed. Ald. Junt. *interficit*: quomodo ex conj. legit Faber. Huj. Alexandri uxor fuit Lysandra Ptolemæi filia, teste Georg. Syncello p. 265.—5 Med. 2. Leid. 4. *stirpis regiæ subolem*, ut Liv. XXXIX. 24. 'Non sobolem tantum stirpis parabat, cogendis omnibus procreare atque educare liberos:' et Curt. IV. 14. 'Matrem meam, duas filias, Ochum in spem hujus imperii genitum, illos

NOTÆ

[b] *Moram fecit*] Hoc falsum: cum enim, Samaritanorum bello detentus, adesse Alexandro non posset; ille, evocato Pyrrho, multas urbes cepit; dum Antipater Lysimachum bello contra Thraciæ regem irretitum frustra solicitat.

[c] *Per insidias*] Jam egressus e Macedonia Demetrius Larissam venerat, eumque Alexander honoris causa prosequebatur; sed alter alteri struebat insidias, cum vocatus ad cœnam Alexander a Demetrio occiditur, quem die seq. necare decreverat. Ita Plut.

† A. M. 3759. Ol. 121. 2. U. C. 458. Ant. Ch. 293.

CAP. II. 1. Igitur Demetrius totis Macedoniæ[1] regni[a] viribus instructus, cum Asiam occupare statuisset,[e] iterato Ptolemæus, Seleucus, et Lysimachus, experti priore certamine quantæ vires essent concordiæ, pacta societate adunatisque exercitibus,[f] bellum adversus Demetrium transferunt in Europam. 2. His comitem se[g] et belli socium jungit Pyrrhus, rex Epiri,[‡] sperans non difficilius Demetrium amittere Macedoniam posse, quam acquisierat. 3. Nec spes frustra fuit: quippe exercitu ejus corrupto,[h]

[c] *Quare Philippum et Alexandrum, si mortui afficiantur rebus humanis, malle regnum Macedoniæ obtineri a vindicibus cædis suorum, quam ab interfectoribus stirpis suæ.*

principes, illam sobolem regiæ stirpis, duces vestros regum instar, vinctos habet.'—6 Sic Flor. Par. Ald. Δρομιχαίτης quoque a Diod. vocatur in Exc. Constantini Porphyr. p. 257.—7 Med. 1. Leid. 5. Bodl. *temp. et adv. Demetrium eum dim.* Magl. *temp. adv. Demetrium et eum* (nempe, Dromichæten regem Thraciæ) *dim.*

1 Medicei, Leid. 5. Bodl. Coll. N. ed. Ald. Junt. *Macedonici.* Ita præc. cap. §. 6. 'Spe invadendi Macedonici regni.' XV. 4. 9. 'Post divisionem inter socios regni Macedonici.' XXX. 3. 9. 'Sub jugum Macedonici imperii subacti,' et XXXIII. 1. 7. 'Finis Macedonici regni.'—2 Magl. Periz. *tot.*

NOTÆ

[d] *Mitigato populo*] I. e. exercitu, qui Demetrii territus copiis, et Cassandri aversatus crimina, Demetrium regem proclamavit.

[e] *Occupare statuisset*] Exercitum jam habebat conscriptum peditum 100000. equitum 12000. materiem ad classem 500. navium paratam, ut tradit Plut.

[f] *Adunatisque exercitibus*] Errat Justin. Dum Lysimachus vastat Macedoniam, Ptolemæus, classe Græciam circumvectus, civitates solicitabat.

[g] *His comitem se*] Pyrrhus, licet pace nuper cum Demetrio facta, et spe invadendæ Macedoniæ, et dolore impulsus, quod Lanassa ipsius conjux, ipso repudiato, Demetrio nupsisset, Beroeam occupavit, dum Demetrius in Lysimachum pergeret.

‡ A. M. 3765. Ol. 122. 4. U. C. 464. Ant. Ch. 287.

[h] *Exercitu ejus corrupto*] Ubi de Beroeæ redditione allatum est in castra, continuo Demetrius in Pyrrhum movit: sed vix castra castris contulerat, cum milites ad Pyrrhum defecerunt. Quare sibi metuens Demetrius, deposita tragica chlamyde,

ipsoque in fugam acto, regnum Macedoniæ occupavit. 4. Dum[3] hæc aguntur, Lysimachus generum[i] suum Antipatrum, regnum Macedoniæ ademtum sibi fraude soceri querentem, interficit;[d] filiamque suam Eurydicen querelarum sociam in custodiam tradit: 5. atque ita universa Cassandri domus Alexandro Magno seu necis ipsius seu stirpis extinctæ pœnas partim cæde, partim supplicio, partim parricidio, luit. 6. Demetrius quoque a tot exercitibus circumventus, cum posset honeste mori, turpiter se dedere[k] Seleuco maluit. 7. Finito bello, Ptolemæus cum magna rerum gestarum gloria moritur. Is contra jus gentium minimo natu ex filiis[l] ante infirmitatem regnum tradiderat, ejusque rei populo rationem reddiderat: 8. cujus non minor favor in accipiendo, quam patris in tradendo regno fuerat.[e] 9. Inter cetera patris et filii mutuæ pietatis exempla, etiam ea res amorem populi juveni conciliaverat, quod pater, regno ei publice tradito, privatus officium regi

[d] *Occidit Antipatrum, quod quereretur se ejectum fuisse regno Macedoniæ fraude soceri Lysimachi.*
[e] *Qui tantum populi in se amorem expertus est, dum regnum accepit, quantum expertus erat patris, dum ipsi regnum tradidit.*

Macedoniæ vir. Oros. et Frec. 'Demetrius augmento Græciæ et totius Macedoniæ elatus.' Hinc *totius* edidisse videtur Faber.—3 Ven. *Deinde.* Flor. Ald. Junt. *Deinde dum.*

NOTÆ

quæ mundi et siderum simulacrum erat, vili tectus lacernula, clam e castris se proripuit. Plut.

[i] *Lysimachus generum*] Ante hoc bellum generum interfecerat.

[k] *Turpiter se dedere*] Post fugam, collecto exercitu, Athenas obsedit: sed Pyrrhi metu, obsidione soluta, exercitum in Asiam transportavit; unde, captis multis urbibus, victoque Seleuco, in Syriam, Amano monte superato, transiit: sed iterato prælio, dum strenue pugnat, Seleucus ad se attraxit mercenarios; quare Demetrius sæpius occidere sese frustra conatus, cum, quo fugeret, non haberet, ex amicorum consilio se Seleuco dedit; cujus jussu, valida cinctus custodia, in Chersonesum Syriæ ductus est; ubi, Seleuco suppeditante omnia quæ ad splendidam vitæ rationem pertinerent, 3. annos superfuit: ex otio tandem, sagina, et vino, cui nimium indulgebat, in morbum lapsus decessit, inquit Plut.

[l] *Minimo natu ex filiis*] Hic etiam Justin. fallitur: nam Ptolemæus 3. liberos suscepit: ex Eurydice Antipatri filia Ceraunum, postea Macedoniæ regem: ex Berenice Eurydices comite, Philadelphum et Argæum, qui a fratre, quod ad defec-

inter satellites[m] fecerat, omnique regno pulchrius regis esse patrem duxerat.[f]

CAP. III. 1. Sed inter Lysimachum et Pyrrhum regem, socios paulo ante adversus Demetrium, assiduum inter pares discordiæ[1] malum bellum moverat.[g*] 2. Victor Lysimachus,[n] pulso Pyrrho, Macedoniam occupaverat. 3. Inde Thraciæ ac deinceps Heracleæ[o] bellum intulerat, cujus urbis et initia et exitus admirabiles fuere: 4. quippe Bœotiis pestilentia laborantibus oraculum Delphis responderat, 'coloniam in Ponti regione sacram Herculi conderent.' 5. Cum propter metum longæ ac periculosæ navigationis, mortem in patria omnibus præoptantibus, res omissa esset, bellum his Phocenses intulerunt: 6. quorum[2] cum adversa prælia paterentur, iterato ad oraculum[3] decurrunt;[h] responsum, 'idem belli quod pestilentiæ remedium fore.' 7. Igitur conscripta colonorum manu, in Pontum delati, urbem Heracleam condiderunt; et, quoniam

[f] *Privatus functus est inter custodes corporis regis munere satellitis, putans sibi gloriosius patrem esse regis, quam regem.*
[g] *Discordia, quæ malum est oriri solitum inter pares, excitaverat bellum.*
[h] *A quibus cum in prœliis vincerentur, consulunt oraculum.*

1 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *discordia. Discordiæ malum*, ut *nequitiæ mala* ap. Phædr. III. 8. 15. 'Tu formam ne corrumpas nequitiæ malis:' et *dissensionis mala* h. cap. §. 8. 'Multa etiam domesticæ dissensionis mala fuere.' Ita Medicei, Thuan. Leid. 2. 5. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Ven. Bech. Med. Par. Ald. Junt. Vulg. *Multæ e. d. dissensiones f.*—2 Coll. N. *cujus*, sc. belli.—3 Med. 2. Bodl. Coll. N. *oracula.*—4 Hoc ducis nomen ex Thucyd. IV.

NOTÆ

tionem incitaret Cyprios, necatus est. Unde Ptolemæo Philadelphi nomen inditum est.

[m] *Inter satellites*] Quod etiam refert Paus.

[*] A. M. 3766. Ol. 123. 1. U. C. 465. Ant. Ch. 286.

[n] *Victor Lysimachus*] Post fugam Demetrii Pyrrhus, diffidens Macedonibus, Lysimacho partem Macedoniæ concesserat: sed, bello paulo post orto, tota Macedonia a Lysimacho expulsus est.

[o] *Heracleæ*] Multiplex fuit. 1. Magnæ Græciæ in Lucania. 2. Ponti, in Bithynia. 3. Macedoniæ, inter Lychnidum et Ædessam. 4. Phthiotidis, in Thessaliæ confinio, propter Asopum. 5. Cariæ, inter Miletum et ostia Mæandri fl. 6. Chersonesi Tauricæ, ad Mæoticam paludem. 7. Syriæ, in Cyrrhestica regione. 8. Thraciæ, quæ et Perinthus a Ptolemæo dicitur, in ora Propontidis, inter Byzantium et Callipolim, de qua hic loquitur Justin. Tres etiam fuerunt in Ægypto.

fatorum auspiciis in eas sedes delati erant, brevi tempore magnas opes paravere. 8. Multa deinde hujus urbis adversus finitimos bella, multa etiam domesticæ dissensionis mala, fuere. Inter cetera magnifica vel præcipue illud memorabile fuit. 9. Cum rerum potirentur Athenienses, victisque Persis Græciæ et Asiæ tributum in tutelam classis descripsissent,[i] omnibus cupide ad præsidium salutis suæ conferentibus, soli Heraclienses ob amicitiam regum Persicorum collationem abnuerant. 10. Missus itaque ab Atheniensibus Lamachus[4] cum exercitu ad extorquendum quod negabatur, dum relictis in littore navibus agros Heracliensium populatur, classem cum majore parte exercitus naufragio repentinæ tempestatis amisit.[k] 11. Itaque cum neque mari posset, amissis navibus, neque terra auderet[5] cum parva manu inter tot ferocissimas gentes reverti, Heraclienses, honestiorem beneficii quam ultionis occasionem rati,[l] instructos commeatibus auxiliisque dimittunt; 12. bene agrorum suorum populationem impensam existimantes, si, quos hostes habuerant, amicos reddidissent.

CAP. IV. 1. Passi sunt inter plurima mala etiam tyrannidem: 2. siquidem cum plebs et novas tabulas et divisionem agrorum divitum impotenter flagitaret, 3. diu re[1] in senatu tractata, cum exitus rei non inveniretur, ad[2] postremum adversus plebem nimio otio lascivientem auxilia a Timotheo[p] Atheniensium duce, mox ab Epaminonda The-

[i] *Cum Athenienses essent in Græcia aliis potentiores, et, Persis superatis, imposuissent tributum sociis qui erant in Asia et Græcia ad tuendam classem.*
[k] *Amisit classem, naufragio excitato a repentina tempestate.*
[l] *Heraclienses arbitrantes sibi honestius illos beneficiis afficere, quam ulcisci injurias.*

75. cui accedunt Med. 2. Leid. 2. 5. Justino asseruit Parens tom. II. Thes. Antiq. Græc. LXV. Ejusd. etiam meminit Diod. XII. 72. Μετὰ δὲ ταῦτα Λάμαχος ὁ στρατηγὸς ἔχων δέκα τριήρεις ἔπλευσεν εἰς τὸν Πόντον, καὶ καθορμισθεὶς εἰς Ἡράκλειαν περὶ τὸν ποταμὸν τὸν ὀνομαζόμενον Κάχητα πάσας τὰς ναῦς ἀπέβαλε. Μεγάλων γὰρ ὄμβρων καταβραγέντων, καὶ τοῦ ποταμοῦ βίαιον τὴν καταφορὰν τοῦ ῥεύματος ποιησαμένου, τὰ σκάφη κατά τινας τραχεῖς τόπους προσπεσόντα τῇ γῇ διεφθάρη. Pro Κάχητα ap. Thucyd. d. l. legitur Κάληκα.—5 Ald. Junt. *possent* et *auderent*.

1 Perizon. ad *re* annotarat: 'An non hoc spurium?'—2 Sic Medicei, Leid.

NOTÆ

[p] *A Timotheo*] Fuit ille bello fortunatissimus, si Plut. credimus. Sed,

banorum, petivere. 4. Utrisque negantibus, ad Clearchum, quem ipsi in exilium egerant, decurrunt. 5. Tanta calamitatium necessitas fuit, ut, cui patriam interdixerant, eum ad tutelam patriæ revocarent.[m] 6. Sed Clearchus exilio facinorosior redditus, et dissensionem populi occasionem invadendæ tyrannidis existimans, 7. primo tacitus cum Mithridate, civium suorum hoste, colloquitur; et inita societate paciscitur, ut revocatus in patriam, prodita ei urbe, præfectus ejus constitueretur. 8. Postea autem insidias, quas civibus paraverat, in ipsum Mithridaten verterat.[3] 9. Namque cum velut arbiter civilis discordiæ de[4] exilio reversus esset, statuto tempore, quo urbem Mithridati traderet, ipsum cum amicis suis cepit; captumque, accepta ingenti pecunia, dimisit. 10. Atque ut in illo[5] subitum se ex socio fecit hostem, sic ex defensore senatoriæ causæ repente patronus plebis evasit; 11. et adversus auctores potentiæ suæ, a quibus revocatus[6] in patriam, per quos in arce collocatus fuerat, non solum plebem accendit; verum etiam nefandissima quæque tyrannicæ crudelitatis exercuit. 12. Igitur populo ad concionem vocato, 'neque se affuturum amplius grassanti in populum senatui' ait; 'intercessurum etiam, si in pristina sævitia perseveret:'[n] 13. quod si pares se crudelitati senatorum

[m] *Necessitas eos impulit ad tantam calamitatem, ut revocarent ad defendendam patriam eum, quem ex ea ejecerant.*
[n] *Dixit se non protecturum amplius senatum sævientem in populum, sed obstiturum illi, si perseveret in pristina crudelitate.*

2. 5. Periz. Coll. N. et pleræque vetustæ edd. atque Bong. Vulg. *ad* abest.—3 Med. 2. Periz. Coll. N. ed. Ald. Junt. *vertit*. Magl. ed. Rom. *convertit*: quod imitatur Saxo II. p. 23. f. 'Insidias a fratre in virum convertit.' At prius adhibuit Auctor XIII. 8. 6. 'Insidiæ in insidiatores versæ.'—4 *De* ignorat Leid. 1.—5 Med. 1. *Atq. ut illo*, i. e. illa re. Flor. Ald. Junt. et cod. Dorvil. 3. testante Wopkensio ad XXXVIII. 6. 1. *Atq. ut illi*.—6 Flor. Ald. Junt. *rev.*

NOTÆ

cum res a se præclare gestas virtuti suæ, non fortunæ, ascriberet, nonnulli ipsius æmuli in tabula pingi dormientem jusserunt Timotheum, et, ipso dormiente, Fortunam circumdantem retia urbibus hostium. Qua pictura adeo exarsit Timotheus, ut in has voces eruperit: 'Hæc ego feci, non Fortuna.' Qua impia voce, inquit Plut., factum est, ut postea tam infelix in bello extiterit, quam fortunatus antea fuerat.

arbitrarentur,[7] abiturum cum militibus suis, neque civilibus discordiis interfuturum: 14. sin vero diffidant viribus propriis, vindictæ se civium non defuturum. 15. Proinde consulant sibi ipsi: jubeant abire se, an malint causæ[8] popularis socium remanere.'[9] 16. His verbis solicitata plebs summum ad eum imperium[10] defert; et, dum senatus potentiæ irascitur, in servitutem se tyrannicæ dominationis cum conjugibus et liberis tradit. 17. Igitur Clearchus sexaginta senatores comprehensos (nam ceteri in fugam[11] dilapsi erant) in vincula compingit. 18. Lætari[12] plebs, quod a duce potissimum senatorum senatus deleretur, versaque vice, auxilium eorum in exitium conversum esset.[o 13] 19. Quibus[14] dum mortem passim omnibus minatur, cariora eorum pretia facit:[p] 20. siquidem Clearchus, magna pecunia (quasi minis populi occulte eos subtracturus) accepta, spoliatos fortunis vita quoque spoliavit.

Cap. v. 1. Cognito deinde, quod bellum sibi ab iis, qui profugerant, misericordia in auxilium solicitatis civitatibus, pararetur,[q] servos eorum manumittit; 2. et, ne quid mali afflictis honestissimis domibus deesset, uxores eorum filias-

[o] *Et, mutatis rebus, illum ipsum, qui venerat ad eorum auxilium, exitium illis intentare.*

[p] *Quibus omnibus dum mortem minitatur, extorquet ab iis majorem vim pecuniæ.*

[q] *Cum cognosceret parari sibi bellum a profugis, qui obtinuerant auxilium ab urbibus commotis eorum miseria.*

---

fuerat.—7 Conj. Fabri corrigentis *arbitrentur* juvant Med. 2. Magl. in quibus corrupte scriptum *quod se inparem* et *quod si parem se crud. sen. arbitretur.*—8 Mss. *an m. vel c.* Magl. *videant, abire, an se malint, vel c.* Leg. *videant, ab. s. m. an c. Videant*, i. e. considerent, ut I. 6. 11. 'Proinde videant, fugientibus hæc, an illa pugnantibus, acies rumpenda sit.'—9 Ald. Junt. *an malint socium c. p. r.* Heins. Animadv. ad Tac. III. A. 46. Obs. Misc. tom. IX. p. 392. legit *P. c. sibi, sive jubeant abire, seu malint vel causa populari soc. rem.*—10 Magl. ed. Rom. *summam ad eum imperii.* Ita I. 6. 8. 'Summam belli eidem committit.' Liv. XXV. 37. 'Ut ad L. Marcium cuncti summam imperii detulerint,' et XXVII. 31. 'Penes eum summa imperii erat.' Plin. Paneg. 56. 'Postquam ad se imperii summam Dii transtulerint.'—11 Med. 1. Leid. 5. Bodl. Coll. C. C. *in fuga*, idemque in Mss. reperit Bong. non *fuga*, quod ex iisd. profert Vorst. cui tamen emendanti *fuga dilapsi* favet locus Saxonis XIII. p. 234. f. 'Postquam fuga delapsum cognovit.' Leg. *dilapsum.* Simile mendum ap. eund. occurrit XIV. p. 270. 49. 'Exercitus parte delapsa.' Regino II. Chron. p. 93. 'Abbas et congregatio fratrum vix fuga dilapsi sunt.'—12 Med. 1. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. ed. Ald. Junt. *Lætatur.*—13 Ita Leid. 3. 5. Periz. Coll. N. ed. Rom. Bech. Med. Ald. Junt. *Esse* Bong. aliæque.—14 Coll. N. Q. *auditis.*

que nubere servis suis, proposita recusantibus morte, compellit, ut eos sibi fidiores et dominis infestiores redderet. 3. Sed matronis tam lugubres nuptiæ graviores repentinis funeribus fuere. 4. Itaque multæ se ante nuptias, multæ in ipsis nuptiis, occisis prius novis maritis, interficiunt, et se tam funestis calamitatibus, virtute ingenui pudoris, eripiunt. 5. Prælium deinde committitur; quo victor tyrannus captivos senatores in triumphi modum per ora civium trahit.[r] 6. Reversus in urbem alios vincit, torquet alios, alios occidit: nullus locus urbis a crudelitate tyranni vacat. 7. Accedit sævitiæ insolentia, crudelitati arrogantia. 8. Interdum ex successu continuæ felicitatis obliviscitur se hominem; interdum Jovis se filium dicit. 9. Eunti per publicum aurea aquila velut argumentum generis præferebatur: 10. veste purpurea et cothurnis regum tragicorum et aurea corona utebatur; 11. filium quoque suum Ceraunon vocat, ut Deos[s] non mendacio tantum, verum etiam nominibus, illudat.' 12. Hæc illum facere duo nobilissimi juvenes Chion et Leonides indignantes,[1] patriam liberaturi, in necem tyranni conspirant. 13. Erant hi discipuli Platonis philosophi, qui virtutem, ad quam quotidie præceptis magistri erudiebantur, patriæ exhibere cupientes, quinquaginta cognatos, veluti clientes,[3] in insidiis locant.

[r] *Ducit in conspectu civium senatores captivos, tanquam in triumpho.*

[s] *Ut imitetur Deos non modo origine, quam falso divinam fingebat, sed etiam nominibus.*

---

1 Ita Lactant. III. 28. 12. 'Nec dissimili errore credunt esse Fortunam quasi Deam quandam res humanas variis casibus illudentem.' Med. 1. *Deis*, ut ap. Eumenium Paneg. Constant. Cæs. 6. 'Cum mare frustra reciprocum prohibitis fuga quasi illudere videretur.' Oros. VI. 65. p. 417. 'Custodiæ ejus illuserat,' et Salvian. VII. de Gubern. Dei 10. 'Illudentes sibi barbaros cerneret.' Vid. inf. notam ad XVIII. 7. 10. et Donat. ad Terent. Phorm. v. 7. 22.—2 Med. 2. *indignati*, ut I. 3. 3. XIII. 3. 1. et XXIV. 6. 1. Pro *Leonides* Voss. ex Memnone legit *Leon:* verum Justino consentit incertus Auctor ap. Suid. in v. Κλέαρχος. Ἀπέκτεινε δὲ αὐτὸν [Κλέαρχον] πρῶτον μὲν ἡ δίκη· εἶτα δὲ ἡ χεὶρ ἡ Χίωνος, ὅσπερ οὖν ἦν ἑταῖρος Πλάτωνος, καὶ χρόνον διήκουσεν αὐτοῦ, καὶ τὸ μισοτύραννον ἐκ τῆς ἐκείνου ἑστίας ἀσπασάμενος, ἠλευθέρωσε τὴν πατρίδα. κοινωνοὶ (Mss. Leid. κοινωνὼ) δὲ οἱ τῆς καλῆς πράξεως γενέσθαι λέγονται Λεωνίδης τε καὶ Ἀντίθεος, φιλοσόφω καὶ τώδε ἄνδρε. Memnon cap. 2. plures huj. conjurationis conscios fuisse refert: Ὀψὲ δὲ καὶ μόλις ὑπὸ Χίωνος τοῦ Μάτριος, ἀνδρὸς μεγαλόφρονος, καὶ κοινωνίαν πρὸς αὐτὸν [Κλέαρχον] τὴν ἐξ αἵματος ἔχοντος, καὶ Λέοντος, καὶ Εὐξένωνος, καὶ ἑτέρων οὐκ ὀλίγων, συσκευασθῆναι πληγὴν καιρίαν ἐνεγκεῖν, καὶ τελευτῆσαι πικρῶς ἀπὸ τοῦ τραύματος.—3 *V. c.* e glossemate ortas fuisse frustra

14. Ipsi more jurgantium ad tyrannum, veluti ad regem, in arcem contendunt: 15. qui jure familiaritatis admissi, dum alterum priorem dicentem intentus audit tyrannus, ab altero obtruncatur. 16. Sed et ipsi, sociis tardius auxilium ferentibus, a satellitibus obruuntur. 17. Qua re factum est, ut tyrannus quidem occideretur, sed patria non liberaretur. 18. Nam frater Clearchi[q] Satyrus eadem via tyrannidem invadit: multisque annis, per gradus successionis, Heraclienses regnum[4] tyrannorum[r] fuere.

suspicabantur Sebis. et Bern. Vid. Avum I. Obs. 24.—4 Coll. N. ed. Junt. *H. sub r.* Medicei, Leid. 2. 5. Bodl. Reg. Thuan. Periz. Coll. C. C. ed. Rom. Bech. Flor. Med. Par. Ald. *H. r.*

NOTÆ

[q] *Frater Clearchi*] Multa ibi more suo confundit Justin. duo enim fuerunt Clearchi: primus, cui successit, non Satyrus, sed Timotheus ejus filius, ex Diod. Timotheo Dionysius, illi Satyrus, seu Zathras; huic vero Clearchus alter.

[r] *Tyrannorum*] Quorum ultimus fuit Lysimachus, qui libertatem civibus eripuit.

LIBER XVII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Lysimachi regis tragœdia. 2. Idem amissis quindecim liberis in prælio occumbit. Seleucus per insidias occiditur a Ptolemæo. Ptolemæus principum amicitiam, præsertim Pyrrhi, sibi conciliat. 3. De Epirotarum regno, ejusdemque origine ac regibus, digressio. Pyrrhi varia fortuna.

CAP. I. 1. Per idem ferme tempus in[1] Hellesponti[a] et

1 *In* omittunt Medicei, Magl. Leid. 2. 4. Thuan. Periz. Bodl. Coll. N. ed.

NOTÆ

[a] *Hellesponti*] Fretum est angustum inter Ægæum mare et Propontidem, 7. stadiorum spatio, Europam ab Asia dividens.

Chersonesi regionibus terræ motus fuit:† 2. maxime tamen Lysimachia,[b] urbs ante duos et viginti annos a Lysimacho rege condita, eversa est.[c] 3. Quod portentum dira Lysimacho stirpique ejus ac regni ruinam cum clade vexatarum regionum portendebat.[a] 4. Nec ostentis fides defuit: nam brevi post tempore Agathoclen filium[d] suum, quem in successionem regni ordinaverat, per quem multa bella prospere gesserat, non solum ultra patrium, verum etiam humanum ultra[2] morem perosus, ministra Arsinoë noverca,[e] veneno interfecit.[b] 5. Hæc illi prima mali labes, hoc initium impendentis ruinæ, fuit.‡ 6. Nam parricidium principum secutæ cædes sunt, luentium supplicia, quod occisum juvenem dolebant. 7. Itaque et hi, qui cædibus superfuerant, et hi, qui exercitibus præerant, certatim ad Seleucum deficiunt;[f] 8. eumque, pronum jam ex æmulatione gloriæ, bellum Lysimacho inferre compellunt. 9. Ultimum hoc certamen commilitonum Alexandri fuit, et, velut ad exemplum fortunæ, par reservatum. 10. Lysimachus quatuor[g] et septuaginta annos natus erat; Seleucus septem et sep-

[a] *Portendebat ruinam regni, et cladem regionum afflictarum ea tempestate.*

[b] *Impellente Arsinoë noverca, sustulit veneno Agathoclem, quem odio majori habebat, quam non solum patres filios suos, sed homines solent odio habere alios homines.*

Rom. Ven. Flor. Par. Ald. Junt.—2 Vulg. *n. s. p. v. e. h. u.* Medicei, Magl. et sex alii, ed. Rom. Ald. Junt. *ult. h.* Posterius *ultra* nescit Rom. *hum. ultra* dant Ald. Junt. II. 6. 1. [1] Quæ [bella] non modo ultra spem gerendi, verum

NOTÆ

† A. M. 3770. Ol. 124. 1. U. C. 469. Ant. Ch. 282.

[b] *Lysimachia*] Urbs Chersonesi Thraciæ, ad Isthmum in ora Hellesponti. Fuit alia in Ætolia, alia in Æolide Asiæ Minoris.

[c] *Eversa est*] Ex Euseb. tradit Scaliger eam, Lysimacho mortuo, dirutam a Thracibus, et ab Antiocho Magno a fundamentis instauratam.

[d] *Agathoclen filium*] Is bella prospere gesserat: in Asia tamen levioribus præliis victus fuerat a Demetrio.

[e] *Arsinoë noverca*] Ptolemæi Lagidæ filia.

‡ A. M. 3771. Ol. 124. 2. U. C. 470. Ant. Ch. 281.

[f] *Ad Seleucum deficiunt*] Quos inter fuit Alexander Lysimachi fil. fratrum cæde territus: alios tamen filios post Agathoclis cædem genuit.

[g] *Lysimachus quatuor, &c.*] 80. annos Lucian. 70. Appian. et Hieron. illi tribuunt.

tuaginta. 11. Sed in hac ætate utrique animi juveniles[1] erant,[4] imperiique cupiditatem insatiabilem gerebant:* 12. quippe cum orbem terrarum[h] duo soli tenerent, angustis sibi metis[5] inclusi videbantur, vitæque finem non annorum spatio sed imperii terminis metiebantur.

CAP. II. 1. In eo bello Lysimachus, amissis ante variis casibus quindecim liberis,[i] non instrenue[1] moriens,[k] postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit.[e]† 2. Lætus tanta victoria Seleucus, et, quod majus victoria putabat, solum se de cohorte Alexandri remansisse, victoremque victorum extitisse, 'non humanum esse opus, sed divinum munus,' gloriatur: 3. ignarus prorsus, non multo post fragilitatis humanæ se ipsum exemplum futurum: 4. quippe post

[e] *Moriens fortiter absolvit morte sua calamitatem familiæ suæ.*

etiam ultra gesti fidem, peracta sunt.'—3 Leid. 4. a pr. m. et Mss. Fuld. *juvenal.* idemque in cod. Ms. Justini se reperisse testatur Pontanus ad Macrob. IV. Sat. 3. ubi Macrob. laudat Virgil. XII. Æn. 161. quem in Ms. cod. cui accedit Ms. Oxon. ita legi ait id. Vir cl. 'Pubentesque genæ et juvenali in corpore pallor.' Liv. I. 57. 'Et tum quidem a nocturno juvenali ludo in castra redeunt.' Ita duo Mss. Flor. Symmach. I. Ep. 1. 'Hos inter, juvenale decus, sed honore senili, Bisseno celsus, Symmache, fasce cluis,' et VII. 9. 'Decet enim loqui exultantius juvenalem calorem.' Ita Ms. et ed. Scioppii. Marcian. Capella I. p. 3. 'In juvenalis roboris excellentiam.' Ita Ms. Laud. et p. 13. 'Decor juvenalis.' v. p. 139. ex cod. Ms. 'Scholarium juvenalium monitus.' VII. p. 242. 'Juvenalis ætas.' Inscriptio Florentina tom. I. p. 308. CVRATORI. LVSVS. IVVENALIS. Add. Animadvers. eruditi Britanni in Apul. X. Misc. Obs. vol. II. tom. III. p. 399.—4 Leid. 2. *utrique annos juveniles servabant.* Ald. Junt. *uterque animos juveniles servabant.*—5 Sic Med. 2. Coll. N. ed. Ald. Junt. Val. M. VIII. 7. Ext. 10. 'Citerioris ætatis metas, sed non parvi tamen spatii, Chrysippi vivacitas flexit.' Stat. v. Sylv. 3. 255. 'O Pylias ævi transcendere metas, Et Teucros æquare senes, o digne videre Me similem!' Saxo X. p. 192. 10. 'Ne tamen regnandi usum intra patriæ metas clausum haberet.' *Angustis metis*, ut *angusto limite* ap. Juv. X. 168. 'Unus Pellæo juveni non sufficit orbis: Æstuat infelix angusto limite mundi.'

1 Ita Med. 2.—2 Sic Magl. Reg. Bodl. Leid. 1. 4. 5. Periz. ed. Rom. Ven.

NOTÆ

* A. M. 3773. Ol. 124. 4. U. C. 472. Ant. Ch. 279.

[h] *Orbem terrarum*] Seleucus Asiam et Syriam, Lysimachus Macedoniam et Græciam, tenebat.

[i] *Quindecim liberis*] Non omnes tamen amiserat, cum Ceraunus in matris amplexibus aliquos superstites interemerit.

[k] *Moriens*] Extinctum ejus corpus canis domesticus adversus alites et feras diu protexit, donec Thorax Pharsalus inventum sepeliit. Hæc Appian. Alii tamen ab Alexandro filio sepultum volunt.

† A. M. 3773. Ol. 124. 4. U. C. 472. Ant. Ch. 279.

menses admodum septem a Ptolemæo,[l] cujus sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, per insidias[m] circumventus, occiditur; 5. regnumque Macedoniæ, quod Lysimacho eripuerat, cum vita pariter amittit. 6. Igitur Ptolemæus, cum et in gratiam memoriæ magni Ptolemæi patris, et in favorem ultionis Lysimachi ambitiosus[n] ad[2] populares esset,[d] primo Lysimachi filios conciliare sibi statuit; 7. nuptiasque Arsinoës sororis suæ, matris eorum, petit, puerorum adoptione promissa; 8. ut, cum in locum patris eorum successisset, nihil illi moliri vel verecundia matris, vel appellatione patris, auderent.[e] 9. Fratris quoque regis Ægypti concordiam per epistolas deprecatur; professus, 'deponere se offensam erepti[3] paterni regni, neque amplius a fratre quæsiturum, quod honestius a paterno hoste perceperit.' 10. Omnique arte adulatur Eumeni[o] et Antigono Demetrii filiis,[p] Antiocho[4] filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, ne tertius[5] sibi hostis[q] accederet.[f] 11. Sed nec Pyrrhus

[d] *Cum igitur Ptolemæus gratiosus esset apud Macedonas ob memoriam patris sui Ptolemæi, et quod mortem Lysimachi ultus esset.*

[e] *Ut, cum teneret locum patris, illi nil auderent in ipsum machinari, vel quia matrem offendere verentur, vel quia ipsum patrem appellare cogerentur.*

[f] *Et adulatur omni arte Antiocho filio Seleuci, ne tertius sibi hostis accedat Eumeni et Antigono, filiis Demetrii, cum quibus erat habiturus bellum.*

Flor. Ald. Junt. et Mss. Bong. *Ad* pro, 'apud.' Liv. III. 21. 'Si vana vestra, Patres conscripti, ad plebem auctoritas est.' VI. 7. 'Potens ad plebem,' et XXIX. 22. 'Et ipsa deformitas Pleminii memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat.' Gell. XIX. 7. 'Cum ad eum cœnassemus.' Cæcil. ap. eund. II. 23. 'Qui, quasi Ad hostes captus, libere servio, salva urbe atque arce.' Phædr. III. 4. 1. 'Pendere ad lanium quidam vidit simium.' Vetus Interp. libri Sapientiæ VIII. 10. 'Habebo propter hanc claritatem ad turbas.' Saxo XIV. p. 282. 'Familiaritatem ad hostes habebant.' Inscriptio Florentina tom. I. p. 444. SI TAMEN AD MANES CREDIMVS ESSE ALIQVID. Plura veterum scriptorum loca congesserunt Vechner. II. Hellenol. 3. et Avus ad Liv. VII. 7.—3 Med. 1. Leid. 2. 5. *ereptæ partis.*—4 Ald. Junt. *fil. et A.*—5 Med. 1. *adul. cum enim Antigonum Demetri filiosantici filio Seleuchi,*

NOTÆ

[l] *A Ptolemæo*] Cerauno. Quod fulmen sonat. A κεραυνὴ sic dictus, quod audax esset, et manu promtus. A patre Ægypti regno spoliatus fuerat.

[m] *Per insidias*] Cum Seleuci exercitum Lysimachiam attigisse audiisset Ptolemæus, eum adortus fudit et occidit, cujus pecunia aliis concessa, ipse Macedoniæ regno potitus est, ut narrat Paus.

[n] *Ambitiosus*] I. e. gratiosus, ob ultionem sumtam de Seleuco.

[o] *Eumeni*] Plut. Eumenis non meminit inter Demetrii filios.

[p] *Demetrii filiis*] Cum iis verbis

tuaginta. 11. Sed in hac ætate utrique animi juveniles[1] erant,[4] imperiique cupiditatem insatiabilem gerebant:* 12. quippe cum orbem terrarum[h] duo soli tenerent, angustis sibi metis[5] inclusi videbantur, vitæque finem non annorum spatio sed imperii terminis metiebantur.

CAP. II. 1. In eo bello Lysimachus, amissis ante variis casibus quindecim liberis,[i] non instrenue[1] moriens,[k] postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit.† 2. Lætus tanta victoria Seleucus, et, quod majus victoria putabat, solum se de cohorte Alexandri remansisse, victoremque victorum extitisse, 'non humanum esse opus, sed divinum munus,' gloriatur: 3. ignarus prorsus, non multo post fragilitatis humanæ se ipsum exemplum futurum: 4. quippe post

[e] *Moriens fortiter absolvit morte sua calamitatem familiæ suæ.*

etiam ultra gesti fidem, peracta sunt.'—3 Leid. 4. a pr. m. et Mss. Fuld. *juvenal.* idemque in cod. Ms. Justini se reperisse testatur Pontanus ad Macrob. IV. Sat. 3. ubi Macrob. laudat Virgil. XII. Æn. 151. quem in Ms. cod. cui accedit Ms. Oxon. ita legi ait id. Vir cl. 'Pubentesque genæ et juvenali in corpore pallor.' Liv. I. 57. 'Et tum quidem a nocturno juvenali ludo in castra redeunt.' Ita duo Mss. Flor. Symmach. I. Ep. 1. 'Hos inter, juvenale decus, sed honore senili, Bisseno celsus, Symmache, fasce cluis,' et VII. 9. 'Decet enim loqui exultantius juvenalem calorem.' Ita Ms. et ed. Scioppii. Marcian. Capella I. p. 3. 'In juvenalis roboris excellentiam.' Ita Ms. Laud. et p. 13. 'Decor juvenalis.' v. p. 139. ex eod. Ms. 'Scholarium juvenalium monitus.' VII. p. 242. 'Juvenalis ætas.' Inscriptio Florentina tom. I. p. 308. CVRATORI. LVSVS. IVVENALIS. Add. Animadvers. eruditi Britanni in Apul. X. Misc. Obs. vol. II. tom. III. p. 399.—4 Leid. 2. *utrique annos juveniles servabant.* Ald. Junt. *uterque animos juveniles servabant.*—5 Sic Med. 2. Coll. N. ed. Ald. Junt. Val. M. VIII. 7. Ext. 10. 'Citerioris ætatis metas, sed non parvi tamen spatii, Chrysippi vivacitas flexit.' Stat. v. Sylv. 3. 255. 'O Pylias ævi transcendere metas, Et Teucros æquare senes, o digne videre Me similem!' Saxo X. p. 192. 10. 'Ne tamen regnandi usum intra patriæ metas clausum haberet.' *Angustis metis*, ut *angusto limite* ap. Juv. X. 168. 'Unus Pellæo juveni non sufficit orbis: Æstuat infelix angusto limite mundi.'

1 Ita Med. 2.—2 Sic Magl. Reg. Bodl. Leid. 1. 4. 5. Periz. ed. Rom. Ven.

NOTÆ

* A. M. 3773. Ol. 124. 4. U. C. 472. Ant. Ch. 279.

[h] *Orbem terrarum*] Seleucus Asiam et Syriam, Lysimachus Macedoniam et Græciam, tenebat.

[i] *Quindecim liberis*] Non omnes tamen amiserat, cum Ceraunus in matris amplexibus aliquos superstites interemerit.

[k] *Moriens*] Extinctum ejus corpus canis domesticus adversus alites et feras diu protexit, donec Thorax Pharsalus inventum sepeliit. Hæc Appian. Alii tamen ab Alexandro filio sepultum volunt.

† A. M. 3773. Ol. 124. 4. U. C. 472. Ant. Ch. 279.

menses admodum septem a Ptolemæo,[l] cujus sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, per insidias[m] circumventus, occiditur; 5. regnumque Macedoniæ, quod Lysimacho eripuerat, cum vita pariter amittit. 6. Igitur Ptolemæus, cum et in gratiam memoriæ magni Ptolemæi patris, et in favorem ultionis Lysimachi ambitiosus[n] ad[2] populares esset,[d] primo Lysimachi filios conciliare sibi statuit; 7. nuptiasque Arsinoës sororis suæ, matris eorum, petit, puerorum adoptione promissa; 8. ut, cum in locum patris eorum successisset, nihil illi moliri vel verecundia matris, vel appellatione patris, auderent.[e] 9. Fratris quoque regis Ægypti concordiam per epistolas deprecatur; professus, 'deponere se offensam erepti[3] paterni regni, neque amplius a fratre quæsiturum, quod honestius a paterno hoste perceperit.' 10. Omnique arte adulatur Eumeni[o] et Antigono Demetrii filiis,[p] Antiocho[4] filio Seleuci, cum quibus bellum habiturus erat, ne tertius[5] sibi hostis[q] accederet.[f] 11. Sed nec Pyrrhus

[d] *Cum igitur Ptolemæus gratiosus esset apud Macedonas ob memoriam patris sui Ptolemæi, et quod mortem Lysimachi ultus esset.*

[e] *Ut, cum teneret locum patris, illi nil auderent in ipsum machinari, vel quia matrem offendere vererentur, vel quia ipsum patrem appellare cogerentur.*

[f] *Et adulatur omni arte Antiocho filio Seleuci, ne tertius sibi hostis accedat Eumeni et Antigono, filiis Demetrii, cum quibus erat habiturus bellum.*

Flor. Ald. Junt. et Mss. Bong. *Ad* pro, 'apud.' Liv. III. 21. 'Si vana vestra, Patres conscripti, ad plebem auctoritas est.' VI. 7. 'Potens ad plebem,' et XXIX. 22. 'Et ipsa deformitas Pleminii memoriaque absentis Scipionis favorem ad vulgum conciliabat.' Gell. XIX. 7. 'Cum ad eum cœnassemus.' Cæcil. ap. eund. II. 23. 'Qui, quasi Ad hostes captus, libere servio, salva urbe atque arce.' Phædr. III. 4. 1. 'Pendere ad lanium quidam vidit simium.' Vetus Interp. libri Sapientiæ VIII. 10. 'Habebo propter hanc claritatem ad turbas.' Saxo XIV. p. 282. 'Familiaritatem ad hostes habebant.' Inscriptio Florentina tom. I. p. 444. SI TAMEN AD MANES CREDIMVS ESSE ALIQVID. Plura veterum scriptorum loca congesserunt Vechner. II. Hellenol. 3. et Avus ad Liv. VII. 7.—3 Med. 1. Leid. 2. 5. *ereptæ partis.*—4 Ald. Junt. *fil. et A.*—5 Med. 1. *adul. cum enim Antigonum Demetri filiosantici filio Seleuchi,*

NOTÆ

[l] *A Ptolemæo*] Cerauno. Quod fulmen sonat. A κεραυνὴ sic dictus, quod audax esset, et manu promtus. A patre Ægypti regno spoliatus fuerat.

[m] *Per insidias*] Cum Seleuci exercitum Lysimachiam attigisse audiisset Ptolemæus, eum adortus fudit et occidit, cujus pecunia aliis concessa, ipse Macedoniæ regno potitus est, ut narrat Paus.

[n] *Ambitiosus*] I. e. gratiosus, ob ultionem sumtam de Seleuco.

[o] *Eumeni*] Plut. Eumenis non meminit inter Demetrii filios.

[p] *Demetrii filiis*] Cum iis verbis

rex Epiri omissus, ingens momentum futurus, utri parti socius accessisset:[g] 12. qui et ipse, spoliare singulos cupiens, omnibus se partibus venditabat. 13. Itaque Tarentinis adversus Romanos laturus auxilium, ab Antigono naves, ad exercitum in Italiam deportandum, mutuo petit; ‡ ab Antiocho pecuniam, qui opibus quam militibus instructior erat; a Ptolemæo Macedonum militum auxilia. 14. Sed Ptolemæus, cui nulla dilationis ex infirmitate virium venia esset,[h] quinque millia[6] peditum, equitum quatuor millia,[r] elephantos quinquaginta, non amplius quam in biennii usum, dedit. 15. Ob hæc Pyrrhus, filia Ptolemæi in matrimonium accepta, vindicem eum regni reliquit,[7] pacificatus cum omnibus finitimis, ne, abducta in Italiam juventute, prædam hostibus regnum relinqueret.[8]

CAP. III. 1. Sed, quoniam ad Epiri[1 s] mentionem ventum est, de origine regni ejus pauca narranda sunt. 2. Mo-

[g] *Et amicitiam sibi conciliavit Pyrrhi regis Epiri, qui allaturus erat magnum pondus illi parti, cui favisset.*

[h] *Ptolemæus, qui ob tenuitatem virium suarum non ausus est differre auxilium petitum.*

---

c. q. b. h. erat, ne t. 2. *adulaturum ne Antigono Demetri, Antiochoque filio Seleuci, cum q. b. h. erat, tertius.* Hinc scripsisse videtur Auctor *adulatur eum,* (fratrem Ptolemæum, regem Ægypti,) *ne Antigono Demetrii, Antiochoque filio Seleuci,....tertius.* Antigonus autem Demetrii et Philæ filiæ Antipatri filius fuit, cognominatus Gonatas, de quo Georg. Syncellus p. 270. ait: Ὅς, ἐν Γόναις τραφεὶς τῆς Θετταλίας, Γονατᾶς ἐπεκλήθη.—6 *M.* desideratur in Med. 2. et Magl.—7 Mss. Medicei, Fuldenses, Leidenses, Regius, Bodl. Coll. N. et C. C. Periz. Thuan. ed. Rom. Ald. Junt. addunt *pacificatus cum omnibus finitimis.*—8 *Ne abd....relinq.* temere omittunt ed. Jens. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Pro *prædam* Med. 1. Leid. 2. dant *prædæ.* Prior constructio placuit Justino IV. 3. 3. 'Non tamen crudelissimis tyrannis patriam cum conjugibus ac liberis prædam reliquissent.'

1 Ms. Bong. Leid. 2. Bodl. Coll. N. ed. Rom. *Pyrrhi:* quod non contemnend. videbatur Scheffero: verum prius flagitant seq. 'Molossorum

NOTÆ

connecte seqq. 'cum quibus bellum habiturus erat,' et 'Antiocho Seleuci filio, ne tertius hostis accederet.'

q *Ne tertius hostis*] Metuebat, ne Antigonus et Eumenes paternum Macedoniæ regnum armis repeterent, et Antiochus patris cædem ulciscereture.

‡ A. M. 3774. Ol. 125. 1. U. C. 473. Ant. Ch. 278.

r *Equitum quatuor millia*] Error in numeris irrepsit: nam Pyrrhus habuit in exercitu 3. tantum equitum M. et 20. elephantos. Ex Plut. Plin. et Solin.

s *Ad Epiri, &c.*] Quæ regio inter

lossorum primum[t] in ea regione regnum fuit. 3. Post Pyrrhus, Achillis filius, amisso per absentiam Trojanis temporibus paterno regno,[u] in his locis consedit, qui 'Pyrrhidæ' primo, postea 'Epirotæ,' dicti sunt. 4. Sed Pyrrhus,[w] cum in templum Dodonæi Jovis ad [z] consulendum venisset, ibi Lanassam,[x] neptem Herculis, rapuit; ex cujus matrimonio octo liberos sustulit. 5. Ex his nonnullas virgines nuptum finitimis regibus tradidit, opesque affinitatium auxilio magnas paravit:[i] 6. atque ita Heleno, filio Priami regis, ob industriam singularem, regnum Chaonum,[y] et Andromachen [3] Hectoris,[z] quam et ipse matrimonio suo in divisione Trojanæ prædæ[4] acceperat, uxorem tradidit;[5] 7. brevique post tempore Delphis, insidiis Orestis,[6 a] filii Agamemnonis, inter

[i] *Comparavit sibi magnam potentiam auxilio affinium suorum.*

---

primum in ea regione regnum fuit.'—2 *Ad* ignorant Mss. Bong. Medicei, Leidenses, Thuan. Bodl. Coll. N. Simili constructione utitur Ulpian. L. 12. §. 1. D. de Usufructu: 'Navis usufructu legato, navigandum mittendam puto.'—3 Med. 2. Leid. 2. ed. Ald. Junt. *Andromachum.*—4 5. et Periz. *Andromacam Hect. quam in divisionem T. p.* Med. 1. Leid. 2. 3. 4. 5. *Hect. e* (L. 5. *a*) *matrimonio suo quam* (Leid. 3. 4. *quos*) *in divisione* (Med. 1. *in divisionem*) *T. p.* Med. 2. *Hect. m. s. quam in d.* Magl. *Andromachen quondam uxorem Hect. matr. s. quam in div. pr. Tr.*—5 Ald. Junt. *Hect. e matr. s. quam ipse in d. T. pr. acc. ux. reddidit.*—6 Medicei cum octo aliis, et ed. Rom. *Oresti.* Vell. I. 1. 'Post Orestis interitum.' Gell. III. 10. ex Ms. Regio 'Orestis corpus.' Serv. ad

NOTÆ

mare Ionium et Thessaliam, inde Acroceraunis montibus, hinc Acheloo fl. terminata: a Pyrrho Achillis fil. nomen accepit.

t *Molossorum primum*] Ante Molossos Chaones ibi habitasse tradit Strabo, a Butrotho ad oram maris Ionii: deinde Molossi, quorum regio primum Molossia, deinde Pandosia, ab urbe cognomine dicta est.

u *Paterno regno*] Vel in Thessalia circa Larissam, vel in Phthiotidis parte, Achilles regnavit, ex Strab.

w *Pyrrhus*] Ea Deidamia Lycomedis regis filia susceptus, dum ejus in aula lateret Achilles, Pyrrhus dictus est a fulvo capillorum colore. De Pyrrho multa Virgil. Quis Achilles fuerit, Pelei et Thetidis fil. nemo nescit, ex poëtarum fabulis, et Homeri Iliade.

x *Lanassam*] Facit eam Plut. filiam Cleodis, qui Hylli fil. fuit, cujus pater erat Hercules.

y *Regnum Chaonum*] Molossia tunc dicebatur, a Molosso Pyrrhi et Andromaches fil. sed Helenus de nomine Chaonis fratris sui, quem in venatione imprudens occiderat, postea Chaoniam nominavit.

z *Hectoris*] Priami fil. fuit, Homeri versibus nobilitatus.

a *Insidiis Orestis*] Quod Pyrrhus Hermionen, Menelai et Helenes filiam, jam diu sibi desponsatam rapuisset. Orestes Agamemnonis et Cly-

altaria Dei interiit. 8. Successor huic Pialus[7c] filius fuit. 9. Per ordinem deinde regnum ad Arrybam[d] descendit: 10. cui, quoniam pupillus et unicus ex gente nobili superesset, intentiore omnium cura servandi ejus educandique, publice tutores constituuntur. 11. Athenas quoque erudiendi gratia missus;[k] quanto doctior majoribus suis, tanto et gratior populo, fuit. 12. Primus itaque et leges[8] et senatum annuosque magistratus et reipublicæ formam composuit: 13. et ut a Pyrrho sedes, sic vita cultior[9] populo ab Arryba, statuta. 14. Hujus filius Neoptolemus fuit; ex quo nata est Olympias, mater Alexandri Magni,[10] et Alexander,[e] 15. qui post eum regnum Epiri tenuit; et, in Italia bello gesto, in Bruttiis interiit. 16. Post ejus mortem frater Æacides[f] regno successit, qui, assiduis adversus Macedonas bellorum certaminibus populum fatigando, offensam civium contraxit;[l] 17. ac, propterea in exilium actus, Pyrrhum filium unicum admodum[11] parvulum[g] in regno reliquit. 18. Qui et ipse, cum a populo propter odium patris ad necem quæreretur, furtim subtractus, in Illyrios defertur; 19. traditusque est Beroæ Glauciæ[h] regis uxori nutriendus, quæ et ipsa genus[12] Æacidarum erat. 20. Ibi eum, seu misericordia fortunæ ejus seu infantilibus blandimentis[i] inductus rex, adversum Cassandrum, Macedoniæ regem, qui eum sub belli comminatione deposcebat, diu protexit, addito in auxilium[13] etiam adoptionis officio.[m] 21. Quibus rebus moti Epirotæ, odio in misericordiam verso, annorum undecim eum in regnum revocaverunt, datis tutoribus, qui regnum usque[14] adultam ejus ætatem tuerentur. 22. Adolescens deinde multa bella gessit; tantusque rerum successu haberi cœptus est, ut Tarentinos solus adversus Romanos tueri posse videretur.

[k] *Missus est Athenas ad studendum.*

[l] *Qui incurrit odium populorum, quia fatigabat populum, assidue bellum gerendo contra Macedonas.*

[m] *Eum diu protexit, et adoptavit, ut illum protegeret contra Cassandrum regem Macedoniæ, qui bellum minabatur, nisi ipsi redderetur.*

Virgil. III. Æ. 331. ‘Cum [Hermione] Oresti esset desponsata.’ Inscriptio: ORESTI ET ORESTILLO LIBERTIS.—7 Med. 1. Leid. 5. *Pialas.* Med. 2. *Pialdes.* Periz. Coll. N. ed. Rom. Ven. Flor. Med. Par. *Piales.* Bech. *Pyales.* Ald. Junt. *Pielus*, quod præstat. Leid. 2. *Phialas.* 3. *Pilades.*—8 Sic Med. 1. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Vulg. *P. i. l.*—9 Glossa Leid. 5. *ordinatior.*—10 Med. 1. Magl. Leid. 2. 3. 5. *M. A.* Ita XVIII. 2. 2. ‘Aut minores animos Magno Alexandro habuisse.’ XXXVIII. 6. 3. ‘Magnum Antiochum.’ 7. 1. ‘Qui maternos [majores suos] a Magno Alexandro referat.’—11 Leid. 4. *f. virum a.* Magl. *f. a.* Thuan. *f. unum a.* Leid. 5. *f. unicum a.* quomodo legend. divinaverat Voss.—12 Ita Mediceus, Leid. 2. 3. 4. 5. eamque scripturam merito tuentur Viri docti. Propert. II. 2. 61. ‘Qualis et Ischomache Lapithæ genus heroinæ Centauris medio grata rapina mero.’ Sen. Medea 179. ‘Medea Colchi noxium Æëtæ genus.’ Act. Apost. XVII. 28. Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν. 29. Γένος οὖν ὑπάρχοντες τοῦ Θεοῦ. Apocalyps. XXII. 16. Ἐγώ εἰμι ἡ ῥίζα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβίδ. Herodian. I. 13. init. Ἡμεῖς δὲ τὸ σὸν γένος ὅσον οὐδέπω ἀπολούμεθα. Ita duo Mss. atque ex conj. Sylburgius. Vulgo ἀπολλούμεθα. [Edd. quædam *generis.*]—13 Medicei, Leid. 5. Bodl. Coll. N. *add. auxilio.*—14 Coll. N. *in.* Medicei, Leid. 2. 5. ed. Ald. Junt. *usque in.* Leid. 1. 3. 4. Periz. ed. Rom. *usque ad.*

NOTÆ

temnestræ fil. fuit, qui matrem cum Ægistho adultero occidit: cetera ex fabulis notissima.

[c] *Pialus*] Pielus a Pausania, Pilades ab aliis, dicitur: sed ille non Pyrrhi filius, sed Orestis amicus, fuisse perhibetur.

[d] *Ad Arrybam*] Tharhyttam Plut. Tharypum Paus. Arirubam Diod. nominat.

[e] *Alexander*] Molossus, de quo prius dictum est.

[f] *Æacides*] Quem a suis, dum Olympiadem reducit, derelictum diximus: quare paulo post in exilium missus est.

[g] *Admodum parvulum*] Bimum habet Plut.

[h] *Glauciæ* [*Glauci*] *regis*] Plut. vocat Glauciam.

[i] *Blandimentis*] Ad genua Regis provolutum, vestem illius apprehendisse refert Plut.

LIBER XVIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Pyrrho, Tarentinis adversus Romanos suppetias ferenti, Valerius Lævinus occurrit; unde prælia et strages. 2. Carthaginiensium auxilium Romani remittunt. Pax cum

Pyrrho componitur. Romanorum continentia. Pyrrhus Siciliam occupat. 3. De Carthaginis origine et veteribus incolis digressio, in qua etiam de Sidonis et Tyri conditoribus. 4. Incolæ Tyri, inter quos Elissa, quæ a Pygmalione fratre recedit, ut rebus suis consuleret. 5. Elissa agnomine Dido Cyprum appellit: deinde in sinum Africæ defertur, et Carthaginem condit. 6. Elissa propter Iarbæ votum sibi vim infert. Carthaginiensium crudelis superstitio. 7. Clades Carthaginiensium in Sardinia. Superstites in exilium pulsi patriam armis reciperare nituntur: unde Malchi patris in Cartalonem filium severitas, et paulo post cruentus interitus.

CAP. I. 1. Igitur Pyrrhus, rex Epiri, cum iterata Tarentinorum[a] legatione,[b] additis Samnitium[c] et Lucanorum[d] precibus, et ipsis auxilia[1] adversus Romanos pollicentibus,[2] fatigaretur, non tam supplicum precibus quam spe invadendi Italiæ imperii inductus, venturum se cum exercitu pollicetur.[†] 2. In quam rem inclinatum semel animum

1 Sic Periz.—2 Med. 1. Reg. Leid. 2. 5. Bodl. ed. Ald. Junt. *et ipsis aux-*

NOTÆ

[a] *Iterata Tarentinorum*] Initum nuper cum Romanis fœdus violare cupientes Tarentini, Lucanos quosdam pretio corruptos flagris lacerarunt; ut nudatis corporibus in civium cœtum se conferrent, vociferantes se, quod castra Romana ausi essent ingredi, jussu consulis virgis cæsos: quare bellum continuo in Romanos renovatum est.

[b] *Legatione*] Lælius Valerius in portum cum classe forte appulerat, cum Tarentini classem invadunt, cæsisque ducibus et militibus, vix 5. naves effugerunt. Missus a Senatu L. Posthumius, qui a Tarentinis in theatro derisus recessit; dumque scurra ejus vestes luto respergeret, theatro in risum effuso, 'Ridete,' inquit, 'dum vobis per tempus licet; nam posthac diu flebitis; dum has vestes eluetis multo sanguine.' Deinde cum bello impares se viderent Romanis Tarentini, auxilium a Pyrrho petierunt. Hæc Dionys.

[c] *Samnitium*] Quorum regio Samnium, ubi postea Beneventanus ducatus, nunc *l'Abruzzo*.

[d] *Lucanorum*] Qui Brutios inter, Picentes, et Apulos habitabant; nunc *Basilicata* et *Principatus*.

‡ A. M. 3774. Ol. 125. 1. U. C. 473. Ant. Ch. 278.

præcipitem agere cœperant exempla majorum;[a] ne aut inferior patruo suo Alexandro videretur, quo defensore iidem Tarentini adversus Bruttios usi fuerant; aut minores animos Magno Alexandro habuisse, qui tam longa a domo militia Orientem subegit.[1] 3. Igitur relicto custode regni filio Ptolemæo, annos quindecim[3] nato, exercitum[e] in portu Tarentino exponit, duobus parvulis filiis, Alexandro et Heleno, in solatia longinquæ secum expeditionis adductis.[4] 4. Cujus audito adventu, consul Romanus Valerius Lævinus[f] festinans, ut prius cum eo congrederetur, quam auxilia sociorum convenirent, exercitum in aciem educit.[g] 5. Nec rex, tametsi numero militum inferior esset, certamini moram fecit.[h] 6. Sed Romanos, vincentes jam,[i] inusitata[5]

[a] *Facta majorum impulerunt vehementer ejus animum jam propensum ad hanc rem.*

ilium [Junt. *auxilia*] *adv. R. p.*—2 Med. 2. Magl. Coll. N. ed. Rom. *subegerat*, nec male.—3 Leid. 1. XI. *nato.* Leid. 2. XX. Coll. C. C. XII.—4 *Abd.* legend. suspicabatur Bong. cujus venustam conj. firmat Med. 2. Vid. notam Avi ad Liv. XXXIX. 49.—5 *Invis.* malebat Avus, qui id. adjectivum etiam restituit Livio IV. 33. V. 17. XXVII. 39. ex Mss. item inf. XXV. 1. 6. 'Quibus elephantos ad terrorem, velut invisitatas barbaris formas, rex ostendi jussit.' Ita etiam Ms. Bong. Med. 2. Coll. N. Sen. III. de Ira 17. 'Cum aures illi nasumque abscidisset, in cavea velut novum animal aliquod et invisitatum diu pavit.' Curt. IX. 1. 'Magnitudinis invisitatæ serpentes.' 6. 'Invisitatas belluas inducat.' Ita Ms. utroque loco. Plin. X. 47. 'In Hercynio Germaniæ saltu invisitata genera alitum accepimus.' Ita tres Mss. Gell. VI. 3. 'Serpente invisitatæ longitudinis,' et 'Serpentem invisitatæ immanitatis.' Apul. VIII. M. p. 155. 'Aper immanis atque invisitatus exsurgit.' Id. Florid. 10. 'Quorum forma invisitata, vis cognita.' Zonar. VIII. Annal. 2. Ὁ δὲ Πύρρος οὐδὲ τὸ ἔαρ ἀναμείνας ἀπῆει, στράτευμά τε πολὺ καὶ ἔκκριτον ἐπαγόμενος, καὶ ἐλέφαντας εἴκοσι, ζῶα μήπω πρότερον τοῖς ἐν τῇ Ἰταλίᾳ ὀφθέντα. Syncell. p. 271. Τὸ δὲ πλεῖστον ἀποβαλὼν τῆς δυνάμεως, οὔς τε εἶχεν ἐλέφαντας, οὐκ ἄλλοτι Ῥωμαίοις

NOTÆ

[e] *Exercitum*] Elephantos 20; equitum 3. peditum 20. habebat M. sed elephanti 2. militum 2. M. tempestate perierant, et Pyrrhus ipse vix in terram appulit. Plut.

[f] *Lævinus*] Refert Plut. Pyrrhum misisse ad Romanos caduceatorem, placeretne illis se judice aut arbitro uti; cui Lævinus respondit: 'Romanos Pyrrhum nec disceptatorem capere, nec formidare hostem.' Addit graviora Zonaras.

[g] *Educit*] Ultra Sirin amnem, quem cum equitatu et peditatu transmisit.

[h] *Moram fecit*] Romanorum exercitum contemplatus, Megacli dixit: 'Ordo hic barbarorum barbarus non est.' Et de pugnæ eventu solicitus detrectabat pugnam: sed Lævinus, transmisso vado, ad prælium coëgit.

[i] *Vincentes jam*] Hostium enim fortissimi quique jam ceciderant, ceteris fugam cogitantibus.

ante elephantorum forma stupere primo, mox cedere[6] prælio, coëgit; victoresquo jam nova Macedonum monstra repente[7] vicerunt. 7. Nec hostibus incruenta victoria fuit. Nam et ipse Pyrrhus graviter vulneratus[k] est, et magna pars militum ejus cæsa; majoremque gloriam ejus victoriæ quam lætitiam[l] habuit. 8. Hujus pugnæ eventum multæ civitates[m] secutæ Pyrrho se tradunt. 9. Inter ceteras etiam Locri,[n] prodito præsidio Romano, ad Pyrrhum deficiunt. 10. Ex ea præda[o] Pyrrhus ducentos captivos milites Romam gratis remisit, ut, cognita virtute ejus, Romani cognoscerent etiam liberalitatem. 11. Interjectis deinde[p] diebus, cum sociorum exercitus supervenisset, iterato[q] præ-

---

ὀφθέντας πρὸ τούτου.—6 Duker. ad Liv. XXXIV. 47. malebat *exced.* ut τὸ *ex* absorptum fuerit a præc. ' mox.' Cum vero omnes Mss. constanter dent *ced.* mihi verisimile fit vocem *prælio* e marg. in context. migrasse: eaque etiam desideratur in Coll. N. ed. Rom. Verbum *cedere* eod. sensu absolute usurpavit Auctor I. 6. 13. ' Pulsa itaque cum Persarum acies paulatim cederet.' Ib. 10. 21. ' Semel atque iterum cedentibus Persis,' et XXXI. 6. 5. ' Cum cedentes suos rex cerneret.'—7 Med. 2. *derep.* quod optimis scriptoribus est usitatum. Plaut. Mostell. v. 2. 57. ' Atque ille exclamat derep. maximum.' Terent. Hec. IV. 1. 3. ' Ita corripuit derep. tacitus sese ad filiam.' Ubi Donatus: ' Derepente, ὑφ' ἓν. Nam, si separaveris, non est Latinum *de repente.*' Cato pro Rhod. ap. Gell. VII. 3. ' Ea nunc derep. tanta nos beneficia ultro citroque, tantam amicitiam, relinquemus.' Cic. pro Ligario 5. ' Tu derep. irrupisses.' Suet. Vespas. 23. ' Cum inter cetera prodigia Mausoleum

NOTÆ

[k] *Vulneratus*] Plut. Pyrrhi vulnus ad secundum prælium refert.

[l] *Quam lætitiam*] Cum Pyrrho quidam gratularentur, ' Si denuo,' inquit, ' ita vicerimus, actum de nobis erit.' Et Romanos admiratus, ' O quam facile,' dixit, ' orbis imperium occupare, aut mihi, Romanis militibus; aut, me rege, Romanis.' Quæ Plut. post secundum prælium narrat.

[m] *Multæ civitates*] Pyrrhus, auctus Lucanorum et Samnitium viribus, obvias urbes cepit, ita ut non plus 30. millibus abesset ab urbe.

[n] *Locri*] Alii Ozoli circa fauces Sinus Corinthiaci incolentes, Ætolis proximi: alii Epicnemidii, in ora adversa ad Sinum Œtæum; alii Epizephyrii. Locri enim, de quibus hic loquitur, fuit magnæ Græciæ civitas ap. Zephyrium promontorium, in Bruttiorum confinio, quæ et Naricia a Virgil. dicitur. Vel a Locrensibus Ozolis, Evante duce, vel ab Ajace Oileo, Locrorum rege, condita, ut ait Solin.

[o] *Ex ea præda*] Prius et Romam Cyneam Pyrrhus, et Tarentum Romani Fabricium miserant.

[p] *Interjectis deinde*] Jam multos Cyneas muneribus corruperat: sed App. Claudius de pace agi cum audisset, in senatum deferri se jussit; ubi effecit, ut de pace cum Pyrrho, nisi excessisset Italia, non ageretur. Ex Plut. et Zonara.

[q] *Iterato*] Ad Asculum oppidum, ubi Pyrrhus Romanis transgredi flu-

lium cum Romanis facit; in quo par fortuna[8 r] priori bello[9] fuit.

CAP. II. 1. Interea Mago, dux Carthaginiensium, in auxilium Romanorum cum centum viginti[1] navibus missus, senatum adiit, ' ægre tulisse Carthaginienses' affirmans, ' quod bellum in Italia a peregrino rege paterentur. 2. Ob quam causam missum se, ut, quoniam externo hoste oppugnarentur, externis auxiliis juvarentur.' 3. Gratiæ a senatu Carthaginiensibus actæ, auxiliaque remissa.[s *] 4. Sed Mago Punico ingenio post paucos dies tacitus, quasi pacificator Carthaginiensium, Pyrrhum adiit, speculaturus consilia ejus de Sicilia, quo eum arcessi[2] fama erat. 5. Nam Romanis eadem causa mittendi auxilii[3] Carthaginiensibus fuerat, ut Romano bello, ne in Siciliam transire posset, Pyrrhus in Italia detineretur.[b] 6. Dum hæc aguntur, legatus a senatu Romano Fabricius[t] Luscinus[4] missus pacem

[b] *Nam Carthaginienses ideo auxilium Romanis miserant, ut Pyrrhus, Romano bello detentus in Italia, impediretur transire in Siciliam.*

Cæsarum derep. patuisset.' Gell. X. 12. ' Imbres et tonitrus fieri derep.' Apul. Apol. p. 81. ' Derep. animi mutatum.'—8 Leid. 5. *par velut f.*—9 Med. 2. *prioris belli.*

1 Coll. N. CXV. Rom. CXXV.—2 Med. 2. Mss. Bong. *arcessi.* Coll. N. *q. e. centurum f. e. Arcessire* et *arcessere* quoque miscentur XXVI. 3. 3. ' Qui ad nuptias virginis Demetrium a Macedonia arcesserent,' ubi Leid. 3. 4. Magl. Ms. Bong. ed. Flor. Ald. Junt. *accersirent* pro *arcessirent.* Verbum *arcessire* etiam occurrit ap. Saxonem II. p. 29. 30. ' Filiumque Sueciam arcessiri jubet,' et V. p. 69. init. ' Westmarum quoque et Colonem cum filiis accersiri (leg. *arcessiri*) placuit.'—3 Novem Mss. ed. Ven. Med. Par. Ald. Junt. *auxilia.* Coll. N. *auxilia sua.*—4 Med. 2. Leid. 2. 4. 5. Periz. ed. Bech. Flor. Med.

NOTÆ

vium permisit, ut æquali pugna dimicaretur.

[r] *Par fortuna*] Non vicit, sed victus est, Pyrrhus, vulneratusque, amissis suorum 20. M. Tarentum se recepit: Romanorum 5. M. perierunt, cum Decio consule, qui se devovit avorum exemplo. Ita Zonaras. Romanis victoriam peperere et Apuli Pyrrhi castra aggressi, et Minutius tribunus, qui, abscissa elephanti unius proboscide, belluas illas mori posse ostendit.

[s] *Auxiliaque remissa*] Quia devicti Pyrrhi gloriam suam esse volebant, non ignari fraudis Carthaginiensium, qui, ut Pyrrhum averterent a Sicilia, in Italia detinere cogitabant: fœdus tamen cum Carthaginiensibus initum, quarto Florus, tertio Polybius, refert.

* A. M. 3776. Ol. 125. 3. U. C. 475. Ant. Ch. 276.

[t] *Fabricius*] Fallitur Justin. Fabricius enim ante secundum prælium missus est, non ut pacem componeret, sed ut liberaret captivos: cui cum Pyrrhus primum inter amicos et duces locum offerret, respondisse

cum Pyrrho[u] composuit. 7. Ad quam confirmandam Cyneas[5 w] Romam cum ingentibus a Pyrrho donis[x] missus neminem,[y] cujus domus muneribus pateret, invenit.[c] 8. Huic continentiæ Romanorum simile exemplum iisdem ferme temporibus fuit. 9. Nam missi a senatu in[6] Ægyptum legati[7] cum ingentia sibi a Ptolemæo rege[z] missa munera sprevissent, interjectis diebus ad cœnam invitatis aureæ coronæ missæ sunt; quas[8] illi honoris[9] causa receptas postera die statuis regis imposuerunt.[d] 10. Igitur Cyneas, cum ' turbatam cum Romanis pacem ab Appio Claudio'[10] renuntiasset, interrogatus a Pyrrho, ' qualis Roma esset,'

[c] *Invenit neminem qui munera sua reciperet.*
[d] *Cum invitati essent ad cœnam post paucos dies, rex misit ipsis aureas coronas; quas, cum recepissent honoris causa, imposuerunt statuis regis die sequenti.*

Par. Bong. *Luscinus.* Gell. XVII. 21. *C. Fabricius Luscinus.* Add. Val. M. II. 9. 4. et IV. 4. 10. Marcellin. XXX. 1. et Eutrop. II. 9. 1. Rom. Ald. Junt. *Luscinius.*—5 Ita quoque hoc legati Pyrrhi regis nomen scribitur ap. Val. M. IV. 3. 7. et Saresb. v. 7. p. 278. eamque scripturam tuetur Faber. Id. Κυνέας dicitur Zonaræ VIII. 2. et 4. atque Himerio in Propempt. ap. Phot. Cod. CCXLIII. p. 1119. ubi ait : Ὃ τοσοῦτον ἰσχύσας τοῖς λόγοις, ὅσον καὶ τὸν Θέτταλον ἀκούω Κυνέαν, ὃς σὺν βασιλεῖ Πύρρῳ γῆν ἐπιὼν πᾶσαν καὶ θάλασσαν, πρὸ τῶν μηχανημάτων τοῖς λόγοις τὰς πόλεις ἔκλινεν. Verum Κινέας Plutarcho in Pyrrho p. 391. et ' Cineas' Cic. I. Tusc. Disp. 24. IX. Fam. 25. et Senect. 13. Eutrop. VIII. 2. et 4. et in Epit. Livii lib. XIII. idemque h. l. dant Med. 1. ed. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—6 *In* desideratur in decem Mss. atque ed. Med. Vid. notam Bern. ad XIV. 5. 4.—7 Bech. *missa a s. Æ. legatione.*—8 Mss. Bong. Leid. 1. *has.*—9 Leid. 4. *hominis.* Med. 2. *ominis*, quomodo legend. conjecerat Freinsh.—10 Magl. addit *Cæco.*

NOTÆ

fertur: ' Non fuerit, rex, id ex re tua: nam illi ipsi, qui te nunc venerantur, si me probaverint, me præoptent regem tibi.' Hæc Plut.

[u] *Pacem cum Pyrrho*] Hoc falsum: sed captivos a Pyrrho ea lege obtinuit, ut, si pacem senatus abnuisset, salutatis propinquis, et celebratis Saturnalibus, ad Pyrrhum remitterentur, ut refert Plut.

[w] *Cyneas*] Vir Pyrrho gratissimus, cujus eloquentia se plures urbes, quam armis, cepisse dicebat Pyrrhus.

[x] *Donis*] Cum ingenti vi pecuniæ, multisque ornamentis muliebribus, ut, si viri ejus postulata aversarentur, mulieres ornamentis allectæ viros corrumperent.

[y] *Neminem*] Similius est vero, quod tradit Zonaras, Cyneam multos sibi et verbis et muneribus conciliasse: nec enim omnes Romæ Fabricii erant, aut Curii.

[z] *A Ptolemæo rege*] Id aliter narrat Zonaras. Philadelphus, cladibus Pyrrhi et Romanorum victoriis permotus, cum his amicitiam pepigerat; dum Romani legatos ad eum miserunt, qui, munera oblata sibi a rege in ærarium referre cum vellent, ea servare a senatu jussi sunt, consulesque ob continentiam electi. Hoc Euseb. ad

respondit, ' regum urbem sibi visam.' 11. Post hæc[a] legati Siculorum superveniunt, tradentes Pyrrho totius insulæ imperium, quæ assiduis Carthaginiensium bellis vexabatur. 12. Itaque relicto Locris Alexandro filio, firmatisque sociorum civitatibus[b] valido præsidio, in Siciliam exercitum[c] trajecit.

CAP. III. 1. Et, quoniam ad Carthaginiensium mentionem ventum est, de origine eorum pauca dicenda sunt, repetitis Tyriorum paulo altius rebus, quorum casus etiam dolendi fuerunt. 2. Tyriorum gens condita a Phœnicibus fuit: 3. qui terræ motu vexati, relicto patriæ solo, Assyrium[1] stagnum[d] primo, mox mari proximum littus, incoluerunt, 4. condita ibi urbe,[e] quam a piscium ubertate ' Sidona' appellaverunt: nam piscem Phœnices ' sidon' vocant. 5. Post multos deinde annos, a rege Ascaloniorum[f] expugnati, navibus appulsi Tyron, urbem ante annum[g] Tro-

1 Leid. 1. *ad Siriam.* Magl. *Syriorum.* Rom. *Syrium.*—2 Ald. *sed pia miseri-*

NOTÆ

Ptolemæum Lagi male refert. Strabo.

[a] *Post hæc*] Omisit Justin. Fabricii et Pyrrhi velitationes, et a Fabricio detectam Pyrrho medici in eum conjurationem.

[b] *Sociorum civitatibus*] Tarenti Milonem cum præsidio reliquit.

[c] *Exercitum*] Qui constabat peditum 30. M. equitum 2500. et navibus 200.

[d] *Assyrium stagnum*] Gennesareticum: lacus est Palæstinæ, in Galilææ finibus, in quem Jordanes fl. ingreditur ap. Capernaum, et ap. Bethsaidam egreditur; a Scriptura modo Mare Tiberiadis, modo Mare Galilææ, dicitur.

[e] *Condita ibi urbe*] Chanaam eam condidit, ex Mose; quem ex nomine filii Sidonem dixit: licet nonnulli Tyrum Sidonis æmulam putent, eam tamen Sidonis filiam, sive coloniam, vocat Isaias; et Homerus Sidonis sæpe, Tyri nusquam, meminit, ut annotat

[f] *Ascaloniorum*] Ascalon civitas superioris Idumææ, ex Joseph. de qua frequens mentio in Sacris Literis.

[g] *Ante annum, &c.*] Non intelligit, anno ante Trojam captam conditam esse Tyrum, sed sumit hoc verbum ' ante' indefinite. Eugubinus et Adrichomius, ex Beroso, eam a septimo filiorum Japheth, cui nomen Tyras, paulo post terrarum divisionem, conditam affirmant. Tempore Josue, Tyrus erat Phœnices totius civitas munitissima, ex Euseb. factaque ex Adrichomio Phœnicum metropolis, deinde adeo amplificata, ut Asiæ civitas nobilissima Gedeonis ætate habita sit, usque ad regnum Nabuchodonozoris, a quo longa obsidione fatigata, et tandem destructa est: sed 70. annis post, iterum ædificari cœpit, non eod. tamen, quo prius, loco: vetus enim maris littori imminebat; nova mari undique cingebatur. Quare

janæ cladis condiderunt. 6. Ibi Persarum bellis diu varieque fatigati, victores quidem fuere; sed, attritis viribus, a servis suis multitudine abundantibus indigna supplicia perpessi sunt: 7. qui, conspiratione facta, omnem liberum populum cum dominis interficiunt; atque ita, potiti urbe, lares dominorum occupant, rempublicam invadunt, conjuges ducunt, et, quod ipsi non erant, liberos procreant.[e] 8. Unus ex tot millibus servorum fuit, qui miti ingenio, senis domini, parvulique filii ejus fortuna moveretur; dominosque non truci feritate trucidaret, sed piæ misericordiæ humanitate[2] respiceret.[3] 9. Itaque cum velut occisos alienasset,[f] servisque de statu reipublicæ deliberantibus placuisset regem ex[4] suo corpore creari, eumque potissimum[5] quasi acceptissimum Diis,[6] qui solem orientem primus vidisset, rem ad Stratonem (hoc enim[7] ei nomen erat) dominum occulte latentem detulit. 10. Ab eo formatus, cum medio noctis omnes in unum campum processissent, ceteris in[8] orientem spectantibus, solus occidentis regionem intuebatur. 11. Id[9] primum aliis videri furor, in occidente solis ortum quærere. 12. Ubi vero dies adventare cœpit, editissimisque culminibus urbis oriens splendere,[g] expectantibus aliis, ut ipsum solem aspicerent, hic primus omnibus fulgorem solis in summo fastigio civitatis ostendit.

[e] *Ducunt uxores et generant filios liberos, cum ipsi non essent liberi.*
[f] *Quare, cum eos occultasset, tanquam si fuissent occisi.*
[g] *Postquam cœpit dies lucere, et sol oriens illuminare altissima urbis tecta.*

cordia ac h.—3 Sic Magl. At Periz. ed. Rom. *trucidavit, s. pia mis. h. respexit.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. Junt. *trucidavit, s. pia misericordia ac h. respexit.* Junt. *respiceret.*—4 Coll. N. *de.* Ita XII. 6. 3. id. Ms. ‘Unus de senibus Clitus.’ Add. I. 4. 4.—5 Thuan. Leid. 4. *pacatiss.* 3. *placatiss.* Mss. Bong. *placitiss.* probante Avo ad Stat. XII. Th. 302. Salvianus III. adv. Avar. 8. ‘Sancta ac placita Deo pignora.’—6 Med. 2. *Deo.*—7 *Enim* desideratur in Med. 2. Coll. N.—8 *In* abest Med. 1. Magl. Leid. 2. 5. Bodl.—9 Avus male-

NOTÆ

Tyrus potest dici vel condita vel ornata 1. paulo post diluvium, circa annum mundi 2000., ant. Chr. 2052. 2. tempore Josue, A. M. 2586., ant. Chr. 1466. 3. A. M. 2783., ant. Chr. 1269., tempore Gedeonis, 4. circa annum mundi 3510., Olymp. 59. 1. Urb. cond. 209., ant. Chr. 542., post Nabuchodonozorem, 5. post Alexandrum, circa annum mundi 3724., Olymp. 112. 3., Urb. cond. 423., ant. Chr. 328.

13. Non servilis ingenii ratio visa; requirentibusque auctorem, de domino confitetur. 14. Tunc intellectum est, quantum ingenua servilibus ingenia præstarent, malitiaque servos, non sapientia, vincere. 15. Igitur venia seni filioque data est: et, velut numine quodam reservatos arbitrantes, regem Stratonem creaverunt. 16. Post cujus mortem regnum ad filium ac deinde[10] ad[11] nepotes transiit. 17. Celebre hoc servorum facinus metuendumque exemplum toto orbe terrarum fuit.[†] 18. Itaque Alexander Magnus, cum interjecto tempore in Oriente bellum gereret, velut ultor publicæ securitatis, expugnata eorum urbe,[h] omnes, qui prælio superfuerant, ob[12] memoriam veteris cædis[13] crucibus affixit: 19. genus tantum Stratonis[i] inviolatum servavit, regnumque stirpi ejus restituit, ingenuis et innoxiis incolis insulæ attributis, ut, extirpato servili germine, genus urbis ex integro conderetur.[h] [14]

CAP. IV. 1. Hoc igitur modo Tyrii Alexandri auspiciis conditi, parsimonia et labore quærendi cito convaluere.[1] [i] 2. Ante cladem dominorum, cum et opibus et multitudine abundarent, missa in Africam juventute, Uticam[k] condi-

[h] *Reddidit regnum ejus posteris, et voluit urbem habitari ab incolis insulæ ingenuis et innoxiis, ut genus civium mutaretur ex integro, extincta stirpe servorum.*
[i] *Brevi comparavere sibi magnam potentiam parsimonia et studio acquirendi opes.*

bat *Is.* Vid. notas ad Liv. II. 20. et Sen. ad Marc. 17.—10 Rom. Junt. *deinceps.*—11 Med. 2. *in.* Ita L. 32. ad Leg. Falcid. ‘Quæ [obligatio] in hæredem transit.’ L. 76. de Verb. Obl. ‘In hæredes tamen transit obligatio.’—12 Junt. *in.*—13 Med. 2. *ob m. v. sceleris.* Vincent. IV. 25. ‘Omnes, qui in prælio superfuerant, ob m. v. cædis a servis in dominos factæ, crucibus infixit.’—14 Coll. N. *ex ingenuis cond.* Junt. *ex ingenuis restitueretur.* Τὸ *ingenuis* et *restitueretur* repeti videntur ex paulo ante præcedd. ‘restituit, ingenuis et innoxiis incolis insulæ attributis.’
1 Bong. malebat *coaluere*, idemque exhibent Ald. Junt. Præstat vulgatum. Vid. Bern. h. l. et Vorst. ad III. 2. 7. Salvianus III. de Gubern. D. 1. ‘Cur

NOTÆ

[†] A. M. 3722. Ol. 112. 1. U. C. 421. Ant. Ch. 330.

[h] *Expugnata eorum urbe*] Post 7. mensium obsidionem, de qua prius diximus.

[i] *Genus tantum Stratonis*] Consilium Hephæstionis secutus, Alexander regem constituit Abdolominum, ex Curt. Ballonymum, ex Diod. qui ea egestate premebatur, ut, licet regia esset ortus familia, lacerna tectus vilissima, aquam mercede hauriret.

dere: 3. cum interim rex Mutgo [a] Tyro [l] decedit, filio Pygmalione et Elissa [l m] filia, insignis formæ virgine, hæredibus institutis.[4] 4. Sed populus Pygmalioni admodum puero regnum tradidit. 5. Elissa quoque Acerbæ [5 n] avunculo suo, sacerdoti Herculis, qui honos secundus a rege erat, nubit. 6. Huic magnæ, sed dissimulatæ, opes erant: aurumque metu regis non tectis, sed terræ, crediderat: [k m] 7. quam rem, etsi homines ignorabant,[6] fama tamen loquebatur. 8. Qua incensus Pygmalion, oblitus juris humani,

[k] *Hic habebat magnas opes, sed ignotas aliis: nam absconderat aurum, non domi, sed in terra, propter metum regis.*

probi jaceant, improbi convalescant.'—2 Vulg. *rex Tyro.* At Med. 1. Leid. 2. 5. Coll. N. *rex multo T.* Pro *multo* Voss. optime emendavit *Mutgo.*—3 Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Oros. *Elisa.*—4 *Inst.* desideratur in Ald.—5 Med. 1. *Cervæ*, et paulo post *Acervæ*, *Acerbam*, *Acervæ*, *Acervas.* 2. *Cherbæ*, et dein *Acherbæ*, *Acherban*, *Atherbæ* et *Atherba:* quæ posterior scriptura proxime accedit ad conjecturam Avi IV. Obs. 20. *Adherba* et *Adherbam.* Ald. Junt. *Acervæ*, et *Acervam.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. *Sichæo* et *Sichæi*, et dein *Sicharbam*, *Sicharbæ* et *Sicharbas.* 'Sichæus' etiam Didonis conjux dicitur Virgilio I. Æn. 343. et 348. Συχαῖος a Georg. Cedreno Comp. Hist. p. 140. qui illum in venatione a Pygmalione interfectum fuisse refert: Ἦν δὲ ἡ Διδὼ ἐκ μικρᾶς πόλεως Χαρτικῆς, τῆς Φοινίκης παραλίας οὔσης, μεταξὺ τῶν ὁρίων Τύρου καὶ Σιδῶνος. ἥτις Διδὼ ἦν πλουσιωτάτη, ἔχουσα ἄνδρα Συχαῖον, ὃν ἐφόνευσεν ἐν κυνηγεσίῳ ὁ ἀδελφὸς τῆς Διδοῦς ὁ Πυγμαλίων, διαφθονούμενος αὐτῷ ὡς πολυευπόρῳ καὶ δυνάστῃ. καταδιώκοντος γὰρ σύαγρον ἔφιπποι (leg. σύαγρον ἔφιππος) ἤλασεν ἐκ τῶν ὄπισθεν κατ' αὐτοῦ τὸ δόρυ, καὶ ἀπέκτεινε, καὶ, λαβὼν τὸ σῶμα αὐτοῦ, ἔῤῥιψε κατὰ τοῦ κρημνοῦ. καὶ ὑποστρέψας εἶπε τοῖς διαφέρουσιν αὐτῷ, ὅτι ἐκρημνίσθη διώκων τὸν σύαγρον. ἐβούλετο δὲ ὁ αὐτὸς Πυγμαλίων καὶ τὴν ἰδίαν ἀδελφὴν διαχειρίσασθαι, καὶ λαβεῖν τὰ χρήματα αὐτῆς· ᾗτινι Διδοῖ ἐφάνη ὁ ἀνὴρ αὐτῆς Συχαῖος ἐν ὁράματι, καὶ εἶπεν· ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἐφόνευσέ με, δείξας αὐτῇ καὶ τὸν τόπον τῆς πληγῆς, καὶ εἶπεν αὐτῇ· Φύγε, μὴ καί σε φονεύσῃ. Καὶ λοιπὸν ἡ αὐτὴ Διδὼ, λαθοῦσα τὸν ἴδιον ἀδελφὸν, ἀνελάβετο πάντα χρήματα αὐτῆς· καὶ ἐμβᾶσα εἰς πλοῖον ἀπέπλευσεν ἐκ τῆς Φοινίκης, καὶ ἦλθεν εἰς τὴν Λιβύην, καὶ κτίζει τὴν Χαρτάγαιναν, ἥτις ἐστὶ Νεάπολις.—6 Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl. *ignorarent.*—7 Magl. *cognatum*, quod

NOTÆ

[k] *Uticam*] 60. stadiis a Carthagine distabat, ex Appian. ad littus maris sita, ubi nunc Biserta.

[l] *Rex Tyro*] H. locum plerique corruptum putant: alii legunt *rex Mutgo Tyro decedit*, alii *Matgonus*, nonnulli *Matgenus*, multi *Belus* et *Mettinus.*

[m] *Elissa*] Quæ Dido prius dicebatur, ex Solin. Hæc urbem Carthadam dixit, quod ap. Phœnices civitatem novam significat; sed a Pœnis mulier Elissa, urbs Carthago, dicta est. Hæc Solin. Civitas tamen, ex Serv. primum Byrsa, post Tyros, deinde Carthago nominata est a *Cartha* oppido, unde orta fuit Dido, Tyrum inter et Berytum. Camers vult nomine Elissæ significari viraginem, quod Dido opus virorum exercuerit: alii tamen ex Hebræo eam vocem, amores, sive ubera, interpretantur.

[n] *Acerbæ*] A Virgil. 'Sichæus' dicitur, quem 'Sicharbam' etiam vocat Serv.

avunculum suum, eundemque generum,[o 7] sine respectu pietatis occidit.[p] 9. Elissa diu fratrem propter scelus aversata,[8] ad postremum dissimulato odio, mitigatoque interim vultu, fugam tacita [9] molitur, assumtis quibusdam principibus in societatem, quibus par odium in regem esse eandemque fugiendi cupiditatem arbitrabatur. 10. Tunc fratrem dolo aggreditur: fingit, 'se ad eum migrare velle, ne amplius ei mariti domus, cupidæ oblivionis, gravem luctus imaginem renovet,' [l 10] nec ultra amara admonitio oculis ejus occurrat.' 11. Non invitus Pygmalion verba sororis audivit, existimans cum ea et aurum Acerbæ ad se venturum. 12. Sed Elissa ministros migrationis a rege missos navibus cum omnibus opibus suis prima vespera [11] imponit, provectaque in altum compellit eos onera arenæ pro pecunia involucris involuta in mare dejicere. 13. Tunc deflens ipsa lugubrique voce Acerbam ciet: orat,[12] 'ut libens opes suas recipiat, quas reliquerat; habeatque inferias, quas habuerat [13]

[l] *Fingit se velle manere in palatio Pygmalionis, ne amplius domus mariti gravem memoriam doloris sua imagine renovaret sibi, quæ cupiebat mortem illius oblivisci.*

ex glossa ortum. 'Gener' non solum pro filiæ, sed etiam pro sororis, marito usurpatur, quemadmodum etiam 'affinis' et 'cognatus.' Vid. Cujacium VI. Obs. 17. et Savaron. ad Sidon. Carm. V. 443.—8 Med. 1. Leid. 1. 2. 3. 5. ed. Bech. *advers.* male. Vid. ad Tac. I. H. 1. Saxo III. p. 58. 20. 'Neque se adeo virum aversaturam,' et X. p. 188. 37. 'Exulem aversatus est.'—9 Periz. ed. Ven. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *tacite.* Medicei, Leid. 3. 5. Bodl. Coll. N. *tacita.* Ita XVI. 4. 7. 'Primo tacitus cum Mithridate colloquitur:' ubi Periz. *tacite:* XXI. 2. 8. 'Cum omni regio apparatu in Italiam profugit tacitus:' XXXI. 2. 8. 'Legatus vero Romanus tacitus Romam regreditur,' et 13. 'Tacitus conscensa nave ad Hannibalem revertitur.' Add. XXXVIII. 8. 11. et 9. 4.—10 Sic præter Ald. et Junt. exhibent Mss. Medicei, Magl. Bodl. Coll. C. C. Leid. 1. 2. 5. in quibus atque Rom. Ald. Junt. Salmur. extat *neve ultra.* Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Par. *renovaret, neve ultra.* Pro *ultra* Heusinger. II. Emend. 4. malebat *ultro.*—11 Med. 2. *primo vespere.*—12 Coll. N. ed. Ald. Junt. *ciet, orans.* Jens. Rom. Bech. *exorat.*—13 Plerique Mss. atque Edd. ante Salmur. et sec. Grævianam publicatæ *habuerat.* *Habuerit* tamen non

NOTÆ

tum putat Serv.

[o] *Eundemque generum*] Gener aliquando vir sororis dicitur ap. Cujacium, qui citat et Œdipum Sophoclis, et Pausaniam Probi: quinetiam Cedrenus Jethro vocat Mosis generum: cognationum enim nomina sæpe confunduntur ab auctoribus.

[p] *Occidit*] De Sichæi morte et thesauris, Didonisque fuga, multa habet Virgil. omnibus nota.

causas[14] mortis.'[m] 14. Tunc ipsos ministros aggreditur: 'sibi quidem' ait 'optatam olim mortem; sed illis acerbos[15] cruciatus et dira supplicia imminere,[16] qui Acerbæ opes, quarum spe parricidium rex fecerit, avaritiæ tyranni subtraxerint.' 15. Hoc metu omnibus injecto, comites fugæ accepit. Junguntur et[17] senatorum in eam noctem præparata agmina; atque ita sacris Herculis,[q] cujus[18] sacerdos Acerbas fuerat, repetitis, exilio sedes quærunt.

CAP. V. 1. Primus illis appulsus terræ Cyprus insula fuit: 2. ubi sacerdos Jovis cum conjuge et liberis, Deorum[1] monitu, comitem se Elissæ sociumque fortunæ præbuit, pactus sibi posterisque perpetuum honorem sacerdotii.[n] ‡ 3. Conditio pro manifesto omine accepta. 4. Mos erat Cypriis, virgines ante nuptias statutis diebus, dotalem pecuniam quæsituras, in quæstum ad littus maris mittere, pro reliqua pudicitia[r] libamenta Veneri soluturas. 5. Harum igitur ex numero octoginta admodum virgines raptas navibus imponi Elissa jubet; ut et juventus matrimonia, et urbs sobolem, habere posset. 6. Dum hæc aguntur, Pygmalion, cognita sororis fuga, cum impio bello fugientem persequi pararet, ægre precibus matris et Deorum[2] minis victus quievit: 7. cui cum inspirati vates canerent, 'non impune laturum, si incrementa urbis toto orbe auspicatissimæ interpellasset,'[o] hoc modo spatium respirandi fugientibus datum.

[m] *Habeatque pro inferiis illas opes quæ fuerant causa mortis.*

[n] *Comitatus est Elissam ea conditione, ut ipse et illius posteri semper fungerentur munere sacerdotii.*

[o] *Prædicerent daturum pœnas graves, si impedivisset ne construeretur civitas, quæ debebat esse celeberrima per totum orbem.*

damnand. si paulo ante legatur *reliquerit* ex Bodl. Leid. 1. 4. 5.—14 Sic Med. 2. Vulg. *causam.*—15 Med. 1. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. *amaros.*—16 Med. 2. præcedens 'ait' transponit post 'imm.'—17 Med. 2. *Junguntur ei*, idemque cum Periz. *accipit.*—18 Leid. 5. *cui.*

1 Med. 2. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *dei.* Iidem Mss. eædemque edd. *sociumque* (Bech. *socium*) *fortunæ offert.* Coll. N. *sociumque fortunæ se offerret.* Leid. 1. *sociumque præbuit*, omissa *fortunæ.*—2 Mss.

NOTÆ

[q] *Sacris Herculis*] Ab Hiramo rege institutis tempore Salomonis.

‡ A. M. 3166. Ant. Ch. 886.

[r] *Pro reliqua pudicitia*] A Venere hunc morem institutum fuisse scribit Lactant. ne sola impudica videretur:

8. Itaque Elissa, delata in Africæ sinum, incolas loci ejus, adventu peregrinorum mutuarumque rerum commercio gaudentes, in amicitiam solicitat: 9. deinde emto[3] loco, qui corio bovis tegi posset,[s] in quo fessos longa navigatione socios, quoad proficisceretur, reficere posset, corium in tenuissimas partes secari jubet, atque ita majus loci spatium, quam petierat, occupat: unde postea ei loco 'Byrsæ' nomen fuit.[t] 10. Confluentibus deinde vicinis locorum, qui spe lucri multa hospitibus venalia inferebant, 11. sedesque ibi statuentibus, ex frequentia hominum vélut instar civitatis effectum est.[p] 12. Uticensium quoque legati dona ut

[p] *Deinde veniente ex vicinis locis magna multitudine populorum, qui spe lucri afferebant multa ut ea venderent advenis, et multis ibi permanentibus, effecta est civitas sat magna ex illa hominum frequentia.*

matr. deorumque.—3 Virgil. Æ. 1. 371. 'Mercatique solum, facti de nomine Byrsam, Taurino quantum possent circumdare tergo:' ubi Servius notat: 'Dido appulsa ad Libyam, cum ab Hiarba pelleretur, petiit callide, ut emeret tantum terræ, quantum posset corium bovis tenere; quod cum ille permisisset, corium in tenuissimas corrigias sectum tetendit, occupavitque modum stadia viginti et duo. Quam rem leviter tangit Virgilius dicendo 'de nomine;' et non 'tegere,' sed 'circumdare.'' Leid. 1. 3. *cepto*, pro *capto*, ut legit Scheffer. Med. 1. Leid. 2. *deinde* (Med. *dein*) *accepto loco*, sc. quem petierant. Themist. Orat. XXI. p. 260. Καθάπερ δήποτε Καρχηδονίους, χωρίον ἰσομέτρητον βύρσῃ παρὰ Λιβύων αἰτησαμένους, εἰς λεπτὸν ἱμάντα κατατεμόντας τὴν βύρσαν πολυπλασιάσαι τὴν δωρεάν· καὶ νῦν ἔτι Καρχηδόνιοι Βύρσαν τὸν τόπον ἐπονομάζουσιν, εἰρωνευόμενοι τῇ σμικρότητι τοῦ ὀνόματος πρὸς τὸ μέγεθος τοῦ χωρίου. Juxta Servium emti loci spatium fuit viginti et duorum stadiorum, quod corio bovis quamvis in tenuissimas corrigias secti cingi posse prorsus incredibile est: quare alium dolum Didonis subfuisse suspicabatur eruditiss. Hydius ad Abrahami Peritsol Itinera Mundi cap. 6. p. 44. 'Videlicet Didonem tantum terræ emisse, quantum Bovinum Corium (vivente adhuc Bove) uno die circumire potuit. Nam cum Bos sine corio ire non potuerit, ideo (tacita Bovis mentione) solo corio faciendum et emetiendum prætendebat, Bove ipso simul dolose subintellecto. Vel alias, forte fuerit tantum terræ, quantum ambiri potuerit a Corio Bovino hominis manu portato; aut tale quiddam. Hujusmodi enim fœmineo et ingenioso dolo (propter rei novitatem et elegantiam) resistere et contradicere non potuerit rex, sui etiam forte impotens et amore captus. Fœminæ enim innata aliqua astutia, et aliquo (præsertim si formosæ sint) sexus sui privilegio, omni semper ævo viris subdole imponere solebant. Alias autem, si tale quid (ut prædictum) non admittitur, historia est valde

NOTÆ

quem etiam morem tribuit Armeniis Strabo, Syriis Herod. Phœnicibus D. Aug.

[s] *Tegi posset*] Pro, circumdari, quo utitur Virgil.

[t] *'Byrsæ' nomen fuit*] Tergus alii, alii locum munitum, hanc vocem interpretantur. Byrsa arx fuit in media Carthagine munitissima, in cujus vertice templum erat Æsculapii, quod Asdrubalis uxor, capta urbe, secum concremavit, ut narrat Strab.

consanguineis attulerunt; hortatique sunt, ‘urbem ibi conderent, ubi sedes sortiti essent.’ 13. Sed et Afros detinendi advenas amor cepit. 14. Itaque, consentientibus omnibus, Carthago conditur, statuto annuo vectigali pro solo urbis. 15. In primis fundamentis caput bubulum inventum est: quod auspicium quidem fructuosæ terræ,[4] sed laboriosæ, perpetuoque servæ, urbis fuit:[q] propter quod in alium locum urbs translata. 16. Ibi quoque equi caput repertum, bellicosum potentemque populum futurum significans, urbi auspicatam sedem dedit. 17. Tunc ad opinionem novæ urbis concurrentibus gentibus, brevi et populus, et civitas magna facta.

Cap. vi. 1. Cum successu rerum florentes Carthaginis opes essent, rex Maxitanorum[u] Iarbas,[w] decem Pœnorum principibus ad se arcessitis, Elissæ nuptias sub belli denuntiatione petit.* 2. Quod legati reginæ referre metuentes, Punico cum ea ingenio egerunt, nuntiantes, ‘regem aliquem poscere, qui cultiores victus eum Afrosque perdoceat: 3. sed quem inveniri posse, qui ad barbaros et ferarum more viventes transire a consanguineis velit?’[r] 4. Tunc a regina castigati, ‘si pro salute patriæ asperiorem vitam recusarent, cui etiam ipsa vita, si res exigat, debeatur;’ regis mandata aperuere, dicentes, ‘quæ præcipiat aliis,

[q] *Quod portendebat terram illam fructuosam esse, sed colendam magno labore, et urbem semper aliis subditam fore.*

[r] *Sed neminem posse inveniri, qui, relictis affinibus, velit manere cum gente barbara et vivente more ferarum.*

improbabilis: cum sane Corium Bovinum in segmenta partitum vix dimidium jugerum ambire potuerit; quæ tam minuta terræ portio condendæ urbi sufficere non potuit.’—4 *Terr.* quæ in plerisque Mss. desideratur, extat in Leid. 4. Id. cum reliquis Mss. *q. ausp. fr. qu.*

1 Med. 2. *Mustitanorum.* Leid. 2. *Massitanorum.* 3. et Magl. *Maurorum.* Rom. *Murtanorum.* Bech. Med. Ald. Junt. *Mauritanorum.* Auson. Epig. 118. 7. de Didone: ‘Sed furias fugiens atque arma procacis Iarbæ, Servavi, fateor, morte pudicitiam.’ Eustath. ad Dionys. 197. Τοῦ δὲ Νομάδων καὶ Μαραμαντίδος γενομένου ὑπὸ τῶν μυθοποιῶν ἐπλάσθη.

* A. M. 3177. Ant. Ch. 875.

NOTÆ

[u] *Maxitanorum*] I. e. Mauritanorum. Eustathius tamen Mazicum, h. e. Nomadum, regem facit.

[w] *Iarbas*] Ex Ammone et nympha Garamantide genitum commenti sunt poëtæ.

ipsi facienda esse, si velit urbi consultum.’[2] 5. Hoc dolo capta, diu Acerbæ viri nomine cum multis lacrymis et lamentatione flebili invocato, ad postremum, ‘ituram se,[3] quo sua et urbis fata vocarent,’ respondit. 6. In hoc trium mensium sumto spatio, pyra in ultima parte urbis exstructa,[4] velut placatura viri manes, inferiasque ante nuptias missura, multas hostias cædit,[s] et, sumto gladio, pyram conscendit; 7. atque ita ad populum respiciens, ‘ituram se ad virum, sicut præceperant,’ dixit, vitamque gladio finivit. 8. Quamdiu Carthago invicta fuit, pro Dea culta est. 9. Condita est urbs hæc septuaginta duobus annis[5] ante quam Roma:[6] [x] † 10. cujus virtus sicut bello clara fuit, ita domi status variis discordiarum casibus agitatus est. 11. Cum inter cetera mala etiam peste laborarent, cruenta sacrorum religione et scelere pro remedio usi sunt:[t] 12. quippe homines ut victimas[y] immolabant; et impuberes, quæ ætas etiam hostium misericordiam provocat, aris admove-

[s] *Quasi placatura animam mariti, et oblatura sacrificium ante novas nuptias, immolat multas victimas.*

[t] *Adhibuerunt pro remedio cruenta sacrificia et sceleratas cærimonias.*

ζιῶν βασιλέως Ἰάρβαντος ἐκβάλλοντος αὐτὴν, κ. τ. λ.—2 Vulg. *ipsi f. esse, si v. u. c. esse.* Prius *esse* delebat Faber; verum posterius ignorant Medicei, Magl. Leid. 2. 5. Inf. xxiii. 1. 9. ‘Non in totum dicens consultum male Achæis.’—3 *Se* abest Med. 2. Id. cum Magl. Periz. Coll. N. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *quo sua et u. fata* (Ven. *facta*) *voc.* Bodl. *quo sua et suæ u.*—4 Ita i. 3. 5. ‘Exstructa incensaque pyra.’ Leid. 3. *constr.* Magl. Leid. 1. 4. Coll. N. et C. C. ed. Rom. *instr.*—5 Leid. 1. Cant. *annos.*—6 Bodl. Periz. *Alba.* Carthaginem conditam fuisse 153. annis et 8. mensibus post ædificationem Templi Salomonis refert Joseph. iii. cont. Apion. 18. Ἐπεὶ δὲ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς Εἰρώμου βασιλείας ἐν Ἱεροσολύμοις ᾠκοδομήθη ὁ ναός· γέγονεν οὖν ἀπὸ τῆς οἰκοδομήσεως τοῦ ναοῦ ἄχρι Καρχηδόνος κτίσεως ἔτη ἑκατὸν τεσσαράκοντα τρία, μῆνες ὀκτώ.

NOTÆ

[x] *LXXII. annis ante quam Roma*] Mira sententiarum de huj. urbis origine varietas. Alii Trojano bello antiquiorem faciunt annis, vel 30., ut Philistus ap. Euseb. vel 50., ut Appian. iique illius auctorem Didonem fuisse negant. Alii ejus κτίσιν Troicis rebus posteriorem memorant: plerique, Pygmalione Tyriis regnante, a Didone conditam volunt, ante Romam annis 65., ut Paterc. vel 93., ut Liv. ab excidio Trojæ 296. Quare peccavit graviter Virgil. qui Didonem Æneæ σύγχρονον statuit.

† A. M. 3166. Ant. Ch. 886.

[y] *Homines ut victimas*] Cujus criminis Gallos etiam damnat Dionys. et Germanos Tacitus.

bant; pacem Deorum sanguine eorum exposcentes, pro quorum vita Dii rogari maxime solent.

Cap. vii. 1. Itaque aversis[1] tanto scelere[2] numinibus, cum in Sicilia diu feliciter[3] dimicassent, translato in Sardiniam bello, amissa majore exercitus parte, gravi prælio victi sunt: 2. propter quod ducem suum Malchum,[x] cujus auspiciis et Siciliæ partem domuerant, et adversus Afros magnas res gesserant, cum parte exercitus, quæ superfuerat, exulare jusserunt. 3. Quam rem ægre ferentes milites legatos Carthaginem mittunt, qui reditum primo veniamque infelicis militiæ petant;[w] tum denuntient, 'quod precibus nequeant, armis se consecuturos.' 4. Cum et preces et minæ legatorum spretæ essent, interjectis diebus, conscensis navibus, armati ad urbem veniunt; 5. ibi Deos hominesque testati, 'non se expugnatum, sed reciperatum, patriam venire;[w] ostensurosque civibus suis, non virtutem sibi priore bello, sed fortunam, defuisse;' 6. prohibitis commeatibus, obsessaque urbe, in summam desperationem Carthaginienses adduxerunt. 7. Interea Cartalo,[4] Malchi[5] exulis ducis filius, cum præter castra patris a Tyro, quo decimas Herculi[6 a] ferre ex præda Siciliensi, quam pater

[x] *Qui petant facultatem redeundi, et veniam pro bello infeliciter gesto.*
[w] *Testati se non venire ut oppugnent patriam, sed ut in ea recipiantur.*

1 Oros. iv. 6. 'Itaque Carthaginienses adversis Diis propter istiusmodi sacra,' &c. Med. 2. ed. Colon. in marg. aliæque quas consuluit Bong. *aversis*, quod Fabro et Munckero ad Albric. cap. 22. placebat. Saxo ix. p. 179. init. 'Aversis bello pectoribus,' et præp. addita Hegesipp. i. 9. 'Aversusque a prælio, arte tractabat sibi subditos.' Quæ constructio usitatior est. Dativo etiam hoc adjectivum junxit Quintilian. vii. Inst. Orat. 1. 'Ne illud spectans judex reliquorum defensioni sit aversior.'—2 Med. 1. Bodl. Leid. 2. 5. *sceleri*.—3 Bech. Ald. Junt. Frec. iii. 18. *infel.* male. Vid. Bong. ad h. l. —4 Med. 2. *Carthago:* et paulo post *Carthalo*, astipulante Orosio iv. 6. Zonaras viii. 15. Καὶ ὁ Καρθάλων κατέσχεν Αἰγίθαλον.—5 Pro *Malei* et *Maleum* Voss. optime restituit *Malchi* et *Malchum*. Bech. *Machæi*, et paulo ante *Machæum*. Ald. Junt. *Mazæi* et *Mazæum*. Rom. *Mazei* et *Mazeum:* quomodo ap. Oros. et Frec. iii. 18. hoc nomen scribitur.—6 Medicei, Leid. 1. cum sex aliis et ed. Rom. *Herculi*, quomodo legend. conjecerat Faber. Leid. 1. 3. 4.

NOTÆ

[a] *Decimas Herculi*] Moris enim erat, decimam omnium partem, quæ in proventuum rationem caderent, Herculi coloniæ patrono Tyrum transmittere, ut testatur Diod.

ejus ceperat, a Carthaginiensibus missus fuerat, reverteretur,[y] arcessitusque a patre esset, 'prius publicæ se religionis officia executurum quam privatæ pietatis,' respondit. 8. Quam rem etsi[7] indigne[8] ferret pater, non tamen vim afferre religioni[9] ausus est.[y] 9. Interjectis deinde diebus Cartalo, petito commeatu[z b] a populo, cum reversus ad patrem esset, ornatusque purpura et infulis[c] sacerdotii omnium se oculis ingereret, tunc in secretum abducto pater[10] ait: 10. 'Aususne es, nefandissimum caput, ista purpura et auro ornatus, in conspectum[11] tot miserorum civium venire? et mœsta ac lugentia castra, circumfluentibus quietæ felicitatis insignibus, velut exultabundus intrare?[a] Nusquamne te aliis jactare potuisti? 11. Nullus locus aptior,

[y] *Cum prope castra patris transiret, rediens a Tyro, quo missus fuerat a Carthaginiensibus, ut ferret decimas Herculis ex præda in Sicilia facta a patre ejus.*
[y] *Non ausus est tamen agere quicquam in filium, ne violaret religionem.*
[z] *Petita facultate invisendi patris, hoc est, salvo conductu.*
[a] *Et velut insultans circumire castra plena luctu et mœrore cum vestibus mollibus et idoneis tantum in quiete et felicitate.*

Coll. N. ed. Rom. et Vincent. *decimam*, sc. partem: ut ap. Liv. v. 21. 'Tibique hanc decimam partem prædæ voveo.' Deuteronom. xii. 17. 'Decima frumenti et vini.' Esdra ii. 13. 5. et 12. 'Decima frumenti, vini, et olei.'—7 Medicei, Leid. 1. 2. 5. Bodl. Coll. N. *tametsi*. Saxo xiv. p. 301. 36. 'Ego vero, tametsi circumstantia damna pervideam, tamen, ut animæ tuæ vestigium ab errore prohibeam, meam periculis implicare non metuam:' et xv. p. 364. f. 'Igitur, tametsi Scanorum potissimis stiparetur, ad supplendum tamen arbitrorum numerum etiam Thordonem nuntio vocatum.' Inf. xxix. 1. 8. 'His regibus pueris tametsi nulli senioris ætatis rectores erant, tamen,' &c. Ita sex Mss. xxxviii. 4. 16. 'Quorum tametsi singula bella sustinere Romani possent, universis tamen obruantur.' Cic. pro Roscio Amer. 20. 'Tametsi miserum est, tamen ei, qui hunc accuset, possim aliquo modo ignoscere:' et pro Quintio 5. 'Tametsi causa postulat, tamen, quia postulat, non flagitat, præteribo.' Gell. vii. 21. 'Tametsi *haberi* atque *dimitti* contraria sunt; unum atque id ipsum tamen utroque in verbo ostenditur.' Add. paterna ad Macrob. i. Comm. in Somn. Scip. 5. p. 22. Lactantius iii. 12. 'Qui tametsi nescierunt immortalitatis viam, res tamen non fefellit.'—8 Periz. ed. Bech. Ald. Junt. *ægre*.—9 Leid. 3. 4. *vim inf. rel.* Vincent. 'vim religioni inferre.'—10 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *tum in secretum* (Ven. Flor. *secreto*) *pater adducto:* quod pejus vulgato. Vincent. 'cui in secretum abducto ait pater.' Liv. i. 29. 'Tum abducto in secretum viro Tanaquil ait:' ubi Aldus quoque edidit *adducto*. Id. xxx. 14. 'Abductum in secretum Masinissam sic alloquitur.'—11 Leid. 3. 4. Periz. Vincent. iii. 70. *in*

NOTÆ

[b] *Petito commeatu*] I. e. abeundi licentia.
[c] *Infulis*] Infulæ, Festo, sacerdotum filamentum denotant. 'Infilare' Vett. dicebant, amicire, velare.

quam sordes patris et exilii infelicis ærumnæ fuerunt? 12. Quid, quod paulo ante vocatus, non dico patrem, ducem certe civium tuorum, superbe sprevisti? 13. Quid porro tu in purpura ista coronisque aliud, quam victoriarum mearum titulos, geris? 14. Quoniam igitur tu in patre nihil nisi exulis nomen agnoscis, ego quoque imperatorem me magis, quam patrem, cogitabo;[12] statuamque in te exemplum, ne quis posthac[13] infelicibus miseriis patris illudat.' 15. Atque ita eum cum ornatu suo in altissimam crucem[14] in conspectu urbis suffigi jussit.[15] 16. Post paucos deinde dies Carthaginem capit; evocatoque populo ad concionem, exilii injuriam queritur, belli necessitatem excusat; 'contentumque victoria sua,[16] punitis auctoribus miserorum civium[d] injuriosi exilii, omnibus se veniam dare,[b] dicit. 17. Atque[17] ita decem senatoribus interfectis urbem legibus suis reddidit. 18. Nec multo post ipse, affectati[18] regni accusatus, duplicis et in filio et in patria parricidii pœnas dedit. 19. Huic Mago imperator successit, cujus industria et opes Carthaginiensium et imperii fines et bellicæ gloriæ[19] laudes creverunt.

[b] *Punitis auctoribus, misertum est civium, et condonavit omnibus exilium sibi injuria illatum.*

conspectu.—12 Med. 2. *cogitabo.* Vid. Bern. ad XIX. 2. 6. Bech. Ald. Junt. aliæque *indicabo.*—13 Periz. ed. Bechar. *post hæc.* Vincent. 'Ne quis posthac filius infelicibus patris miseriis illudat.' Ceterum Saxo IV. p. 65. f. 'Ut infelicitatis suæ vulneribus alienorum fastus illuderet.'—14 Med. 2. *in altissima cruce.*—15 Vincent. *in aspectu urbis,* et cum Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *affigi j.* Coll. N. *crucifigi j.*—16 Periz. *victoriarum suarum,* quod placebat Heinsio ad Vell. II. 88. Ald. Junt. *contentusque victoria sua.* Ven. *contentusque victoriarum suarum.* Flor. Par. *contemptusque victoriarum suarum.* Med. *contemptumque victoriarum suarum.*—17 Sic hic l. interpungend. videtur. Vulg. *p. a., m. c., i. e. o., &c.* 'Miseros cives' vocat partem exercitus, quæ superfuerat prælio, quamque exulare jusserant Carthaginienses. Vincent. 'punitisque auctoribus exilii sui et sociorum, urbem legibus suis reddidit, interfectis x. senatoribus.' 'Omnibus,' i. e. ceteris, vel aliis omnibus. Ita εἰς πάντας dixit D. Paulus I. ad Thess. 3. 12. Ὑμᾶς δὲ ὁ Κύριος πλεονάσαι καὶ περισσεύσαι τῇ ἀγάπῃ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, καθάπερ καὶ ἡμεῖς εἰς ὑμᾶς.—18 Med. 2. Magl. ed. Rom. *Nec m. p. tempore ipse a.* Jens. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Nec m. p. tempore affectuti:* nec aliter Bech. in qua vitiose impressum *affectari.*—19 Med. 1. Bodl. Leid. 2. *gl. primo.* 5. *bell. primo gl.*

NOTÆ

[d] *Miscrorum civium*] Melius dixeris *misertum civ.*

LIBER XIX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Magoni, Carthaginiensium imperatori, succedunt filii Hasdrubal et Hamilcar. Hasdrubal in Sardinia perit. Inde Siculum bellum. Persarum ad Carthaginienses legatio. 2. Horum filii, et Carthaginiensis clades exercitus in Sicilia. 3. Imilco, dux hujus exercitus, Carthaginem reversus, spe omni abjecta, mortem sibi infert.

CAP. I. 1. Mago Carthaginiensium imperator, cum primus omnium, ordinata disciplina militari, imperium Pœnorum condidisset, viresque civitatis non minus bellandi arte quam virtute firmasset,[1] diem fungitur,[a] relictis duobus filiis Hasdrubale et Hamilcare: 2. qui, per vestigia paternæ virtutis decurrentes, sicuti generi, ita et magnitudini, patris successerunt.[a] 3. His ducibus Sardiniæ bellum illatum: adversus Afros quoque vectigal pro solo urbis multorum annorum repetentes dimicatum.[b] 4. Sed Afrorum sicuti causa justior, ita et fortuna superior, fuit; 5. bellumque cum his solutione pecuniæ, non armis, finitum. 6. In Sardinia quoque Hasdrubal graviter vulneratus, imperio Hamilcari fratri tradito, interiit: 7. cujus mortem cum luctus

[a] *Qui successerunt non tantum generi sed etiam fortitudini patris, sequentes ejus vestigia.*

[b] *Pugnatum etiam contra Africanos, qui repetebant vectigal multorum annorum pro loco in quo condita erat Carthago.*

1 Leid. 1. Bodl. *form.* male.—2 Medicci, Magl. Leid. 5. Bodl. ed. Rom.

NOTÆ

[a] *Diem fungitur*] Seipsum interfecit ob rem male gestam contra Syracusanos, illiusque corpus cruci a Carthaginiensibus affixum est, ex Plut

civitatis, tum et dictaturæ[a] undecim[b] et triumphi quatuor[3] [c] insignem fecere. 8. Hostibus quoque crevere animi, veluti[4] cum duce vires Pœnorum cecidissent.[5] 9. Itaque Siciliæ populis propter assiduas Carthaginiensium injurias ad Leonidam,[d] fratrem regis Spartanorum, concurrentibus, grave bellum natum; in quo et diu et varia victoria prœliatum fuit. 10. Dum hæc aguntur, legati a Dario,[e] Persarum rege, Carthaginem venerunt,[‡] afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare et canina[6] vesci prohibebantur;[c] [7] 11. mortuorumque corpora[8] cremare potius, quam terra obruere,[f] a rege jubebantur;[9] 12. petentes simul auxilia

[c] *Quo vetabat ne Pœni immolarent homines pro victimis, et vescerentur carne canina.*

---

tum dict.—3 Leid. 2. *tr.* IX.—4 Rom. *veluti si.*—5 Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *v. c. d. P. vires concidissent.* Paris. errore typographico *condidissent.*—6 Magl. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. et Vincent. IV. 71. *can. carne.*—7 Periz. nescit *prohib.*—8 Leid. 1. 4. Thuan. Coll. N. ed. Rom. *mortuorum quoque corp.* Magl. *et corp. quoque mort.* Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *mortuorum corp.* Vincent. 'jubebanturque mort. corp. cremare p. q. t. o.'—9 Nobiliss. atque ampliss. Viro J. van Nispen in Disput. Jurid. Inaug. de Sepulcro violato cap. 10. *que* in *quam* propter præc. 'potius' ab interpolatore perperam mutatum, atque idcirco hic l. ita emendand. et interpungend. videbatur: *v. prohibebantur mortuorumque c. cremare, potiusque t. obruere a r. j.* Ead. quoque conj. in h. l. restituendo usus fuit Parens. Ceterum Kirchmanni emendationem, quæ Berneccero non displicebat, calculo suo comprobat Heindrich in Carthag. Republica II. sect. 1. cap. 9. eam vero improbat in Epistola ad Nic. Crassum Pignorius I. Symb. Epist. 28. p. 104. Ita autem vir ille eruditiss. 'Scio Joannem Kirchmannum I. de Funer. Rom. 11. verborum collocationem transposuisse, reposuisseque ap. Just. *mortuorumque c. t. obruere potius, quam cremare a r. j.* Verum, cum ego abstineam ab hac metamorphosi, perpendo tamen Herodoti verba, qui lib. III. [16.] narrans Cambysen jussisse, ut Amasidis cadaver cremaretur, adjecit impie fecisse. Persas enim Deum Ignem esse arbitrari, ideoque nefas esse Deo depasci cada-

NOTÆ

[b] *Dictaturæ undecim*] Romanorum more loquitur, et vim potius huj. dignitatis quam vocabulum ipsum respicit.

[c] *Triumphi quatuor*] Nonnulli dicunt ap. Serv. nunquam triumphasse Afros. Plin. tamen docet ab iis pompam triumphi inventam, et a Romanis postea usurpatam.

[d] *Leonidam*] Diod. habet Acrotatum, regis Cleomenis filium: sed tempora non congruunt: Acrotatus enim Agragantinis contra Agathoclem auxilio venit.

[e] *A Dario*] Darium Nothum intelligit, qui bello civili laborantem Græciam opprimere cogitabat.

‡ A. M. 3640. Ol. 91. 3. U. C. 339. Ant. Ch. 412.

[f] *Quam terra obruere*] Mirum quod Darius humandi consuetudinem Carthaginiensibus interdixerit, quæ Persis tamen ipsis fuerit in usu, ex Herod. et Xen. Forte corruptus locus

adversus Græciam, cui illaturus bellum Darius erat. 13. Sed Carthaginienses auxilia negantes propter assidua finitimorum bella, ceteris, ne per omnia contumaces viderentur, cupide paruere.[d] [g]

CAP. II. 1. Interea Hamilcar bello Siciliensi interficitur,[h] relictis tribus filiis, Imilcone,[1] Hannone, Giscone. 2. Hasdrubali quoque par numerus filiorum fuit, Hannibal et Hasdrubal et Sapho.[2] 3. Per hos res Carthaginiensium

[d] *Lubenter obedierunt ceteris mandatis, ne viderentur contemsisse omnia.*

---

vere hominis: quamobrem Ignem inquinare arbitrati sunt illi ipsa morte acerbius, ut inquit nescio quis apud Suidam in voce Αὖθι, deque hoc Ignis cultu apud Persas non est quod dubitemus, quando etiam ipse Ctesias in Excerptis Persicis et Clitarchus apud Diogenem Laërtium id testati sint. Itaque in eam sententiam impellor, ut existimem Darium hoc jussisse in odium Magorum, quos fere ad internecionem ceciderat; hunc enim illum eundem esse arbitror qui etiam Festum Magophoniæ instituerit, cujus meminerunt Herodotus et Ctesias. Magorum autem institutum fuit Ignis veneratio, uti notat Maximus Tyrius, et e recentioribus Dalechampius ad Athenæum, Sirmondus ad Sidonium, et Otho Heurnius in Indico cap. 28. Neque sane Persa non fuit et Cambyses, qui, ut vidimus, cadaver Igni objecit depascendum. Vel etiam (si tibi, Amice, non improbabitur) leni manu emendo Justinum, ut videlicet scripserit: *Dum hæc aguntur, legati a Dario Persarum rege Carthaginem venerunt, afferentes edictum, quo Pœni humanas hostias immolare et canina vesci prohibebantur, mortuorumque corpora cremare, quæ terra obrurere a rege jubebantur.* Hic nullam trajectionem verborum vides, immo percommodum sensum. At obnuntiantibus omnibus, quotquot ego viderim, exemplaribus, religio mihi est aliquid in Justino mutare. Quocirca vulg. lect. solicitandam non puto; tum quia Persæ corpora terræ non obruebant, ut fuse explicat ex Agathiæ lib. II. Heurnius l. c. tum quia rex tactus forte odio Magorum, Cambysis etiam exemplo, et alterius cujuspiam, ut vidimus penes Ctesiam, Pœnis exteris hominibus aliquid voluit indulgere.'

1 Med. 1. *Himilchone*, et §. 7. *Hamilcho*, Magl. *Amilcone*, et *Himilco*. Leid. 5. *Amilchone* et *Hemilcho*. Periz. *Hamilcone* et *Himilco*. Vincent. *Yvulcone*. Bech. *Almicone* et *Almico:* verum cap. seq. §. 1. *imperator Amilco sordida, &c.* Hic dux 'Melcho' appellatur a Frec. IV. 3. cujus uterque cod. Leid. præfert *Himilcho:* quomodo etiam hoc nomen scriptum est in plerisque Mss. Orosii IV. 6. in cujus novissima ed. p. 226. nota Haverkampi, quæ operarum errore subjecta est verbis Orosii 'ducem suum Mazeum,' referri debet ad τὰ 'Imilco rex Carthag.' nam 'Mazeum' eo loco constanter repræsentant Orosii Mss. Flor. et Leid. ac Frec. III. 18.—2 Medicei, Magl. Leid. 1. 3. 5. Bodl. ed.

NOTÆ

est, sicque legend. est: *mortuorum corpora terra potius obruere, quam cremare, a rege jubebantur.* Testatur enim Marcellin. Carthaginienses cremationе id temporis usos esse.

[g] *Cupide paruere*] De sacrificiis humanis id negat Curt. hunc enim sacrificandi morem retinuisse ad urbis excidium affirmat. Quinetiam prohibuit Tiberius, ne id deinceps ageret. Ex Tertulliano.

[h] *Interficitur*] De Hamilcaris morte et clade Carthaginiensium jam diximus.

ea tempestate gerebantur.[3]* 4. Itaque et Mauris bellum illatum, et adversus Numidas pugnatum, et Afri compulsi stipendium urbis conditæ Carthaginiensibus remittere.[e] 5. Deinde cum familia tanta imperatorum gravis liberæ civitati esset, omniaque ipsi agerent simul et judicarent, centum ex numero senatorum judices deliguntur, 6. qui reversis a bello ducibus rationem rerum gestarum exigerent, ut hoc metu ita in bello imperia cogitarent,[1] ut domi judicia legesque respicerent.[f] 7. In Sicilia in locum Hamilcaris imperator Imilco succedit: qui cum navali terrestrique[k] bello secunda prælia fecisset, multasque civitates cepisset, repente pestilentis sideris vi exercitum[4] amisit. 8. Quæ res cum nuntiata Carthagine[5] esset, mœsta civitas fuit: omnia ululatibus, non secus ac si urbs ipsa capta esset, personabant: 9. clausæ privatæ domus,[6] clausa Deorum templa, intermissa omnia sacra, omnia privata officia damnata. 10. Cuncti deinde ad portum congregantur, egredientesque paucos e navibus, qui cladi superfuerant, de suis percontantur. 11. Ut vero dubia antea spe, et suspenso metu, incerta orbitatis expectatione, casus suorum miseris eluxit,[g] tunc toto littore plangentium gemitus, tunc infelicium matrum ululatus et flebiles querelæ,[7] audiebantur.

[e] *Et Afri coacti remittere vectigal, quod Carthaginienses pendere solebant pro urbe condita in Africa.*

[f] *Ut hoc metu retenti respicerent leges et judicia subeunda post bellum, quando cuperent imperare exercitibus.*

[g] *Postquam vero inter metum et spem dubia civitas et incerta de interitu civium luxit miseram suorum cladem.*

Ven. Flor. Ald. Junt. *Sapho.*—3 Medicei, Magl. Leid. 2. 5. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *regebantur.* Med. *regebatur.*—4 Med. 2. *p. sid. lue ex.* Leid. 5. *pestilentia sid. ex.*—5 Med. 1. Bodl. *Carthaginem.* Leid. 1. 2. 3. 4. Thuan. Coll. N. ed. Rom. *Carthagine.*—6 Med. 2. *quæ res cum Carthagini n. esset, non secus ac si urbs ipsa c. esset, mœsta civ. fuit: omnia ululatibus personabant: c. pr. domus erant.*—7 Flor. Ald. Junt. *matrum et ul. et q. fl.*

NOTÆ

* A. M. 3646. Ol. 93. 1. U. C. 445. Ant. Ch. 406.

[1] *Cogitarent*] Alii legunt *agitarent*: bene tamen dicitur *cogitarent*, ut Tac. 'Non damnationem et servos, sed rectorem et cives, cogitaret.'

[k] *Cum navali terrestrique*] Dionysium tyrannum bis vicit, semel navali prælio, in quo naves 100. captæ, occisa Siculorum 20,000. iterum certamine terrestri, in quo Dionysius, qui præstantissimi ducis et strenui militis officium impleverat, non victus vix fuga evasit. Hæc fusius Diod. solum, sed multis affectus vulneribus,

CAP. III. 1. Inter hæc procedit inops e navi sua imperator,[1] sordida servilique tunica, discinctus; ad cujus conspectum plangentium agmina junguntur. 2. Ipse quoque manus ad cœlum tendens, nunc sortem suam, nunc publicam fortunam, deflet; 3. nunc 'Deos' accusat, 'qui tanta belli decora, et tot ornamenta victoriarum, quæ ipsi dederant, abstulerint: qui, captis tot urbibus, totiesque hostibus terrestri navalique prælio victis, exercitum victorem non bello, sed peste, deleverint. 4. Deferre se tamen civibus suis non modica solatia, quod malis eorum hostes gaudere, non gloriari, possent: 5. quippe cum neque eos, qui mortui sunt, a se occisos; neque eos, qui reversi sunt, a se fugatos, possint dicere. 6. Prædam, quam relictis a se castris abstulerint, non esse talem, quam velut spolium victi hostis ostentent: sed quam, possessione vacua fortuitis dominorum mortibus, sicuti caducam[2] occuparint.'[h][3] 7. Quod[4] ad hostes pertineat,[5] victores se recessisse;[6] quod ad pestem, victos. 8. Nihil tamen se gravius ferre, quam quod inter fortissimos viros mori non potuerit, servatusque sit non ad vitæ jucunditatem, sed ad ludibrium calamitatis. 9. Quanquam, ubi miseras copiarum reliquias Carthaginem reduxerit, se quoque secuturum commilitones suos; 10. ostensurumque patriæ, non ideo se in eam diem vixisse, quoniam velit vivere; sed ne hos, quibus nefanda lues pepercerat, inter hostium exercitus relictos morte sua proderet.' 11. Tali vociferatione per

[h] *Prædam, quam hostes invenerint in castris a se relictis, non esse tantam ut illam possint ostentare tanquam spolia de hoste victo relata, sed eam occupasse ut res non magni momenti solet capi, quando eam nemo possidet, mortuo casu improviso illius domino.*

1 Oros. et Frec. 'Inter hæc procedit et ipse inops de navi.' Med. 1. *procedit et ipse e navibus imp.* Præp. *e* abest Magl. Leid. 1. 3. Coll. N. ed. Rom. *Amilco* addunt ed. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Hamilcho* Ven. 'Inter hæc proceditque ipse de navi sua imp.' Vincent.—2 Vulg. *vacua* et *caduca.* Avus malebat *vacuam* et *caducam.*—3 Ald. Junt. *caducam, occupaverint.*—4 Leid. 3. *Quantum.*—5 Vulg. *pertinet.* Med. 2. *pertineat:* quomodo legend. suspicabatur Avus.—6 Med. 1. *revertisse.*

urbem ingressus, ut ad limina domus suæ venit, prosecutam multitudinem velut postremo alloquio dimisit; 12. obseratisque foribus, ac nemine ad se, ne filiis quidem admissis, mortem sibi conscivit.

LIBER XX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Dionysius, Siciliæ tyrannus, Græciam Magnam invadit. 2. Metapontinorum origo et fata. 3. Crotoniensium et Locrensium bella. 4. Pythagoras philosophus Crotonienses ad frugalitatem revocat. 5. Dionysius, victis Locrensibus, Crotonienses bello aggreditur; sed frustra. Ejusdem cum Gallis societas. Galli quas urbes in Italia condiderint. Dionysius propter adventum Carthaginiensium in Siciliam redit, et tandem suorum insidiis opprimitur.

CAP. I. 1. Dionysius,[a] e[1] Sicilia Carthaginiensibus pulsis, occupatoque[b] totius insulæ imperio, grave otium[2] regno suo periculosamque desidiam tanti exercitus ratus,[c] copias in Italiam trajecit:† 2. simul ut[3] et militum vires

[c] *Arbitratus periculum imminere regno suo, si tantus exercitus in otio et desidia maneret.*

1 *E* abest Med. 2. et Leid. 1. Vincent. IV. 72. ‘Fugatis a Sic. Carth.’—2 Leid. 4. *grave hostium.* 3. *gravem hostem.* Rom. *gravem hostem otium.*—3 Medicei, Leid. 2. 3. 5. Coll. N. Bodl. *simul ut et.*—4 *Illi* omittitur in Vossiana et sec. ed. Græviana, aliisque recentioribus. XII. 2. 5. ‘Primum illi bellum cum Apulis fuit,’ et XXIII. 1. 3. ‘Primi igitur hostes illi Bruttii fuere.’—5 Junt. *quoque*, male. VII. 6. 5. ‘Facillimis quibusque aggressis.’—6 Sic Medicei,

NOTÆ

[a] *Dionysius*] Syracusanus, Hermocratis civis nobilissimi, quem laudat Xen. filius; vir scientia liberali a puero imbutus, ut habet Cic.

[b] *Occupato*] Cum multis artibus imperator Syracusanorum factus esset, paratas sibi ab inimicis insidias commentus, stipatores sui corporis a civibus obtinuit, electisque inter milites, quos audaces maxime et facinorosos noverat, urbis suæ primum, tum Siciliæ totius, tyrannidem usurpavit; quæ pluribus Diod.

† A. M. 3648. Ol. 93. 3. U. C. 347. Ant. Ch. 404.

continuo labore acuerentur, et regni fines proferrentur. 3. Prima illi[4] militia adversus Græcos, qui proxima Italici maris littora tenebant, fuit: 4. quibus devictis[c] finitimos quosque[5] aggreditur, omnesque Græci nominis Italiam possidentes hostes sibi destinat: 5. quæ gentes non partem, sed universam ferme Italiam, ea tempestate occupaverant. 6. Denique multæ urbes adhuc post tantam vetustatem vestigia Græci moris ostentant.[b] 7. Namque Tuscorum populi,[d] qui oram Inferi Maris possident, a Lydia venerunt:[e] 8. et Venetos,[f] quos incolas Superi Maris videmus, capta et expugnata Troja, Antenore duce, misit: 9. Adria[6][g] quoque Illyrico Mari[h] proxima, quæ et Adriatico Mari nomen dedit, Græca urbs est: 10. et Arpos[i] Diomedes, exciso Ilio, naufragio in ea loca delatus, condidit. 11. Sed et Pisæ[k] in Liguribus[l] Græcos auctores habent: et in Tuscis

[b] *Multæ civitates retinent adhuc rationem vivendi Græcorum post tot sæcula.*

NOTÆ

[c] *Quibus devictis*] Rhegium primum obsedit, quam urbem cives fame laborantes paulo post tradiderunt. Diod.

[d] *Tuscorum populi*] Italiæ antiquissimi, quorum regio Tuscia sive Etruria; a Liguria, Macra fl. a Latio, Tiberi, a Gallia Togata, Apenninis montibus, et Mari Tyrrheno discreta: nunc duas in partes divisa, quarum altera magno Etruriæ duci, altera summo pontifici, paret.

[e] *A Lydia venerunt*] Tusci vel Etrusci vel Tyrrheni a Romanis dicti sunt, a Tyrrheno Atys fil. qui ex Lydia, dum populus fame premeretur, illuc colonos patris jussu transmisit. Sic Vell. et Appian. Dionys. tamen affirmat, Tuscos non advenam gentem esse, sed indigenam. Tusci dicti sunt ἀπὸ τοῦ θύειν, *sacrificare.*

[f] *Et Venetos*] Eos a Trojanis per Antenorem ducere originem scribunt Plin. Liv. Virgil. Vult tamen Strabo eos ab Enetis, Galliæ populis, descendere.

[g] *Adria*] Gemina fuit, in Piceno altera, versus oram maritimam; *Atri*: altera Venetiæ, unde Mare Adriaticum.

[h] *Illyrico Mari*] Pars est Maris Adriatici, Dalmatiam versus et Liburniam.

[i] *Arpos*] A Diomede condita, quæ primum Argoshippion, tum Argyrippa, deinde Arpos, dicta est: in Apulia Daunia, Luceriam inter et Sipontum.

[k] *Sed et Pisæ*] Duplex est huj. nominis civitas: una ad Alpheum fl. et Pisæum montem, in Elide: altera in Etruria, ad Arnum propter Inferum

Tarquinii[m] a Thessalis, et Spina in Umbris;[n] Perusini[o] quoque originem ab Achæis[p] ducunt. 12. Quid Cære[7 q] urbem dicam? Quid Latinos[r] populos, qui ab Ænea conditi videntur? 13. Jam Falisci,[8 s] Nolani,[t] Abellani,[9 u] nonne Chalcidensium coloni sunt? 14. Quid tractus omnis Campaniæ?[w] Quid Bruttii,[x] Sabinique?[y] Quid Samnites?[z]

Leid. 2. Periz. et cum Leid. 5. *Hadriatico.*—7 Præter Bech. et Junt. etiam

NOTÆ

Mare; a Pisanis Arcadiæ populis condita, qui, dum e Troja redeunt in patriam cum Nestore, alii ad agrum Metapontium, ad Pisanum alii, tempestate dejecti sunt. Ita Strabo et Solin.

[l] *In Liguribus*] Qui a Macra fl. ad Alpes habitabant: quæ regio duas in partes postea divisa fuit: prima juxta littus maris, cujus caput Genua: secunda Mediterranea, inter Apenninum, Alpes Cottias, et Padum, in qua Monsferratus ducatus, parsque principatus Pedemontani et Mediolanensis.

[m] *Tarquinii*] Etruriæ civitas, primum Tarcona, post Tarquinia, a Tarquinio rege dicta est.

[n] *Sp. in U.* [*Spinambris*] Legunt alii *Spina et Ravenna*, quæ a Thessalis condita est: melius tamen dixeris *Spina urbs.* Fuit enim in Græcia Spina civitas, et in Italia duplex: una propter Ravennam ad ostium Padi; altera in Insubria ad fl. Adduam, Cremam inter et Mediolanum.

[o] *Perusini*] Perusia urbs Etruriæ in Umbriæ confinio, propter lacum Thrasymenum, qui nunc *Lago di Perugia* dicitur.

[p] *Ab Achæis*] Appian. tamen vult Perusiam a Tyrrhenis conditam: unde Junonem, Tyrrhenorum more, ibi coli solitam tradit.

[q] *Cære*] A Faliscis conditam vult Strabo, a Pelasgis alii: urbs erat Tusciæ: oppidulum est non longe a Bracciano.

[r] *Latinos*] A Latio dicti sunt: Latium vero a latendo, quod ibi Saturnus latitarit: Latium Etruriam inter et Campaniam erat; vetus ad Tarracinas, novum ad Lirim, pertinebat: propter Latinos Volsci, Æqui, Hernici, et Marsi habitabant.

[s] *Falisci*] Etruriæ populi inter Ciminum montem et Tiberim incolentes, quos Halesus condidit.

[t] *Nolani*] Solin. a Tyriis, seu, emendante Salmasio, a Thuriis conditos affirmat; Vell. a Tuscis. Constat ex Strab. Græcos, ducibus Hippocle Cumeo, et Megasthene Chalcidensi, civitates Cumis proximas post Cumas condidisse. Nola enim sita erat propter Sarnum, non procul a Cumis.

[u] *Abellani*] Campaniæ populi in Hirpinorum confinio: eos tamen Frontin. posteriorum temporum coloniam vocat: nunc *Avella*, non procul a Neapoli.

[w] *Campaniæ*] Regio urbibus clarissima, primum ab Opicis, tum ab Ausonibus, deinde ab Oscis, post a Cumanis, denique ab Etruscis, habitata; qui urbium omnium caput Capuam dixerunt, unde tandem a Samnitibus ejecti sunt.

[x] *Bruttii*] De iis supr. dictum est, et dicetur infr.

[y] *Sabinique*] Quam gentem indigenam affirmat Strabo, a qua Picentini, Lucani, Samnites, et Bruttii orti sunt: eorum regio Aniene, Tiberi, Nare, et

15. Quid Tarentini? quos Lacedæmone profectos Spuriosque vocatos accepimus? 16. Thurinorum urbem[10 a] condidisse Philocteten[b] ferunt; ibique adhuc monumentum ejus visitur: et Herculis sagittæ in Apollinis templo, quæ fatum Trojæ fuere.

CAP. II. 1. Metapontini[c] quoque in templo Minervæ ferramenta, quibus Epeos,[1 d] a quo conditi sunt, equum Trojanum fabricavit, ostentant: 2. propter quod omnis illa pars Italiæ 'Major Græcia'[e] appellata est. 3. Sed principio originum Metapontini cum Sybaritanis[f] et Crotoniensibus[g] pellere ceteros Græcos Italia statuerunt. 4. Cum primum urbem Sirim[h] cepissent, in expugnatione ejus quin-

Ald. dat *Cære.* Periz. *ceteras.*—8 Ald. Junt. *Phalisci.* Bech. Ven. *Falisci,* (Ven. *Phalisci*) *Iapygii.* Flor. Par. *Phalisci, Hyapengi.*—9 Leid. 4. *Avellani.* Vid. Drakenburg. ad Sil. VIII. 545. Ed. vett. et Bongars. *Abelani.*—10 Leid. 5. Bodl. Periz. ed. Bech. *urbes.* Ald. *Thuriorum,* ut XII. 2. 15. 'Thurii.'

1 Vulg. *Epeus.* Meliores Mss. ed. Rom. Bech. *Epeos.* Reliqui *Epios,* vel *Ephios,*

NOTÆ

Velino fluviis claudebatur: nomen illis inditum vel a Sabo filio Sabatii, a Saturno ejecti, vel ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι, *venerari.*

[z] *Samnites*] Pelignis, Sabinis, Latinis, et Campanis contermini: nunc *Benevent* et *Capitanate.* Nomen ab hastis, quas ferebant, sortiti sunt, ex Festo. Hasta enim Græce dicitur σαυνία.

[a] *Thurinorum urbem*] Prius Sybaris, inde Thurium et Thurii nuncupata: urbs Magnæ Græciæ ad oram Sinus Tarentini, inter ostia Sybaris fl. et Cratis.

[b] *Philocteten*] Pæantis fil. cui moriens in Œta Hercules pharetram dedit, et sagittas tinctas hydræ sanguine: quare, cum Trojæ clades ab illis sagittis penderet, Philoctetes e Lemno ab Ulysse Trojam deductus occidit Paridem: cum vero immedicabili vulnere ideo esset affectus, quod Herculis tumulum pede indicasset, in Calabriam se recipere, quam in patriam redire, maluit.

[c] *Metapontini*] A Pyliis Peloponnesi populis, qui cum Nestore ab Ilio redeuntes illuc appulerunt, conditos vult Strab.

[d] *Epeos*] Endymionis fil. arietem in machinis muralibus reperit, unde equi lignei, quo Troja prodita est, fabricator fingitur.

[e] *Major Græcia*] Vel ea pars erat Italiæ, quæ Lucaniam, Messapiam, et Bruttios continebat; vel ea tantum quæ Bruttios inter et Salentinos extenditur ad oram Sinus Tarentini et Scyllacei.

[f] *Sybaritanis*] Sybaris et fl. et civitas ad fluvii ostium sita propter Tarentum, a Trœzeniis condita, ex Solin. a Crotoniensibus deleta: adeo deliciis erant dediti, ut in adagio 'Mensa Sybaritica.'

[g] *Crotoniensibus*] Croto vel Crotone, urbs Bruttiorum ad Mare Ionium, olim celebris ob pugiles et aëris salubritatem: unde illud, 'Crotone salubrius.'

[h] *Sirim*] Oppidum Magnæ Græciæ

quaginta juvenes amplexos Minervæ simulacrum, sacerdotemque Deæ velatum ornamentis, inter ipsa altaria trucidaverunt. 5. Ob hæc[a] cum peste et seditionibus vexarentur, priores Crotonienses Delphicum oraculum adierunt. 6. Responsum his est, 'finem mali fore, si violatum Minervæ numen et interfectorum manes placassent.' 7. Itaque cum statuas juvenibus justæ magnitudinis, et in primis Minervæ, fabricare[i] cœpissent, Metapontini, cognito oraculo Deorum,[3] occupandam manium et Deæ pacem rati, juvenibus modica et lapidea simulacra ponunt, et Deam panificiis[4 k] placant.[c] 8. Atque ita pestis utrobique sedata est, cum alteri magnificentia, alteri velocitate, certassent. 9. Reciperata sanitate, non diu Crotonienses quievere. 10. Itaque indignantes in oppugnatione Siris auxilium contra se a Locrensibus[l] latum, bellum his intulerunt. 11. Quo metu territi Locrenses, ad Spartanos decurrunt: auxilium supplices deprecantur. 12. Illi, longinqua militia[5] gravati,[d] 'auxilium a Castore et Polluce[m] petere eos' jubent. 13. Neque legati responsum sociæ urbis spreverunt: profectique in proximum templum,

[c] *Metapontini, cognito responso Deorum, placant Deam Minervam, offerendo placentas ex pane et lacte confectas, et erigunt statuas juvenibus parvas et factas ex lapide, volentes obtinere, prius quam alii, pacem a Dea et animis occisorum juvenum.*

[d] *Illi nolentes gerere bellum in regione longinqua.*

Græca terminatione, quæ in eod. nomine placuit Virgilio II. Æ. 264. 'Et ipse doli fabricator Epeos.'—2 Periz. ed. Rom. cum septem aliis, et Vincentio IV. 23. *hoc.*—3 Ald. Junt. *eorum.* Med. 2. *dei*, ut cap. seq. §. 3. 'Responso Dei cognito.'—4 Junt. *beneficiis*, inepte.—5 Quemadmodum Avo, ita et Lipsio, legend. videbatur *longinquam militiam.*

NOTÆ

ad ostium Siris fl. qui in Sinum Tarentinum influit.

[i] *Minervæ, fabricare*] Palladium ad imitationem Trojani fabricatum: unde patet Sirin Trojanorum esse coloniam.

[k] *Panificiis*] Rustici lacte Diis supplicant et litant mola salsa, qui thura non habent, inquit Plin.

[l] *A Locrensibus*] E Græcia oriundi ab Epizephyriis et Ozolis, Ajacis Oilæi comitibus, quorum illi tempestate jactati Bruttios, hi Pentapolim, tenuerunt.

[m] *A Castore et Polluce*] Fratres gemini, qui et Tyndaridæ dicuntur, Helenes et Clytæmnestræ fratres. Fingunt poëtæ, mortuo Castore, Pollucem obtinuisse a Jove ut immortalitatem suam cum ipso partiri ipsi liceret: quare vicibus alternis mori et reviviscere traduntur.

facto sacrificio, auxilium Deorum implorant. 14. Litatis hostiis,[n] obtentoque, ut rebantur, quod petebant, haud secus læti, quam si Deos ipsos secum avecturi essent,[e] pulvinaria iis in navi componunt; faustisque profecti ominibus, solatia suis pro auxiliis deportant.

CAP. III. 1. His cognitis, Crotonienses et ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt, victoriæ facultatem bellique prosperos eventus deprecantes. 2. Responsum, 'prius votis hostes quam armis vincendos.' 3. Cum vovissent Apollini decimas prædæ, Locrenses, et voto hostium et responso Dei cognito, nonas voverunt; tacitamque eam[1] rem habuere, ne votis vincerentur. 4. Itaque cum in aciem[o] processissent, et Crotoniensium centum viginti millia armatorum constitissent, Locrenses paucitatem suam circumspicientes (nam sola quindecim[2] millia militum habebant) omissa spe victoriæ in destinatam mortem conspirant: 5. tantusque ardor ex desperatione singulos cepit, ut victores se putarent, si non inulti morerentur.[f] 6. Sed, dum mori honeste quærunt, feliciter vicerunt: nec alia causa victoriæ fuit, quam quod desperaverunt. 7. Pugnantibus Locris, aquila[p] ab acie nunquam recessit, eosque tam diu circumvolavit, quoad vincerent. 8. In cornibus quoque duo juvenes[q] diverso a ceteris armorum habitu, eximia

[e] *Cum putarent, immolatis victimis, se obtinuisse quod petebant, tam læti redierunt, quam si reportare deberent secum Deos ipsos.*

[f] *Desperatio dedit singulis tantam audaciam in prælio, ut crederent se victoriam referre, modo morerentur occisis multis hostibus.*

1 Leid. 1. 3. 4. *istam.*—2 Vincent. 'Bellum iniernnt XV. millia Locrensium contra centum millia Crotoniensium, qui, paucitatem suam et hostium multitudinem considerantes, ex desperatione sumserunt animum, putaveruntque se victores fore, si non inulti morerentur. Itaque dum mori honeste,' &c. Leid. quoque dat *centum millia:* dein 3. 4. et Thuan. *sola* XII. *millia.* Coll. N.

NOTÆ

[n] *Litatis hostiis*] Litare est, veniam per sacrificia impetrare, victimis felicem exitum addicentibus.

[o] *In aciem*] Ad Sagram fl. pugnatum est: quo in prælio 130. Crotonensium M. et 10. Locrensium numerat Strabo. Unde illud proverbium in derogantes rei fidem, 'Certiora esse quam illa apud Sagram,' cujus meminit Cic.

[p] *Aquila*] Si dextra parte volaret et patulis alis perstreperet, omen felicis exitus, ex Homero.

[q] *Duo juvenes*] Similia referunt Flo-

magnitudine,[3] et[4] albis equis, et coccineis paludamentis,[5] pugnare visi sunt, nec ultra apparuerunt, quam pugnatum est.[e] 9. Hanc admirationem auxit incredibilis famæ velocitas.[f] Nam eadem die, qua in Italia pugnatum est, et Corinthi[6] et Athenis et Lacedæmone nuntiata est victoria.

Cap. IV. 1. Post hæc Crotoniensibus nulla virtutis exercitatio, nulla armorum cura, fuit. 2. Oderant enim quæ infeliciter sumserant; mutassentque vitam luxuria, ni Pythagoras[1][g] philosophus fuisset. 3. Hic Sami[t] Demarato, locuplete negotiatore,[u] patre[2] natus, magnisque sapientiæ incrementis formatus,[3] Ægyptum primo, mox Babyloniam,

[e] *Et vestibus purpureis induti visi sunt pugnare, et non apparuerunt post prælium.*

sola XI. *millia.*—3 Med. 2. Periz. *eximiæ magnitudinis.*—4 Med. 1. Leid. 2. 5. *ex:* ut ap. Cic. II. de N. D. 2. 'In nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt.'—5 Ald. Junt. *ex a. e. cocc. chlamydibus paludati.*—6 Avo legenti *Corinthi* suffragantur Rom. Ald. Junt. *Nam in ead. die....et Corintho et L. n. est vict.* Vincent.

1 Med. 2. *Pythagora.* Bech. *nisi Pythagoras.* Saresb. 'nisi eis Pythagoras philosophus obstitisset.'—2 Vulg. *negot. nat.* Uterque Med. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. ed. Rom. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *negot. patre nat.* ut XXII. 1. 2. 'Patre figulo natus,' et XXIII. 4. 4. 'Genitus erat patre Hierocle, nobili viro.' Gualter. Burlei de Vitis Phil. 17. 'Pythagoras natione Samius (ut ait Justinus) negotiatoris divitis filius fuit, cui nomen Demaratus erat.' Saresb. VII. 4. 'Fuit autem hic natione Samius, negotiatoris divitis filius, cui nomen Maratus erat.' Ex qua nominis proprii scriptura apparet, venerabilem Antistitem usum fuisse Justini codice, in quo scriptum erat *de marato*, quomodo etiam legitur in prima ed. Speculi Historialis Vincentii IV. 24. In primo Leid. etiam scriptum *Samide marato.* Ceterum de hoc patris Pythagoræ nomine scribit Dodwell. in Exercit. de Æt. Pythag. p. 161. 'Alium porro Philosopho patrem Damaratum tribuit Justini Trogus, qui quartus proinde fuerit, et cum Zacynthio quintus, qui communi cum Philosopho historia continetur. Sed mihi, fateor, suspicio est cum Lucumone (qui postea Tarquinius erat Priscus) illum confundi Pythagoram, nec alium proinde a Damarato Corinthio Damaratum illum fuisse Samium. Erant enim ambo exteri in Italia celeberrimi tam Tarquinius ille Priscus quam etiam Pythagoras Philosophus.'—3 Saresb. 'Magnis itaque sap. form. incr.' Med. 1. Leid. 2. 5. Reg. Coll. C. C. Thuan. Ald. Junt. Bong. Vincent. *incr. ornatus.*

NOTÆ

rus et Frontin. sed fabulæ.

[f] *Famæ velocitas*] Victoriam in ludis Olympicis auditam tradit Cic.

[g] *Pythagoras*] Non Demarati, sed Mnesarchi, fil. Pherecidis discipulus.

[t] *Sami*] Samos gemina ins. altera in Mari Icario, Ioniæ proxima, contra Ephesum, a Samo fl. sic dicta: altera Ægæo Mari, Thraciæ adjacens, contra Hebri ostia, vulgo Samothrace. Erat etiam Samos oppidum ap. Locros, in Magna Græcia, ubi Pythagoras habitavit.

[u] *Negotiatore*] Non mercator fuit Pythagoræ pater, sed gemmarum sculptor.

ad perdiscendos[4] siderum motus, originemque mundi spectandam, profectus,[h] summam scientiam consecutus erat. 4. Inde regressus, Cretam et Lacedæmona, ad cognoscendas Minois[v] et Lycurgi[x] inclytas ea tempestate leges, contenderat. 5. Quibus omnibus instructus, Crotona[5] venit, populumque in luxuriam lapsum auctoritate sua ad usum frugalitatis revocavit.[‡] 6. Laudabat quotidie virtutem; et vitia luxuriæ casusque civitatium ea[6] peste perditarum enumerabat: 7. tantumque studium ad frugalitatem multitudinis provocavit, ut aliquos ex his luxuriatos[7] incredibile videretur.[i] 8. Matronarum quoque separatam[8] a viris doctrinam, et puerorum a parentibus, frequenter habuit. 9. Docebat nunc has pudicitiam et obsequia in viros; nunc illos modestiam et literarum studium. 10. Inter hæc velut genetricem virtutum frugalitatem omnibus ingerebat; 11.

[h] *Profectus ad discenda quæ pertinent ad mundi originem.*

[i] *Et excitavit in populo tantum amorem frugalitatis, ut videretur incredibile aliquos ex illis deditos esse libidinibus.*

Bodl. *ornamentis formatus.* Gualter. 'inform. incr.'—4 Bech. *ad prædisc.* Gualter. 'ad perdiscendum s. m. originemque m. spectandum,' et paulo post: 'summam scientiarum consecutus est,' et 'ad cognoscendum Minois et Lycurgi leges,' et cum Periz. 'Lacedæmoniam.'—5 Avus ad Liv. I. 8. malebat *Crotonem;* et paulo post §. 15. *Crotone.* Par. Ald. Junt. *Crotonem,* eædemque cum Mediceis, Periz. ed. Flor. et Vincent. *Crotone* pro vulg. *Crotonæ.* Saresb. 'ad Crotonicorum urbem applicuit:' ubi *Crotoniatarum* scripsisse videtur eruditus Antistes. Ap. Gualter. mendose editum *Ceuonam.* —6 Medicei, Leid. 4. 5. Bodl. Coll. C. C. Periz. Vincent. *casumque civ. hac. Hac* etiam dant Bech. Rom. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Saresberiensis: 'Laudabat ergo virtutem quotidie, et vitia luxuriæ denudabat, et casuum urbium perditarum enuntiabat causas.'—7 Rom. *lux. in optimam frugem conversos.* Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *lux. in optimam frugem conversos fuisse.* Magl. *tantoque studio ad frugalitatem multitudinem revocavit, ut aliquos ex iis lux. in optimam vitam conversos fuisse.* Saresb. 'Tantum quoque studii ad frugalitatem multitudinis provocabat, ut aliquos ex his lux. esse i. v.' Vincent. 'Tantoque studio ad frugalitatem perdiscendam multitudinem provocavit, ut aliquos ex eis luxuriatos esse i. v.' Gualter. 'Tantumque studium ad frugalitatem perdiscendam multitudini prov. ut aliquos ex eis luxuriatos unquam fuisse i. v.'—8 Ita Saresb. Vincent. 'matr. quoque separatarum,' idque vulgato præfert Heusinger. II. Emend. 5. qui etiam legend. conjecerat *separatim,* quomodo scriptum in Med. 2. Gualter. 'Matronas a viris separatas, et pueros a parentibus derelictos, ad pudicitiam et ad debita

NOTÆ

[v] *Minois*] Vel Jovis vel Xanthi ex Europa filius: fuit rex Cretensium, quibus, expulso fratre Sarpedone, leges condidit.

[x] *Lycurgi*] De quo superius diximus.

‡ A. M. 3550. Ol. 69. 1. U. C. 249. Ant. Ch. 502.

consecutusque disputationum assiduitate erat, ut matronæ auratas vestes, ceteraque dignitatis suæ ornamenta, velut instrumenta luxuriæ, deponerent; eaque omnia delata in Junonis ædem ipsi Deæ consecrarent, 12. præ se ferentes, vera ornamenta matronarum pudicitiam, non vestes, esse. 13. In juventute quoque quantum profligatum sit, victi fœminarum contumaces animi manifestant.[h 9] 14. Sed trecenti ex juvenibus, cum, sodalitii juris[10] sacramento quodam nexi, separatam a ceteris civibus vitam exercerent, quasi cœtum clandestinæ conjurationis haberent, civitatem in se converterunt;[i 11] 15. quæ eos, cum in unam domum convenissent, cremare voluit.[12] 16. In quo tumultu sexaginta ferme[13] periere: ceteri in exilium profecti. 17. Pythagoras autem, cum annos viginti Crotone egisset, Metapontum migravit,[14] ibique decessit;[y] 18. cujus tanta admiratio fuit,

[h] *Mutatio fœminarum, quæ prius erant contumaces, probat quantum profecerit in juventute corrigenda.*

[i] *Sed cum* CCC. *juvenes viverent separatim ab aliis civibus, obstricti juramento*

societatis obsequia suo studio reduxit; induxitque matronas, ut auratas,' &c. —9 Ald. Junt. *profectum sit* et *manifestabant*.—10 *Juris* etiam habent Mss. Bong. Coll. N. et C. C. Thuan. a sec. m. Leid. 4. eamque scripturam tuetur Avus IV. Obs. 17. p. 282. *Sodalitiis* quoque adjective usurpavit Ammian. XV. 9. f. 'Druidæ ingeniis celsioribus, ut auctoritas Pythagoræ decrevit, sodalitiis astricti consortiis:' ad quem l. notavit Henr. Valesius: ''Sodalitiis' hic sumitur adjective, ut ap. Just. in eo l. quem supr. laudavimus 'sodalitio jure.' Sic enim habent omnes Mss. codd. Et similiter in L. 1. D. de Colleg. 'Collegia sodalitia.' In præc. nota hunc Justini l. ita exhibuerat Vir summus: *Sed triginta ex juvenibus, cum sodalitio jure sacramento quodam nexi, separatam a cēteris civibus vitam, &c.* ubi *triginta* male excusum est pro *trecenti*. In nullo autem Mss. cŏdicum, quibus usus fui, *sodalitio jure* reperire mihi contigit. Reg. Cant. dant *solatii juris*. Leid. 1. *sodalacii juris*. Reliqui, exceptis illis, quos modo laudavi, *sodalicii, sodalitii*, vel *sodaliti jure*. In Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Bong. quoque extat *sodalitii jure*. Pricæus in Not. ad Apul. legit *sodalitii jure, ceu sacramento*. Ap. Saresb. hic l. ita legitur: 'Sed trecenti ex juvenibus, cum sodalitii juris sacramento separatam a ceteris civibus vitam agerent, quasi cœtum clandestinæ conjurationis habentes adversus Pythagoram, civitatem in se converterunt, quæ eos, cum in unam domum convenissent, cremare voluit:' ubi *tà adversus Pythagoram* expungenda esse, vel pro *in se* reponend. *et se*, suspicabatur Scheff. libro Adversariorum, Misc. Obs. vol. VIII. p. 414. qui pro *separatam* quoque legisse videtur *separatim*. Periz. *separatam a civibus ceteris vitam exercerent, et quasi cœtum*.—11 Magl. ed. Flor. Ven. Par. *convertunt*.—12 Periz. *quos omnes cum in u. d. invenissent, cr. voluerunt*.—13 Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. LX. *ferme homines*. Mox post 'profecti' Saresb. addit 'sunt.'—14 Septem Mss. ed.

NOTÆ

[y] *Ibique decessit*] Vel inedia, cum ad 90. annum pervenisset; hac enim ætate perfectam hominis ætatem definiebat; vel interfectus a Syracusanis, dum agrum fabaceum circuit. Laërtius.

ut ex domo ejus templum facerent; eumque pro Deo colerent.

CAP. V. 1. Igitur Dionysius tyrannus, quem supra a Sicilia exercitum in Italiam trajecisse bellumque Græcis intulisse memoravimus, expugnatis Locris, Crotonienses vix vires longo otio ex prioris belli clade resumentes aggreditur:* 2. qui fortius cum paucis tanto exercitui ejus, quam antea cum tot millibus Locrensium paucitati, restiterunt. 3. Tantum virtutis paupertas adversus insolentes divitias habet, tantoque insperata interdum sperata victoria certior est.[m] 4. Sed Dionysium gerentem bellum legati Gallorum, qui ante menses[1] Romam incenderant, societatem amicitiamque petentes, adeunt: 5. 'gentem[2] suam inter hostes ejus positam esse, magnoque usui ei[3] futuram vel in acie bellanti,[4] vel de tergo intentis in prælium hostibus,' affirmant.[n] 6. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate, et auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro instaurat.[5] 7. His autem Gallis causa in Italiam veniendi,

quodam; quod faciebant, ut essent in hac societate; civitas in illos commota est, quasi clam conjurarent in patriam.

[m] *Et interdum facilius reportatur victoria quæ non speratur, quam quæ speratur.*

[n] *Dicunt Gallos habitare regionem positam in medio hostium Dionysii, eique fore admodum utiles, sive cum ipso pugnent in acie, sive a tergo adoriantur hostes intentos ad prælium.*

Rom. et Vincent. *emigr.* Vid. sup. v. 10. 8. Gualter. 'in Metapontum migravit.' Themist. Orat. XX. p. 285. de Pythagora scribit: Αὐτός τε γὰρ ὁ Μνησάρχου τοσόνδε ἄρα ἀπέλαυσε τῆς πολυμνήτου σοφίας, ὥστε μετανάστης ἀεὶ διεβίω, διὰ τοὺς βασκαίνοντας καὶ κολούοντας, ἐκ Σάμου μὲν εἰς Κρότωνα, διὰ Πολυκράτην· ἐκ Κρότωνος δὲ εἰς Λοκροὺς, διὰ Γύλωνα· Λοκρῶν δὲ οὐχ εἷς ἥδη, ἀλλὰ πάντες Λοκροὶ οὐχ ὑπέμειναν Πυθαγόρου τὴν ἀρετὴν, ἀλλὰ μετεστήσαντο εἰς Τάραντα καὶ παρέπεμψαν· Ταραντῖνοι δὲ αὖθις, ὥσπερ φορτίον, εἰς Μετάποντον· οὗ δὴ καὶ ἐτελεύτησεν ἐν τῷ τεμένει τῶν Μουσῶν, τετταράκοντα, ὥς φασιν, ἡμέρας φεισάμενος σίτου. Simson. Chron. A. M. 3506. malebat *annos decem*: at Bentl. in Dissert. de Phalaridis Epist. p. 74. *annos* XL. ex Jamblicho de Vit. Pythag. 36. Αὐτὸν μὲν γὰρ Πυθαγόραν ἀφηγήσασθαι λέγεται, ἐνὸς δέοντος, ἔτη τεσσαράκοντα.

1 Voss. legit *mensem*; nec aliter Rom. Ald. Junt. *Menses* tamen sincerum est. Vid. notam Avi ad VI. 7. 7. Periz. *ante paucos menses*.—2 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *gentemque*.—3 *Ei* abest Leid. 5.—4 *Vel ante bell.* Leid. 2. *vel ante in acie, vel de t.* Ald. Junt.—5 Sic Ed. Ven.—6 Bech. *Contum.*

NOTÆ

* A. M. 3665. Ol. 97. 4. U. C. 364. Ant. Ch. 387.

sedesque novas quærendi, intestina discordia et assiduæ domi dissensiones fuere: 8. quarum tædio cum in Italiam venissent, sedibus Tuscos expulerunt; et Mediolanum,[a] Comum,[6 a] Brixiam,[b] Veronam,[c] Bergomum,[7 d] Tridentum,[e] Vicentiam[8 f] condiderunt. 9. Tusci quoque, duce Rhæto,[9] avitis sedibus amissis, Alpes occupavere; et ex nomine ducis gentes[10] Rhætorum[g] condiderunt. 10. Sed Dionysium in Siciliam adventus Carthaginiensium revocavit: qui, reparato[11] exercitu, bellum, quod lue deseruerant, auctis viribus repetebant. 11. Dux belli Hanno[h] Carthaginiensis

Auctor libri de Gestis Treverorum, quem publicavit illustris Leibnitz. cap. 8. p. 9. post ‘ Mediolanum’ addit *Ariminum;* cujus urbis mentionem quoque facit Albertus Stadensis in Chronico p. 259. ubi ait: ‘ Quidam Belgio, a quo Gallia Belgica, quæ prius dicebatur Comata, ccc. millia in Italiam secum duxit, et Mediolanum, Ariminum, Comum, Brixiam, Veronam, Bergomum, Tridentum et Vincentiam condidit, et Illyricos sinus penetrans in Pannonia consedit.’ Postrema verba ‘ et Illyr. s.’ &c. transcripsit ex lib. XXIV. 4. 2. —7 Ita cum Bech. et Junt. Med. 2. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. atque Albertus.—8 Med. 2. *Vicetiam:* quomodo in melioribus libris Plinii III. 19. legi testatur Lips. ad Tac. III. H. 8. Inscriptio: VICETIA et VICETINI. Add. Pignorium Epist. 26.—9 Med. 2. Leid. 2. ed. Rom. Bech. Med. *Reto,* et paulo post cum Periz. *Retorum* (Bech. *Retiorum*) pro vulg. *Rhætorum.* Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *Rheto* et *Rhetiorum.* Med. 1. *Ræso* et *Rhetiorum.* Leg. *Ræto* et *Rhetorum,* [et sic edidit noster Gronovius.] Horat. IV. Od. 4. 17. ‘ Videre Ræti bella sub Alpibus Drusum gerentem et Vindelici.’ Oros. VI. 21. ‘ Drusus Galliam Rætiamque sortitus.’ Ita optimus Flor. Add. notam paternam ad Tac. II. A. 12.—10 *Gentem* dant cæd. edd. uterque Med. Magl. Leid. 5. Bodl.—11 Jens. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *recuperato.* Mox ‘ deseruerant’ omittit Vincent. IV. 72.—12 Magl. *Simicus.* Periz. *Sanniator.* Medicei, Leid. 2. 4. Bodl. ed. Jens. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *Suniator.* Rom. *Surriator.* Ald. Junt. *Suniacus.*—13 Medicei, Bodl. Leid. 2. Periz. ed. Rom. Par. Flor. Ven. Med. Ald. Junt. *segnitiam:* nec aliter Med. 2. Leid. 2. 4. ed. Bong. XXI. 2. 1.—14 Ald. Junt. *prod. reus.* Rom. et Ms. Coll. N. *prod. ejus.* Magl. *ejus prod.*—15 Leid. 1. *senatus compulsu,* vitiose pro *consultu,* quomodo scriptum in Coll. N. et Mss. Bong. De hac voce agit Avus ad Liv. III. 62.—16 Leid. 4. *sermone.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. Junt. *aut Græco sermoni.* Ald. Med. 1. Leid. 2. 4. *aut literas Græcas aut sermonem.* Cic. Orat. post Red. in Sen. 9. ‘ Cum vero etiam literas studere incepit.’ Plaut. Milite v. 5. 44. ‘ Magis metuant, minus has res studeant,’ et Pœnulo I. 72. ‘ Lenonem perjurum ut perdas, id studes.’ Inscriptio Lugdun. ad S. Irenæi ap. illustr. Maffeium in Antiq. Galliæ Epist. XX. p. 95. ELEMOSINAM ET ORACIONEM STVDVIT.—17 Mss. ed. Bech. Ald. Junt. *ad p. ins.*

NOTÆ

[a] *Mediolanum*] Urbs amplissima, Insubriæ caput, omnes Italiæ civitates superat populi frequentia, templo augustissimo, arce firmissima, et bibliotheca Ambrosiana.

[a] *Comum*] In Etruria ad Lacum Larium. *Come.*

[b] *Brixiam*] In Insubria, prope amnem Melam, non procul a lacu Benaco. *Bresse.*

[c] *Veronam*] Ad fl. Athesim, Tridentum inter et Mantuam. *Verone.*

[d] *Berg.* [*Vergamum*] Nunc Bergomum, urbs Cenomanorum, inter Mediolanum et Brixiam.

[e] *Tridentum*] Cenomanorum etiam civitas, ad Athesim, synodo œcumenica celebris. *Trente.*

[f] *Vicentiam*] In Venetia, inter Veronam et Patavium, Vicetia Plinio, Vicentia Tacito, Vincentia posterioribus. *Vicenza.*

[g] *Gentes Rhætorum*] Rhætia duplex: prima, quæ Italiæ contermina est, h. e. Venetiæ et Insubriæ, cujus caput est Curia, *Coire-les-Grisons:* secunda Lico fl. a prima divisa fuit: a Curia ad Danubium extenditur.

[h] *Dux belli Hanno*] Magonem fuisse refert Diod. quem quidem primo congressu occidit Dionysius: sed paulo post ab ejus exercitu magna clade affectus est. Alii tamen referunt Hannonem, classe Dionysii superata, multas urbes cepisse.

erat: 12. cujus inimicus Suniatus,[12] potentissimus ea tempestate Pœnorum, cum odio ejus, Græcis literis, Dionysio adventum exercitus et segnitiam[13] ducis familiariter prænuntiasset,[o] comprehensis epistolis,[i] proditionis[14] damnatur; facto senatusconsulto,[15] 13. ‘ ne quis postea Carthaginiensis aut literis Græcis aut sermoni[16] studeret; ne aut loqui cum hoste aut scribere sine interprete posset.’ 14. Nec multo post Dionysius, quem paulo ante non Sicilia, non Italia, capiebat, assiduis belli certaminibus victus fractusque, insidiis ad postremum[17] suorum interficitur.[k †]

[o] *Cum impulsus in eum odio monuisset familiariter Dionysium literis Græce scriptis de adventu exercitus et segnitie ducis Hannonis.*

NOTÆ

[i] *Comprehensis epistolis*] Quæ repertæ sunt in navibus Dionysii, post navale prælium.

[k] *Interficitur*] Cum allatum esset Dionysio, eum Athenis in festo Bacchanalium omnium suffragiis fuisse victorem ob tragœdiam quam illuc miserat, convivia magnifica celebravit, vinoque cum nimium indulsisset, ex crapula obiit. Diod.

† A. M. 3686. Ol. 103. 1. U. C. 385. Ant. Ch. 366.

LIBER XXI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Dionysii junioris artes tyrannicæ. 2. Ejusdem luxuria, crudelitas, doli, exilium, tyrannis in Locrenses. 3.

Callido commento Locrensium matronas spoliat, et quarundam maritos obtruncat. A Locrensibus pulsus, in Siciliam redit, et Syracusas per proditionem recipit. 4. Hannonis tyrannide Carthaginem occupare tentantis tragœdia. 5. Dionysius junior, Sicilia pulsus, misere vitam agit Corinthi. 6. Hamilcar, cognomine Rhodanus, ad speculandos Alexandri M. animos a Carthaginiensibus missus, et Carthaginem reversus interficitur.

Cap. I. 1. Extincto in Sicilia Dionysio tyranno, in locum ejus milites maximum natu ex filiis ejus, nomine Dionysium, suffecere;‡ 2. et naturæ jus [1] secuti, et quod firmius futurum esse regnum,[2] si penes unum remansisset, quam si portionibus inter plures filios divideretur, arbitrabantur.[a] 3. Sed Dionysius, inter initia regni, avunculos [a] fratrum suorum, veluti æmulos imperii sui,[3] hortatoresque puerorum ad divisionem regni, tollere gestiebat. 4. Qua re paulisper dissimulata,[4] animum prius ad favorem popularium conciliandum intendit; excusatius facturus quod statuerat, si probatus ante omnibus foret.[b] 5. Igitur nexorum tria millia e carcere dimittit, tributa populo per triennium remittit;[5] et, quibuscumque delinimentis potest, animos omnium solicitat. 6. Tunc ad destinatum facinus conversus, non cognatos tantum fratrum, sed etiam ipsos, interficit:[6] 7. ut, quibus consortium regni debebat, ne spiritus quidem consortium relinqueret, tyrannidem in suos prius quam in exteros auspicatus.[c]

[a] *Et quia putabant regnum stabilius fore, si unus tantum imperaret, quam si inter multos filios divideretur in multas partes.*

[b] *Ut excusaretur facilius crimen quod meditabatur, si omnes prius ipsum diligerent.*

1 Conj. magni Cujacii, qui *naturæ jus* pro *naturam ejus* legend. divinavit, firmant Magl. et Leid. 2.—2 *fut. regn.* Med. 2.—3 *Sui* abest a Leid. 2. Ald. Junt.—4 Sic Med. 2. ut xxv. 4. 2. 'Dissimulatis causis.' Periz. *dissimulans.* Vulg. *dissimulatum.*—5 Ald. et Junt. addunt *fratres revocat.*—6 Rom. Bech.

NOTÆ

‡ A. M. 3687. Ol. 103. 2. U. C. 386. Ant. Ch. 365.

[a] *Avunculos*] Septem liberos susceperat duabus ex uxoribus Dionysius; tres ex Locrina Dionysii junioris matre, quatuor ex Aristomacha Dionis sorore.

Cap. II. 1. Sublatis deinde æmulis, in segnitiam lapsus, saginam corporis ex nimia luxuria oculorumque valetudinem contraxit;* adeo ut [d] non solem, non pulverem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset. 2. Propter quæ dum contemni se putat, sævitia grassatur; nec, ut pater, carcerem nexis,[1] sed cædibus civitatem, replet. 3. Ob quæ non contemtior omnibus quam invisior fuit.[e] 4. Itaque cum bellum adversus eum Syracusani decrevissent,[b] diu dubitavit, imperium deponeret, an bello resisteret. 5. Sed a militibus, prædam et urbis[2] direptionem sperantibus, descendere in prælium cogitur. 6. Victus, cum iterato non felicius fortunam tentasset, legatos ad Syracusanos mittit, spondens, 'se depositurum tyrannidem, si mitterent ad eum, quibuscum sibi de pace conveniret.'[f] 7. In quam rem missos primores in carcere retinet, atque ita incautis omnibus, nec quicquam hostile metuentibus, exercitum ad delendam civitatem mittit.[g] 8. Fit igitur in ipsa urbe anceps prælium: in quo, oppidanis multitudine superantibus, Dionysius pellitur: qui, cum obsidionem arcis timeret, cum omni regio apparatu in Italiam profugit [c] tacitus. 9. Exul

[c] *Ut, incipiens exercere suam crudelitatem in suos prius quam in alios, non permitteret vivere illos quibus debebat partem regni.*

[d] *Ex nimio cibo et ipse factus est pinguior, et oculi illius ita debiles facti sunt, ut.*

[e] *Ob ea non modo contemtus, sed etiam odio habitus est, ab omnibus.*

[f] *Si mitterent ad ipsum cives cum quibus posset convenire de pacis conditionibus.*

[g] *Captivos retinet primates civitatis missos ad pacem faciendam: et deinde mittit suos milites ad destruendam urbem, dum cives securi nil timent hostile ab eo.*

Ven. Flor. Med. Ald. Junt. Bong. *sed e. i. fratres i.* Magl. *sed i. e. fratres i.* Periz. *sed et i. i.*

1 Med. 1. Leid. 2. 5. *carc. modo nex.*—2 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald.

NOTÆ

* A. M. 3690. Ol. 104. 1. U. C. 389. Ant. Ch. 362.

[b] *Syracusani decrevissent*] Expulsus Syracusis Dio, vir fortiss. ex Italia, quo ejectus fuerat, Lacedæmonem petiit; ubi instructis 2. navibus Syracusas rediit, et, cum civibus junctus, Dionysium victum sæpius, tandem expulit.

[c] *In Italiam profugit*] Apollocrati filio natu maximo Dionysius diffidens rebus suis arcem tradidit, et, imposita navibus supellectili pretiosissima, ap. Locros se recepit.

a Locrensibus sociis exceptus, velut jure regnaret, arcem occupat; solitamque sibi[3] sævitiam exercet. 10. Conjuges principum ad stuprum rapi jubebat: virgines ante nuptias abducebat, stupratasque sponsis reddebat: locupletissimos quosque aut civitate pellebat, aut occidi imperabat, bonaque eorum invadebat.

Cap. III. 1. Dein, cum rapinæ occasio deesset, universam civitatem callido commento circumvenit. 2. Cum Rheginorum tyranni Leophronis[1] bello Locrenses premerentur, voverant, si victores forent, ut die festo Veneris[a d] virgines suas prostituerent.[3] 3. Quo voto intermisso, cum adversa bella cum Lucanis gererent, in concionem eos Dionysius vocat: hortatur, 'ut uxores filiasque suas in templum Veneris, quam possint ornatissimas, mittant: 4. ex quibus sorte ductæ[4] centum,[5] voto publico fungantur, religionisque gratia uno stent in lupanari mense, omnibus ante juratis viris, ne quis ullam attaminet. 5. Quæ res ne virginibus, voto civitatem solventibus, fraudi esset, decretum facerent: Ne qua virgo nuberet, priusquam illæ maritis traderentur.' 6. Probato consilio, quo et superstitioni et pudicitiæ virginum consulebatur, certatim omnes fœminæ, impensius exornatæ, in templum Veneris conveniunt:† 7. quas omnes Dionysius immissis militibus spoliat, ornamentaque matronarum in prædam suam vertit. 8. Quarundam viros ditiores interficit: quasdam ad prodendas virorum pecunias torquet. 9. Cum his artibus per annos sex

Junt. *urbisque.*—3 Junt. *ibi.*

1 Bech. *Leofronis.* Ald. Junt. *Leophonis.* Magl. Thuan. a sec. m. *Cum ergo tyrannide ejus et finitimorum bello L. p.* idemque in Ms. reperit Bong.—2 Med. 1. Bodl. *Veneri.*—3 Periz. *ut die f. v. s. Veneri prost.*—4 Med. 1. Magl. Leid. 2. *ducta*, male. Suet. Domit. 4. 'Ex quo [collegio] sorte ducti magisterio fungerentur.' Apul. IV. M. p. 67. 'Quo speculatores e numero latronum sorte ducti noctibus excubabant,' et p. 68. 'Hi, simili lavacro refoti, inter foros sociorum sese reponunt: nunc sorte ducti ministerium faciunt.'—5 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *c. d.*—6 Sic Medicei, Leid. 2. 5.

NOTÆ

[a] *Festo Veneris*] Veneralia quidam appellant, sicut Bacchanalia et Saturnalia: Ἀφροδίσια sunt Athenæo.

† A. M. 3696. Ol. 105. 3. U. C. 395. Ant. Ch. 356.

regnasset, conspiratione Locrorum civitate pulsus, in Siciliam redit. 10. Ibi Syracusas, securis omnibus, post longam intercapedinem pacis, per proditionem recipit.[b 6]

Cap. IV. 1. Dum hæc in Sicilia geruntur, interim in Africa princeps Carthaginiensium Hanno opes suas, quibus vires reipublicæ superabat,[1] ad[2] occupandam dominationem intendit, regnumque invadere, interfecto senatu, conatus est.‡ 2. Cui sceleri solennem nuptiarum diem filiæ suæ legit, ut religione votorum nefanda commenta facilius tegerentur.[c] 3. Itaque plebi epulas in publicis porticibus, senatui in domo sua parat, ut, poculis veneno infectis, secretius senatum et sine arbitris interficeret, orbamque rempublicam facilius invaderet. 4. Qua re magistratibus per ministros prodita, scelus declinatum, non vindicatum, est; ne in viro tam potenti plus negotii faceret res cognita, quam cogitata.[d] 5. Contenti itaque cohibuisse, decreto modum nuptiarum sumtibus statuunt: idque observari non ab uno, sed ab universis, jubent; ne persona designata, sed vitia correcta[3] viderentur. 6. Hoc consilio præventus, iterum servitia concitat, statutaque rursus cædium die,[f] cum denuo se proditum videret, timens judicium, munitum quoddam castellum cum viginti millibus servorum armatis occupat. 7. Ibi, dum Afros regemque Maurorum[4] concitat, capitur, virgisque cæsus, effossis oculis, et manibus cruribusque fractis, velut a singulis membris pœnæ exigerentur, in conspectu populi occiditur: corpus verberibus lacerum in

[b] *Ibi cepit proditione Syracusas, dum nil metuant cives propter pacem diuturnam.*

[c] *Ad hoc scelus patrandum eligit diem destinatum ad nuptias suæ filiæ, ut nefaria ejus consilia occultarentur sub specie matrimonii.*

[d] *Ne, si vir tam potens videret suum crimen omnibus cognitum, civitas incurreret majus periculum, quam cum ille meditatus est illud crimen.*

[f] *Iterum concitat servos, et constituta die qua occideret cives.*

Bodl. Periz. At Coll. N. *proditione recipit.* Vulg. *recepit.*

1 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *q. reip. sup. vires.* Thuan. *q. v. publicæ rei sup.*—2 Thuan. Coll. N. *in.*—3 Reg. Thuan. a sec. m. ed. Med. *correpta.* Magl. ed. Ven. Flor. Ald. Junt. *correpta esse.*—4 Bech. Ven. Flor.

NOTÆ

‡ A. M. 3690. Ol. 106. 1. U. C. 397. Ant. Ch. 352.

cruce[5] figitur. 8. Filii quoque, cognatique omnes, etiam innoxii, supplicio traduntur; ne quisquam aut ad imitandum scelus aut ad mortem ulciscendam ex tam nefaria domo superesset.

Cap. v. 1. Interea Dionysius Syracusis receptus,[1] cum gravior crudeliorque in dies[e] civitati esset, iterata conspiratione obsidetur.[f*] 2. Tunc, deposito imperio, arcem Syracusanis cum exercitu tradit; receptoque privato instrumento, Corinthum in exilium proficiscitur.[m] 3. Ibi humillima quæque tutissima existimans, in sordidissimum vitæ genus descendit: 4. non contentus in publico vagari, sed potare: nec conspici in popinis lupanaribusque, sed totis diebus desidere: 5. cum perditissimo quoque de minimis rebus disceptare: pannosus et squalidus incedere: 6. risum libentius præbere, quam captare: in macello perstare: quod[2] emere non poterat, oculis devorare: 7. apud ædiles[g] adversus lenones jurgari;[3] omniaque ista facere, ut contemnendus magis, quam metuendus, videretur. 8. Novissime[4] ludima-

[m] *Abiit in exilium Corinthum, ferens tantum secum supellectilem domesticam.*

Med. Par. Ald. Junt. *Mauritanorum.*—5 Leid. 5. Coll. N. ed. Rom. Bong. *in crucem.* Oros. iv. 6. ' cruci suffixum.'

1 *Receptis* malebat Parens, cui suffragantur Med. 2. Thuan. Sup. cap. 3. f. ' Ibi Syracusas, securis omnibus, post longam intercapedinem pacis, per proditionem recipit.'—2 Med. 2. Magl. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *quæ.*—3 Medicei, Magl. Leid. 2. Bodl. Coll. N. et C. C. atque Mss. Fuld. *jurgare.*—4 Periz. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Nov. se.* Colum. præf. lib. i. ' Agricolationis neque doctores qui se profiterentur ne-

NOTÆ

[e] *Crudeliorque in dies*] Dum Syracusani omnes illius optarent interitum, mulier quædam vetula quotidie Deos orabat, ut ipse diu esset incolumis; et tyranno causam quærenti, ' Cum puella essem,' inquit, ' et gravem tyrannum civitas pateretur, ejus mortem petii: at successit illi gravior, cui cum idem optarem, te illo crudeliorem excepimus: metuens ergo ne te deterior tibi succedat, caput meum pro tua salute devoveo.'

[f] *Obsidetur*] Dione, dum rempub. licam ordinare cogitat, a seditiosis interfecto, Dionysius ex Italia redux Syracusis iterum potitur: sed paulo post Timoleon Corinthius, dux fortiss. occupatis Syracusis, Dionysium Corinthum misit, et, arce solo æquata, libertatem Syracusanis reddidit.

[*] A. M. 3711. Ol. 109. 2. U. C. 410. Ant. Ch. 341.

[g] *Apud ædiles*] Quibus cura fuit fornicum et popinarum: ideo Seneca ' loca ædilem metuentia ' vocat.

gistrum professus, pueros in trivio docebat, ut aut a timentibus semper in publico videretur,[5] aut a non timentibus facilius contemneretur. 9. Nam, licet tyrannicis vitiis semper abundaret, tamen simulatio hæc vitiorum, non naturæ,[6] erat; magisque hæc arte quam amisso regali[7] pudore faciebat, expertus quam invisa tyrannorum forent etiam sine opibus nomina. 10. Laborabat itaque invidiam præteritorum contemtu præsentium demere:[n] neque honesta, sed tuta, consilia circumspiciebat. 11. Inter has tamen simulationum artes[8] insimulatus est affectatæ tyrannidis; nec aliter, quam dum contemnitur, liberatus est.

Cap. vi. 1. Inter hæc Carthaginienses tanto successu rerum Alexandri Magni exterriti, verentes ne Persico regno et Africam[1] vellet adjungere, mittunt ad speculandos ejus animos Hamilcarem, cognomento Rhodanum,[2h] virum so-

[n] *Quare conabatur delere invidiam qua laborabat ob res prius gestas, per præsentes quæ tunc contemnebantur.*

que discipulos cognovi.' Saresb. vii. 5. p. 419. ' Jamque, carminum confidentia elatus, actorem se profiteri cupiebat.' Magl. Thuan. ed. Rom. *Nov. autem.*—5 Med. 2. *viseretur.*—6 Conj. Freinshemii emendantis *natura* tuetur Avus ad Sen. ii. N. Q. 25.—7 *Reg.* nescit Periz.—8 Medicei, Magl. Leid. 2. 5. Bodl. Periz. ed. Ven. et quinque aliæ *artes ter. Ter* ex ultima proxime præcedentis vocis syllaba *tes* ortum fuisse suspicabatur Bong. in Var. Lect.

1 Med. 2. tres Leid. Thuan. Periz. Coll. N. *Africum.* Saxo xiv. p. 308. 22. ' Haud dubie regno Danico Noricum conjunxisset.'—2 Leid. 2. *Roxannum.* 5. Med. 1. Bodl. *Roxannum.* Mss. Dorviliani, teste Oudendorp. ad Frontin. i. 2. 3. *Rodonum* et *Rhodonem.* Posterius quoque exhibent Magl. ed. Rom. idemque cognomen extat in Inscript. ap. Grut. p. 698. 8. N. OGVLNIO RHODONI: et p. 813. 1. N. OGVLNIVS RHODO: et p. 849. 8. L. PACCIO RHODONI. Ῥόδων quoque nominatur Phocæënsium legatus ad Seleucum Antiochi filium a Polyb. Leg. xviii. Vulg. tuentur Oros. et Vincent. eodemque nomine usi fuerunt plures, ut ' Rhodanus ' sub Diocletiano et Maximiano Inscript. L. 2. C. de Usucap. pro Don. et Ῥοδανὸς Episcopus, qui affuit Concilio Mediolanensi, ap. Zozomen. iv. Hist. Eccl. 9. et Præpositus sub Valentiniano i. ap. Zonar. xiii. 15. atque in Inscript. Grut. p. 567. 7. RHODANO CÆSARIS VERNA: et p. 1012. 10. HERCVLI RODANVS PRO SE ET DATIANO V. S. L. M. RHODANVS quoque cognominatur T. SEXTIUS in Inscript. Grut. p. 706. 15. observante Oudendorp. l. l. qui inter variantes lectt. codicum Mss. atque editionum Frontini affert *Rhodium* pro vulg. *Rhodinum*, idemque in cod. 4. Ms. Bibliothecæ Regiæ reperisse se testatur proavunculus meus Tennulius. Istud autem cognomen Punicum esse apparet ex Polyb. i. H. 46. Τοῖς δ' ἐν τῇ Καρχηδόνι βουλομένοις μὲν εἰδέναι τὰ περὶ τὸ Λιλύβαιον, οὐ δυναμένοις δὲ, διὰ τὸ τοὺς μὲν συγκεκλεῖσθαι, τοὺς δὲ παραφυλάττεσθαι φιλοτίμως, ἐπηγγείλατό τις ἀνὴρ τῶν

NOTÆ

[h] *Rhodanum*] Rhodinum Frontinus, alii Rhodonum, alii Rhodonem appellant.

lertia facundiaque[3] præter ceteros insignem. 2. Augebant enim metum et Tyrus[4] urbs, auctor originis suæ, capta; 3. et Alexandria æmula Carthaginis, in terminis Africæ et Ægypti condita; 4. et felicitas regis, apud quem nec cupiditas nec fortuna ullo modo terminabantur. 5. Igitur Hamilcar, per Parmeniona aditu regis obtento, profugisse se[5] ad regem expulsum[6] patria fingit, militemque se expeditionis offert.† 6. Atque ita consiliis ejus exploratis, in tabellis ligneis, vacua[7] desuper cera[1] inducta,[8] civibus suis omnia perscribebat. 7. Sed Carthaginienses post mortem regis reversum in patriam,[9] quasi urbem regi venditasset, non ingrato tantum, verum etiam invido et crudeli animo, necaverunt *

* *Sed Carthaginienses post mortem Alexandri crudeliter illum necaverunt, postquam in patriam rediit, quasi suasisset regi urbem esse capiendam.*

ἐνδόξων Ἀννίβας ἐπικαλούμενος Ῥόδιος, εἰσπλεύσας εἰς τὸ Λιλύβαιον.—3 Medicei *facundia sollertiaque.* Oros. ‘ virum facundia solertiaque insignem.’—4 Leid. 1. *Tiros.* Med. 2. Thuan. Leid. 4. Coll. N. *Tyros.* Ita XVIII. 3. 5. ‘ Tyron,’ et ap. Sen. VI. N. Q. 1. et Curt. IV. 4. ‘ Tyros.’—5 Leid. 2. *profugum se.* 3. *profugisse.*—6 Periz. *profugisse ad reg. exp. se.* Vincent. V. 63. ‘ profugisse se ad reg. tanquam pulsum p. f.’ qui in §. 6. habet ‘ tabulis ’ pro ‘ tabellis.’—7 Magl. abest τὸ *vacua.*—8 Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *desuper cæra* (Periz. *cera.* Bech. *cena*) *vacua ind.* Ald. Junt. *cæra desuper vacua ind.*—9 Ald. Junt. *in patria.*

NOTÆ

† A. M. 3723. Ol. 112. 2. U. C. 422. Ant. Ch. 329.

[1] *Desuper cera, &c.*] Alii volunt creta similive terra, non infusa cera, scripturam deletam; unde modus legendi literas diversus, vel erasa cera scriptura apparebat, vel lignea tabella in aqua posita scripturam ostendebat.

LIBER XXII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Agathoclis Siciliæ tyranni pueritia, adolescentia, misera conditio, felicitas bellica, nova dignitas, perfidia, crudelitas, tyrannis. 2. Carthaginienses in Hamilcarem proditorem tacita suffragia ferunt. 3. Bella Agathoclis. 4. Syracusis a Carthaginiensibus obsessis, Agathocles audaci consilio bellum in Africam infert. 5. Exposito in littore Africæ exercitu, gravi oratione suos ad pugnam accendit. 6. Discussa superstitionis nebula, et navibus incensis, Carthaginienses prælio superat, et urbes nobilissimas recipit. 7. Siciliam Carthaginienses relinquere coguntur, et infeliciter cum Agathocle pugnant in Africa. Fatum acerbum Ophellæ et Bomilcaris. 8. Agathocles totius Siciliæ imperium occupat: in Africam reversus infeliciter pugnat; castra deserit: unde militum defectio, et filiorum Agathoclis interitus, et Agathoclis pax inita cum Carthaginiensibus.

CAP. I. 1. Agathocles[a] Siciliæ tyrannus, qui magnitudini prioris Dionysii successit, ad regni majestatem ex humili et sordido genere pervenit.‡ 2. Quippe in Sicilia patre figulo[b] natus, non honestiorem pueritiam quam principia originis habuit: 3. siquidem, forma et corporis pulchritudine egregius, diu vitam stupri patientia[1] exhibuit. 4. Annos deinde pubertatis egressus, libidinem a viris ad[2] fœminas transtulit. 5. Post hæc, apud utrumque sexum famosus, vitam latrociniis mutavit. 6. Interjecto tempore, cum Syracusas concessisset, ascitusque[3] in civitatem[4]

1 Magl. Leid. 2. ed. Rom. Ald. Junt. *patientem.*—2 Junt. *in.*—3 Bech. *accitusque.* Leid. 1. Ald. Junt. Vinc. *ascitusque.* [Noster Gronov. edidit *adscitusque.*] Periz. *acceptusque*, et *diu sine fraude fuit, quia.*—4 Ald. Junt. *in civitate.*

NOTÆ

[a] *Agathocles*] Carcinus Rheginus patria exul, dum Thermis Siciliæ habitat, rem cum aliena uxore habuit: sed in somniis anxius, cum Delphicum oraculum per Carthaginienses quosdam consuluisset, accepit puerum et Siciliæ et Carthaginiensibus exitio fore; quare puerum exposuit; sed a matre clam surreptus infans educatus est, et a patre multis annis post agnitus. Diod.

‡ A. M. 3728. Ol. 113. 3. U. C. 427. Ant. Ch. 324.

[b] *Patre figulo*] Cum Timoleon victis Carthaginiensibus civitate Syracusana donasset plurimos, Carcinus cum Agathocle filio eam obtinuit, quem, cum pauper esset, docuit artem fictilem.

inter incolas esset, diu sine fide fuit; 7. quoniam nec in fortunis quod amitteret, nec in verecundia quod inquinaret, habere videbatur: 8. in summa gregariam militiam sortitus, non minus tunc seditiosa, quam antea turpi, vita, in omne facinus promtissimus erat.[a] 9. Nam et manu strenuus et in concionibus perfacundus habebatur. 10. Brevi itaque centurio ac deinceps tribunus militum factus est. 11. Primo bello adversus Ætnæos[5][c] magna experimenta sui Syracusanis dedit. 12. Sequenti Campanorum, tantam de se spem omnibus fecit, ut in locum demortui ducis Damasconis,[6][d] sufficeretur: 13. cujus uxorem adulterio cognitam post mortem viri in matrimonium recepit. 14. Nec contentus, quod ex inope repente dives factus esset, piraticam adversus patriam exercuit. 15. Saluti ei fuit, quod socii capti tortique de illo negaverunt. 16. Bis occupare imperium Syracusarum[7] voluit: bis in exilium actus est.

Cap. II. 1. A Murgantinis,[e] apud quos exulabat, odio Syracusanorum, primo prætor, mox dux, creatur.[f]* 2. In eo bello et urbem Leontinorum[g] capit, et patriam suam Syracusas obsidere cœpit: 3. ad cujus auxilium Hamilcar, dux Pœnorum, imploratus, depositis hostilibus odiis, præ-

[a] *Denique factus gregarius miles, et ducens vitam non minus seditiosam quam antea infamem, paratissimus erat ad omne scelus faciendum.*

—5 Ed. Med. *Ennæos.* Bech. *Ænnæos.* Periz. *Etheos.*—6 Flor. Ald. Junt. *Damascenis.*—7 Med. 2. Magl. Leid. 5. Coll. N. ed. Rom. *Syracusanum.* Leid. 1. 3. Periz. *Syracusanorum.*

NOTÆ

[c] *Adversus Ætnæos*] Ætna oppidum monti cognomini impositum: alii Æthinæos, alii Ennæos, nominant.

[d] *Ducis Damasconis*] Damas dicitur a Diod. illustris Syracusanus.

[e] *A Murgantinis*] Siciliæ populis, de quibus nil habet Diod.

[f] *Dux creatur*] Deficiens a Sosistrato duce, qui Crotoniatis auxilium contra Brutios tulerat, ipse profugit Tarentum; ubi, collectis omnibus per Italiam profugis, Syracusas ingressus nobilissimos quosque occidit, urbem diripuit, et principatum sibi vindicavit. Hæc Diod.

* A. M. 3738. Ol. 116. 1. U. C. 437. Ant. Ch. 314.

[g] *Leontinorum*] Leontium, Catinam inter et Syracusas, antiqua Læstrigonum sedes; a Naxiis conditam vult Strab. Hujus belli non meminit Diod.

sidia militum mittit. 4. Ita uno eodemque tempore Syracusæ et ab hoste civili amore defensæ, et a cive hostili odio impugnatæ sunt. 5. Sed Agathocles, cum videret fortius defendi urbem quam oppugnari, precibus per internuntios Hamilcarem exorat,[h] ut inter se et Syracusanos pacis arbitria suscipiat, peculiaria in ipsum[1] officia sui[2] repromittens.[b] 6. Qua spe impletus Hamilcar, societatem cum eo metu potentiæ ejus jungit:[3] ut, quantum virium Agathocli adversus Syracusanos dedisset, tantum ipse ad incrementa[4] domesticæ potentiæ reciperaret.[c][5] 7. Igitur non pax tantum Agathocli conciliatur: verum etiam prætor Syracusis constituitur. 8. Tunc Hamilcari, expositis ignibus Cereris[6][i] tactisque, in obsequia Pœnorum jurat. 9. Deinde

[b] *Obtinet precibus ab Hamilcare per internuntios, ut velit esse arbiter pacis inter se et Syracusanos, pollicitus se ipsi omnia quæ poterit officia redditurum.*

[c] *Ut tantas haberet vires ad augendam domesticam potestatem, quantas dedisset Agathocli contra Syracusanos.*

1 Med. 1. Leid. 2. 5. *in ipso.*—2 Sic Medicei, Leid. 4. 5. Periz. Thuan. Bodl. Reg. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Sui off.* Leid. 2. Ita cap. præc. §. 11. 'Magna experimenta sui Syracusanis dedit,' et XII. 6. 12. 'Quantum apud ceteros amicos metum et odium sui fecerit.' Ib. 16. 10. 'Tantamque fiduciam sui militibus fecit.' Add. XII. 8. 16. XIV. 6. 1. XXIV. 7. 2. Cic. IV. Cat. 4. 'Uterque pro sui dignitate.' L. 25. D. de Procur. et Def. 'Sed si id illæsa existimatione sui fiat.' Ita Ms. Abbatiæ S. Crucis Florent. et Magl. Ed. Haloandr. *sed ita, si id illæsa existimatione sui fiat.* Oros. I. 2. de Africa: 'Quia et natura sui minus habet spatii.' Saxo IX. p. 169. 38. 'In perniciem sui.'—3 Med. 2. Magl. *soc. cum eo mutuæ pot. j.*—4 Leid. 1. 3. 4. *ad crementa.* Similiter Mss. Curtii IX. 3. 'in cremento.' Cf. Bong. in Var. Lect. et Parentem ad Macrob. I. in Somn. Scip. 6. p. 38.—5 Med. 2. Periz. ed. Ald. Junt. *reciperet.*—6 Conj. Sebisii reponentis *Cereris* pro *cereis* firmat Med. 2. *Expositis* h. l. idem valet quod, repositis; ut XXV. 1. 5. 'Galli expositum grande pondus auri admirantes.' Liv. III. 10. 'Exposita omni in campo Martio præda:' et XXVI. 9. 'Expositis benigne commeatibus.' Grævio in Epist. ad Heins. tom. IV. Syll. Epist. p. 702. legend. videbatur: *Tunc Hamilcari, aris repositis et ignibus Cereris, tactisque, in obs. P. jurat.* Id. tamen p. 733. Sebisii conjecturam, quam Avus II. Obs. 4. tuetur,

NOTÆ

[h] *Hamilcarem exorat*] In hoc dissentit Justinus a Diod. Ille ponit duos Hamilcares, quorum alter proditor, alter defensor, patriæ fuerit: hic unicum agnoscit, ducem præstantissimum.

[i] *Expositis ignibus Cer.* [*cereis*] Ignes rebus sacris adhibitos constat ex Liv. qui sic habet de juramento Hannibalis: 'Fama etiam est, Hannibalem, altaribus admotum, tactis sacris jurejurando adactum se, cum primum posset, hostem fore populi Romani.' Sic Virgil. 'Tango aras, mediosque ignes, et numina testor.' Nonnulli tamen scribunt, *expositis ignibus sacris.*

acceptis ab eo quinque millibus Afrorum, potentissimos quosque ex principibus interficit: 10. atque ita, veluti reipublicæ statum formaturus,[7] populum in theatrum ad concionem[k] vocari jubet, contracto in gymnasium[8] senatu, quasi quædam prius ordinaturus. 11. Sic compositis rebus, immissis militibus, populum obsidet, senatum trucidat:[l] 12. cujus peracta cæde, ex plebe quoque[9] locupletissimos et promtissimos interficit.[10]

Cap. III. 1. His ita[1] gestis, militem legit, exercitumque conscribit: quo instructus, finitimas civitates[m] nihil hostile metuentes ex improviso aggreditur.[†] 2. Pœnorum quoque socios, permittente Hamilcare, fœde[2] vexat: propter quod querelas Carthaginem socii non tam de Agathocle quam de Hamilcare detulerunt; 3. 'hunc ut dominum et tyrannum, illum ut proditorem,' arguentes: 'a quo infestissimo hosti fortunæ sociorum, interposita pactione, donatæ sint: 4. sicut[3] ab initio Syracusæ[4] in pignus societatis sint traditæ,[d] urbs semper Pœnis infesta, et de imperio Siciliæ Carthaginis æmula: nunc insuper civitates sociorum eidem titulo pacis addictas.[5] 5. Denuntiare igitur se, hæc brevi ad ipsos redundatura, ac propediem sensuros,

[d] *A quo opes sociorum datæ sunt, ex pactis factis, hosti infensissimo, quemadmodum Syracusæ traditæ sunt ad ineundam societatem.*

calculo suo probat. Lips. malebat *expositis ignitis cereis.*—7 Bodl. *firm.* Junt. *reform.*—8 Fabro corrigenti *in gymnasium* astipulatur Magl. Cicero in Epist. ad Pompeium VIII. ad Att. 13. 'Sin omnia in unum locum contrahenda sunt.' Val. M. v. 3. Ext. 3. 'Siquidem ille vicatim dispersos cives suos in unam urbem contraxit.' Saxo XIV. p. 269. 50. 'Contractis in regiam militibus.'—9 Magl. ed. Rom. *quosque.*—10 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *ex pl. loc. et promptissimos* (Ven. *peritissimos*) *quosque int.*

1 Periz. *itaque.*—2 Jens. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *fœde injuriis.* Coll. N. *fœdis injuriis.*—3 Medicei, Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *cui.*—4 Leid. 4. Coll. C. C. *sicut Syr.*—5 Magl. ed. Rom. *additas.* Periz. *additæ sunt.* Bodl. *additæ sint.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

[k] *In theatrum ad concionem*] Græcis et Græciensibus theatrum fuisse pro curia et foro, patet ex Liv. et Tac.

[l] *Senatum trucidat*] Convocatis senatus principibus, a sexcentis, penes quos tunc erat potestas summa, insidiis appeti se simulat, et continuo eos eorumque amicos occidi a suis jubet, ut tradit Diod.

[m] *Finitimas civitates*] Messanam dolo, vi Gelam, occupavit, et in cives dire sæviit.

quantum mali[6] non Siciliæ magis, quam ipsi Africæ, attulerint.'[e][7] 6. His querelis senatus in Hamilcarem accenditur.[n] Sed, quoniam in imperio esset, tacita de eo[8] suffragia tulerunt, et sententias, priusquam recitarentur, in urnam conjectas[o] obsignari jusserunt, dum[9] alter Hamilcar, Gisconis[10] filius,[p] a Sicilia reverteretur. 7. Sed hæc callida commenta Pœnorum et sententias inauditas mors Hamilcaris prævenit: liberatusque est fati munere, quem sui per injuriam cives inauditum damnaverant. 8. Quæ res Agathocli adversus Pœnos occasionem movendi belli dedit. 9. Prima igitur illi cum Hamilcare, Gisconis filio, prælii congressio fuit: a quo victus,[q] majore mole[11] reparaturus[12] bellum, Syracusas concessit. 10. Sed secundi certaminis eadem fortuna,[r] quæ et prioris, fuit.

Cap. IV. 1. Cum igitur victores Pœni Syracusas obsi-

[e] *Quare se prædicere hæc mala brevi perventura ad ipsos Carthaginienses, qui sentient paucis post diebus quantum malum attulerint non solum Siciliæ, sed etiam Africæ.*

pacis titulo traditæ sint.—6 Avo emendanti *mali* suffragantur Medicei, Magl. Thuan. Leid. 1. 4. 5. ed. Rom. cum sex aliis. II. 15. 3. 'Tantum incrementi,' et XII. 6. 12. 'Quantum fabularum atque invidiæ.' Liv. XLIV. 1. 'Per quæ populus Romanus ad tantum fastigii venerit.' Hegesipp. I. 44. 'Verum etiam tantum accederet gratiæ.' Ita Ms. Vulgo *tanta acc. gratia.* Salvian. de Gubern. 1. 'Si vel tantum boni in se habeat, quantum mali,' et 15. 'Vellem mihi parem negotio eloquentiam dari, scilicet, ut tantum virtutis esset in querimonia, quantum doloris in causa.' Vid. ad XI. 1. 10.—7 Ms. Bong. et Med. 2. dant *aluerint.*—8 Med. 2. *illo.*—9 Coll. N. ed. Bech. Ven. et quatuor aliæ *donec.*—10 Med. 1. Leid. 2. 5. *Gisconis*, nec aliter iid. huj. cap. §. 8. et Leid. 1. cap. 8. §. 2. idemque cum Med. 1. cap. 7. §. 10. Sup. quoque XIX. 2. 1. Bern. Voss. aliique ediderunt *Giscone.* Γίσκων etiam Plutarcho in Timol. p. 251. et Polyb. I. 66. 68. et seqq. dicitur: ab eod. Carthaginiensium legatus Γίσκων Στρυτάνος appellatur Legat. 143.—11 Periz. *majori dolo.*—12 Med. 1. Bodl. Leid. 5. *par.*

NOTÆ

[†] A. M. 3742. Ol. 117. 1. U. C. 441. Ant. Ch. 310.

[n] *Accenditur*] De Hamilcaris proditione non meminerunt alii.

[o] *In urnam conjectas*] Urna veterum suffragium colligebatur: ideo: 'Quæsitor Minos urnam movet.'

[p] *Gisconis filius*] Cum Hamilcare congressus est: sed ille an Gisconis fil. fuerit, an alter, incertum.

[q] *A quo victus*] Ad Himeram fl. castra Carthaginiensium aggressus imparatos fuderat, jamque totis pæne castris potiebatur, cum Hamilcar, magno impete cum suis irruens, Syracusanos vertit in fugam. Diod.

[r] *Eadem fortuna*] Unum tantum prælium Diod. memorat, in quo victus Agathocles, Antandro fratre cum validis copiis Syracusis relicto, in Africam cum parte militum transiit.

dione cinxissent, Agathoclesque [1] se neque viribus [2] parem, neque ad obsidionem ferendam [3] instructum, videret, super hæc a sociis [4] [a] crudelitate ejus offensis desertus esset, statuit bellum in Africam transferre: ‡ 2. mira prorsus audacia, ut, quibus in solo urbis suæ par non erat, eorum urbi bellum inferret: et, qui sua tueri non poterat, impugnaret aliena; victusque victoribus insultaret. 3. Hujus consilii non minus admirabile silentium quam commentum fuit.[b] Populo hoc solum professus, 'invenisse se victoriæ viam:[5] animos illi tantum in brevem obsidionis patientiam firmarent: vel, si cui status præsentis fortunæ displiceret, dare se ei discedendi liberam potestatem.' 4. Cum mille sexcenti discessissent, ceteros ad obsidionis necessitatem [6] frumento et stipendio instruit: quinquaginta tantum [c] secum talenta ad præsentem usum aufert,[7] cetera ex hoste melius quam ex sociis paraturus. 5. Omnes deinde servos [d] militaris ætatis, libertate donatos, sacramento adegit, eosque et majorem partem ferme militum navibus imponit;[e] ratus exæquata utriusque ordinis conditione mutuam inter

[b] *Tanta admiratione dignus est, quod tenuerit occultum hoc consilium, quam quod illud invenerit.*

[e] *Obstrinxit juramento, et tot cives imponit navibus, ut superarent numerum militum.*

1 Thuan. a sec. m. *Agathoclesque cum.*—2 Medicei, Leid. 2. 5. ed. Bong. *Agathocles cum se neque* (L. 2. *nec*) *viribus.* Magl. Leid. 3. 4. Mss. Bong. Thuan. a pr. m. *Agathocles quod se nec* (Magl. Th. *neque*) *vir.*—3 Leid. 1. *Agathocles quod neque v. p. neque obsidione ferenda.*—4 Rom. *Ag. quo cum se nec.* et *super hæc sociis.* Periz. *sup. hoc s.* Magl. Ald. Junt. *et sup. hæc a s.*—5 Periz. *materiam.*—6 Thuan. Leid. 1. 3. 4. ed. Bong. *cet. obs. necessitate.* ed. Amst. 1635. *cet. pro obs. necessitate.*—7 Magl. Periz. ed. Ald. Junt. aliæque *affert.*

NOTÆ

[a] *A sociis*] Messanenses, Camarinæi, Catanæi, ceteræque civitates victorem Hamilcarem secuti sunt.

‡ A. M. 3756. Ol. 120. 3. U. C. 455. Ant. Ch. 296.

[c] *Quinquaginta tantum*] Pecuniam mutuo sumsit a mercatoribus, et templis donaria, ornamenta mulieribus, abstulit; pupillorum facultates sibi vindicavit, cum diceret illorum se tutorem fore.

[d] *Omnes deinde servos*] Nil de servis habet Diod. sed addit: Ne quid novi se absente Syracusani molirentur, disjunxit a se invicem cognationes, maxime fratres a fratribus, et parentes a liberis: dum alios relinquit in urbe, alios secum abducit, ut alii de aliorum salute quiescerent.

eos virtutis æmulationem futuram: ceteros omnes [8] ad tutelam patriæ reliquit.[9]

CAP. V. 1. Septimo igitur imperii anno, comitibus duobus adultis filiis, Archagatho et Heraclida, nullo militum [1] sciente quo veheretur,[2] cursum in Africam dirigit. 2. Cum omnes aut in Italiam prædatum se aut in Sardiniam ituros crederent, tum primum,[3] exposito in Africæ littore exercitu, consilium suum omnibus aperit. 3. Quo in loco Syracusæ positæ sint, ostendit: 'quibus aliud nullum auxilium superesset,[3] quam ut hostibus faciant, quæ ipsi patiantur. 4. Quippe aliter domi, aliter foris, bella tractari. Domi ea sola auxilia esse, quæ patriæ vires subministrent: foris hostem etiam suis viribus vinci, deficientibus sociis,[w] et odio diuturni imperii extera [5] auxilia circumspicientibus.[h] 5. Huc accedere, quod urbes castellaque Africæ non muris cinctæ, non in montibus positæ, sint, sed in planis campis sine ullis munimentis jaceant: quas omnes metu excidii facile ad belli societatem pellici [6] posse. 6. Majus igitur Carthaginiensibus ab ipsa Africa quam ex Sicilia exarsurum bellum, coituraque auxilia omnium adversus unam urbem, nomine quam opibus ampliorem, et, quas non attulerit vires, inde sumturum.' 7. Nec in repentino Pœnorum metu modicum momentum victoriæ fore, qui, tanta audacia hostium perculsi, trepidaturi sint. 8. Accessura et villarum incendia, castellorum urbiumque contumacium direptionem,

[h] *Foris posse superare hostem viribus suis, dum illius socii deficiunt, et quærunt auxilium, ab exteris impulsi odio longioris imperii.*

[i] *Omnes Africanos totis viribus bellum simul gesturos contra unam urbem Carthaginem, quæ magis est timenda propter nomen quam propter opes, et se inde habiturum copias quas secum non adduxerit.*

Coll. N. *transfert.*—8 *Om.* abest a Magl. Leid. 2.—9 Medicei, Magl. Bodl. Leid. 5. Periz. *adigit*, et cum ed. Junt. aliisque *relinquit.*

1 Periz. *milite.*—2 Flor. Ald. Junt. *veherentur.*—3 Med. 2. *tunc ipse.*—4 Med. 2. corrupte *superse* pro *superesse*: quomodo ex conj. legit Avus II. Obs. 14.—5 Med. Magl. Leid. 1. 2. 5. Periz. *externa*, ut XL. 1. 1. 'Ad externa populus auxilia concurrit.'—6 Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

[w] *Deficientibus sociis*] Quibus jam diu grave Carthaginiensium imperium, quod tributo pendi ab iis solito armis sese exemissent.

tum ipsius Carthaginis obsidionem. 9. Quibus omnibus non sibi tantum in alios, sed et aliis in se, sentient[7] patere bella.[k] 10. His non solum Pœnos vinci, sed et Siciliam liberari, posse: nec enim moraturos in ejus obsidione hostes, cum sua urgeantur. 11. Nusquam igitur alibi facilius bellum, sed nec prædam uberiorem inveniri posse: nam, capta Carthagine, omnem Africam Siciliamque præmium victorum fore. 12. Gloriam certe tam honestæ militiæ tantam in omne ævum futuram, ut terminari[8] nullo tempore oblivione[9] possit: ut dicatur eos solos mortalium esse, qui bella, quæ domi ferre non poterant, ad hostes transtulerint, victique victores insecuti sint, et obsessores urbis suæ obsederint. 13. Omnibus igitur forti ac læto animo bellum ineundum, quo nullum aliud possit aut præmium victoribus uberius, aut victis monumentum illustrius, dare.'

CAP. VI. 1. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur: sed terrebat eos portenti religio,[1] quod navigantibus[2] sol defecerat. 2. Cujus rei rationem non minore cura rex quam belli reddebat, affirmans, 'si prius, quam proficiscerentur, factum[3] esset, crediturum adversum profecturos prodigium esse; nunc, quia egressis acciderit, illis, ad quos ea[4] tur, portendere.[l]' 3. Porro defectus naturalium siderum[x] semper præsentem rerum statum mutare: certum-

[k] *Quibus omnibus cognoscent non ipsos tantum aliis, sed alios etiam ipsis, posse inferre bellum.*

[l] *Affirmans se crediturum illum prodigium aliquid mali portendere contra ipsos navigaturos in Africam, si id contigisset ante profectionem: nunc, quia hoc accidit post egressum e Sicilia, credere se prædicere cladem hostium, contra quos eant.*

perduci.—7 Leid. 4. *sentiunt.* Coll. N. *sentientibus.* Ven. Flor. Ald. Junt. *sentirent.* Avus malebat *sensuros* II. Obs. 14. p. 325. Add. Munker. ad Hygin. Fab. 88.—8 Bech. Ven. Med. Par. *determ.*—9 Eæd. cum Mss. Bong. Magl. Leid. 1. 3. 4. Periz. ed. Rom. *oblivionis.* Med. 2. *oblivionis silentio*, i. e. oblivione et silentio: quomodo loquitur Cic. II. de Orat. 2. 'Ut laudem eorum ab oblivione hominum atque a silentio vindicarem.' Ita in Præf. 6. 'Obtrectationis invidia.'

1 Periz. ed. Ven. Flor. aliæque *visio.*—2 *Eis* post 'navig.' eleganter abest a Ms. Bong. utroque Med. Leidensibus, Thuan. Coll. N.—3 Leid. 4. Mss.

NOTÆ

[x] *Naturalium siderum*] Solis et lunæ; quæ ita forte dicuntur, quod rerum omnium naturam maxime foveant.

que esse florentibus Carthaginiensium opibus et laboribus adversisque[4] rebus suis commutationem significari.' 4. Sic consolatis militibus, universas naves, consentiente exercitu, incendi jubet,[y] ut omnes scirent, auxilio fugæ ademto,[5] aut vincendum aut moriendum esse. 5. Deinde cum omnia, quacumque ingrederentur, prosternerent, villas castellaque[z] incenderent, obvius eis fuit cum triginta millibus Pœnorum Hanno:[a 6] 6. sed, prælio[7] commisso, duo de Siculis,[b] tria millia[8] de Pœnis cum ipso duce, cecidere. 7. Hac victoria et Siculorum animi eriguntur, et Pœnorum franguntur. 8. Agathocles, victis hostibus, urbes castellaque expugnat,[c] prædas ingentes agit, hostium multa millia trucidat. 9. Castra deinde in quinto lapide[9] a Carthagine statuit, ut damna carissimarum rerum, vastitatemque[10] agrorum, et incendia villarum, de muris ipsius urbis specu-

Bong. *factus.* Periz. Bodl. *patratum.* Magl. ed. Rom. *patratus defectus.*—4 Vulg. *c. e. f. C. op. adv.* Leid. 5. *certumque esse et f. C. op. et laboribus adv.* Medicei, Leid. 2. Bodl. *certumque se esse f.* (Leid. 2. *se esse ex f.*) *C. op. et laboribus adv.*—5 Periz. ed. Ven. Med. Par. *ablato.*—6 Leid. 1. 3. 5. Periz. *Paganorum H.* Coll. N. *pugnatorum dux H. Pœnorum.*—7 Rom. *Hanno dux Pœnorum, ibi pr.* Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Pœnorum* (*Pœnarum* Ven.) *H. dux, et pr.* Bech. *Pœnorum Hanno dux pr.*—8 Med. 2. *aganorum dux Pœnorum Hanno: ibi pr. c. duo de Siculis,* II *d milia.*—9 Ita Med. 2. Magl. Reg. Periz. Leid. 1. 3. 4. Coll. N. ed. Rom. Bech. Junt. verum Med. 1. Leid. 2. 5. Ald. *in quintum lapidem*, ut malebat Schefferus. Oros. IV. 6. et Frec. IV. 26. 'ad quintum lapidem.'—10 Magl. *vastationemque:* quod ex glossa ortum vel ex Oros. desumtum est. Cic. IV. Verr. 51. 'Quæ solitudo esset in agris, quæ vastitas, quæ fuga aratorum, quam deserta,' &c. Colum. I. 3. 'Cum vastitatem agrorum

NOTÆ

[y] *Incendi jubet*] Hortatus ad prælium milites, primus navem prætoriam incendit, quem cum reliqui triremium præfecti imitati essent, sublata in auras flamma tibicines classicum canere jussit. Ita Diod.

[z] *Villas castellaque*] Splendidis ædificiis villisque magnificis ornata erat hæc regio, rerumque omnium feracissima. Ex Diod.

[a] *Hanno*] Duces geminos nominat Diod. Hannonem, et Bomilcarem, qui, cum tyrannidem affectaret, cum magna exercitus parte in collem secessit, quo facilius, si victor esset Agathocles, cives ipse opprimeret.

[b] *Duo de Siculis*] 300. tantum e Siculis cecidisse vult Diod. e Carthaginiensibus vero sex vel quatuor millia.

[c] *Urbes castellaque expugnat*] Tunetum, Adrumetum, Thapsum, urbesque alias, et 200. prope castella, qua vi, qua fraude, cepit, hostesque sæpius fudit, sive noctu in castris imparatos, sive diu in agris palantes, adortus.

larentur. 10. Interea ingens tota Africa deleti Pœnorum exercitus fama, occupatarumque urbium, divulgatur. 11. Stupor itaque omnes et admiratio incessit,[11] unde tanto imperio tam subitum bellum,[m] præsertim ab hoste jam victo: admiratio deinde paulatim in contemtum Pœnorum vertitur. 12. Nec multo post non Afri tantum, verum etiam urbes tributariæ [12] nobilissimæ, novitatem secutæ, ad Agathoclen defecere; frumentoque et stipendio victorem instruxere.

CAP. VII. 1. His Pœnorum malis etiam deletus in Sicilia cum imperatore exercitus velut quidam ærumnarum cumulus accessit. 2. Nam post profectionem a Sicilia Agathoclis, in obsidione[d] Syracusarum Pœni segniores redditi ab Antandro, fratre regis Agathoclis, occidione cæsi nuntiabantur.* 3. Itaque cum domi forisque eadem fortuna Carthaginiensium esset, jam non tributariæ tantum ab his urbes,

[m] *Omnes stupebant, et mirabantur, unde ortum sit bellum tam repentinum in Carthaginienses tam potentes.*

victoriæ nostræ fecissent.'—11 Coll. N. *invasit:* ut XLII. 4. 14. 'Post longum deinde luctum alia solicitudo miserandum senem invadit:' et Liv. XXIV. 5. 'Itaque tantus omnes terror invaserat:' verum h. l. *inrasit* ex interpretatione ortum videtur, quemadmodum ap. Sall. Jug. 45. pro *incessere* Ms. Arondel. dat *invasere*. Liv. XXIV. 12. 'Incessit ipsum cupido,' et XXV. 1. 'Incessit civitatem religio,' et XXIX. 3. 'Incessit animos mœstitia.' Hegesipp. I. 14. init. 'Sed fuere, quos metus et rerum mutatio incesseret,' et V. 14. init. 'Et fames jam urbem graviter incesserat.' Salvian. III. 13. contr. Avar. 'Nova quippe amentia tam sæculares, quam etiam quosdam religionem professos, incessit homines.' Id. verbum cum dativo jungit optimos Scriptores imitari solitus Saxo, ut præf. p. 2. 'Quibus tanta tradendarum rerum suarum memoriæ cupido incessit,' et II. p. 32. init. 'Quibus non minus subitæ cladis horror quam somni stupor incesserat,' et XIV. p. 326. 23. 'Tantus Karentinis terror incesserat.' Nec aliter Sall. Cat. 32. 'Quibus reipublicæ magnitudine timor insolitus incesserat,' et Liv. IV. 57. 'Incessit cura patribus,' atque Val. M. præf. 'Nec mihi cuncta complectendi cupido incessit,' et I. 8. 5. 'Etruscis tantus terror subito incessit.' 'Illi' eid. verbo addidit Liv. XXV. 4. 'Incessit in eos pestilentia.'—12 Ald. Junt. *trib. urb.* probante Græv.

NOTÆ

[d] *In obsidione*] Subacta fere tota Sicilia, in Africam e suis 5000. subsidio miserat: sed, dum obsessos Syracusanos ex improviso adoriri imprudentius properat, Antander, structis illi insidiis, in eum irruit, et fugatis aliis, aliis occisis, Hamilcar ipse, dum fortiter dimicat, vivus capitur, et, ductus per urbem, exquisitissimis tormentis interficitur, ut refert Diod.

* A. M. 3757. Ol. 120. 4. U. C. 456. Ant. Ch. 295.

verum etiam socii reges, deficiebant, amicitiarum jura non fide, sed successu, ponderantes. 4. Erat inter ceteros rex Cyrenarum Ophellas,[1 e] qui spe improba regnum totius Africæ amplexus societatem cum Agathocle per legatos junxerat; pactusque cum eo fuerat, ut Siciliæ illi, sibi Africæ, imperium, victis Carthaginiensibus, cederet. 5. Itaque, cum ad belli societatem cum ingenti exercitu ipse venisset,[f] Agathocles blando alloquio et humili adulatione, cum sæpius simul cœnassent, adoptatusque filius ejus ab Ophella esset, incautum interficit;*[g] 6. occupatoque exercitu ejus, iterato Carthaginienses omnibus viribus bellum cientes,[2] magno utriusque exercitus sanguine, gravi prælio superat.[h] 7. Hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata Pœnis est,* ut, nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset, transiturus ad eum Bomilcar, rex[3] Pœnorum,[i]

* *Agathocles eum necavit incautum, cum simul sæpe cœnassent, et perfecisset blandis sermonibus et adulationibus, ut ab Aphella in filium adoptaretur.*

* *Pœni redacti sunt ad tantam desperationem, clade accepta in hoc certamine.*

1 Jens. Ven. Flor. Par. *Offelus.* Ald. *Opheltas.* Vid. notam Grævii. Bech. Med. et prologus h. l. *Ophellas.* Suid. Ὀφέλλα τοῦ Κυρηναίου δυνάστου πρὸς Ἀγαθοκλέους ἀναιρεθέντος δόλῳ, Λεωνίδης ἐπὶ τῆς Ἑλληνικῆς ἀρχῆς κατέστη ὑπὸ Πτολεμαίου. Id. Freculpho 'Asellas' dicitur, et Orosio ex ed. Ven. 'Apellas,' atque ita tres Mss. Florent. qui in seqq. dant *Afellæ.* Leonidæ etiam meminit Diod. XX. 19. Καὶ, τὴν μὲν δύναμιν ἐξαποστείλας Πτολεμαῖος καὶ στρατηγὸν Λεωνίδην, τὰς ἐν τῇ τραχείᾳ Κιλικίᾳ πόλεις οὔσας ὑπ' Ἀντίγονον ἐχειρώσατο. Eund. Κλεωνίδην vocat Plut. in Demetrio p. 895. B. Προσέπεμψε Κλεωνίδῃ τῷ Πτολεμαίου στρατηγῷ φρουροῦντι Σικυῶνα καὶ Κόρινθον χρήματα προτείνων, ὥστε ἐλευθέρας ἀφεῖναι τὰς πόλεις.—2 Coll. N. ed. Rom. Med. *struentes.* Periz. *ineuntes.* Præstat vulgatum. II. 12. 13. 'Artemisia inter primos duces bellum acerrime ciebat.' *Ciere* de ipso actu in bello usurpari solet, *struere* et *instruere* de apparatu belli, ut XV. 1. 4. 'Bellum terra marique enixe instruunt.' Cic. IX. ad Att. 10. 'Bellum ἄσπονδον strui existimo.'—3 Medicei, Magl. Coll. N.

NOTÆ

[e] *Oph.*[*Aphellas*] Alii melius Ophellam nominant, quondam sub Alexandro ducem, quem per Syracusanum quendam spe imperii Africæ ad partes suas allexit Agathocles.

[f] *Ipse venisset*] Per loca arida, et feris serpentibusque infesta, 2. mensium itinere.

[g] *Incautum interficit*] Plerique militum pabulatum exierant, cum insidias sibi paratas clamitans Agathocles eum imparatum necavit. Diod.

[h] *Gravi prælio superat*] Non refert hanc victoriam Diod. sed navalem post Bomilcaris interitum.

[i] *Bomilcar, rex Pœnorum*] Rex dicitur, quia duces sæpe reges appellantur, vel quia forte jam occuparat tyrannidem. Illius mortem aliter narrat Diod. Cum Bomilcar tyrannidis

cum exercitu fuerit. 8. Ob quam noxam in medio foro a Pœnis patibulo suffixus[4] est: ut idem locus monumentum suppliciorum ejus esset, qui ante fuerat ornamentum honorum. 9. Sed Bomilcar magno animo crudelitatem civium tulit; adeo ut de summa cruce, veluti de tribunali, in Pœnorum scelera concionaretur; 10. objectans illis, nunc 'Hannonem falsa affectati regni invidia circumventum;'[p] nunc 'Gisconis[5] innocentis exilium:' nunc 'in Hamilcarem patruum suum tacita suffragia, quod Agathoclen socium illis facere quam hostem maluerit.' 11. Hæc cum in maxima populi concione vociferatus esset, expiravit.

CAP. VIII. 1. Interea Agathocles profligatis in Africa rebus,[k] tradito Archagatho filio exercitu, in Siciliam recurrit;[q] nihil actum in Africa existimans, si amplius Syracusæ obsiderentur. 2. Nam post occisum Hamilcarem, Gisconis filium, novus eo a Pœnis missus exercitus fuerat. 3. Statim igitur primo adventu ejus omnes[1] Siciliæ urbes, auditis rebus, quas in Africa gesserat, certatim se ei tradunt: atque ita pulsis e[2] Sicilia[1] Pœnis totius insulæ imperium occupavit. 4. In Africam deinde reversus seditione militum[m] excipitur. Nam stipendiorum solutio in

[p] *Illos accusans quod occidissent Hannonem, quem moti invidia insimulaverant falso affectati regni.*

[q] *Profligata potentia Carthaginiensium in Africa, exercitum tradidit Archagatho filio, et rediit in Siciliam.*

B. *dux.* ed. Bech. Ald. Junt. Ven. Flor. Med. Par. *Bomilchar dux.*—4 Periz. *fixus.*—5 Vulg. *Gisg.* Med. 1. Leid. 5. *Gisc.* Vid. ad cap. 3. 6.

1 *Omn.* addidi ex Mss. et vett. edd. atque Bongarsiana.—2 *E* ignorant Med. Leid. 1. Coll. N. Ita IV. 3. 1. 'Pulsi civitate.' XIII. 5. 7. 'Finibus Græciæ hoste pulso.' XX. 2. 3. 'Pellere ceteros Græcos Italia statuerunt.'

NOTÆ

cupidus miserum urbis statum cerneret, stipatus militibus cives omnes occidi jussit: quare, orto gravissimo tumultu, juventus omnisque civium multitudo cum armis advolat: e conjuratis alios necat, aliis arma ponentibus parcit, et Bomilcarem diris laceratum cruciatibus enecat.

[k] *Profligatis rebus*] Carthaginiensium: Agathocles enim nuper Utica ceperat.

[l] *Pulsis e Sicilia*] Non eos omnino expulit; sed illos navali prælio, terrestri Xenodochum Agragantinorum ducem, superavit.

[m] *Seditione militum*] Animum desponderant milites ob clades, dum abesset, acceptas. Nam cupidus laudis Archagathus, cum exercitum divisisset, partem amiserat.

adventum patris dilata a filio fuerat. 5. Igitur ad[3] concionem vocatos blandis verbis permulsit: 'stipendia illis non a se flagitanda esse, sed ab hoste quærenda: communem victoriam, communem prædam, futuram. 6. Paulum modo anniterentur, dum belli reliquiæ peraguntur; cum sciant Carthaginem captam spes omnium expleturam.'[r] 7. Sedato militari tumultu, interjectis diebus, ad castra hostium exercitum[4] ducit: ibi,[5] inconsultius prælium committendo, majorem partem exercitus[n] perdidit.[†] 8. Cum itaque in castra fugisset,[6] versamque in se invidiam temere commissi belli videret,[o] pristinamque offensam non depensi stipendii metueret; concubia nocte[p] solus a castris cum Archagatho filio[q] profugit.' 9. Quod ubi milites cognovere, haud secus quam si ab hoste capti essent, trepidavere, 'bis se a rege suo in mediis hostibus relictos esse' proclamantes; 'salutemque suam desertam ab eo esse, quorum

[r] *Modo velint paululum eniti, dum perficiant bellum feliciter inceptum, cum omnes sciant opes Carthaginis, postquam capta fuerit, expleturas spem omnium.*

[s] *Cum videret se odio haberi a militibus propter prælium temere commissum, et metueret eorum iram propter stipendia nuper ipsis denegata, fugit intempesta nocte.*

Saxo XIV. p. 249. 50. 'Sialandiæ eum terminis pellit.' Vid. ad XX. 1. 1.—3 Ita XIV. 1. 10. 'Vocatis ad concionem militibus,' ubi Magl. *in conc.* atque ita h. l. omnes Mss. et Rom. 'In concionem vocare' etiam dixit Auctor XVI. 1. 9. et XXI. 3. 3. Prius occurrit ap. Liv. XXIX. 21. 'Vocatos ad concionem milites,' et 24. 'Vocatis ad concionem militibus.'—4 *Exerc.* abest a Mediceis. Liv. XXXVI. 14. 'Proërnam inde recepit, et quæ circa eam castella erant. Ducere tum porro in sinum Maliacum cœpit.'—5 Med. 2. *ubi.*—6 Id. *refug.*—

NOTÆ

[n] *Majorem partem exercitus*] Cæsa vel Siculorum vel Græcorum tria millia narrat Diod. Afrorum vero, qui ab Agathocle stabant, neminem.

[†] A.M. 3759. Ol. 121. 2. U.C. 458. Ant. Ch. 293.

[o] *Belli videret*] Quod se ab Afrorum 5. millibus desertum cerneret, qui ad hostes post prælium defecerant.

[p] *Concubia nocte*] A media nocte initium diei Romani ducebant, cujus partes erant: mediæ noctis inclinatio, gallicinium, conticinium, diluculum, mane, vespera, prima fax, concubia, et intempesta nox, sic dicta, quia non habet tempus idoneum rebus gerendis.

[q] *Cum Archagatho filio*] Heraclidem minorem natu filium secum abduxit, ex Diod. Non Archagathum, ne aut consuetudinem haberet cum noverca, aut insidias ipsi moliretur: quod ille præsentiens, patris fugam indicavit ducibus, a quibus vinctus aliquantisper Agathocles, sed paulo post a milite vinculis solutus, clam conscensa scapha, filiis relictis, fugit.

ne sepultura[7] quidem relinquenda fuerit.'[t] 10. Cum persequi regem vellent, a Numidis excepti, in castra revertuntur; comprehenso tamen reductoque Archagatho, qui a patre noctis[7] errore discesserat. 11. Agathocles autem navibus, quibus reversus a Sicilia fuerat,[8] cum custodibus earundem Syracusas defertur. 12. Exemplum flagitii singulare, rex exercitus sui desertor, filiorumque pater proditor. 13. Interim in Africa post fugam regis milites pactione cum hostibus facta, interfectis Agathoclis liberis, Carthaginiensibus se tradidere. 14. Archagathus, cum occideretur ab Arcesilao, amico antea patris, rogavit eum, 'quidnam liberis ejus facturum Agathoclen putet, per quem ipse liberis careat.'[u] Tunc respondit, 'satis habere se, quod superstites eos esse Agathoclis liberis sciat.' 15. Post hæc Pœni ad persequendum belli reliquias duces in Siciliam miserunt, cum quibus Agathocles pacem æquis conditionibus fecit.

[t] *Clamantes se vivos desertos esse ab eo, qui ne mortuos quidem debuisset relinquere.*

[u] *Petiit ab eo an putet Agathoclem benigne habiturum ipsius filios, cum ipse occidat illius liberos.*

7 Magl. Leid. 2. *noctu*. Præstat vulgatum. Saxo II. p. 32. 3. 'Socii, an hostes occurrerent, noctis errore incertum reddente.' XIV. p. 275. 49. 'Ne noctis errore facinus impediretur.' Similiter *errore nebulæ* dixit id. III. p. 39. 34. 'Hotherus inter venandum errore nebulæ perductus in quoddam sylvestrium virginum conclave incidit.' XIV. p. 289. 45. 'Incerti viæ, et errore nebulæ implicati.' XVI. p. 377. 9. 'Nuntiis incidentis forte nebulæ errore deceptis;' et *caliginis errore* XIV. p. 289. 47. 'Sclavi, caliginis errore protracti, in medios ferme hostes inciderunt.'—8 Periz. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *q. fuerat a S. regressus*. Med. 2. *q. reverterat a S.* ut XII. 8. 17. 'In eadem [castra] reverterunt.' Prologus huj. lib. 'Cum revertisset in Africam,' et lib. XXIII. 'Revertit in Epirum.' Cic. pro Roscio Amer. 9. 'Ameriam reverterunt.' Liv. XXXV. 25. 'Achæi non antea ausi capessere bellum, quam a Roma reverterent legati.'

LIBER XXIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Agathoclis in Italiam expeditio adversus Bruttios: quorum origo et potentia paucis perstringitur. 2. Agathocles, vi morbi expugnatus, revertitur in Siciliam: ubi turbæ domesticæ, quæ uxorem et liberos Agathoclis in Ægyptum pellunt. Agathoclis obitus. 3. Pyrrhi Epirotæ bella et res gestæ cum in Sicilia, tum in Italia. 4. Hieronis, Siciliæ principis laudatissimi, dignitas et virtus.

CAP. I. 1. Agathocles, rex Siciliæ, pacificatus[a] cum Carthaginiensibus,[1] partem civitatium a se fiducia virium dissidentium armis subegit.[c] 2. Dein, quasi angustis insulæ terminis clauderetur, cujus imperii partem primis incrementis ne speraverat quidem,[b] in Italiam transcendit;‡ exemplum Dionysii[b] secutus, qui multas civitates Italiæ[2] subegerat. 3. Primi igitur hostes illi Bruttii fuere, qui et fortissimi tum et opulentissimi videbantur, simul et ad injurias vicinorum promti. 4. Nam multas civitates Græci nominis Italia expulerant: 5. auctores quoque suos Lucanos[c] bello vicerant, et[3] pacem cum his æquis legibus fecerant. 6. Tanta feritas animorum erat, ut nec origini suæ parcerent.[c] 7. Namque Lucani iisdem legibus liberos suos,

[a] *Subegit partem urbium, quæ fidentes suis viribus recusabant ipsi parere.*

[b] *Licet olim non ausus esset sperare partem illius regni, cum fortuna ipsi favere cœpit.*

[c] *Ita erant feroces, ut non parcerent populis unde duxerant originem.*

1 Periz. *pacificatis C.*—2 Junt. *in Italia.*—3 Jens. malebat *nec.*—4 Ald. Junt.

NOTÆ

[a] *Pacificatus*] Metuens sibi a Dinocrate, ad quem defecerant plurimi, pacem ea conditione fecit, ut Carthaginienses eas urbes reciperent, quibus antea imperassent.

‡ A. M. 3773. Ol. 124. 4. U. C. 472. Ant. Ch. 279.

[b] *Exemplum Dionysii*] Senioris. Uterque in Italiam trajecit; senior, ut regnum amplificaret; junior, ut furorem vitaret hostium.

[c] *Auctores quoque suos Lucanos*] Lucani fuerunt pastores, qui excusso servitutis jugo, tempore Dionysii senioris, trans Laum fl. sedes posuere: unde a Lucanis dicti sunt Βρέντιοι, quod eorum lingua *fugitivos* sonat: a Romanis vero Brutii, quasi bruti, vecordes et stupidi; quod secundo bello Punico descivissent ad Hannibalem; quare semper sine honore ullo, sine dignitate, habiti sunt, ad servilia tantum opera compelli soliti. A Bretto Herculis fil. vult nomen illis inditum Steph. Βρέντιοι Eustathio, Βροῦττιοι Ptolemæo, Brutates Festo. Eorum vero regio Βρεττανία Polybio, Βρεττεία Strab. Diod. et Athenæo dicitur.

quibus et Spartani, instituere soliti erant. 8. Quippe ab initio pubertatis in sylvis inter pastores habebantur,[4] sine ministerio servili,[d] sine veste, quam induerent,[5] vel cui incubarent; ut a primis annis duritiæ parsimoniæque, sine ullo usu urbis, assuescerent. 9. Cibus his præda venatica; potus aut lactis aut[6] fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur. 10. Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agris finitimorum prædari soliti, confluente deinde multitudine, solicitati præda,[7] cum plures facti essent, infestas regiones reddebant. 11. Itaque fatigatus querelis sociorum Dionysius, Siciliæ tyrannus, sexcentos Afros ad compescendos eos miserat: 12. quorum castellum proditum sibi per Bruttiam mulierem expugnaverunt; ibique civitatem, concurrentibus ad opinionem novæ urbis pastoribus, statuerunt; Bruttiosque se ex nomine mulieris vocaverunt. 13. Primum illis cum Lucanis, originis suæ auctoribus, bellum fuit: 14. cujus[8] victoria erecti, cum pacem æquo jure fecissent, ceteros finitimos armis subegerunt; tantasque opes brevi[9] consecuti sunt, ut perniciosi etiam regibus haberentur. 15. Denique Alexander,[d] rex Epiri, cum in auxilium Græcarum civitatium cum magno[10]

[d] *Sine ministris qui ipsis inservirent.*

---

alebantur.—5 Mss. Bong. *qua induerentur.* Ed. Rom. *quam induerentur.* Liv. XXVIII. 37. 'Virgines longam indutæ vestem.' Quintil. v. Inst. Or. 4. 'Indutus thoracem.' Interp. vetus Epist. D. Pauli ad Ephes. VI. 14. 'Induti loricam justitiæ,' et ad Thess. I. 5. 8. 'Induti loricam fidei.'—6 Bech. Ven. Flor. Med. Par. *potus mellis et lactis et.* Ald. Junt. *potus mellis aut l. aut.* Auson. Technopægn. 67. 'Quodque cibo et potu placitum, labor acer apum, MEL.'—7 Med. 2. *sollicitante prædas.* Coll. N. *consl. mult. d. sollicitante præda.* Videtur Just. scripsisse *consl. d. m. solicitata præda.*—8 *Qua* suspectum habebat Schef. isque malebat *quo*, nempe, bello. Med. 1. Magl. ed. Med. *qui*, quod referend. ad τὸ 'illis,' quod remotius est. Med. 2. Coll. N. *cujus*, sc. belli. Ita XI. 11. 10. 'Victoria omnium bellorum.' Liv. XXIII. 11. 'Victoria belli.' Auctor I. Maccab. 3. 19. Ὅτι οὐκ ἐν πλήθει δυνάμεως νίκη πολέμου ἐστίν.—9 Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *in br.* Ap. Oros. quoque I. 8. in Mss. Leid. *in br.* pro vulg. *br.* reperit Haverkampus, iisdemque astipulatur Frec. tom. I. lib. IV. 1. Id. VII. 37. 'Ostendente in brevi judicio Dei, et quid favor ejus posset, et quid ultio exigeret.' Helmold. I. Chron. Slav. 25. 'Quod si non feceritis, in brevi sentietis ultionem.' Saxo XIV. p. 259. 34. 'Suenonis in brevi judicio præsentandus.'—10 Med. 2. *civ. mag.*

NOTÆ

[d] *Denique Alexander*] Molossus, de quo supr. diximus.

exercitu in Italiam venisset, cum omnibus copiis ab his deletus est. 16. Quare feritas eorum, successu felicitatis incensa, diu terribilis finitimis fuit.[e] 17. Ad postremum imploratus Agathocles, spe ampliandi regni, a Sicilia in Italiam trajecit.

CAP. II. 1. Principio adventus ejus opinione concussi, legatos ad eum, societatem amicitiamque petentes, miserunt.[f] 2. Quos Agathocles ad cœnam invitatos, ne exercitum trajici viderent, in posterum statuta his die, conscensa nave frustratus est.[g] 3. Sed fraudis haud lætus eventus fuit: siquidem reverti eum in Siciliam, interjectis paucis diebus, vis morbi coëgit; 4. quo toto corpore comprehensus, per omnes nervos articulosque humore pestifero grassante, velut intestino singulorum membrorum bello impugnabatur.[h] 5. Ex qua desperatione bellum inter filium nepotemque ejus, regnum[1] jam quasi mortui vindicantes, oritur: occisoque filio, regnum nepos[e] occupavit. 6. Igitur Agathocles, cum morbi[2] cura et ægritudo[3] graviores essent,[4] et inter se alterum alterius malo cresceret,[i] desperatis rebus, uxorem suam Texenam,[5] genitosque ex ea duos parvulos, cum omni pecunia, et familia, regalique instrumento, quo præter illum nemo regum ditior fuit, navibus impositos Ægyptum, unde uxorem acceperat, remittit; timens, ne prædonem regni sui hostem paterentur. 7. Quanquam uxor

[e] *Quare illorum ferocitas, aucta diuturna felicitate, fuit terribilis diu vicinis.*
[f] *Ubi primum audierunt eum venire in Italiam, perterriti miserunt legatos, &c.*
[g] *Eos decepit conscensis navibus, pollicitus se allocuturum eos die sequenti.*
[h] *Dum humor corruptus pervadit omnes nervos et articulos, cruciatur quasi bello intestino in singulis membris.*
[i] *Cum anxietas et solicitudo graviores essent ipso morbo, et mœror morbum, et morbus mœrorem, augeret.*

---

1 Ita præter Juntinam etiam Ald. et Ms. Coll. N. *Bell. i. f. nepotemque ortum, ejus r.* Periz.—2 Rom. *morbo:* quomodo legend. conjecerat Freinsh. —3 Med. 1. Leid. 5. *ægritudinis.*—4 Med. 2. *gravior esset.* Leid. 2. *c. m. cura ægritudinis graviores essent.* Periz. *cum morbus cura et ægritudo gravior esset.*—

NOTÆ

[e] *Regnum nepos*] Quis Agathoclis filius, quisve nepos fuerit, quidve gesserint ambo, incertum est. Perierunt enim Diodori libri, quibus Agathoclis mortem persecutus est. Non diu sane illius nepos regnavit, cum paucis post annis Hieron in principem electus fuerit.

diu, ne ab ægro divelleretur, deprecata est; ne discessus suus adjungi nepotis parricidio posset;[k] et tam cruente hæc deseruisse virum, quam ille impugnasse[6] avum, videretur; 8. 'nubendo se non prosperæ tantum, sed omnis, fortunæ inisse societatem: nec invitam periculo spiritus sui emturam, ut extremos viri spiritus exciperet; et exequiarum officium, in quod, profecta se, nemo sit successurus, obsequio debitæ pietatis impleret.'[l] 9. Discedentes parvuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum non amplius visura osculis fatigabat. Nec minus senis lacrymæ miserabiles erant. 10. Flebant hi morientem patrem; ille exules liberos: hi discessu suo solitudinem patris, ægri senis; ille in spem regni susceptos relinqui in egestate lugebat. 11. Inter hæc regia omnis assistentium fletibus tam crudelis discidii impleta resonabat.* 12. Tandem finem lacrymis necessitas profectionis imposuit, et mors regis proficiscentes filios insecuta est. 13. Dum hæc aguntur, Carthaginienses, cognitis quæ in Sicilia agebantur, occasionem totius insulæ occupandæ datam sibi existimantes, magnis viribus eo trajiciunt, multasque civitates subigunt.

CAP. III. 1. Eo tempore et Pyrrhus adversus Romanos bellum gerebat; 2. qui imploratus a Siculis in auxilium, sicuti dictum est, cum Syracusas venisset, multasque civitates[f] subegisset, rex Siciliæ, sicut Epiri, appellatur. 3. Quarum rerum felicitate lætus, Heleno filio[g] Siciliæ, velut

[k] *Ne discessus ipsius tam grande crimen esset, quam parricidium a nepote commissum.*

[l] *Et libenter se expositurum mortis periculo, modo posset et adesse marito morienti, et debita pietate reddere exequiarum officium, quod nemo facturus sit, si proficiscatur in Ægyptum.*

5 Med. 1. Leid. 2. 4. Bodl. *Theonexam.* Med. 2. *Theoœnam.* Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Med. Flor. Par. Ald. Junt. *Theogenam.*—6 Flor. Par. Ald. Junt. *impugnasset.*

NOTÆ

* A. M. 3774. Ol. 125. 1. U. C. 473. Ant. Ch. 278.

[f] *Multas civitates*] Victis Carthaginiensibus, Erycen expugnavit, oppidum munitissimum, fugatisque sæpius Mamertinis Messanæ incolis, eorum diripuit oppida. Plut.

[g] *Heleno filio*] Qui ex Lanassa Agathoclis filia natus erat: illius tamen filium non Helenum, sed Alexandrum, dicit Plut.

avitum (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat), Alexandro autem Italiæ, regnum destinat.† 4. Post hæc multa secunda prælia cum Carthaginiensibus facit.[h] 5. Interjecto deinde tempore legati ab Italicis sociis[i] venere, nuntiantes, 'Romanis resisti non posse, deditionemque futuram, nisi subveniat.' 6. Anxius tam ambiguo periculo, incertusque quid ageret, vel quibus primum subveniret, in utrumque pronus consultabat. 7. Quippe instantibus hinc Carthaginiensibus, inde Romanis, periculosum videbatur exercitum in Italiam non trajicere: periculosius a Sicilia deducere; ne aut illi non lata ope, aut hi deserti, amitterentur. 8. In hoc æstu periculorum tutissimus portus consiliorum visus est, omnibus viribus decernere[1] in Sicilia; et, profligatis Carthaginiensibus, victorem exercitum transponere[2] in Italiam. 9. Itaque conserto prælio,[k] cum superior fuisset, quoniam tamen a Sicilia abiret,[l] pro victo fugere visus est:‡ 10. ac propterea socii ab eo defecerunt;[m] et imperium Siciliæ tam cito amisit, quam facile quæsierat.[j] 11. Sed, nec in Italia meliore felicitate[n] usus, in Epirum

1 Leid. 1. Coll. N. et C. C. Flor. Ald. *decertare.*—2 Ita xxxv. 4. 4. 'Cum copias Cherroneso transposuisset.' Magl. *transferre*, ut II. 14. 3. 'Copias in Bœotiam transfert.' Periz. *transportare.* Ed. Georgii Majoris in marg.

NOTÆ

† A. M. 3777. Ol. 125. 4. U. C. 476. Ant. Ch. 275.

[h] *Cum Carthaginiensibus facit*] Tot prœliis eorum fregit audaciam, ut pecuniam, si pacem concederet, polliceretur; quibus ille respondit: Unam pacis ineundæ esse rationem, si insula excessissent.

[i] *Italicis sociis*] Samnitibus et Tarentinis, quos bis Romanorum consules vicerant, primum Fabricius, deinde Ruffinus.

[k] *Conserto prælio*] Sibi non constat Justin. nec enim Pyrrhus tunc decertavit in Sicilia, sed navali prælio, ut ait Plut. dum e Sicilia in Italiam transiret: qua in pugna non vicit; sed, amissa classis parte maxima, fugit in Italiam.

‡ A. M. 3779. Ol. 126. 2. U. C. 478. Ant. Ch. 273.

[l] *A Sicilia abiret*] Dum e Sicilia petit Italiam, respectans ad insulam, comitibus dixit: 'O qualem, amici, palæstram Carthaginiensibus et Romanis relinquimus.'

[m] *Defecerunt*] Civitatum aliæ Carthaginiensium partes, aliæ Mamertinorum, secutæ sunt.

[n] *Meliore felicitate*] Pyrrhus electis militum fortissimis, in Marcum Curium, qui ad Beneventum consederat, movit, ut eum facilius sejunc-

revertitur.[o] Admirabilis utriusque rei casus in exemplum fuit. 12. Nam sicut ante secunda fortuna, rebus supra vota fluentibus, Italiæ Siciliæque imperium et tot de Romanis victorias[p] astruxerat:[4] ita nunc adversa, velut in ostentationem fragilitatis humanæ,[q] destruens quæ cumulaverat, Siciliensi ruinæ naufragium maris et fœdam adversus Romanos pugnam turpemque ab Italia discessum adjecit.[m]

Cap. iv. 1. Post profectionem a Sicilia Pyrrhi, magistratus Hiero creatur;[r] 2. cujus tanta moderatio fuit, ut, consentiente omnium civitatium favore, dux adversus Carthaginienses primum, mox rex, crearetur.[s] 3. Hujus futuræ majestatis ipsa infantis[1] educatio quasi prænuntia fuit:

[m] *Sicut enim fovens fortuna concesserat ipsi regnum Italiæ Siciliæque, et tot victorias de Romanis, rebus succedentibus secundum vota; ita nunc adversa, quasi vellet ostendere humanam fragilitatem, auferendo quæ dederat, adjecit amissioni Siciliæ naufragium in mari, et cladem a Romanis acceptam, et discessum ab Italia probrosum.*

transmittere.—3 Coll. N. *acquis.*—4 Ita Med. 2. Leid. 5. *strux.* Med. 1. Magl. Leid. 2.

1 Med. Magl. Leid. 2. 5. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

tum a collega vinceret: sed ille, collatis signis, primam aciem adortus, eum fugavit, hostes ab uno cornu pepulit, in altero elephantos, qui magnam stragem ediderant, conjectis telis, avertit in fugam, qui, retro per suos delati, ordines turbaverunt. Pyrrhus, amissis 23. M. fugit in Græciam. Ita Plut. Oros. tamen vult 33000. hostium cæsa, victosque ait elephantos, quod Romani malleolos stupa involutos ac pice obsitos, uncis insuper aculeis tenaces, eosque inflammatos in turres et terga belluarum immitterent: seu potius, si Floro et Zonaræ credimus, pullus elephantis vulneratus, sessoribus excussis, cum matrem passim quæreret, eaque dolore commota, ceteriquo elephanti concitati, militum ordines turbarunt, et victoriam Romanis peperere.

[o] *In Epirum revertitur*] Milonem, filiumque Helenum, cum 8000. peditum, equitum 800., Tarenti reliquit.

[p] *Tot de Romanis victorias*] Ter tantum justo prælio cum Romanis dimicavit: primo, victor; altero, aut victus, aut victoria incerta, fuit: tertio, plane devictus et ex Italia pulsus est: quod breviter Florus: 'Eædem feræ, quæ primam victoriam abstulerant, secundam parem fecerant, tertiam sine controversia tradidere.'

[q] *Fragilitatis humanæ*] Hanc rerum varietatem Plut. non fortunæ, sed viri ingenio tribuit, qui, quæ fortiter pugnando acquirebat, semper rerum novarum spe corrumperet. Unde Antigonus eum cum aleatore conferre solebat, qui multa et secunda jaceret, sed jactu nesciret uti.

[r] *Hiero creatur*] Non antiquus ille a Pindaro laudatus, sed junior celebratus a Theocrito.

[s] A. M. 3782. Ol. 127. 1. U. C. 481. Ant. Ch. 270.

4. quippe genitus erat patre Hierocle,[2] nobili viro, cujus origo a Gelone,[3][a] antiquo Siciliæ tyranno, manabat: 5. sed maternum illi genus sordidum, atque adeo pudendum,[t] fuit. 6. Nam ex ancilla natus, ac propterea a patre, velut dehonestamentum generis, expositus fuerat.[n] 7. Sed parvulum, et humanæ opis egentem,[4] apes, congesto circa jacentem melle, multis diebus aluere.[o] 8. Ob quam rem responso haruspicum admonitus pater, qui 'regnum infanti portendi' canebant,[u] parvulum recolligit,[5] omnique studio ad spem majestatis, quæ promittebatur, instituit. 9. Eidem in ludo inter coæquales discenti[p] lupus tabulam, in turba puerorum repente conspectus, eripuit. 10. Adolescenti quoque prima bella ineunti aquila in clypeo, noctua[6] in hasta,[w] consedit. 11. Quod ostentum et[7] consilio cautum,

[n] *Et ideo expositus est a patre tanquam dedecus familiæ suæ.*

[o] *Sed apes aluerunt per multos dies puerum egentem subsidio hominum, melle congesto circa ipsum humi jacentem.*

[p] *Dum in schola studeret inter pueros sibi æquales.*

infantilis: quod adjectivum occurrit xvii. 3. 20. 'Infantilibus blandimentis inductus rex.'—2 *Hierocle* ex Paus. verissime emendavit doctiss. Leopardus: et cum Paus. consentit Archimelus ap. Athenæum v. 12. Φασὶ γὰρ, ὡς Ἱέρων Ἱερόκλεος Ἑλλάδι πάσῃ Καὶ νάσοις καρπὸν πίονα δωροφορῶν. Inscriptio basis Syracusis reperta, atque a nobilibus Panormitani Collegii adolescentibus sub regimine Patrum Soc. Jesu publicata in Dissertatione de Severæ Martyris Epitaphio p. 190.

ΒΑΣΙΛΕΟΣ ΑΓΕ
ΙΕΡΩΝΟΣ ΙΕΡΟΚΛΕΟΣ
ΣΥΡΑΚΟΣΙΟΙ ΘΕΟΙΣ ΠΑΣΙ.

—8 *Gelone* pro *Gelo* correxit id. Leopard. cui suffragatur Magl.—4 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. et Saresb. i. 13. p. 39. *indigentem.*—5 Eæd. edd. et Rom. atque Med. 2. Magl. *recollegit. Collegit* in Junt. extare nimium festinans monuit Græv.—6 Rupertus Epist. xxi. ad Reines. p. 66. et in Animadv. ad Pompon. de Orig. Juris ii. 2. p. 183. legit *noct. in cl. aq.* Verum hanc vocum transpositionem minime necessariam esse existimat Reinesius Epist. xxiii. ad eund. p. 77. Saresb. 'Dum Hiero prima bella iniret, aquila ex improviso resedit in clypeo progredientis, manu promtum regemque futurum significans.' Id. 'Noctua tamen eo, quod noctis tenebris non cæcatur, diligentis hominis vigilantiam signat; ut in portento, quo in hasta Hieronis, cum primum progrederetur ad bellum, noctua dicitur consedisse, significans eum fore diligentissimum.'—7 Magl. *in.* Thuan. ed. Bech. Ven. Flor. Med.

NOTÆ

[a] *A G.* [*A Gelo*] Scribend. est *a Gelone.*

[t] *Pud.* [*Pudibund.*] Malim *pudend.*

[u] *Portendi canebant*] Apes modo felicitatem, ut Hieroni et aliis, modo infelicitatem, ut Pompeio ante Pharsalicam, et Bruto ante Philippensem pugnam, portenderunt.

[w] *Noctua in hasta*] Noctua, si volasset, victoriam; si consedisset, exi-

et manu promtum, regemque futurum, significabat. 12. Denique adversus provocatores[x] sæpe pugnavit, semperque victoriam reportavit: 13. a Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est. 14. Pulchritudo ei corporis insignis, vires quoque in homine[8] admirabiles fuere. In alloquio blandus, in negotio justus, in imperio moderatus: prorsus ut nihil ei regium deesse, præter regnum, videretur.

Par. Ald. Junt. *et in.*—8 Periz. *Pulch. corp. ins. v. q. in animo.* Hunc l. imitatur Regino II. Chron. A. DCCCLXXX. de Carolomanno scribens: 'Pulchritudo ejus corporis insignis, vires in homine quoque admirabiles fuere;' et dein: 'Alloquio blandus, humilitate ornatus, in ordinandis regni negotiis singulari solertia præditus, sic ut prorsus ei nihil deesse in regiæ majestatis competentia videretur.'

NOTÆ

tium, minabatur: quod Hieroni accidit, cum Agathocles bello Punico noctuas per castra clam emisit, ut, per castra volitantes, militum animos confirmarent, ut narrat Diod. Hinc manavit adagium, 'Noctua volat.'

[x] *Adversus provocatores*] Mamertinos et Carthaginienses vicit sæpe, cum Romanis etiam bellum gessit; sed paulo post, composita pace, ab eorum partibus stetit.

LIBER XXIV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Græciæ civitates aliæ in alias assurgunt. 2. Ptolemæi Macedonis in sororem Arsinoën conspiratio. 3. Ptolemæi et Arsinoës nuptiæ tragicis casibus solvuntur. 4. Gallorum, qui Ptolemæum vicerunt et interfecerunt, in Macedoniam irruptio. 5. Quo strategemate Ptolemæum aggressi sint et oppresserint. Macedonum luctus et instauratio. 6. Alia Gallorum, Brenno duce, in Græciam expeditio; et de spoliando Delphico templo consilium. Hujus templi et oraculi descriptio. 7. Brenni et aliorum consultatio de templi oppugnatione; et hortatio ad milites. 8. Gallorum Delphos oppugnantium clades, ipsiusque Brenni interitus.

CAP. I. 1. Dum hæc in[1] Sicilia geruntur, interim in Græcia, dissidentibus inter se bello Ptolemæo Cerauno et Antiocho[a] et Antigono[b] regibus, 2. omnes ferme Græciæ civitates, ducibus Spartanis, velut occasione data, ad spem libertatis erectæ, missis invicem legatis, per quos in societatis fœdera[2] alligarentur, in bellum prorumpunt;[a†] 3. et, ne cum Antigono, sub cujus regno[c] erant, bellum cepisse viderentur, socios ejus Ætolos aggrediuntur, causas belli prætendentes, 4. quod consensu Græciæ sacratum Apollini Cirrhæum campum[d] per vim occupassent. 5. Huic bello ducem deligunt Arean, qui, adunato exercitu, urbem sataque in his campis posita depopulatur; quæ auferri non poterant, incendit. 6. Quod cum e montibus conspicati Ætolorum pastores essent, congregati admodum quingenti sparsos hostes, ignorantesque quanta manus esset, quoniam conspectum[3] illis metus et incendiorum fumus abstulerat, consectantur,[b] trucidatisque admodum novem millibus prædones in fugam verterunt.[4] 7. Reparantibus deinde Spartanis bellum auxilium multæ civitates negaverunt, existimantes, dominationem eos, non libertatem Græciæ,[5] quærere. 8. Interea inter reges bellum finitur: nam Ptolemæus,

[a] *Omnes ferme urbes Græciæ, quasi occasio data esset libertatis recuperandæ, aggrediuntur bellum, ducibus Spartanis, et missis legatis ad singulas civitates, ut omnes venirent in societatem belli.*

[b] *Quod pastores Ætolorum videntes e montibus, simul juncti fere quingenti, insectantur hostes dispersos, et ignorantes quantus esset numerus illorum, quia timor et fumus, excitatus ex incendio, impediebat ne videre possent numerum Ætolorum.*

1 *In* desideratur in Leid. 1. 4. ed. Rom.—2 Magl. *in societatem fœderis.* ed. Rom. *in societatis fœdere.*—3 Rom. *prospectum.* Curt. IV. 15. f. 'Prospectum oculorum nubes pulveris, quæ ad cœlum ferebatur, abstulerat.'—4 Med. 2. *vertunt.*—5 Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *eos Gr. non l.*—

NOTÆ

[a] *Antiocho*] Sotero, fil. Seleuci Nicanoris.

[b] *Antigono*] Gonata, qui fil. erat Demetrii Poliorcetæ.

† A. M. 3775. Ol. 125. 2. U. C. 474. Ant. Ch. 277.

[c] *Sub cujus regno*] Urbes Græciæ plurimas et Peloponnesum possidebat.

[d] *Cirrhæum campum*] Qui juxta littus Sinus Corinthiaci extenditur. Sic dictus est a Cirrha, quæ urbs est Phocidis, ad radices montis Parnassi. Unde Apollo Cirrhæus etiam nuncupatur.

pulso Antigono, cum regnum totius Macedoniæ occupasset, pacem cum Antiocho facit; affinitatemque cum Pyrrho,[6] data ei in matrimonium filia sua,[e] jungit.

Cap. II. 1. Exinde, externo metu deposito, impium et facinorosum animum ad domestica scelera convertit, insidiasque Arsinoæ sorori suæ instruit, quibus et filios ejus vita, et ipsam Cassandreæ urbis[f] possessione, privaret. 2. Primus ei dolus fuit, simulato amore, sororis matrimonium[1] petere:[2] aliter enim ad sororis filios, quorum regnum occupaverat, quam concordiæ fraude pervenire non poterat. 3. Sed nota scelerata Ptolemæi voluntas sorori erat. 4. Itaque non credenti mandat, 'velle se cum filiis ejus regni consortium jungere; cum quibus non ideo se armis contendisse, quoniam eripere his regnum, sed quod id facere sui muneris, vellet.[c] 5. In hoc mitteret arbitrum jurisjurandi; quo præsente apud Deos patrios, quibus vellet obsecrationibus, se obligaret.' 6. Incerta Arsinoë quid ageret, si mitteret, decipi perjurio, si non mitteret, provocare rabiem fraternæ crudelitatis, timebat. 7. Itaque plus liberis quam sibi timens, quos matrimonio suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Chodionem;[3] 8. quo perducto in sanctissimum Jovis templum, veterrimæ Macedonum religionis, Ptolemæus, sumtis in manus altaribus,[g] contingens ipsa simulacra et pulvinaria Deorum, inauditis ultimisque execrationibus adjurat, 9. 'se sincera fide matrimonium sororis petere; nuncupaturumque

[c] *Mandat se velle regnum regere simul cum ejus filiis, et in eos se non gessisse bellum, ut horum eriperet regnum, sed ut illis postea redderet.*

6 Mss. ed. Junt. *Pyrrho rege.*

1 Bech. Flor. Med. Par. *sor. in m.* Rom. Ven. Junt. *sororem in m.*—2 Periz. *Primo igitur sim. am. sororem in m. petit.*—3 Med. Magl. Bodl. Leid. 2. 5.

NOTÆ

[e] *Filia sua*] Antigona, quæ Ptolemæi privigna, non filia, fuit.

[f] *Cassandreæ urbis*] Urbs est Macedoniæ maritima, ad Sinum Thermaicum, non procul a Thessalonica: a Cassandra Priami filia nomen habere dicitur.

[g] *In manus altaribus*] Quod moris fuit in jurejurando ap. vett. unde aræ ansæ dictæ sunt, ex Varrone.

se[4] eam reginam; neque in contumeliam ejus se aliam uxorem, aliosve, quam filios ejus, liberos habiturum.' 10. Arsinoë postquam et spe impleta est, et metu soluta, ipsa cum fratre colloquitur; cujus vultus et blandientes oculi cum fidem non minorem quam jusjurandum promitterent, reclamante Ptolemæo filio[h] 'fraudem subesse,' in matrimonium fratris concedit.[5]

Cap. III. 1. Nuptiæ magno apparatu lætitiaque omnium celebrantur.‡ 2. Ad concionem quoque vocato exercitu, capiti sororis diadema imponit, reginamque eam appellat. 3. Quo nomine in lætitiam effusa Arsinoë, quia, quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat, recepisset, ultro virum in urbem suam Cassandream invitat; cujus urbis cupiditate fraus struebatur. 4. Prægressa igitur virum, diem festum urbi in adventum ejus indicit: domos,[1] templa, ceteraque omnia exornari jubet: aras ubique hostiasque[2] disponi: 5. filios quoque suos, Lysimachum sexdecim[3] annos natum, Philippum triennio minorem, utrumque forma insignem, coronatos occurrere jubet. 6. Quos Ptolemæus, ad celandam fraudem, cupide et ultra modum veræ affectionis amplexus, osculis diu fatigat.[d] 7. Ubi ad

[d] *Quos Ptolemæus ad fraudem tegendam amplectitur, et osculatur sæpius quam solent illi, qui vere diligunt.*

ed. Rom. Bech. Flor. Ald. Junt. aliæque *Dionem.* Periz. *Clionem.*—4 *Se* Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl. et hic et ante 'aliam' ignorant.—5 *Consensit* Bech. Flor. Med.

1 Thuan. Leid. 1. 3. Coll. N. *de more*, idemque in Ms. reperit Bong. et tuetur Schef. 'De more' etiam sæpius occurrit ap. Virgil. ut I. Æ. 322. III. 65. et IV. 57. atque Ov. VI. F. 629. Præplacet tamen scriptura, quam repræsentat Med. 2. *domos, templa, itineraque omnia.* Sic *itinera* pro viis in urbe ap. Liv. XXIV. 39. init. 'Postero die alii aliis locis ad obsidenda itinera, claudendosque oppidanis exitus, pars maxima super theatrum circaque consistunt:' et XXV. 9. 'Cum duobus millibus Gallorum Pœnus in tres divisis partes per urbem dimittit Tarentinos, et itinera quam maxime frequentia occupare jubet:' et XXVII. 16. 'Dilapsi per nota urbis itinera in suas amicorumque domos.' Suet. Ner. 25. 'Incedenti passim victimæ cæsæ, sparso per vias identidem croco.'—2 Med. 1. Bodl. Leid. 2. 5. *et hostias.*—3 Med. 2.

NOTÆ

[h] *Ptolemæo filio*] Ejus liberos nominat Lysimachum et Philippum: an tertius accesserit Ptolemæus, incertum.

‡ A. M. 3775. Ol. 125. 2. U. C. 274. Ant. Ch. 277.

portam ventum est, occupari arcem jubet; pueros interfici. Qui cum ad matrem confugissent, in gremio ejus inter ipsa oscula trucidantur, 8. proclamante Arsinoë, ‘quod tantum nefas aut nubendo aut post nuptias contraxisset.’ Pro filiis sæpe se percussoribus obtulit: frequenter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit; vulneraque excipere, quæ liberis intendebantur, voluit. 9. Ad postremum etiam spoliata funeribus filiorum, scissa[4] veste,[e][i] et crinibus sparsis, cum duobus servulis ex urbe protracta,[5] Samothraciam[k] in exilium abiit; eo miserior, quod mori cum filiis ei non licuit. 10. Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerunt. Quippe, Diis immortalibus tot perjuria et tam cruenta parricidia vindicantibus, brevi post a Gallis spoliatus regno captusque vitam ferro, ut meruerat, amisit.

Cap. iv. 1. Namque Galli,[l] abundante multitudine, cum eos non caperent terræ, quæ genuerant, trecenta millia hominum ad sedes novas quærendas, velut ver sacrum,[1][m] miserunt. 2. Ex his portio in Italia consedit, quæ et urbem Romanam[n] captam incendit; 3. et portio Illyricos

[e] *Denique denegata etiam facultate sepeliendi filios, veste lacera.*

vi.—4 Periz. *scisa.* Leid. 1. *excissa.*—5 Ita Oros. vii. 8. de Vitellio: ‘Cum se in quandam proximam palatio cellulam contrusisset, turpissime inde protractus,’ &c. Med. 1. Bodl. *projecta.* Leid. 2. *provecta.* 5. *a duobus s. ex u. protecta.*

1 Ita Pithœus legit ex conj. quam firmant Leid. 1. atque ed. Rom.—2 Pe-

NOTÆ

[i] *Scissa veste, &c.*] Hunc morem usurpabant Antiqui, ut habitu squalido, sparsisque crinibus, et cinere nonnunquam fœdatis, incederent.

[k] *Samothraciam*] Samos ins. duplex est: altera in Mari Icario, Ioniæ vicina, non procul ab Epheso: altera in Mari Ægæo, ad ostia Hebri, inter Lemnum et Imbrum, quæ, quia Thraciæ adjacet, Samothracia dicitur, de qua hic loquitur Justin.

[l] *Galli*] Huj. expeditionis duas causas affert Liv. alteram, spem prædæ: alteram, penuriam commeatum pro tanta multitudine.

[m] *Velut ver sacrum*] ‘Ver sacrum’ sic explicat Dion. Hal. Quoties in aliqua civitate vulgi multitudo nimium excresceret, nec alimenta sufficerent omnibus; Deo cuipiam consecratos, quot annus pareret, homines, foras ideo emittebant, ut alias sedes armis quærerent; creditumque est illis adesse Deum, cui dicabantur.

[n] *Urbem Romanam*] Victis Romanis, Brennus urbem captam incendit: sed, dum Capitolium a Manlio defensum obsidet, a Camillo exule, qui Ro-

sinus, ducibus avibus (nam augurandi studio Galli præter ceteros[2] callent), per strages barbarorum penetravit, et in Pannonia[o] consedit: 4. gens aspera, audax, bellicosa, quæ prima post Herculem,[p] cui ea res virtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit, Alpium invicta[q] juga et frigore intractabilia loca transcendit:[f] 5. ibi domitis Pannoniis per multos annos cum finitimis varia bella gesserunt. 6. Hortante deinde successu, divisis agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam, omnia ferro proterentes,[3] petivere.

[f] *Quæ inaccessa juga Alpium, et loca quæ non possunt propter frigus habitari, transcendit prima post Herculem: cujus virtus et admirationem et immortalitatem consecuta est, quia transcenderat Alpes.*

riz. *præ ceteris:* quod minime præferend. xxi. 6. 1. ‘Vir solertia facundiaque præter ceteros insignis.’ Vulgatum etiam firmat Auctor de Gestis Trevirorum cap. 8. p. 9. Ite enim ille: ‘Nam augurandi studio Galli præter ceteros callent:’ ubi illustris Leibnitz. malebat *valent:* verum nihil mutand. Ead. enim constructione dixit Liv. xxxv. 26. ‘Eo plus in ea, quorum usu calleret, spei nactus.’ Petron. cap. 134. ‘His ego callens Artibus.’ Marcian. Capella iii. p. 50. ‘Fœmina tali multorum curatione callens.’ Nec aliter verbum *callere* construere solet sedulus ille veterum scriptorum, et præsertim Justini atque Valerii M. imitator Saxo, ut iii. p. 39. 16. ‘Præterea sistro ac barbito omnique fidium modulatione callebat:’ p. 44. 26. ‘Rosterum se vocitari, fabriliumque rerum opificio callere perhibuit.’ Quæ duo loca etiam laudat Barthius iv. 8. Ablegm. Eod. lib. p. 49. 47. ‘Qui tam exculto manus artificio calluisset:’ iv. p. 66. 20. ‘Cujus [dimicationis] cum usu experientiaque callere sciat:’ v. p. 72. 32. ‘Ita ut etiam ferinarum pecudaliumque vocum interpretatione calleret:’ p. 87. 6. ‘Quem rex exquisitis dictorum sententiis callere cognoscens:’ et p. 93. 7. ‘Venationibus callens:’ vi. p. 103. 17. ‘Complures miranda præstigiorum machinatione callentes:’ vii. p. 123. 23. ‘Tanto veneficiorum usu callentes:’ p. 139. 50. ‘Insigni olim dimicationis arte callentes:’ xii. p. 226. 21. ‘An ejusmodi usu calleret, interrogatus:’ xiii. p. 244. 23. ‘Quippe nostri, rerum adhuc militarium rudes, raro talium usu callebant:’ xvi. p. 383. 7. ‘Qui talium rerum experientia usuque callebat.’ Id. etiam quartum casum huic verbo junxit i. p. 18. 32. ‘An nandi usum calleret,’ et xiv. p. 269. 23. ‘Cum et regis dolum calleret.’—3 Magl. Leid. 1. 3. Coll. N. Thuan. Mss. Bong. et ed. Rom. atque

NOTÆ

manorum reliquias collegerat, cum suis ad internecionem deletur. Hoc notum omnibus.

[o] *In Pannonia*] Regio fuit Europæ maxima, inter Danub. ad septemtrionem et ortum, Noricum ad occasum, et Illyricum ad meridiem. Duplex fuit: superior, versus occasum, ubi nunc pars Austriæ, Stiriæ, Vindorum Marchiæ, Sclavoniæ, et Carniolæ: inferior, ortum versus, ubi nunc magna pars Hungariæ et Sclavoniæ. Multæ aliæ sunt huj. divisiones ap. auctores, de quibus non est hic agendi locus.

[p] *Prima post Herculem*] Hercules Alpes superaverat, ut Geryonem in Hispania tyrannum occideret.

[q] *Invicta*] Melius reponas *invia*.

7. Tantusque terror Gallici nominis erat, ut etiam[4] reges, non lacessiti, ultro pacem ingenti pecunia mercarentur. 8. Solus rex Macedoniæ Ptolemæus adventum Gallorum intrepidus audivit; hisque cum paucis et incompositis, quasi bella non difficilius quam scelera patrarentur, parricidiorum furiis agitatus, occurrit. 9. Dardanorum quoque legationem viginti millia armatorum in auxilium offerentem sprevit; addita insuper contumelia, ‘actum de Macedonia’ dicens, ‘si, cum[5] totum Orientem soli domuerint, nunc in vindictam finium Dardanis egeant:[6] 10. milites se habere filios eorum, qui sub Alexandro rege stipendia, toto orbe terrarum victores, fecerint. 11. Quæ ubi Dardano regi nuntiata sunt, ‘inclytum illud Macedoniæ regnum brevi, immaturi juvenis temeritate, casurum’ dixit.

Cap. v. 1. Igitur Galli, duce Belgio,[1] ad tentandos Macedonum animos, legatos ad Ptolemæum mittunt, offerentes pacem, si emere velit: 2. sed Ptolemæus inter suos, ‘belli metu pacem Gallos petere,’ gloriatus est.[*] 3. Nec minus ferociter se legatis, quam inter amicos, jactavit, ‘aliter se pacem daturum’ negando, ‘nisi principes suos obsides dederint, et arma tradiderint: non enim fidem se nisi inermibus habiturum.’[h] 4. Renuntiata legatione, risere Galli, undique acclamantes, ‘brevi sensurum, sibi an illi consulentes pacem obtulerint.’ 5. Interjectis diebus, prælium conseritur, victique Macedones cæduntur. 6. Ptolemæus multis vulneribus saucius capitur: caput ejus amputatum, et lancea fixum, tota acie ad terrorem hostium

[g] *Dicens brevi perituram Macedoniam, quæ vicerat omnes populos Orientis, si non possit defendere fines suos sine Dardanis.*
[h] *Non habiturum se fidem Gallis, nisi essent inermes.*

Auctor de Gest. Trev. *prosternentes.* vi. 2. 16. ‘Urbes expugnat, et quasi tempestas quædam cuncta prosternit,’ et xxii. 6. 5. ‘Deinde cum omnia, quacumque ingrederentur, prosternerent.’ Lucan. vii. 278. ‘Et primo ferri motu prosternite mundum.’ Catull. lxiii. 351. ‘Trojugenum infesto prosternet corpora ferro.’—4 Junt. *etiam longe.*—5 Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl. Coll. N. et C. C. *si qui.*

NOTÆ

[f] *Belgio*] Qui Belgis nomen dedit; Paus. tamen Bolgium appellat.

[*] A.M. 3775. Ol. 125. 2. U.C. 474. Ant. Ch. 277.

circumfertur. 7. Paucos ex Macedonibus fuga servavit: ceteri aut capti aut occisi. 8. Hæc cum nuntiata per omnem Macedoniam essent, portæ urbium clauduntur, luctu omnia replentur; 9. nunc orbitatem amissorum filiorum dolebant:[i] nunc excidia urbium metuebant: nunc Alexandri Philippique regum suorum nomina, sicuti numina,[1] in auxilium vocabant: 10. ‘sub illis se non solum tutos, verum etiam victores orbis terrarum, extitisse: 11. ut tuerentur patriam suam, quam gloria rerum gestarum cœlo proximam reddidisset;[k] ut opem afflictis ferrent, quos furor et temeritas Ptolemæi regis perdidisset,’[2] orabant. 12. Desperantibus omnibus, non votis agendum Sosthenes,[s] unus de Macedonum principibus, ratus, contracta juventute,[l] et Gallos victoria exultantes compescuit, et Macedoniam ab hostili populatione defendit. 13. Ob quæ virtutis beneficia multis nobilibus regnum Macedoniæ affectantibus ignobilis[t] ipse præponitur: 14. et, cum rex ab exercitu appellatus esset, ipse non in regis, sed in ducis,[3] nomen[4] jurare milites compulit.[5]

Cap. vi. 1. Interea Brennus, quo duce portio Gallorum in Græciam se effuderat, audita victoria suorum, qui Belgio duce Macedonas[1] vicerant, indignatus parta victoria opimam prædam et Orientis spoliis onustam tam facile

[i] *Nunc dolebant se orbatos esse filiis in prælio occisis.*
[k] *Orabant ut defenderent patriam suam, quam reddiderant illustrissimam et potentissimam, rebus a se præclare gestis.*
[l] *Dum omnes desperant, Sosthenes unus ex principibus Macedonum, arbitratus non pugnandum votis, sed armis, omnes juvenes collegit.*

1 Rom. *numinum*, quomodo legend. conjecit Avus.—2 Med. 2. ed. Rom. *perdidissent.*—3 Sic Med. 2. Leid. 1. 4. Coll. N. ed. Bong. Bech. Ven. Flor. Ald. Junt. At Med. 1. Leid. 5. *sed in ducis belli.* 2. *sed in judicis.* Vulg. *sed ducis.*—4 Magl. ed. Rom. *sed in d. nomine.*—5 Id. Ms. et Leid. 5. *compellit.* Bech. Ald. Junt. aliæque *coëgit.*
1 Vulg. *Macedones.* Medicei, Magl. Bodl. Leid. 1. 2. 4. 5. Periz. Ald. Junt.

NOTÆ

[s] *Sosthenes*] Ante Sosthenem, Meleager menses 2. et Antipater dies 45. regnarunt, ut tradit Euseb.

[t] *Ignobilis*] Prius unum de principibus dixit: non fuit Sosthenes sanguine regio, sed nobili tamen, oriundus.

relictam esse,[m] ipse adunatis centum quinquaginta millibus[u] peditum, et quindecim millibus equitum, in Macedoniam irrumpit.[z] 2. Cum agros villasque popularetur, occurrit ei cum instructo exercitu Macedonum Sosthenes: sed pauci a pluribus, trepidi a valentibus,[3] facile vincuntur. 3. Itaque, cum victi se Macedones intra muros urbium condidissent, victor Brennus, nemine prohibente, totius Macedoniæ agros deprædatur. 4. Inde quasi terrena jam[4] spolia sorderent,[5] animum ad Deorum immortalium templa convertit; scurriliter jocatus, 'locupletes Deos[w] largiri hominibus oportere.' 5. Statim igitur Delphos iter vertit, prædam religioni, aurum offensæ Deorum immortalium, præferens;[n] 'quos nullis opibus egere, ut qui eas largiri hominibus soleant,' affirmabat. 6. Templum autem Apollinis[x] Delphis positum est in monte Parnaso,[y] in rupe undique impendente:[6] ibi civitatem frequentia hominum

[m] *Ægre ferens Macedonium repletam prædis opimis et spoliis totius Orientis tam facile victam a Belgio.*

[n] *Vehementius cupiens auferre prædam et aurum, quam religionem et Deorum cultum non violare.*

Macedonas, ut XI. 9. 5.—2 Periz. Vincent. VI. 20. *irrupit*.—3 Med. 2. *valentioribus*. Id. comparativus occurrit ap. Cic. v. Fam. 21. 'Tuta conditione pacem accipere malui, quam viribus cum valentiore pugnare:' ac Sen. II. Benef. 29. 'Quanto volentiora animalia sub jugum miserimus,' et Plin. Paneg. 38. 'Nec uti inter pecudes, sic inter homines, potestatem et imperium valentioribus dedit.'—4 *Jam* Periz. Ald. Junt. ignorant. Med. 1. Leid. 2. *etiam*.—5 Periz. *q. terree spolie s.* Vincent. VI. 20. *q. ei jam terrena sp. s.* ed. Bech. *q. spolia s.*—6 Rom. *pendenti*. Vincent. 'hinc rupes undique

NOTÆ

[u] *CL. millibus*] Diod. habet 140. M.

[w] *Locupletes Deos*] Qua cavillatione usus est etiam Dionysius, dum juberet mensas argenteas ex omnibus delubris afferri; stultitiam esse jactitans, a quibus bona precamur, ab iis porrigentibus nolle sumere, ut refert Cic.

[x] *Templum Apollinis*] Huj. templi originem tradit Diod. Ingens erat terræ hiatus, quo forte accedentes capellæ continuo sonos et gestus mirificos edere cœperunt: quod ubi vidit pastor et ipse accessit, quem incolæ plerique imitati, idem quod acciderat capris experti sunt. Quare quisque, rebus in dubiis, illo oraculo pro se usus est: cum vero alienata mente in hiatum præcipitarentur, placuit vaticinandi munus virgini primum, deinde vetulæ sacerdoti committere; quo ut tutius fungeretur, machina super hiatum exstructa est, quæ, cum tres haberet pedes, tripodis nomen obtinuit.

[y] *In monte Parnaso*] Mons est Phocidis, Musis et Apollini sacer, inter Cithæronem et Heliconem, Poëtarum versibus notissimus.

fecit, qui, ad affirmationem[7] majestatis undique concurrentes, in eo saxo consedere.[o] 7. Atque ita templum et civitatem non muri, sed præcipitia, nec manu facta, sed naturalia præsidia, defendunt: prorsus ut incertum sit, utrum munimentum loci, an majestas Dei, plus hic admirationis habeat.[p] 8. Media saxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem et hominum clamor, et, si quando accedit tubarum[8] sonus, personantibus et respondentibus inter se rupibus, multiplex audiri, ampliorque quam editur, resonare, solet.[q] Quæ res majorem majestatis terrorem ignaris rei et admiratione[9] stupentibus plerumque affert. 9. In hoc rupis anfractu, media ferme montis altitudine, planities exigua est, atque in ea profundum terræ foramen, quod in oracula patet:[r] ex quo frigidus spiritus, vi quadam velut vento in sublime expulsus, mentes vatum in vecor-

[o] *Qui habitarunt in ea rupe, in quam venerant undique, moti celebritate illius loci propter Dei majestatem.*

[p] *Ita ut difficile sit judicare, an plus admirationis mereatur munimentum loci, quam majestas Dei.*

[q] *Et, si fiat aliquis sonus tubarum, solet audiri multiplex, et major quam emittitur, rupibus inter se respondentibus.*

[r] *Ex quo eduntur oracula.*

concurrentes,' mediis omissis.—7 Med. 2. *mirationem*. Magl. *admirationem*, quomodo in Junt. legi existimabat Vorst. deceptus errore typographico primæ ed. Grævii, in qua p. 394. extat *admirationem*. Bodl. ed. Rom. Ald. Junt. *qui admiratione*, nec aliter prima Græviana. Periz. *qui miratione*.—8 *Tub.* abest Leid. 3. 4. Coll. C. C. Vincent. 'et si q. accessit sonus.'—9 Fabro corrigenti, *admiratione*, suffragantur Med. 2. Periz. Ita XXVI. 1. 8. Med. 2. Leid. 3. 4. Periz. Reg. Thuan. ed. Rom. 'Hac [L. 4. *Ac*] tam sæva dominatione stupentibus.' Ubi vulgo legitur *Ad tam sævam dominationem stup.* quomodo loquitur Plin. XIV. 22. 'Quoniam vini natura non gelascit, alias ad frigus stupens.' Stat. v. Sylv. III. 136. 'Stupuit primæva ad carmina plebes Eubœa:' et Latinus Interp. Proph. Danielis VIII. 27. 'Stupebam ad visionem.' Usitatius tamen verbum *stupere* vel cum accusativo construitur, (quem etiam dicto loco exhibent Med. 1. Leid. 3. 4. ed. Bech. Ven. Med. Ald. Junt. *Hanc tam sævam dominationem stupentibus*. Stat. III. Sylv. 1. 17. 'Stupet ipse labores Annus.' IV. Th. 458. 'Et nova clamosæ stupuere silentia valles.' IX. 228. 'Stupet hospita belli Unda viros.' I. Achil. 14. 'At tu, quem longe primum stupet Itala virtus Graiaque.' 578. 'Et actus Assidue stupet, et præsentem cantat Achillen:' Juv. S. XIII. 16. Stupet hæc, qui jam post terga reliquit Sexaginta annos?' Plin. Paneg. 32. 'Stupebant agricolæ plena horrea.' Add. notam Munkeri ad Lactant. Plac. XIII. 2.) vel cum ablativo: Liv. XXVII. 19. 'Cujus miraculo nominis alii mortales stuperent.' Petron. Sat. 123. 'Fluctus stupuere pruina.' Curt. X. 9. 'Stupebant improviso malo pedites.' Plin. VIII. 32. 'Cetero [Ms. Leid. *Ceterum*] animal simplex et omnium rerum miraculo stupens.' Pers. S. III. 32. 'Sed stupet hic vitio.' Stat. VIII. Th. 346. 'Stupet insolito clangore Cithæron Marcidus.' Flor. I. 18. 'Stupens occasione tanta dux hostium:' et addito

diam vertit; impletasque Deo responsa[10] consulentibus dare cogit. 10. Multa igitur ibi et opulenta[11] regum[a] populorumque[12] visuntur munera; quæque, magnificentia sui, reddentium vota gratam voluntatem et Deorum responsa manifestant.

Cap. VII. 1. Igitur Brennus, cum in conspectu haberet templum, diu deliberavit, an confestim rem aggrederetur; an vero fessis via militibus noctis spatium ad resumendas vires daret. 2. Emanus[1] et Thessalorus[2] duces, qui se ad prædæ societatem junxerant, 'amputari moras' jubent, 'dum imparati hostes, et recens adventus sui terror[3] esset: 3. interjecta nocte et animos hostibus, forsitan et auxilia accessura; et vias, quæ tunc pateant, obstructum iri.'[a] 4. Sed Gallorum vulgus ex longa inopia, ubi primum vino ceterisque[4] commeatibus referta rura invenit, non minus abundantia quam victoria lætum per agros se sparserat;[5] 5. desertisque signis, ad occupanda omnia pro victoribus

[a] *Nolunt expectare diutius, quia eorum adventus improvisus terruerat hostes non paratos ad resistendum; et ne forte illa nocte et hostes resumerent vires, et venirent ipsis auxilia, et viæ obstruerentur, quæ tunc patebant.*

---

in, Virgil. x. Æ. 445. 'Tum, jussa superba Miratus, stupet in Turno.'—10 Vincent. 'ex quo fervidus sp. vi quadam, velut a vento in s. exp.' et 'impletasque Dei r.' Ald. Junt. *eo r.* Med. 1. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. *Deorum r.*—11 Med. 2. *opulentia:* ut ap. Nep. Chabr. 3. 'Opulentium fortuna.' Apul. VIII. M. p. 163. 'Castellum frequens et opulens,' et x. p. 224. 'Matrona quædam pollens et opulens.' Auson. Epicedio in Patrem 7. 'Non opulens, nec egens, parcus sine sordibus egi:' et Salvian. I. adv. Avar. I. 'Sic esse cœpisti turbis opulens, fide pauper.' Similiter *pestilens* XXIX. 2. 7. 'Pestilentis sideris vi.' Cic. I. de Divin. 36. 'Sunt partes agrorum aliæ pestilentes, aliæ salubres.' Colum. I. 3. 'Pestilens fundus.' Salvian. eod. lib. 3. 'Quo fit, ut tam pestilens sit pietas,' &c. et IV. 1. 'Sufficit, inquit, pestilens prædicatio.'—12 Med. 1. quatuor Leid. Bodl. ed. Rom. et Vincent. *ac populorum.* Vincent. omittit 'igitur.'

1 Bodl. *Ænianus.* Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *Eurydanus.* Bech. Med. *Euridanus.*—2 Flor. *Tessalonus:* reliquæ edd. *Thessalonus.*—3 *Terror* pro *terrori* venuste legend. conjecit Freinsh. Vid. Wopkens.—4 Periz. *Cererisque.*—5 Magl. Leid. 4. Periz. ed. Rom. *læti p. a. se sparserant.* Vincent. 'Non minus abundantia quam victoria lætum se per agros dispersit, desertisque signis vagabatur ad occupanda omnia.' *Pro victoribus vagari* etiam dixit Hegesipp. v. 14. 'Judæos tamen pro victoribus, quia se intra secundum

NOTÆ

[a] *Opulenta regum*] Graviter de Christo querebatur impius Porphyrius, quod ab ejus nativitate nulla ex Deorum oraculis utilitas caperetur; silebant enim omnia oracula.

vagabantur. Quæ res dilationem Delphis dedit. 6. Prima namque opinione adventus Gallorum prohibiti agrestes oraculis feruntur[6] messes vinaque villis efferre.[a] 7. Cujus rei salutare præceptum non prius intellectum est, quam vini ceterarumque copiarum abundantia, velut mora Gallis objecta, auxilia finitimorum convenere.[7] 8. Prius itaque urbem suam Delphi, aucti viribus sociorum, permunivere, quam Galli vino, velut prædæ, incubantes, ad signa revocarentur. 9. Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum[8] sexaginta quinque millia:[9] Delphorum sociorumque non nisi quatuor millia militum erant;[10] 10. quorum contemtu Brennus, ad acuendos suorum animos, prædæ ubertatem omnibus ostendebat, statuasque cum quadrigis,[a] quarum ingens copia procul visebatur, solido auro fusas esse;[11] plusque in pondere quam in specie[12] habere prædæ affirmabat.[a]

Cap. VIII. 1. Hac asseveratione incitati Galli, simul et hesterno mero saucii,[a] sine respectu periculorum in bellum ruebant.† 2. Contra Delphi, plus in Deo quam in viribus

[a] *Ubi rumor increbuit Gallos adventare, dicitur oraculum prohibuisse agricolis, ne vina et messes efferrent domibus.*

[a] *Ostendebat omnibus magnitudinem prædæ, et currus, et Deorum statuas conflatas ex solido auro, quarum ingens multitudo procul videbatur; et dicebat illas esse multo ditiores quam apparerent.*

[a] *His dictis Galli incitati, et ebrii vino quod biberant die præcedenti.*

---

murum receperant, quasi expulsis Romanis, gloriabantur.'—6 Periz. *oraculo coguntur.* Ven. Med. Par. Ald. Junt. Med. 2. Thuan. Coll. N. Leid. 2. 3. *fuerant.* Bech. Flor. *pr. agrestes a Græcis oraculis fuerant.* Leid. 1. *prohibitique a Græcis oraculis feruntur.* Vincent. 'Prima vero op. adv. eorum proh. feruntur agrenses.'—7 Med. 2. *convenirent.*—8 Dorvil. 2. *ped. numero*, ut II. 10. 20. 'Naves quoque mille ducentas numero habuisse dicitur.' Vid. Oudendorp. ad Cæs. I. B. G. 50. et Wopkens. ad h. l.—9 Magl. *sexag. millia.*—10 Id. *non nisi* III. *millia erant*, omissa voce *militum*, quam ex glossa ortam fuisse suspicabatur Schef. Med. 1. Leid. 1. 5. Thuan. Periz. Bodl. et Vincent. *non nisi quatuor milia milites erant:* idemque in Ms. Duisburgensi reperisse se testatur Duker. ad Liv. XXXV. 20. Ald. Junt. *non n.* XV. *millia militum erant.* Margo Vincentii: 'Al. 14. *millia.*'—11 *Esse* Med. 2. Coll. N. nesciunt.—12 Rom. *in sp. in se.*

NOTÆ

[a] *Statuas cum quadrigis*] Crœsus mille lateres ex auro solido fusos Apollini Delphico miserat, ex quibus facta est ara tota aurea. Ita Herod.

† A. M. 3776. Ol. 125. 3. U. C. 475. Ant. Ch. 276.

reponentes,[1] cum contemtu hostium resistebant; scandentesque Gallos e summo montis vertice partim saxo,[2] partim armis, obruebant.[3] 3. In hoc partium certamine, repente universorum templorum antistites, simul et ipsi[4] vates,[b] sparsis crinibus, cum insignibus atque infulis, pavidi vecordesque in primam pugnantium aciem procurrunt: 4. 'advenisse Deum' clamant, 'eumque se vidisse desilientem in templum per culminis aperta fastigia. 5. Dum omnes opem Dei suppliciter implorant, juvenem supra humanum modum insignis pulchritudinis, comitesque ei duas armatas virgines ex propinquis duabus Dianæ Minervæque ædibus occurrisse: 6. nec oculis tantum hæc se perspexisse; audisse etiam stridorem arcus ac strepitum armorum: 7. proinde ne[5] cunctarentur, Diis antesignanis, hostem cædere, et victoriæ Deorum socios se adjungere,' summis obsecrationibus monebant. 8. Quibus vocibus incensi, omnes certatim in prælium prosiliunt. 9. Præsentiam Dei et ipsi statim sensere: nam et terræ motu[c] portio montis abrupta Gallorum stravit exercitum, et confertissimi cunei[d] non sine vulneribus hostium dissipati ruebant.[x] 10. Insecuta deinde

[x] *Et moles ingentes terræ avulsæ ex monte vulnerabant hostes.*

1 Periz. *in v. spei ponentes:* ut Liv. XXX. 35. 'In quo plurimum spei ponerent.' Thuan. Leid. 1. 4. Reg. Coll. C. C. *in v. reputantes.* Coll. N. *in se reponentes.* Leid. 2. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *in v. spem ponentes.* Rom. *in v. spem reponentes.* Bodl. *in v. spei reponentes.* Quod imitatur Saxo III. p. 56. 5. 'Plurimum quippe spei in ejus industria ab universis reponebatur:' et X. p. 182. 13. 'Evenitque, ut plus spei in auxilio Danorum, quam metus in sua adversitate, reponeret,' et XV. p. 369. 31. 'Non enim minorem expugnandi ejus spem in acumine quam viribus reponebat.'—2 Magl. ed. Bech. et sex aliæ *saxis.* Vincent. 'Delphi autem cadentes Gallos...partim saxis, p. a. obr.'—3 Coll. N. *trucidabant.*—4 Med. 2. *ipse* pro *ipsæ*, quod extat in Leid. 5. et Mss. Fuld. vel *ipsa.* Oros. VI. 15. 'Appius Claudius Censorinus jam abolitam Pythici oraculi fidem voluit experiri: quippe ab eo adacta vates descendere in specum respondisse fertur,' &c. Eurip. Ion. 93. Θάσσει δὲ γυνὴ τρίποδα ξάθεον Δελφὶς ἀείδουσ' Ἕλλησι βοὰς, Ἃς ἂν Ἀπόλλων κελαδήσῃ.—5 Flor. Par. *nec.*—6 Bech. Flor. Med. Par. Junt. *fulgure.* Ven.

NOTÆ

[b] *Ipsi vates*] Ipsæ vates, id est, Phœbades et Pythiæ. Hæc, et quæ sequuntur, plus fabulæ quam veritatis habent.

[c] *Terræ motu*] 26. M. partim ferro, partim metu Panico, perierunt. Ex Paus. et Val. M.

[d] *Cunei*] Cuneus etiam dicitur conglobata militum multitudo: cuneus enim proprie est instrumentum ferreum, cujus prima pars acutior, latior altera: hinc cunei militares dicuntur.

tempestas est, quæ grandine et frigore[6] saucios ex vulneribus absumsit. 11. Dux ipse Brennus, cum dolorem vulnerum ferre non posset, pugione[e] vitam[7] finivit. 12. Alter ex ducibus, punitis belli auctoribus, cum decem millibus sauciorum citato agmine Græcia[8] excedit. 13. Sed nec fugientibus fortuna commodior fuit: siquidem pavidis nulla sub tectis acta nox;[y] 14. nullus sine labore et periculo dies; assidui imbres, et gelu nix concreta, et fames et lassitudo, et super hæc[9] maximum pervigiliæ[10] malum miseras infelicis belli reliquias obterebant.[z][11] 15. Gentes quoque nationesque, per quas iter habebant, palantes[12] velut prædam sectabantur.[13] 16. Quo pacto evenit, ut nemo ex tanto exercitu,[f] qui paulo ante fiducia virium etiam adversus Deos contendebat,[14] vel[15] ad memoriam tantæ cladis[16] superesset.

[y] *Non audebant præ timore nocte manere in tectis.*

[z] *Et præterea vigiliæ, quod est malum maximum, exitium afferebant reliquiis miseris infelicis exercitus.*

fulgore. Tà 'ex vuln.' omittit Saresb.—7 Med. 2. Leid. 2. 5. *pugione se.* Med. 1. corrupte *pugionem se.*—8 Bech. *cum d. m. sociorum c. a. a G.* Vincent. 'Alter ex duobus ducibus, qui cum eo erant, cum X. millibus sauciorum Græcia excessit.' *Citato agmine* etiam dixit Oros. VI. 15. 'Cæsar inde citato agmine per Epirum in Thessaliam perrexit.'—9 Medicei, Leid. 2. Periz. Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *lass. et s. h.* Rom. *et s. hoc.*—10 Ead. cum Flor. Ald. Junt. Ms. Coll. N. *pervigilii.* Par. *pervigili.* Vincent. 'et gelu et nix concreta et f. et super hoc m. pervigil malum mis. b. reliquias obtrivit.'—11 Ven. Par. *obterrebant.* Med. 1. *abterebant* pro *atterebant:* quomodo scriptum in Leid. 2. Pacatus Paneg. 11. 'Quicquid atterit Gothus, quicquid rapit Hunnus:' et 45. 'Agmen hostile triumphalibus vestigiis atterens.' Vid. Græv. ad III. 5. 12.—12 Bech. *pallantes.* Med. 1. Magl. Leid. 2. Bodl. ed. Rom. *vagos* (Med. *vagis*) *fugientes palantes.*—13 Periz. *gaudentes v. pr. spectabant.* Ven. Flor. Par. *gaudentes v. pr. vagos fugientes spectabant* (Ven. *sectabantur*). Ald. Junt. *gaudentes, velut prædam palantes sectabantur.* Leg. *vagos, palantes*, et vid. Avum ad Liv. XXVII. 16.—14 Regius *etiam contra deos contendebant.* Periz. Bodl. ed. Ald. Junt. *etiam deos contemnebat.* Rom. Ven. Med. Par. *etiam deos contemnebant.* Flor. *etiam deos spolians contendebat.*—15 Ead. cum Bech. Ven. Med. Par. *velut.*—16 Med. 1. *cædis.*

NOTÆ

M. suorum languentem animam ferro exegerunt.

[e] *Pugione*] Præ pudore acceptæ cladis eum veneno vitam finiisse tradit Paus. Addit Diod. auctorem fuisse suis, ut creato rege Cicorio saucios omnes interficerent: quare 20.

[f] *Nemo ex tanto exercitu*] Sibi non consentit Justin. illorum enim partem in Asiam, partem in Thraciam, extorres fugisse postea dicit, refertque Polyb. eos, qui superfuerant, circa Byzantium constitisse.

LIBER XXV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Galli Antigono, Macedoniæ regi, pacem venalem offerunt. 2. Dum ad prædam currunt, prædæ fiunt ipsi: et Antigonus pacem obtinet. Nomen Gallorum formidabile et armorum invicta felicitas. 3. Pyrrhus Macedonia potitur, Antigono ejecto. 4. Pyrrhus, dum monarchiam somniat, a Spartanis mulieribus atteritur. 5. Pyrrhus apud Argos occiditur: ejusdem elogium et rerum summa subjicitur.

CAP. I. 1. Inter duos reges, Antigonum et Antiochum, statuta pace,[a] cum in Macedoniam Antigonus reverteretur, novus eidem repente hostis exortus est.‡ 2. Quippe Galli, qui a Brenno duce, cum in Græciam proficisceretur, ad terminos gentis tuendos relicti fuerant, ne soli desides viderentur, peditum quindecim[1] millia, equitum tria[2] millia,[3] armaverunt;[4] 3. fugatisque Getarum[b] Triballorumque copiis, Macedoniæ imminentes, legatos ad regem miserunt, qui pacem ei venalem offerrent, simul et regis castra speculărentur. 4. Quos Antigonus, pro regali munificentia,[5]

1 Rom. xxv.—2 Med. 1. *quatuor*.—3 Ven. Med. *quatuor milia*.—4 Eæd. cum Bech. Flor. Ald. Junt. Med. 1. Magl. *armaverant*. Mox ap. Vincent. VI. 22. vitiose editum est *Græcorum Tribalorumque*.—5 Ms. Bong. *magnif.* ut XII. 3. 11. ' Conviviumque juxta regiam magnificentiam ludis exornat.' Vetus Interp. lib. Esther. I. 7. ' Bibebant autem, qui invitati erant, aureis poculis, et aliis atque aliis vasis cibi inferebantur. Vinum quoque, ut magnificentia regia dignum erat, abundans et præcipuum ponebatur.' Saxo v.

NOTÆ

[a] *Statuta pace*] Sosthene a Gallis, ut creditur, vel devicto, vel occiso, Macedones Pyrrhum regem expetebant, qui ad imperium Siciliæ animum adjicere maluit. Interim Antigonus Gonatas et Antiochus Soter Macedoniam tanquam paternum regnum ambiebant: sed tandem Antiochus, qui longe lateque imperabat in Asia, Macedoniam cessit Antigono.

‡ A. M. 3757. Ol. 120. 4. U. C. 456. Ant. Ch. 295.

[b] *Getarum*] Qui Danubii ripam, Pontum versus, incolebant.

ingenti apparatu epularum ad cœnam invitavit. 5. Sed Galli expositum grande auri argentique pondus admirantes, atque prædæ ubertate solicitati, infestiores quam venerant revertuntur. 6. Quibus et elephantos ad terrorem, velut inusitatas barbaris formas, rex ostendi jusserat,[a] et naves onustas copiis[c] demonstrari; 7. ignarus, quod, quibus ostentatione virium metum se injicere existimabat, eorum animos ut ad opimam prædam solicitabat. 8. Itaque legati ad suos reversi, omnia in majus extollentes, opes pariter et negligentiam regis ostendunt: 9. ' referta auro et argento castra; sed neque vallo fossave munita: et, quasi satis munimenti in divitiis haberent, ita eos omnia officia militaria intermisisse: 10. prorsus quasi ferri auxilio[6] non indigerent, quoniam abundarent auro.'

CAP. II. 1. Hac relatione avidæ gentis animi satis ad prædam incitabantur. 2. Accedebat tamen et exemplum Belgii, qui non magno ante tempore Macedonum exercitum cum rege trucidaverat. 3. Itaque, consentientibus omnibus, nocte castra regis aggrediuntur: qui, præsentiens tantam tempestatem, signum pridie dederat, ut, omnibus rebus ablatis, in proxima sylva[1] taciti se occultarent.[2] Neque aliter servata castra, quam quod deserta sunt: 4. siquidem Galli, ubi omnia vacantia,[3] nec sine defensoribus modo, verum etiam sine custodibus,[4] vident, non fugam hostium sed dolum arbitrantes, diu intrare portas timuerunt. 5. Ad postremum integris et intactis munimentis, scrutantes[5] po-

[a] *Quibus rex jusserat ostendi elephantos, belluas a Gallis nunquam visas, ad terrorem incutiendum.*

p. 94. 28. ' Aula erat cultu magnificentiæ regalis instructa:' et XII. p. 220. 9. ' Quem rex regalis magnificentiæ convivio excipit.' Add. Wopkens. ad h. l.—6 Cant. *auxilia*. Vid. Wass. ad Sall. Ju. 36.

1 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *in proximam sylvam*. Vincent. ' dederat suis, ut,' et ' tacite,' male.—2 Med. 2. *occulerent*.—3 Vincent. ' vacua:' idemque in Ms. reperit Bong.—4 Coll. N. *nec s. cust. m. v. e. s. defens.*—5 Leid. 2. *strupantes*. Periz. *scruptantes*.—6 Coll. N. *ea*.—7 Scheffero

NOTÆ

[c] *Naves onustas copiis*] Hoc vero non simile videtur; Antigonus enim vitam privatam egerat, et Macedoniam acceperat multis attritam cladibus.

tius quam diripientes, castra occupaverunt. 6. Tunc, ablatis quæ invenerant, ad littus convertuntur. Ibi, dum naves incautius diripiunt, a remigibus et ab[6] exercitus parte quæ eo cum conjugibus et liberis confugerant,[7] nihil tale metuentes trucidantur: 7. tantaque cædes Gallorum fuit, ut Antigono pacem opinio hujus victoriæ[8] non a Gallis tantum, verum etiam a finitimorum feritate, præstiterit.[b] 8. Quanquam Gallorum ea tempestate tantæ fœcunditatis juventus[9] fuit, ut Asiam omnem[d] velut examine aliquo implerent. 9. Denique neque reges Orientis sine mercenario Gallorum exercitu ulla bella gesserunt; neque pulsi regno ad alios quam ad Gallos confugerunt.[10] 10. Tantus terror Gallici nominis, et[11] armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque majestatem suam tutari neque amissam reciperare[12] se posse nisi[13] Gallica virtute arbitrarentur. 11. Itaque, in auxilium[e] a Bithyniæ rege[14] invocati, regnum cum eo

[b] *Et tanta fuit strages Gallorum, ut non tantum Galli, sed etiam gentes finitimæ barbaræ, territæ fama hujus victoriæ, non ausæ sint bellum inferre Antigono.*

legenti *confugerat* suffragatur Med. 2.—8 Med. 1. Periz. ed. Bech. Ven. et quinque aliæ *huj. vict. op.*—9 Coll. N. *tanta fecunditas juventutis.*—10 Med. 1. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. et quatuor aliæ *gesserint* et *confugerint.*—11 Bodl. ed. Bech. Flor. Ald. Junt. *sive.*—12 Med. 2. *ut al. neque hii m. s. tutam, neque illi am. recipere.*—13 Coll. N. *ut neque hi m. s. tutam, neque illi a. r. posse, nisi. Nisi Gall. virt.* etiam in Ms. reperit Bong. *Nisi* pro, præterquam. Cæcil. Plocio ap. Gell. II. 23. 'Quæ, nisi dotem, omnia Quæ nolis habet.' Terent. Andr. IV. 2. 14. 'Hanc, nisi mors, mi adimet nemo.' Curt. III. 6. 18. 'Nihil nisi divina ope aggredi videbatur:' ubi etiam quædam exemplaria præferunt *sine div. o.* Inf. XXI. 3. 7. 'Negabat opprimi Romanos nisi in Italia posse.' XXXVIII. 5. 8. 'Quorum nihil est nisi bello quæsitum,' et 7. 2. 'Nullam subjectarum sibi gentium expertam peregrina imperia, nullis unquam nisi domesticis regibus paruisse.' Mamertin. Paneg. Maxim. 10. 'Et tamen vides, non invenire me ex omni antiquitate quod comparem vobis, nisi Herculeæ gentis exemplum.' Recte tamen in reliquis Mss. additur particula *aliter.* Salvian. VI. de Prov. 18. 'Aliter jam non vitiosi esse non possumus, nisi ut non simus.' Vetus Interp. libr. Numer. XXXV. 33. 'Nec aliter expiari potest, nisi per ejus sanguinem,' &c. et I. Regum XXIX. 4. 'Quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris?' Add. Wopkensii notam ad h. l.—14 Leid. 2. 5. Bodl. *in aux. Bithyniæ regis.* Vincent.

NOTÆ

[d] *Asiam omnem*] Asiam Minorem intelligit: ultra Taurum enim non penetrarunt Galli, nisi aliquanto post, pecunia conducti a regibus Syriæ.

[e] *In auxilium*] Attalicorum regum ditionem diu populati obtinuerunt ab iis Bithyniam, quam suo nomine Gallogræciam dixerunt.

parta[15] victoria diviserunt; eamque regionem 'Gallogræciam' cognominaverunt.

CAP. III. 1. Dum hæc in Asia geruntur, interim in Sicilia Pyrrhus a Pœnis navali prælio victus, ab Antigono, Macedoniæ rege, supplementum militum per legatos petit;[1]* 2. denuntians, 'ni mittat, redire se in regnum necesse habere, incrementa rerum, quæ de Romanis voluerit,[2] de ipso quæsiturum.'[c] 3. Quod ubi negatum legati retulerunt, dissimulatis causis, repentinam fingit profectionem. 4. Socios interim parare bellum jubet: arcis Tarentinæ custodiam Heleno filio et amico Miloni tradit. 5. Reversus in Epirum, statim fines Macedoniæ invadit:[f] cui Antigonus cum exercitu occurrit; victusque prælio in fugam vertitur. 6. Atque ita Pyrrhus Macedoniam in deditionem accipit;[3] et, veluti damna amissæ Siciliæ Italiæque acquisito Macedoniæ regno pensasset, relictum Tarenti filium et amicum arcessit. 7. Antigonus autem cum paucis equitibus, fugæ comitibus, repente fortunæ ornamentis destitutus, amissi regni speculaturus eventus,[4] Thessalonicam[g] se recepit;[5]

[c] *Denuntians, nisi mittat auxilia, ipsi necesse esse redire in regnum suum, et tunc se gesturum in eum bellum, ut fines regni sui dilatet, quod volebat facere dispendio Romanorum.*

'Itaque residui in auxilium Eumenis Bithyniæ regis invocati.' Rabanus Maurus XII. de Proprietate Sermonum 4. et XVI. 2. 'In auxilium a rege Bithyniæ evocati.' Albert. Stadensis p. 139. 'A rege Bithyniæ vocati, regnum cum eo diviserunt.' Auctor de Gest. Trev. 9. 'In auxilium a rege Bithyniæ vocati, cum eo regnum parta victoria diviserunt.' Hunc Bithyniæ regem fuisse Nicomeden Zipœtæ filium docet Ampl. Cuper. IV. Obs. 11.—15 Periz. *facta.*

1 Vulg. *supp. mil. petit.* Bong. aliique rectius ediderant *supp. mil. per legatos petit*, suffragantibus Mss. et vetustis edd.—2 Ms. Coll. N. *nequiverit.*—3 Leid. 2. Coll. N. ed. Rom. Bech. et sex aliæ *accepit.*—4 Ald. Junt. *eventum*; verum Med. 2. Leid. 1. 3. 4. Thuan. ed. Bech. Flor. Med. Par. *eventus*, ut XI. 12. 1. 'In dubios belli eventus.' Lucan. IX. 554. 'Maximus hortator scrutandi voce Deorum Eventus Labienus erat.' Nazarius Paneg. 19. 'Cum res bellica cæcos habeat eventus.' Add. notam Wopkensii.—5 Med. 1. Reg. Leid. 2. a sec. m. *recipit.*

NOTÆ

* A. M. 3780. Ol. 126. 3. U. C. 479. Ant. Ch. 272.

[f] *Invadit*] Primum cum Antigono congredi non ausus, urbes aliquas cepit: tum commisso in Chaonia prælio, Gallisque, qui pro Antigono stabant, concisis, et elephantorum et phalangis duces, dextram iis protendens, ad partes suas attraxit.

[g] *Thessalonicam*] Ad sinum Thermaicum: nunc Græcarum urbium est nobilissima.

ut inde cum conducta Gallorum mercenaria manu bellum repararet.[d] 8. Rursus a Ptolemæo Pyrrhi filio funditus victus,[h] cum septem comitibus fugiens, non jam reciperandi regni spem, sed salutis latebras ac fugæ solitudines, captat.[e]

CAP. IV. 1. Igitur Pyrrhus in tanto fastigio regni[i] collocatus, jam nec eo, ad quod votis perveniendum fuerat, contentus, Græciæ Asiæque regna meditatur.†[f] 2. Neque illi major ex imperio quam ex bello voluptas erat: nec quisquam Pyrrhum, qua tulisset impetum,[1] sustinere valuit. 3. Sed ut ad devincenda regna invictus habebatur; ita devictis acquisitisque celeriter carebat.[2] Tanto melius studebat acquirere[k] imperia quam retinere. 4. Itaque, cum copias Cherroneso[3][l] transposuisset, legationibus Atheniensium et Achæorum[m] Messeniorumque excipitur.

[d] *Fugit Thessalonicam, ut recuperare posset amissum regnum, si qua oriretur occasio.*

[e] *Sed quærit latebras ut vitam servet, et solitudines, quo possit fugere.*

[f] *Postquam Pyrrhus pervenit ad tantam potentiam, cogitat subigere Græciam et Asiam, non contentus ea potestate, quam vix sperare debuerat.*

---

1 Ms. Coll. N. *impetus*. Ita Liv. XXIII. 15. 'Dilapsi omnes, quocumque hospitia, aut fortuitus animi impetus tulit, per Campaniæ urbes, maxime Nolam Neapolimque.' Plin. XXV. 10. 'Impetus animi et quædam artis libido in hæc eum tulere.'—2 Med. 2. Coll. N. *excidebat*. Terent. And. II. 5. 12. 'Herus, quantum audio, uxore excidit.' Ubi Donatus notat: ''Uxore excidit:' quod Græci dicunt ἐξέπεσεν καὶ ἀπέτυχεν.' Vid. Avum ad Sen. Ep. 122. —3 Magl. *Cherronesum*, quæ scriptura firmat conj. Avi legentis *Chersoneson*.

NOTÆ

[h] *Funditus victus*] Urbes tamen plurimæ in fide Antigoni remanserunt. Ex Plut.

[i] *Fastigio regni*] Pyrrhus Atheniensium et Messeniorum laudibus elatus, impudentem vocavit Antigonum, qui non sumeret pallium, sed purpuram adhuc gestaret.

† A. M. 3782. Ol. 127. 1. U. C. 481. Ant. Ch. 270.

[k] *Studebat acquirere*] Eum Antigonus aleatori similem dicebat, qui spe lucri proprias opes dissipat. Talis etiam Alexander Magnus; cujus gesta dum legeret aliquando Aug. Cæsar, cum admiratum ferunt, non induxisse in animum quomodo quæsita servaret, sed tantum ut nova quæsitis adjiceret.

[l] *Cherroneso*] *Peloponneso* melius dixeris.

[m] *Achæorum*] Achaia late sumta Thessalia, Epiro, Peloponneso, et mari circumscribitur: in Bœotiam, Atticam, Megaridem, Phocidem, Locros, Ozolas, et Doridem, regiones dividitur. Proprie dicta est pars Peloponnesi, inter Corinthum et Patras.

5. Sed et Græcia omnis admiratione nominis ejus, simul et rerum adversus Romanos Pœnosque gestarum gloria,[4] attonita, adventum ejus expectabat.[5] 6. Primum illi bellum adversus Spartanos[n] fuit: ubi, majore mulierum[o] quam virorum virtute exceptus,[6] Ptolemæum filium et exercitus partem robustissimam amisit: 7. quippe oppugnanti urbem ad tutelam patriæ tanta multitudo fœminarum concurrit, ut non fortius victus, quam verecundius, recederet.[p] 8. Porro Ptolemæum filium[q] ejus adeo strenuum et manu fortem fuisse tradunt, ut urbem Corcyram[r] cum[7] sexagesimo[8] ceperit: idem prælio navali quinqueremem ex scapha cum septimo insiluerit,[9] captamque tenuerit: 9. in oppugnatio-

[g] *Et in certamine navali insiluerit ex scapha cum septem sociis in navem maximam, quippe quæ haberet quinque ordines remorum.*

Munker. ad Hygin. Fab. 103. vulgatum tuetur. Ald. Junt. *Cheronneso*.—4 *Glo.* non extat in Mss. atque vetustis edd.—5 Bech. Ven. Med. Par. *spectabant*. Flor. *exspectabant*: eædemque cum Ald. *attoniti*.—6 Medicei, Magl. Leid. 2. 3. Coll. N. Thuan. Bodl. ed. Rom. Ald. Junt. *exceptus et*. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *excipitur*. *Tunc*. Vincent. VI. 23. 'maj. mul. q. v. v. exceptum, ubi et.'—7 Ald. *ut u. C. solus cum*. Junt. *ut u. C. aggressus solus cum*.—8 Medicei, Leid. 5. Bodl. Thuan. Mss. Bong. ed. Bech. Ven. Med. *cum sexagesimo*: et cum Leid. 1. 3. Periz. Reg. Coll. N. *cum septimo*. Venuste. Oros. VI. 16. 'Sex. Pompeius cum centesimo equite aufugit.' Plura hujusmodi exempla collegerunt Avus ad h. l. et in Mantissa Pecun. vet. 1. ac Parens Dissert. Epistol. in Livii loca Geog. p. 45.—9 Leid. 4. *idem p. n. i quinq. insil*. Vulgatum imitatur Saxo VII. p. 127. f. 'scapham insiliens.'

NOTÆ

[n] *Adversus Spartanos*] Eum Spartam evocavit Cleonymus, ex stirpe regia oriundus, indigne ferens regnare Areum ejus ex fratre nepotem.

[o] *Majore mulierum*] Obsessi a Pyrrho, Spartiatæ in Cretam mulieres amandare cogitabant: sed illæ cum se, eversa urbe, vivere velle negarent, fossam continuo ducunt simul cum senibus et pueris, tertiamque fossæ partem 6. cubitos latam, altam 4. longam 8. jugera hac nocte perficiunt: ubi vero diluxit, potum, cibum, armaque juvenibus subministrabant. Plut.

[p] *Recederet*] Ubi utrinque uno et altero die acriter pugnatum esset, Pyrrhus, superata fossa, equo in urbem irrumpit: sed, illius equus ictus sagitta cum eum effudisset, cecinit receptui, dum hostes ingruunt undique, et post adventum Ammeniæ, qui exercitus Antigoni partem ducebat, ab obsidione discessit. Hæc Plut.

[q] *Ptolemæum filium*] Non ibi occisus est Ptolemæus: sed, dum obsidione soluta Argos Pyrrhus repetit, Areus, qui ex Creta redierat, eum aggressus, Ptolemæum fortiter dimicantem interfecit.

[r] *Corcyram*] Ins. est Maris Ionii notiss. non procul ab Epiro, inter Acroceraunios montes et Leucaden: *Corfou*.

ne quoque Spartanorum usque in mediam urbem equo[10] procurrerit;[11] ibique concursu multitudinis interfectus sit. 10. Cujus corpus ut relatum patri est, dixisse Pyrrhum ferunt, 'aliquanto tardius eum, quam timuerit ipse, vel temeritas ejus meruerit, occisum esse.'[h]

Cap. v. 1. Repulsus a Spartanis Pyrrhus Argos petit:[s] ibi, dum Antigonum[t] in urbe clausum expugnare conatur, inter confertissimos violentissime dimicans, saxo de muris ictus[u] occiditur.[t‡] 2. Caput ejus Antigono refertur:[x] qui, victoria mitius usus,[w] filium ejus Helenum, cum Epirotis sibi deditum, in regnum remisit,[y] eique insepulti[4x] patris ossa in patriam referenda tradidit. 3. Satis constans inter

[h] *Fertur Pyrrhus dixisse, filium suum interfectum esse aliquanto tardius quam ipse metuebat, vel illius temeritas merebatur.*

Pro *quinq.* Bech. Flor. Ald. Junt. *triremem.*—10 Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *cum eq.*—11 Thuan. Leid. 4. *procucurrerit.* Med. 2. *procucurrit.* Periz. *percurrerit.*

1 Oros. iv. 2. 'Saxo ictus decubuit.' Similiter Saxo xiv. p. 311. 'Ita lapide ictus est, ut multus e capite cruor profunderetur.' Magl. *s. de m. jacto occ.* quomodo ex conj. legit Staveran. in Misc. Obs. tom. x. p. 397. Bodl. ed. Rom. Ven. Flor. Par. Med. Ald. Junt. *jactato.*—2 Magl. *defertur.* Coll. N. *ad Antigonum refertur.* Ita Tac. xii. A. 54. 'Spoliaque et prædas ad procuratores referre.'—3 Leid. 1. 3. 4. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *dimisit.*—4 Staveran. l. l. p. 399. legit *insepulta,* conjectura assecutus scripturam codicis Magl.—5 Med. 2. *ang. ignobilemque eam r. g. f.*

NOTÆ

[s] *Argos petit*] Dum civium principes Aristias et Aristippus inter se dissentiunt, et ille Pyrrhum, hic Antigonum, vocat.

[t] *Dum Antigonum*] Omnia confudit Justin. Dum Aristias de nocte Pyrrhum in urbem inducit, Aristippus Antigoni filium cum valido præsidio ex altera parte accersit: quare tota nocte magna confusione certatum est: sed, ubi diluxit, territus est Pyrrhus et hostium multitudine et figura tauri cum lupo pugnantis: fuerat enim prædictum illi mortem instare, cum eam speciem cerneret.

[u] *Saxo de muris ictus*] Dum ex urbe tentat egredi, et Helenus parenti opem ferre festinat, Pyrrhus fugiens in suos incurrit: elephas enim casu suo aditum portæ obstruxerat: quare, dum alii ingredi, alii egredi, properant, Pyrrhus in hostes irruentes se convertit, et cum Argivo quodam, a quo fuerat leviter vulneratus, pugnabat; cum mota periculo filii mater ingentem tegulam e fenestra in illius caput abjicit: tum, a Zopyro Antigoni duce cognitus, capite truncatus est. Quæ multis Plut. narrat.

‡ A. M. 3782. Ol. 127. 1. U. C. 481. Ant. Ch. 270.

[w] *Victoria mitius usus*] Cum Alcyonæus ejus fil. Pyrrhi caput ad pedes projecisset, ille filium baculo et conviciis abegit a se, et chlamyde oculis admota illacrymavit.

[x] *Insepulti*] Illius caput et truncu magnifice cremasse testatur Plut.

omnes auctores fama est, nullum nec ejus nec superioris ætatis regem comparandum Pyrrho[y] fuisse; raroque, non inter reges tantum, verum etiam inter illustres viros, aut vitæ sanctioris aut justitiæ probatioris visum fuisse: 4. scientiam certe rei militaris in illo viro tantam fuisse, ut cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gerens, invictus semper fuerit: 5. Illyriorum quoque, Siculorum, Romanorumque et Carthaginiensium bellis nunquam inferior,[z] plerumque etiam victor, extiterit: 6. qui patriam certe suam angustam ignobilemque, fama rerum gestarum[5] et claritate nominis sui, toto orbe illustrem reddiderit.

NOTÆ

[y] *Comparandum Pyrrho*] Alexandro primas, Pyrrho secundas, sibi tertias, dabat Hannibal, uti narrant Liv. et Plut.

[z] *Nunquam inferior*] Semel a Romanis, semel a Carthaginiensibus, victus est, ut diximus.

LIBER XXVI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Peloponnesii per proditionem Antigono traduntur. Aristotimus tyrannus Epirotas affligit, et Hellanici prudentia opprimitur. 2. Antigonus Gallis occurrit, qui, in furorem versi, conjuges et liberos suos trucidant: deinde numinis vindicta omnes internecione delentur. Antigoni bellum cum Atheniensibus. 3. Alexander, Pyrrhi filius, in regnum restituitur. Regni Cyrenarum turbulentus status.

Cap. i. 1. Post mortem Pyrrhi non in Macedonia tantum, verum etiam in Asia Græciaque, magni bellorum

motus fuere. 2. Nam et Peloponnesii[1] per proditionem Antigono traditi: 3. et variante hominum partim[2] dolore, partim gaudio, prout singulæ civitates aut auxilium de Pyrrho speraverant aut metus sustinuerant, ita aut cum Antigono societatem jungebant, aut mutuis inter se odiis in bellum ruebant.[a] 4. Inter hunc turbatarum provinciarum motum, Epirorum quoque urbs[a] ab Aristotimo principe per tyrannidem occupatur:* 5. a quo cum multi ex primoribus occisi,[3] plures in exilium acti essent, Ætolis per legatos postulantibus, 'conjuges liberosque exulum redderet,' primo negavit: 6. postea, quasi pœniteret, proficiscendi ad suos omnibus matronis potestatem dedit; diemque profectionis statuit. 7. Illæ, quasi in perpetuum cum viris exulaturæ, pretiosissima quæque auferentes, cum ad portam quasi uno agmine profecturæ convenissent, omnibus rebus exspoliatæ,[4] in carcerem[5] recluduntur; occisis prius in gremio matrum parvulis liberis, virginibusque ad stuprum direptis.[6] 8. Ad tam sævam dominationem stupentibus[7] omnibus, princeps eorum Hellanicus,[8 b] senex et liberis orbus, ut qui[9] nec ætatis nec pignoris[10] respectu timeret, contractos domum[11] fidissimos amicorum in vindictam patriæ horta-

[a] *Et, dum alii populi dolent de morte Pyrrhi, alii gaudent; singulæ civitates vel ineunt societatem cum Antigono, vel inter se bella gerunt, prout vel speraverant auxilium a Pyrrho, vel eum metuebant.*

1 Med. 2. et Leid. Magl. Periz. *Peloponenses*, nec aliter Magl. Periz. Leid. 2. IV. 4. 12.—2 Avus ad Liv. XXXV. 31. legit *var. animos p.* Rom. *var. varietate hominum p.*—3 Ald. Junt. *ex prim. qui forte ad eum confugerant, occ.*—4 Medicei, Leid. 1. 2. 5. Thuan. Bodl. Coll. N. Periz. *spol.*—5 Magl. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *in carcere.*—6 Optime correxit Avus *abreptis.* Ita *abripi in cruciatum* dixit Terent. Andr. IV. 5. 46. 'Hanc jam oportet in cruciatum hinc abripi.'—7 Vid. ad XXIV. 6. 8.—8 Ald. Junt. *Hellanico.*—9 Leid. 1. 3. *et quia.*—10 Iid. cum 4. 5. ed. Bong. *pigneris.* Coll. N. ed. Rom. aliæque *pignorum.*—11 Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *convocatos domi.*—

NOTÆ

[a] *Epirorum quoque urbs*] Mendosus est locus: legend. *Eliorum*, ut patet ex Plutarcho et Pausaniæ Eliacis: Glareanus tamen, nescio quo auctore, *Epidauriorum* legit.

* A. M. 3783. Ol. 127. 3. U. C. 482. Ant. Ch. 269.

[b] *Hellanicus*] Non ab Hellanico, sed a Cylene, Aristotimus necatus est.

tur.[b] 9. Cunctantibus privato periculo publicum[12] finire,[c] et deliberandi spatium postulantibus, arcessitis servis jubet obserari[13] fores, tyrannoque nuntiari, 'mitteret qui conjuratos apud se comprehenderet;'[14] objectans singulis, 'se, quia[15] liberandæ[16] patriæ auctor esse non possit, desertæ ultorem futurum.'[d] 10. Tunc illi ancipiti periculo circumventi, honestiorem viam eligentes, conjurant in tyranni necem: atque ita Aristotimus, quinto postquam[17] tyrannidem occupaverat mense, opprimitur.

CAP. II. 1. Interea Antigonus cum multiplici bello et Ptolemæi regis et Spartanorum[c] premeretur, novusque illi hostis Gallograeciæ[1] exercitus affluxisset,[e] in speciem castrorum parva manu adversus ceteros relicta, adversus Gallos totis viribus proficiscitur.† 2. Quibus cognitis Galli, cum et ipsi se prælio[2] pararent, in auspicia pugnæ hostias

[b] *Dum omnes attoniti sunt propter tam crudelem dominationem, Hellanicus nobilissimus omnium civium hortatur amicorum fidissimos, quos in domum convocarat, ad ulciscendam patriam: nec enim timebat sibi, quia senex erat; nec liberis, quia nullos habebat.*

[c] *Dum omnes dubitant an debeant se objicere periculo, ut finem imponant calamitati publicæ.*

[d] *Objiciens singulis se ultorem fore patriæ ab ipsis desertæ, cum non possit ipsis persuadere ut illam liberent a tyranno.*

[e] *Cum novi hostes, id est, Galli in Asia habitantes, in eum bellum movissent.*

12 Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl. Periz. *c. privato* (Periz. *private*) *publicum periculum.* Coll. N. *c. privato impendio publica pericula.* Saxo VIII. p. 146. 34. 'Publicam perniciem privato periculo redimere statuerunt.'—13 Med. 1. Leid. 1. 2. 5. Thuan. Periz. *observari*, quod Scheffero placebat: atque ita XIX. 3. 12. Med. 1. 'observatisque foribus.'—14 Magl. Periz. *comprehenderent.*—15 Coll. N. ed. Flor. Ald. Junt. *qui.*—16 Med. 1. Leid. 2. 5. *liberatæ*, quomodo ex conj. legit Schef.—17 Flor. Ald. Junt. *posteaquam.* Novem Mss. *quam*, quod venustius est. Liv. IX. 11. 'Quicquid pridie habuerunt, quam in colloquium est ventum, habeant:' et XXXI. 7. 'Sed quinto inde die, quam solverit naves, in Italiam perveniet.' Curt. IV. 4. 'Tyrus septimo mense, quam oppugnari cœpta erat, capta est.' Nep. Aristid. 1. 'Sexto anno quam erat expulsus.'

1 Coll. N. *Gallogræcorum.* Schef. malebat *Gallogræcia*, idemque dant Thuan. Leid. 4.—2 Thuan. *bello.*—3 *A* abest a Mss. Bong. Bodl. Coll. C. C.—

NOTÆ

[c] *Spartanorum*] Antigonus, multis urbibus in Peloponneso potitus, Spartanos etiam subjicere sibi cogitabat: sed, cum Philadelphus Spartanis mitteret auxilia, ipsi non tantum cum Spartanis, sed etiam cum Ptolemæo, bellum gerendum fuit.

† A. M. 3784. Ol. 127. 3. U. C. 483. Ant. Ch. 268.

cædunt: quarum extis cum magna cædes interitusque omnium prædiceretur, non in timorem, sed in furorem, versi, sperantesque Deorum minas expiari cæde suorum posse, conjuges et liberos suos trucidant, auspicia belli a[3] parricidio incipientes. 3. Tanta rabies feros animos invaserat, ut non parcerent ætati, cui etiam hostes pepercissent; bellumque internecivum[4 d] cum liberis liberorumque matribus gererent, pro quibus bella suscipi solent. 4. Itaque quasi scelere vitam victoriamque redemissent,[f] sicut erant cruenti ex recenti suorum cæde, in prælium non meliore eventu quam omine proficiscuntur: 5. siquidem pugnantes prius parricidiorum furiæ[e] quam hostes circumvenere; obversantibusque ante oculos manibus interemtorum, omnes occidione cæsi.[g] 6. Tanta strages fuit, ut pariter cum hominibus Dii consensisse in exitium[5] parricidarum viderentur. 7. Post hujus pugnæ eventum, Ptolemæus et Spartani, victorem hostium exercitum declinantes, in tutiora se recipiunt. 8. Antigonus quoque, ubi eorum discessum videt, recenti adhuc ex priori victoria militum ardore, bellum Atheniensibus[f] infert. 9. In quo cum occupatus esset,[g] interim Alexander[h] rex Epiri, ulcisci mortem patris Pyrrhi cupiens, fines Macedoniæ depopulatur. 10. Adversus

[f] Itaque, quasi vitam sibi conservassent, et victoriam peperissent, scelere commisso.
[g] Quia, dum pugnant, furiæ, ob parricidia patrata, illos prius aggressæ sunt, quam hostes; et omnes occisi sunt, dum obversatur memoriæ recordatio filiorum interfectorum.

4 Ita Med. 1. Leid. 2. 4. 5.—5 Magl. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald.

NOTÆ

[d] *Internecivum*] Alii *internecinum* scribunt.

[e] *Parricidiorum furiæ*] I. e. animus male conscius, et scelerum stimulis agitatus.

[f] *Bellum Atheniensibus, &c.*] Quod præsidium Museo impositum ejecissent.

[g] *In quo cum occupatus esset*] Difficilis fuit urbis expugnatio: Ptolemæus enim Patroclum miserat cum classe, et Areus ipse Spartanorum rex subsidio venerat: sed, postquam et Spartani et Ægyptii diuturna obsidione fessi recesserunt, Athenienses a sociis destituti urbem dedere coacti sunt Antigono, qui benigne usus victoria, ubi Museo imposuit præsidium, et ipse recessit. Hæc Paus.

[h] *Alexander*] Ex Lanassa Agathoclis filia susceptus, et rex Italiæ a Pyrrho destinatus.

quem cum reversus a Græcia Antigonus esset, transitione militum destitutus, regnum Macedoniæ cum exercitu amittit. 11. Hujus filius Demetrius, puer[i] admodum, absente patre, reparato[6] exercitu, non solum amissam Macedoniam recipit, verum etiam Epiri regno Alexandrum spoliat. 12. Tanta vel mobilitas militum vel fortunæ varietas erat, ut vicissim reges nunc exules, nunc reges, viderentur.

CAP. III. 1. Igitur Alexander,[k] cum exul ad Acarnanas[1] confugisset, non minore Epirotarum desiderio, quam sociorum auxilio, in regnum restituitur. 2. Per idem tempus rex Cyrenarum Magas[2 1] decedit: qui ante infirmitatem Beronicen[3] unicam filiam, ad finienda cum Ptolemæo fratre certamina,[m] filio ejus[4] desponderat. 3. Sed, post mortem regis, mater virginis Arsinoë,[5] ut invita se contractum matrimonium solveretur,[h] misit qui ad nuptias virginis regnumque Cyrenarum Demetrium fratrem regis Antigoni a[6] Macedonia arcesserent:[7] qui et ipse ex filia Ptolemæi procreatus erat. 4. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaque, cum secundante vento celeriter Cyrenas advolasset, fiducia pulchritudinis, qua nimis placere socrui cœperat, statim a principio superbus, regiæ familiæ militibusque impotens

[h] Ut solveretur matrimonium quod contractum fuerat contra ipsius voluntatem.

Junt. *excidium.*—6 Rom. *parato.* Periz. Mss. Bong. *patrato.*
1 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Arcadas.*—2 Coll. N. *Magius* pro *Magas,* quomodo ex Scriptoribus Græcis legend. monuit Leopard.—3 Ald. Junt. h. l. et XXVII. 1. 2. *Berenicen,* atque ita inf. §. 7. sed XXVII. 1. 4. *Berenice.* Eæd. tamen XXXVI. 4. 1. dant *Beronicen.* Inscriptiones: BEPENIKH.—4 Leid. 3. *ejus, qui vocatus est Gallinicus.*—5 Periz. *regis, uxor ejus A.*—6 Id. nescit *a.*—7 Ald. Junt. *accersirent.* Vid. ad XVIII. 2. 4.—8 Ammian. XV.

NOTÆ

[i] *Demetrius, puer*] Quomodo id præstiterit, non liquet: constat tamen ex Euseb. Antigonum ad 23. annos Macedoniæ regnum possedisse.

[k] *Igitur Alexander*] An ille regno expulsus fuerit, et deinde restitutus, incertum: mirum enim his de rebus ap. historicos silentium.

[l] *Ma.* [*Agas*] Magam vocant Paus. et Athenæus.

[m] *Certamina*] Ille enim, hostili animo in fratrem Philadelphum, Antiochi Soteris filiam uxorem duxit, soceroque persuasit, ut violato fœdere bellum inferret Philadelpho: quod dum ille moliretur, Ptolemæus, divisis copiis, totam Antiochi vastavit ditionem. Ita Paus.

erat;[7] studiumque placendi a virgine in matrem contulerat.[8] 5. Quæ res suspecta primo virgini, dein popularibus militibusque invisa, fuit. 6. Itaque, versis omnium animis in Ptolemæi filium, insidiæ Demetrio comparantur: cui, cum in lectum socrus concessisset, percussores immittuntur. 7. Sed Arsinoë audita voce filiæ ad fores stantis, et præcipientis, 'ut matri parceretur,'[9] adulterum paulisper corpore suo protexit. 8. Quo interfecto, Beronice et stupra[10] matris, salva pietate, ulta est; et in matrimonio sortiendo judicium patris secuta.[k 11]

[i] *Ab initio imperii, ob superbiam, displicebat regiæ familiæ et militibus.*
[k] *Et secuta est judicium patris, dum matrimonium contraxit cum Ptolemæi filio.*

2. 'Omni placendi studio in adulationem ex more collato.' Saxo in suo Justini cod. videtur legisse *transtulerat*. Ita enim ille IV. p. 58. 10. 'Hortatus itaque placendi studium in se transferat:' et XIV. p. 270. 15. 'Aut ab iis saltem ad propinquos placendi studium transferat.' *Studium placendi* etiam dixit Hegesipp. I. 31. init. 'Cum regi studio placendi inniterentur.'—9 Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *parcerent*.—10 Periz. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *stuprum*.—11 Flor. Ald. Junt. *subsec.*

LIBER XXVII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Seleucus Callinicus novercam et fratrem infantem interficit. 2. Classe naufragio amissa, civitates amissas recipit: prælio victus aufugit: auxilium noxium a fratre Antiocho Hierace petit et impetrat. 3. Asiæ turbulentus status. In Antiochum Hieracem et Seleucum numinis vindicta.

CAP. I. 1. Mortuo Syriæ rege[a] Antiocho, cum in locum

NOTÆ

[a] *Mortuo Syriæ rege*] Ita rem narrant Hieron. et Appian. Post diuturna inter Antiochum Deum, Soteris fil. et Ptolemæum Philadelphum bella, Philadelphus bello fessus Berenicen filiam dedit uxorem Antiocho; qui primum Laodicen primam uxorem cum filiis Seleuco et Antiocho aula expulit: sed paulo post, amore victus, reduxit Laodicen, quæ, verita viri ambigui et mobilis animum, eum veneno sustulit.

[b] *Seleucus*] Callinicus (quæ vox victorem sonat) dictus est per antiphrasim, quia a Gallis sæpe victus fuerat: Pogonem Polyb. Gallinicum alii nominant.

[c] *A parricidio cœpit*] Filium Berenices cum matre ab Antiochiæ præfecto occidi curavit, ut habet Hieron.

‡ A. M. 3808. Ol. 133. 3. U. C. 507. Ant. Ch. 244.

[d] *Beronicen*] Erat et Philadelphi filia, et soror Laodices, sed natu minor.

[e] *Daphnæ*] Vel suburbanum Antiochiæ Syriæ, ex Steph. vel lucus fontibus irriguus, 11. stadiis ab Antiochia distans, ex Strab. in quo fanum erat, asylum Apollinis: Daphne dictus est, quod lauris esset consitus.

[f] *Qui, nisi in Ægyptum, &c.*] Syriam, Ciliciam, et regiones trans Euphratem subegit, ex Hieron. Babylonem etiam cepit, et Laodicen tot criminum ream occidi jussit, ex Appian.

ejus filius Seleucus[b] successisset, hortante matre Laodice, quæ prohibere[1] debuerat, auspicia regni a parricidio cœpit:[c] ‡ 2. quippe Beronicen[d] novercam suam, sororem Ptolemæi regis Ægypti, cum parvulo fratre ex ea suscepto interficit. 3. Quo facinore perpetrato et infamiæ maculam subiit, et Ptolemæi bello se[2] implicuit. 4. Porro Beronice, cum ad se interficiendam missos didicisset, Daphnæ[e] se claudit. 5. Ubi cum obsideri eam cum parvulo filio nuntiatum Asiæ civitatibus esset, recordatione paternæ majorumque ejus dignitatis, casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes misere. 6. Frater quoque Ptolemæus periculo sororis exterritus, relicto regno, cum omnibus viribus advolat. 7. Sed Beronice ante adventum auxiliorum, cum vi[3] expugnari non posset, dolo circumventa, trucidatur. 8. Indigna res omnibus visa. Itaque cum universæ civitates, quæ defecerant, ingentem classem comparassent, repente exemplo crudelitatis exterritæ, simul et in ultionem ejus, quam defensuri erant,[4] Ptolemæo se tradunt:[a] 9. qui, nisi in Ægyptum[f] domestica seditione revo-

[a] *Continuo se tradunt Ptolemæo, et quia territæ erant crudelitate Seleuci, et ut ulciscerentur mortem Berenices, quam volebant defendere.*

1 Ms. Coll. N. ed. Ven. et quinque aliæ *inhib.*—2 Med. 1. Magl. quatuor Leid. Bodl. Periz. *se bello:* ut cap. 3. 3. 'Imperio se ejus restituunt.'—3 Rom. *per vim.*—4 Med. 1. Magl. Mss. Bong. *fuerant.*—5 Ms. Coll. N. *interemptæ.*

catus esset,[g] totum regnum Seleuci occupasset. 10. Tantum vel illi odium parricidale scelus, vel huic favorem indigne peremtæ[5] mors sororis, attulerat.

Cap. II. 1. Post discessum Ptolemæi Seleucus, cum adversus civitates,[h] quæ defecerant, ingentem classem comparasset, repenti veluti Diis ipsis parricidium vindicantibus, orta tempestate classem naufragio amittit:* 2. nec quicquam illi ex tanto apparatu præter nudum corpus et spiritum et paucos naufragii comites residuos[1] fortuna fecit.[i] 3. Misera quidem res, sed optanda Seleuco fuit: siquidem civitates, quæ odio ejus ad Ptolemæum transierant, velut Diis arbitris satisfactum sibi[2] esset, repentina animorum mutatione in naufragii misericordiam versæ, imperio se ejus restituunt.[e] 4. Lætus igitur malis suis, et damnis ditior redditus, veluti par viribus, bellum Ptolemæo infert: 5. sed quasi ad ludibrium tantum fortunæ natus esset, nec propter aliud opes regni recepisset, quam ut amitteret, victus prælio, non multo quam post naufragium comitatior, trepidus Antiochiam[i] confugit.† 6. Inde ad Antiochum fratrem literas facit:[3] quibus auxilium ejus implorat, oblata ei Asia, inter fines[4] Tauri montis, in

[h] *Et vix ipse nudus evasit, et vitam servavit cum paucis comitibus naufragii.*
[e] *Se restituunt Seleuco, mutatis civium animis propter miseriam, in quam redactus esset per naufragium.*

1 Coll. N. *residuum*, quam lect. conjectura assecutus fuit Jensius. Ald. Junt. *residui*. Liv. XXVIII. 25. 'Nihil reliqui habebant præter non tutissimum a malis consiliis receptum.' Pacatus Paneg. 28. 'Ut nihil cuiquam reliqui faceret.'—2 Id. Ms. *s. ei.*—3 Magl. ed. Ven. et quinque aliæ *fecit.*—4 Med. 1. Magl. Leidenses, Thuan. Bodl. Coll. C. C. *intra finem.* Reg. Cant. Periz. Coll. N. ed. Rom. *inter finem*, probante Schef. Ald. Junt. *intra fines:*

NOTÆ

[g] *Revocatus esset*] 40. talentorum M., auri vasa pretiosa, simulacra Deorum 2500. in Ægyptum retulit, quæ Cambyses olim ex Ægypto rapuerat: unde Ptolemæus Euergetes, h. e. Benefactor, dictus est. Hierosolymis,[5] Josepho credimus, in Ægyptum rediens, sacrificavit.

[h] *Adversus civitates*] Non loquitur de Parthicis, quæ, ubi semel Arsace duce in Antiochum rebellarunt, nunquam redierunt in potestatem Seleucidarum.

* A. M. 3811. Ol. 134. 2. U. C. 510. Ant. Ch. 241.

[i] *Trepidus Antiochiam*] De victoria Euergetis, Antiochi Hieracis in fratrem perfidia, Gallorum audacia, nihil habent alii historici: Strabo tamen dissensionis inter fratres meminit.

† A. M. 3812. Ol. 134. 3. U. C. 511. Ant. Ch. 240.

præmium latæ opis. 7. Antiochus autem cum esset annos quatuordecim natus, supra ætatem regni avidus, occasionem non tam pio animo, quam offerebatur, arripuit: sed, latronis more totum fratri eripere cupiens, puer sceleratam virilemque sumit audaciam. 8. Unde 'Hierax' est cognominatus: quia non hominis, sed accipitris, ritu in alienis eripiendis vitam sectaretur.[d][5] 9. Interea Ptolemæus Euergetes, cum Antiochum in auxilium Seleuco venire cognovisset,[6] ne cum duobus uno tempore dimicaret, in annos decem cum Seleuco pacem facit: 10. sed pax ab hoste data interpellatur a fratre; qui, conducto Gallorum mercenario exercitu, pro auxilio bellum, pro fratre hostem, imploratus exhibuit.[e] 11. In eo prælio virtute Gallorum victor quidem Antiochus fuit: sed Galli, arbitrantes Seleucum in prælio cecidisse, in ipsum Antiochum arma vertere;[7] liberius depopulaturi Asiam, si omnem stirpem regiam extinxissent. 12. Quod ubi sensit Antiochus, velut a prædonibus, auro se redimit, societatemque cum mercenariis suis jungit.

Cap. III. 1. Interea rex Bithyniæ Eumenes,[k] sparsis consumtisque fratribus bello intestinæ discordiæ, quasi vacantem Asiæ possessionem invasurus, victorem Antiochum Gallosque aggreditur.‡ 2. Nec difficile saucios adhuc ex superiore congressione, integer ipse viribus, superat.[f] 3. Ea namque tempestate omnia bella in exitium Asiæ gerebantur: uti[1] quisque fortior fuisset, Asiam velut

[d] *Quia sequens agendi rationem non hominis, sed accipitris, cogitabat tantum de regnis eripiendis aliis.*
[e] *Qui imploratus non auxilium tulit, sed bellum intulit; nec se gessit pro fratre, sed pro hoste.*
[f] *Et, cum integræ essent illius vires, superat facile fratres, quorum vires erant debilitatæ ob prælia prius commissa.*

idemque ex Mss. reponi jubebat Bong. in V. L.—5 Leid. 3. *sequeretur.*—6 Med. 1. *cognoscet* pro *cognosset.*—7 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *vertunt.*

NOTÆ

[k] *Eumenes*] Quæ de Eumene Bithyno Justinus, alii de Attalo Pergameno referunt.

‡ A. M. 3814. Ol. 135. 1. U. C. 513. Ant. Ch. 238.

prædam occupabat. 4. Seleucus et Antiochus fratres bellum propter Asiam gerebant: Ptolemæus, rex Ægypti, sub specie sororiæ ultionis Asiæ inhiabat. 5. Hinc Bithynus Eumenes, inde Galli, humiliorum[a] semper mercenaria manus,[1] Asiam depopulabantur:[e] cum[4] interea nemo defensor Asiæ inter tot prædones inveniebatur. 6. Victo Antiocho, cum Eumenes majorem partem Asiæ occupasset, ne tunc quidem fratres, perdito præmio, propter quod bellum gerebant, concordare potuerunt: sed, omisso externo hoste, in mutuum exitium bellum reparant. 7. In eo Antiochus denuo victus, multorum dierum fuga fatigatus, tandem ad socerum suum Ariamenen,[5][l] regem Cappadociæ, provehitur.[6] 8. A quo cum primum benigne exceptus[7] esset, interjectis diebus, cognito quod insidiæ sibi pararentur, salutem fuga quæsivit. 9. Igitur cum profugo nusquam tutus locus esset, ad Ptolemæum hostem, cujus fidem tutiorem quam fratris existimabat, decurrit; memor vel quæ facturus fratri esset, vel quæ meruisset a fratre.[h] 10. Sed Ptolemæus non amicior dedito quam hosti factus,[m] servari[8] eum arctissima custodia jubet.[i] 11. Hinc quoque Antiochus, opera cujusdam meretricis adjutus, quam familiarius noverat,

[e] *Hinc Eumenes rex Bithyniæ, inde Galli Asiam vastabant, qui a victis semper mercede conducebantur.*

[h] *Memor qua pœna decrevisset fratrem afficere, si victor fuisset, vel quam meruisset ipse ob bellum ipsi illatum.*

[i] *Sed Ptolemæus eum includi jussit in carcere, non functus officio amici, sed hostis.*

---

1 Med. 1. *ut.* Leid. 1. *utique.* Ald. Junt. *et uti.*—2 *Hum.* nesciunt Flor. Par. Ald. Junt. *humillimorum* Rom.—3 *Humiliore s. m. manu* Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl. Periz. Male.—4 *Cum* neseiunt Ald. Junt.—5 Leid. 3. *Ariamenen,* Coll. N. *Ariamenem:* quomodo scriptum in melioribus Mss. Prologi h. lib.—6 Leid. 1. 3. 4. 5. Bodl. Periz. Ald. Junt. Bong. *perv.* quomodo ex conj. legit Faber.—7 Coll. N. ed. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *susceptus:* ut XXVIII. 4. 10. 'A quo honorifice susceptus.' Ita æd. edd. idemque Ms. cum Periz. at reliqui Mss. *exceptus.*—8 Med. 1. quatuor Leid. *adserv.* Saxo XIV. p. 247. 50. 'Ericus ambos arctissima apud castrum Slesvicense custodia asservari

NOTÆ

[l] *Ariam.* [*Artamenem*] Ariamenem appellat Diod. qui Stratonicen Antiochi sororem in uxorem duxerat: quare Antiochi socerum male vocat Justin.

[m] *Quam hosti* [*hostis*] *factus*] Melius dixeris *non tam amici debito, quam hostis functus.*

deceptis custodibus elabitur; fugiensque a latronibus interficitur. 12. Seleucus quoque iisdem ferme diebus, amisso regno, equo præcipitatus, finitur.[n] Sic fratres,[9] quasi et germanis[10] casibus exules ambo, post regna, scelerum suorum pœnas luerunt.[k][o]

[k] *Sic fratres germani simili fere morte, exules ambo, post regna amissa, dederunt pœnas ob commissa crimina.*

---

præcepit.'—9 Coll. N. *Sic uterque frater.*—10 Ald. Junt. *q. germ.*

NOTÆ

[n] *Finitur*] Legend. est *finit.* Sic Tac. 'Tiberius finivit,' h. e. mortuus est.

[o] *Pœnas luerunt*] Seleucus enim pauper et inglorius obiit, Syria magnaque Asiæ parte ab Evergete spoliatus: dicitur tamen a Strab. Antiochiam amplificasse.

LIBER XXVIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Olympias, Alexandri Epirotæ vidua, Demetrio Macedoni Phthiam filiam dat uxorem: unde tragœdia et bellorum initia. 2. Ætoli superbe respondent Romanis, qui Acarnanibus auxilium præbebant; et arma movent intrepide. 3. Filiis duobus morbo sublatis Olympias non diu supervivit. Laodamia filia interfecta. Epirus graviter affligitur. Demetrius Macedo moritur. Hujus filii Philippi Antigonus tutelam suscipit, quam prudenter administrat. 4. Bellum Antigoni adversus Spartanos; quorum rex Cleomenes, viribus attritis, in Ægyptum profugit, ubi interficitur. Antigono mortuo, Philippus regnat.

CAP. 1. 1. Olympias Pyrrhi, Epirotæ regis, filia, amisso marito, eodemque germano fratre[a] Alexandro, cum tutelam

filiorum ex eo susceptorum, Pyrrhi et Ptolemæi, regnique administrationem in se [1] recepisset, Ætolis partem Acarnaniæ,[b] quam in portionem belli pater pupillorum acceperat, eripere volentibus, ad regem Macedoniæ Demetrium decurrit;[a*] 2. eique, habenti uxorem Antiochi regis Syriæ sororem, filiam suam Phthiam in matrimonium [2] tradit: [3] ut auxilium, quod misericordia non poterat, jure cognationis obtineret. 3. Fiunt igitur nuptiæ, quibus et novi matrimonii gratia acquiritur, et veteris offensa contrahitur.[b] 4. Nam prior uxor, velut matrimonio pulsa, sponte sua ad fratrem Antiochum discedit, eumque in mariti bellum impellit. 5. Acarnanes quoque diffisi Epirotis, adversus Ætolos auxilium Romanorum implorantes, obtinuerunt a Romano senatu, ut legati mitterentur, 6. qui denuntiarent Ætolis, 'præsidia ab urbibus Acarnaniæ deducerent; paterenturque esse liberos, qui soli quondam adversus Trojanos, auctores originis suæ, auxilia Græcis non miserint.'

Cap. II. 1. Sed Ætoli legationem Romanorum superbe audivere;[c] Pœnos [1] illis et Gallos, a quibus tot bellis oc-

[a] *Auxilium petiit a Demetrio Macedoniæ rege contra Ætolos, qui volebant ipsi eripere Acarnaniæ partem, quam Alexander pater pupillorum acceperat ob bellum gestum in eorum hostes.*

[b] *Celebrantur nuptiæ, quibus Demetrius acquirit amicitiam Epirotarum ob matrimonium contractum cum Ptia: sed offendit Antiochum ob solutum primum cum sorore matrimonium.*

1 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. eæque, quas consuluit Bong. *adm. ipsa.*—2 Magl. ed. Rom. *P. matrimonio.*—3 Id. Ms. cum Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *tradidit.*

1 Periz. ed. Rom. *et Pœnos.*—2. Ead. cum Ald. Junt. *tot b. vexati, toties*

NOTÆ

[a] *Eodemque germano fratre*] Impium h. morem Græci mutuati sunt a Persis, ap. quos Xerxes Artayntam, fratris filiam, Artaxerxes Mnemon Atossam et Amestrim filias simul et uxores habuit. Illos Græci imitati sunt; sed præcipue Ægypti reges, quos inter Philadelphus sororem Arsinoën in uxorem accepit: quod tamen ex Ægyptiorum lege fecisse dicit Paus.

[b] *Acarnaniæ*] Est regio mari adjacens, inf. Epirum, quam Achelous fl. ab Ætolia dividit.

* A. M. 3800. Ol. 131. 3. U. C. 499. Ant. Ch. 252.

[c] *Superbe audivere*] 'Relatum a Græcis, gente lingua magis strenua quam factis, ferox responsum,' inquit Liv.

cidione cæsi sint,[2] exprobantes; 2. dicentesque, 'prius illis portas adversus Carthaginienses aperiendas, quas clauserit metus Punici belli,[d] quam in Græciam arma transferenda.' 3. 'Meminisse' deinde jubent, 'qui quibus minentur. 4. Adversus Gallos urbem[e] eos suam tueri non potuisse; captamque non ferro defendisse, sed auro redemisse: 5. quam gentem se aliquanto majore manu Græciam ingressam, non solum nullis externis viribus, sed ne domesticis quidem totis, adjutos, universam delesse;[f] sedemque sepulcris eorum præbuisse, quam illi urbibus imperioque suo proposuerant.[c] 6. Contra, Italiam, trepidis ex recenti urbis suæ incendio Romanis, universam ferme a Gallis occupatam.[g] 7. Prius igitur illis Gallos Italia pellendos, quam minentur Ætolis: priusque sua defendenda, quam aliena appetenda.[a] 8. Quos autem homines Romanos esse? nempe pastores,[h] qui latrocinio justis dominis ademtum solum [i] teneant: 9. qui uxores, cum propter originis dehonestamenta non invenirent, vi publica rapuerint: [k] 10. qui

[c] *Se delevisse omnes Gallos, qui in Græciam irruperant cum majore exercitu; etiamsi non adjuti fuerint ullis copiis exterorum populorum, et omnes Græciæ populi non fuerint uniti ad illos vincendos; et se occidisse illos omnes, qui urbes et imperium Græcorum volebant evertere.*

(Rom. *totiens*) *occid. sint cæsi.* Bech. *a. q. t. bellis occisione sint c.*—2 Ita non solum Junt. et Ald. verum etiam Magl. Periz. Coll. N.

NOTÆ

[d] *Metus Punici belli*] Erant enim id temporis bello Punico irretiti, in quo modo victores, modo victi, magnas clades et hostibus intulerunt et ipsi acceperunt.

[e] *Adversus Gallos urbem, &c.*] De urbe a Brenno capta et incensa loquuntur: quam tamen Romani non pecunia, sed ferro, redemerunt; dum enim pecunia numeraretur, superveniens Camillus Gallos semel et iterum victos ad unum delevit.

[f] *Universam delesse*] Gallos intelligunt, qui, in Græciam et Macedoniam ingressi, variis cladibus pericrunt.

[g] *A Gallis occupatam*] Partem Italiæ maximam tenebant, quæ ultra Padum, Gallia Transpadana, citra, Cispadana, dicebatur.

[h] *Nempe pastores*] Romulus et Remus, aliique, qui prima urbis jecerunt fundamenta, fuerunt pastores Amulii.

[i] *Dominis ademtum solum*] Albanos indicat, jussos a Romanis Romam commigrare.

[k] *Vi publica rapuerint*] Propter virgines Sabinas in ludis, jussu Romuli, raptas.

denique urbem ipsam parricidio[1] condiderint, murorumque fundamenta fraterno sanguine asperserint. 11. Ætolos autem principes Græciæ[m] semper fuisse; et sicut dignitate, ita et virtute, ceteris præstitisse: 12. solos denique esse, qui Macedonas, imperio terrarum florentes, semper contemserint: qui Philippum regem non timuerint; qui Alexandri Magni post Persas Indosque devictos, cum omnes nomen ejus horrerent, edicta spreverint. 13. Monere igitur se Romanos, contenti sint fortuna præsenti, nec provocent arma, quibus et Gallos cæsos et Macedonas contemtos videant.' 14. Sic dimissa legatione Romanorum, ne fortius locuti quam fecisse viderentur, fines Epiri regni et Acarnaniæ depopulantur.

Cap. III. 1. Jam Olympias filiis regna tradiderat; et in locum Pyrrhi fratris defuncti Ptolemæus successerat: 2. qui, cum hostibus instructo exercitu obvius processisset, infirmitate correptus in itinere decedit. 3. Olympias quoque, non magno post tempore,[1] gemino funerum vulnere afflicta, ægrum spiritum trahens, non diu filiis supervixit.[d] 4. Cum ex gente regia sola Nereis virgo cum Laodamia sorore superesset, Nereis nubit Geloni, Siciliæ regis[2] filio: 5. Laodamia[3] autem, cum in aram Dianæ[4] confugisset, concursu populi interficitur. 6. Quod facinus Dii immortales assiduis cladibus gentis et prope interitu totius popu-

[d] *Non diu superstes fuit filiis, languida et afflicta ob mortem duorum filiorum.*

1 *N. m. p. t.* absunt ab undecim Mss. ed. Ald. Junt.—2 Med. 1. Magl. quatuor Leid. Bodl. Reg. Thuan. Periz. ed. Rom. Ald. Junt. *tyranni.*—3 Periz. Coll. N. Thuan. ed. Rom. Ald. Junt. aliæque *Laodamia*, et paulo post *Laodamiæ.*—4 Micyllus ad illa Ovidii in Ibin 305. 'Nataque ut Æacidæ jaculis moriaris adactis: Non licet hoc Cereri dissimulare nefas:' corrigit, *Cereris*, et Micylli conjecturam approbat Sanctius: verum Justino consentit Polyæn. VIII. 52. a quo 'Laodamia' appellatur Δηϊδάμεια. ἡ δὲ κατέφυγεν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἡγεμόνης Ἀρτεμίδος. Hinc etiam pro *Laodamia* Palmer. post Parrhasium, in Exercit. ad Scriptores Græc. p. 392. corrigit, *Deidamia.* Ceterum

NOTÆ

[1] *Parricidio*] Quia Romulus fratrem Remum necari jusserat.

[m] *Principes Græciæ*] Ap. Strab. testatur Ephorus gentem illam paruisse nemini: sed propter asperitatem locorum, fortitudinemque bellicam, semper indomitam mansisse.

li vindicaverunt. 7. Nam[5] sterilitatem famemque passi, et intestina discordia vexati, externis ad postremum bellis pæne consumti sunt: 8. Miloque Laodamiæ percussor in furorem versus, nunc ferro, nunc saxo, in summa dentibus laceratis visceribus, duodecima die interiit. 9. His in Epiro gestis, interim in Macedonia Demetrius rex, relicto filio Philippo, parvulo admodum, decedit:† 10. cui Antigonus tutor[n] datus, accepta in matrimonium[6] matre pupilli, regem se constitui[7] laborabat. 11. Interjecto deinde tempore, cum seditione minaci Macedonum clausus in regia teneretur, in publicum sine satellitibus procedit; 12. projectoque in vulgus diademate ac purpura, 'dare hæc' eos 'alteri' jubet, 'qui aut imperare illis nesciat, aut cui parere ipsi sciant: 13. se adhuc invidiosum illud regnum non voluptatibus, sed laboribus ac periculis, sentire.'[e] 14. Commemorat deinde beneficia sua: 'ut defectionem sociorum vindicaverit: ut Dardanos[o] Thessalosque exultantes morte Demetrii regis compescuerit: ut denique dignitatem Macedonum non solum defenderit, verum etiam auxerit. 15. Quorum si illos pœniteat, deponere se imperium, et reddere illis munus suum: ipsi[8] regem quærant, cui imperent.' 16. Cum populus pudore motus recipere eum regnum juberet, tam diu recusavit, quoad[9] seditionis auctores supplicio traderentur.

Cap. IV. 1. Post hæc bellum Spartanis infert:[p] qui soli

[e] *Se periculis et laboribus toleratis, non voluptatibus, sentire quod administret regnum illud, propter quod tanto odio habeatur.*

Ovidii locum venuste interpretatur Salvagnius.—5 Med. 1. et Leid. Bodl. Periz. *Nam et s.*—6 *In matrimonio* Periz.—7 Bech. Ven. Flor. Med. Periz. Ald. Junt. *constituere*, et cum Rom. Med. 2. Magl. Leid. 1. 2. 3. *laborat.*—8 Mss. ed. Rom. Bech. aliæque veteres *quia.*—9 Bech. Ven. aliæque *donec.*

NOTÆ

† A. M. 3819. Ol. 136. 2. U. C. 518. Ant. Ch. 233.

[n] *Antigonus tutor*] Et Doson etiam nuncupatus, quod multa promitteret, et non semper staret promissis; et Evergetes, ex Suid. quod, victo Cleomene, Sparta potitus, maxima beneficia Spartanis contulerit.

[o] *Dardanos*] Qui cum Thessalis juncti, mortuo Demetrio Gonatæ fil. in Macedoniam irruperant.

[p] *Bellum Spartanis infert*] Sic se

Philippi Alexandrique bellis et imperium Macedonum et omnibus metuenda arma contemserant. 2. Inter duas nobilissimas gentes bellum summis utrimque[1] viribus fuit: cum hi pro vetere Macedonum gloria, illi non solum pro illibata libertate, sed etiam pro salute, certarent.[f] 3. Victi Lacedæmonii,[q] non ipsi tantum, verum[2] etiam conjuges liberique, magno animo fortunam tulere.[‡] 4. Nemo quippe in acie saluti pepercit: nulla amissum conjugem flevit: filiorum mortem senes laudabant: patribus in acie cæsis filii gratulabantur: suam vicem omnes dolebant, quod non et ipsi[3] pro patriæ libertate[4] cecidissent.[5] 5. Patentibus omnes domibus saucios excipiebant, vulnera curabant, lassos[6] reficiebant. 6. Inter hæc nullus in urbe strepitus, nulla trepidatio: magis omnes publicam quam privatam fortunam lugebant. 7. Inter hæc Cleomenes rex[r] post multas hostium cædes, toto corpore, suo pariter et hostium cruore madens, supervenit; 8. ingressusque urbem,[7] non

f Illi non modo pro libertate, quam semper conservaverant illibatam, dimicarent, sed etiam pro salute.

1 Coll. N. *utriusque*.—2 Vulg. *sed*. Med. 1. Magl. tres Leid. ed. Rom. *verum*. 'Sed' paulo ante præcessit.—3 Sic Med. 1. Bodl. Leidenses, Periz. Ald. Junt. At vulg. *q. non ip.* Magl. *quod non etiam ip.*—4 Periz. *salute*.—5 Bech. *decid.*—6 Vetus Interp. Isaiæ XXVIII. 12. 'Reficite lassum.' Saxo XIV. p. 283. 4. 'Quibus [sacrificiis] ille refectus, continuo oborto sudore, bonæ valetudinis habitum recuperavit.' Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *lapsos*.—7 Leid. 1. Bodl. Periz. *in urbem*.—8 Magl. *hortatus, ut....reservarent, cum*:

NOTÆ

res habuit. Cum Ætoli Achæos odissent pessime, in odii societatem traxerunt Cleomenem, qui, multis in prœliis Achæis fusis, multas cepit urbes: quare Aratus Sicyonius, Achæorum prætor, Antigonum, Cleomenes Evergetem, in auxilium accersivit. Hæc Plut. et Polyb. Sed Plut. Philarchi historiam secutus, infensus est Arato, quod Antigonum evocarit: Polyb. vero Arati Commentariis usus iratus est Cleomeni, quod Megalopolim ejus patriam everterit.

[q] *Victi Lacedæmonii*] Antigonus Acrocorintho, Argis, et Mantinea captis, adversus Spartam cum 28 M. movebat, cum Cleomenes ubique victor, exercitu ad fauces, quæ Spartam ducunt, collocato, cum eo dimicavit. Acre diu et dubium certamen fuit phalangem inter et juventutem Spartanam: victis tandem Lacedæmoniis, fugit Cleomenes.

‡ A. M. 3832. Ol. 139. 3. U. C. 531. Ant. Ch. 220.

[r] *Cleomenes rex*] Tyrannum vocat Liv. quod regiam potestatem Ephororum cæde, qui eam oppressam tenebant, sibi vindicaverit.

humi consedit, non cibum aut potum poposcit, non denique armorum onus deposuit: 9. sed acclinis parieti,[s] cum quatuor millia[t] sola ex pugna superfuisse conspexisset, hortatur, 'ut se ad meliora reipublicæ tempora reservarent.'[u] 10. Tum cum[8] conjuge et liberis[w] Ægyptum ad Ptolemæum proficiscitur:[x] a quo honorifice susceptus[y] diu in summa dignatione regis vixit.[z] 11. Postremo post Ptolemæi mortem a filio ejus cum omni familia interficitur.[z] 12. Antigonus autem, cæsis occidione Spartanis, fortunam tantæ urbis miseratus, a direptione milites prohibuit; veniamque his, qui superfuerant, dedit, 13. præfatus, 'bellum se cum Cleomene, non cum Spartanis, habuisse, cujus fuga omnis ira ejus[9] finita sit: 14. nec minori sibi gloriæ fore, si ab eo servata Lacedæmon, a quo solo capta sit, prodereturr.[h] 15. Parcere igitur se[a] solo urbis ac tectis, quoniam homines, quibus parceret, non superfuissent.' 16. Nec

[z] *Diu fuit in summa dignitate apud regem.*

[h] *Et tam gloriosum sibi fore, si diceretur aliquando, quod Lacedæmon servata fuerit ab ipso, a quo solo capta sit.*

quomodo ex conj. legit Avus. Sex alii etiam *hortatus:* et *tum* abest Bodl.—9 *Ej.* glossa videbatur Scheffero, idemque abest a Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl.

NOTÆ

[s] *Acclinis parieti*] Non *acclivis*. 'Acclivis' proprie de inanimatis, 'acclinis' de animatis, dicitur.

[t] *Quatuor millia*] Mercenarios, Spartanosque omnes, præter 200. qui cum Cleomene fugerunt, in prœlio cecidisse refert Plut.

[u] *Ut se ad meliora reservarent.*] Et Antigonum in urbe recipiant.

[w] *Conjuge et liberis*] Errat Justin. illius enim uxor jam obierat, et liberos ipse cum matre sua Cratesiclea Ptolemæo obsides in Ægyptum miserat.

[x] *Proficiscitur*] Dum navim ad Gythenm de nocte conscenderet, Therycionem, ut se occideret hortantem, contemsit.

[y] *Honorifice susceptus*] Ptolemæus, inquit Plut. Cleomenis prudentiam, fortitudinem, et urbanitatem miratus, eum in honore habuit, illumque annuis 24. talentis, stipendii nomine, concessis, in regnum restituturum se pollicitus est.

[z] *Interficitur*] Sosibii jussu conjectus in carcerem, custodibus vino sepultis, e custodia cum amicis stricto gladio erumpit, multisque occisis populum ad libertatem vocat, quem dum a rebus novis abhorrere sentit, ipse sibi, aliique pariter mortem sibi intulerunt. Ex Polyb. et Plut.

[a] *Parcere se*] Republica civibus reddita, et sacro Diis facto, tertio die recessit.

multo post ipse decedit;[b] regnumque Philippo pupillo, annos quatuordecim nato, tradidit.

NOTÆ

[b] *Decedit*] Capta Lacedæmone, cum audiisset vastari a barbaris Macedoniam, continuo, licet jam correptus morbo, in eos profectus est: commissoque prælio, dum magna voce milites hortatur, clamoribus pulmonem dirupit. Ita Plut. Ex aliis tamen parta victoria, dum præ lætitia ingeminat, 'O faustum diem!' rupta vena, vim tantam sanguinis effudit, ut, acri correptus febre, paulo post expiraverit.

LIBER XXIX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Orbis multa imperia nova regum successione mutantur, nominatim in Africa, Ægypto, Macedonia. 2. Philippum, regem Macedoniæ, Demetrius impellit, ut, omissis Ætolis, bellum inferret Romanis. 3. Philippi hanc in rem oratio. 4. Philippus tandem apertus hostis apparet: unde cruentum bellum, ipsique perniciosum simul et ignominiosum.

CAP. I. 1. Iisdem ferme temporibus† prope universi orbis imperia nova regum successione mutata sunt. 2. Nam et in Macedonia Philippus, mortuo Antigono, tutore eodemque vitrico, annorum[1] quatuordecim regnum suscepit: 3. et in Asia, interfecto Seleuco,[a] impubes adhuc rex Antiochus[ab] constitutus est:[c] 4. Cappadociæ quoque regnum Ariarathi puero admodum pater ipse tradiderat: 5. Ægyptum, patre ac matre interfectis,[d] occupaverat Ptolemæus, cui ex facinoris crimine cognomentum 'Philopator' fuit. 6. Sed et Spartani in locum Cleomenis suffecerunt Lycurgum. 7. Et, ne qua temporibus mutatio deesset, apud Carthaginienses quoque ætate immatura[e] dux Hannibal constituitur, non penuria seniorum, sed odio Romanorum, quo imbutum eum a pueritia sciebant;[af] fatale non tam Romanis, quam ipsi Africæ, malum. 8. His regibus pueris etsi[3] nulli seniores ætatis rectores erant, tamen in suorum quibusque[4] majorum vestigia nitentibus[5] magna indoles virtutis enituit.[b6] 9. Solus Ptolemæus, sicut scelestus in occupando regno, ita et segnis[g] in administrando,[7]

1 Magl. ed. Rom. *cum esset ann.* Ald. Junt. XIV. *ann. cum esset:* sed prius præferend. XVII. 3. 21. de Pyrrho: 'Annorum undecim eum in regnum revocaverunt.'—2 Leid. 4. ascriptum erat *cognomine Magnus.*—3 Vid. ad XVIII. 7. 8. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *licet.*—4 Decem Mss. ed. Bong. *quisque;* idemque tuetur Cortius ad Sall. Ju. 18. Ita *quis* pro, quibus, sup. XI. 1. 7. 'Quis rebus,' et ap. Liv. XXX. 25. 'Quis deficientibus,' ac Marcian. Capellam VI. p. 210. 'Nec Athenis cedunt Bœotiæ, in quis Epicrene.' Ita Ms. Land. pro vulg. *in quibus Epicr.* Acidal. ad Vell. II. 130. 4. malebat *quique* i. e. *quoque* ex impressis, ut ait, quibusd.—5 Sic etiam Ald. Junt. *tantis* Ven. *intensis* Flor. *intentis* reliquæ vetustæ edd. et plerique Mss. *intenti* Leid. 1.—6 Magl. Bodl. ed. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *emicuit.*—7 Bodl. Periz. *s.*

NOTÆ

† A. M. 3834. Ol. 140. 1. U. C. 533. Ant. Ch. 218.

[a] *Interfecto Seleuco*] Callinici fil. qui, dum in Attalum, a quo Asia pæne tota cis Taurum subacta fuerat, cum Achæo proficiscitur, superato Tauro monte, vel, dolo appetitus, occisus est, ut habet Polyb. vel a Nicanore et ab Apaturio Gallo veneno sublatus est, uti narrat Appian.

[b] *Rex Antiochus*] Magnus postea nuncupatus.

[c] *Constitutus est*] Ab Achæo, qui, Apaturio et Nicanore trucidatis, Asiam omnem citra Taurum receperat. Ex Polyb.

[d] *Patre ac matre interfectis*] Quo nitatur auctore Justin. incertum: nam illius patrem mortuum, non occisum, Plut. morbo consumtum Polyb. affirmat.

[e] *Ætate immatura*] Occiso nuper a Gallo quodam Asdrubale, suffectus est Hannibal, natus annis 26. Ex Polyb. et Zonara.

[f] *A pueritia sciebant*] Natus annos 9. dum Hamilcari patri blanditur, ut duceretur in Hispaniam, quo erat ipse trajecturus: Hamilcar Hannibalem admotum altari, factis sacris, adegit, ut juraret se, cum primum per ætatem posset, hostem fore populo Romano. Ita Polyb. Liv. Zonaras, et alii.

[g] *Ita et segnis*] De Ptolemæi vitiis agetur postea.

[a] *Et, ut aliqua mutatio fieret hoc tempore apud omnes gentes, Hannibal adhuc juvenis dux constitutus est apud Carthaginienses, non quod non haberent duces seniores, sed quia sciebant illum a pueritia odisse pessime Romanos.*

[b] *Etsi illi reges pueri non haberent gubernatores senes, in illis tamen magna spes virtutum futurarum apparuit, dum quisque conatur sequi vestigia majorum suorum.*

fuit. 10. Philippum Dardani ceterique omnes[8] finitimi populi, quibus velut immortale odium cum Macedonum regibus erat, contemtu ætatis assidue lacessebant. 11. Contra ille, summotis hostibus, non contentus sua defendisse, ultro[9] etiam Ætolis bellum inferre gestiebat.

Cap. II. 1. Quæ agitantem illum Demetrius rex Illyriorum,[h] nuper a Paulo Romano consule[i] victus,[1] supplicibus precibus aggreditur,[k‡] 'injuriam Romanorum' querens: 2. 'qui non contenti Italiæ terminis, imperium spe improba totius orbis amplexi, bellum cum omnibus regibus gerant. 3. Sic illos Siciliæ,[l] sic Sardiniæ[m] Hispaniæque,[n] sic denique totius Africæ,[o] imperium affectantes, bellum

sc. in occ. ita et s. in adm. regno.—8 *Omn.* desideratur in Bodl. Coll. N. ed. Bech. Ven. Ald. Junt. aliisque.—9 Eæd. edd. perperam omittunt *ultro*.

1 Med. 1. Leid. 2. 5. *a P. R.* v. 4. et Magl. *a P. Romanorum cons.* v.—2 Sic

NOTÆ

[h] *Demetrius rex Illyriorum*] Pharius nuncupatus, qui, Corcyræ a Teuta Illyriorum regina præfectus, eam tradidit Romanis, a quibus Illyrici parte donatus est. Ex Polyb.

[i] *A Paulo Romano consule*] Capta 7. diebus Dimalo urbe munitissima, Pharum versus contra Demetrium consul navigavit; et, maxima exercitus parte in locis cavis abdita, ipse cum paucis navibus in portum appulit; quarum paucitatem aspernatus Demetrius, dum exscensionem prohibere conatur, ab iis, qui in sylvis latebant, a tergo oppugnatus victus est, et, urbe pulsus, lembo ad Philippum fugit, ut narrat Polyb.

[k] *Precibus aggreditur*] Non a Demetrio, sed ab Hannibale, accensum in Romanos Philippum testantur Probus et Liv.

‡ A. M. 3838. Ol. 141. 1. U. C. 537. Ant. Ch. 214.

[l] *Illos Siciliæ*] Bellum primo Siculis a Romanis illatum est, dum Mamertinis auxilium ferunt contra Syracusanos, Hieronem, et Carthaginienses, quorum imperator Hanno Messanæ captus est.

[m] *Sardiniæ*] Quo Cornel. Scipio, dum Siciliam subigit Florus, bellum primus transtulit; et, Hannone victo, urbem cepit Olbiam.

[n] *Hispaniæ*] Publ. Scipio consul, cui Hispania obvenerat, ubi vidit Hannibalem post leve certamen, trajecto Rhodano, in Italiam descendere, Cneium fratrem cum parte copiarum misit in Hispaniam, tum ut veteres socios, ob desertam Saguntum alienatos, in officio retineret, tum ut Hispania expelleret Asdrubalem: quod una cum fratre præstitit: ita ut, victi ab Hannibale in Italia, Romani Carthaginienses in Hispania vincerent.

[o] *Africæ*] L. Manlius et M. Attilius consules, superatis navali prælio Hannone et Hamilcare, non procul a Lilybæo, bellum primi in Africam transportarunt: unde Manlius, vastatis prope Carthaginem agris, cum multis captivis Romam rediit. Sed anno sequenti Attilius, tot victoriis

cum Pœnis et Hannibale suscepisse: 4. sibi quoque non aliam ob causam,[p] quam quod Italiæ finitimus videbatur, bellum illatum: quasi nefas esset, aliquem regem juxta imperii eorum terminos esse. 5. Sed et ipsi cavendum esse exemplum, cujus quanto propius[2] nobiliusque sit regnum, tanto sit Romanos acriores hostes habiturus.'[c] 6. Super hæc, 'cedere se illi regno, quod Romani occupaverint,' profitetur, 'gratius habiturus, si in possessione[3] imperii sui socium potius quam hostes videret.'[4] 7. Hujuscemodi oratione impulit Philippum, ut, omissis Ætolis,[5] bellum Romanis inferret, minus negotii existimantem, quod jam victos ab Hannibale[q] apud Trasimenum[6r] lacum audierat.[s] 8. Itaque, ne eodem tempore multis bellis distineretur,[7] pacem cum

[c] *Sed et ipsum debere sibi a Romanis* [*cavere* recte addit Ed. Lond. 1721. 8vo.], *quia illos habiturus erat hostes tanto inferiores* [*feriores* legit eadem Ed.], *quanto regnum Macedoniæ sit aliis et nobilius et promtius ad bellum gerendum.*

quidam Mss. eamque scripturam sequuntur ed. Rom. Bech. Med. Ald. Junt. Alii *proprius*, vel *prius*, idque etiam dat Flor.—3 Magl. ed. Bech. *in possessionem*, et cum Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *hostem*. *In possessionem* quoque dat Rom.—4 *Viderit* Magl. Periz.—5 Ita III. 6. 8. 'Jam et Lacedæmonii, omissis Messeniis, adversus Athenienses arma verterant.' Med. 1. Leid. 2. 5. *ut omissum cum Æt.*—6 Sic Leid. 4. At ed. Rom. *Transymenum*. Bech. *Trasumenum*. Ven. *Transumenum*. Flor. Med. cum Magl. *Transimenum*. Par. *Thrasumenum*. Ald. Junt. *Thrasimenum*. Vulg. *Thrasymenum*.—7 Coll. N. *destinaretur*, pro *distineretur*, quomodo ex conj. legunt Faber et Græv. Simili scripturæ vitio *destinarentur* extat in Med. 1. pro *distinerentur* XXXI. 1. 6. Leid. 2.

NOTÆ

elatus, a Xantippo Lacedæmonio, Carthaginiensium duce, dum sui castra negligentius tuentur, et victus et captus est.

[p] *Aliam ob causam*] Demetrius beneficiorum, quæ a populo Romano acceperat, oblitus, cum inde Gallos, hinc Hannibalem, Romanis exitium magnis cum copiis minitari cerneret, contra leges pacis, urbes ditionis Romanæ ultra Lissum subigere conatus est.

[q] *Victos ab Hannibale*] Hannibal, capta Sagunto, Alpibusque superatis, cum 90. peditum M. 12. equitum, ter Romanos vicerat, bis Sempronium consulem, semel ad fl. Trebiam, iterum ad Placentiam urbem, tertio Flaminium ad lacum Trasimenum, qui avidus pugnæ, ne collega Servilius partem gloriæ præriperet, commisso prælio, ipse, dum fortiter dimicat, occisus est, Romani fugati, 15. M. cæsa, 6. capta, ut pluribus narrat Polyb.

[r] *Trasimenum*] Florentiam inter et Perusiam. Hodie *Lago di Perugia*.

[s] *Audierat*] Argis Nemæos ludos spectabat, quando e Macedonia victos ab Hannibale Romanos nuntiatum est.

Ætolis facit; non quasi alio bellum translaturus, sed ut Græciæ quieti consulturus, ‘ quam nunquam in majori periculo fuisse ’ affirmabat. 9. ‘ Siquidem consurgentibus ab Occidente novis Pœnorum et Romanorum imperiis, quibus una hæc a Græcia atque Asia sit mora, dum inter se bello discrimen imperii[8] faciunt:[9] ceterum statim victoribus transitum in Orientem fore.’[d]

Cap. III. 1. ‘ Videre se itaque ’ ait ‘ consurgentem in Italia nubem illam trucis et cruenti belli: videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam, quam, in quascumque terrarum partes victoriæ tempestas detulerit, magno cruoris imbre omnia fœdaturam.’[e] 2. Frequenter Græciam ingentes[1] motus passam, nunc Persarum, nunc Gallorum, nunc Macedonum bellis: sed omnia illa ludum fuisse existimaturos, si ea, quæ nunc in Italia concurrat manus, extra terram illam se effuderit.[f] 3. Cernere se, quam cruenta et sanguinaria inter se bella utrique populi et viribus[2] copiarum et ducum artibus gerant: quæ rabies finiri solo partis alterius interitu sine ruina finitimorum non possit.[g] 4. Feros igitur animos victorum[3] minus quidem Macedoniæ quam Græciæ timendos, quia et remotior[4] et in vindictam sui robustior sit: 5. scire tamen se, eos, qui tantis viribus concurrant, non contentos hoc fine victoriæ fore; metuendumque sibi quoque certamen eorum, qui superiores extiterint.’ 6. Hoc

[d] *Dicens se id facere, non ut transferret bellum in aliam regionem, sed ut consuleret saluti Græciæ, quam affirmabat nunquam fuisse expositam majori periculo: Carthaginienses enim et Romanos, quorum surgerent in Occidente nova imperia, impediri tantum, quo minus transeant in Græciam et Asiam, quia bellum inter se gerunt pro summo imperio: sed, finito bello, continuo victores illaturos arma contra populos Orientis.*

[e] *Quare dixit videre se in Italia parari bellum cruentum et immane contra Græciam; videre se in occidente quasi procellam quandam fœtam tonitru et fulminibus, quæ repletura sit multo sanguine illam regionem, in quam victores eam detulerint.*

[f] *Arbitraturos ea levia fuisse, si bella gerant extra Italiam illi exercitus, qui tunc ibi ineunt prælia.*

[g] *Quod bellum non possit finiri sola clade vel Carthaginiensium vel Romanorum, sine ruina finitimorum populorum.*

5. ed. Jens. Bech. Ven. et quinque aliæ *ne m. b. eod. temp. gravaretur.*—8 *Imp.* desideratur in Ms. Coll. N.—9 Acidal. ad Vell. II. 130. 4. malebat *faciant.*

1 Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl. *Frequentes Gr. inter se.*—2 Sic Mss. et vetustæ edd. atque Bong. *Pop. vir.* vulg.—3 Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl. ed. Rom. *Fer. ig. victoria an.* Leid. 4. Periz. *F. ig. victorum a.*—4 Rom. *q. emot.*—5 Leid. 5.

prætextu[5] finito cum Ætolis bello, nihil aliud quam Pœnorum Romanorumque bella respiciens, singulorum vires perpendebat. 7. Sed nec Romani, tametsi[6] Pœni et Hannibal in cervicibus erant,[t] soluti metu Macedonico videbantur:[h] 8. quippe terrebat eos et vetus Macedonum virtus, et devicti Orientis gloria, et Philippus studio Alexandri æmulationis incensus, quem promtum in bella industriumque cognoverant.

Cap. IV. 1. Igitur Philippus, cum iterato prælio[u] victos[1] a Pœnis Romanos didicisset, aperte hostem se his professus,[2] naves, quibus in Italiam exercitum trajiceret, fabricare cœpit. 2. Legatum deinde ad Hannibalem, jungendæ societatis gratia, cum epistolis mittit:* 3. qui comprehensus,[w] et ad senatum perductus, incolumis dimissus est,[x]

[h] *Et Romani magis timebant ne Philippus rex Macedonum ipsis bellum inferret, quia Hannibal victor minabatur cum valido exercitu urbis destructionem.*

Thuan. *prætexto.* Suet. Jul. 30. ‘ Et prætextum quidem illi civilium armorum hoc fuit.’—6 Ita Liv. XLIV. 39. ‘ Quanto enim facilius abire fuit, cum procul abessemus, quam nunc cum in cervicibus sumus?’ Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *Sed n. R. quibus:* et *nam terrebat.*

1 Med. 1.—2 Leid. 2. 4. 5. Thuan. *cum iterato victor.* Magl. ed. Rom. *cum it.*

NOTÆ

[t] *In cervicibus erant*] Hannibal multis prœliis victor Romæ cum potentissimo exercitu imminebat.

[u] *Iterato prælio*] Prœlium illud datum est ad Cannas celebratissimum, in quo vicit Hannibal, et Varronis consulis temeritate, qui invito collega Paulo Æmilio pugnam iniit, dum ventus et pulvis suorum ora verberat, et Numidarum perfidia, qui simulato transfugio, postquam in mediam Romanorum aciem accepti sunt, pugnantes a tergo Romanos adorti, verterunt in fugam; peditum 40. M. equitum 2700. cecidere, tantaque equitum Romanorum multitudo cæsa, ut annulorum modius unus, ex Plut. 2. ex Floro, 3. ex Eutrop. Carthaginem missi sint. Consul ipse Paulus, cum fugere recusasset, in acie periit: Varro vero Venusiam se recepit.

* A. M. 3839. Ol. 141. 2. U. C. 538. Ant. Ch. 213.

[w] *Qui comprehensus*] Dum Xenophanes, legationis princeps, Capuam petit cum sociis, incidit in præsidia Romana, deductusque ad Lævinum prætorem, a Philippo missum se finxit ad societatem cum populo Romano firmandam: quare iis dedit Lævinus, qui Romam eos comitentur: sed ille, deceptis custodibus, convenit Hannibalem, cum quo inito fœdere jam Macedoniam repetebat, cum iterum a classe Romana deprehensus Romam mittitur. Hæc Liv. Florus, et Zonar.

[x] *Incolumis dimissus est*] Legati Philippi in vincula conjecti, Hannibalis vero sub hasta venditi, ut auctor est Liv.

non in honorem regis, sed ne, dubius adhuc, indubitatus hostis redderetur.[f] 4. Postea vero, cum Romanis nuntiatum esset, in Italiam Philippum copias trajecturum, Lævinum prætorem[y] cum instructis navibus ad prohibendum transitum mittunt. 5. Qui cum in Græciam trajecisset, multis promissis impellit[z] Ætolos[a] bellum adversus Philippum suscipere. Philippus quoque Achæos in Romanorum bella solicitat.[4] 6. Interea et Dardani Macedoniæ fines vastare cœperunt, abductisque viginti millibus captivorum, Philippum a Romano bello ad tuendum regnum revocaverunt. 7. Dum hæc aguntur, Lævinus prætor, juncta cum Attalo rege[a] societate, Græciam populatur.[b] Quibus cladibus perculsæ civitates, auxilium petentes, Philippum legationibus fatigant: 8. nec non et Illyriorum rex, lateri ejus hærens,[5] assiduis precibus promissa exigebat. Super hæc vastati Macedones ultionem flagitabant. 9. Quibus tot tantisque rebus obsessus, cui rei primum occurreret, ambigebat: omnibus tamen propediem auxilia se missurum

[f] *Non ut regem honoraret, sed ne Philippus, de quo dubitabat an vellet ipsi bellum inferre, impelleretur ad bellum inferendum.*

---

pr. victores Pœnos did. ap. host. se (ed. R. *se host.*) *prof.*—3 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *qui cum in Gr. venisset, prom. mult. impulit.*—4 Coll. N. *suscitat.*—5 Ita in Junt. legi monuit Græv. verum in ead. atque etiam Ald. non extat *ejus*, quod Mss. et reliquæ edd. repræsentant, sed *eorum.*—6 Med.

NOTÆ

[y] *Lævinum prætorem*] Qui, Brundusinæ classi præfectus, civibus Orici, quæ civitas est in Epiro, tulit auxilium: cumque Philippus Apolloniam obsideret, mille in urbem militibus clam immissis, noctu eruptione facta trucidavit hostes, eorumque castra diripuit, dum Philippus rex seminudus fugit ad classem, eaque ipsius jussu combusta, in Macedoniam cum exercitu se recepit. Ita Liv.

[z] *Ætolos*] Quos, licet novo fœdere cum Philippo junctos, ad bellum impulit: dum et Capuam et Syracusas a Romanis captas prædicat, et Zacynthum aliasque urbes a se captas illis pollicetur.

[a] *Cum Attalo rege*] Qui eo facilius cum Romanis fœdus iniit, quod ab Antiocho Magno sibi metueret.

[b] *Græciam populatur*] Captis a Lævino Zacyntho et Anticyra, consul Sulpicius Philippum de Ætolis nuper victorem in Elide superavit; Græciamque omnem hinc ipse capta Oreo, inde Attalus expugnata Opunte, diripit.

pollicetur; non quia facere posset quæ promittebat, sed ut spe impletos in societatis jure retineret. 10. Prima tamen illi expeditio adversus Dardanos fuit;[†] qui, absentiam ejus aucupantes, majore belli mole Macedoniæ imminebant.[a] 11. Cum Romanis quoque pacem[c] facit, contentis interim bellum Macedonicum distulisse: Philopœmeni Achæorum duci,[d] quem ad Romanos sociorum animos solicitare didicerat, insidias prætendit.[f] Quibus ille cognitis vitatisque, discedere[6] ab eo Achæos auctoritate sua coëgit.

[a] *Qui, expectantes tempus quo abesset a regno Philippus, habebant exercitum majorem paratum ad subigendam Macedoniam.*

[f] *Insidias struit Philopœmeni, quem audierat solicitare animos sociorum ut Romanis faverent.*

---

1. Leid. 2. 5. cum Ms. Bong. et Modianis *desciscere*, ut XXXVI. 3. 9. 'Judæi cum a Demetrio descivissent.' Liv. XXVIII. 27. 'Qui a patria descistis.' Hegesipp. I. 34. 'Quid miraris, si a te desciscere fecit Cleopatra Antonium?' Ita Ms. Vulg. *desistere.*

NOTÆ

[†] A. M. 3850. Ol. 144. 1. U. C. 549. Ant. Ch. 202.

[c] *Cum Romanis quoque pacem*] Desertos a Romanis alio bello occupatis Ætolos Philippus ad pacem compulerat, quam ut disturbaret Sempronius, Sulpicii successor, Apolloniam vexabat: sed pacem petenti Philippo, et Epirotarum precibus, et jussu Senatus, concessit.

[d] *Philopœmeni Achæorum duci*] Quorum respublica multis urbibus, cum in Achaia tum in Peloponneso, constabat; illius auctor fuit Aratus Sicyonius, propagator Philopœmenes, et defensor Lycortas.

LIBER XXX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Ptolemæi, regis Ægypti, luxuria, vecordia, et parricidia; bellum cum Antiocho. 2. Miserrimus Ægypti status sub turpissimo principe: ejus meretrix et lenones crudeli fato pereunt. 3. Mortuo Ptolemæo, Romani tutelam pupilli adversus Antiochum Syrum et Philippum Macedonem suscipiunt; Philippumque prius bello reducunt ad humiliorem mentem. 4. Terræ motus ingentes. Romani pacem

repudiant. Philippus et Flamininus suos ad pugnam accendunt. Macedonas Romana fortuna vincit: et Philippus, Græciæ urbibus amissis, solam Macedoniam retinet.

Cap. I. 1. Philippo in Macedonia magnis rebus intento, in Ægypto Ptolemæi diversi mores erant: 2. quippe regno parricidio parto,[1] [a] et ad necem utriusque parentis cæde etiam fratris astructa,[2] velut rebus feliciter gestis, luxuriæ se tradiderat;[4] regisque[3] mores omnis secuta regia[4] erat. 3. Itaque non amici tantum præfectique, verum etiam omnis exercitus, depositis militiæ studiis, otio ac desidia corrupti marcebant. 4. Quibus rebus cognitis, Antiochus rex Syriæ, veteri inter se regnorum odio stimulante, repentino bello multas urbes ejus oppressit,[b] ipsamque Ægyptum aggreditur. 5. Trepidare igitur Ptolemæus; legationibus missis,[5] [c] quoad vires pararet,[6] morari Antiochum.‡ 6. Magno deinde in Græcia exercitu[7] conducto, secundum prælium[d] facit; spoliassetque regno Antiochum, si fortu-

[a] *Nam, postquam regnum sibi comparavit per mortem illatam patri et matri, occidit etiam fratres, et se dedit voluptatibus, quasi rebus feliciter gestis.*

---

1 Magl. ed. Bech. Ven. Flor. Ald. Junt. *nam r. p. obtento.*—2 Med. 1. Reg. Bodl. Leid. 1. 2. 3. 4. Coll. N. Thuan. Periz. ed. Rom. *cæde etiam fratris* (Leid. 1. *patris*) *adstr.* Magl. Leid. 2. *et neci utriusque parentis etiam c. fr. adstr.* Quæ constructio priore usitatior est. Sen. VI. Benef. 23. 'Et omnes alias impudentis animi voces his astrue.' Plin. IX. 35. 'Quærente eo, quid astrui magnificentiæ posset:' et Plin. junior IV. Ep. 17. 'Quantum ille famæ meæ domi astruxit.' Add. quæ notarunt Viri docti ad h. l. et sup. XXIII. 3. 18. atque ad Ov. II. Art. 519. et Heins. ad Petron. 119.—3 Periz. *regis quoque.*—4 Reg. Coll. C. C. ed. Bech. Ven. Med. Par. *regio.* Ald. Junt. *omnes sec. regio.*—5 Coll. N. *et leg. emiss.*—6 Ald. Junt. *Trepidat ig. Pt. leg. missis, quibus v. paret.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. *Trepidat ig. Pt. et per legationes, quousque vires paret, rogat.*—7 Periz. *ex. in Gr.* Med. 1. Magl. Leid. 2. 4. *ex. in Græci-*

NOTÆ

[a] *Parricidio parto*] Illum parricidii falso insimulat Justin. ut supr. dictum est.

[b] *Multas urbes ejus oppressit*] Perfidia Theodoti Ætoli, qui Ptolemæi nomine Cœlesyriæ præpositus Ptolemaidem, Tyrum, aliasque Syriæ et Phœniciæ urbes Antiocho tradidit.

[c] *Legationibus missis*] Consilium Sosibii secutus, penes quem erat summa rerum potestas, dum in deliciis languet Ptolemæus.

‡ A. M. 3835. Ol. 140. 2. U. C. 534. Ant. Ch. 217.

[d] *Secundum prælium*] De victoria nuper in Ptolemæi ducem Nicolaum

nam virtute juvisset. 7. Sed[8] contentus reciperatione urbium, quas amiserat, facta[9] pace,[e] avide materiam quietis arripuit; revolutusque in luxuriam, occisa Eurydice[f] uxore, eademque sorore sua, Agathocliæ meretricis illecebris capitur; 8. atque ita omnem magnitudinem nominis ac majestatis oblitus, noctes in stupris, dies in conviviis, consumit. 9. Adduntur instrumenta luxuriæ, tympana et crepundia:[g] nec jam[10] spectator rex, sed magister nequitiæ, nervorum oblectamenta modulatur.[h] 10. Hæc[11] primo laborantis[12] regiæ tacitæ pestes et occulta mala fuere.

Cap. II. 1. Deinde[1] crescente licentia, jam nec parietibus regiæ domus contineri meretricis audacia potest: 2. quam proteriorem sociata cum Agathocle fratre, ambitiosæ pulchritudinis scorto, quotidiana regis stupra faciebant.

[h] *Sed ipse, docens alios artem capiendæ voluptatis, tractat chordas instrumentorum musicorum, ut se oblectet.*

---

am.—8 *Sed* male omittunt Med. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. eaque absorpta fuisse videtur ab ultima syllaba proxime antecedentis verbi 'juvasset.'—9 Eæd. edd. *factaque.*—10 Leid. 3. *et jam non.*—11 *Hæ* malebat Avus ad h. l. et Sen. ad Marc. 19.—12 Med. 1. Magl. ed. Jens. Bech. Med. Junt. Ald. *labentis*, et cum Bodl. Thuan. Periz. *tacita pestis.* Pro *labentis* Græv. legit *labantis:* idemque participium Livio I. 1. restituit Avus. Cic. pro Mil. 25. 'Sed quis non intelligit, omnes tibi rei publicæ partes ægras et labantes, ut eas his armis sanares et confirmares, esse commissas?' Id. Phil. II. 21. 'Labantem et prope cadentem rem publicam.' Ita in Mauriciano cod. legi, margini editionis Lambini ascripsit Gruter. Vulgo *labentem.* Litera A in E scripturæ vitio etiam aliquoties transiit in Cod. Pandectarum Florentino; ut L. 27. de Pactis: *tentum:* L. 31. §. 2. de Neg. gest. *imputeri:* L. 7. de Dolo m. *elegenter.*

1 Plerique Mss. *Dehinc.* Saxo XI. p. 207. 36. 'Temere crescente audacia.'

NOTÆ

relata elatus, Antiochus Ptolemæo ad Raphiam, non procul a Gaza, occurrit: utrique militum numerus fere par; 73. peditum M. 6. equitum; huic elephanti 73., illi 102.; jamque fugatis Ptolemæi elephantis, in Antiochum victoria inclinabat, cum Ptolemæi soror Berenice obambulans exercitum, crinibus solutis, magnum victoriæ momentum, tum lacrymis, tum precibus attulit, ex Polyb.

[e] *Facta pace*] Veritus Antiochus, ne suos alienaret adversis præliis, cum præsertim Achæum haberet in suo imperio tyrannum, legatis ad Ptolemæum missis, pacem obtinuit.

[f] *Occisa Eurydice*] Ob zelotypiam concubinarum.

[g] *Crepundia*] Vulgo *tripudia;* h. e. crepitacula, crotala, sistra Ægyptiaca, quibus in choreis utebantur Vett. Sunt Plauto instrumenta puerilia: 'Ut faciam quasi puero in collo pendeant crepundia.'

3. Accedebat et mater Œnanthe, quæ geminæ sobolis illecebris devinctum regem tenebat.* 4. Itaque non contentæ rege jam etiam regnum possident, jam in publico visuntur, jam salutantur, jam comitantur. 5. Agathocles, regis lateri junctus, civitatem regebat: tribunatus, præfecturas, et ducatus mulieres ordinabant; nec quisquam in regno suo minus quam ipse rex poterat. 6. Cum interim, relicto quinquenni ex Eurydice sorore filio, moritur:† sed mors ejus, dum pecuniam regiam mulieres rapiunt, et imperium, inita cum perditissimis societate, occupare conantur, diu occultata fuit. 7. Re tamen cognita,[2] concursu multitudinis et Agathocles occiditur,[h] et mulieres[i] in ultionem Eurydices patibulis suffiguntur. 8. Morte regis, supplicio[3] meretricum velut expiata regni infamia, legatos Alexandrini ad Romanos misere, orantes, 'ut tutelam pupilli susciperent;[4] tuerenturque regnum Ægypti, quod jam Philippum et Antiochum, facta inter se pactione,[k] divisisse' dicebant.

Cap. III. 1. Grata legatio Romanis fuit, causas[1] belli adversus Philippum quærentibus, qui insidiatus[2][l] temporibus Punici belli[3] fuerat. 2. Huc accedebat, quod Pœnis et Hannibale superato[4][m] nullius magis arma metuebant, reputantibus, quantum motum Pyrrhus parva manu Macedonum[5] in Italia fecisset,[c] quantasque res Macedones in Oriente gessissent. 3. Mittuntur‡ itaque legati, qui Antiocho et Philippo denuntient, 'regno Ægypti abstineant.' 4. Mittitur et M. Lepidus[n] in Ægyptum, qui tutorio nomine regnum pupilli administret.[6] 5. Dum hæc aguntur, interim legationes[7] Attali regis et Rhodiorum, injurias Philippi querentes, Romam venerunt.* Quæ res omnem cunctationem[o] Macedonici belli senatui exemit.[d] 6. Statim igitur, titulo ferendi sociis auxilii, bellum adversus Philippum decernitur, legionesque cum consule in Macedoniam mittuntur. 7. Nec multo post tempore tota Græcia,[p] fiducia Romanorum, adversus Philippum spe pristinæ libertatis erecta, bellum ei intulit: atque ita, cum rex undique urgeretur, pacem petere compellitur. 8. Deinde, cum expositæ conditiones pacis a Romanis essent, repetere sua et Attalus et Rhodii[q] et Achæi et Ætoli[r] cœpere. 9. Contra

---

—2 Ms. Bong. *Re c. tandem.* Magl. *Re tandem c.* quomodo legit Schef. verum *tamen*, quod dant reliqui Mss. eleganter h. l. usurpatur, subintellecta, quidem, in præcedd. 'sed mors ejus diu occultata fuit.'—3 Magl. Ald. Junt. *et s.*—4 Magl. *reciperent.*

1 Sic decem Mss. ed. Rom. ut XXIV. 1. 3. 'Causas belli prætendentes.' Add. h. lib. 1. 8. et XXXIV. 1. 3. et XXXVIII. 1. 6. Vulg. *causam.*—2 Vulg. *insid. eis.* *Eis* nesciunt Medicei, Thuan. Bodl. quatuor Leid. Periz. ed. Bech. Med. Par. Auctor II. Maccab. 9. 25. 'Ad hæc considerans de proximo potentes quos-

NOTÆ

* A. M. 3834. Ol. 1 0. 1. U. C. 533. Ant. Ch. 218.

† A. M. 3850. Ol. 144. 1. U. C. 549. Ant. Ch. 202.

[h] *Agathocles occiditur*] Orto inter ipsum et Tlepolemum, qui etiam regis pueri tutor erat, dissidio; dum Macedones, qui Alexandriæ habebant præsidium, ad se allicere conatur, ab iis contemtus, cum puero fugit in palatii intima: sed continuo, portis diruptis, vi retractus confoditur.

[i] *Et mulieres*] Œnanthe, ejusque filia Agathoclea, et Philumene, cui occidendæ reginæ negotium commissum fuerat, ut ait Polyb.

[k] *Facta inter se pactione*] Ptolemæi imperium ita partiti sunt, ut post victoriam, Syria et Phœnice Antiocho, Philippo vero Ægyptus et Caria, cederet.

[l] *Qui insidiatus*] Ob socios populi Romani ab eo vexatos, missaque in Africam, duce Sopatre, Carthaginiensibus 4. peditum M.

[c] *Dum apud se reputant quantum bellum Pyrrhus excitasset in Italia cum parvo exercitu Macedonum.*

[d] *Quod effecit ut senatus sine ulla cunctatione indiceret bellum Philippo Macedoniæ regi.*

---

que et vicinos temporibus insidiantes, et eventum expectantes.'—3 Crus. in Probab. Crit. cap. 2. p. 13. malebat *quia insid. is temp. b. P.* Medicei, Magl. Leid. 2. Periz. *bel. P.*—4 Thuan. Leid. 1. 3. 4. Periz. Coll. N. Mss. Bong. ed. Rom. *superatis.* Vulgatum reliqui Mss. tuentur.—5 Octo Mss. *M. m.*—6 Med. 2. Periz. ed. Ven. Flor. Ald. Junt. *administraret.*—7 Periz. ed. Bech. Ven. et

NOTÆ

[m] *Quod Pœnis et Hannibale superato*] Nondum plane id temporis devictus Hannibal, qui hoc tantum anno, egressus Italia, in Africam rediit, ubi necdum cum Scipione de rerum summa contenderat.

‡ A. M. 3851. Ol. 144. 2. U. C. 550. Ant. Ch. 201.

[n] *M. Lepidus*] 2. annis post missus est, confecto bello Punico secundo.

* A. M. 3854. Ol. 145. 1. U. C. 553. Ant. Ch. 198.

[o] *Omnem cunctationem*] Populus tamen, belli diuturni labore fessus, a novis prœliis abhorrebat; sed Sulpicii Galbæ, cui hoc bellum commissum fuerat, auctoritate persuasus tandem consensit.

[p] *Tota Græcia*] Philippus cœpit a Græcis despici, ubi, Athenarum obsidione soluta, sæpius cum suorum fuga levibus velitationibus contendit.

[q] *Rhodii*] A quibus et adjuti nuper Athenienses et Philippus victus navali prœlio.

[r] *Ætoli*] Qui junxerunt se Romanis,

Philippus, ‘adduci se posse, ut Romanis pareat,’ concedebat;[s] ‘ceterum indignum esse, Græcos a Philippo et Alexandro majoribus suis victos, et sub jugum Macedonici imperii subactos,[9] veluti victores, leges pacis sibi dicere, quibus prius sit servitutis ratio reddenda, quam libertas vindicanda.’[t] 10. Ad postremum tamen petente eo induciæ duorum mensium datæ,[10] ut pax, quæ in Macedonia non conveniebat, Romæ a senatu peteretur.

Cap. iv. 1. Eodem anno inter insulas Theram[u] et Therasiam, medio utriusque ripæ et maris[1] spatio, terræ motus[t] fuit. 2. In quo, cum admiratione navigantium, repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit. 3. In Asia quoque eadem die idem motus terræ Rhodum multasque alias civitates gravi ruinarum labe concussit: quasdam solidas absorbuit.† 4. Quo prodigio territis omnibus, vates cecinere, ‘oriens Romanorum imperium vetus Græcorum ac Macedonum voraturum.’[v] 5. Interim, a senatu repudiata pace,[u] Philippus in societatem belli Nabin tyrannum soli-

[s] *Contra Philippus contendebat se posse adduci, ut Romanis pareat; sed non posse tolerare, ut Græci superati a Philippo et Alexandro majoribus suis, et subacti a Macedonibus, præscribant ipsi leges pacis; cum debeant potius solvere tributa ob servitutem imposita, quam velle se vindicare in libertatem.*

[t] *Vates responderunt quod antiquum Græcorum et Macedonum imperium delendum esset ab imperio Romanorum nascente.*

---

quinque aliæ *legati*.—8 Bodl. Magl. *contendebat*, quomodo legit ex conj. Acidal.—9 Med. 1. Periz. *subjectos*. Med. 2. *redactos*.—10 Rom. Ven. Flor. Ald. Junt. *sunt d*.

1 Med. 2. *med. u. r. m.*—2 Med. 2. Periz. *Bactrianos*.—3 Vulg. *finem*. Med. 1.

NOTÆ

rupto fœdere quod cum Philippo nuper inierant.

[u] *Theram* [*Theramenem*] Eam Theram vocat Strabo.

[t] *Terræ motus*] Licet id etiam Plin. ad hoc fere tempus referat, multis tamen annis prius contigit, si Euseb. et Polyb. credimus.

† A. M. 3856. Ol. 145. 3. U. C. 555. Ant. Ch. 196.

[u] *Repudiata pace*] Philippus, jam semel a Quintio victus, pollicitus fuerat se Romanis tota Illyrici ora; Ætolis Pharsalo et Larissa; Rhodiis regione, quam Berœam vocant; Achæis Corintho et Argis, cessurum: cum vero, pace concessa, Demetriadem, Chalcidem, et Corinthum retinere vellet, tanquam Græciæ compedes, conquesti sunt ap. senatum ea de re Græcorum legati; quare liberum pacis et belli arbitrium Flaminino permissum est, qui gloriæ cupidus pacem repudiavit.

citat.[w] 6. Atque ita, cum in aciem exercitum instructis e diverso[x] hostibus produxisset, hortari suos cœpit, referendo, ‘Persas, Bactros,[2] Indosque, et omnem Asiam Orientis fine[3] a Macedonibus perdomitam; 7. tantoque fortius hoc bellum quam illa sustinendum, quanto sit libertas imperio carior.’[s] 8. Sed et Flamininus Romanus consul, relatione rerum recentissime gestarum, suos stimulabat in prælium, ostendendo, ‘hinc Carthaginem[y] cum Sicilia,[z] inde Italiam et Hispaniam[a] Romana virtute perdomitas: 9. nec[4] Hannibalem quidem Alexandro Magno[5] postponendum, quo Italia pulso Africam ipsam, tertiam partem mundi, superaverint. 10. Sed nec Macedonas veteri fama, sed præsentibus viribus æstimandos: 11. quia non cum Alexandro Magno, quem invictum audiant, nec cum exercitu ejus, qui totum Orientem devicerit,[6] bellum gerant; 12. sed cum Philippo puero[b] immaturæ ætatis, qui regni terminos ad-

[s] *Et hoc bellum sustinendum esse tanto generosius quam illa antiqua, quanto fortius debeant defendere libertatem, quam imperium.*

Leid. 2. 5. ed. Rom. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *fine*. Ita xiv. 4. 20. ex Thuan. cui astipulantur Frec. et veterrimus cod. Flor. Orosii: ‘Parapamisios fine Caucasi montis Extarches accepit.’ Hygin. Fab. 82. de Tantalo: ‘Ob id dicitur ad inferos in aquam medius fine corporis stare, semperque sitire.’ Hirtius de Bello Afr. 85. ‘Per mare umbilici fine ingressus.’ Add. Wass. ad Sall. Fragm. Hist. iii. 14. in Add.—4 Omnes Mss. Bong. Medicei et Leidd. *ne*.—5 Bech. Ven. Med. Par. Ald. Junt. *Al. quidem* (Ven. *quidam* lapsu typogr.) *M*.—6 Medicei, Magl.

NOTÆ

[w] *Solicitat*] Argosque tuendam tradidit: sed ille, urbe direpta, a Romanis stetit.

[x] *Instructis e diverso, &c.*] Ex improviso prælium initum est. Quintius, ubinam hostis castra haberet incertus, qui caute explorarent loca mille velites misit: sed imprudentes, ob tenebras ejus diei, in insidias Macedonum incidunt, a quibus lacessiti auxilium a Flaminino obtinent; dumque hinc et inde pugnatur acriter, Quintius eductis copiis aciem instruit, Philippus etiam, cum Romanos a suis collibus dejectos cerneret, prælii subiit aleam. Hæc multis Polyb.

[y] *Carthaginem*] Cui, victo in Africa Hannibale, duris conditionibus pax fuerat concessa.

[z] *Sicilia*] Quæ, captis a Marcello Syracusis, in Romanorum potestatem tota venerat.

[a] *Hispaniam*] Cujus partem maximam primum P. et Cn. Scipiones, tum Cornel. Scipio, capta Nova Carthagine, subegerat.

[b] *Cum Philippo puero*] Longe fallitur Justin. nec enim puer tum erat Philippus, qui natus annos 38., a 24. annis regnaret, cum ipse Flamininus vix 32. annum attigisset, testibus Liv. et Plut.

versus finitimos ægre defendat; et cum his Macedonibus, qui non ita pridem prædæ Dardanis fuerint.[7] 13. Illos majorum decora, se suorum militum commemorare. 14. Non enim alio exercitu Hannibalem, et Pœnos, et totum ferme Occidentem, sed his ipsis, quos in acie habeat, militibus, subactos.' 15. His adhortationibus utrinque concitati milites prælio concurrunt, alteri Orientis, alteri Occidentis imperio gloriantes; ferentesque in bellum alii majorum suorum antiquam et obsoletam gloriam, alii virentem recentibus experimentis virtutis florem.[h] 16. Sed Macedonas Romana fortuna vicit.[c] 17. Fractus itaque bello[d] Philippus, pace a Flaminino consule petita, nomen quidem regium[e] retinuit: sed omnibus Græciæ[8] urbibus,[f] velut regni membris extra terminos antiquæ possessionis, amissis, solam Macedoniam retinuit.[i] 18. Offensi tamen Ætoli,[g] quod[9]

[h] *Excitati ad bellum fortiter gerendum, alii propter gloriam olim partam a suis majoribus, alii ob fortitudinem nuper in tot prœliis exhibitam.*

[i] *Sed retinuit solam Macedoniam, amissis omnibus urbibus Græciæ, quæ, cum sitæ essent extra terminos antiquæ Macedoniæ, illius partes non censebantur.*

Periz. Leidd. *audiant* et *devicerit:* quomodo Avo legend. videbatur.—7 Novem Mss. *fuerint:* quomodo Freinsh. legend. conjecerat.—8 Leid. 1. 3. ed. Bech. Ven. Med. *Thraciæ.*—9 Leidd. Bodl. ed. Rom. Bech. Ald. Junt. *quia.*—

NOTÆ

[c] *Romana fortuna vicit*] Dum in dextera parte hostes vincit Flaminius, lævam aciei partem Philippus proterit. Sed ubi tribunus Philippum ultra reliquam aciem longius progressum animadvertit, continuo in terga victorum cum suis sævire cœpit: quod magnum momentum attulit victoriæ: ad Cynocephalas in Thessalia pugnatum est. Polyb.

[d] *Fractus itaque bello*] Amissis castris, 8. M. e suis cæsis, 5. captis, Larissam versus fugit; ubi, cum audiret urbes circum jacentes cessisse victori, misit caduceatorem cum filio Demetrio obside; cujus precibus concessis a Flaminino induciis, legati Romam de pace missi sunt. Ita Zonar.

[e] *Nomen quidem regium*] Veteri Macedoniæ imperare permissus est.

[f] *Omnibus Græciæ urbibus*] Præcipue Corintho Achæis reddita, Demetrias vero et Chalcis a Romanis retentæ, donec bellum cum Antiocho gereretur, aliique Græciæ populi in libertatem restituti. Dum in ludis Isthmiacis, propter Corinthum, Quintius ceterique Romani sederent, in mediam arenam præco cum tibicine processit, et pronuntiat: 'Senatus Romanus, et Titus Quintius imperator, Philippo Macedonibusque devictis, liberos esse suisque legibus vivere jubet Corinthios, Phocenses, &c. aliosque Græciæ populos.' Quod tantus astantium clamor excepit, ut supra stadium volantes corvi in terram deciderint. Ita Polyb. et Plut.

[g] *Offensi tamen Ætoli*] Qui Macedonum regnum ideo volebant exscindi penitus, quod ab iis primum Græcia servitutis jugo fuisset oppressa.

non ex[10] arbitrio eorum Macedonia quoque ademta regi, et data sibi in præmium belli, esset, legatos ad Antiochum mittunt, qui eum adulatione magnitudinis in Romana bella, spe societatis universæ Græciæ, impellerent.

---

10 Leid. 3. 4. Thuan. Periz. Coll. N. ed. Rom. *ex* ignorant: eam tamen addidit Auctor XIV. 5. 4. 'Cassander nihil non ex arbitrio muliebris audaciæ gerit.'

LIBER XXXI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Romani Antiochum Syrum legatione coërcent: a Nabide Græciam liberari jubent. Hannibalis nomen Romanis formidabile. 2. Hannibal, Romanorum insidias fugiens, ad Antiochum cursum dirigit. 3. Nabis, duobus prœliis fractus, post Romanorum discessum arma movet. Hannibalis ad Antiochum de opprimendis Romanis consilium. 4. Carthaginienses ab Antiocho solicitati rem Romanis significant; qui politico strategemate Hannibalem ab Antiocho divellunt. 5. Iteratum Hannibalis consilium de bello in Italia Romanis inferendo. 6. Antiochi adulatores Hannibalis sana consilia rident; inde subversio Antiochi, qui terrestri et navali prœlio a Romanis superatur. 7. Scipiones, ducto in Africam exercitu, pacis leges Antiocho præscribunt, quas ipse repudiat. 8. Bello reparato et pugna commissa, cæsis quinquaginta Asiaticorum millibus, Antiochus subactus pacem petit et obtinet.

CAP. I. 1. Mortuo Ptolemæo Philopatore,[a] rege Ægypti, contemtaque parvuli filii ejus ætate, qui, in spem regni relictus, prædæ[1] etiam domesticis erat, Antiochus rex Syriæ occupare Ægyptum[b] statuit. 2. Itaque, Phœnicen[c] ceterasque Syriæ quidem, sed juris Ægypti, civitates cum invasisset,[e] legatos ad eum[d] senatus mittit,‡ qui denuntiarent ei, 'abstineret regno[2] pupilli, postremis patris precibus fidei suæ traditi.'[b] 3. Quibus spretis, interjecto tempore alia legatio supervenit,[e] quæ, omissa pupilli persona, 'civitates jure belli factas populi Romani[3] in integrum restitui'

[a] *Cum occupasset Phœnicem et alias Syriæ urbes quæ pertinebant ad regem Ægypti.*
[b] *Ut non invaderet regnum pupilli Ptolemæi, qui precibus patris morientis commendatus* fuerat *fidei populi Romani.*

1 Med. 1. Magl. Leid. 2. 4. 5. Periz. Thuan. ed. Rom. Bech. Ald. Junt. *præda:* nec aliter edidit Bong. Inf. XXXIV. 2. 5. 'Conjuges quoque liberique eorum præda hostium fuere.' Saxo VIII. p. 154. 19. 'Jarmericus cum cororibus admodum parvulis præda hostibus fuit.' X. p. 200. init. 'Se prædam futuros.' Hegesipp. v. 8. 'Quibus certantibus inter se præda erat in medio populus eorum, qui vicerant,' et 40. 'Ne canibus alitibusve vel feris præda sis.' Sup. tamen XXX. 4. 12. Mss. atque edd. constanter dant 'Qui non ita pridem prædæ Dardanis fuerunt,' vel *fuerint*, et inf. XXXIX. 5. 5. 'Prædæque Arabum genti fuerint.' Quomodo loquitur Liv. IX. 36. 'Ut vindices prædarum prope ipsi prædæ fuerint,' et XXXI. 28. 'Sciathum et Peparethum, haud ignobiles urbes, ne classi hostium prædæ ac præmio essent, diruit.' Lactant. v. 2. 5. 'Ne simplicitas eorum prædæ ac pabulo sit hominibus astutis.'—2 Bodl. ed. Ald. Junt. *a r.*—3 Demster. ad Rosini Antiq. Rom. II.

NOTÆ

[a] *Philopatore*] Sic dictus est ironice, quod patrem, matrem, fratremque interfecerit.

[b] *Occupare Ægyptum*] Fœdere cum Philippo Macedone sancito, ambo opes et provincias Ægypti inter se partiti sunt, ut narrat Liv.

[c] *Phœnicen*] Recuperatis Cœlesyriæ et Samariæ urbibus ad fontes usque Jordanis, victoque Scopa Ptolemæi duce, Sidonem obsedit, quam et diuturna obsidione et gravi fame victus Scopas reddidit, et postea cum sociis nudus dimissus est. Ex Joseph. et Hieron.

[d] *Legatos ad eum*] Marcus Lepidus in Ægyptum missus est, ut regis pueri curam gereret.

‡ A. M. 3856. Ol. 145. 3. U. C. 555. Ant. Ch. 196.

[e] *Alia legatio supervenit*] Precibus Attali, qui per legatos questus est in senatu, quod, dum in bello Macedonico juvat Romanum consulem, Antiochus regnum suum invasisset: quare, rogatus Antiochus ut a regno Attali abstineret, ex illius finibus deduxit exercitum. Hæc Liv. Deinde cum Græcas urbes in Asia occupasset, jussus a senatu eas restituere in libertatem, legationem sprevit, fretus societate Ætolorum, Nabidis, et Hannibalis.

jubebat. 4. Abnuenti bellum denuntiatum: quod ille facile susceptum infeliciter gessit. 5. Eodem tempore et Nabis tyrannus multas Græciæ civitates occupaverat.[f] 6. Igitur senatus, ne uno[4] tempore duplici bello Romanæ vires distinerentur,[5] scripsit Flaminino, 'si ei videatur, sicuti Macedoniam a Philippo, ita Græciam a Nabide[g] liberet.'[6] 7. Ob quam causam imperium ei[7] prorogatum est.[8] Terribile quippe Antiochi bellum Hannibalis nomen faciebat, quem æmuli ejus[h] 'occultis mandatis cum Antiocho inisse societatem' apud Romanos criminabantur;[c] 8. negantes 'eum æquo animo sub legibus vivere, assuetum imperio et immoderata licentia militari;[9] semperque, tædio quietis urbanæ, novas belli causas circumspicere.' 9. Quæ etsi falsa nuntiata fuissent, apud timentes tamen pro veris habebantur.

CAP. II. 1. Denique senatus metu perculsus, ad speculandos actus Hannibalis, legatum in Africam[i] Cnæum[1]

[c] *Quem æmuli ejus Carthaginienses accusabant apud Romanos, quasi inivisset societatem cum Antiocho per legatos clam missos.*

2. p. 89. monet in Ms. Vat. legi *b. j. p. R. f.*—4 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *eodem.*—5 Sic Græv. malebat. Vid. XXIX. 2. 8.—6 Med. 2. *s. M. Ph. ita et G. Nabi. dimitteret.* Conjunctio *et* extat etiam in pr. Med. quart. Leid. Thuan. *ab Onabide* Magl. *magna ubide* Leid. 5. *a Nabi.* Bodl. *ab Hannibale* Periz. *a Onabide* ed. Rom. eademque cum Bech. Ald. Junt. Ven. Flor. *liberaret.* Jens. ad h. l. notaverat: 'Atqui Macedonia non fuit liberata a Philippo, quippe quæ sola ei fuit relicta. Vid. XXX. 4. et Liv. XXXIII. 30. quare Ortwinius legit vel *sicuti a Philippo Macedone*, vel *sicuti a Macedoniæ rege Philippo.* Sed nihil mutandum. Macedonia haud dubie durius et imperiosius tractata fuit a Philippo, antequam a Romanis fuerat coërcitus. Add. caput ult. libri præc. ubi Philippus modo nomen regis retinuisse dicitur.'—7 Leid. 1. *ejus.*—8 Id. cum Mss. Bongg. Medd. Bodl. Coll. N. Thuan. Periz. nesciunt *est.*—8 Magl. *prorogatur.*—9 Med. 2. *l. militaris rei.*
1 Perizonius malebat *Caium.* Liv. XXXIII. 47. 'Legati tres missi C. Ser-

NOTÆ

[f] *Civitates occupaverat*] Præcipue Argos, urbem id temporis munitissimam.

[g] *Græciam a Nabide*] Flamininus conventum sociarum civitatum Corinthum indixit, in quo, explosa Ætolorum oratione, bellum in Nabidem omnium consensu decretum est.

[h] *Æmuli ejus*] Multi viri principes Carthagini jamdiu Hannibalis familiam oderant pessime, et ipse multorum animos offenderat, quod et perpetuos antea judices fecisset annuos, et vectigalia magistratibus eripuisset.

[i] *Legatum in Africam*] Tres legatos numerat Liv., Cainm Servilium, Cland. Marcellum, et Quintum Terent. Culleonem.

Servilium mittit;* eique tacitis mandatis præcipit, 'si posset, eum per æmulos ejus interficeret, metuque invisi[a] nominis tandem populum Romanum liberaret.'[d] 2. Sed res Hannibalem non diu latuit, virum ad prospicienda cavendaque pericula paratum, nec minus in secundis adversa, quam in adversis secunda, cogitantem. 3. Igitur, cum tota die in oculis principum legatique Romani in foro Carthaginiensium obversatus in supremum fuisset,[e] appropinquante[g] vespere, equum conscendit;[k] et rus urbanum,[4l] quod propter littus maris habebat, ignaris servis jussisque ad portam revertentem opperiri, contendit. 4. Habebat ibi naves cum remigibus, occulto sinu littoris absconditas:[5] erat et grandis pecunia in eo agro[6] præparata, ut, cum res exegisset, nec facultas fugam nec inopia moraretur. 5. Lecta igitur servorum juventute, quorum copiam Italicorum captivorum[m] numerus augebat, navem conscendit[f] cursumque ad Antiochum dirigit. 6. Postera[7] die civitas principem suum,[n]

[d] *Et liberaret populum Romanum metu quem illi dabat Hannibal hostis illius infensissimus.*

[e] *Quare cum tota die usque ad vesperam fuisset in foro Carthaginiensium coram primatibus civitatis et legatis Romanis.*

[f] *Conscendit navem cum servis quos elegerat ex juvenibus, quorum numerum augebant multi capti in Italia.*

---

vilius, M. Claudius Marcellus, Q. Terentius Culleo, qui, cum venissent ex consilio inimicorum Annibalis, quærentibus causam adventus dici jusserunt: 'venisse ad controversias, quæ,'' &c.—2 Leid. 1. *inimici*.—3 Bodl. *obv. fuisset, in supr. appr.*—4 Med. 1. r. *suburb.* quomodo emendarunt Faber et Schef. Reliqui Mss. mendose *rursus* vel *versus suburb.* Tac. xv. A. 60. 'Quartum apud lapidem suburbano rure substiterat.' Symmach. II. Ep. 59. 'Suburbanum prædium, quod viæ Appiæ adjacet, invisebam.' L. 38. §. 4. de Leg. III. 'Prædium suburbanum.'—5 Med. 2. *navem....absconditam:* ut paulo post: 'Navem conscendit.'—6 Mss. *in eo agro pec.*—7 Magl. ed. Ven. Flor. Ald. Junt. *Post.*

NOTÆ

* A.M. 3859. Ol. 146. 2. U.C. 558. Ant. Ch. 193.

[k] *Equum conscendit*] Sub vesperam vestitu forensi ad portam cum 2. tantum comitibus ignaris consilii tendit.

[l] *Rus urbanum*] Thapsum pervenit terrestri itinere, unde conscensa navi in Cercinam ins. inde Tyrum appulit, deinde Antiochiam petiit: unde filio Antiochi salutato, Ephesum, quo jam Antiochus pervenerat, contendit, teste Liv.

[m] *Italicorum captivorum*] Hoc vero simile non videtur, cum inter pacis conditiones hanc Liv. referat, ut Carthaginienses Romanis captivos omnes traderent.

[n] *Principem suum*] Erant Carthaginiensibus suffetes, qui consules Romanis: erat etiam dictator, quæstor,

ac tum temporis[8] consulem, in foro expectabat. 7. Quem ut profectum nuntiatum est, non aliter, quam si urbs capta esset, omnes trepidavere, exitiosamque sibi fugam ejus ominati sunt. 8. Legatus vero Romanus, quasi bellum jam illatum Italiæ ab Hannibale esset, tacitus Romam regreditur[9] trepidumque nuntium refert.[o]

CAP. III. 1. Interim in Græcia Flamininus, juncta cum quibusdam[p] civitatibus societate, Nabidem tyrannum duobus continuis præliis subegit;[q] et graviter[r] fractum,[r] velut exsanguem, in regno reliquit.[s] 2. Sed libertate Græciæ restituta,[s] deductisque ab urbibus præsidiis,[h] cum Romanus exercitus in Italiam reportatus esset, velut vacua rursus possessione solicitatus,[t] multas civitates repentino bello invasit.[2] 3. Quibus rebus exterriti Achæi,[u] ne vicinum

[g] *Reliquit in regno victum in gravibus præliis.*

[h] *Cumque milites revocati essent, qui relicti fuerant ad præsidia urbium.*

---

autem.—8 Tres posteriores edd. nesciunt *temp*.—9 Ita xx. 4. 4. 'Inde regressus Cretam.' Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *revertitur*.

1 Thuan. tres Leid. Periz. *et gravibus*. Lacunam huic l. inhærentem eleganter suppl. Med. 2. hoc modo: *gravibusque pacis legibus factum* (leg. *fractum*). Ita XXXIII. 1. 5. 'Sed consul Sulpicius non minus graves quam victo leges dixit.' *Leges* sc. pacis: ut IX. 5. 1. 'Ibi pacis legem universæ Græciæ statuit.' XI. 12. 12. 'Nec quod in leges pacis sibi lenocinia quæreret,' et XXX. 3. 9. 'Græcos, veluti victores, leges pacis sibi dicere.'—2 Med. 1.

NOTÆ

prætor, judices 100. et senatus, qui senioribus 30. constabat, ut habet Liv. multis in locis.

[o] *Trepidum nuntium refert*] Romani Hannibalem, etsi fractum senio, pro igni habebant, cui abesset nihil, nisi qui eum excitaret. Plut.

[p] *Juncta cum quibusdam*] Aderant Ætoli, Achæi, Athenienses, Rhodii, Macedones, Thessali, et Eumenes.

[q] *Duobus continuis præliis subegit*] Dum Spartam obsideret Quintius, erumpentibus ex urbe hostibus, secunda usus est fortuna: sed hæc leviora prælia non fregerunt Nabidem.

[r] *Graviter fractum*] Quintius Gytheo occupato jam Spartam ceperat, vixque pauci in angustiis Romanorum impressionem sustinebant, cum Pythagoras ædificia muris proxima incendi jussit: quo factum est, ut, cadentibus in Romanos tectis, ipsi se in castra receperint. Nabis tamen, Romanorum fortitudine territus, omnia permisit Quintio, qui, benigne usus victoria, eum Spartæ regnare voluit, licet rex Agesipolis ab eo pulsus exularet. Ita Liv.

[s] *Libertate Græciæ restituta*] Vocato Corinthum Græcorum conventu, libertatem omnibus reddidit, et præsidiis deductis a Chalcide, Acrocorintho, et Demetriade, in Italiam rediit.

[t] *Solicitatus*] Ab Ætolis, qui impatientes otii Philippum, Antiochum, et Nabidem in Romanos acuerunt.

[u] *Achæi*] Achaia proprie dicitur regio septemtrionalis secundum littus

malum[1] etiam ad se serperet, bellum adversus Nabidem decernunt,[w] ducemque prætorem suum Philopœmenem, insignis industriæ virum, constituunt: 4. cujus in eo bello tanta virtus[x] enituit, ut opinione omnium Flaminino Romano[y] imperatori compararetur. 5. Eodem tempore Hannibal, cum ad Antiochum pervenisset, velut Deorum munus excipitur: 6. tantusque ejus adventu ardor animis regis accessit,'[4] ut non tam de bello quam de præmiis victoriæ cogitaret. 7. Sed Hannibal, cui nota Romana virtus erat, negabat 'opprimi Romanos, nisi in Italia, posse.' 8. Ad hoc sibi centum naves et decem millia peditum et mille equites[5][z] poscebat, promittens 'hac manu non minus bellum, quam gesserit, Italiæ instauraturum;'[6] 9. et in Asiam[7] regi sedenti[a] aut victoriam de Romanis aut æquas pacis conditiones relaturum:[t] 10. quippe et Hispanis bello fla-

[i] *Et rex Antiochus propter ejus adventum tantum ardorem belli gerendi concepit et spem victoriæ.*

[k] *Promittens se cum hoc exercitu excitaturum tantum bellum in Italia contra Romanos, quantum prius gesserat: et se reportaturum de Romanis vel victoriam, vel justas pacis conditiones, ad Antiochum in Asia quiescentem.*

---

oppressit, ut II. 10. 13. 'Ne inopinato bello opprimerentur.'—3 Thuan. *ne v. bellum.* Med. 1. Leid. 2. 4. *ne vicinale malum.* Id. adjectivum occurrit XLI. 1. 9. 'Gravibus Scythicis et vicinalibus bellis assidue vexati:' et ap. Liv. XXI. 26. 'Itaque ingens coacta vis navium est, lintriumque temere ad vicinalem usum paratarum:' et L. Sen. v. Benef. 24. 'Agellos, in quibus vicinalis via causa rixæ ac litium fuerat, militi suo donavit,' ubi vid. Lips. Ulpian. L. 2. §. 22. D. Ne quid in loco publ. 'Viarum quædam publicæ sunt, quædam privatæ vicinales:' ib. 'Vicinales sunt viæ, quæ in vicis sunt, vel quæ in vicos ducunt.'—4 Magl. *animum r. incendit.*—5 Medicei, Thuan. quatuor Leid. Coll. N. Mss. Bong. *equitum*, idque alteri præferunt Bern. Acidal. ad Vell. II. 130. 4. et Duker. ad Liv. XXI. 61. qui id. etiam reperit in Ms. Duisb. Add. Epistolam Avi ad Anton. Clementium subjunctam libris de Pecun. Vet. p. 697.—6 Sic Ven. Flor. Par. At vulg. *rest.*—7 Avo corrigenti *in Asia* suffragantur Medd. Thuan. Leidd.

NOTÆ

Sinus Corinthiaci, ab isthmo ad Eliorum agrum.

[w] *Decernunt*] Missis in Gytheum, a Nabide obsessum, militibus.

[x] *Cujus in eo bello tanta virtus*] Multis prœliis propter Spartam Philopœmen Nabidem vicit, eoque ab Ætolis occiso, Achæis junxit Spartiatas contra Ætolos, qui Spartam invadere cogitabant.

[y] *Flaminino Romano*] Qui, victoriis in Philippum et Nabidem relatis, magnum nomen sibi confecerat.

[z] *Mille equites*] De equitibus nihil habent Appian. et Liv. qui peditum M. 16. Hannibalem petiisse volunt.

[a] *In Asiam regi sedenti*] Auctor tamen fuit Antiocho, si Livio credimus, ut in Græciam exercitum transportaret.

grantibus[b] ducem tantum deesse; et Italiam notiorem sibi nunc, quam pridem fuisset:[8] sed nec Carthaginem quieturam, sociamque se ei sine mora præbituram.'

CAP. IV. 1. Cum regi consilia placuissent, mittitur[†] Carthaginem unus ex comitibus Hannibalis, qui in bellum cupidos hortetur, 'Hannibalemque cum copiis affuturum' nuntiet; 'nihil' dicat 'partibus[1] nisi animos Carthaginiensum deesse: Asiam et vires belli et sumtum præbituram.'[i] 2. Hæc cum perlata[2] Carthaginem essent, nuntius ipse ab inimicis Hannibalis[c] comprehenditur, et perductus[3] in senatum[4] cum interrogaretur, 'ad quem missus esset,' Punico[5] ingenio respondit,[d] 'se ad universum senatum[e] missum: nec enim hoc opus singulorum sed universorum esse.' 8. Dum multis diebus deliberant, an eum Romam ad purgandam publicam conscientiam mittant,[m] tacitus conscensa nave ad Hannibalem revertitur: quo cognito, Carthaginienses ultro[6] rem Romam per legatum[7] deferunt.

[i] *Dicat nihil deesse principibus ad bellum paratis, nisi ut Carthaginienses illis faveant; et Antiochum regnantem in Asia daturum et exercitus et sumtus ad bellum gerendum.*

[m] *An eum mittant Romam ut probent Romanis rempublicam non esse consciam criminis Hannibalis.*

Bodl. Coll. N. Periz. ed. Rom. Ald. Junt.—8 Plerique Mss. ed. Rom. Bech. Ald. Junt. *fuisse.* Periz. *et It. not. nunc, quam pr. sibi esse.*

1 Ald. Junt. *patribus.*—2 Sic Med. 2. Magl. Bodl. Leid. 2. 5. Periz. a pr. m.—3 Novem Mss. ed. Rom. *perductusque.*—4 Periz. *perductusque in senatu.*—5 Magl. Ald. Junt. *Punico usus.* Ita Liv. XXXIV. 61. de eod. 'Aristo, Punico ingenio inter Pœnos usus, tabellas conscriptas celeberrimo loco supra sedem quotidianam magistratus prima vespera suspendit.'—6 Ald. Junt. *statim.*—7 Bech. Ven. Flor. Med. *statim R. leg.*—8 Leid. 4. Periz. Ald. Junt. *conv. Ant.* Medicei, Leid. 2. 5. *cum Ephesum* (Med. 2. *Ephesi*) *conv. Antiocho mand. sen.*

NOTÆ

[b] *Hispanis bello flagrantibus*] Quibus acre bellum diu cum Catone fuerat, et etiam nunc erat cum Fulvio Nobiliore.

† A. M. 3861. Ol. 146. 4. U. C. 560. Ant. Ch. 191.

[c] *Ab inimicis Hannibalis*] Carthaginis cives duas in factiones erant divisi, quarum altera Hannibali infensissima, cujus princeps erat Hanno; altera ipsi favebat, quæ ab illius patre Hamilcare, cognomento Barcha, Barchina dicebatur.

[d] *Punico ingenio respondit*] Non quod ille Pœnus esset, sed quod inter Pœnos versaretur: fuit enim Aristo mercator Tyrius, ex Appian.

[e] *Se ad universum senatum*] Quo facilius senatum populo suspectum redderet, tabellas supra sedem magistratus sub vesperam suspendit, in quibus scripserat se privatim ad neminem, sed ad senatum publice, missum: deinde tertia vigilia navem conscendit, auctore Liv.

4. Romani quoque ad Antiochum legatos misere,[f] qui sub specie legationis et regis apparatum specularentur, et Hannibalem aut Romanis mitigarent, aut assiduo colloquio suspectum invisumque regi redderent.[n] 5. Itaque legati cum Ephesi convenissent[g] ad Antiochum,[g] mandata ei senatus tradunt. 6. Dum responsum expectant, omnibus diebus assidui circa Hannibalem fuere, dicentes, 'timide eum a patria recessisse, cum pacem Romani, non tam cum republica ejus[9] quam cum eo factam, summa fide custodiant: 7. nec bella eum Romanorum magis odio quam patriæ amore gessisse, cui ab optimo quoque etiam spiritus ipse debeatur.[o] Has enim publicas inter populos, non privatas inter duces, bellandi causas esse.' Inde res gestas ejus laudare. 8. Quorum[10] sermone lætus, sæpius cupidiusque cum legatis colloquebatur, ignarus, quod familiaritate Romana odium sibi apud regem crearet. 9. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio reconciliatam ejus[11] cum Romanis gratiam existimans, nihil ad eum, sicuti solebat, referre; expertemque totius consilii, veluti[12] hostem proditoremque suum, odisse cœpit. Quæ res tantum apparatum belli, cessante imperatoria arte, corrupit.[p]

[n] *Aut redderent illum suspectum regi, assidue cum eo colloquendo.*
[o] *Cum optimus quisque debeat vitam fundere pro patria.*
[p] *Quod effecit, ne bellum tanto apparatu illatum bene succederet, quia deerat dux peritus artis militaris.*

---

tr. Præstat vulgatum. Inf. XLIII. 3. 8. ex Leid. 5. ed. Bech. Rom. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. 'Itaque ad regem...amicitiam petentes conveniunt.' Liv. XXIX. 10. 'Quingenti fere Numidæ ad eum convenerunt.'—9 *Ej.* in ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. desideratur.—10 Magl. Leid. 2. Periz. Ald. Junt. *Quarum;* et *colloquitur* eæd. edd. cum quatuor aliis. Rom. *quare.*—11 *Ejus* abest Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *Rec. ejus R.* Par. *Rec. ei* Magl.—12 Octo Mss. ed. Bech. Ald. Junt.

NOTÆ

[f] *Legatos misere*] Publium Sulpicium, P. Villium, et P. Ælium. Addunt Liv. Appian. Zonar. et Val. M. Africanum, qui, dum cum Hannibale colloquitur, ab eo quæsiisse fertur, quem maximum imperatorem crederet. Hannibal primas Alexandro Macedoni, secundas Pyrrho, tertias sibi, tribuit. Tum subridens Scipio, Quidnam tu diceres, inquit, si me vicisses, Hannibal? Cui subjecit ille: Non primas Alexandro, sed mihi, tribuerem. Hæc refert Plut.

[g] *Cum Ephesi convenissent*] Ægrotante Sulpicio, solus Villius Apameæ occurrit Antiocho, qui audita filii morte colloquia diremit, quæ tamen paulo post Ephesi renovata.

10. Senatus mandata fuerant, 'ut[13] contentus terminis Asiæ[h] esset, ne[14] ipsis ingrediendi Asiam necessitatem imponeret.' Quibus spretis, non accipiendum bellum statuit, sed inferendum.

CAP. V. 1. Dicitur,[1] cum frequenter de bello consilium habuisset, remoto Hannibale,[2] tandem eum vocari jussisse,[‡] non ut ex sententia ejus aliquid[3] ageret, sed ne per omnia eum sprevisse videretur; omnibusque perrogatis[i] postremum interrogasse.[k] 2. Quo ille animadverso, 'intelligere se' professus est, 'non quia egeat consilio, sed ad supplendum numerum sententiarum, se vocatum: tamen et odio Romanorum, et amore regis, apud quem solum tutum sibi exilium relictum sit, se viam gerendi belli edisserturum.' 3. Veniam deinde libertati præfatus,[q] 'nihil se aut consiliorum aut cœptorum præsentium probare' ait: 'neque sedem belli Græciam sibi placere, cum Italia uberior materia sit: 4. quippe Romanos vinci non nisi armis suis posse; nec Italiam aliter, quam Italicis viribus subigi: siquidem diversum ceteris mortalibus esse illud et hominum et belli genus.[4] 5. Aliis bellis plurimum momenti habere, priorem aliquam cepisse occasionem loci temporisque, agros diripuisse,[5]

[q] *Petiit a rege ut veniam sibi daret, si forte liberius loqueretur.*

---

aliæque *et v.*—13 *Ut* abest a Mss. quorum plerique dant *As. term.* et *ne ipsis As. ingr.*—14 Ald. Junt. *nec.*

1 Mss. Bong. Coll. N. *Dic. enim.*—2 Decem Mss. ed. Rom. *cons. r. H. hab.*—3 Periz. *id,* sc. bellum, ut interpretatur Wopkens.—4 Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *illud et b. g. et hom.*—5 Mss. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *rapuisse.* Virgil. II. Æn. 374. 'Alii rapiunt incensa feruntNOTÆ

[h] *Ut contentus terminis Asiæ*] Ut Græcos omnes in Asia legibus suis vivere et sui juris esse sineret. Quibus spretis, Rhodios, Byzantios, Cyzicenos Romanis fœdere jungi permisit: Æoles vero et Ionas, Asiæ regibus parere solitos, eod. jure esse voluit: quod cum non probarent legati, re infecta, Romam redierunt, teste Appian.

‡ A. M. 3863. Ol. 157. 2. U. C. 562. Ant. Ch. 189.

[i] *Omnibus perrogatis*] 'Perrogare' est, omnes peragere sententias: quo verbo utuntur Liv. et Tac. ubi *prærogare* male legitur.

[k] *Postremum interrogasse*] Primus tamen sententiam rogatus est, ex Appian.

urbes aliquas expugnasse: cum Romano, seu occupaveris prior aliqua,[6] seu viceris, tamen[7] etiam[8] cum victo et jacente luctandum esse.'[9] 6. Quamobrem, si quis eos in Italia lacessat, suis eos opibus, suis viribus, suis armis posse vincere, sicut ipse fecerit. 7. Sin vero quis illis Italia velut fonte virium cesserit, perinde falli, ac si quis amnes non ab ipsis fontium primordiis derivare, sed concretis jam aquarum molibus avertere vel exsiccare velit.' 8. Hæc et secreto se censuisse, ultroque ministerium consilii sui obtulisse; et nunc præsentibus amicis ideo repetisse, ut scirent omnes rationem gerendi cum Romanis belli; eosque foris invictos, domi fragiles esse. 9. Nam prius illos urbe quam imperio,[l] prius Italia quam provinciis, exui posse: quippe et a Gallis captos et a se prope deletos esse; neque se unquam victum prius, quam terris eorum cesserit. Reverso Carthaginem statim cum loco fortunam belli mutatam.'[m]

Cap. VI. 1. Huic sententiæ obtrectatores amici regis erant; non utilitatem rei cogitantes, sed verentes, ne pro-

[k] *Valere plurimum ad alia bella feliciter gerenda, si prior vel tempus vel locum commodum occupaveris, vastaveris agros, urbes aliquas expugnaveris; sed etiam si Romanos viceris, vel urbes ceperis, tum etiam pugnandum est cum iis quos putabas victos et jacentes.*

[l] *Si quis vero permiserit illos possidere Italiam, unde sumebant omnes vires; illum tam falli, quam si vellet exsiccare vel avertere amnes, non incipiendo ab iis locis in quibus fontes oriuntur, sed ab iis in quibus simul juncti magnum fluvium efficiunt.*

que Pergama.' Lucan. III. 98. 'Namque ignibus atris Creditur, ut captæ, rapturus mœnia Romæ, Sparsurusque Deos,' et VI. 14. 'Dyrrachii præceps rapiendas tendit ad arces.' Interp. vetus libri Jobi XX. 19. 'Domum rapuit,' et Proph. Michææ II. 2. 'Rapuerunt domos.'—6 Bech. *aliquam.* Magl. ed. Rom. Flor. Par. Ald. Junt. *aliqua ratione.*—7 Vulg. *tum.* Medd. Leidd. Bodl. Cant. Thuan. ed. Rom. Par. Ald. Junt. *tamen*, quod vulgato præfert Wass. ad Sall. Ju. 26. et seq. *cum* adv. Schef. merito tuetur—8 Periz. *tamen et.*—9 Bech. Ven. Flor. Med. *est.*

NOTÆ

[l] *Prius illos urbe quam imperio*] Sic ap. Vell. dux Samnitium Pontius Telesinus dicebat, delendam esse Romam; adjiciens nunquam defuturos raptores alienæ libertatis lupos, nisi sylva, in quam refugere solerent, excinderetur.

[m] *Fortunam belli mutatam*] Non procul ab Adrumeto decretorio certamine penitus devictus est Hannibal fortitudine Scipionis, Lælii, et Masinissæ.

bato consilio ejus primum apud regem locum gratiæ occuparet. 2. Et[1] Antiocho non tam consilium quam auctor displicebat, ne gloria victoriæ Hannibalis, non sua esset. 3. Omnia igitur variis assentationum[2] adulationibus corrumpebantur: nihil consilio vel ratione agebatur. Rex ipse per hyemem in luxuriam[3] lapsus,[n] novis quotidie nuptiis deditus erat. 4. Contra Acilius Romanus consul, qui ad hoc bellum missus erat, copias, arma, ceteraque bello necessaria summa industria[4] parabat; civitates socias confirmabat, dubias illiciebat: nec alius exitus belli, quam apparatus utriusque partis fuit. 5. Itaque, prima belli congressione[5][o] cum cedentes suos rex cerneret, non laborantibus auxilium tulit: sed fugientibus se ducem præbuit,[p] castraque ditia victoribus reliquit. 6. Deinde, cum in Asiam, præda Romanis occupatis, fugiendo pervenisset, pœnitere neglecti consilii cœpit; revocatoque in amicitiam Hannibale, omnia ex sententia ejus agere. 7. Interim nun-

1 Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *At.*—2 Vulg. *assentantum*, Codex Pelerini, teste Bong. *assentantium.* Verum *assentationum* merito præferunt Bern. ad h. l. et Davis. ad Cæs. III. B. C. 83. ubi male editum 'assentantum generibus;' idemque firmant Medicei, Magl. Leid. 2. 3. 4. 5. Bodl. Periz. ed. Jens. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ita sup. præf. 9. 'Obtrectationis invidia.' Ald. Junt. *assentatorum.*—3 Med. 1. *luxoriam.* Ita *luxorioso* in Ms. Flor. Pandectarum L. II. de Dolo m.—4 Junt. Ald. *sum. ope et ind.*—5 Modius malebat *coitione*, Schef. *conlisione*, pro *conditione*, quam vocem in omnibus Mss. extare ait Modius: idemque dant tres Leid. Thuan. Coll. N. et C. C. verum reliqui vulgatum tuentur. XV. 1. 6. 'Demetrius prima belli congressione a Ptolemæo vincitur,' et XXXIX. 3. 12. 'Repetita prælii congres-

NOTÆ

[n] *Per hyemem in luxuriam lapsus*] Antiochus enim, occupatis Demetriade, Chalcide, et aliis urbibus, quasi re bene gesta, hyemem in deliciis Chalcidi traduxit.

[o] *Prima belli congressione*] Cum omnia cedere Romanis videret Antiochus, relicta Chalcide, petiit Thermopylas; unde accivit Ætolos, qui juga montium occuparent, dum ipse fauces defenderet, ne Romanis pateret aditus; cum consul Acilius Glabrio hostes fortiter aggressus in castra pepulit; unde expelli vix potuissent, nisi Porcius Cato legatus consulis Ætolos, qui juga obsederant, in fugam conjecisset.

[p] *Fugientibus se ducem præbuit*] In os ictus lapide Antiochus, excussisque dentibus, Elateam, tum Chalcidem, deinde Ephesum fugit; dum Acilius, direptis illius castris, Eubœam, Heracleam ex Ætolis, aliasque Græciæ civitates, seu vi, seu metu, recepit.

tiatur, Æmilium,[6q] Romanum[7] ducem, cum octoginta rostratis navibus in[8] bellum navale a senatu missum, adventare: quæ res illi spem restituendæ fortunæ dedit. 8. Itaque, priusquam sociæ civitates ad hostes deficerent, decernere navali prælio[r] statuit, sperans cladem, in Græcia acceptam, nova posse victoria[9] aboleri. 9. Tradita igitur Hannibali classe, prælium committitur. Sed nec Asiani milites Romanis,[s] neque naves eorum pares rostratis navibus fuere; minor tamen clades[t] ducis solertia fuit. 10. Romam nondum opinio victoriæ[u] venerat, et idcirco in consulibus creandis suspensa civitas erat.[t]

[t] *Cives dubitabant quos consules eligerent, quia nondum fama de victoria relata Romam pervenerat.*

sione.'—6 Med. 1. *I. n. ei Emilium.* 2. *I. n. ei C. Julium.* Leid. 3. *I. n. ei Levinum.* Ven. *I. n. ei L. Nevium.* Flor. Par. Ald. Junt. *I. n. ei Livium Menemum.* Bech. Med. *I. n. ei Livium Nevium.* Magl. *I. n. ei Livium;* idemque in quibusd. Mss. reperit Bong. et amplectitur Perizon. qui margini editionis Bernecceri ascripserat: 'Ei Livium. Veriss. est hæc lect. Vid. Liv. XXXVI. 42. Hinc Rhodii ap. Liv. XLV. 22. 'C. Livium, L. Æmilium Regillum interrogate.' Nam Livius ante Regillum in Asia classi præfuit.' Priore l. Livius ait: 'C. Livius præfectus Romanæ classis cum quinquaginta navibus tectis profectus ab Roma Neapolim, quo ab sociis ejus oræ convenire jusserat apertas naves, quæ ex fœdere debebantur,' &c. et paulo post: 'Livius una et octoginta rostratis navibus, multis præterea minoribus, quæ aut apertæ rostratæ, aut sine rostris speculatoriæ, erant, Delum trajecit.'—7 Magl. Leid. 5. *Romanorum*, et cum octo aliis Mss. et vett. edd. *cum octog.* Vulg. *cum* abest. Vincent. VI. 56. 'Interea nuntiatur Antiocho Æmilium Romanorum ducem cum,' &c. et in marg. *Menenium, Nemium:* et ex pr. ed. *Junium.*—8 Periz. ed. Rom. *ad.*—9 Medd. Magl. Leid. 2. Periz. *victoriæ gloria aboleri.* Bodl. *victoria gloriæ.*

NOTÆ

[q] *Æmilium*] Regillum prætorem, qui recens multas naves ex Italia Livii Salinatoris classi junxerat.

[r] *Decernere navali prælio*] Contra Antiochum quinquies pugnatum est. 1. Atilius classis Romanæ præfectus Isidorum ducem ad Andrum superavit. 2. Livius Salinator, Polyxenidam ad Phocæam. 3. Polyxenidas, simulata proditione, ad Samum Pausistratum Rhodiorum ducem. 4. Rhodii, classe reparata, Hannibalem et Apollonium ad Eurymedontem Pamphyliæ fl. 5. Æmilius, Eumenes, et Rhodii, Polyxenidam ad Myonnesum magna clade vicerunt.

[s] *Nec Asiani milites Romanis*] Duo prælia confundit Justin. nec enim in Romanos sed in Rhodios ad Eurymedontem pugnavit Hannibal, qui jam in cornu sinistro vicerat, dum superato dextro cornu, ab universa classe oppressus, fugam capessivit: Polyxenidas vero ad Myonnesum cum Romanis et Rhodiis decertavit, hi naves 80., ille 92. habebat; sed Romani militum robore, Rhodii agilitate navium, et arte remigum, Asianos superabant.

[t] *Minor tamen clades*] 42. naves amissæ, quarum 13. captæ, ceteræ vel incensæ vel demersæ, 2. Romanorum fractæ, una Rhodiorum capta.

[u] *Nondum opinio victoriæ*] Fallitur Justin. eod. enim anno et Scipio consul in Græciam missus est, et Æmilius prætor classi præfectus est.

[w] *Africani frater*] L. Cornel. Scipio, quem rei militaris imperitum dicit Appianus: quod tamen vero simile non videtur, cum tot annis, duce Africano fratre, in Hispania et Africa mernerit, teste Liv.

[x] *Eique datur legatus frater*] Creati consules fuerunt Lælius et L. Scipio, quorum alter Africani frater, alter amicus: Græciam uterque cupiebat, cum frequenti senatu dixit Africanus, se fratri suo legatum fore, si Græciam ipsi decrevissent.

[y] *Jam utrobique*] De terrestri victoria Romam allatum fuerat.

[z] *Legatos pacem petentes*] Heraclidem Byzantium, qui Antiochi nomine spondebat se nihil moturum in Græcia, cessurum urbibus Asiæ, de quibus disceptatum fuerat, et impensarum mediam partem persoluturum.

[a] *Ferentes ipsius filium*] Non eo tempore Scipionis filium, sed paulo post, remisit, dum Scipio Eleam delatus ægrotaret: quod tam gratum accidit Africano, ut auctor regi fuerit, ne in aciem prius descenderet, quam in castra se rediise audiisset.

CAP. VII. 1. Sed adversus Hannibalem ducem quis melior quam Africani frater[w] crearetur, cum vincere Pœnos opus Scipionum esset? 2. Creatur igitur consul Lucius Scipio: eique datur legatus frater[x] Africanus; ut intelligeret Antiochus, non majorem fiduciam se in Hannibale victo, quam Romanos in victore Scipione habere.[w] 3. Trajicientibus in Asiam Scipionibus exercitum, jam utrobique[y] profligatum bellum nuntiatum est; victumque Antiochum terrestri, Hannibalem navali bello invenerunt.[w] 4. Primo igitur adventu eorum, legatos pacem petentes[z] ad eos Antiochus mittit, peculiare donum Africano ferentes ipsius filium,[1a] quem rex parvo navigio trajicientem ceperat. 5. Sed Africanus, 'privata beneficia a rebus publicis secreta[2] esse' dixit;[3] 'aliaque esse patris officia, alia patriæ jura, quæ non liberis tantum, verum etiam vitæ ipsi præponantur. 6. Proinde gratum se munus accipere, privatoque impendio munificentiæ regis responsurum.' 'Quod ad bellum pacemque pertineat, nihil neque gratiæ dari, neque de jure

[u] *Ut cognosceret Antiochus se non debere potius sperare victoriam a fortitudine Hannibalis, quam Romanos a virtute Scipionis, qui illum vicerat.*

[w] *Dum Scipiones transportant exercitum in Asiam, ipsis nuntiatum est Antiochum terrestri navalique prælio superatum fuisse.*

1 Meliores Mss. *petentes Ant. ad eos m. p. d. Af. f. fil. ips.*—2 Bech. Ald. Junt. *segregata.* Bodl. *pr. ben. reb. p. privata.*—3 Flor. *segregata duxit.*—

patriæ decidi[4] posse' respondit.[x] 7. Nam neque de redimendo filio unquam tractavit, nec senatum de eo agere permisit; sed, ut dignum majestate ejus erat, 'armis se recepturum filium'[h] dixerat.[5] 8. Post hæc leges pacis dicuntur: 'Ut Asia Romanis cederet: contentus Syriæ regno esset: naves universas, captivos, et transfugas traderet; sumtumque omnem belli Romanis restitueret.' 9. Quæ cum nuntiata Antiocho essent, 'nondum ita victum se esse' respondit, 'ut spoliari se regno pateretur; bellique ea irritamenta, non pacis blandimenta esse.'[y]

CAP. VIII. 1. Igitur cum ab utrisque bellum pararetur, ingressique Asiam[e] Romani Ilion[1] venissent,[z d] mutua gratulatio Iliensium ac Romanorum fuit,[*] Iliensibus 'Æneam ceterosque cum eo duces a se profectos,' Romanis 'se ab his procreatos' referentibus. 2. Tantaque lætitia omnium fuit, quanta esse post longum tempus inter parentes et liberos solet. 3. Juvabat Ilienses, nepotes suos, Occidente et Africa domita, Asiam ut avitum regnum vindicare, 'optabilem Trojæ ruinam fuisse' dicentes, 'ut tam feliciter renasceretur.' 4. Contra Romanos, avitos lares, et incunabula majorum, templaque ac Deorum simulacra inexplebile desiderium videndi tenebat.[z] 5. Profectis ab

[x] *Respondit munus esse sibi gratum, quod filium remiserit, et se responsurum liberalitati regis privatis opibus: sed, quod spectaret ad bellum et pacem, nullam gratiam dare se posse Antiocho, quia Roma patria sua nil amittit de jure suo ob munus privatum.*

[y] *Et hæc proponi a Romanis ut bellum accenderetur, non ut pax fieret.*

[z] *Contra, Romani ardebant desiderio inexplebili videndi lares avitos, et incunabula majorum, templaque et statuas Deorum.*

4 Med. 2. *decedi.* Periz. *neq. j. p. decedi.* Nihilo melius. Vid. Avum II. Obs. 6. p. 255.—5 Med. 2. *dixit.*

1 Decem Mss. ed. Rom. *Ilium.*—2 Rom. *perven.*—3 Bech. *et c.* Ven. Flor.

NOTÆ

[b] *Filium*] Illum Pub. Æmilii fil. facit Appian. a Scipione adoptatum: sed male; fuit enim Scipionis fil. captus ab Antiocho, dum e Græcia in Asiam trajicit, quæ postea Æmilii filium adoptavit.

[c] *Ingressi Asiam*] Occupata Lysimachia, quam imprudenter deseruerat Antiochus, per Chersonesum et Hellespontum, Eumenis opera, non obsistente Antiocho, trajecerant.

[d] *Ilion venissent*] Urbem Phrygiæ Minoris, juxta montem Idam et oram littoralem.

[*] A. M. 3864. Ol. 147. 3. U. C. 563. Ant. Ch. 188.

Ilio Romanis[e] Eumenes rex cum auxiliis occurrit:[f] nec multo post prælium cum[3] Antiocho commissum.[4 g] 6. Cum in dexteriore cornu[h] pulsa legio Romana majore dedecore, quam periculo, ad castra fugeret, M. Æmilius[5] tribunus militum,[i] ad tutelam castrorum relictus, 'armare se[6] milites suos et extra vallum progredi' jubet, strictisque gladiis fugientibus minari, 'morituros' dicens, 'nisi in prælium revertantur, infestioraque sua,[7] quam hostium castra inventuros.' 7. Attonita tam ambiguo periculo legio, comitantibus commilitonibus, qui fugere eos prohibuerant, in prælium revertitur, magnaque cæde edita, initium victoriæ fuit. 8. Cæsa hostium quinquaginta millia,[k] capta undecim.[8] Antiocho, pacem petenti, nihil ad superiores conditiones

Par. Ald. Junt. *est c.*—4 Magl. Periz. ed. Rom. *prælio c. A. commisso.*—5 'M. Æm.' etiam Livio XXXVII. 43. dicitur: cum vero Leid. 3. det *Mennius Æm.* et Coll. N. *Memmius Æm.* prænomen huj. Æmilii *Manius* fuisse suspicor.—6 Flor. Par. *armare mil.* Melius Ald. Junt. *armari mil.*—7 Med. 2. *strictisque gl. fug. minari mortem; dicens, ni in pr. rev. infestiora sua. Infestiora sua* etiam scriptum in Periz. atque in eod. et Magl. Leid. 1. 3. 4. ed. Rom. *ni* pro *nisi:* ut ap. Liv. d. l. 'Minæ exinde erant, in perniciem suam cæcos ruere, ni dicto parerent.'—8 Bech. Flor. Ald. Junt. XI. *milia.*—9 Periz. *Romanos neq.*—10 Thuan.

NOTÆ

[e] *Profectis ab Ilio Romanis*] Ad caput amnis Caici tendit Scipio, Hermumque non procul a Magnesia juxta montem Sipylum transgressus est, ubi castra posuerat Antiochus.

[f] *Cum auxiliis occurrit*] Eumenes copias jam diu cum Romanis junxerat.

[g] *Prælium cum Antiocho commissum*] Dum certamen Antiochus detrectat, convocati ad consilium a Domitio legato milites, conclamant undique, duceret extemplo in hostem; quare aciem instruxit ut castra per fossas invaderet: tum Antiochus, ne suorum minueret animos, eductis copiis, pugnæ copiam fecit.

[h] *In dexteriore cornu*] Dum cornu sinistrum Eumenes cum Cretensibus sagittariis, clamore et missilibus vertit in fugam, Antiochus in dextro Romanos in castra fugere compulit.

[i] *M. Æmilius tribunus militum*] Qui cum 2. M. Thracum et Macedonum, dum instanti regi acriter resisteret, Attalus Eumenis frater, fugato dextro cornu, tantam impressionem fecit, ut Antiochus novam e castris aciem existimans, converso equo, fugerit; primum Sardos, tum Apameam, deinde, superato Tauro, in Syriam.

[k] *Cæsa hostium quinquaginta millia*] 70. peditum M. habebat Antiochus, ex Appian. quibus 12. M. equitum addit Livius; Romanis 30. M. peditum, ex Appian. sociis 22. M. peditum, equitatus minor 3. M. fuit, ex Liv. 50. M. peditum cæsa, equitum 4. M. mille et 500. capti. Ex Romanis 300. pedites, 24. equites, ex Eumenianis 25. ceciderunt. Romani milites, direptis castris, clamabant: 'Fuit rex Antiochus magnus.'

additum,'[a] Africano prædicante,[m] 'neque Romanis,[9] si vincantur, animos minui;[10] neque, si vincant, secundis rebus insolescere.' 9. Captas civitates inter socios divisere Romani,[n] aptiorem gloriam quam[11] possessiones voluptarias judicantes:[12] quippe victoriæ gloriam Romano nomini vindicandam, opum luxuriam sociis relinquendam.[b]

[a] *Dum Antiochus pacem petit, nihil additum ad conditiones quas Africanus prius proposuerat.*

[b] *Judicantes reipublicæ utilius esse possidere gloriam, quam regiones aptas ad fovendas voluptates: efficiendum enim esse, ut gloria ob victoriam relatam tribueretur Romanis; opes vero, quæ pariunt luxuriam, sociis relinquerentur.*

Leid. 4. *Romanos neq. s. v. animis m.* Medicei, Leid. 5. *Romanos neq. s. v. animos minuere.* Ap. Liv. d. l. Scipio Africanus ait: 'Animos, qui nostræ mentis sunt, eosdem in omni fortuna gessimus, gerimusque: neque eos secundæ res extulerunt, neque adversæ minuerunt.'—11 Coll. N. Periz. ed. Jens. Bech. Ven. Med. Par. *divisere:* (Periz. *dividere*) *muneris Rom. apt. Asiam q.*—12 Med. 1. *divisere; minus* (ita etiam Leid. 2. 5. Bodl.) *Rom. apt. Asiam quam possessionem j.* Med. 2. *div. muneris Romano apt. Asiam quam poss. voluntarias j.* Magl. ed. Flor. Ald. Junt. *divisere, muneris R. apt. gloriam, quam poss. voluntarias* (Magl. *voluptuarias poss.*) *jud.* F. scripsit Auctor *divisere, muneri Romani apt. Asiam quam possessioni voluptariæ jud.* Gell. I. 13. 'Quem [malum] esse magis idoneum aptioremque faciendo arieti existimabat.' Jens. Bech. Med. Par. etiam dant *voluntarias.* Ven. *voluntaria.*

NOTÆ

[1] *Nihil ad superiores conditiones additum*] Legatis respondit Africanus: 'Europa abstinete, Asiaque omni, quæ cis Taurum est, discedite; pro impensis in bellum factis, quindecim millia talentorum Euboicorum dabitis;' i. e. 21. milliones Francorum. Deinde jussus est Antiochus 20. obsides tradere, et inter eos Hannibalem et Thoantem Ætolum: statutumque est, ne ipsi seu naves seu elephantos ultra statutum numerum habere liceret. Acceptis conditionibus pacis Antiochus benigne sibi a populo Romano factum dixisse fertur, quod, magna cura liberatus, modicis regni terminis uteretur. Quæ pluribus narrant Liv. et Appian.

[m] *Africano prædicante*] Qui prælio non affuerat, sed ab Elea, ubi primum viæ pati laborem potuit, Sardes venerat.

[n] *Inter socios divisere Romani*] Dum inde Eumenes ipse sibi, hincque Rhodiorum legati Rhodiis, quæ Antiocho erepta fuerant, tribui poscerent; decrevit senatus ut Lycia et Caria usque ad Mæandrum Rhodiis, civitates aliæ, quæ Attali vectigales fuissent, Eumeni cederent: quæ vero Antiocho paruissent prius, sui juris essent, ut referunt Liv. et Polyb.

LIBER XXXII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Ætoli libertate spoliantur. Bellum inter Messenios et Achæos. Philopœmen captus et veneno interemtus: unde Messeniorum clades. 2. Antiochus Syrus, dum sacrilegio sibi providere putat, interficitur. Senatus Romanus Philippo parcit, ob Demetrii filii virtutem: cui Perseus frater invidet, et Demetrium impiis artibus de medio tollit. 3. Philippi obitus, et belli apparatus adversus Romanos, Gallis ad hujus belli societatem pertractis: de quorum migrationibus subjicitur narratio. 4. Bellum inter Prusiam et Eumenen, in quo Hannibalis opera Prusias superior evadit. Pace inter reges sancita, Romani Hannibalem persequuntur. Is hausto veneno legationem morte prævenit. Adjunctum ejusdem Hannibalis elogium.

CAP. I. 1. Ætoli, qui Antiochum in bella Romana impulerant,[1] victo eodem, soli adversus Romanos, et viribus impares, et omni auxilio destituti remanserunt:[2a] 2. nec multo post victi,[b] libertatem, quam illibatam adversus dominationem Atheniensium et Spartanorum inter tot[3] Græciæ civitates soli retinuerant, amiserunt.†[c] 3. Quæ conditio

1 Bodl. *qui in bella Rom. Ant. imp.* Vincent. VI. 58. 'compulerant.'—2 Rom. Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *remanserant.*—3 *Tot* abest a Flor. Ald. Junt.—

NOTÆ

[a] *Auxilio destituti remanserunt*] Legati ab Ætolis Romam de pace missi, dum beneficia in populum Romanum collata, et in bello Philippico fortitudinem suam paulo magnificentius quam par esset, prædicant; continuo jussi sunt templo, eo die Roma, intra 15. dies Italia excedere, iisque bellum decretum est, ut testatur Liv.

[b] *Post victi*] Cum Ætolia Fulvio consuli obvenisset, ipse, Ambracia obsidione cincta, Ætolorum conatus sæpe refutavit: quare, usi deprecatoribus Atheniensibus et Rhodiis, pacem iterum petierunt.

[c] *Amiserunt*] Conventum est ut 500. Euboica talenta darent, captivi et perfugæ Romanis redderentur, ne

tanto amarior illis, quanto serior fuit,[a] reputantibus tempora illa, quibus tantis Persarum opibus, domesticis viribus, restiterint; quibus Gallorum violentiam, Asiæ Italiæque terribilem, Delphico bello fregerint.[4] Quæ gloriosa recordatio magis[5] desiderium libertatis augebat. 4. Dum hæc aguntur, medio tempore inter Messenios et Achæos de principatu primo dissensio,[d] mox bellum ortum est.[e] 5. In eo nobilis[f] Achæorum imperator Philopœmen capitur:[6] non quia pugnando vitæ pepercerit, sed dum suos in prælium revocat,[g] in transitu fossæ equo præcipitatus, a multitudine hostium oppressus est. 6. Quem jacentem[h] Messenii, seu metu virtutis, seu[7] verecundia dignitatis, interficere ausi non fuerunt. 7. Itaque[8] velut in illo omne bellum confecissent,

[a] *Quæ amissio libertatis attulit illis dolorem tanto majorem, quanto diutius eam conservarant.*

4 Sic Med. 1. Magl. Leidd. Periz. Bodl. Coll. N. ed. Rom. *restiterint* et *fregerint*. Vulg. *restiterant* et *fregerant*.—5 *Magis* pro *majus* ex Junt. cui consentit Ald. restituit Græv. nec aliter scriptum in Leid. 4. Eæd. edd. cum Bech. Flor. Med. Par. *Q. sola gl. rec.*—6 Ita ed. Rom. Ald. Junt. *Primo contentio*, et *In eo nob. Ach. Philopomenes imperator capitur* Bech. Ven. Flor. Med. Par. *In eo bello nob. Ach. imp. P. capitur* Periz. at Vincent. VI. 60. ‘ His temporibus inter Mess. et Ach. de pr. primo dissensio, mox bellum exortum est, in quo nob. ille Ach. imp. Philopomenes cap.’—7 *Seu* pro *vel* restituit Græv. ex Junt. cui astipulantur Med. 2. Magl. Leidd. Bodl. Reg. Coll. N. Thuan. Periz. ed. Rom. Ald. Vincent. ‘ Quem captum Messenii verecundia dignitatis ausi interficere non sunt.’—8 Med. 2. Magl. Leid. 2. 5. Periz. ed. Rom. Ald.

NOTÆ

aliquam urbem Ætoli sui juris facerent, quæ in amicitiam populi Romani venisset.

† A. M. 3865. Ol. 147. 4. U. C. 564. Ant. Ch. 187.

[d] *Dissensio*] In Achæorum societatem recepti nuper Messenii ab eorum concilio desciverant, id agente Dinocrate homine improbo, et privatim infenso Philopœmeni.

[e] *Mox bellum ortum est*] Dum coronam, ex Liv. seu Colonidem, ex Plut. Messeniæ urbem, Dinocrates occupare cogitat; Philopœmen annum agens septuagesimum, licet febri laborans, Argis Megalopolim, stadia amplius 40. distantem, uno die contendit.

[f] *Nobilis*] Et victoriarum numero, et prætoris dignitate; octavam enim id temporis præturam gerebat.

[g] *In prælium revocat*] Fugato Dinocrate, cum Messenii 500. supervenissent, veritus Philopœmen ne circumveniretur, per loca impedita se recipiebat: sed, dum subinde in hostem irruit, forte prolapsus equus ipsum effudit in terram, ubi, capite ad saxum alliso, sine voce jacuit. Ita narrat Plut.

[h] *Quem jacentem*] Vix apertis oculis caput sustulerat, cum a Messeniis, manibus revinctis post terga, captivus adductus est.

captivum per universam civitatem, in modum triumphi, circumduxerunt,[b] effuso obviam populo, ac si suus, non hostium imperator adventaret. 8. Nec victorem Achæi avidius vidissent, quam victum hostes viderunt. Igitur eundem in theatrum duci jusserunt, ut omnes contuerentur, quem potuisse capi incredibile singulis videbatur. 9. Inde in carcerem ducto,[9] verecundia magnitudinis ejus, venenum[10] dederunt;[i] quod ille lætus, ac si vicisset, accepit,‡ quæsito prius, ‘ an Lycortas præfectus Achæorum,’ quem secundum a se esse scientia rei militaris[11] sciebat, ‘ incolumis effugisset.’ Quem ut accepit evasisse, ‘ non in totum’ dicens ‘ consultum male Achæis,’ expiravit.[c] 10. Nec multo post, reparato bello, Messenii vincuntur;[k] pœnasque interfecti Philopœmenis pependerunt.[l]

[b] *Quare, velut si omne bellum finitum esset per illius captivitatem, eum deduxerunt per totam urbem.*

[c] *Ubi audivit illum fugisse e pugna incolumem, expiravit, dicens, res Achæorum non omnino male habere.*

Junt. *It. læti v.*—9 Faber edidit *reducto*: Græv. malebat *deducto*, atque ita Bech. Ven. Med. Præstat vulgatum. Paulo ante: ‘ Eundem in theatrum duci jusserunt.’ Cic. in Vatinium 9. ‘ Cum eum tu consulem in vincla duceres,’ et paulo post: ‘ Per quem consul populi Romani non in carcerem, sed ad supplicium et ad necem duceretur.’ Ulpian. L. 2. D. de In jus voc. ‘ Qui coërcere aliquem possunt et jubere in carcerem duci,’ et Callistrat. L. 2. D. de Bonis damn. ‘ Non, ut quis in carcerem ductus est, spoliari eum oportet.’ Eod. modo Lactant. IV. 22. dixit ‘ in judicium duci.’ Add. Avum ad Livii Epit. LV. et Wopkens. ad h. l. Vincentius: ‘ Inde ei in c. ducto.’—10 Periz. *ven. ei.* Flor. Ald. Junt. *Deinde* (ita Bech.) *in carcerem educto...ven. ei. Ei* etiam, sed male, addunt Magl. Periz. ed. Bech. Ven. Med.—11 Medd. Magl. Bodl. Reg. Leid. 1. 2. 3. Coll. N. Periz. *sc. militari. Rei* etiam desideratur in Leid. 4. 5. Utraque loquendi ratio Auctori placuit: prior XXV. 5. 4. ‘ Scientiam certe rei militaris in illo viro tantam fuisse;’ posterior V. 6. 9. ‘ Neque ea scientia militaris in his quos vincula, non castra continuerant.’ Ap. Vincent. corrupte legitur ‘ justitia, militari scientia.’

NOTÆ

[i] *Venenum dederunt*] Dum illum reposcunt Achæi, metuens Dinocrates, ne qua forte pactione redderetur, primis tenebris famulum cum veneno mittit in carcerem, ubi morbo jacebat Philopœmen, qui animadverso homine erexit se ad sedendum, acceptoque poculo impavidus venenum bibit, teste Plut.

‡ A. M. 3871. Ol. 149. 2. U. C. 570. Ant. Ch. 181.

[k] *Messenii vincuntur*] Lycortas Achæorum prætor, vastatis Messeniorum finibus, tantis eos cladibus affecit, ut in eorum urbem, vel ab invitis, receptus fuerit.

[l] *Pependerunt*] Dinocrates sibi ipsi manus intulit, Messeniorumque pri-

CAP. II. 1. Interea in Syria rex Antiochus, cum gravi tributo pacis, a Romanis victus, oneratus esset, seu inopia pecuniæ compulsus, seu avaritia solicitatus, quia[1] sperabat se, sub specie tributariæ necessitatis,[d] excusatius sacrilegia commissurum, adhibito exercitu, nocte templum Elymæi[2] Jovis[m] aggreditur.* 2. Qua re prodita, concursu insularium,[3 n] cum omni militia[4] interficitur.[o] 3. Romæ, cum multæ Græciæ civitates questum de injuriis[5] Philippi[p] regis Macedonum venissent, et disceptatio in senatu inter Demetrium Philippi filium, quem pater ad satisfaciendum senatui miserat, et legatos civitatium esset; turba querelarum[6] con-

[d] *Sperabat enim populos facilius excusaturos sacrilegia, quæ committeret; quia cogebatur magna tributa pendere Romanis.*

1 Leid. 4. Mss. Bong. *qui.* Melius Periz. ed. Bech. Med. *quia.* Quomodo Græv. legend. conjecerat.—2 Sic Ald. *Elimei* Med. 2.—3 Leid. 3. *insulanorum.* Lipsius margini ed. Bong. in qua extat *insularum*, ascripserat: 'An *incolarum?*' idemque dant Leid. 2. 5. Periz. Bodl. ed. Bech. Flor. Med. Ald. Junt.—4 Medd. Magl. Leid. 2. 5. Periz. ed. Rom. Flor. Ald. Junt. *milite.* Add. notam ad XI. 14. 5. *Militia* tuetur Vorst. de Latin. mer. Susp. cap. 2. p. 28.—5 Flor. Ald. Junt. *q. injurias:* ut XVIII. 7. 16. 'Exilii injuriam queritur.' Add. notam Schefferi. Eæd. omittunt *Maced.*—6 Periz. *querelantium.* De verbo 'querelari' egit G. J. Voss. IV. de Vit. Serm. 18. Leid. 3. 4. Coll.

NOTÆ

mates a Lycorta in vincula conjecti; Philopœmenis cineres cum funebri apparatu ad Achæos relati, urnam ferente Polybio Lycortæ fil. qui Romanam scripsit Historiam. Vult Oros. Philopœmenem occisum in Sicilia, sed male: Messana quippe Siciliæ eum in fraudem induxit.

[m] *Templum El.* [*Didymæi*] *Jovis*] *Elymæi Jovis* melius legeris.

* A. M. 3866. Ol. 148. 1. U. C. 565. Ant. Ch. 186.

[n] *Insularium*] I. e. incolarum: 'insulares' enim vocat templi custodes et accolas: templa enim Deorum a veteribus 'insulas' dici certum est.

[o] *Interficitur*] Dum Antiochus adversus Elymæos pugnat, cum omni exercitu deletus est, si Hieronymo credimus; cui consentit Strabo; non tamen Jovis, sed Beli, templum meminit: quod de Antiocho Magno Hieronymus, Scaliger de Epiphane, memorat. Aurel. Victor Antiochum vult occisum a satellitibus, quos in convivio temulentus pulsaverat. Ejus mortem, ut incompertam, Liv. et Appian. omiserunt.

[p] *Questum de injuriis Philippi*] Dum Thessali, Eumenes, et Rhodii per legatos in senatu queruntur, quod Philippus eorum urbes vel opprimeret, vel impositis præsidiis contra jus retineret; senatus, missa legatione, res ita composuit, ut Philippus ils urbibus cederet quæ sui non essent juris: quod cum ille præstare cunctaretur, civitatum legati instare acrius: quare missus a patre Demetrius, qui Romanorum leniret animos. Hæc Polyb. et Liv.

fusus adolescens repente obticuit. 4. Tunc senatus verecundia ejus motus, quæ probata etiam antea, cum obses Romæ esset, omnibus fuerat, causam illi donavit: atque ita modestia sua Demetrius veniam patri, non jure defensionis, sed patrocinio pudoris obtinuit: 5. quod ipsum decreto senatus significatum est, ut appareret, non tam absolutum regem, quam donatum filio patrem.[q] 6. Quæ res Demetrio non gratiam legationis, sed odium obtrectationis comparavit.[e †] 7. Nam et apud fratrem Perseum[7 r] æmulatio illi invidiam contraxit; et apud patrem nota[8] absolutionis causa offensæ fuit,[f 9] indignante[10] Philippo, plus momenti apud senatum personam filii, quam auctoritatem patris ac dignitatem regiæ majestatis habuisse. 8. Igitur Perseus, perspecta patris ægritudine, quotidie absentem Demetrium apud eum criminari; et primo invisum, post etiam suspectum reddere: nunc amicitiam Romanorum, nunc proditionem[s] ei patris objectare. 9. Ad postremum insidias sibi ab eo paratas confingit: ad cujus rei probationem immittit indices, testes subornat,[t] et facinus, quod

[e] *Quod non conciliavit Demetrio amorem patris ob gratiam ipsi obtentam in hac legatione, sed illius odium.*

[f] *Et absolutio, patri data propter filium, causa fuit cur offenderetur in eum.*

N. *turba querelarum concitata est: at.*—7 Med. 2. *Persen*, ut XXXIII. 2. 6. et XXXVIII. 6. 4. Ald. Junt. *Persem.* Eæd. paulo post, et cap. 3. 1. et 4. ac cap. 4. 1. XXXIII. 1. 4. et 2. 5. *Perses:* eod. lib. cap. 1. 3. et 7. *Perse*, et §. 3. *Persæ.*—8 *Nota* abest Flor. Ald. Junt.—9 *Et ap. p. nota abs. c. offensa f.* Bech. Ven. Med. Par. *Offensam produxit* Periz.—10 Periz. *indignato.*—11 Magl.

NOTÆ

[q] *Donatum filio patrem*] Decreto additum est: 'Integra omnia Philippo esse cum populo Romano, beneficio Demetrii filii.'

† A. M. 3871. Ol. 149. 2. U. C. 570. Ant. Ch. 181.

[r] *Apud fratrem Perseum*] Philippi ex legitima uxore Demetrius, ex pellice Perseus, fil. fuit; quam Plut. Gnathæniam Argivam saltatricem nominat, cujus fœtum uxor Philippi sibi supposuerat. Perseum natu minorem facit Paus. sed majorem probabilius dixerim, ex Liv. et Polyb.

[s] *Nunc proditionem*] Quasi cum Romanorum auxilio Philippum e regno dejicere meditaretur.

[t] *Testes subornat*] Legatos suæ fraudis participes Romam misit, qui literas ante profectionem meditatas, quasi Titi Quintii nomine, Philippo attulerunt, quibus ille veniam deprecabatur, si quid Demetrius, regni cupiditate prolapsus, secum in patrem egisset, se tamen impii consilii auctorem non fuisse.

objicit, admittit. 10. Quibus rebus compulso ad parricidium patre,[11 u] funestam omnem regiam facit.[12] ‡

CAP. III. 1. Occiso Demetrio, sublatoque æmulo, non negligentior tantum Perseus in patrem,[1] verum etiam contumacior erat; nec hæredem regni, sed regem gerebat.[2] 2. His rebus offensus Philippus impatientius in dies mortem Demetrii dolebat; tunc et insidiis se circumventum suspicari,[v] testes indicesque torquere.[x] 3. Atque ita cognita fraude, non minus scelere Persei quam innoxii[3] Demetrii morte cruciabatur; peregissetque ultionem,[y] nisi[4] morte præventus fuisset. 4. Nam brevi post tempore, morbo ex ægritudine animi[5] contracto, decessit,[z *] relicto magno belli apparatu adversus Romanos, quo postea Perseus usus est. 5. Nam et Gallos Scordiscos[a] ad belli societatem perpu-

compulsus ad p. pater.—12 Ald. Junt. *fecit.*

1 Ita Sen. I. de Ira 11. 'Quorum [armorum] unica illis est cura, in alia negligentibus.' Leid. 2. 5. *in patre.*—2 Vulg. *se ger. Se* nesciunt Medicei, quatuor Leid. Magl. Reg. Thuan. Coll. N. Bodl. Periz. ed. Rom. Med. Ald. Junt. Claudian. de IV. Cons. Honorii 294. 'Tu civem patremque geras: tu consule cunctis, Non tibi.' Saxo VI. p. 104. 14. 'Bemonum quendam, maritimum prædonem gesturus, accedit.' Vid. Avum IV. Obs. 14. p. 227.—3 Sic pro *innoxia* reposuit Faber ex Ms. quem consuluit Bongarsius, eique astipulantur Med. 1. Magl. tres Leid. Bodl. ed. Rom. Bech. Ald. Junt.—4 Medicei, Magl. Bodl. Periz. *ni.* Bech. Ven. Med. Ald. Junt. *nisi præventus esset.*—5 *An.* quæ in omnibus, quos consului, codd. Mss. desideratur, exhibent Flor.

NOTÆ

[u] *Ad parricidium patre*] Allatis his literis, dum fugam Demetrius fratris iram metuens cogitat, illius amici in custodiam conjecti, necatique, ipse vinculis onustus Heracleam missus est, ubi exhausto in cœna veneno, patris crudelitatem incusans, injectis in caput tapetibus, suffocatur. Hæc Liv. et Oros.

‡ A. M. 3873. Ol. 149. 4. U. C. 572. Ant. Ch. 199.

[v] *Circumventum suspicari*] Aderat Philippo Antigonus, Antigoni tutoris ex fratre nepos, qui Perseum oderat pessime; ex eo Philippus fictas nomine Quintii literas, aliaque Demetrio ascripta, cognovit.

[x] *Testes indicesque torquere*] Comprehensus Philocles nescio quis literarum auctor, qui tormentorum metu rem omnem patefecit.

[y] *Peregissetque ultionem*] In Thracia sibi timens Perseus aberat, dum Philippus, urbes lustrans Macedoniæ, populis et præfectis commendat Antigonum, ut eum, ejecto Perseo, regem recipiant.

[z] *Decessit*] Demetriade Thessalonicam profectus venit Amphipolim, ubi gravi morbo implicitus, dum filii interemti species identidem occurreret, moritur.

* A. M. 3875. Ol. 150. 2. U. C. 574. Ant. Ch. 177.

[a] *Scordiscos*] Scordiscæ Straboni, qui in Pannonia Inferiore ad Istrum

lerat: fecissetque Romanis grave bellum, nisi decessisset. 6. Namque Galli, bello adversus Delphos infeliciter gesto, in quo majorem vim numinis quam hostium senserant, amisso Brenno duce, pars in Asiam, pars in Thraciam extorres fugerant. 7. Inde per eadem vestigia, qua venerant, antiquam patriam repetivere. 8. Ex his manus[6] quædam in confluente Danubii[b] et Savi[7 c] consedit, Scordiscosque se appellari voluit. 9. Tectosagi[d] autem, cum in antiquam patriam Tolosam[e] venissent, comprehensique pestifera lue essent, non prius sanitatem reciperavere,[g] quam, haruspicum responsis moniti, aurum argentumque bellis sacrilegiisque quæsitum in Tolosensem lacum mergerent: 10. quod omne magno post tempore[f] Cæpio Romanus consul[g] abstulit.† Fuere autem argenti pondo[h] centum decem

Ald. Junt.—6 Bech. Ald. Junt. aliæque *pars.*—7 Med. 2. *Danuvii Sarique.* Nummus Trajani: DANVVIVS. Oros. VI. 21. 'Objectu maximorum fluminum Rheni Danuviique seclusi sunt.' Ita veterrimus cod. Flor. Inscriptio ap. Ferret. II. 37. AEQVORA. DANVVII.—8 Med. 2. *recepere.*—9 Conj. Avi legentis *ultio*

NOTÆ

habitabant, quorum urbs Sirmium.

[b] *Danubii*] Qui ortus ex monte Abnoba, prope Villingam Sueviæ oppidum, per Suevos, Vindelicos, Noricos, Pannonios, et Mysos in Mare Euxinum defertur: Istri nomen ad Axiopolim urbem Mysiæ sortitus.

[c] *Savi*] Qui ex monte Ocra profluens, non procul a Villaco, Carniolam a Croatia, Bosnia, et Stiria dividit, et ad Taurunum in Danubium delabitur.

[d] *Tectosagi*] Tolistobogi dicuntur a Floro, Galliæ populi, ex Plin. et Strab. quorum civitas Tolosa. Tectosages tamen, ut placet Cæsari, in Germania propter Hercyniam habitarunt. Antiqui Tectosages in Gallia Narbonensi, Garumnam versus, ex quibus deductæ coloniæ, altera in Germaniam, juxta Hercyniam ad Nicri fl. ripas, altera in Galatiam, quorum urbs præcipua Ancyra fuit.

[e] *Tolosam*] Ad Garumnam fl. in Aquitaniæ et Galliæ Narbonensis confinio. A Trojano quodam fertur condita.

[f] *Magno post tempore*] 72. annis post.

[g] *Cæpio Romanus consul*] Rem aliter narrat Oros. qui vult aurum e templo Apollinis a Cæpione ablatum, missumque cum præsidiis Massiliam: sed paulo post Cæpio, interfectis iis quibus commiserat, cuncta per scelus furatus est.

† A. M. 3948. Ol. 168. 3. U. C. 647. Ant. Ch. 104.

[h] *Fuere autem argenti pondo*] Prior summa ad 11. coronatorum milliones ascendit; posterior vero 16. milliones et 500. M. conficit: summam minuit Oros. 100. M. pondo auri, argenti 110. M. h. e. auri milliones 10. argenti millionem unum, et 210. coronatorum M. Strabo vero ex Posidonio dicit sublata ad quindecies centum talentum M. Unde manavit

millia, auri pondo quinquies decies centum millia. 11. Quod sacrilegium causa excidii Cæpioni[i] exercituique ejus[k] postea fuit. Romanos quoque Cimbrici belli[l] tumultus, velut ultor[g] sacræ pecuniæ, insecutus est.[ε] 12. Ex gente Tectosagorum non mediocris populus, prædæ dulcedine, Illyricum repetivit, spoliatisque Istris[m] in Pannonia[n] consedit. 13. Istrorum gentem fama est originem a Colchis ducere,[o] missis ab Æeta[p] rege ad Argonautas[q] raptoresque[10] filiæ[r] persequendos: 14. qui, ut a Ponto intraverunt

[ε] *Et paulo post Cimbri bellum gesserunt in Romanos, quasi vellent punire sacrilegium commissum in accipienda pecunia Diis sacra.*

firmant Thuan. Leid. 3. 4. Ms. Bong. ed. Rom.—10 Mediçei, Magl. Leid. 2. 3. 4. 5. Bodl. Reg. Periz. ed. Rom. *raptores.* Thuan. Leid. 1. *raptorem,* temere

NOTÆ

adagium, 'Aurum Tolosanum.' De quo multa Budæus habet in Asse.

[i] *Causa excidii Cæpioni*] Ob cladem metu perculsus populus imperium Cæpioni abrogavit, ipseque Cæpio, publicatis bonis, in vinculis obiit misere, ejusque demortui corpus carnificis manibus laceratum. Affirmat tamen Strabo eum, quod sacrilegas pecunias attigisset, ejectum e patria mortem miseram oppetiisse.

[k] *Exercituique ejus*] Cimbri, victis Silano et Manilio consulibus, Cæpionem aggressi tanta clade vicerunt, ut 2. consulis filii cæsi, Romanorum et sociorum 80. M. calonum vero et lixarum 40. trucidata, si Antiæ ap. Liv. credimus: sed aurum argentumque ab hostibus abjectum in flumen, discissa vestis, equi gurgitibus immersi, homines suspensi ex arboribus; adeo ut ex tanta præda nihil omnino, et ex tanto exercitu vix milites 10. superfuerint. Quæ Plut. et Oros. referunt.

[l] *Cimbrici belli*] Cimbri Teutonique, Maris Germanici accolæ, relicta patria, ad oram Galliæ septemtrionalem, trans Rhenum, consederant: sed ea regione a pelago inundata, per Galliam errabundi, Galliæ partem incolendam tanquam stipendium a Romanis petunt; sed ab iis contemti, junctis cum Tigurinis et Ambronibus copiis, Silanum, Manilium, Cæpionem magnis affecerunt cladibus. Ita Vell. Tac. et Flor.

[m] *Spoliatisque Istris*] Ab Istro fl. nomen illis inditum, cujus ripas incolunt populi Italiæ extremi, Liburnis finitimi: Istriani vero in Mysia Inferiori, nunc pars Bulgariæ.

[n] *In Pannonia*] Quæ inter Danubium et Savum sita: duplex fuit; Superior, ubi Austria, Stiria, et Carniola; Inferior, ubi Hungaria.

[o] *A Colchis ducere*] Qui propter Euxini Maris littus habitabant, Iberis et Albanis contermini. *Mingrelie.*

[p] *Ab Æeta*] Qui solis fil. ex Persa Oceani filia fuisse perhibetur.

[q] *Ad Argonautas*] Qui Jasone duce in Argo navi Colchos profecti sunt, quo vellus aureum a Phryxo ap. Æetam relictum diriperent.

[r] *Raptoresque filiæ*] Medeæ, quæ poëtarum fabulis et propriis criminibus notissima.

Istrum,[h] alveo Savi fluminis penitus invecti, vestigia Argonautarum insequentes, naves suas humeris per juga montium usque ad littus Adriatici maris transtulerunt; cognito quod Argonautæ idem propter magnitudinem navis priores fecissent: 15. quos ut avectos Colchi non reperiunt, sive metu regis, sive tædio longæ navigationis, juxta Aquileiam[s] consedere, Istrique ex vocabulo amnis, quo a[11] mari concesserant,[t] appellati.[i] 16. Daci quoque[u] soboles Getarum[w] sunt: qui, cum, Orole[14] rege, adversus Bastarnas[13x] male pugnassent, ad[14] ultionem segnitiæ, capturi[15] somnum, capita loco pedum ponere jussu regis cogebantur; ministeriaque uxoribus, quæ ipsis antea fieri solebant, facere. Neque hæc ante mutata sunt, quam ignominiam bello acceptam virtute delerent.

[h] *Qui, postquam transgressi sunt Pontum Euxinum, Danubium intraverunt.*

[i] *Nominati sunt Istri ex nomine fluvii, in quo navigaverant, postquam egressi sunt ex Ponto Euxino.*

omissa *que*, quam venuste repræsentant Coll. N. ed. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *raptoremque*, sc. Jasonem: ut *Panope centumque sorores* ap. Ov. VI. F. 499. 'Excipit illæsos Panope centumque sorores, Et placido lapsu per sua regna ferunt.' D. Luc. Act. Ap. v. 29. Ὁ Πέτρος καὶ οἱ ἀπόστολοι. Vid. Wopkens. ad X. 3. 1.—11 Thuan. Leid. 4. *qua m.* 2. 3. 5. et Med. 1. *quo m.* Magl. *a quo m.* Coll. N. *quam m.* Raban. Maurus XVI. de Propr. Serm. 2. 'A vocabulo amnis, quo a mari recesserunt, appellati sunt.' *Recesserunt* quoque legend. conjecerat Cluver. a Bern. ad h. l. laudatus.—12 Vincent. *Orolo.* Bech. aliæque *Olore.* Ald. Junt. *Orode.*—13 Ita XXXVIII. 3. 6. 'Sarmatas Bastarnasque.' Inscriptio Plantiana ap. Grut. p. 453. REGIBVS BASTARNARVM. Periz. utroque loco et Vincent. VI. 66. *Basternas.* Prologus huj. lib. 'Basternæ,' et Livii Epit. CXXXIV. 'Bellum adversus Basternas.' Ita Ms. Vulg. *Bastarnas.* Oros. IV. 20. 'Basternarum gens,' et VII. 25. 'Adversus Carpos Basternasque.' Βαστέρναι etiam dicuntur Memnoni ap. Phot. cap. 41.—14 Magl. *in.* Medicei, Bodl. ed. Rom. Bech. Flor. Med. Ald. Junt. et Vincent. *ob.*—15 Med. 1. Leid. 2. 5. *captaturi.*

NOTÆ

[s] *Aquileiam*] Urbem Fori Julii primariam, Carnorum caput, ad Turri et Alsæ confluentiam.

[t] *Quo a mari concesserant*] Rectius dixeris *quo a mari recesserant*, i. e. quo amne a Mari Pontico recesserant: quare ab ipso Istro nomen traxerunt.

[u] *Daci quoque*] Qui ultra Istrum tunc habitabant, quem multis post sæculis ab Aureliano victi transierunt. Duplex fuit Dacia: prima, Ripensis, Alpes inter et Danubium ad austrum contenta: secunda, Mediterranea, quæ nunc Transylvania.

[w] *Getarum*] Daciæ populi, in Scythiæ confinio, ubi Moldavi: eos tamen in Mysia inferiori Hæmi montis incolas facit Thucyd.

[x] *Bastarnas*] Qui Sarmatiæ Europeæ populi, ubi nunc *Podolia* et *Volhinia.*

Cap. iv. 1. Igitur Perseus, cum imperio Philippi patris successisset,[y] omnes has gentes adversus Romanos in societatem belli solicitabat.[z‡] 2. Interim inter Prusiam regem, ad quem Hannibal post pacem Antiocho a Romanis datam profugerat, et Eumenen bellum ortum est; quod Prusias, Hannibalis fiducia rupto fœdere, prior intulit. 3. Namque Hannibal, cum ab[1] Antiocho Romani, inter ceteras conditiones pacis, deditionem ejus deposcerent,[2] admonitus a rege, in fugam versus, Cretam defertur. 4. Ibi[3] cum diu quietam vitam egisset, invidiosumque se propter nimias opes videret, amphoras plumbo repletas in templo Dianæ, quasi fortunæ suæ præsidia, deponit;[4] 5. atque ideo[5] nihil de illo solicita civitate, quoniam, velut pignus, opes ejus tenebat, ad Prusiam contendit, auro suo statuis,[6a] quas secum portabat, infuso, ne conspectæ opes vitæ nocerent. 6. Dein,[7] cum Prusias terrestri bello ab Eumene victus esset, et prælium in mare transtulisset,[8] Hannibal novo commento auctor victoriæ fuit: quippe omne serpentium genus in fictiles lagenas[9] conjici[10] jussit, medioque prælio

1 *Ab* desideratur in Leid. 1. 4. 5. Thuan. Coll. N. eaque sine ullo sententiæ damno abesse poterit, si legas *cum Antiochum . . . deditionem ejus poscerent.* Ita Liv. xxx. 43. 'Ut illi prætorem sagmina poscerent,' et xxxv. 33. 'Cum id ipsum decretum posceret eum [Damocritum] Quintius.' Horat. i. Od. 24. 11. 'Tu frustra pius, heu, non ita creditum, Poscis Quintilium Deos.' Aldhelm. de Laud. Virg. 47. 'Quem unius noctis intercapedinem proposcerat.'—2 Med. 1. Magl. Thuan. Reg. Leid. 4. Periz. Vincent. vi. 59. *posc.*—3 Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Ubi.*—4 Eæd. *deposuit.*—5 Bech. Flor. Ald. Junt. *ita.*—6 Vorstio delenti *in* suffragantur Bodl. Thuan. Leid. 1. 3. 4. Coll. N. et C. C. Periz. ed. Rom. atque Vincent. Saxo iii. 53. 25. 'Quod [aurum] postmodum liquatum clam cavatis baculis infundendum curavit.'—7 Bodl. Magl. ed. Rom. Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *Deinde.* Vincent. 'dehinc.'—8 Med. 2. *transposuisset.*—9 Med. 1. Leid. 5. Ms. Bong. *laguenas.* Med. 2. *lacunas.* Leid. 4. *lagœnas:* ut ap. Colum. xii. 11. 'Picatis lagœnis,' et 12. 'In lagœnam gypsatam,' ac 41. et 45. 'In lagœna:' quibus in locis cod. Abbatiæ S. Germani dat *lagonis, lagonam,* et *lagona.*—10 In iisd. quatuor Mss. legitur *coici,* idemque in Ms. reperit Bong.

NOTÆ

[y] *Philippi patris successisset*] Calligenes medicus, ubi regem in extremis positum videt, Perseum monet per legatos, ut ad regnum invadendum properet: quo factum est ut ille ex improviso adveniens, hostibus oppressis, occisoque Antigono, regnum occupaverit.

[z] *Solicitabat*] Bastarnæ et Scordisci a Philippo invitati, in Thraciam, superato Istro, jam pervenerant; cum iis de Philippi morte allatum est.

‡ A. M. 3870. Ol. 149. 1. U. C. 569. Ant. Ch. 182.

[a] *Auro suo statuis*] Quæ omnia

in naves hostium mitti.[11] 7. Id primum Ponticis ridiculum visum, fictilibus dimicare, qui ferro nequeant. Sed, ubi serpentibus repleri naves cœpere, ancipiti periculo circumventi, hosti victoriam cessere.[a12] 8. Quæ ubi Romam[13] nuntiata sunt, missi a senatu legati[b] sunt, qui utrumque regem in pacem cogerent, Hannibalemque deposcerent. Sed Hannibal re cognita, sumto[14] veneno,[c] legationem morte prævenit.[d] 9. Insignis hic annus trium toto orbe maximorum imperatorum mortibus fuit,[e] Hannibalis et Philopœmenis et Scipionis Africani.[f*] 10. Ex quibus constat

[a] *Victoriam dederunt hostibus, territi duplici periculo, et a serpentibus, et ab hostibus.*

Inscriptio Flor. tom. i. p. 42. OSSA SVA IN OLLA MIDAES COICERENTUR. Periz. ed. Rom. *cogi.* Vincent. '*projici.*'—11 Pro *mittit* Schef. malebat *mitti,* quomodo edidit Græv. ex Junt. cui consentiunt Ald. Leid. 2. 3.—12 Ita Saxo xv. p. 363. 31. 'Ambos hosti victoriam cessuros.' Leid. 1. *cesserunt.* Vincent. vi. 59. 'concesserunt.' Ms. Cant. *concessere,* ut supra xiv. 2. 6. 'Hostique concessa victoria.' *Concessere* h. l. etiam legend. videbatur Dukero ad Liv. xxiv. 6. qui eod. verbo usum fuisse Justinum suspicabatur sup. x. 2. 3. ubi vulgo editum: 'Hanc patrem cedere sibi, sicuti regnum, Darius postulaverat.' Ita omnes Mss. verum ed. Rom. suffragatur eruditiss. Viro emendanti *concedere.*—13 Rom. Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *Romæ:* ut xxxiv. 2. 1. 'Hæc ubi Romæ nuntiata sunt.' Verum et istic ed. Rom. Mss. Bongarsii, Medicei, Leid. 2. 4. 5. Thuan. Coll. N. dant *Romam.*—14 Periz. *sumptoque.*

NOTÆ

Plut. et Probus confirmant.

[b] *Missi a senatu legati*] Titus Quintius Flamininus, L. Scipio Asiaticus, et P. Scipio Nasica.

[c] *Sumto veneno*] Quod sub annuli gemma occultaverat, testantur Plut. Probus, et Zonar. post Liv. Alii tamen taurinum sanguinem ebibisse, vel a servo compressa gula, ejus jussu, suffocatum volunt.

[d] *Morte prævenit*] Prusias nec Romanis negare Hannibalem ausus, nec hospitis violare jura, permisit ut, si possent, comprehenderent. Continuo, occupato omni castelli aditu, licet omni ex parte prius pateret exitus, puer a janua prospiciens plures armatos apparere, dixit Hannibali, qui, cum videret clausos omnes exitus, venenum sumsit, natus annos 70. Ita Liv. et Probus.

[e] *Mortibus fuit*] Nonnulli tamen Africani mortem ad aliud tempus referunt.

[f] *Scipionis Africani*] Qui acceptæ pecuniæ a petitis tribunis accusatus, in judicium festo habitu venit: sed, ubi magnas cum tribunis contentiones fore prævidit, secessit Linternum, ubi aliquanto post moriens eo loco sepeliri se jussit, ne sibi funus in ingrata patria fieret. Hæc Aurel. Victor. Annos vixit 54. ex Plut. Sæpius vocatus in judicium ab inimicis, præsertim a Marco Catone, illi infensissimo, qui L. Scipionem damnari curavit, ut tradit Liv.

* A. M. 3871. Ol. 149. 2. U. C. 570. Ant. Ch. 181.

Hannibalem, nec tum cum Romano tonantem[15] bello Italia contremuit,[16] nec cum, reversus Carthaginem, summum imperium tenuit, aut cubantem cœnasse, aut plus quam sextario[17 g] vini indulsisse;[i] 11. pudicitiamque eum tantam inter tot captivas[18] habuisse, ut in Africa natum quivis negaret. 12. Moderationis certe ejus fuit, ut, cum diversarum gentium exercitus rexerit, neque insidiis suorum militum sit petitus unquam, neque fraude proditus, cum utrumque hostes sæpe tentassent.

[i] *Ex illis ducibus Hannibal, ut constat, nunquam cubans cœnavit, et nunquam bibit plus quam sextarium vini, neque cum Italiam terrefecit gerendo bellum in Romanos, sive cum reversus Carthaginem gessit summos magistratus.*

'Morte' omittit Vincent.—15 Rom. *intonante. Tonante*, quod ex Junt. merito amplectebatur Græv. etiam dat Periz. Oros. VI. 16. f. 'Quatuor annis hoc civile bellum indesinenter toto orbe tonuit.' Claudian. de III. Cons. Honorii 61. 'Civilia rursus Bella tonant, dubiumque quatit discordia mundum.' Vid. Heins. ad eund. in Prob. et Olyb. Cons. 207. et IV. Cons. Honorii 318.—16 Bech. Ven. Med. Par. *nec cum Italia cum R. tonantem imperio contr.* Flor. Ald. Junt.—17 *Nec cum Italia Rom. tonante bello* (Flor. *imperio*) *contr....aut plus sext. Quam* etiam omittunt Bech. aliæque.—18 Lips. malebat *intra capt.* Leid. 2. *pud. cum inter tot capt. tant.*

NOTÆ

[g] *Aut plus quam sextario*] Eadem fere de ipso narrant Polyb. et Liv.

LIBER XXXIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Macedonicum bellum. Persei et consulum Romanorum animus. 2. Pugna, in qua Macedones fusi fugatique sunt. Perseus et filii capti in fuga. Macedonia in provinciam redacta, et Ætoli oppressi.

CAP. I. 1. Minore quidem rerum motu Romani Macedonicum quam Punicum bellum gesserunt; sed tanto clarius,

quanto[1] nobilitate Macedones Pœnos antecesserunt: quippe cum gloria Orientis domiti, tum et auxiliis omnium regum[a] juvabantur. 2. Itaque Romani et legiones plures[b] numero conscripserunt,[†] et auxilia a Masinissa,[c] rege Numidarum,[d] ceterisque sociis omnibus acciverunt;[2] et Eumeni, regi Bithyniæ, denuntiatum, ut bellum summis viribus juvaret. 3. Perseo, præter Macedonicum invictæ opinionis exercitum,[e] decennis belli sumtus, a patre paratus, in thesauris et horreis erat.[a] Quibus rebus inflatus, oblitus fortunæ paternæ, veterem Alexandri gloriam considerare suos jubebat. 4. Prima equitum congressio[f] fuit, qua victor Perseus suspensam omnium expectationem in favorem sui

[a] *Perseus habebat et exercitum ex Macedonibus compositum, qui dicebantur vinci non posse, ob victorias olim relatas, et sumtus, sive in auro sive in commeatibus, a patre paratos, ad bellum gerendum per decem annos.*

1 Leid. 1. *sed quanto cl. tanto.*—2 Magl. Periz. ed. Flor. Par. *acceperunt.* Liv. XLIII. 29. 'Masinissa et frumento juvabat Romanos, et auxilia cum

NOTÆ

[a] *Auxiliis omnium regum*] Multum discrepat a Justino Liv. ex quo certum est Eumenem Romanis affuisse; Ariarathem neutri favisse; Antiochum et Ptolemæum intra se bellum gerentes, verbo, si re minus, amicos fuisse populi Romani; Prusiam Perseo, licet uxoris fratri, nihil dedisse auxilii.

[b] *Legiones plures*] 4. legiones novæ a prætore collectæ; veteribus 5. addita M. et in singulas 200. equites distributi, sociorum exercitus M. peditum 16. auctus.

[†] A. M. 3883. Ol. 152. 2. U. C. 582. Ant. Ch. 169.

[c] *A Masinissa*] Gelæ Numidarum regis fil. fuit, qui etiam tum adolescens Syphacem a Romanorum partibus stantem in Africa, Scipionem ipsum in Hispania semel vicit: sed ab eo paulo post victus, et ad amicitiam multis provocatus officiis, a Carthaginiensibus ad Romanos defecit; quibus plures victorias peperit, quam clades hostis intulerat.

[d] *Numidarum*] Numidia duplex fuit: una Mediterranea, in Libyæ Interioris et Mauritaniæ confinio: altera Littoralis, ad Sinum Numidicum, Mauritaniæ Cæsariensi finitima. Numidarum originem multis persequitur Sallust.

[e] *Invictæ opinionis exercitum*] 39. peditum M. equitum 4. habebat; sextus enim et vigesimus annus agebatur, ex quo huic bello intentus Philippus suos levibus præliis in Thracas exercebat, teste Liv.

[f] *Prima equitum congressio*] Ad Sicurium, propter Ossam montem in Thessalia, Perseus substiterat, cum non procul inde consul castra posuit: tum Perseus instructis copiis, Romanos aggressus, Græcos primo impetu avertit in fugam, deinde Romanos equites; quorum 2500. occisi, 600. capti, et magna vis armorum ablata.

traxit: 5. misit tamen legatos[g] ad consulem, qui pacem peterent, quam patri suo Romani etiam victo dedissent, impensas belli lege victi suscepturus. Sed consul Sulpicius[3 h] non minus graves quam victo leges dixit. 6. Dum hæc aguntur, metu tam periculosi belli Romani Æmilium[i] Paulum consulem creant, eique extra ordinem[k] Macedonicum bellum decernunt: qui, cum ad exercitum venisset, non magnam moram[l] pugnæ fecit. 7. Pridie, quam prælium consereretur,[4] luna nocte[5] defecit;[m] triste id ostentum

elephantis Misagenemque filium mittere ad bellum parabat.'—3 Sic Medicei, Periz.—4 Bech. Ven. Flor. Med. *Pr. q. cons. bellum.* Ald. Junt. *Pr. q. cons. præl.* Vincent. VI. 67. 'Pr. antequam bellum cons.'—5 Flor. *una nocte luna.*—

NOTÆ

[g] *Misit legatos*] Dum Perseus Romanos persequitur, Evander Cretensis eum, ut subsistat, pacemque offerat, admonet; continuo Perseus receptui cani jussit, legatosque misit ad consulem, qui, repudiata pace, Eumenis consilium secutus, ultra Peneum noctu castra transtulit.

[h] *Consul Sulpicius*] Errat Justin. nullus enim Sulpicii præter ipsum meminit: sed omnes Publ. Licinium habent, qui illius anni cum Cassio consul erat.

[i] *Æmilium*] Non Licinio successit Æmilius, sed Hostilius: Hostilio Q. Marcius, Marcio vero Æmilius: qui omnes, præter Æmilium, nihil magni momenti gesserunt in Macedonia. Æmilius, 17. anno postquam consul fuerat, iterum consul creatus est ætatis anno 60.

[k] *Extra ordinem*] Solito tamen more provinciam sortitus est, illique Macedonia, Licinio Crasso collegæ Italia, evenit.

[l] *Non magnam moram*] Dum Æmilius, seu majores hostium copias, seu temporis incommoditatem, metuens, pugnam detrectat oblatam a Perseo, fortuna certamen contraxit. Inter castra flumen erat, in cujus ulteriorem ripam cum jumentum elapsum a Romanis evasisset, hinc tres Romani illud secuti, inde duo Thraces, ad se ex alveo trahere contendunt. Romani, occiso Thrace, jumentum ad stationem reducebant, cum Thraces, qui ripæ erant præsidio, ut mortem socii ulciscerentur, fluvium transgressi, moxque totus exercitus in aciem processit, certamenque initum est, quod ad vesperam de industria ab Æmilio protractum, ut sol hostium, non Romanorum, oculos perstringeret. Ita Plut.

[m] *Luna nocte defecit*] C. Sulpicius Gallus, tribunus militum, qui postea consul, Romanorum primus notavit eclipses, de iisque librum edidit, vocatos ad concionem milites monuit lunam nocte proxima, ne quis id pro portento acciperet, ab hora secunda ad quartam defecturam esse: quo factum est ut, dum Romani æris crepitu lumen ejus de more revocarent, frequentesque flammas tædis facibusque ad cœlum porrigerent, contra Macedonas stupor invaserit, rumorque fuerit sensim per castra vulgatus, hoc regni occasum portendere. Quod Sulpicio Liv. Paulo Æmilio Plut. tribuit.

Perseo omnibus præsagientibus,[6] finemque Macedonici regni portendi vaticinantibus.

CAP. II. 1. In ea pugna M. Cato, Catonis[1] oratoris filius, dum inter confertissimos hostes insigniter dimicat, equo delapsus, pedestre prælium aggreditur.‡ 2. Nam cadentem manipulus hostium cum horrido clamore, veluti jacentem obtruncaturus, circumsteterat: at ille citius corpore collecto magnas strages edidit.[b] 3. Cum ad unum opprimendum undique hostes convolarent, dum procerum quendam petit, gladius, ei e manu elapsus,[2] in mediam cohortem hostium decidit: 4. ad quem reciperandum umbone[n] se protegens, inspectante utroque exercitu, inter mucrones se hostium immersit;[c 3] recollectoque gladio, multis vulneribus exceptis, ad suos cum clamore hostium[4] revertitur. Hujus audaciam[o] ceteri imitati victoriam pepe-

[b] *Postquam cecidit, ingens caterva hostium cum magno clamore in eum irruit, ut eum humi jacentem occideret: sed ille continuo surgens multos hostes interfecit.*
[c] *Aspiciente utroque exercitu, se projecit in medios hostes.*

6 Plerique Mss. *portentum* et *præsagantibus*. Vincent. 'Id portentum P. omn. præsagantibus, finemque M. r. p. vaticinum est:' omisso *triste*. Glossæ Græco-Latinæ: 'Προμαντεύομαι, præsago.' Id. verbum etiam usurpavit Aldhelm. de Laud. Virg. 336. 'Quatuor in mundo regnorum surgere sceptra Ut prius in strato truculentus imaginis altæ Diversis vidit jam præsagare metallis.' Ita Ms. Canisii, et Bibliothecæ Bodleianæ. Vulg. *præsagire*.

1 *Catonis* ascriptum est margini Periz. idemque nesciunt Med. 2. Coll. N. et C. C. atque Vincent.—2 Coll. N. *lapsus*. Vincent. 'dilapsus.' Periz. *ei manu lapsus*. Ald. Junt. *ei manu elapsus*.—3 Bodl. Leid. 3. *int. host. sese mucr. im.* Magl. Periz. Vincent. *int. h. mucr. sese im.* Coll. N. *mucronibus se h. im.* Mox pro 'exceptis' Vincent. 'acceptis.' Vulgatum imitatur Saxo VI. p. 105. 8. 'Acerbissimum capite vulnus excepit:' et p. 112. 9. 'In excipiendis vulneribus.' X. p. 186. 19. 'Sagitta vulnus excepit,' et XIV. p. 331. init. 'Alco dirum in gutture vulnus excepit.' Hegesipp. I. 24. 'Multis vulneribus corpore exceptis,' et 25. 'Non tamen ea pro illo, quæ pro te excepi vulnera.' V. 4. 'Eo nihil exceperit vulneris.' Cic. pro Sextio 10. 'Subeunda pro patria pericula, vulnera excipienda.' Inscriptio Pisanorum de Caio: VOLNERIBVS. PRO. RE. PVBLICA. EXCEPTIS. Sup. I. 8. 10. 'Simulata diffidentia propter vulnus exceptum.' Ita Coll. N. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—4 Vincent. 'cum clade h. r.' Bech. aliæque *cum clamore omnium*.—

NOTÆ

‡ A. M. 3886. Ol. 153. 1. U. C. 585. Ant. Ch. 166.

[n] *Umbone*] Vel ipsum scutum est, vel scuti pars media.

[o] *Hujus audaciam*] Constat ex Cic. Catonis filium in bello Persico militasse. Vett. non minus erant soliciti, ut armati quam ut salvi exirent e prælio.

rere.[p] 5. Perseus rex fuga[q] cum decem millibus[5] talentum Samothraciam defertur:[r] quem Cneus Octavius,[s] ad persequendum missus a consule, cum duobus filiis, Alexandro et Philippo, cepit;[t] captumque ad consulem duxit.[6] 6. Macedonia a Carano, qui primus in ea regnavit, usque Perseum triginta[7] reges[u] habuit. Quorum sub regno[8] fuit quidem annis noningentis[w] et viginti tribus;[9] sed rerum non nisi centum nonaginta[10] duobus[x] annis[11] potita.[d] 7.

[d] *Sed per centum nonaginta et duos tantum annos dominata est, sive in Asia, sive in Græcia.*

5 *Fugam cum paucis et decem millium* Periz.—6 Vincent. 'reduxit.' Medicei, Leid. 2. 5. Bodl. Periz. et Ms. Bong. *adduxit.*—7 *XL.* corrigit Sigon. ad Liv. XLV. 9. sed vulg. tuetur Drakenburg.—8 Leid. 1. *imperio.*—9 Med. 2. *annis D. CCCC. IIII.*—10 Med. 1. cum Reg. Bodl. Leid. 1. 4. 5. Thuan. Coll. N. ed. Rom. *annis DCCCCXXIIII.* (Reg. Leid. 1. 4. *DCCCCXXXIIII.*) *sed r. n. n. c. quinquaginta,* Magl. *annis noningentis et quatuordecim; sed r. n. n. c. quinquaginta,* nec aliter Periz. Georg. Cedrenus Chron. p. 193. Τῆς δὲ τῶν Μακεδόνων βασιλείας κατασχούσης ἀπὸ Κραναοῦ (leg. Καρανοῦ) ἕως Ἀλεξάνδρου ἔτη φ. ι. η. Verum, in laterculo codicis Ms. Regii Chronographiæ

NOTÆ

[p] *Victoriam peperere*] Auctor victoriæ fuit Æmilius, qui, cum inde Pelignos male a phalange acceptos jam inire fugam, hinc alios phalangem hastis horrentem declinare, cerneret, paludamentum suum concidit, suisque continuo in phalangem, qua patebat aditus, immissis, aditum aperuit victoriæ. Hostium cæsa M. 25. capta 11. ex Romanis 100. ut Posidonio placet, 80. ut Nasicæ ap. Plut. ceciderunt. Pugna commissa est in Macedonia Pieria, non procul a Pydna, ad Æsona et Lycum amnes.

[q] *Rex fuga, &c.*] Dum phalanx a Romanis cæditur, equitatus fere integer fugit, princepsque fugæ rex ipse primum Pydnam, tum Pellam, deinde Amphipolim, cum 500. Cretensibus pervenit.

[r] *Samothraciam defertur*] Perseus, coacto ad concionem Amphipoli populo, cum nec rex ipse, nec Evander, mœrore et lacrymis impeditus profari posset, multitudo, 'Abite,' inquit, 'ne pauci, qui supersumus, propter vos pereamus.' Continuo rex, auro argentoque, in lembos qui stabant in Strymone delatis, ad flumen descendit; unde Samothraciam Thraciæ adjacentem petiit.

[s] *Cneus Octavius*] Prætor, qui classi præerat.

[t] *Cepit*] Postquam Samothraciam appulit Octavius, Perseus fugam cogitans de media nocte ad mare contendit: cum vero jam navis e portu solvisset, vagatus in littore aliquamdiu, prope obscurum angulum templi delituit, et comitibus sociisque ad Romanos transeuntibus, ipse tandem cum Philippo filio tradere se Octavio coactus est.

[u] *Triginta reges*] Nonnulli ap. Liv. 20. alii ap. Euseb. 39. numerant.

[w] *Annis noningentis*] Justum numerum excedere videtur Justin. si enim singulorum regum annos dinumeres, annos tantum 630., vel 636., vel 647. reperias. Si tamen numerum ineas a Carano, qui regnare cœpit circa annum 3200., usque ad cladem Persei,

Ita cum in ditionem Romanorum cessisset, magistratibus per singulas civitates constitutis, libera facta est;[y] legesque, quibus adhuc utitur, a Paulo accepit. 8. Ætolorum universarum urbium senatus, cum conjugibus et liberis, qui[12] dubia fide fuerant, Romam missus, ibique, ne in patria aliquid novaret,[13] diu detentus, ægreque, per[14] multos annos legationibus civitatium senatu fatigato, in patriam quisque suam remissus est.[e]

[e] *Et quisque remissus est magna cum difficultate in suam patriam, postquam urbes per multos annos misissent ad senatum frequentes legationes.*

Syncelli margini ascripto, a Carano usque Alexandrum numerantur 424. anni. Liv. XLV. 9. de Macedonico regno: 'A summo culmine fortunæ ad ultimum finem centum quinquaginta annos stetit:' ubi vid. Duker.—11 *Ann.* nesciunt Bodl. Med. 2.—12 Med. 1. Bodl. *quia.*—13 Periz. ed. Rom. *innov.* Vulg. imitatur Saxo VII. p. 121. 30. 'Si quid ab eis in patria novaretur:' et XIV. p. 301. 41. 'Ne quid in patria novaret.'—14 Medicei, Magl. Periz. *post.*

NOTÆ

quæ contigit anno 3886., annos 686. invenies.

[x] *Centum nonaginta duobus*] Ab initio regni Philippi, a quo regnum Macedoniæ amplificatum, Perseus in triumphum ductus ab Æmilio, Albam cum amicis missus est, ubi Æmilii beneficio libera usus custodia, vel vigiliis, vel inedia, mortem sibi conscivit, ut narrat Plut. Diversa tamen habet Diod. Ejus fil. Alexander in tornando et cœlando auro egregius artifex fuit.

[y] *Libera facta est*] Paulus exiens Amphipoli jussit Macedonas uti suis legibus, creare magistratus annuos, tributum dimidium ejus, quod regibus pependissent, pendere populo Romano; h. e. 100. talenta, ex Plut. Macedoniaque in 4. partes divisa, capita regionum, ubi consilia fierent, assignavit, Amphipolim, Thessalonicen, Pellam, et Pelagoniam.

LIBER XXXIV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Romani adversus Achæos causas belli quærunt et inveniunt. Cruenta Achæorum seditio. 2. Bellum, quo Achæi oppressi sunt: Corinthus diruta: Ptolemæus, ab Antiocho pulsus Ægypto, petit a Romanis auxilium atque

impetrat. 3. Popilii ad Antiochum in gratiam Ptolemæi vere libera legatio. Antiocho mortuo, Demetrius frater Roma profugus regno Syriæ potitur. 4. Prusias, rex Bithyniæ, regno et vita a filio spoliatur.

Cap. I. 1. Pœnis ac Macedonibus subactis, Ætolorumque viribus principum captivitate debilitatis, soli adhuc ex Græcia universa Achæi nimis potentes tunc temporis Romanis videbantur, non propter singularum civitatium nimias opes, sed propter conspirationem universarum.[a] 2. Namque Achæi, licet per civitates, veluti per membra, divisi sint, unum tamen corpus et unum imperium habent; singularumque urbium pericula mutuis viribus propulsant. 3. Quærentibus igitur Romanis causas belli, tempestive fortuna querelas[1] Spartanorum[2] obtulit,* quorum agros Achæi propter mutuum odium[a] populabantur. 4. Spartanis a senatu responsum est, 'legatos se[b] ad inspiciendas res sociorum et ad injuriam demendam in Græciam missuros:' 5. sed legatis occulta mandata data sunt, 'ut corpus Achæorum dissolverent, singulasque urbes proprii juris facerent, quo facilius[3] ad obsequia cogerentur;[b] et, si quæ urbes contumaces essent, frangerentur.'[4] 6. Igitur legati, omnium civitatium principibus Corinthum evocatis, decretum senatus recitant: quid[5] consilii habeant, aperi-

[a] *Sed quia omnes urbes conjunctæ erant per mutuam societatem.*
[b] *Et facerent ut singulæ civitates, soluta cum aliis societate, essent sui juris, ut facilius cogerentur ad obediendum mandatis senatus.*

---

1 Med. 1. et Leid. 1. Magl. ed. Rom. *querelam.*—2 Periz. *Sp. querelam:* sed plurale nomen Auctori usitatius est: ut XXII. 4. 2. 'Querelas Carthaginem socii detulerunt.' Add. III. 4. 3. XVI. 2. 4. et XXIII. 1. 11.—3 Mss. ed. Rom. *q. f. et.*—4 Leid. 1. Thuan. Mss. Bong. *trahicerentur.* Leid. 4. Coll. N. *traicerentur.* —5 Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *quod.*—6 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald.

NOTÆ

* A. M. 3906. Ol. 158. 1. U. C. 605. Ant. Ch. 146.

[a] *Propter mutuum odium*] Quod Achæi Spartiatas, vel invitos, legibus et mœnibus ademtis in eorum societatem compulissent: qua de re Spartiatæ querebantur ap. Romanos.

[b] *Legatos se, &c.*] Fannium, Gabinium, et Papirium, quibus adjungit Polyb. Scipionem Africanum, qui id temporis Romæ candidatus versabatur.

unt: 7. 'expedire omnibus' dicunt, 'ut singulæ civitates[c] sua jura et suas leges[6] habeant.' 8. Quod ubi[7] omnibus innotuit, velut in furorem versi, universum peregrinum populum trucidant:[d] 9. legatos quoque ipsos Romanorum[e] violassent, nisi,[8] audito tumultu, trepidi fugissent.

Cap. II. 1. Hæc ubi Romæ nuntiata sunt, statim senatus Mummio[f] consuli[g] bellum Achaicum decernit: qui extemplo exercitu deportato, et omnibus strenue provisis, pugnandi copiam hostibus fecit. 2. Sed Achæi, velut nihil negotii Romano bello suscepissent, ita apud eos neglecta omnia et soluta fuere. 3. Itaque prædam, non prælium[h] cogitantes, et vehicula ad spolia hostium reportanda duxerunt,[1†] et conjuges liberosque suos, ad spectaculum certaminis, in montibus posuerunt. 4. Sed prælio commisso,[i] ante oculos suorum cæsi, lugubre his spectaculum[2] et

---

Junt. *leg. suas et j. sua.*—7 *Ut* Ven. Flor. Par. Ald. Junt.—8 Leid. 1. *involassent, ni.*

1 Med. 2. Magl. Leid. 1. 4. Periz. *adduxerunt.*—2 Bech. Ven. Flor. Par. Ald.

NOTÆ

[c] *Ut singulæ civitates*] Spartam tantum et Corinthum nominat Paus. Argos, Heracleam, Orchomenios, et Arcadas jungit Polyb. additque Flor. civitates omnes, quæ sub ditione Philippi essent.

[d] *Peregrinum populum trucidant*] Lacedæmonii in vincula conjecti, ceteri pulsi ex urbe, dux belli electus, et Bœotii, qui grandi pecunia mulctati a Metello fuerant, ad arma concitati. Ita Paus.

[e] *Legatos quoque Romanorum*] Aliter belli causam narrat Polyb. Cum enim Philippo parerent Corinthii, ita Romanos despexerunt, ut in eorum legatos ausi sint cœnum projicere: dumque paulo post Romanorum legati Achæos mitigare conarentur, qui ob violatos legatos efferati bellum moliebantur, Corinthii, moderationem Romanorum timiditatem esse rati, multa dixerunt injuriosius.

[f] *Statim senatus Mummio, &c.*] Errat Justin. primum enim prorogato prætori Metello, qui tunc regebat Macedoniam, imperio, jussum est, ut in Achæos moveret; quos paulo post, licet Bœotiis et Chalcidensibus junctos, ad Thermopylas superavit. Eorum imperator sive Diæus, ut placet Polyb. sive Critolaus, ut mavult Liv. mortem sibi veneno conscivit.

[g] *Consuli*] Mummius consul creatus est cum Cornelio Lentulo.

[h] *Prædam, non prælium*] Cum Diæus Critolai successor Romanos aliquot fudisset, aliique se continerent in castris, eos non maxime timendos duxerat.

† A. M. 3908. Ol. 158. 3. U. C. 607. Ant. Ch. 144.

[i] *Prælio commisso*] Ad Isthmum, ex Flor. et aliis; vel ad Leucopetram,

gravem luctus memoriam reliquerunt. 5. Conjuges quoque liberique eorum, de spectatoribus captivi facti, præda hostium fuere.[e] 6. Urbs ipsa Corinthus diruitur:[k] populus omnis sub corona venditur:[l] ut hoc exemplo ceteris civitatibus metus novarum rerum imponeretur.[d 3] 7. Dum hæc aguntur, rex Syriæ Antiochus[m] Ptolemæo, majoris sororis suæ[4] filio, regi Ægypti, bellum infert,[n] segni admodum, et

[e] *Illorum conjuges et liberi, qui aspiciebant prælium, capti sunt ab hostibus, et pars prædæ fuerunt.*

[d] *Ut aliæ civitates, territæ hoc exemplo severitatis, non auderent bellum renovare.*

Junt. *sp. sui.*—3 Magl. Periz. ed. Rom. *incuteretur:* ut XLII. 1. 10. 'Metum Phrahati incussit, ne,' &c. *Novas res* eod. sensu aliquoties dixit Saxo, ut VII. p. 123. 20. 'Novarum rerum licentiam assequi.' XIV. p. 251. 16. 'Repulsæ contumeliam ad novarum rerum licentiam transtulit,' et p. 307. 49. 'Novarum rerum cupiditate accensi:' atque etiam 'Novarum rerum metu' pag. 269. 31. ipsum eod. lib. 'quem apud ipsum novarum rerum metu vinctum haberi cupiat.'—4 Med. 1. Magl. Leid. 4. Periz. ed. Med. Par. et Vincent. VI. 65. *majori s. s.* Bech. Ven. Ald. Junt. *majori s. ejus. Majori* sc. Philometori,

NOTÆ

ex Aurel. Victore, in quo victus Dimæus domum refugit, eaque incensa conjugem a se interfectam in ignem præcipitavit, ipseque hausto veneno interiit.

[k] *Corinthus diruitur*] Urbs a propugnatoribus destituta, tuba præcinente, deleta est, ut referunt Flor. Zonar. et alii. Simulacra, tabulæ, vestes vel incensæ vel projectæ: permistis incendio plurimis statuis, æris, auri, argentique venæ fluxere per vicos. Unde Polyb. patriæ suæ deflens interitum, ap. Strab. vidisse se testatur tabulas in solum projectas, militesque super his tabulis ludentes, quas inter erat et Hercules, Deianiræ tunica excruciatus, et Bacchus, pictus ab Aristide, de quo illud, 'Nihil ad Bacchum.' Plerique, quicquid æris toto orbe laudatur, incendio Corinthi superfuisse volunt.

[l] *Sub corona venditur*] Non ab ipso Mummio, sed ab illius patre, ut vult Zonar. qui, missus post victoriam legatus, omnes Græcos juris sui esse voluit, præter Corinthios, quorum agros dedit Sicyoniis, ex Strab. Tantam paulo post Græcia felicitatem adepta est, ut vulgo de seipsis dicerent, ni capti essent, se incolumes esse non potuisse.

[m] *Rex Syriæ Antiochus*] Antiochi Magni fil. qui Romanis obses datus fuerat, vix a Seleuco fratre evocatus Athenas venerat, cum audita illius morte, Romanorum jussu, ab Eumene et Attalo in regnum deductus est. A Syriis Epiphanes dictus est, sive per adulationem, quod, dum Heliodorus et Ægyptii regnum tentant invadere, ipse tanquam novum sidus illuxerit: vel per antiphrasim; a Græcis enim Epimanes, h. e. Furiosus, vocatus est, ex Appian.

[n] *Regi Ægypti, bellum infert*] Non consentiunt de h. bello inter se historici; sed confundit omnia Justinus. Ex scriptura his, ter ex aliis, Antiochus in Ægyptum bellum gessit. 1. Quo facilius Syriam, quam Ptolemæo Antiochus Magnus cum filia

quotidiana luxuria ita marcenti, ut non solum regiæ majestatis officia intermitteret, verum etiam sensu hominis nimia sagina careret. 8. Pulsus igitur regno, ad fratrem minorem Ptolemæum Alexandriam confugit:‡ participatoque cum eo regno, legatos Romam ad senatum mittunt;[e] auxilia petunt; fidem societatis implorant. Movere senatum preces fratrum.

CAP. III. 1. Mittitur itaque legatus Popilius[1] ad Antiochum;* qui 'abstinere illum Ægypto, aut, si jam incessisset, excedere' juberet.[f] 2. Cum in Ægypto[o] eum inve-

[e] *Illum admisit ad regni societatem, et deinde ambo legatos miserunt ad senatum.*

[f] *Qui juberet ut non invaderet regnum Ægypti, aut, si jam aliqua occupasset, illa restitueret Ptolemæo.*

cujus frater natu minor cognominabatur Physcon et Euergetes, quem paulo post 'minorem Ptolemæum' vocat Just. Iid. quoque respectu ætatis *major* et *minor* dicuntur Livio XLIV. 19. 'Antiochus Syriæ rex, qui obses Romæ fuerat, per honestam speciem majoris Ptolemæi reducendi in regnum, bellum cum minore fratre ejus, qui tum Alexandriam tenebat, gerens, et ad Pelusium navali prælio victor fuerat, et, tumultuario opere ponte per Nilum facto, transgressus cum exercitu, obsidione ipsam Alexandriam terrebat: nec procul abesse, quin potiretur regno opulentissimo, videbatur:' et XLV. 11. 'Cum hæc gererentur, Antiochus, frustra tentatis mœnibus Alexandriæ, abscesserat; ceteraque Ægypto potitus, relicto Memphi majore Ptolemæo, cui regnum quæri suis viribus simulabat, ut victorem mox aggrederetur, in Syriam exercitum abduxit. Nec hujus voluntatis ejus ignarus Ptolemæus, dum conterritum obsidionis metu minorem fratrem haberet, posse se recipi Alexandriæ, et sorore adjuvante, et non repugnantibus fratris amicis, ratus, primum ad sororem, deinde ad fratrem amicosque ejus, non prius destitit mittere, quam pacem cum iis confirmaret.' Cf. Vales. ad Excerpta Diodori p. 49. et 51.

1 Bech. *P. Pompilius.* Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *P. Popilius,* et paulo

NOTÆ

Cleopatra dederat, recuperaret Epiphanes, præ se tulit se nepotis Philometoris tutorem fore, eoque nomine Syriam occupavit; quam dum regni tutores Euleus et Lenius repetunt, ipse bellum infert Ægypto; tum ut regni tutelam obtineret, tum ut pulsum a matre et fratre Philometorem restitueret: victisque navali prælio Ægyptiis, captisque multis urbibus, Memphim cepit, ubi regem constituit Philometorem, qui deinde Antiochi fraudes subveritus, cum fratre Evergete pace composita, Alexandriæ recipitur. 2. Fratrum concordia graviter offensus Antiochus bellum in Philometorem movet; qui ad breve tempus obtinuit inducias. 3. Finitis induciis, jam Cypro et Pelusio potitus, Alexandriæ Antiochus imminebat, cum Romanorum legati ipsi occurrunt. Ex his, quæ liquent ex Polyb. et Liv. refutabis ea quæ de h. bello tradit Justin.

‡ A. M. 3884. Ol. 152. 3. U. C. 583. Ant. Ch. 168.

* A. M. 3885. Ol. 152. 4. U. C. 584. Ant. Ch. 167.

[o] *Cum in Ægypto*] Eum ad Eleusinem pagum offendit, qui 4. millibus

nisset, osculumque[p] ei rex obtulisset, (nam coluerat inter ceteros[2] Popilium Antiochus, cum Romæ obses esset,) tunc Popilius ‘ facessere interim privatam amicitiam ’ jubet, ‘ cum mandata patriæ intercedant;’[e] 3. prolatoque senatus decreto, et tradito, cum cunctari eum videret, consultationemque ad amicos referre;[h] ibi Popilius virga,[q] quam in manu gerebat, amplo circulo inclusum, ut et amicos caperet, ‘ consulere ’ jubet; ‘ nec prius inde exire, quam responsum senatui daret, aut pacem aut bellum cum Romanis habiturum.’ 4. Adeoque hæc asperitas[3] animum regis fregit, ut ‘ pariturum se[r] senatui ’ responderet. 5. Reversus in regnum Antiochus decedit,[s] relicto parvulo admodum filio:[4t] 6. cui cum tutores dati a populo[u]

[e] *Tunc Popilius dicit se nullam habere rationem veteris amicitiæ, cum prohibeant mandatu patriæ.*

[h] *Cum videret eum cunctari, et velle amicos consulere prius quam responderet.*

post Leid. 5. *Lucium Popilium.* Ποπίλιος Zonaræ dicitur IX. 25. *C. Popillius* Livio XLV. 10. ac seqq. et Cic. Phil. VIII. 8. atque Ποπίλλιος Appiano de B. Syr. p. 212. ubi Tollium vid.—2 Med. 2. *cet. principes.*—3 Liv. XLV. 12. ‘ Popillius, pro cetera asperitate animi, virga, quam in manu gerebat, circumscripsit regem.’ Coll. N. *austeritas.*—4 Cant. Coll. N. addunt *nomine Eupatore;* idemque supra vocem ‘ filio ’ ascriptum in Leid. 4. Vid. Avum IV.

NOTÆ

distat Alexandria.

[p] *Osculum*] Dextram Popilio Antiochum porrexisse dicit Liv.

[q] *Popilius virga*] C. Popilius Lænas virga vitrea circulum descripsit.

[r] *Ut pariturum se*] Tum Popilius regi, tanquam amico benevolo, dextram porrexit; et die, qua Ægypto excederet, constituta, firmataque inter fratres pace, navigavit in Cyprum, unde victricem Antiochi classem dimisit.

[s] *Antiochus decedit*] Trajecto Euphrate, bellum Armeniorum regi Artaxiæ intulerat: quo victo, petiit Persepolim, ut Dianæ templum, auro argentoque opulentissimum, diriperet. Eam urbem Elymaidem vocant alii, Pererius Susam nominat in Elymaide regione, ubi Eulæus fl. Susorum arcem circuit, et Dianæ templum, ex Plin. seu Veneris, ex Appian. Sed inde cum dedecore ejectus, dum Babyloniam repeteret, auditis suorum a Judæis cladibus, mœrore amens et iracundia, gravem in morbum incidit; horrendisque viscerum doloribus, et vermibus consumto corpore, dum frustra scelerum veniam a Deo postulat, misere periit in Tabis, Persidis oppido, teste Porphyrio.

[t] *Relicto parvulo filio*] Novenni, qui ob patris virtutem Antiochus Eupator dictus est, quasi felix esset, cui talis pater contigisset.

[u] *Tutores dati a populo*] Cn. Octavius vir consularis, Sp. Lucretius, et Lælius Aurelius, quibus jussum est ut tectas naves comburerent, elephan-

essent, patruus[5] ejus Demetrius,[w] qui obses Romæ erat, cognita morte[x] Antiochi fratris,[6] senatum adiit: ‘ obsidem se vivo fratre venisse,[7] quo mortuo, cujus obses sit, se ignorare. 7. Dimitti igitur se ad regnum petendum æquum esse, quod, sicuti jure gentium[y] majori fratri cesserit, ita nunc sibi, qui pupillum ætate antecedat, deberi.’[i] 8. Cum se non dimitti animadverteret a senatu, tacito judicio, tutius apud pupillum, quam apud eum, regnum futurum arbitrante;[k] specie[8] venandi ab urbe profectus,[z] Hostiæ[9]

[i] *Æquum esse ut dimitteretur ad regnum petendum, quod tam debeatur sibi qui sit major ætate pupillo, quam debebatur fratri majori Antiocho, cui illud cesserat ex jure gentium.*

[k] *Cum videret non se dimitti a Senatu, qui judicabat securius esse ad res populi Romani, si pupillus potius quam Demetrius rex esset.*

Obs. 10. p. 162.—5 Immo *patruelis*, quomodo legend. monuerunt Bong. ad h. l. et Drus. ad Sulpic. Severum I. Hist. S. 23. Zonar. IX. 25. Δημήτριος δὲ ὁ Σελεύκου υἱὸς τοῦ παιδὸς Ἀντιόχου (Leg. ὁ Σελεύκου, ἀνεψιὸς τοῦ π. Ἀ.) ὁμηρεύων ἐν Ῥώμῃ κατὰ τὸν τοῦ πατρὸς θάνατον, καὶ ὑπὸ Ἀντιόχου τοῦ θείου τῆς βασιλείας ἐστερημένος, ὡς τὸν τοῦ Ἀντιόχου θάνατον ἔγνω, ἥτει μὲν τὴν πατρῴαν ἀρχήν.—6 Immo *Ant. patrui*, et paulo post *vivo patruo*, non *fratre*. Hunc Justini, vel f. amanuensium errorem quoque taxarunt Drus. ad Sulpic. Severum d. l. et Perizon. Animadv. Hist. 10. p. 437.—7 Med. 2. *obsidem se fuisse v. f. Que* etiam abest tribus Leid. Periz. Thuan. Bodl. et Duisb. teste Duker. ad Liv. X. 32. *Adiit* sc. dicens, usitata ellipsi. Virgil. v. Æn. 230. ‘ Tum Nysus et una Euryalus confestim alacres admittier orant: Rem magnam pretiumque moræ fore.’ Sall. Ju. 62. ‘ Mittuntur ad imperatorem legati: Jugurtham imperata facturum.’ Macrob. II. Sat. 5. p. 337. ‘ Eosdem postea Toronius æque inter cœnam quærenti Cæsari sic excusavit: Ad molas sunt.’ Ita sup. XII. 12. 6. ex Ms. Coll. N. ‘ Tunc universi flentes regem adeunt: suppliciis suis potius saturet se quam contumeliis.’ Vulg. *adeunt: orant, suppl.* Plura exempla congesserunt Avus ad Liv. VIII. 22. et Perizon. ad Sanctii Minerv. IV. 5. 7.—8 Magl. ed. Rom. *sub sp.*—9 Magl. Leid. 4. 5. *Ostis.* Bodl. Periz. *Hostiis.* Med. 1.

NOTÆ

tis præscinderent nervos, opesque regias imminuerent quam maxime.

[w] *Patruus ejus Demetrius*] Turpiter lapsus est Justin. nec enim patruus Eupatoris Demetrius fuit, sed cognatus, quippe qui Seleuci fil. esset, ab eoque missus Romam, obsidis loco: Antiocho enim Magno duo filii contigerant, Seleucus et Antiochus: ille Demetrium, hic Eupatorem, suscepit. Ita Joseph. Appian. Euseb.

[x] *Cognita morte*] Jam diu ap. senatum querebatur, æquum non esse jactitans, ut obses pro liberis Antiochi, qui tunc regnabat, detineretur: sed tunc maxime in senatu questus est, ubi sibi patriam Romam esse dixit; senatorum filios instar fratrum, ipsosque senatores loco patrum, se habere, ut qui puer Romam venisset.

[y] *Jure gentium*] Bonam Demetrii causam pervertit Justinus: si enim ille Antiochi frater fuit, nihil juris habuit in Syriam; nec enim fratri frater, sed filius parenti succedere solet: regnum tamen fuit Demetrii, quem sc. omnia Seleuci jura spectarent.

[z] *Ab urbe profectus*] Polybii consili-

tacitus cum fugæ comitibus[m] navem conscendit.† 9. Delatus in Syriam,[a] secundo favore omnium excipitur: regnumque ei, occiso pupillo,[b] a tutoribus traditur.[c]

CAP. IV. 1. Eodem fere tempore[1] Prusias, rex Bithyniæ, consilium cepit interficiendi Nicomedis filii, dum consulere studet minoribus filiis, quos ex noverca ejus susceperat, et Romæ habebat.[2] 2. Sed res adolescenti ab his,

Ostiis. ed. Bech. *Hostis.* 'Ostia' et 'Ostiam' dixisse vett. observavit Avus ad Liv. IX. 19.

1 Leid. 2. *Eodemque ferme t.* Bodl. *Eodemque t.* Bech. Ven. et quinque aliæ *Eodem t. ferme.* Medicei, Magl. *Eodem ferme t.*—2 Prusiam autem non minores filios, quos ex noverca susceperat, sed Nicomeden filium Romæ habuisse, atque ibi vitæ illius insidiatum fuisse, constat ex Appiano, qui lib. de B. Mith. p. 299. scribit: *Ὀντι δ' αὐτῷ [Προυσίᾳ] διὰ μίσους τοῖς ὑπηκόοις ἐπὶ ὠμότητι χαλεπῇ Νικομήδης υἱὸς ἦν πάνυ τοῖς Βιθυνοῖς ἀρέσκων. ὅπερ ὁ Προυσίας ὑφορώμενος, ἐς Ῥώμην αὐτὸν βιοῦν μετεστήσατο· καὶ, μαθὼν εὐδοκιμοῦντα κἀκεῖ, προσέταξε τῆς βουλῆς δεηθῆναι, τῶν ἔτι ὀφειλομένων Ἀττάλῳ χρημάτων αὐτὸν ἀπολῦσαι. Μηνᾶν τε αὐτῷ συμπρασβεύσοντα ἔπεμπε, καὶ εἴρητο τῷ Μηνᾷ, εἰ μὲν ἐπιτύχοι τῆς ἀφέσεως τῶν χρημάτων, ἔτι φείδεσθαι τοῦ Νικομήδους· εἰ δὲ ἀποτύχοι, κτείνειν αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ. κερκούρους τέ τινας ἐς τοῦτο συνέπεμψεν αὐτῷ, καὶ δισχιλίους στρατιώτας.* *Cumque subditis exosus esset ob nimiam sævitiam, Nicomedes filius valde ab Bithynis amabatur; ideoque Prusias eum suspectum habens, Romam, ut ibi degeret, misit: quem postquam cognovit ibi quoque gratiosum esse, mandavit ei, ut a senatu peteret, remitti sibi quod supererat pecuniæ debitæ Attalo: addiditque illi Menam, qui simul legatione fungeretur, eique mandatum dedit, si impetraverit remissionem pecuniæ, ut amplius Nicomedi parceret; sin minus, Romæ illum interficeret: et ad hoc cercuros aliquos cum eo misit, et duo millia militum.* Appiano quoque consentit Zonar. IX. Annal. 28. *Τότε δὲ συνενέχθη καὶ τὰ κατὰ τὸν Προυσίαν, ὃς γέρων ὤν, καὶ τοὺς τρόπους τραχὺς, ἐφοβήθη τοὺς Βιθυνοὺς, μὴ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐκβάλωσι, τὸν*

NOTÆ

um secutus, qui eum Nauclero fraudis inscio cum sociis obnixe commendavit.

[m] *Comitibus*] 8. erant socii, famuli 5. pueri 3.

† A. M. 3893. Ol. 154. 4. U. C. 592. Ant. Ch. 159.

[a] *Delatus in Syriam*] Ubi in Lyciam appulit, scripsit ad senatum se in Lysiam, ut Octavii necem ulcisceretur, non in Antiochum, proficisci: inde Tripolim Syriæ venit, ubi, secundo omnium favore exceptus, rex salutatur, ut tradit Zonar.

[b] *Occiso pupillo*] Aliter Scriptura, aliter Zonaras, id referunt. Tripoli et Apamea potitus Demetrius contendit Antiochiam, tanquam a senatu missus, ut regnum occuparet, ibique Eupatorem et Lysiam obviam progressos (Romanorum enim metu armis abstinuerant) interfecit. Ita Zonar. Constat tamen ex Scriptura, Lysiam et Eupatorem, cum eos videre coram nollet Demetrius, ab exercitu interfectos.

[c] *A tutoribus traditur*] Nec Lysiam intelligit, quem occiderat, nec Philippum, qui metu Lysiæ exulabat in Ægypto; sed Romanos legatos, quorum ut amicitiam sibi conciliaret, Octavii mortem, qui a Leptine fuerat occisus, ultus est; et corona, quæ decies mille aureorum erat, Romam missa, Tiberii amicorumque favore regnum obtinuit. Hæc Polyb.

qui facinus susceperant, proditur: hortatique sunt, 'ut, crudelitate patris provocatus, occupet insidias, et in auctorem retorqueat scelus.'[1] Nec difficilis persuasio fuit. 3. Igitur, cum accitus in patris regnum venisset, statim rex appellatur. 4. Prusias regno spoliatus a filio, privatusque redditus, etiam a servis deseritur. 5. Cum in latebris ageret, non minori scelere, quam[3] filium occidi jusserat, a filio interficitur.[d]

[1] *Ut crudelitate patris excitatus præveniat insidias, idemque admittat scelus in patrem, quod ille volebat in ipsum admittere.*

Νικομήδη τὸν υἱὸν ἀνθελόμενοι. Καὶ *κατά τινα πρόφασιν ἔπεμψεν εἰς τὴν Ῥώμην αὐτὸν, κἀκεῖ διάγειν ἐκέλευσεν.* Ὡς τε (leg. δὲ) *κἀν τῇ Ῥώμῃ διατωμένῳ τῷ υἱῷ ἐπεβούλευσε, καὶ ἔσπευδε κτεῖναι αὐτὸν, Βιθυνοί τινες εἰς Ῥώμην φοιτήσαντες ἐξήγαγον λάθρα τὸν Νικομήδη.* Scribend. igitur ex Rom. *P. con. c. i. N. f. quem a se ablegatum* (dum cons. *st. min. f. q. ex nov. ej. susc.*) *R. hab.* Hanc lect. firmat Med. 2. *P. cons. c. i. N. f. quem a se ablegatum, studens min. f. q. ex nov. ej. susc. R. hab.*—3 Conj. Fabri, legentis *quam quo*, refellit Dukerus ad Liv. XXXII. 13.

NOTÆ

[d] *A filio interficitur*] Strabo vult lio, adjuvante Attalo. eum ab Attalo interfectum; alii a Si-

LIBER XXXV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Demetrius Soter, Ariarathi infestus, fratrem ejus in regnum Cappadociæ restituere statuit. Antiochenses a Demetrio deficiunt, et Alexandrum Balam regem appellant. 2. Demetrii filius Demetrius Nicator, auxiliantibus Cretensibus, Alexandrum prælio superat et interficit.

CAP. I. 1. Demetrius, occupato Syriæ regno, novitati suæ otium periculosum ratus,[a] ampliare fines[1] regni, et

[a] *Arbitratus otium periculosum sibi qui rex erat a paucis diebus.*

opes augere finitimorum bellis[a] statuit. 2. Itaque Ariarathi, regi Cappadociæ, propter fastiditas sororis nuptias infestus,[b] fratrem ejus Orophernen, per injuriam regno pulsum,[b] supplicem recepit; datumque sibi honestum belli titulum gratulatus,[c] restituere eum in regnum statuit. 3. Sed Orophernes ingrato animo, inita cum Antiochensibus pactione, offensis tunc Demetrio,[c] pellere ipsum regno, a quo restituebatur, consilium cepit. 4. Quo cognito, Demetrius vitæ quidem ejus, ne Ariarathes[d] metu fraterni belli liberaretur, pepercit: ipsum autem comprehensum vinctum[2] Seleuciæ[e] custodiri jubet.[f] 5. Nec Antiochenses, indicio[3] territi, a defectione destiterunt.[d] 6. Itaque adjuvantibus et Ptolemæo rege Ægypti, et Attalo[g] rege Asiæ,[h] et Ariarathe

[b] *Quare offensus Ariarathi regi Cappadociæ, qui noluerat in uxorem ducere illius sororem.*

[c] *Lætatus quod data sibi esset honesta causa belli contra eum gerendi.*

[d] *Nec Antiochenses destiterunt a defectione, etiamsi scirent eam notam esse Demetrio.*

1 Sex Mss. *vires.*—2 Magl. Ald. Junt. *vinctumque.*—3 Rom. *judicio.*—4

NOTÆ

[a] *Finitimorum bellis*] Judæis bellum intulit, in quo Judas Maccabæus contra Bacchidem fortiter dimicans occubuit. Cetera sat nota ex Sacris Literis.

[b] *Per injuriam regno pulsum*] De injuria nihil habet Polyb. sed Ariarathem artibus Demetrii expulsum memorat: quod paulo aliter narrat Zonar. Ariarathes, inquit, ante susceptum filium, Orophernem adoptaverat, quem postea nato legitimo filio, propter insidiarum suspicionem, expulit: sed ille, Ariarathe mortuo, in ejus filium insurrexit: Ariarathis filio opem tulit Eumenes, Oropherni Demetrius: nuptiarum vero Appian. Polyb. et Zonar. nusquam meminerunt.

[c] *Offensis tunc Demetrio*] Quod non procul ab Antiochia inclusus in regio castello admitteret neminem, et vitam in otio et deliciis duceret, ut narrat Joseph.

[d] *Ne Ariarathes*] Qui a senatu Romano, ad quem confugerat, jussus est una cum Oropherne regnare. Ita Flor. Testatur tamen Polyb. Orophernem in senatu vicisse, conjectis in Ariarathem falsis criminibus.

[e] *Seleuciæ*] Urbs est Asiæ multiplex. 1. Mesopotamiæ, ad Tigrim, propter Ctesiphontem. *Mosul.* 2. Syriæ, Pieria cognomine, ad Orontis ostia. *Soldin.* 3. Ciliciæ, Aspera nuncupata, ad Calycadnum fl. *Seleuca.* 4. Pisidiæ, in Pamphyliæ confinio. *Celesbria.* 5. Syriæ, ad Belum fl.

[f] *Custodiri jubet*] In regnum restitutum Orophernem volunt Appian. et Zonar. de custodia et proditione nihil habent.

[g] *Et Attalo*] Qui nuper Eumeni patri successerat.

[h] *Rege Asiæ*] Vel Asiæ Minoris partem intelligit, cujus caput est

Cappadociæ,[4] bello a Demetrio lacessiti,[5] subornant Balam[i] quendam,‡ sortis extremæ juvenem,[k] qui Syriæ regnum velut paternum armis repeteret: 7. et, ne quid contumeliæ deesset, nomen ei Alexandri inditur, genitusque ab Antiocho[l] rege dicitur. 8. Tantum odium Demetrii apud omnes erat, ut æmulo ejus non vires regiæ tantum, verum etiam generis nobilitas consensu omnium tribueretur. 9. Igitur Alexander admirabili rerum varietate pristinarum sordium oblitus, totius ferme Orientis viribus succinctus, bellum Demetrio infert;[e] victumque[m] vita pariter ac regno spoliat. 10. Quanquam nec Demetrio[6] animus in propulsando bello defuit. Nam et primo prælio[n] hostem

[e] *Infert bellum Demetrio, oblitus originis suæ, quæ erat sordida, et adjutus viribus omnium fere regum Orientis.*

Vincent. v. 75. 'Interim Antiochenses Demetrio defecerunt, adjuvantibus eos Ptol. r. Æg. et Ariar. Cappadociæ.' Leid. 3. ed. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Ariar. rege Capp.*—5 Magl. Periz. ed. Bech. Med. *lacessitis*, probante Bern.—6 Bech. Ven. et quinque aliæ *D. n.*

NOTÆ

Ephesus, quæ Asia proprie dicitur, cui imperabat Attalus: vel Asiam Minorem, in qua, licet et Prusias Bithyniæ, et Ariarathes Cappadociæ præcesset, aliæque essent liberæ civitates, Attalus tamen potentia præstabat ceteris.

[i] *Subornant B.* [*propalam*] Alii *Propalum*, alii *Pompanum*, legunt; sed melius nonnulli *Balam.* Ipse enim a Josepho Alexander Balas nuncupatur.

‡ A. M. 3903. Ol. 157. 2. U. C. 602. Ant. Ch. 149.

[k] *Sortis extremæ juvenem*] Hunc incertæ stirpis Appian. et Florus, suppositium Sulpicius et Genebrardus; Scriptura vero, Joseph. et Euseb. Antiochi Epiphanis filium appellant: Euseb. tamen nothum fuisse indicat, quippe qui ex Bala concubina, unde Balas dictus est, natum esse affirmet. Male Lyranus et post eum Adrichomius eum vocant fil. Eupatoris, qui ante annum 12. occisus est a Demetrio.

[l] *Genitusque ab Antiocho*] Eum Romam adduxerat Byzantius, Antiochi Magni olim ap. Romanos legatus, eumque in curiam cum Laodice sorore adduxit: nihil tamen eorum quæ diceret placebat sanæ mentis hominibus: sed cum senatus in alienis regnis bellum quam pacem mallet, decretum est, ut Alexandro regnum paternum armis repetere liceret. Ita Polyb.

[m] *Victumque*] Justino consentiunt Scriptura, Polyb. et Joseph. Appiani tamen interpres eum regno pulsum, et in exilio defunctum, testatur.

[n] *Primo prælio*] Semel tantum prælatum est, ex Scriptura et Josepho, nisi forte Justin. intelligat sinistrum Demetrii cornu, quod, fugata acie sibi opposita, hostium castra diripuit.

fugavit, et, regibus bellum restituentibus, multa millia[o] in acie cecidit. 11. Ad postremum tamen invicto animo inter confertissimos fortissime dimicans cecidit.[p]

Cap. II. 1. Initio belli Demetrius duos filios[q] apud Gnidium[1 r] hospitem suum[2] cum magno auri pondere commendaverat, ut[3] belli periculis eximerentur, et, si ita fors tulisset, paternæ ultioni servarentur.[f] 2. Ex his major Demetrius, annos pubertatis egressus, audita[4] Alexandri luxuria, quem insperatæ opes, et alienæ felicitatis ornamenta, velut captum,[5] inter scortorum greges desidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretensibus,[s] securum ac nihil hostile metuentem aggreditur.* 3. Antiochenses quoque,[t] veterem patris offensam[6] novis meritis correcturi, se ei tradunt:[e] sed et milites paterni favore juvenis accensi,

[f] *Et, si in bello adverso periret, conservarentur ad vindicandam mortem patris.*
[e] *Et Antiochenses ipsi favent, ut deleant novis obsequiis crimen prius admissum, gerendo bellum in illius patrem.*

1 *Cnid.* restituit Avus. Ita Prol. h. l. 'Cnidiorum;' idemque dant Ms. et ed. Ald. Valerii M. VIII. 11. Ext. 4. Vulg. *Gnidiorum.*—2 Bech. Ald. Junt. aliæque *ap. hosp. suum* G.—3 Med. 2. *ut et.* Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *demandaverat*; et quinque posteriores *ut et a.*—4 Med. 2. *cognita.*—5 Bech. Ven. et quinque aliæ *captivum.*—6 Medicei, Bodl. Leid. 5. *vetera p.*

NOTÆ

[o] *Multa millia*] Dum cornu, in quo pugnabat Demetrius, loco cederet, ipse fortiter dimicans, reliquis fugientibus, hostium alios fugavit, alios occidit.

[p] *Cecidit*] Dum hostes persequitur, in cœnum profundum abreptus, prolapso equo, ipse pedes diu dimicavit; donec a multitudine multis vulneribus confectus occubuit. Ita Joseph.

[q] *Duos filios*] Demetrium Nicanorem et Antiochum, quorum uterque postea regnavit.

[r] *Gnidium*] Gnidus, in Asia extrema, Halicarnassum inter et Rhodum.

[s] *Cretensibus*] Mirum Cretenses, non Gnidenses, dixisse; multis tamen mercenariis militibus a Lasthene Cretensi acceptis, Demetrius trajecit in Ciliciam, teste Joseph.

* A.M. 3908. Ol. 158. 3. U.C. 607. Ant. Ch. 144.

[t] *Antiochenses quoque*] Nullam Ptolemæi Philometoris mentionem facit Justin. cujus tamen viribus regnum et Alexandro sublatum esse, et collatum Demetrio, liquet ex Scriptura et Josepho. Cum enim Alexander insidias per Ammonium ducem struxisset Ptolemæo, quod multas urbes Syriæ, imposito præsidio, retineret; Ptolemæus, detectis insidiis, filiam Cleopatram, ereptam Alexandro, Demetrio tradidit, et Antiochiæ rex Asiæ et Ægypti coronatus est: quod tamen paulo post cessit Demetrio, ut referunt Joseph. et Zonar.

prioris sacramenti religionem novi regis superbiæ præferentes,[h] signa ad Demetrium transferunt: 4. atque ita Alexander non minori impetu fortunæ destructus,[7] quam elatus, primo prælio victus[u] interficitur;[w] deditque pœnas et Demetrio, quem occiderat, et Antiocho, cujus mentitus originem fuerat.[i]

[h] *Præferentes juramentum, quo se prius dederant Demetrio, superbiæ Alexandri novi regis.*
[i] *Cujus filium falso se dixerat.*

offensa.—7 Flor. Bech. Ald. Junt. *desertus.*

NOTÆ

[u] *Primo prælio victus*] Delusus Ptolemæi fraudibus Alexander, postquam illum Antiochiæ audiit regem coronatum, e Cilicia, ubi tum erat, movit in Syriam, signisque collatis ad fl. Ænoparam, victus Alexander in Arabiam fugit. Ita Scriptura, Joseph. et Diod.

[w] *Interficitur*] A Zebdiele, ex Scriptura; vel Zabelo, ex Joseph. vel Diocle, ex Diod. Arabum principe, qui ad Ptolemæum illius caput deferri voluit: non tamen a Diocle, sed ab equitibus, quos secum duxerat, et Demetrius corruperat, vult occisum Diod. Ptolemæus etiam excussus ex equo, dum pugnat, in capite vulneratus, paulo post obiit. Joseph. Strab. et Flor.

LIBER XXXVI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Demetrius Nicator bellum Parthis infert, et infeliciter persequitur. Trypho regnum Syriæ invadit: sed tandem ab Antiocho, Demetrii fratre, opprimitur; qui etiam Judæos subigit. 2. Judæorum origo, incrementa, et res gestæ. 3. Judæorum opes. Mare Mortuum. A quibus domiti sint Judæi. 4. Attali, Asiæ regis, scelera, mors, testamentum. Asia Romanorum fit propria; divitias autem et vitia sua Romam transmittit.

CAP. I. 1. Reciperato paterno regno Demetrius,[a] et ipse rerum successu corruptus, vitiis adolescentiæ in segnitiam labitur;[b] tantumque contemtum apud omnes inertiæ, quantum odium ex superbia pater habuerat, contraxit. 2. Itaque, cum ab imperio ejus passim civitates deficerent,[c] ad abolendam segnitiæ maculam, bellum Parthis[d] inferre statuit:† 3. cujus adventum non inviti Orientis populi[e] videre, et propter Arsacidæ[f] regis Parthorum crudelitatem, et quod, veteri Macedonum imperio assueti, novi populi superbiam indigne ferebant. 4. Itaque, cum et Persarum, et Elymæorum,[g] Bactrianorumque auxiliis juvaretur, multis præliis Parthos fudit.[h] 5. Ad postremum tamen, pacis simulatione deceptus, capitur; traductusque per ora civitatium, po-

[a] *Et tam contemtus fuit ab omnibus ob inertiam, quam odiosus fuerat omnibus illius pater ob superbiam.*

NOTÆ

[a] *Demetrius*] Nicator secundus, ab Appian. et Joseph. Nicanor ab aliis nuncupatus, quod paternum regnum sibi armis vindicasset.

[b] *In segnitiam labitur*] Hoc Flor. crudelitati tribuit, Joseph. avaritiæ, quod pace composita exercitum dimiserit, solisque exteris, quos secum adduxerat, mercedem solveret.

[c] *Civitates deficerent*] Præsertim Antiochia, cujus seditionem ingenti et civium clade, et tectorum incendio, ultus est virtute Judæorum, quos Jonathas ipsi auxilio miserat.

[d] *Bellum Parthis*] Non ita se res habuit. Cum alienatos a Demetrio militum animos Tryphon cerneret, se contulit ad Arabem, Malchum sive Emalchuel, cui Antiochus Alexandri fil. commissus fuerat, quem multis precibus obtentum, victo ad Ptolemaidem Demetrio, in regnum restituit. Victus Demetrius in Ciliciam primum, tum superato Euphrate Mesopotamiam et Babyloniam fugit: unde, aliquot annis post, bellum intulit Parthorum regi. Hæc Joseph.

† A. M. 3914. Ol. 160. 5. U. C. 613. Ant. Ch. 138.

[e] *Orientis populi*] Jam diu Græci et Macedones, qui iis in regionibus substiterant, crebris cum legationibus solicitabant, deditionem, si veniret, pollicentes.

[f] *Arsacidæ*] Non huic regi peculiare nomen, sed commune omnibus: eum postea Priapatium Justin. appellat, Arsacem tertium Oros. alii Mithridatem regem ordine sextum a primo Arsace.

[g] *Elymæorum*] Qui partem Persidis in Susianæ regionis confinio incolunt. Fuit etiam Elyma urbs Siciliæ, propter Panormum.

[h] *Multis præliis Parthos fudit*] Docet Scriptura bellum ab eo Parthis non illatum, sed a quodam Arsacis duce, et victum esse et captum, dum exercitum contra Tryphonem in Media contrahit: bellum tamen Persis indixit, si Joseph. credimus, cum Tryphonem Syria speraret se ejecturum facile, si res in Parthos cessissent prospere; quinetiam 2. prælia cum

pulis, qui desciverant, in ludibrium favoris ostenditur.[b] 6. Missus deinde in Hyrcaniam,[i] benigne et juxta cultum pristinæ fortunæ[i] habetur. 7. Dum hæc aguntur, interim in Syria Trypho,[k] qui se tutorem Antiocho,[l] Demetrii privigno, substitui a populo laboraverat, occiso pupillo,[m] regnum Syriæ invadit. 8. Quo diu potitus,[n] tandem exolescente favore recentis imperii,[c] ab Antiocho puero[o] admodum, Demetrii fratre, qui in Asia educabatur, bello vinci-

[b] *Et per omnes civitates deductus ostenditur populis, qui a Parthis ad ipsum defecerant; ut eos pœniteret favisse Demetrio.*

[c] *Populis illum odio habentibus, qui illi faverant quando regnum arripuit.*

1 Med. 1. Bodl. Leid. 2. 5. *deinde H.* Med. 2. *dein H.*—2 Reg. Coll. N. et C. C. *Ant. Alexandri filio.* Ab Appiano de Bell. Syr. p. 132. atque in Epit. Livii LII. et LV. ut Bong. observat, Demetrii privignus 'Alexander' vocatur. Verum Justino consentiunt Auctor I. Maccab. 11. 39. Τρύφων ἐπορεύθη πρὸς Ἐιμαλκουὴλ τὸν Ἄραβα, ὃς ἔτρεφε τὸν Ἀντίοχον, τὸ παιδάριον τὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου: et 13. 31. Ὁ δὲ Τρύφων ἐπορεύετο δόλῳ μετὰ Ἀντιόχου τοῦ βασιλέως τοῦ νεωτέρου, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτὸν, καὶ ἐβασίλευσεν ἀντ' αὐτοῦ. Joseph. XIII. Antiq. Jud. 5. Διόδοτος, ὁ καὶ Τρύφων ἐπικληθεὶς, παραγίνεται πρὸς Μάλχον τὸν Ἄραβα, ὃς ἔτρεφε τὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν Ἀντίοχον. Ibid. cap. 7. init. Μετ' οὐ πολὺ δὲ τῆς αἰχμαλωσίας τοῦ Δημητρίου, τὸν Ἀλεξάνδρου υἱὸν Ἀντίοχον, ὃς καὶ Θεὸς ἐπεκλήθη, Τρύφων διέφθαρεν: atque Georg. Syncellus Chronog. p. 291. Οὗτος [Ἀντίοχος] τὸν Τρύφωνα τὸν ἀνελόντα Ἰωνάθην καὶ Ἀντίοχον, τὸν υἱὸν Ἀλεξάνδρου, καὶ ἑαυτὸν βασιλέα Συρίας ἀνειπόντα, ἐκ Σίδης ἐλθὼν πολιορκεῖ εἰς Δαρὰ καταφυγόντα, κἀκεῖθεν εἰς Ὀρθωσίαν, ἐξ ἧς διωχθεὶς, εἰς πῦρ ἐναλλόμενος θνήσκει: ubi pro εἰς Δαρὰ I. Mac-

NOTÆ

Parthis, ut placet Oros. commisit, quorum in altero captus est ab Arsace.

[i] *Juxta cultum pristinæ fortunæ*] In Phraatis regia habitavit, ejusque sororem Rhodogunam in matrimonium duxit, ex Appian.

[k] *Trypho*] Apamenus genere, nomine Diodotus Straboni, Diodorus Orosio, cognomine Tryphon nuncupatus, a luxu et delicata vita: nam τρυφᾶσθαι idem sonat quod, luxui indulgere.

[l] *Antiocho*] Ab omnibus Antiochus dicitur, præterquam ab Appiano, qui eum Alexandrum vocat; sed male. Fuit ille Alexandri Balæ filius, ex Cleopatra, quæ postea Demetrio nupserat: unde illius privignus fuit.

[m] *Occiso pupillo*] Per medicos, qui puerum calculi dolore consumi ad populum mentiti, eum, dum secant, occiderunt, auctore Joseph. quod tamen ante Demetrii a Parthis captivitatem contigit.

[n] *Quo diu potitus*] 3. tantum annos illi tribuit Joseph. 6. tamen regnavit ab occisis pupillo et Jonatha.

[o] *Antiocho puero*] Non admodum puer erat, cujus pater ab annis 14. mortuus esset, quique paulo post Cleopatræ nupserit: simul enim cum fratre Demetrio Alexandrum Balam fugerat. Antiochus Soter ab Joseph. Pius ab Appian. Sidetes vel Sedetes ab Euseb. dicitur: quod nomen illi forte inditum ab urbe Side in Pamphylia, ubi fuerat educatus, ut Pontacus conjicit.

tur;[p] ‡ rursusque regnum Syriæ ad sobolem Demetrii revertitur. 9. Igitur Antiochus, memor quod et pater propter superbiam[q] invisus, et frater propter segnitiam contemtus fuisset, ne in eadem vitia incideret, recepta in matrimonium Cleopatra, uxore fratris, civitates, quæ vitio fraterni imperii defecerant, summa industria persequitur, domitasque rursus regni terminis adjicit.* 10. Judæos quoque, qui in[3] Macedonico imperio sub Demetrio patre[r] armis se in libertatem vindicaverant, subigit.[s] Quorum vires tantæ fuere, ut post hunc nullum Macedonum regem tulerint, domesticisque imperiis usi, Syriam magnis bellis infestaverint.[d]

CAP. II. 1. Namque Judæis origo[t] Damascena,[u] Syriæ[1]

[d] *Et habentes duces proprios, qui ipsis imperarent, gesserint magna bella in reges Syriæ.*

cab. 15. 11. legitur εἰς Δωρᾶ, et ap. Joseph. d. l. ἐκ τῆς Δώρας φυγών.—3 Leid. 2. 5. Bodl. Periz. Ald. Junt. *qui.* Med. 2. firmat conj. Bongarsii legentis *qui a.* 1 Leid. 1. *Dam. quæ est Syr.*—2 Bech. *Dam. quæ S. nob. civ. est.* Rom. Flor. Ald. Junt. *Fuit namque J. o. D. quæ S. nob. civ. est.*—

NOTÆ

[p] *Bello vincitur*] Eum a suis desertum Scriptura; prælio victum Joseph. testatur fugisse Doram, prope Joppem; unde fuga elapsus vel Orthosiadem in Phœnicia, vel Coracesium in Cilicia, se recepit; ubi obsessus cruentas manus sibi intulit, ut refert Strabo; dum fugeret, aurum, quo persequentes moraretur, per vias sparsisse tradit Frontin.

‡ A. M. 3916. Ol. 160. 3. U. C. 615. Ant. Ch. 136.

[q] *Pater propter superbiam*] Nec superbia patri, nec fratri segnities, obfuit; sed patrem vicinorum regum odium, fratremque avaritia, perdidit, qua temere suos dimisit exercitus.

* A. M. 3921. Ol. 161. 4. U. C. 620. Ant. Ch. 131.

[r] *Sub Demetrio patre*] Celebres illas victorias intelligit a Maccabæis, Juda, Jonatha, et Simone relatas de Antiochi Epiphanis et Demetrii Soteris ducibus: quod Scriptura multis persequitur.

[s] *Subigit*] Jussu Ptolemæi Evergetis occiso Simone, Sidetes Hyrcanum, illius filium, obsedit Hierosolymis: sed aliquanto post, soluta obsidione, cum Judæis fœdus iniit, summa in eos usus benignitate.

[t] *Judæis origo*] De Judæorum origine ridicula sane commenti sunt historici Gentiles. E Damasco oriundos putavit Justin. ex Ægypto Strabo, Tacitus e Creta, unde a monte Ida Judæi nuncupati sunt; sed regnante Jove ejecti, primum Libyæ, deinde Ægypti, partem occuparunt. Alii ap. eund. Æthiopum prolem, alii Solymos Homeri carminibus celebratam gentem crediderunt; a quibus Hierosolyma condita sit. Quæ quam falsa sint, quis non videt, cum ex Sacris Literis constet, Judæos ex Abrahamo Thare filio ducere originem? ille enim Dei jussu de Ur Chaldæorum egressus in Haram Mesopotamiæ, tum in Cananitidem, venit.

[u] *Damascena*] Damascus Syriæ Inferioris, sive Cœlesyriæ, urbs primaria, ab Hus filio Aran, qui Semi fil. erat, condita; a quo populi Aramei, deinde a Græcis Syri, dicti sunt, ut ait Joseph. Hæc tamen Hieronymus Damasco Eliezer tribuit: sed Damascum Hus condidit, restauravit Eliezer.

[v] *Assyriis*] Quibus non a Syris, sed ab Assur Semi fil. nomen impositum; qui Assuriam, quæ postea Ninive vocata est, condidit.

[x] *Semiramidi*] Quæ, si Diod. credimus, patria fuit Ascalonita, filia Deæ Derceto, ut lib. I. dictum est.

[y] *A Damasco rege*] Quis ille fuerit, vix quisquam potest conjicere. Hoc de nomine multa multi habent: sed nihil bene.

[z] *Pro templo*] Reponend. *ex templo.* Hæc omnia corrupta fabulis.

[a] *Azelus, mox Adores*] Horum nominum nulla ap. alios mentio.

[b] *Abraham*] Quod etiam refert Joseph. ex Nicolao Damasceno, a quo Abraham e regione supra Babyloniam sita cum exercitu venisse Damascum proditur, et, postquam ibi aliquot annis regnasset, Cananitidem petiisse. Sed quis his fabulis fidem adhibeat, præcipue cum Scriptura huj. regni non meminerit?

[c] *Et Israhel*] Jacob intelligit, qui tamen non Abrahami fil. sed nepos ex Isaaco fuit.

[d] *Decem filiorum*] 12. verius numerat Scriptura.

[e] *In decem regna*] 12. tribus indicat.

[f] *Ex nomine Judæ*] Alludit ad postrema Jacobi morientis verba, quibus, excluso Ruben, jus primogenituræ Judæ concessit, illiusque tribus futuram majestatem commendavit, ex qua sc. Christus erat nasciturus: 'non auferetur sceptrum de Juda,' &c.

[g] *'Judæos' appellavit*] Fallitur Justin. non enim h. tempore Hebræi Ju-

nobilissima civitas:[2] unde et Assyriis[w] regibus genus et reginæ Semiramidi[3][x] fuit. 2. Nomen urbi a Damasco rege[y] inditum: in cujus honorem Syrii[4] sepulcrum Arathis[5] uxoris ejus pro templo[z] coluere, Deamque exinde sanctissimæ religionis habent.[e] 3. Post Damascum Azelus, mox Adores,[a] et Abraham,[b] et Israhel[c] reges fuere. 4. Sed Israhelem felix decem filiorum[d] proventus majoribus suis clariorem fecit. 5. Itaque populum in decem[6] regna[e] divisum filiis tradidit, omnesque ex[7] nomine Judæ,[f] qui post divisionem decesserat, 'Judæos' appellavit;[g] colique ejus memoriam[h]

[e] *Et habent pro Dea, quam colunt religiosissime.*

3 Med. 1. Magl. Periz. *et r. Semirami.* Med. 2. *et r. Semiramidis*, vitio scripturæ pro *Semiramidi*, quod dant Rom. Ald. Junt. Sup. I. 1. 11. 'Uxore Semiramide.' Eæd. *et reginæ.* Bech. *unde et Asyriis regibus genus ex regina Semyramide.*—4 Med. 1. Leid. 2. 5. Ald. Junt. *Syri.*—5 Med. 1. Leid. 2. 5. *Arates.* 1. 3. ed. Par. *Marathis.* Periz. *Arathes.* Coll. N. *Marachis.* Magl. Rom. Ven. *Ariathis.*—6 Magl. *duodecim.*—7 *Ex* deest Coll. N.—8 Leid. 1. Ald. Junt. *cujus.*

NOTÆ

ab omnibus jussit, cujus[8] portio[i] omnibus accesserat. 6. Minimus ætate[k] inter fratres Joseph fuit; cujus excellens ingenium veriti fratres clam interceptum[l] peregrinis mercatoribus vendiderunt. 7. A quibus deportatus in Ægyptum, cum magicas[9] ibi artes solerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percarus[10] fuit. 8. Nam et prodigiorum sagacissimus erat, et somniorum primus intelligentiam condidit,[f] nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur; 9. adeo, ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos providerit: perissetque omnis Ægyptus fame, nisi monitu ejus rex edicto servari per multos annos fruges[11] jussisset: 10. tantaque experimenta ejus fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa dari viderentur. 11. Filius ejus Moyses[12] fuit,[m] quem præter paternæ scientiæ[n] hæreditatem etiam

f Nam et videbat sagacissime quid significarent prodigia, et primus novit artem explicandi somnia.

—9 Demster. ad Rosin. II. 2. Antiq. Rom. ex Frec. tom. I. lib. II. cap. 1. legit *magnificas*: quamvis, ut ait id. Vir clariss. antiquam lect. retineat Otto Frising. I. 14. Oros. quoque vulgatum sequitur, eique consentit uterque cod. Leid. Freculphi.—10 Periz. *precarus*.—11 Magl. *frugem*.—12 Sic meliores Mss. ed. Rom. Ald. Junt. hic et paulo post, cum Oros. atque Ottone, Græco

NOTÆ

dæorum nomen habuere; sed post captivitatem Babylonicam, cum regnare incepit Zorobabel ex tribu Juda, quæ Babylonem cum stirpe regia abducta fuerat.

[k] *Colique ejus memoriam*] H. e. illius tribum aliis eminere voluit: dixit enim: 'Juda, te laudabunt fratres tui, et adorabunt te filii patris tui.'

[i] *Cujus portio*] Nihil juris in agros aliis tribubus assignatos habuit tribus Juda, nec aliæ tribus in illius portionem; singulis enim tribubus sua portio data. Tribus porro Juda inter tribum Benjamin et desertum Pharan collocata.

[k] *Minimus ætate*] Non minimus fuit Joseph, sed Benjamin.

[l] *Clam interceptum*] Historiam Josephi paucis persequitur Justin. sed miscet fabulis, scientiamque divinandi a Deo concessam appellat artes magicas. Hanc historiam notam omnibus non opus est pluribus explicare.

[m] *Filius ejus Moyses fuit*] Filii Josephi fuerunt Manasse et Ephraim: Moyses vero Amrami fil. Levi pronepos, non Josephi.

[n] *Præter paternæ scientiæ*] Plin. et Apuleius Moysem 'magum' vocant, Strab. 'virum oraculis deditum;' quales olim fuerunt Minos, Amphiaraus, Orpheus, &c. Hunc Artapanus ap. Euseb. 'Musæum' nominat, eod. nomine quo Musæum poëtam, Orphei discipulum: Alexander vero Milesius, qui Syllæ temporibus floruit, docet ap. Suid. Hebræam mulierem, Moso cognomine, legem Hebræorum scripsisse, depravato et sexu et nomine Moysis.

formæ pulchritudo commendabat. 12. Sed Ægyptii, cum scabiem[o] et vitiliginem[13 p] paterentur, responso moniti, eum cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Ægypti pellunt.† 13. Dux igitur exulum factus, sacra Ægyptiorum furto abstulit:[q] quæ repetentes armis Ægyptii, domum redire tempestatibus[r] compulsi sunt. 14. Itaque Moyses, Damascena antiqua patria repetita, montem Synæ[14 s] occupat: quo, septem dierum jejunio per deserta Arabiæ cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem[t] more gentis 'sabbata'[15 u] appellatum in omne ævum jejunio

more.—13 Ita Oros. Frec. et Otto. *Pulig.* Medicei, *vetulig.* Periz. *ulig.* Reg. Bodl. Leid. 2. 4. Thuan. Mss. Bongarsii, Modii, et Ms. Francisci Fabricii, ed. Rom. *prurig.* Jens. Bech. *porrig.* Ald. Junt.—14 Periz. *Synam.* Med. 1. Leid. 5. *Sinam.* Magl. *Synai.* Bech. *Synæum.*—15 Decem Mss. *Sabbata.* Salvian. VI. de Gubern. 10. 'Homo Israëliticæ plebis cum ligna Sabbatis collegisset, occisus est.' D. Matth. XII. 1. Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι: et D. Luc. Act. Ap. XVI. 13. Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως. Joseph. I. Ant. Jud. 11. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἀπὸ τῶν πόνων κατὰ ταύτην ἄγομεν τὴν ἡμέραν, προσαγορεύοντες αὐτὴν σάββατα: et XII. 1. Εἰσελθὼν γὰρ σαββάτοις εἰς τὴν πόλιν, ὡς θύσων, et XIV. 17. Δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ μηδένα

NOTÆ

[o] *Scabiem*] Infinitas prope fabulas de Israëlitarum exitu finxerunt Ægyptii, ut ex Manethone et Appione ostendit Joseph.

[p] *Vitiliginem*] Est lepra Arnobio, Senecæ fœda ex albo varietas, Græcis λευκή.

† A. M. 2544. Ant. Ch. 1508.

[q] *Furto abstulit*] Ægyptiorum opes, tanquam pro laboribus mercedem debitam, abstulit: unde Ægyptiorum legatis, qui sua bona repeterent, plus deberi sibi ab Ægyptiis respondit Moyses, ap. Tertull.

[r] *Tempestatibus*] Ægyptiorum cladem in Erythræo Mari connotat, ubi universus Pharaonis exercitus cum ipso rege periit. In maris littore et profundo, quousque visus admittitur, extant curruum tractus, et rotarum cernuntur orbitæ, ex Oros. quod fabulosum videtur. Multa hac de re Manethon ap. Josephum absurda comminiscitur.

[s] *Montem Synæ*] Synan, alii deserti, alii montis, nomen esse volunt. Paulus montem Synan vocat: alii cum Joseph. et Hieron. montem Sinai appellant, quasi diceretur mons deserti Sinai.

[t] *Septimum diem*] Non 7. dies tantum, sed annos 40. populus per Arabiæ deserta vagatus est.

[u] *Sabbata*] Jam ab initio mundi quieti sacra fuerat illa dies, qua Deus ipse ab omni opere quievisset: præscriptum est enim in Exodo, 'Memento ut diem sabbati sanctifices;' licet Tertullianus et post eum Vatablus ante legem Moysi datam Vett. nec circumcisos, nec sabbatizantes, fuisse velint. Ut ut sit, jussu Dei statuit Moyses, ut, quemadmodum post 6. dies negotiosos, septimus quilibet ab omni opere erat vacuus, ita septimus annus quieti tribueretur: ita ut 6. annis terram colerent, meterentque fruges; septimum vero haberent ab

ab omnibus jussit, cujus[g] portio[i] omnibus accesserat. 6. Minimus ætate[k] inter fratres Joseph fuit; cujus excellens ingenium veriti fratres clam interceptum[l] peregrinis mercatoribus vendiderunt. 7. A quibus deportatus in Ægyptum, cum magicas[9] ibi artes solerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percarus[10] fuit. 8. Nam et prodigiorum sagacissimus erat, et somniorum primus intelligentiam condidit,[f] nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur; 9. adeo, ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos providerit: perissetque omnis Ægyptus fame, nisi monitu ejus rex edicto servari per multos annos fruges[11] jussisset: 10. tantaque experimenta ejus fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa dari viderentur. 11. Filius ejus Moyses[12] fuit,[m] quem præter paternæ scientiæ[n] hæreditatem etiam

f Nam et videbat sagacissime quid significarent prodigia, et primus novit artem explicandi somnia.

—9 Demster. ad Rosin. II. 2. Antiq. Rom. ex Frec. tom. I. lib. II. cap. 1. legit *magnificas:* quamvis, ut ait id. Vir clariss. antiquam lect. retineat Otto Frising. I. 14. Oros. quoque vulgatum sequitur, eique consentit uterque cod. Leid. Freculphi.—10 Periz. *precarus.*—11 Magl. *frugem.*—12 Sic meliores Mss. ed. Rom. Ald. Junt. hic et paulo post, cum Oros. atque Ottone, Græco

NOTÆ

dæorum nomen habuere; sed post captivitatem Babylonicam, cum regnare incepit Zorobabel ex tribu Juda, quæ Babylonem cum stirpe regia abducta fuerat.

[h] *Colique ejus memoriam*] H. e. illius tribum aliis eminere voluit: dixit enim: 'Juda, te laudabunt fratres tui, et adorabunt te filii patris tui.'

[i] *Cujus portio*] Nihil juris in agros aliis tribubus assignatos habuit tribus Juda, nec aliæ tribus in illius portionem; singulis enim tribubus sua portio data. Tribus porro Juda inter tribum Benjamin et desertum Pharan collocata.

[k] *Minimus ætate*] Non minimus fuit Joseph, sed Benjamin.

[l] *Clam interceptum*] Historiam Josephi paucis persequitur Justin. sed miscet fabulis, scientiamque divinandi a Deo concessam appellat artes magicas. Hanc historiam notam omnibus non opus est pluribus explicare.

[m] *Filius ejus Moyses fuit*] Filii Josephi fuerunt Manasse et Ephraim: Moyses vero Amrami fil. Levi pronepos, non Josephi.

[n] *Præter paternæ scientiæ*] Plin. et Apuleius Moysem 'magum' vocant, Strab. 'virum oraculis deditum;' quales olim fuerunt Minos, Amphiaraus, Orpheus, &c. Hunc Artapanus ap. Euseb. 'Musæum' nominat, eod. nomine quo Musæum poëtam, Orphei discipulum: Alexander vero Milesius, qui Syllæ temporibus floruit, docet ap. Suid. Hebræam mulierem, Moso cognomine, legem Hebræorum scripsisse, depravato et sexu et nomine Moysis.

formæ pulchritudo commendabat. 12. Sed Ægyptii, cum scabiem[o] et vitiliginem[13 p] paterentur, responso moniti, eum cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Ægypti pellunt.† 13. Dux igitur exulum factus, sacra Ægyptiorum furto abstulit:[q] quæ repetentes armis Ægyptii, domum redire tempestatibus[r] compulsi sunt. 14. Itaque Moyses, Damascena antiqua patria repetita, montem Synæ[14 s] occupat: quo, septem dierum jejunio per deserta Arabiæ cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem[t] more gentis 'sabbata'[15 u] appellatum in omne ævum jejunio

more.—13 Ita Oros. Frec. et Otto. *Pulig.* Medicei, *vetulig.* Periz. *ulig.* Reg. Bodl. Leid. 2. 4. Thuan. Mss. Bongarsii, Modii, et Ms. Francisci Fabricii, ed. Rom. *prurig.* Jens. Bech. *porrig.* Ald. Junt.—14 Periz. *Synam.* Med. 1. Leid. 5. *Sinam.* Magl. *Synai.* Bech. *Synæum.*—15 Decem Mss. *Sabbata.* Salvian. VI. de Gubern. 10. 'Homo Israëliticæ plebis cum ligna Sabbatis collegisset, occisus est.' D. Matth. XII. 1. Ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐπορεύθη ὁ Ἰησοῦς τοῖς σάββασι: et D. Luc. Act. Ap. XVI. 13. Τῇ τε ἡμέρᾳ τῶν σαββάτων ἐξήλθομεν ἔξω τῆς πόλεως. Joseph. I. Ant. Jud. 11. Ὅθεν καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἀπὸ τῶν πόνων κατὰ ταύτην ἄγομεν τὴν ἡμέραν, προσαγορεύοντες αὐτὴν σάββατα: et XII. 1. Εἰσελθὼν γὰρ σαββάτοις εἰς τὴν πόλιν, ὡς θύσων, et XIV. 17. Δεδόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ μηδένα

NOTÆ

[o] *Scabiem*] Infinitas prope fabulas de Israëlitarum exitu finxerunt Ægyptii, ut ex Manethone et Appione ostendit Joseph.

[p] *Vitiliginem*] Est lepra Arnobio, Senecæ fœda ex albo varietas, Græcis λεύκη.

† A. M. 2544. Ant. Ch. 1508.

[q] *Furto abstulit*] Ægyptiorum opes, tanquam pro laboribus mercedem debitam, abstulit: unde Ægyptiorum legatis, qui sua bona repeterent, plus deberi sibi ab Ægyptiis respondit Moyses, ap. Tertull.

[r] *Tempestatibus*] Ægyptiorum cladem in Erythræo Mari connotat, ubi universus Pharaonis exercitus cum ipso rege periit. In maris littore et profundo, quousque visus admittitur, extant curruum tractus, et rotarum cernuntur orbitæ, ex Oros. quod fabulosum videtur. Multa hac de re Manethon ap. Josephum absurda comminiscitur.

[s] *Montem Synæ*] Synan, alii deserti, alii montis, nomen esse volunt. Paulus montem Synan vocat: alii cum Joseph. et Hieron. montem Sinai appellant, quasi diceretur mons deserti Sinai.

[t] *Septimum diem*] Non 7. dies tantum, sed annos 40. populus per Arabiæ deserta vagatus est.

[u] *Sabbata*] Jam ab initio mundi quieti sacra fuerat illa dies, qua Deus ipse ab omni opere quievisset: præscriptum est enim in Exodo, 'Memento ut diem sabbati sanctifices;' licet Tertullianus et post eum Vatablus ante legem Moysi datam Vett. nec circumcisos, nec sabbatizantes, fuisse velint. Ut ut sit, jussu Dei statuit Moyses, ut, quemadmodum post 6. dies negotiosos, septimus quilibet ab omni opere erat vacuus, ita septimus annus quieti tribueretur: ita ut 6. annis terram colerent, meterentque fruges; septimum vero haberent ab

sacravit,[w] quoniam illa[16] dies famem illis erroremque finierat. 15. Et, quoniam metu contagionis pulsos se ab Ægypto meminerant, ne eadem causa invisi apud incolas forent, caverunt, ne cum peregrinis communicarent:[17 x] quod ex causa factum, paulatim in disciplinam religionemque convertit. 16. Post Moysen etiam filius ejus Aruas, sacerdos sacris Ægyptiis, mox rex creatur;[y] semperque exinde hic mos apud Judæos fuit, ut eosdem, reges[18] et sacerdotes,[z] haberent; quorum justitia religione permixta, incredibile quantum coaluere.[z a]

CAP. III. 1. Opes genti ex vectigalibus opobalsami[b] crevere, quod in his tantum regionibus[c] gignitur. 2. Est

[z] *Cumque eorum religio sit juncta cum maxima justitia, incredibile quantam potestatem acquisierint.*

κωλύεσθαι παρατηρεῖν τὴν τῶν σαββάτων ἡμέραν.—16 Bech. Med. Ald. Junt. *ille.* Saxo XVI. p. 378. 'Illa igitur dies tot errores, tot maritima discrimina finivit.' —17 Medicei, Magl. Thuan. Bodl. *conviverent.*—18 Rom. Bech. Med. Ald. Junt. *et reg.*

NOTÆ

omni cultu satuque feriatum; qui tamen annus septimo tantum anno post perdomitos Chananæos observari cœpit: quod vero ab autumno inciperet, inde popularis Judæorum annus cœpit exordium.

[w] *Jejunio sacravit*] Falsus est Justin. non minus quam Suet. qui jejunium servari sabbatis tradidit: hac enim die non jejunabant Judæi: nisi sabbatum non pro die hebdomadis septimo, sed pro tota hebdomada, sumatur: quo sensu Pharisæus Luc. 18. 'Jejuno bis in sabbato.' E Gentilibus alii in honorem Saturni, alii in Bacchi memoriam id institutum crediderunt, teste Plut. De Moyse multa perabsurda refert Tacitus.

[x] *Cum peregrinis communicarent*] Nefas erat ap. Judæos iisdem cum Gentilibus vel epulis adesse, vel cubilibus uti, vel eorum etiam imbui disciplinis.

[y] *Mox rex creatur*] Nullus id temporis rex ap. Judæos fuit; sed multis sæculis post Saul rex creatus est: Moysis vero filii fuerunt Gersan et Eliezer, ex Sephora geniti.

[z a] *Ut eosdem, reges et sacerdotes*] Id primum fieri cœptum est ætate Maccabæorum, qua Aristobulus summo pontificatui junxit principatum: quod tamen ap. Gentiles fieri mos erat, ut dignitas major ex sacerdotii sanctitate regibus accederet. Sic Virgil. 'Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos.'

[a] *Coaluere*] Melius forte dixeris *convaluere.*

[b] *Opobalsami*] Opobalsamum pro arbore, balsamum pro lacryma seu succo arboris, posuit. Non ita tamen loquuntur auctores plerique; nam opobalsamum est quasi ὀπὸς τοῦ βαλσάμου.

[c] *In his tantum regionibus*] Primis quidem temporibus id contigerit; posterioribus certe balsamum in Arabia Paus. et Plin. in Ægypto Claudian. ap. Sabæos Solin. nasci testantur: ubi enim Judæa Romani potiti sunt, propagata est admodum hæc arboris species.

namque vallis,[d] quæ continuis montibus, velut muro quodam, ad instar castrorum clauditur. Spatium loci ducenta jugera nomine Hierichus dicitur.[e] 3. In ea valle sylva est et ubertate et amœnitate insignis: siquidem palmeto et opobalsameto distinguitur.[h] 4. Arbores opobalsami formam similem piceis[1] arboribus[f] habent, nisi quod sunt humiles magis, et in vinearum morem excoluntur. Hæ certo anni tempore balsamum sudant.[2] 5. Sed non minor loci ejus

[h] *Quia dividitur in duas partes, quarum una palmas, altera balsama, continet.*

1 Leid. 3. a pr. m. *sim. specie.* Rom. *sim. form. puniceis.* Isidor. XVII. Orig. 7. 'Balsami arbor in Judæa intra terminos tantum viginti jugerum erat: postquam eandem regionem Romani potiti sunt, etiam latissimis collibus propagata est, stirpe similis viti, foliis similis rutæ, sed albidioribus, semperque manentibus.'—2 Ita Virgil. Ecl. IV. 30. 'Et duræ quercus sudabunt roscida mella:' quem versum etiam laudat Titius ad illa Nemesiani I. 75. 'Namque prius siccis phocæ pascentur in arvis, Hirsutusque freto vivet leo, dulcia mella Sudabunt taxi.' Hinc emendand. Colum. X. 18. ap. quem vulgo legitur: 'Sed negat helleboros, et noxia galbana succo, Nec patitur taxos, nec strenua toxica sudat.' Leg. *quæ str. t. sudant. Taxum* sive σμῖλον tam hominibus quam animalibus noxiam esse, præter alios scriptores, testatur Nicander Alexiph. 610. Μὴ μὲν δὴ σμῖλον σὺ κακὴν ἐλατηΐδα μάρψαις Οἰταίην, θανάτοιο πολυκλαύτοιο δότειραν. Add. Scholiasten. Vox *galbana* quoque corrupta est. 'Galbanum' enim s. χαλβάνη plantæ succus, non planta est; variisque morbis medetur, et veneno adversatur, teste Dioscoride III. 97. Καταπίνεται πρὸς παλαιὰν βῆχα, δύσπνοιαν, ἄσθματα, ῥήγματα, σπάσματα· ἀνπιπάσχει δὲ καὶ τοξικῷ σὺν ὄξει καὶ σμύρνῃ ποθεῖσα· ἐπιληπτικούς τε καὶ ὑστερικὰς πνίγας καὶ σκοτωματικοὺς ὀσφραινομένη διεγείρει. Pro *galbana* in codice Abbatiæ S. Germani scriptum est *carbasa*, ad quam vocem proxime accedit *carpasa*. *Carpasi succum* memorare videtur Plin. XXXII. 5. 'Contra dorycnium echini maxime prosunt, et iis, qui succum Carpathii biberunt.' Optimus cod. Leid. *et his, qui s. Carphati*

NOTÆ

dixeris *Iericus*, ex mente Strabonis. Salmas. in Solino h. locum sic restituit: *Spatium loci ducentum jugerum Iericus dicitur.* Vel, quod 'theatrum' Strabo, 'arcum' Justinus appellat ob loci similitudinem.

[d] *Namque vallis*] Duobus in hortis, altero jugerum 20., pauciorum altero, balsamum in Judæa crescere voluit Plin. Propter Jerichunta in valle felicem hunc campum ponit Strabo: at spatium dicit fuisse stadiorum 100. h. e. 300. jugerum: sed Plin. balsameti partem exiguam, Justin. et Strabo vallis Jerichuntis magnitudinem intelligunt.

[e] *Nomine H.* [*arcus*] *dicitur*] Bene

[f] *Similem piceis arboribus*] Balsamum dicit Paus. ad myrti magnitudinem accedere, sub cujus umbra innumeræ apricantur viperæ, quæ liquore ejus aluntur suavissimo. Si tamen Strab. credimus, arbor illa odorata est, fruticosa, cytiso et terebintho persimilis. Succum ejus per corticem e trunco multis vulneribus expressum vasis suscipiunt, qui

apricitatis[g] quam ubertatis admiratio est: quippe, cum toto orbe regionis ejus ardentissimus sol sit, ibi tepidi aëris naturalis quædam ac perpetua apricitas inest.[i] 6. In ea regione lacus est Asphaltites, qui propter magnitudinem et aquæ immobilitatem 'Mortuum Mare'[h] dicitur. 7. Nam neque ventis movetur, resistente turbinibus bitumine, quo aqua omnis stagnatur; neque navigationis patiens est,[k] quoniam omnia vita carentia in profundum merguntur; nec materiam ullam sustinet, nisi quæ alumine illinatur.[j] 8. Primum Xerxes,[i] rex Persarum, Judæos domuit: postea cum ipsis Persis in ditionem Alexandri Magni[k] venere, diuque in potestate Macedonici imperii subjecti Syriæ regno fuere. 9. A Demetrio[l] cum descivissent, amicitia Romanorum[m] petita, primi omnium ex Orientalibus liber-

[g] *Sed ille locus non minus est admirabilis propter apricitatem, quam propter ubertatem: quippe cum sol sit ardentissimus tota illa regione, ibi tepidus est aër naturalis, quia locus est opacus, propter arbores quibus vestitur.*
[k] *Quo aqua omnis induratur, neque in eo lacu possunt duci naves.*

b. H. Steph. in Ind. Thesauri v. Κάρπασος malebat *Carpasi*, ex Dioscoride VI. 13. Καὶ ὁ τῆς καρπάσου ὀπὸς ποθεὶς κάρον ἐπιφέρει καὶ πνιγμὸν ὀξύν. Pro *galbana* olim legend. conjeceram *gramina*. Periz. *bals. fundunt*.—3 Flor. Ald. Junt. *illutatur*. Periz. *bitumine illustratur*. Bech. Med. *a lumine illustretur*.—4 Mss. ed. Rom. *accep.*

NOTÆ

tenaci lacti non absimilis est.

[g] *Apricitatis*] Is locus 'apricus' dicitur, ex Solin. non qui soli oppositus sit, sed qui, soli orienti obversus, tepido calori et temperato, non immodico, pateat.

[h] *Mortuum Mare*] Lacus est Asphaltites, ubi olim Sodoma et Gomorrha; qui lacus nec pisces, nec assuetas aquis volucres, patitur, nullumque animalium corpus: unde fama, nihil in eo mergi. In eum Jordanes fl. influit, et torrentes Arnon, Dibon, &c.

[i] *Primum Xerxes*] Nunquam in eos bellum gessit Xerxes; Judæi enim a Cyri temporibus imperio Persico paruerant; et ante Cyrum Nabuchodonozori regi Chaldæorum, a quo in servitutem abducti fuerant.

[k] *In ditionem Alexandri Magni*] Qui a Jaddua pontifice exceptus in templo sacrificavit, Judæisque multa largitus est, professus in Macedonia se eadem, qua summus pontifex sibi in occursum venerat, specie vidisse Deum, qui ad bellum Persicum eum hortaretur.

[l] *A Demetrio*] Seleuci fil. qui Soter dictus est, a quo tamen non penitus devicti Judæi: occisus quidem post multas victorias Judas; sed Jonathas illius frater debilitatæ patriæ vires sua virtute confirmavit.

[m] *Amicitia Romanorum*] Judas Maccabæus, cum victorias a Romanis de hostibus relatas audivisset, missis legatis Romanorum amicitiam et so-

tatem receperunt,[4] facile tunc Romanis de alieno largientibus.[f]

CAP. IV. 1. Per eadem tempora, quibus in Syria regni mutatio inter novos reges alternabatur,[m][1] in Asia rex Attalus[n] florentissimum ab Eumene patruo[2][o] acceptum regnum cædibus amicorum et cognatorum suppliciis fœdabat, nunc matrem anum,[3] nunc Beronicen sponsam maleficiis eorum necatas confingens. 2. Post hanc scelestam violentiæ rabiem, squalidam vestem sumit; barbam capillumque in modum reorum[p] summittit:[n] non in publicum prodire, non populo se ostendere, non domi[4] lætiora[5] convivia inire, aut aliquod signum sani hominis habere, prorsus ut pœnas pendere manibus interfectorum videretur. 3. Omissa deinde regni administratione, hortos fodiebat, gramina seminabat,[6] et noxia innoxiis permiscebat; eaque omnia veneni succo infecta, velut peculiare munus, amicis mittebat. 4. Ab hoc studio, æreariæ artis fabricæ se tradit, cerisque[7] fingendis, et ære fundendo procudendoque oblectabatur.[8] 5. Matri

[f] *Dum Romani facile dant libertatem populis qui subditi erant aliis regibus.*
[m] *Dum fit in Syria mutatio regni, novis regibus pellentibus alios.*
[n] *Nutrit longam barbam et longos capillos, ut solent rei.*

1 Ita Marcian. Capella VI. p. 224. init. 'Umbræ senis alternatæ mensibus.' Med. 2. *alternatæ*. Oros. III. 20. 'Qui hæc pro asserenda omnium temporum alternanti calamitate percenseo.' Ita tres Mss. Flor. Vulg. *alternata*. *Alternare se* quoque dixit Marcian. VII. p. 239. 'In tria se spatia temporis cursus alternat.'—2 Bong. ex Strab. VIII. 624. malebat *patre*, quomodo quosdam invitis libris edidisse ait. Ita sane Ald. Junt. Vid. Perizon. cap. 2. p. 76. Animadv. Hist.—3 *An.* nesciunt Magl. Leid. 4. et Vincentius. Leid. 3. Coll. N. *n. m. suam*.—4 *Domi* abest Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl.—5 Magl. et Vincent. *læta*.—6 Mss. Fuld. quibus accedunt decem alii, ed. Rom. Vincent. *serebat*.—7 Medicei, tres Leid. ed. Bech. Ven. Flor. Ald. Junt. *cæterisque*. Bong. *cærisque*. Vid. Heins. ad Ov. I. F. 158.—8 *Oblectatur* octo Mss. ed. Rom. Bech. Ald. Junt. Vincentius: 'Se tradidit, ac si simulacris ex ære fundendo

NOTÆ

cietatem obtinuit: quod a summis pontificibus identidem deinceps renovatum testatur Joseph.

[n] *Rex Attalus*] Philometor dictus, quod, magnam in matrem pietatem præ se ferens, magnificum illi sepulcrum exstruxerit.

[o] *Eumene patruo*] Attalus Eumenis ex Stratonica fil. fuit: sed Justin. Eumenem pro Attalo posuit, qui, fratre mortuo, pro nepote regnum annis 20. tutoris nomine moderatus est.

[p] *In modum reorum*] Moris enim erat ut rei veste squalida uterentur, barbamque et capillum nutrirent.

deinde sepulcrum facere[9] instituit: cui operi intentus, morbum ex solis fervore[10] contraxit, et septima die decessit.‡ Hujus testamento hæres populus Romanus[q] tunc instituitur. 6. Sed erat ex Eumene Aristonicus,[r] non justo matrimonio, sed ex pellice Ephesia citharistæ cujusdam filia genitus, qui post mortem Attali velut paternum regnum Asiam invasit. 7. Cum multa secunda prælia adversus civitates,[s] quæ metu Romanorum tradere se[11] ei[12] nolebant, fecisset, justusque rex jam videretur, Asia Licinio Crasso[t] consuli decernitur: 8. qui intentior Attalicæ prædæ, quam bello, cum extremo anni tempore inordinata acie prælium conseruisset, victus pœnas[u] inconsultæ avaritiæ sanguine dedit.[w] 9. In hujus locum missus Perperna[13] consul[x] prima congressione Aristonicum superatum in potestatem suam redegit; Attalicasque gazas, hæreditarias

procudendoque oblectaretur.'—9 Leid. 1. 3. 4. Coll. N. *parare*.—10 Med. 1. Magl. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *ardore*.—11 Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *se trad*.—12 *Eidem* Med. 1. Magl. Periz. Reg. Bodl. ed. Rom.—13 Sic Med. 2. Oros. v. 10. Fasti Capitolini. Val. M. vi. 2. 8. 'Prætorius vir Perperna.' Add. eund. iii. 4. 5. et Vell. ii. 2. et 10.

NOTÆ

‡ A. M. 3920. Ol. 161. 3. U. C. 619. Ant. Ch. 132.

[q] *Hæres populus Romanus*] Ubi Eudemus Pergamenus tabulas testamenti, quibus populus Romanus hæres regis scriptus erat, Romam attulit. Tiberius Gracchus legem de pecunia in populum dividenda tulit, quæ et auctori suo et multis aliis exitio fuit.

[r] *Aristonicus*] Quem 'regii sanguinis ferocem juvenem' Flor. 'mentitum regiæ stirpis originem' dicit Vell.

[s] *Adversus civitates*] Myndum, Samum, Colophonem, Flor. nominat.

[t] *Licinio Crasso*] Cui bonorum 5. præcipua contigerant ex Gellio, quod esset ditissimus, nobilissimus, eloquentissimus, juris consultissimus, et pontifex maximus.

[u] *Victus pœnas*] Illi tamen aderant Nicomedes Bithynius, Mithridates Ponticus, Ariarathes Cappadox, et Pylamenes Paphlagon. Ex Eutrop. et Oros.

[w] *Sanguine dedit*] Romano exercitu fugato, Crassus ab hoste circumventus undique, virgam, qua usus erat ad regendum equum, in Thracis cujusdam oculum impegit: quo vulnere ferocior barbarus illius latus transegit ferro. Caput oblatum Aristonico, corpusque Smyrnæ sepultum. Ita Eutrop. Hæc tamen post Crassum ab hostibus captum accidisse refert Flor.

[x] *Perperna* [*Perpenna*] *consul*] Perperna a plerisque dicitur; qui, audita Crassi clade, advolavit in Asiam, et Aristonicum recenti elatum victoria improviso bello adortus superavit, obsessumque Stratonicæ, quo fugerat, fame coëgit ad deditionem, ut tradit Oros.

populi Romani, navibus impositas, Romam deportavit.[o y] 10. Quod ægre ferens successor ejus Manius Aquilius[z] consul, ad eripiendum Aristonicum Perpernæ, veluti sui potius triumphi munus esse deberet,[p] festinata velocitate contendit. 11. Sed contentionem consulum mors Perpernæ diremit. 12. Sic Asia, Romanorum facta, cum opibus suis vitia quoque[a] Romam transmisit.

[o] *Detulit Romam gazas et opes, quarum hæredem Attalus fecerat populum Romanum.*

[p] *Quasi deberet suum potius quam Perpennæ triumphum decorare.*

NOTÆ

[y] *Romam deportavit*] Non Romam rediit Perpenna; nam ap. Pergamum in Asia diem obiit, ex Eutrop. et Oros. Aristonicus vero jussu senatus in carcere strangulatus est.

[z] *Manius Aquilius*] Qui belli reliquias confecit, corruptis veneno fontibus: quod multum de victoriæ gloria detraxit.

[a] *Vitia quoque, &c.*] 'Syria prima nos victa corrupit; mox Asiatica Pergameni regis hæreditas,' inquit Flor. Hoc Attali stemma fuit. Ducebat originem ex Attalo filio Philetæri Tyanæi, qui custos erat gazæ Lysimachi, in oppido Pergameno, cujus filius ex Achæi filia Attalus primus Pergami rex fuit, Romanisque contra Philippum auxilium tulit. Huic Eumenes filius successit, qui juvit Romanos contra Antiochum Magnum, et Perseum; ejusque ex Stratonica filius Attalus Romanos dixit hæredes.

LIBER XXXVII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Massilienses pro Phocæensibus apud Romanos deprecantur. Regibus, qui adversus Aristonicum auxilia tulerant, præmia a Romanis persoluta. Tragœdiæ in Cappadocia et Ponto. Mithridati Euergetæ, Ponti regi, succedit Mithridates Eupator. 2. Ejusdem futura magnitudo prædicta, occupationes, vindicta. 3. Ejusdem res gestæ, et domi ab uxore periculum. Ejusdem exercitia militaria, Cappadociæ et Galatiæ occupatio, atque superbum Romanis responsum.

CAP. I. 1. Capto Aristonico, Massilienses pro Phocæensibus, conditoribus suis, quorum urbem senatus, et omne nomen, quod et tunc, et antea Antiochi bello, infesta contra populum Romanum arma tulerant,[1] deleri jusserat, legatos Romam deprecatum misere,[a] veniamque his a senatu obtinuere.* 2. Post hæc regibus, qui adversus Aristonicum auxilia tulerant, præmia persoluta: Mithridati Pontico Phrygia Major;[a] filiis Ariarathis, regis Cappadociæ, qui eodem bello occiderat,[2] Lycaonia[b] et Cilicia datæ; 3. fideliorque[3] populus Romanus in socii[4] filios, quam mater[5] in liberos fuit: quippe hinc parvulis auctum regnum, inde vita ademta.[6] 4. Namque Laodice ex numero sex filiorum, quos virilis sexus ex Ariarathe rege susceperat, timens ne non diutina regni administratione[6] adultis quibusdam potiretur,[7] quinque parricidali[8] veneno necavit:

[a] *Capto Aristonico, Massilienses miserunt Romam legatos, ut precarentur pro Phocensibus, conditoribus suis; quorum et urbem et nomen senatus jusserat deleri, quod tulerant arma infesta contra populum Romanum, et antea pro Antiocho, et tunc pro Aristonico.*

[b] *Nam mater occidit parvulos filios, quorum regnum populus Romanus auxerat.*

1 Med. 1. *sumpserant.* Ita Cic. pro Ligario 3. 'Judicio ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumta contra te:' et simpliciter *sumere arma* I. Tusc. Disp. 35. 'Non imparatus arma sumsisset.' Supra II. 4. 4. 'Horum uxores, cum viderent exilio additam orbitatem, arma sumunt,' et §. 22. 'Ut paucæ repentino tumultu excitæ arma sumerent.' Tac. III. H. 24. 'Cur rari sumsissent arma.' Add. notam Casauboni ad Suet. Jul. 60.—2 Periz. *cecid.*—3 Uterque Med. Leid. 2. 5. Bodl. Periz. *fidiorque.*—4 Med. 1. iid. Leid. *sociorum.*—5 Leid. 3. *fides melior populo Romano in socii filios, q. matri.*—6 Sic Med. 2. ed. Ald. Junt. At Bech. Ven. Flor. Med. Par. *ne diut. r. a.* Plerique Mss. *ne non diut. a. r.* Leid. 2. *ne mora diut. a. r.* Bodl. *ne non mora d. a. r.*—7 Iid. *daretur.* Leid. 4. ed. Rom. *pateretur.* Periz. *ne diut. a. r. ad. q. privaretur.*—8 Med. 1. Leid. 1. 3. 4. 5. Bodl. Coll. N. *parricidali:* ut XXVII. 1. 10. ex Med. 1. Magl. Leid. 1. 2. 4. Periz. Thuan. 'Parricidale scelus:' et inf. ex utroque Med. Leid. 1. 3. 'Parricidales discordiæ;' idemque ex Ms. Duisb. vulgato *parricidiales* præfert Duker. ad Flor. III. 21. init. Id. adjectivum occurrit ap. Solin. cap. 1. p. 5. D. ed. Salm. 'Voluntas parricidalis,' et Hegesipp. ut I. 2. 'Immanitas parricidalis:' 6. 'Tentamentum flagitii parricidalis:' 8. 'Hostia parricidalis:' 41. 'Parricidales cogitationes;' atque 'Animus parricidalis:' et 45. 'Venena parricidalia;' v. 18. 'Sententiæ parricidales:' 22. 'Spectaculum parricidale:' et 41. 'Parricidalis convivii

NOTÆ

* A. M. 3925. Ol. 162. 4. U. C. 624. Ant. Ch. 127.

[a] *Ph.* [*Syria*] *Major*] *Phrygia M.* legend. est, ut patet ex seqq.

[b] *Lycaonia*] Asiæ Minoris regio, inter Isauriam, Armeniam Minorem, et Ciliciam, a qua monte Tauro dividitur.

5. unum parvulum sceleri matris cognatorum custodia eripuit,[c] qui post necem Laodices (nam,[9] propter crudelitatem, eam[10] populus extinxerat) solus regno potitus est. 6. Mithridates quoque[c] repentina morte interceptus, filium, qui et ipse Mithridates dictus est, reliquit: 7. cujus ea postea magnitudo fuit, ut non sui tantum temporis, verum etiam superioris ætatis, omnes reges majestate superaverit,[11] bellaque cum Romanis per quadraginta sex annos[d] varia victoria gesserit: 8. cum eum[12] summi imperatores, Sylla, Lucullus,[e] ceterique, in summa Cneus Pompeius,[13] ita vicerint, ut major clariorque instaurando bello resurgeret,[d][14] damnisque suis terribilior redderetur. 9. Denique

[c] *Cognati custodierunt diligenter clam unum parvulum, ne mater eum etiam occideret.*

[d] *Ita eum superaverint, ut semper habuerit majores vires ad bellum reparandum.*

ministerium:' et ap. Saxonem, ut III. p. 49. 28. 'Parricidales manus,' et p. 55. 40. 'Parricidales favillæ:' XI. p. 220. 43. 'Cruor parricidalis,' et XIV. p. 298. 30. 'Parricidalibus bellis.' Ita *conjugalis, præsidalis, confinalis, convivalis.* Saxo X. p. 200. 53. 'Conjugalia sacra.' Symmach. I. Ep. 107. 'Præsidalis provincia.' L. 6. D. de Hæred. petit. 'Acta præsidalia.' L. 17. et 18. Cod. de His qui acc. n. p. 'Præsidale judicium.' L. 11. C. de Pignor. act. 'Præsidalis jussio.' Ravennas anonymus IV. 11. 'Quæ [patria Sarmatorum] confinalis existit cum prænominata Roxolanis.' Curt. VIII. 5. f. 'Convivales ludi.' Saxo V. p. 69. 10. 'Convivalia gaudia:' ead. p. 14. et III. p. 56. 33. 'Convivales plausus.'—9 Med. 1. Leid. 3. Coll. N. *quam*, et *eam* omittunt.—10 *Eam* nesciunt Thuan. Leid. 4.—11 Coll. N. *præiverit.* Mss. Bong. *præierit.*—12 Flor. Ald. Junt. *quem*, idemque in impressis exemplaribus reperit Bong.—13 Coll. N. *in s. C. quoque Pompejus.* Mss. Bong. *in s. Gneus quoque P.*—14 Bech. Ven. Flor. Med. Par. *ut m. clariorque resurg. inst.* (Flor. *in rest.*) *prælio.* Ald. Junt. *ut m. clariorque resurg. in rest. bello.* Scripsisse videtur Just. *ut major clariorque inst. bello resurg.* Appian. de B. Mithr. p. 412. de Mithridate: Ἐς τε τὴν Ἑλλάδα ἐμβαλὼν, πολλὰ καὶ μεγάλα ἔδρασε· καὶ τῆς θαλάσσης ἀπὸ τῆς Κιλικίας ἐπὶ τὸν Ἰόνιον ἦρξε, μέχρι Σύλλας αὐτὸν αὖθις ἐς τὴν πατρῴαν ἀρχὴν συνέκλεισεν, ἑκκαίδεκα στρατοῦ μυριάδας ἀποβαλόντα, καὶ τοσῷδε παίσματι συμπεσὼν, ὅμως ἀνεκίνησε τὸν πόλεμον εὐμαρῶς· στρατηγοῖς τε συνεχθεὶς ἐς μάχας τοῖς ἀρίστοις, Σύλλα μὲν ἡττᾶτο καὶ Λουκούλλου καὶ Πομπηΐου: et paulo

NOTÆ

[c] *Mithridates quoque*] Cui Euergetes nomen fuit, ejus vero filius Eupator dictus est. Ex Appian. et Dionys.

[d] *XLVI. annos*] Quot annis h. bellum duraverit, incertum: Plin. et Oros. 30. annos numerant, Flor. et Eutrop. 40. Appian. 42. Si tamen ratio temporis a cœpto bello ineatur, annos tantum 27. vel 29. reperias.

[e] *Sylla, Lucullus*] De iis non nihil postea dicetur: sed breviter hæc perstringit Justin. quia notæ omnibus erant de Mithridate illorum ducum victoriæ.

ad postremum non vi hostili,[15] sed voluntaria morte,[f] in avito regno, senex,[g] hærede filio, decessit.

Cap. II. 1. Hujus futuram magnitudinem etiam cœlestia ostenta prædixerant. 2. Nam et eo quo genitus est anno, et eo, quo regnare primum cœpit, stella cometes[h] per utrumque tempus[i] septuaginta[j] diebus[k] ita luxit,[e] ut cœlum omne flagrare[2] videretur. 3. Nam et magnitudine sui quartam[3] partem cœli occupaverat; et, fulgore sui, solis nitorem vicerat; et, cum oriretur[4] occumberetque,[5] quatuor spatium horarum[l] consumebat.[6] 4. Puer tutorum insidias passus est, qui eum fero equo[m] impositum equitare jacularique cogebant: 5. qui, conatus cum eos fefellissent,[7] supra ætatem regente equum Mithridate, veneno eum appetivere.[f] 6. Quod metuens, antidota sæpius bibit,

[e] *Stella, quæ dicitur cometes, ita luxit diu et noctu per dies septuaginta.*
[f] *Quæ omnia cum non nocuissent Mithridati, qui equum regebat melius quam solent pueri, eum voluerunt tollere veneno.*

post: Τὸ φρόνημα δ' ἦν ἀεὶ κἀν ταῖς συμφοραῖς μέγας καὶ φερέπονος, ἐς οὐδεμίαν γέ τοι κατὰ Ῥωμαίων ὁδὸν εἰς ἐπιχείρησιν οὐδ' ἡττώμενος παρέλιπεν.—15 Ita Ms. Coll. N. Reliqui Mss. et vett. edd. *vi host. victus.* Vid. Bong. ad v. 1. 10.

1 Med. 2. *septuagenis.* Ald. Junt. *septem.*—2 Medicei, Leid. 2. 5. Periz. Bodl. *conflag.* Vincent. 'LXXX. d. ita l. ut c. o. conflag.'—3 Lips. legend. suspicabatur *aliquantam.*—4 Bodl. *moreretur.* Medicei *cum oreretur*, ut L. 2. §. 18. D. de Orig. Juris: 'Cum crebra orerentur bella.' Ita Ms. atque ed. Flor.—5 *Occideretque* Med. 2.—6 *Consummabat* Leid. 4. 'Cum oriretur occumberetque vel VIII. vel VII. horarum spatium consummabat' Vincent. qui mox habet 'jaculari equitareque.'—7 Med. 2. Leid. 2. 3. 4. ed. Flor. Ald.

NOTÆ

[f] *Voluntaria morte*] A Pharnace filio, qui ab exercitu fuerat rex salutatus, insidiis appetitus Mithridates, venenum, quod circa gladium perpetuo ferebat, sumsit. Cum vero ob quotidianam pharmacorum consuetudinem vis veneni nihil illi noceret, vel a Gallorum duce occidi se jussit, ut habet Flor. vel, cum gladio se ictu non mortifero petiisset, a juvenibus, quos in filium miserat, gladiis confossus est.

[g] *Senex*] Annos 8. vel 9. supra 60. vixit, ex Appian. vel 72. ex Eutrop. non 92. ut vult Justin.

[h] *Stella cometes*] Dicitur Ov. 'stella comans,' Plin. et aliis 'sidus crinitum:' est enim 'cometæ' vox adjectiva; qua cum auctores absolute utuntur, stellam subintelligunt.

[i] *Utrumque tempus*] Noctu sc. et interdiu.

[k] *Septuaginta diebus*] Spatium, quo cometæ cernuntur, brevissimum est dierum 7. longissimum 80. ex Plin.

[l] *Quatuor spatium horarum*] De ipsius cauda illud intelligit, quæ in tantam longitudinem porrecta erat, ut quartam cœli partem occuparet.

[m] *Fero equo*] 'Ferus' aliquando adjective, nonnunquam substantive, ponitur; equumque significat ap. Virgil.

et ita se adversus insidias exquisitioribus remediis[8] stagnavit,[g] ut ne volens quidem senex veneno mori potuerit.[n] 7. Timens deinde, ne inimici, quod veneno non potuerant,[9] ferro peragerent, venandi studium finxit, quo per septem[10] annos neque urbis neque ruris tecto usus est: 8. sed, per sylvas vagatus, diversis montium regionibus pernoctabat, ignaris omnibus, quibus esset locis;[11] assuetus feras cursu aut fugere[12] aut persequi, cum quibusdam etiam viribus congredi. 9. Quibus rebus et insidias vitavit, et corpus ad omnem virtutis patientiam[13] duravit.[h]

Cap. III. 1. Ad regni deinde administrationem cum accessisset, statim non de regendo, sed de augendo[1] regno cogitavit. 2. Itaque Scythas invictos antea, qui Zopyriona Alexandri Magni ducem cum triginta millibus armatorum deleverant; qui Cyrum Persarum regem cum ducentis millibus trucidaverant; qui Philippum Macedonum[o] regem fugaverant, ingenti felicitate perdomuit.[p] 3. Auctus igitur viribus, Pontum quoque, ac deinceps Cappadociam occupavit.† 4. Cum de Asia tractaret, tacitus cum qui-

[g] *Et ita se munivit remediis præstantissimis contra venenum.*
[h] *Et ita roboravit vires corporis, ut posset quoscumque labores pati.*

Junt. *fefellisset.*—8 Med. 1. Leid. 2. 3. 5. Periz. et Vincent. VI. 100. *exquisitis tutioribus rem.* Med. 2. *exquisiti sortitus rem.*—9 Med. 1. Leid. 2. 5. *potuerint.* Vincent. VI. 101. 'poterant.'—10 Flor. *quattuor.* Vincent. et edd. quibus usus est Bong. atque Bech. Ven. Med. Par. *quapropter quattuor.*—11 Thuan. ed. Rom. *in locis.*—12 Med. 1. Leid. 1. 2. 3. 4. ed. Bong. et Vincent. *fugare.* Rom. *fatigare.*—13 Ita Mss. ed. Bech. Ald. Junt. aliæque, ac Vincent. 'Patientia' pro usu. Inf. cap. 4. 2. 'Exercitum quoque suum ad parem laboris patientiam quotidiana exercitatione durabat.' L. Sen. VI. Benef. 24. 'Non vides, quemadmodum teneram liberorum infantiam ad salubrium rerum patientiam cogant?' 'Virtutis,' i. e. fortitudinis, ut recte interpretatur Bern.

1 Leid. 3. *ampliando.* Ita 'ampliare regnum' Auctor dixit VII. 4. 2.

NOTÆ

[n] *Veneno mori potuerit*] Similem plane historiolam refert Galenus de anu Atheniensi, quæ cicuta pro cibo uti solebat.

[o] *Philippum Macedonum, &c.*] Sibi non consentit Justin. qui victos a Philippo Scythas prius memorat.

[p] *Perdomuit*] Refert Strabo Scythas a Mithridate ad Mæotidem paludem, indeque ad Colchos usque, devictos fuisse.

† A. M. 3960. Ol. 171. 3. U. C. 659. Ant. Ch. 92.

busdam amicis regno[a] profectus,[a] universam nemine sciente[3] pervagatus est, omniumque urbium situm[4] ac regiones cognovit. 5. Inde in[5] Bithyniam transcendit, et, quasi[6] dominus Asiæ, opportuna quæque victoriæ suæ metatus[7] est.[b] 6. Post hæc in regnum, cum jam perisse crederetur,[1] reversus est, invento parvulo filio, quem per absentiam ejus Laodice soror uxorque enixa fuerat. 7. Sed inter gratulationem adventus[8] sui, et filii geniti, veneno periclitatus est: siquidem Laodice soror, cum perisse eum crederet, in concubitus amicorum[9] projecta, quasi admissum facinus majore scelere tegere[10] posset, venenum advenienti paravit. 8. Quod cum ex ancilla[11] Mithridates cognovisset, facinus in auctores[12] vindicavit.

Cap. iv. 1. Hyeme deinde appetente,[1] non in convivio, sed in campo; non in vacationibus,[2 q] sed in exercitationi-

[a] *Cum vellet subigere Asiam, clam profectus est ex regno cum quibusdam amicis.*

[b] *Et vidit quæ loca essent opportuna ad victoriam de hostibus referendam.*

'terminos imperii' xiii. 6. 7. et 'fines regni' xxxv. 1. 1.—2 Medicei, tres Leid. Bodl. ed. Jens. Bech. Med. Ald. Junt. *a r.* Vincent. 'e r.' quomodo legend. conjecerat Græv. Magl. *de r.*—3 Medicei, Magl. Leidenses, Bodl. Reg. Cant. Coll. C. C. ed. Rom. Ald. Junt. et Vincent. *sentiente.* vii. 1. 5. 'Non sentientibus oppidanis.'—4 Periz. *situs.*—5 Vulg. *Inde.* Leid. 3. Periz. ed. Rom. et Vincent. *Inde in.* Magl. *Deinde in.* Ita xxiii. 1. 2. 'In Italiam transcendit.' Liv. xxxi. 38. 'Fama erat, Pleuratum Dardanosque jam in Macedoniam transcendisse.'—6 Med. 2. Coll. N. ed. Jens. Rom. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. atque Vincent. *et q. jam.*—7 Ald. *opp. q. vict. metitus.* Flor. Junt. *opp. q. vict. meditatus.* Præstat vulgatum. Vid. notam Avi ad Liv. xxxviii. 17. Mox Vincent. 'Post hoc,' qui 'filio' nescit.—8 Med. 2. Magl. Periz. ed. Rom. Ald. Junt. aliæque *sed inter gratulationem,* (Med. 2. *gratulationes*) *post longam peregrinationem, adv.*—9 Med. 2. *amic. mariti.*—10 Med. 1. *deleri.* xxxii. 3. 16. 'Neque hæc ante mutata sunt, quam ignominiam bello acceptam virtute delerent.' Cic. de Invent. ii. 36. 'Si beneficia proferet: aut aliqua de causa facta, non propter benevolentiam demonstrabit: aut postea odium acre esse susceptum, aut illa omnia maleficiis esse deleta.' Arridet tamen vulgatum. Senec. Hippol. 725. 'Scelere velandum est scelus.'—11 Medicei, Magl. Leid. 2. 3. 5. Bodl. Thuan. Periz. Coll. N. et C. C. ed. Rom. *ex ancillis.* Leid. 4. *ab ancilla.* Vincent. *Cum hoc ex ancillis.*—12 Saxo xiv. p. 276. 2. 'Dum regis necem in auctores vindicare conatur.' Sextum quoque casum præpositioni addidit Lactant. ii. Inst. 4. 'Cum isti tot ac tanta sacrilegia in Dionysio non vindicaverint.'

1 Saxo xiv. p. 313. 23. 'Vere appetente:' et p. 368. 27. 'Appetente publici jejunii tempore.' Medicei, Leid. 2. 5. Periz. *adveniente.* Bech. Ald. Junt. aliæque *imminente.*—2 Bodl. *nec in vocation.* Med. 2. Leid. 2. 4. Periz. Thuan.

NOTÆ

[q] *Vacationibus*] Alii *advocationibus,* alii *vocationibus,* h. e. invitationibus

bus; nec inter sodales,[r] sed inter æquales, aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat. 2. Exercitum quoque suum ad parem laboris patientiam quotidiana exercitatione[3] durabat: atque ita invictus ipse inexpugnabilem exercitum fecerat. 3. Inita deinde cum Nicomede societate, Paphlagoniam invadit, victamque cum[4] socio dividit. 4. Quam cum teneri a regibus senatui nuntiatum esset, legatos ad utrumque misit,[‡] qui 'gentem restitui in pristinum statum' juberent. 5. Mithridates, cum se jam parem magnitudini Romanorum crederet, superbo responso 'hæreditarium patri suo regnum obvenisse' respondit; 'mirarique se, quod, quæ ei relata controversia[5] non fuerit, sibi referatur.'[6] 6. Nec territus minis Galatiam quoque occupat. 7. Nicomedes, quoniam se tueri jure non potuerat, 'justo regi redditurum' respondit. 8. Atque ita filium suum, mutato nomine, Pylæmenen[s] Paphlagonum regum

Coll. N. et C. C. Cant. *non* (Med. Leid. 3. 4. Coll. C. C. *nec*) *in advocation.* Med. 1. Leid. 5. *nec in avocation.* quomodo ex conj. legit Avus ad Livii Epit. lxix. Ita *avocavit* pro *evocavit* emendand. videbatur Patruo ap. Val. M. ix. 1. 'Illa [Campania] vigilantissimum ducem, illa exercitum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris usu lasciviore, ad somnum et delicias avocavit.' Ceterum τὸ *advocation.* prætulisse τῷ *avocation.* postea videtur Avus, siquidem conjecturam, qua in ed. Livii A. 1646. *avocation.* legend. suspicabatur, in ed. A. 1664. prætermisit. Voss. ad Catull. xliv. hunc l. e suo Cod. ita refingend. esse existimabat: *nec in avocationibus aut inter sodales; sed inter coæquales aut equo aut &c.* In omnibus quos consului Mss. extat *deinde:* verum *appetente* præferunt Mss. Bong. Leid. 3. 4. s. Voss. 1. 2. iidemque dant *nec in advocation. nec i. s. sed i. coæq.* Horum igitur codd. auctoritate *sed in exercit.* velut superflua, expungenda existimabat Voss. Extant tamen illa in Ms. Bongarsiano, Med. 2. Magl. Leid. 5. s. Voss. 3. in quo etiam *nec in avocation.* scriptum est: quod a Justini manu venisse crediderim, idque pluribus tuetur Burm. ad Anthol. iii. 5. 12.—3 Ita sup. cap. 2. 9. 'Corpus ad omnem virtutis patientiam duravit.' Med. 2. *cotidiano exercitio.* Ut vi. 4. 13. 'Induratus multis expeditionibus Agesilai exercitus:' et xxxviii. 10. 1. 'Exercitum multis finitimorum bellis induraverat:' ubi Periz. dat *durav.* Id. Ms. h. l. *exercitumque suum ad laboris patientiam cotidiana exerc. d.*—4 *Cum* Medicei, Leid. 5. male omittunt.—5 Periz. *mirari se quidem, cum ei illata contr.* Rom. *mirarique se, quod cum ei rel.* Ald. Junt. *quod quæ ei contr. rel.*—6 Flor. Bech. Ven. Med. Par. *mirarique se, quæ ei contr. relata non*

NOTÆ

et conviviis, legunt: sed Lips. ad Tac. *vacationibus* recte dici contendit, quod sonat, vacationibus militarium operum. Sic 'vacationes munerum' vocat Tac.

[r] *Inter sodales*] Erat sodalitium, quod Græci ἑταιρείαν appellant: Cic. vero 'sodalitates' vocat.

‡ A. M. 3965. Ol. 172. 4. U. C. 664. Ant. Ch. 87.

[s] *Pyl.* [*Philiamenem*] Pylæmenem nominat Oros. Quin etiam Home-

nomine appellat,[7] et, quasi stirpi regiæ reddidisset regnum, falso nomine tenet. 9. Sic ludibrio habiti legati Romam[8] revertuntur.

fuerit, sibi referant. Flor. *referantur.*—7 Thuan. Bodl. *regem app.*—8 Rom. *Romanorum leg. R.*

NOTÆ

rus Pylæmenis cujusd. Paphlagonum olim Pylæmenia dicta est.
regis meminit; a quo Paphlagonia

LIBER XXXVIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Mithridates regni sui auspicia parricidiis polluit; et callidis artibus Ariarathen Cappadocem trucidat. 2. Novæ Mithridatis et Nicomedis tragœdiæ, quas senatus Romanus utcumque sedat. 3. Mithridates Tigranen in societatem belli adversus Romanos trahit; et, proconsulibus Romanis fusis, ingenti civitatium Asianarum favore excipitur. 4. Oratio Mithridatis, in qua rationes suas exponit, cur bellum sit Romanis inferendum. 5. Romanos, dum occupati essent, adoriundos esse censet, justum bellum illud ostendens. 6. Malas eorundem artes et originem detegit. 7. Stirpis suæ nobilitatem, suorumque libertatem ac fortitudinem opponit; nec non belli facilitatem, liberalitate ac munificentia milites alliciens. 8. Ptolemæus Physcon in Ægypto multiplici scelere omnia turbat, et a suis pellitur. 9. Demetrii Syriæ regis, fortunæ ludibrii, casus varii. 10. Antiochus, Demetrii frater, Parthos bello aggreditur, et in prælio a suis desertus occiditur.

CAP. I. 1. Mithridates parricidia a nece[1] uxoris auspicatus, sororis alterius Laodices filios, cujus virum Ariara-

1 Med. 2. Magl. Leid. 2. 4. Bodl. Periz. Coll. N. Rom. ed. Bongarsii,

then, regem Cappadociæ, per Gordium insidiis occiderat, tollendos statuit;[a*] nihil actum morte patris existimans, si adolescentes paternum regnum, cujus ille cupiditate flagrabat, occupassent. 2. Igitur, dum in his cogitationibus versatur, interim Nicomedes, rex Bithyniæ, vacuam morte regis Cappadociam invadit. 3. Quod cum nuntiatum Mithridati fuisset, per simulationem pietatis auxilia sorori ad expellendum Cappadocia Nicomeden mittit. 4. Sed jam Laodice[a] per pactionem se Nicomedi in matrimonium tradiderat. 5. Quod ægre ferens Mithridates, præsidia Nicomedis Cappadocia expellit; regnumque sororis filio restituit: egregium prorsus factum, ni subsecuta fraus esset.[a] 6. Siquidem interjectis mensibus simulat, se Gordium, quo ministro usus in Ariarathe interficiendo fuerat, restituere in patriam velle, sperans, si obsisteret adolescens, causas belli futuras; aut, si permitteret, per eundem filium tolli posse, per quem interfecerat patrem. 7. Quod ubi Ariarathes junior[3] moliri cognovit,[4] graviter ferens interfectorem patris per avunculum potissimum ab exilio revocari, ingentem exercitum contrahit. 8. Igitur, cum in aciem eduxisset Mithridates peditum octoginta millia, equitum decem millia, currus falcatos[b] sexcentos; nec Ariarathi,

[a] *Statuit occidere filios Laodices sororis suæ, cujus maritum Ariarathem regem Cappadociæ curaverat necari insidiis per Gordium.*

Vossii et Fabri, *parr. nece.* Ita Val. M. v. 4. 4. 'Et ingenium et adolescentiam præclaro opere auspicatus.' Apul. VIII. M. p. 158. 'Noli parricidio nuptias auspicari.' Saxo I. p. 5. 34. 'Ut prorsus insolentia ac scelere regnum auspicari videretur:' X. p. 192. 19. 'Adolescentiam suam præclaro aliquo opere auspicari cupivit:' et XIV. p. 280. 45. 'Ut regni initia strenuis militiæ operibus auspicaretur.'—2 Med. 2. *fuisset.*—3 Leid. 2. Coll. N. *minor.*—4 Med. 1. *Ar. per multos cogn.*—4 Periz. *incertum eventum,* quod ex

NOTÆ

* A. M. 3965. Ol. 172. 4. U. C. 664. Ant. Ch. 87.

[a] *Laodice*] Uxòr fuit Ariarathis, qui Aristonico bello occiderat: quare falsus est Justin. nec enim Ariarathem illum occidi jussit Mithridates: vel Ariarathis mater et uxor Laodice nomen habuit.

[b] *Currus falcatos*] Quales fuerint hi currus tradit Cic. 'Ex summo temone hastæ præfixæ ferro eminebant. Utrinque a jugo ternos direxerant gladios, et inter radios rotarum plura spicula eminebant in adversum. Aliæ deinde falces summis rotarum orbibus hærebant, et aliæ in terram

auxiliantibus finitimis regibus, minores copiæ essent, incertum[4] belli[c] timens, consilia ad insidias transfert; 9. solicitatoque juvene ad colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori ab Ariarathe regio more[d] misso, curiosius imum ventrem pertractanti, ait, 'caveret, ne aliud telum inveniret, quam quæreret.' 10. Atque ita risu protectis insidiis, sevocatum ab amicis velut ad secretum sermonem, inspectante utroque exercitu, interficit:[5] regnum[6] Cappadociæ octo annorum filio, imposito Ariarathis nomine, additoque ei rectore Gordio, tradidit.[7]

CAP. II. 1. Sed Cappadoces, crudelitate ac libidine præfectorum vexati, a Mithridate deficiunt; fratremque regis et ipsum Ariarathen nomine ab Asia, ubi educabatur, revocant: 2. cum quo Mithridates prælium renovat, victumque Cappadociæ regno expellit.[1] Nec multo post adolescens, ex ægritudine collecta infirmitate, decedit. 3. Post hujus mortem Nicomedes timens, ne Mithridates accessione Cappadociæ etiam Bithyniam finitimam invaderet, subornat puerum eximiæ pulchritudinis, quasi Ariarathes tres, non duos filios genuisset, qui a senatu Romano paternum regnum peteret. 4. Uxorem quoque Laodicen Romam mittit, ad testimonium trium ex Ariarathe susceptorum filiorum. 5. Quod ubi Mithridates cog-

interpolatione est. Hegesipp. I. 11. f. 'Quorum maxima pars incerto fugæ dispersa extinguitur.' L. 3. Cod. de Vet. Jure enucl. 'Ut humanæ naturæ incertum repleat.' Claudian. Mamertus III. de Statu Animæ 4. 'Ex opinionis incerto.' Salvian. Epist. 9. init. 'Per opinionis incertum.' Ib. versus finem: 'Positus itaque in hoc ambiguæ opinionis incerto,' &c. Eleganter quoque vetus Interp. verba D. Pauli I. ad Timoth. 6. 17. *Μηδὲ ἠλπικέναι ἐπὶ πλούτου ἀδηλότητι* Latine transtulit *neque sperare in incerto divitiarum.* Vid. Avum Obs. in Script. Eccles. 6. p. 67. et Vorst. de Latin. mer. Susp. 7. p. 67.—5 Leid. 1. *interfecit.*—6 Med. 1. Magl. Periz. ed. Rom. *regnumque.*—7 Ead. cum Mediceis, Magl. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *tradit.*

1 Med. 2. *pellit.*—2 Ita Medicei, Leid. 2. 3. 5. Periz. Coll. N. *asueret* mendose Leid. 1. *assereret* Magl. Leid. 4. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. idque tuetur Dresig. tom. III. Supplem. ad Nova Acta Lips. p. 229. *Assertu* et *asseverata* etiam inter se miscentur in Cypriani Epist. 42. 'A quibus hæc omnia cum lætitia communi asserta sunt firmiter et probata:' ubi Ms. *A. q. h. o. nobis cum l. c. asseverata sunt, &c.*—3 Sic Med. 1. Leid. 1. 2. 4. Thuan. Periz. Coll. N. ed. Rom. Ita I. 8. 9. 'Orbitatis dolorem in ultionis solatia intendit.' XI. 6. 13. 'Quos rex impense ad ceterorum solatia humatos statuis equestribus donavit:' et XIX. 3. 4. 'Deferre se tamen civibus suis non modica solatia.' Saxo I. p. 14. 21. 'Sed nec mortis Asmundi solatia defuere.' Hic vulg. *solatium.*

1 Bech. Junt. Ven. Par. Ald. Mss. Medicei, Leid. 2. 3. 4. Bodl. Coll. N. *nec olim.*—2 Magl. Periz. ed. Rom. Flor. *olim ab*, omissa *sed.* Leid. 1. *nec ab.*

NOTÆ

demissæ, quicquid obvium, concitatis equis, amputaturæ.' Ead. fere Liv. et Diod.

[c] *Incertum belli*] Malim *incerta belli*: sic enim habet et Liv. 'incerta casuum;' et Tac. 'incerta noctis.'

[d] *Regio more*] Moris esse scrutari salutantes patet ex Plutarchi Timoleonte et Dione: quem morem Romæ primus usurpavit Augustus, dum senatum legeret. Ex Plut.

novit, et ipse pari impudentia Gordium Romam mittit, qui senatui asseveret,[2] 'puerum, cui Cappadociæ regnum tradiderat, ex eo Ariarathe genitum, qui bello Aristonici auxilia Romanis ferens cecidisset.' 6. Sed senatus, studio regum intellecto aliena regna falsis nominibus furantium, et Mithridati Cappadociam, et Nicomedi, ad solatia[3] ejus, Paphlagoniam ademit.[b] 7. Ac, ne contumelia regum foret ademtum illis, quod daretur aliis,[c] uterque populus libertate donatus est. 8. Sed Cappadoces, munus libertatis abnuentes, negant 'vivere gentem sine rege posse.'[e] Atque ita rex illis a senatu Ariobarzanes constituitur.

CAP. III. 1. Erat eo tempore Tigranes[f] rex Armeniæ, obses Parthis ante multum temporis datus, sed olim[1] ab[2] iisdem in regnum paternum remissus. Hunc Mithridates mire ad societatem Romani belli, quod olim meditabatur, pellicere cupiebat. 2. Nihil igitur de offensa Romanorum sentientem per Gordium impellit, ut Ariobarzani, segni ad-

[b] *Sed senatus videns reges illos usurpare regna aliorum sub nomine principum, quos falso fingebant esse ex stirpe regia, ademit et Cappadociam Mithridati, et Paphlagoniam Nicomedi, ut Mithridates id facilius ferret.*

[c] *Et ne reges injuriam sibi illatam crederent, si darentur aliis regna quæ illis ademta erant.*

NOTÆ

[e] *Negant 'vivere gentem sine rege posse'*] Mirati Romani gentem esse aliquam adeo libertatis oblitam, ut vel sponte oblatam respueret; quare iis concessum est, ut suis regem, quem mallent, suffragiis eligerent. Idem fere de Armenis Tac. de Ægyptiis Herod. memorat.

[f] *Tigranes*] Qui postea, quod Mithridati faveret, a Lucullo victus est; et aliquanto post, deposita ad Pompeii pedes corona, regnare quidem permissus in Armenia, sed Syria mulctatus, accepta a Romanis et clade et gratia, quam rebus a se gestis, illustrior.

modum, bellum inferat; et, ne quis dolus subesse videretur, filiam suam ei Cleopatram in matrimonium tradit. 3. Primo igitur adventu Tigranis Ariobarzanes, sublatis rebus suis, Romam contendit. Atque ita per Tigranen rursus[g] Cappadocia juris esse Mithridatis cœpit. 4. Eodem tempore, mortuo Nicomede, etiam filius ejus et ipse Nicomedes regno a Mithridate pellitur;[h] qui cum supplex Romam venisset, decernitur in senatu, ut uterque in regnum restituantur: in quod[3] tum missi Aquilius[i] et Manlius Maltinus[4] legati. 5. His cognitis Mithridates societatem cum Tigrane,[k] bellum adversus Romanos gesturus, jungit: pactique inter se sunt, ut urbes agrique Mithridati, homines vero et quæcumque auferri possent, Tigrani cederent. 6. Post hæc Mithridates intellecto,[5] quantum bellum suscitaret, legatos ad Cimbros,[l] alios[6] ad Gallogræcos,[7 m] et Sarmatas,[n] Bastarnasque,[o] auxilium[8] petitum mittit.

—3 Med. 2. Magl. Periz. Bodl. ed. Rom. *in quam rem.*—4 Periz. *Marcus Aq. et Mallius M.* ed. Par. *Aq. Malius et Malthinius*, nec aliter Ven. Flor. quæ pro *tum* dant *tamen*. Bech. Med. *in quod tamen missi Aq. Mallius et Maltinus.* Ald. Junt. *in q. tamen missi Aq. Manlius et Manius Attilius*, ac paulo post et cap. 4. *Aquilium et Manium Attilium.*—5 *Intellecto* pro *intelligens* restituit Græv. ex Junt. cui consentiunt Ald. atque omnes Mss.—6 *Ad Cimbros, alios* desideratur in Med. 2. Pro *Cimbros* Pontanus malebat *Iberos*, in Epistola ad Bern. quæ extat in Sylloge Epistolarum ab A. Matthæo publicata, p. 149.—7 Medicei, Leid. 2. 4. *Gallos Græcos.*—8 Med. 2. Magl. s. Leid. 2. 4. Bodl. *auxilia.*

NOTÆ

[g] *Per Tigranen rursus*] Ariobarzanem a Mithridate pulsum, ejusque in locum constitutum Ariarathem tradit Appian.

[h] *A Mithridate pellitur*] A Socrate fratre ejectum dicit Appian.

[i] *Aquilius*] Legati missi sunt Lælius, Cassius, et Manlius Aquilius.

[k] *Societatem cum Tigrane*] Non ita se res habuit, ex Appian. Nicomedes in Bithynia, Ariobarzanes in Cappadocia, a Romanis restituti, dum legatorum jussu in ditionem Mithridatis irrupisset Nicomedes, omnia ad urbem Amastrim depopulatus. Hac de re primum ap. legatos questus est Mithridates: tum, cum nihil proficeret, expulso Ariobarzane, Ariarathem filium suum Cappadociæ regem constitnit.

[l] *Cimbros*] *Cimmerios* legend. putat Freinsh. qui in Sarmatia inter Mæoticam Paludem et Bosporum, ab ipsis Cimmerium dictum, habitabant, ex Ov. Vel circa Colchidem, propter Mare Caspium, ex Plin.

[m] *Gallogræcos*] Ab iis, qui in Asiam transierant, Gallis oriundos.

[n] *Sarmatas*] Sarmatia triplex fuit. 1. Asiatica, inter Paludem Mæotidem, Tanaim, Mare Caspium, et Rha fl. extenditur; ubi nunc Moscoviæ pars, et Tartari Præcopenses. 2. Europæa, quæ a Tanai et Palude Mæotide, ultra Borysthenem, ad Oceanum Septemtrionalem pertinebat, ubi nunc magna pars Poloniæ. 3. Germano-Sarmatia, quæ ab ortu Borysthenis ad Vistulam pertingebat, ubi nunc altera Poloniæ pars et maxima.

[o] *Bastarnas*] Qui in Sarmatia Europæa habitabant, ubi nunc Russia Nigra et Volhinia, Peucinis et Alanis finitimi.

7. Nam omnes has gentes, Romanum meditabundus bellum, variis beneficiorum muneribus jam ante illexerat.[d] Ab Scythia[9] quoque exercitum venire jubet, omnemque Orientem adversus Romanos armat.[p] 8. Non magno igitur labore Aquilium et Maltinum[q] Asiano exercitu instructos vincit;[r] quibus simul cum Nicomede pulsis, ingenti favore civitatium excipitur:[s] 9. multum ibi auri argentique, studio veterum regum, magnumque belli apparatum invenit: quibus instructus, debita civitatibus publica privataque remittit, et vacationem quinquennii concedit.[e †] 10. Tunc ad concionem milites vocat, eosque variis exhortationibus ad Romana bella sive Asiana incitat.[10] 11. Quam orationem dignam duxi, cujus exemplum brevitati hujus operis insererem; quam obliquam Pompeius Trogus exposuit: quoniam in Livio et in Sallustio reprehendit, quod, conciones directas pro sua oratione[11] operi suo inserendo, historiæ modum excesserint.[f]

[d] *Nam, dum meditatur bellum in Romanos, allexerat jam has omnes gentes ad suas partes multis officiis.*

[e] *Et permittit ut nullum tributum solverent per quinque annos.*

[f] *Quia arguit Livium et Sallustium, quod peccarint contra leges historiæ, dum inseruerunt in suis operibus orationes directas, cum deberent esse obliquæ.*

Mox Vincent. 'misit.'—9 Leid. 1. Coll. N. nesciunt *Ab.* Periz. *a Scythis.* Vincent. 'de Scythia:' qui mox pro 'quinquennii' habet 'quinquennem.'—10 Periz. *excitat.*—11 Med. 2. *conc. propria or.*

NOTÆ

[p] *Armat*] Habebat in exercitu 250. peditum M. 40. equitum, naves tectas 300. biremes 100. falcatos currus 130. ut numerat Appian. Cassius vero et Aquilius 40. peditum equitumque M. quibus Nicomedes 5. peditum, 6. equitum M. junxerat.

[q] *Aquilium et Maltinum*] Qui non expectata senatus de tanto bello sententia prælium conseruerunt, in quo diu alternante victoria tandem victor evasit Mithridates, strage incredibili a falcatis curribus edita.

[r] *Instructos vincit*] Cassius Apameam cum exercitus reliquiis, Pergamum Nicomedes, Aquilius Rhodum, fugit, qui paulo post, captus a Mithridate, vinctus in asino per urbes Asiæ circumvectus est, donec aurum liquatum in os ejus infundi jussit Mithridates.

[s] *Civitatium excipitur*] Captivos omnes benigne habitos cum viatico

Cap. iv. 1. 'Optandum sibi fuisse' ait, 'ut de eo liceret consulere, bellumne sit cum Romanis, an pax habenda: 2. quin[1] vero sit resistendum[2] impugnantibus, ne[3] eos quidem dubitare, qui spe victoriæ careant.[g] Quippe adversus latronem, si nequeant pro salute, pro ultione tamen sua omnes ferrum stringere. 3. Ceterum, quia non id agatur,[4] an liceat quiescere, non tantum animo hostiliter, sed etiam prælio congressis,[h] consulendum, qua ratione ac spe cœpta bella sustineant. 4. Esse autem sibi victoriæ fiduciam, si sit illis animus: Romanosque vinci posse, cognitum non sibi magis, quam ipsis militibus, qui et in Bithynia[t] Aquilium, et Maltinum in Cappadocia fuderint. 5. At si quem aliena magis exempla, quam sua experimenta moveant, audire se, a Pyrrho, rege Epiri, non amplius quam quinque millibus Macedonum[u] instructo, fusos tribus præliis Romanos. 6. Audire Hannibalem sexdecim annis Italiæ victorem immoratum: et, quin ipsam caperet urbem, non Romanorum illi vires obstitisse, sed domesticæ æmulationis atque invidiæ studium. 7. Audire populos Transalpinæ Galliæ Italiam ingressos, maximis eam plurimisque urbibus possidere;[w] et latius aliquanto solum finium, quam in Asia, quæ dicatur imbellis, eosdem Gallos occupasse:[i] 8. nec victam solum dici sibi Romam a Gallis, sed etiam

[g] *Etiam eos, qui non sperant victoriam, non dubitare quin sit resistendum impugnantibus.*

[h] *Cum non tantum dissentiant animis, sed etiam jam prælia cum eis dederint.*

[i] *Et eosdem Gallos occupasse regionem majorem in Italia quam in Asia, quæ non debet dici imbellis.*

1 Rom. *quando.*—2 Ald. Junt. *quando v. s. insist.*—3 Sic Med. 2. quomodo ex conj. legit Avus. Vid. vii. 5. 8.—4 Sic Med. 1. Leid. 2. 5. Bodl. ut cap. 6.

NOTÆ

domum remisit, et paulo post Nicomedis ditione potitus est.

† A. M. 3966. Ol. 173. 1. U. C. 665. Ant. Ch. 86.

[t] *In Bithynia*] Uno eodemque prælio victos a Mithridate Romanos memorat Appian. de Altino vero nihil habet.

[u] *Quinque millibus Macedonum*] Multas habebat e Græcia Pyrrhus auxiliares copias: nec 3. præliis Romanos vicit, ut supr. diximus.

[w] *Possidere*] Magnam Italiæ partem, cis Padum et ultra, armis Galli occupaverant; unde Gallia Cispadana et Transpadana. De Gallis et Hannibale superius dictum est.

captam, ita ut unius illis montis tantum cacumen relinqueretur; nec bello hostem, sed pretio remotum. 9. Gallorum autem nomen, quod semper Romanos terruit, in partem virium suarum ipse numeret. Nam hos, qui Asiam incolunt, Gallos ab illis, qui Italiam occupaverant,[5] sedibus tantum distare; 10. originem quidem ac virtutem, genusque pugnæ idem habere: tantoque his sagaciora esse quam illis ingenia, quanto longiori ac difficiliori spatio per Illyricum Thraciamque prodierint, pæne operosius transitis eorum finibus, quam ubi consedere possessis.[k] 11. Jam ipsam Italiam audire se nunquam, ut Roma condita sit, satis illi pacatam,[l] sed assidue per omnes annos pro libertate alios, quosdam etiam pro jure[6] imperii bellis continuis perseverasse: 12. et a multis civitatibus Italiæ deletos Romanorum exercitus ferro,[7] a quibusdam novo contumeliæ more sub jugum[8] missos.[x] 13. Ac ne veteribus immoretur exemplis, hoc ipso tempore universam Italiam bello Marsico[y] consurrexisse, non jam libertatem, sed consortium imperii civitatisque poscentem. 14. Nec gravius vicino Italiæ bello, quam domesticis principum factionibus[z] urbem pre

[k] *Et illos habere ingenia tanto aliis sagaciora, quanto longiori et difficiliori itinere venerint in Asiam per Illyricum et Thraciam, cum difficilius fuerit transire per illas provincias, quam possidere eas in quibus habitant.*

[l] *Jam se didicisse Italiæ populos, ex quo Roma condita est, nunquam fuisse pacatos.*

7. 'Quia ipsi tales reges habeant.'—5 *Occupaverint* malebat Avus. Med. 2. *occuparunt.*—6 Plerique Mss. ed. Rom. *vice.*—7 Iid. cum vetustis edd. *ferri.* —8 Leid. 1. *jugo.*

NOTÆ

[x] *Sub jugum missos*] A Samnitibus ad Furcas Caudinas, ubi, clauso inter saltum Romanorum exercitu cum Veturio Posthumioque consulibus, dux Samnitium Pontius Romanos armis exutos sub jugum misit. Ita Flor.

[y] *Bello Marsico*] Cum plerique Italiæ populi laborum omnium se esse participes indigne ferrent, imperii vero societate et communione honorum excludi; Quintum Servilium procons. et Fonteium ejus legatum, peremerunt: unde orto bello cum iis multorum annorum spatio vario eventu dimicatum est, sed tandem a Pompeio Strabone et Lucio Sylla perdomiti sunt. H. bellum et Sociale dictum et Marsicum, quod a Marsis fuerit primo concitatum, ut tradunt Appian. Flor. et Plut.

[z] *Principum factionibus*] Qui erant id temporis Marius, Metellus, Sylla, Cinna, Carbo, &c. quorum ambitio

mi, multoque periculosius accessisse Italico civile bellum.[a] 15. Simul et a Germania Cimbros,[b] immensa millia ferorum atque immitium populorum, more procellæ, inundasse Italiam:[c] 16. quorum tametsi singula bella sustinere Romani possent, universis tamen obruantur, ut ne vacaturos quidem bello suo putet.[m]

Cap. v. 1. ‘Utendum igitur occasione, et rapienda incrementa virium, ne, si illis occupatis quieverint, mox adversus vacuos et quietos majus negotium habeant.[1] 2. Non enim quæri, an capienda sint arma, sed utrum sua potius occasione, an illorum.[n] 3. Nam bellum equidem jam tunc secum ab illis geri cœptum, cum sibi pupillo majorem Phrygiam ademerint, quam patri suo præmium dati[2] adversus Aristonicum auxilii concesserant, gentem quam et proavo suo Mithridati Seleucus Callinicus in dotem dedisset.[d] 4. Quid, cum Paphlagonia se decedere[3] jusse-

[m] *Et si Romani possent resistere singulis hostibus, necesse tamen esse ut ab omnibus simul bellum gerentibus ita obruantur, ut ne putet quidem eos contra se copias missuros.*

[n] *Et capiendam occasionem augendi vires, ne, si bellum non gerant, dum Romani occupantur aliis bellis, difficilius sit illos vincere, cum nullum aliud bellum habebunt: non enim nunc quæri an arma sint capienda; sed an debeant incipere, cum sint parati; an expectare donec Romani primi aggrediantur.*

---

1 Rom. *quieverit* et *habeat*.—2 *Lati* pro *dati* legend. suspicabatur Græv. verum vulgatum tuetur Duker. ad Liv. xxxviii. 16.—3 Med. 2. *seced.*—

NOTÆ

cruentis seditionibus patriam laceravit.

[a] *Civile bellum*] Quod mutuo Marii et Syllæ odio, et utrimque nimia gloriæ cupiditate excitatum, inaudita partium in cives crudelitate, multisque virorum præstantissimorum cædibus, gestum est.

[b] *Cimbros*] Qui insulam incolebant inter Mare Cimbricum et Balticum, prope Albis ostia; *Danemarck*; vel Silandia, ubi Haphnia.

[c] *Inundasse Italiam*] Cum eorum terras inundasset pelagus, nec a senatu agrum in Hispania, nec in Gallia, nec in Italia, impetrassent, Silanum Cimbri et Teutones, Scaurum Cimbri, Cassium Cæpionem et Manilium Tigurini, totius exercitus internecione deleverunt: sed Teutones tandem et Ambrones ad Aquas Sextias a Mario victi sunt, cæsis M. 200. captis 70. Cimbri vero per Noricum irrumpentes in Italiam, ab eod. et Catulo procons. in Venetia ad Campum Raudium ad 120. M. trucidati, capti ad 60 M. quibus cladibus territi Tigurini, in diversa lapsi, fuga et latrociniis evanuerunt. Ita Flor. Plut. et Oros.

[d] *In dotem dedisset*] Nam Mithridates illius proavus uxorem habuit

rint,[4] non alterum illud genus belli fuisse? quæ non vi, non armis, sed adoptione testamenti, et regum domesticorum interitu[l], hæreditaria patri suo obvenisset:[5] 5. cum inter hanc decretorum amaritudinem parendo non tamen eos mitigarit, quin[6] acerbius se in dies gerant, non obtinuisse.[o 7] 6. Quod enim a se non præbitum illis obsequium? non Phrygiam Paphlagoniamque dimissas? non Cappadocia filium eductum, quam jure gentium victor occupaverat? 7. Raptum tamen sibi esse victoriæ jus[8] ab illis, quorum[9] nihil est, nisi bello quæsitum. 8. Non regem Bithyniæ Chreston, in quem senatus arma decreverat, a se in gratiam illorum occisum? tamen nihilominus imputari sibi, si qua Gordius aut Tigranes faciat: 9. libertatem etiam in contumeliam sui a senatu ultro delatam Cappadociæ, quam reliquis gentibus abstulerunt: deinde populos Cappadocum pro libertate oblata Gordium regem orantes,[10] ideo tantum,[11] quoniam amicus suus esset, non obtinuisse. 10. Nicomeden præcepto illorum bellum sibi intulisse: quia ultum ierit se,[12 e] ab ipsis ventum obviam,[13] et nunc eam secum bellandi illis causam fore, quod non impune se Nicomedi lacerandum, saltatricis filio, præbuerit.[p]

[o] *Non obtinuisse ne se in ipsum iniquiores in dies exhibeant, licet conatus fuerit eos mitigare, parendo injustis eorum decretis.*

[p] *Quia ultus est injuriam sibi illatam, Romanos se opposuisse ipsi, et ideo accepisse causam belli in eum gerendi, quod non permiserit regnum suum vastari a Nicomede filio saltatricis.*

---

4 Sic Med. 1. Leidenses, Thuan. ed. Rom. Vulg. *jusserunt*.—5 Med. 2. Leid. 1. 3. 4. Periz. Coll. N. *ven.*—6 Ald. Junt. *cum hac decretorum amaritudine* (ita etiam Leid. 2. sed 5. et Med. 1. *cum hæc d. a.*) *par. non t. eos mitigari et q.* Leid. 2. *mitigari, q.*—7 Med. 2. *acerb. in d. circumcideretur*, omissis *non obtin.* quæ ex seqq. huc transposita fuisse suspicabatur Avus.—8 Leid. 1. *R. victoria ejus.* Periz. *tamen esse jus victoriæ.* Bodl. *tamen esse sibi jus victoriæ ejus.* Leid. 2. ed. Rom. Ald. Junt. *tamen s. e. victoriæ jus*, probantibus Græv. et Vorst. idemque in codice Duisb. reperit Duker. qui in nota ad Livii Epit. v. vulgatum defendi posse existimat simili locutione, quam adhibet Auctor v. 4. 17. ‘Non Siciliæ illis adversa pugna in ore est, sed Græciæ victoria.’—9 Med. 2. *quibus.*—10 Periz. *deinde populo Capp. propter libertatem oblatam G. r. oranti.* —11 Leid. 1. *dein populo optioe Cappadocum pro libertate oblata G. r. orant, id eos tamen tant.*—12 Ald. Junt. *q. ult. se i*, Bech. *quia inultus ierit Mithridates.* —13 Leid. 1. 2. 5. *obv. in eo.*

NOTÆ

Seleuci Callinici filiam.

[e] *Ultum ierit se*] Sic Tac. ‘Injurias ultum iisse.’ Sall. vero: ‘Ultum ire injurias festinat.’

Cap. vi. 1. ‘ Quippe non delicta regum illos, sed vires ac majestatem insequi; neque in se uno,[1] sed in aliis quoque omnibus hac semper arte[2] grassatos. 2. Sic et avum suum Pharnacen, per cognationum arbitria, succedaneum regi Pergameno Eumeni datum:[q] 3. sic rursus Eumenen, cujus classibus primum[3] in Asiam fuere transvecti; cujus exercitu magis, quam suo, et Magnum Antiochum, et Gallos in Asia, et mox in Macedonia regem Persen domuerant; 4. et ipsum pro hoste habitum, eique interdictum Italia:[r] et, quod cum ipso deforme[4] sibi putaverant, cum filio ejus Aristonico bellum gessisse. Nullius apud eos majora, quam Masinissæ regis Numidarum haberi merita. 5. Huic imputari victum Hannibalem,[s] huic captum Syphacem,[h] huic Carthaginem deletam;[i] hunc inter duos illos Africanos tertium servatorem Urbis referri: 6. tamen cum hujus nepote[k] bellum modo in Africa gestum adeo inexpiabile, ut ne victum quidem memoriæ avi[5] do-

[q] *Sic et Pharnacem avum suum ex consensu omnium affinium nominatum successorem Eumeni regi Pergameno.*

1 Plerique Mss. *in uno se.* Leid. 1. Coll. N. *in uno: se* absorpto a ‘ sed.’—2 Iid. Mss. *hac* (Coll. N. *ac*) *sæpe arte.* Periz. *hac arte sæpe.*—3 Leid. 1. Periz. Coll. N. ed. Rom. *primo.*—4 Leid. 1. *et quod cum eo def.* Periz. *et quodcunque def.* Saxo xii. p. 268. 48. ‘ Deforme ducentes, pacem censu, non armis exquiri.’ vii. p. 121. 43. ‘ Deforme existimans ferro petere, qui ferrum in se convertere viderentur.’—5 Hanc locutionem illustrat Græv. ad Cic. v. Fam.

NOTÆ

[r] *Interdictum Italia*] Romanis suspectus Eumenes, quod contra Perseum eos non juvisset, venerat in Italiam, quo crimen sibi objectum diluceret: sed senatus, audito illius adventu, legem tulit, ne cuiquam regi venire Romam liceret; missusque continuo ad eum quæstor, a quo jussus est Italia excedere, ut refert Polyb.

[s] *Victum Hannibalem*] Aderat enim validis cum copiis, cum Scipio in Africa vicit Hannibalem.

[h] *Captum Syphacem*] Semel a Scipione victum Syphacem Lælius et Masinissa iterum victum ceperunt.

[i] *Carthaginem deletam*] Corn. Scipioni, dum deleret Carthaginem, adesse non potuit: quippe qui sub initium 3. belli Punici mortuus sit, anno vitæ 97. Quin etiam ipse Scipio a Manilio Cons. missus extremum morientis spiritum excepit. Ex Eutrop.

[k] *Cum hujus nepote*] Bellum Jugurthæ indictum est, quod Adherbalem et Hiempsalem Micipsæ filios, Masinissæ nepotes, regno et vita spoliasset. Ita Sall. Jugurtha vero Manastabalis, Masinissæ filii, ex concubina genitus fuit, et a Micipsa cultu

narent, quin carcerem ac triumphi spectaculum[l] experiretur.[r] 7. Hanc illos regibus omnibus legem odiorum dixisse, scilicet quia ipsi tales reges habuerint, quorum etiam nominibus erubescant,[m] aut pastores[n] Aboriginum,[o] aut haruspices[p] Sabinorum, aut exules Corinthiorum,[q] aut servos vernasque Tuscorum,[6 r] aut, quod honoratissimum nomen fuit inter hæc, Superbos;[s] atque, ut[7] ipsi ferunt, conditores suos lupæ uberibus[t] altos:[8] 8. sic omnem illum populum luporum animos,[u] inexplebiles sanguinis atque imperii, divitiarumque avidos ac jejunos habere.

Cap. vii. 1. ‘ Se autem, seu nobilitate illis comparetur,

[r] *Ut non illi pepercerint victo, ob memoriam patris: sed eum et in carcere incluserint, et duxerint in triumphum ut videretur a populo.*

[s] *Romanos decrevisse eodem modo tractare omnes reges, quia habuerunt reges tam improbos, ut ne audeant quidem eos nominare.*

4. *Avi* etiam extat in Ald.—6 Medicei, Magl. Leid. 3. 5. Periz. ed. Bech. *Tuscorum*, ut xx. 1. 7. et ‘ Tusci ’ ejusd. lib. cap. 5. 8. et 9.—7 Med. 1. *aut quod.*—8 Med. 2. Magl. Leid. 2. Periz. ed. Bech. Ven. Med. Par. *alitos*, ut xliv. 4. 12. ‘ Cane alitus,’ et ap. Liv. xxx. 28. ‘ Alitus atque educatus.’

NOTÆ

regio educatus.

[l] *Triumphi spectaculum*] Post secunda in Romanos consules prælia, Jugurtha fractus a Metello, dein a Mario penitus debellatus est, et proditione Bocchi Mauritaniæ regis, ad quem confugerat, Syllæ traditus, in victoris potestatem venit, illiusque cohonestato triumpho in carcere necatus est. Ita Sall. et Plut.

[m] *Erubescant*] Quanto odio regis nomen habuerint Romani, constat ex Liv.

[n] *Pastores*] Romulus enim et Remus et a pastore enutriti, et pastores ipsi fuerunt.

[o] *Aboriginum*] Quos alii ex Ægypto, alii ex Arcadia cum Œnotrio Lycaonis Arcadiæ regis filio, in Italiam venisse volunt. Hoc nomen illis inditum, quod sine patribus geniti, et quasi sine origine, viderentur. Post adventum Æneæ, juncti cum Phrygibus, Latini dicti sunt, Romamque una cum Romulo condiderunt.

[p] *Haruspices*] Numa Pompilius, qui genere Sabinus et Curibus oriundus, Romana sacra instituit.

[q] *Exules Corinthiorum*] Tarquin. Priscus Demarathi Corinthii profugi fil. fuit: Lucumo prius dictus, et a Tarquiniis, Etrusco oppido, ubi cum patre hactenus habitaverat, Lucius Tarquin. vocatus est.

[r] *Vernasque Tuscorum*] Serv. Tullius Ocrisia Corniculana captiva natus, primum Tarquinio regi virtute commendatus, deinde regii stemmatis proceribus antepositus est.

[s] *Superbos*] Tarquinius, Prisci Tarquinii nepos, Superbi, ob fastum et crudelitatem, nomen habuit, quod cædibus in senatores grassaretur.

[t] *Lupæ uberibus*] De Romulo et Remo agetur inferius.

[u] *Luporum animos*] Hinc lupi Romani a Volscis Æquisque ducibus dicuntur ap. Liv.

clariorem illa colluvie convenarum esse,[t] qui paternos majores suos a Cyro Darioque[w] conditoribus Persici regni, maternos a Magno Alexandro ac Nicatore Seleuco,[x] conditoribus imperii Macedonici, referat: seu populus illorum conferatur suo, earum se gentium esse, quæ non modo Romano imperio sint pares, sed Macedonico quoque obstiterint. 2. Nullam subjectarum sibi gentium expertam peregrina imperia;[u] nullis unquam nisi domesticis regibus paruisse: Cappadociam velint, an Paphlagoniam recensere; rursus Pontum an Bithyniam; itemque Armeniam Majorem Minoremque: quarum gentium nullam neque Alexander ille, qui totam pacavit Asiam, nec quispiam successorum ejus aut posterorum attigisset. 3. Scythiam duos unquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Darium[y] et Philippum, ægre inde fugam sibi expedisse, unde ipse magnam partem adversus Romanos virium haberet. 4. Multoque[1] se timidius ac diffidentius bella Pontica ingressum, cum ipse rudis ac tiro esset. Scythas, præter arma virtutemque animi, locorum quoque solitudinibus vel frigoribus instructos,[w] per quæ denuntiaretur ingens militiæ labor ac periculum. 5. Inter quas difficultates ne spes quidem præmii foret ex hoste vago, nec tantum pecuniæ, sed etiam sedis inope. 6. Nunc se diversam belli conditionem ingredi. Nam neque cœlo Asiæ esse

[t] *Si vero nobilitas illorum cum sua comparetur, se clariorem esse illis qui sint tantum orti ex infima plebe multarum gentium.*

[u] *Omnes gentes, quæ sibi subjectæ sunt, nunquam paruisse regibus externis.*

[w] *Se bella Pontica cœpisse cum majori timore et minori confidentia, cum ipse nullo modo cognosceret regiones Scythiæ, quæ defensa erat non modo armis et fortitudine incolarum, sed etiam solitudinibus locorum et frigoribus.*

---

1 Leid. 1. *Multumque.*—2 Ald. Junt. *avide.*—3 Bech. Ven. Med. Par. *tan-*

NOTÆ

[w] *A Cyro Darioque*] Persarum regibus, ut placet Appian. traxit originem, fuitque decimus sextus a Dario Hystaspis filio, octavus ab illo Mithridate, qui paulo post Alexandri obitum defecit a Macedonibus, et Pontici regni conditor fuit.

[x] *Nicatore Seleuco*] Qui, condito Syriorum regno, in universa Asia longe imperavit, et gloriosum Nicanoris nomen ob victorias retulit.

[y] *Darium*] Hystaspis fil. qui, victus a Scythis, inglorius recessit.

temperatius aliud, nec solo fertilius, nec urbium multitudine amœnius; magnamque temporis partem, non ut militiam, sed ut festum diem acturos, bello dubium facili magis an uberi:[x] 7. si modo aut proximas regni Attalici opes, aut veteres Lydiæ[z] Ioniæque[a] audierint, quas non expugnatum eant, sed possessum: 8. tantumque se avida[2] expectet Asia,[3] ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incussit[4] rapacitas proconsulum, sectio publicanorum, calumniæ litium.[y] 9. Sequantur se modo fortiter; et colligant, quid se duce possit efficere tantus exercitus, quem sine cujusquam militum auxilio, suamet unius opera, viderint Cappadociam, cæso rege, cepisse: qui solus mortalium Pontum omnem Scythiamque[5] pacaverit, quam nemo ante transire tuto atque adire potuerit. 10. Nam[6] justitiæ atque liberalitatis suæ nec[7] ipsos milites, qui experiantur, testes refugere; et illa indicia habere, quod solus regum omnium non paterna[8] solum, verum etiam externa regna hæreditatibus propter munificentiam acquisita possideat,[z] Colchos, Paphlagoniam, Bosporum.'[b]

[x] *Dubium esse an bellum illud sit facilius quam uberius.*

[y] *Rapacitas proconsulum, severitas publicanorum, et injustitiæ quæ fiunt in judicandis litibus adduxerunt Romanos in tantum odium.*

[z] *Sed possideat etiam externa regna, quorum hæres dictus est a regibus ob munificentiam illis a se exhibitam.*

---

tumque av. A. Flor. *tantumque se expectent av. A.*—4 *Inussit* legit Avus ad h. l. et II. Obs. 14. p. 325. nec aliter Med. 2. Cic. pro Domo 34. ' Tantum homines impios ex vetere illa conjuratione inustum nefariis mentibus bonorum odium retinebat.'—5 Periz. *P. omnemque Scythiam.*—6 Bech. Ald. Junt. *namque.*—7 *Nec* correxit Faber pro *ne*, suffragant. iisd. Edd. et Ms. Coll. N. *Nec* hic idem valet, quod *ne quidem*, ut ap. Lactant. VI. 10. 15. ' Cum autem nec multitudinem ipsam viderent contra bestias esse tutam, oppida etiam cœpisse munire:' et in L. 4. §. 1. D. de Usu et Habit. ' Nam per contrarium, quin uxor cum marito possit habitare, nec fuit dubitatum.'—8 Leid. 1. *patria.* Rupert. in Ep. XLI. ad Reines. p. 324. de h. l. scribit: ' An merentur trajectionem: *non paterna solum hæreditatibus, verum etiam externa regna propter munificentiam acquisita obtineat?* an insertam copulam: *hæreditatibus ac propter munificentiam?*'

NOTÆ

[z] *Lydiæ*] In qua olim regnavit Crœsus, regum omnium ætate sua ditissimus.

[a] *Ioniæ*] Regio Asiæ Minoris maritima, inter Æolidem et Cariam. Urbes præcipuæ fuerunt Ephesus, Miletus, Smyrna, Colophon, Erythræ, Clazomenæ.

[b] *Bosporum*] Geminus est: Thracius, qui angustia maris efficitur in-

Cap. VIII. 1. Sic excitatis militibus, post annos tres et viginti [1] sumti regni, in Romana bella descendit.[c] ‡ 2. At [2] in Ægypto mortuo rege Ptolemæo,[3] [d] ei, qui Cyrenis regnabat,[e] Ptolemæo, per legatos regnum et uxor Cleopatra regina, soror ipsius, defertur. 3. Lætus igitur hoc solo Ptolemæus,[4] [f] quod sine certamine fraternum regnum recepisset, in quod subornari et a matre Cleopatra, et favore principum, fratris filium cognoverat:[a] ceterum infestus omnibus, statim, ubi Alexandriam ingressus est, fautores pueri trucidari jussit. 4. Ipsum quoque die nuptiarum, quibus matrem ejus in matrimonium recipiebat, inter apparatus epularum et solennia religionum, in complexu matris interficit, atque ita torum sororis, cæde filii ejus cruentus, ascendit. 5. Post quod non mitior in populares, qui eum in regnum vocaverant, fuit: siquidem peregrinis militibus licentia cædis data, omnia sanguine quotidie manabant:[5]

[a] *Quod etiam cognoscebat deferri filio fratris, et a matre Cleopatra, et a principibus qui illi favebant.*

1 Leid. 2. XIII.—2 Coll. N. *Atque.*—3 Rom. *Tunc et in Æ. rege inter hæc Pt. mortuo.*—4 Leid. 1. *igitur Ptol. hoc solo*, et *cepisset.* Vincent. VI. 89. ‘ Lætus igitur Ptolemæus, quod sine certamine fraternum regnum cepisset, cognoscens, subornari a matre Cleopatra et principum favore fratris filium.’ Qui mox ‘ interfecit,’ et ‘ ad regnum.’—5 Leid. 1. *manebant.* Melius Med. 2.

NOTÆ

ter Byzantium et Chalcedonem; *Détroit de Constantinople:* Cimmerius, angustiæ maris inter Chersonesum Tauricam in Europa, et Sarmatiam in Asia; *Détroit de Caffa;* a quo Bosporani dicuntur.

[c] *In Romana bella descendit*] Mirum sane quod Justin. multis loquentem Mithridatem induxerit, ejusque gesta, dum esset juvenis, pluribus persequatur; nihilque omnino de prœliis in Syllam, Lucullum, et Pompeium habeat. ‘ Romanis enim tam diu restitit, donec felicitate Syllæ, virtute Luculli, Pompeii magnitudine, tribus ingentibus bellis subactus consumeretur,’ inquit Flor.

‡ A. M. 3922. Ol. 162. 1. U. C. 621. Ant. Ch. 130.

[d] *Mortuo rege Ptolemæo*] Philometore, qui, dum contra Alexandrum Balam pugnat, excussus equo, tribus post diebus obiit, ut ait Joseph.

[e] *Cyrenis regnabat*] Dum enim cum fratre de regno disceptaret, ipse Cyrenis, frater Alexandriæ, regnare a Romanis jussus est.

[f] *Hoc solo Ptolemæus*] A Joseph. uno in loco Philometoris, in alio Epiphanis, fil. dicitur; eum Strab. Physconem nominat, h. e. ventricosum, Epiphanius philologum, i. e. eruditum, vel loquacem potius: sed ipse Euergetes dici voluit: ab Alexandrinis tamen Cacergetes, sive maleficus, vocatus est, ob crudelitatem et libidines. Ex Athenæo.

ipsam quoque sororem, filia ejus virgine per vim stuprata et in matrimonium ascita, repudiat. 6. Quibus rebus territus populus in diversa labitur; patriamque metu mortis exul relinquit. 7. Solus igitur in tanta urbe cum suis relictus Ptolemæus, cum regem se non hominum, sed vacuarum ædium videret, edicto peregrinos solicitat. 8. Quibus confluentibus, obvius legatis Romanorum, Scipioni Africano et Spurio Mummio et L. Metello, qui ad inspicienda sociorum regna veniebant, procedit. 9. Sed quam cruentus civibus, tam ridiculus Romanis fuit. Erat enim et vultu deformis, et statura brevis, et sagina ventris non homini, sed belluæ[7] similis. 10. Quam fœditatem nimia subtilitas pellucidæ vestis augebat; prorsus quasi astu inspicienda[8] præberentur, quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant. 11. Post discessum deinde legatorum (quorum Africanus, dum inspicit urbem, spectaculo Alexandrinis fuit) jam etiam[9] populo peregrino[10] invisus, cum filio, quem ex sorore susceperat, et cum uxore, matris pellice, metu insidiarum tacitus in exilium[g] proficiscitur; contractoque mercenario exercitu bellum sorori pariter ac patriæ infert. 12. Arcessitum maximum deinde[11] a Cyrenis filium, ne eum Alexandrini contra se regem crearent, interficit. Tunc populus statuas et imagines ejus detrahit.[h] 13. Quod factum studio sororis existimans, filium, quem ex ea susceperat, interficit, corpusque in membra divisum, et in cista compositum,[12] matri die natalis[13] ejus inter epulas offerri curat. 14. Quæ res non reginæ tantum, verum etiam

madebant: ut XXVIII. 4. 7. ‘ Suo pariter et hostium cruore madens.’—7 Medicei, Leid. 1. 4. ed. Bech. Med. *beluæ.*—8 Vincent. ‘ prorsus quasi arte aspicienda præberentur.’ In Leid. 1. quoque extat *arte.*—9 Med. 1. ed. Bech. Ald. Junt. *Al. f. Ptolemæus jam e.* 2. atque ed. Rom. *Al. f. jam etiam Ptolemæus.*—10 Periz. *per. pop.*—11 Vincent. VI. 94. ‘ Arc. deinde m.’ qui mox ‘ statuas ejus et im.’ Periz. *et accersitum deinde m.*—12 Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *impos.* et *afferri.*—13 Sic Medicei, Leid. 2. 5. Magl. Periz. Coll. N. ed. Rom. Flor. Par. Ald. Junt. et Vincent. Auctor Panegyrici Constantino dicti

NOTÆ

[g] *Tacitus in exilium*] Illius regia a populo incensa fuerat.

[h] *Detrahit*] H. e. e loco superiore dejicit: sublimes enim imagines dedicari solebant.

universæ civitati acerba et luctuosa fuit; tantumque mœrorem festivissimo convivio intulit, ut regia omnis repentino luctu incenderetur.[b] 15. Verso igitur studio principum ab epulis in[14] exequias,[c] membra lacera[15] populo ostendunt; et, quid sperare de rege suo debeant, filii cæde demonstrant.

Cap. ix. 1. Finito luctu orbitatis, Cleopatra, cum urgeri se fraterno bello videret, auxilium a Demetrio,[i] rege Syriæ, per legatos petit;[*] cujus ipsius[1] varii et memorabiles casus fuere. 2. Namque Demetrius, ut[2] supra dictum est, cum bellum Parthis intulisset, et multis congressionibus victor fuisset, repente insidiis circumventus, amisso exercitu capitur. 3. Cui Arsacides Parthorum rex, magno et regio animo, misso in Hyrcaniam non cultum tantum regium præstitit; sed et filiam in matrimonium dedit, regnumque Syriæ, quod per absentiam ejus Trypho occupaverat, restituturum promittit. 4. Post hujus mortem desperato reditu, non ferens captivitatem Demetrius, privatam, etsi opulentam, vitam pertæsus, tacitus in regnum fugam meditatur. 5. Hortator illi et comes Callimander[3] amicus erat: qui post captivitatem ejus a Syria per Arabiæ deserta,[k] ducibus pecunia compa-

[b] *Et attulit tantum dolorem omnibus qui convivium festivum celebrabant, ut regia omnis resonaret luctu repentino.*

[c] *Quare omnes principes, relictis epulis, parant exequias pueri occisi.*

---

cap. 16. 'Ut ipsum diem natalis sui ultimi sua cæde signaret.'—14 Ita Saxo II. p. 38. 31. 'Convivio in exequias verso.' Med. 1. Magl. Leid. 1. 3. Coll. N. ed. Rom. atque Vincent. *ad.*—15 Rom. Flor. Ald. Junt. aliæque *lacerata.*

1 Medicei, Magl. Leid. 1. 5. Bodl. Coll. N. ed. Rom. *cuj. et ipsius.* Bech. *ejus: cuj. ipsi.*—2 Leid. 1. *sicut jam.* In Mediceis, Magl. Leid. 2. 5. Periz. scriptum est *sicut:* quæ particula in simili locutione Auctori usitatior est: ut II. 9. 2. 'Sicuti supra significatum est,' et XXIII. 3. 1. ex Mediceis et Magl. 'Sicut supra dictum est:' ubi *supra* in reliquis exemplaribus tam typis quam manu exaratis desideratur.—3 Sic Med. 2. Leid. 2. Bodl. Periz. ed. Rom. ut malebat Faber. Bech. Ald. Junt. *Calim.* Καλλίμανδρος dicitur Porphyrio in

NOTÆ

[i] *A Demetrio*] Qui redux e Parthia regnum Syriæ recuperaverat.

[*] A. M. 3914. Ol. 160. 1. U. C. 613. Ant. C. 138.

[k] *Per Arabiæ deserta*] Peccat graviter Justin. nec enim potuit ab Hyrcania per Arabiam venire Babylonem.

ratis, Parthico habitu Babylonem pervenerat. 6. Sed fugientem Phrahates, qui Arsacidæ successerat, equitum celeritate, per compendiosos tramites occupatum retrahit. 7. Ut est deductus ad regem,[†] Callimandro quidem non tantum venia, verum etiam præmium fidei datum: Demetrium autem et graviter castigatum ad conjugem in Hyrcaniam remittit, arctioribusque custodiis[4] observari jubet. 8. Interjecto deinde tempore, cum fidem illi etiam suscepti liberi facerent,[d] eodem amico comite, repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni sui reprehenditur;[5] ac denuo perductus ad regem, ut invisus a conspectu summovetur. 9. Tunc quoque uxori et liberis donatus, in Hyrcaniam, pœnalem sibi civitatem,[l] remittitur,[e] talisque[6] aureis[m] ad[7] exprobrationem puerilis levitatis donatur. 10. Sed hanc Parthorum tam mitem in Demetrium[8] clementiam non misericordia gentis faciebat, nec respectus cognationis: sed quod Syriæ regnum affectabant, usuri Demetrio adversus Antiochum fratrem, prout res, vel tempus, vel fortuna belli exegisset.

[d] *Cum rex magis ipsi fideret, ob susceptos ex sorore liberos.*

[e] *Pepercit illi rex ob uxorem et liberos, et remisit in Hyrcaniam, in qua semper captivus fuerat.*

Euseb. p. 22. 2.—4 Periz. *artioribusque studiis.* Medicei, Leid. 1. 4. 5. ed. Bong. *artioribusque,* ut XXVII. 3. 10. 'Servari eum artissima custodia jubet.' Ammian. XIX. 3. 'Licet ob custodias artas nullus facile oppidum poterat introire.' Plura exempla collegit Heins. in Animadv. ad Tac. I. A. 5. tom. IX. Misc. Obs. p. 282. Bech. Ven. Flor. Med. *et arctioribus custodibus.* Ald. Junt. *et arct. custodiis.* [Edidit hic et alibi noster Gronov. hanc vocem sine litera *c.*]—5 Ita Medicei, Leid. 2. 5. Periz. ed. Bech. Ven. Flor. Ald. Junt. et priores Grævianæ, idemque in aliis Mss. reperisse se testatur Oudendorp. ad Suet. Calig. 12. Add. Duker. ad Flor. III. 16. 6. et Vorst. de Latin. falso susp. 16. p. 180.—6 Med. 2. *aleisque.*—7 Med. 1. et Magl. Leidenses, Reg. Bodl. Thuan. Periz. *in.* Saresb. I. Policr. 5. p. 25. 'Regi quoque Demetrio in opprobrium puerilis levitatis tali aurei a rege Parthorum dati sunt.'—8 Periz. *in Demetrio.*

NOTÆ

[†] A. M. 3921. Ol. 161. 4. U. C. 620. Ant. Ch. 131.

[l] *Hyrcaniam, pœnalem sibi civitatem*] Non civitas, sed provincia fuit vastissima.

[m] *Talis aureis*] Puerilis talorum ludus fuit, qui quaternis fiebat talis; quorum unusquisque casus habebat quatuor, non senos; dyas namque et pentas hic deerant, h. e. binarius et quinarius numeri otiosi erant: sed positus ipse, sive ratio lapsus, vicem obtinebat numeri. A talorum ludo ludus diversus erat tesserarius.

Cap. x. 1. His auditis, Antiochus,[n] occupandum bellum ratus, exercitum, quem multis finitimorum[o] bellis induraverat, adversus Parthos ducit.‡ 2. Sed luxuriæ non minor apparatus, quam militiæ fuit: quippe octoginta millia[p] armatorum secuta sunt trecenta millia[1] lixarum, ex quibus coquorum, pistorum, scenicorumque major numerus fuit. 3. Argenti certe aurique tantum, ut etiam gregarii milites caligas auro figerent,[f 2] proculcarentque materiam, cujus amore populi ferro dimicant. 4. Culinarum quoque argentea instrumenta fuere, prorsus quasi ad epulas, non ad bella pergerent. 5. Advenienti[3] Antiocho multi orientales reges occurrere,[4] tradentes se regnaque sua, cum execratione superbiæ Parthicæ. 6. Nec mora congressioni fuit. Antiochus tribus præliis victor,[q] cum Babyloniam[5] occupasset, magnus haberi cœpit. Itaque, omnibus ad eum populis deficientibus, nihil Parthis reliqui præter patrios fines fuit. 7. Tunc Phrahates Demetrium in Syriam ad occupandum regnum cum Parthico præsidio mittit, ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda a Parthia revocaretur. Interim, quoniam viribus non poterat, insidiis Antiochum ubique tentabat. 8. Propter multitudinem hominum exercitum suum Antiochus per civitates in hyberna diviserat:

f Ut etiam gregarii milites haberent caligas auro tectas.

1 Med. 2. et Oros. v. 10. *ducenta m. Mill.* ignorant Med. 1. Leid. 1. 2. 3. 4. Coll. N. ed. Bech. Med. xxx. *milia* Ald. Junt. Par.—2 Magl. Leid. 2. *suerent.* 3. 4. Coll. N. et C. C. ed. Rom. Suresb. vi. Policr. 14. p. 363. *facerent.* Bech. Ald. Junt. aliæque *fingerent.* Periz. *auro cal. fig.*—3 Med. 2. *Adv. igitur.*—4 Periz. *occurrunt.*—5 Leid. 1. *Babilonem.* 3. *Babylonem.* Ald. Junt. *Babylonem*

NOTÆ

[n] *Antiochus*] Sidetes, de quo supr.

[o] *Finitimorum*] Judæorum, quibuscum tandem inita pace Johannes illius gentis princeps Demetrio cum copiis affuit, quodque vicisset Hyrcanos hac in expeditione, Hyrcanus ipse dictus est.

‡ A. M. 3923. Ol. 162. 2. U. C. 622. Ant. Ch. 129.

[p] lxxx. *millia*] Armatorum 100. M. 200. calonum et lixarum scortis et histrionibus immixta numerat Oros.

[q] *Tribus præliis victor*] Joseph. ex Nicolao Damasceno vult ab eo tropæum ad Lycum amnem erectum fuisse, quod non procul inde Indatem Parthorum ducem superasset; sed unius tantum, non trinæ, victoriæ meminit, eumque paulo post ab

quæ res exitii causa fuit. Nam, cum gravari se copiarum præbitione[6] et injuriis militum civitates viderent,[g] ad Parthos deficiunt; et die statuta omnes apud se divisum exercitum per insidias, ne invicem ferre auxilia possent, aggrediuntur. 9. Quæ cum nuntiata Antiocho essent, auxilium proximis laturus, cum ea manu, quæ secum hyemabat, progreditur. In[7] itinere obvium regem Parthorum habuit, adversus quem fortius, quam exercitus ejus, dimicavit. 10. Ad postremum tamen, cum virtute hostes vincerent,[8] metu suorum desertus, occiditur:[r] cui[9] Phrahates[10] exequias regio more fecit, filiamque Demetrii, quam secum Antiochus adduxerat,[11] captus amore virginis, uxorem duxit. 11. Pœnitere deinde dimissi Demetrii cœpit: ad quem retrahendum cum turmas equitum festinato misisset, Demetrium hoc ipsum metuentem jam in regno missi invenerunt;[h] frustraque omnia conati, ad regem suum reversi sunt.

g Nam cum viderent urbes se gravari ob injurias a militibus illatas, et quia cogebantur dare supplementa copiis.

h Et missi a rege invenerunt in Syria Demetrium hoc timentem.

cum.—6 Magl. et Ms. Bong. *exhibit.*—7 Leid. 2. Magl. *Progreditur, et in.*—8 Freinshemio reponenti *vinceret* suffragatur Periz.—9 Periz. *cujus.*—10 Ald. Junt. *Phraates,* ubique.—11 Med. 1. Periz. Leidenses et Bongarsiani *advex.*

NOTÆ

Arsace victum testatur.

[r] *Occiditur*] Aliter ab aliis illius cædes traditur. Ab Arsace victus sibi manus intulit, si Appian. credimus. Ab Arsace interfectus est, ut placet Euseb. Rebus male gestis, e prærupto loco se dedisse præcipitem vult Ælian. A quibus diversa refert Scriptura: cum enim vellet Naneam Deam, i. e. Venerem, uxorem ducere, idque pollicerentur sacerdotes; in templum, ut dotem sponsæ acciperet, cum paucis admissus, a sacerdotibus occisus est, et in frusta discerptus. Quem locum alii de Antiocho Magno, alii de Antiocho Epiphane, Rupertus tamen, Sigonius, Serrarius, de Antiocho Sidete intelligunt.

LIBER XXXIX.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Demetrius, interfecto fratre Antiocho, dum Ægyptum tentat, Syriam amittit; et tandem cruento fato tollitur. 2. Alexander ex ignobili rex factus, dum fortunam suam non reverenter habet, fœde perit, interfectus a Grypo, qui et matrem et fratrem extinguit. 3. Cleopatra regina mater in Ægypto gravissimas turbas concitat: unde horrendæ lanienæ ex mulierum ira, quarum interitus describitur. 4. Peculiares tragœdiæ, quas Cleopatra inter suos excitat, et tandem a filio Alexandro occupata interficitur. 5. Alexander in exilium agitur, revocato Ptolemæo Notho. Romanis ad orientalia regna excurrentibus, Syria et Ægyptus vexantur.

Cap. I. 1. Antiocho in Parthia cum exercitu deleto, frater ejus Demetrius obsidione Parthorum liberatus, ac restitutus in regnum,[1] cum omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset; 2. quasi Parthica ipsius ac fratris bella, quibus alter captus, alter occisus erat, prospere cessissent,[2] ita Ægypto bellum inferre statuit,[*] regnum Ægypti Cleopatra socru[a] pretium auxilii adversus fratrem suum pollicente. 3. Sed, dum aliena affectat, ut assolet fieri, propria per defectionem Syriæ amisit: siquidem An-

1 Periz. *liberatus deinde ac r. in r.* Coll. N. *liberatus, deinde rest. in r.* Leid. 1. *obsidione lib. dein rest. in r.* omisso *Parthorum*.—2 *Cessissent* pro *gessissent* recte emendavit Voss. cujus conjecturam non solum tuetur Junt. verum etiam Ald. et Med. 2. *evenissent* Magl. *evasissent* Leid. 2. Utrumque ortum ex glossa τοῦ *cessissent*. *Cessit* pro *gessit* quoque ex Mss. Ovidio restituit Heins. II. F.

NOTÆ

[*] A. M. 3924. Ol. 162. 3. U. C. 623. Ant. Ch. 128.

[a] *Cleopatra socru*] Cleopatra uxor Demetrii, Philometoris filia, fuit: Cleopatra vero Ægyptia, soror ejusd. Philometoris, eademque uxor, quæ h. etiam tempore uxor erat et soror Evergetis.

tiochenses primi, duce Tryphone,[b] execrantes superbiam regis, quæ conversatione Parthicæ crudelitatis intolerabilis facta erat, mox Apameni,[3] ceteræque civitates, exemplum secutæ, per absentiam ejus a Demetrio defecere. 4. Ptolemæus quoque rex Ægypti, bello ab eodem petitus, cum cognovisset Cleopatram sororem suam, opibus Ægypti navibus impositis, ad filiam et Demetrium generum in Syriam profugisse,[c] immittit juvenem quendam Ægyptium, Protarchi negotiatoris filium, qui regnum Syriæ armis peteret,[†] 5. composita fabula, quasi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset, nec Syriis[4] quemlibet regem aspernantibus, ne Demetrii paterentur superbiam: nomen juveni 'Alexandri'[d] imponitur, auxiliaque ab Ægypto ingentia mittuntur. 6. Interea corpus Antiochi interfecti a rege Parthorum in loculo argenteo ad sepulturam in Syriam remissum supervenit:[5] quod cum ingenti studio civitatium et regis Alexandri ad firmandam[6] fabulæ fidem excipitur.[a] Quæ res illi magnum favorem popularium conciliavit, omnibus non fictas in eo, sed veras lacrymas existimantibus. 7. Demetrius autem victus ab Alexandro, cum undique circumstantibus malis premeretur, ad postremum etiam ab uxore[e] filiisque[f] deseritur.[‡] 8.

[a] *Quod urbes cum ingenti amore excipiunt, et Alexander testatur magnum dolorem, ut magis crederetur ab omnibus fabula, qua dicebatur esse ab eo adoptatus.*

382. Bodl. *egissent*.—3 Medicei, Thuan. Leid. 3. 5. Bodl. Periz. ed. Ald. Junt. *Apameni*, ut malebat Faber. Plin. v. 29. 'Apamena regio,' et XIV. 7. 'Apamenum [vinum] mulso præcipue convenire dicitur.'—4 Sex Mss. ed. Ald. Junt. *Syris*. Vid. XXXVI. 2. 2.—5 Periz. Coll. N. ed. Rom. *perv.* Vincent. 'ad sep. rem. est in Syr.'—6 Medicei, Magl. Thuan. Leid. 2. 5. Periz. et Vincent.

NOTÆ

[b] *Duce Tryphone*] Non ille, de quo Scriptura meminit, qui 6. abhinc annis jam obierat: vel Tryphonis et Demetrii tempora, quod verius putem, confundit Justin.

[c] *In Syriam profugisse*] Audita populorum defectione, Demetrius ex Ægypto in Syriam rediit, eumque Cleopatra orbata præsidio, a Ptolemæi crudelitate sibi metuens, secuta est.

[†] A. M. 3925. Ol. 162. 4. U. C. 624. Ant. Ch. 127.

[d] *Nomen juveni 'Alexandri'*] Alexander Zebina dictus est ab Euseb. et Appian. at omissus a Joseph.

[e] *Ab uxore, &c.*] Commisso prælio, victus Demetrius ad uxorem Cleopa-

Relictus igitur cum paucis servulis cum Tyrum, religione templi se[7] defensurus, petisset, navi egrediens, præfecti jussu interficitur.[g] 9. Alter ex filiis Seleucus, quoniam sine matris auctoritate diadema sumsisset, ab eadem interficitur;[h] alter, cui propter nasi magnitudinem cognomen Grypus[8] fuit,[i] rex a matre hactenus[9] constituitur,[k] ut nomen regis penes filium, vis[10] autem omnis imperii penes matrem esset.[b]

CAP. II. 1. Sed Alexander, occupato Syriæ regno, tumens successu rerum, spernere jam etiam ipsum Ptolemæum, a quo fuerat subornatus in regnum, superba insolentia cœpit. 2. Itaque Ptolemæus, reconciliata sororis

[b] *Ut filius nomen regis haberet, mater vero omnem auctoritatem regiam.*

confirm. ut ap. Macrob. I. Sat. 17. 'Ideo in insula Delo, ad confirmandam fidem fabulæ, ædes Providentiæ apta religione celebratur.'—7 Leid. 1. Periz. Vincent. *se temp.*—8 Med. 2. *Grypos.* Reliqui Mss. *Gryphos, Griphos, Grypus* vel *Grippus*, in recto casu, ut XXIX. 1. 5. 'Cui ex facinoris crimine cognomentum Philopator fuit.' Vid. paterna ad Gell. XV. 29.—9 Periz. *eatenus.*—10 *Vis imperii*, ut ap. Val. M. IV. 1. de Poplicola: 'Cum, exactis regibus, imperii eorum vim universam, omniaque insignia sub titulo consulatus sui in se translata cerneret.' L. 12. §. 1. D. de Judiciis: 'Item hi [judicem dare possunt] quibus id more concessum est propter vim imperii.' Leid. 3. 4. Cant. *filium ejus, jus.* Periz. Coll. N. *filium, jus.* Vincent. 'jus autem omnis imp.' Ita XXXVIII. 4. 11. 'Pro jure imperii.' Cic. Phil. X. 5. 'Omne exercitus et imperii jus amittit is, qui eo imperio et exercitu rempublicam oppugnat.' Hegesipp. I. 13. f. 'Conventum fratrum hujusmodi fuit, ut regno Hyrcanus cederet, atque ad Aristobulum jus omne imperii transiret.' Saxo IX. p. 168. 19. 'Universum imperii jus in se ipsum transferre conatus.'

NOTÆ

tram, quæ tunc Ptolemaidi versabatur, fugerat; sed, ab ea repulsus, Tyrum delatus est.

[f] *Filiisque*] Duos quidem liberos e Cleopatra susceperat, Seleucum et Antiochum Grypum; sed id temporis Antiochus Athenis erudiebatur, ex Appian.

‡ A. M. 3927. Ol. 163. 2. U. C. 626. Ant. Ch. 125.

[g] *Interficitur*] Ab inimicis captum, dinque ab iis et misere vexatum fuisse tradit Joseph. Appian. tamen et Liv. volunt eum uxoris jussu interfectum, ob æmulationem Rhodogunes Arsacidis filiæ.

[h] *Ab eadem interficitur*] Eum, sagitta propria manu emissa, confixit Cleopatra, sive metuens ne patris necem ulcisceretur, sive eod. furore gerens omnia, inquit Appian.

[i] *Cognomen Grypus fuit*] Vel propter magnitudinem, vel propter aduncitatem, nasi; 'Gryps' enim et 'Gryphus' genus est avis adunco naso, in morem aquilæ; unde Xen. Cyrum Γρύπον appellat, quod naso esset aquilino; quales Persis erant in honore, quod Cyrus talis extitisset.

[k] *Constituitur*] Eum Athenis, quo studiorum causa miserat, accersivit.

gratia, destruere Alexandri regnum, quod odio Demetrii viribus suis acquisierat, summis opibus instituit. 3. Mittit* igitur ingentia Grypo auxilia et filiam Tryphænam[l] Grypo nupturam, ut populos in auxilium nepotis, non societate tantum belli, verum et affinitate sua solicitaret.[1] 4. Nec res frustra fuit: nam, cum omnes Grypum instructum Ægypti viribus viderent, paulatim ab Alexandro deficere cœpere. 5. Fit denique inter reges[2] prælium, quo victus Alexander Antiochiam profugit. Ibi inops pecuniæ, cum stipendia militibus deessent, templo[4] Jovis solidum ex auro Victoriæ signum tolli jubet,[c] facetis jocis sacrilegium circumscribens: nam 'Victoriam commodatam sibi ab Jove esse' dicebat. 6. Interjectis deinde diebus, cum ipsius Jovis aureum[m] simulacrum infiniti ponderis tacite evelli jussisset, deprehensusque in sacrilegio, concursu multitudinis esset in fugam versus; magna vi tempestatis oppressus, ac desertus a suis, a latronibus capitur; perductusque ad Grypum interficitur.[n] 7. Grypus porro, reciperato patrio regno, externisque periculis liberatus, insidiis matris appetitur. Quæ, cum cupiditate dominationis, prodito marito Demetrio, et altero filio interfecto, hujus quoque victoria inferiorem dignitatem suam factam doleret, venienti ab exercitatione poculum veneni obtulit. 8. Sed Grypus, prædictis[5] jam ante insidiis, veluti pietate cum matre certaret, bibere ipsam jubet;[d] abnuenti instat: postremum[6] prolato

[c] *Jubet auferri ex templo Jovis ejus simulacrum conflatum ex solido auro.*

[d] *Sed Grypus, detectis jam insidiis, jubet ipsam bibere, et urget ad bibendum, dum illa abnuit, quasi certaret pietate cum matre.*

1 Medicei, Magl. Leidenses, Bodl. Coll. N. Periz. ed. Rom. *sollicitet.*—2 Medicei, Magl. Leid. 1. 2. 4. 5. Periz. Coll. N. ed. Ald. Junt. *deinde.* Rom. Bech. Flor. Med. Par. *Fit deinde int. eos.*—4 Medicei *e temp.* Magl. Leid. 2. *ex temp.* 1. 5. Periz. Thuan. Coll. N. ed. Rom. Bech. Ald. Junt. Vincent. *in temp.*—5 Scheffero emendanti *proditis* astipulatur Periz. Vincent. 'Sed præmonitus Grypus, veluti.'—6 Magl. Periz. *postremo.* Med. 2. et Vincent. *ad*

NOTÆ

* A. M. 3929. Ol. 163. 4. U. C. 628. Ant. Ch. 123.

[l] *Filiam Tryphænam*] Alii Gryphinam nominant.

[m] *Jovis aureum*] Id crimen Antiocho Cyziceno tribuit Arnob.

[n] *Interficitur*] In prælio cæsum occubuisse vult Joseph.

indice eam arguit, ‘ solam defensionem sceleris superesse’ affirmans, ‘ si bibat, quod filio obtulit.’ Sic victa regina, scelere in se verso, veneno, quod alii paraverat, extinguitur.[e o †] 9. Parta igitur regni securitate, Grypus octo annis quietem et ipse habuit, et regno præstitit. 10. Natus deinde illi est[7] æmulus regni, frater ipsius[8] Cyzicenus,[p] eadem matre genitus,[q] sed ex Antiocho[9] patruo susceptus, quem cum veneno tollere voluisset, ut maturius armis cum eo de regno contenderet, excitavit.[r]

Cap. III. 1. Inter has regni Syriæ parricidales discordias, moritur rex Ægypti Ptolemæus, regno Ægypti uxori et alteri ex filiis,[s] quem illa legisset, relicto, videlicet quasi quietior Ægypti status, quam Syriæ regnum[t] esset, cum mater, altero ex filiis electo, alterum hostem esset habitura. 2. Igitur, cum pronior in minorem filium esset, a populo compellitur‡ majorem eligere: cui prius, quam regnum daret, uxorem ademit; compulsumque repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororem Selenen ducere jubet, non materno inter filias judicio, cum alteri maritum eriperet, alteri daret.[f] 3. Sed Cleopatra non tam a viro repudiata, quam a matre divortio viri dimissa,

[e] *Sic regina interiit, coacta numere venenum, quod per scelus filio paraverat.*
[f] *Non ferens æquum judicium inter filias, ut mater debet, cum uni eriperet maritum, ut illum daret alteri.*

postremum. Mox Vincent. ‘ quod filio par.’—7 Periz. *est illi.*—8 Magl. *frater ejus.*—9 Med. 2. Leid. 1. 3. 4. Coll. N. *sed Antiocho.* Vincent. ‘ N. d. illi est regni æm. frater Cyzicenus, ex eadem quippe m. g. sed,’ &c.
1 Med. 2. *scilicet ne qu. Æg. s. q. S. regni.*—2 Medicei, Leid. 4. 5. Thuan.

NOTÆ

[o] *Extinguitur*] Idem, sed brevius, narrat Appian.

† A. M. 3936. Ol. 165. 3. U. C. 635. Ant. Ch. 116.

[p] *Frater ipsius Cyzicenus*] Antiochus, cui Cyziceni nomen fuit, quia Cyzici fuerat educatus.

[q] *Eadem matre genitus*] Cleopatra, quæ quater nupserat, primum Alexandro Balæ, tum Demetrio Nicanori, deinde Antiocho Sedeti, denique iterum Demetrio Nicanori.

[r] *Excitavit*] Belli causam Joseph. in Cyzicenum rejicit; refert enim eum, dum Grypus in Judæos bellum parat, ap. Cyzicum copias collegisse.

[s] *Alteri ex filiis*] Duos habebat filios, Ptolemæum Lathyrum, majorem natu, qui a Joseph. Physcon et Soter dicitur; et Alexandrum, natu minorem. ‘ Lathyros’ genus est leguminis, quod cicerculam vocant; quomodo ‘ Cicerones’ a cicere.

‡ A. M. 3937. Ol. 165. 4. U. C. 636. Ant. Ch. 115.

Cyziceno in Syria nubit; eique ne nudum uxoris nomen afferret, exercitum Grypi solicitatum, velut dotalem, ad maritum deducit.[g †] 4. Par igitur viribus fratris[2] Cyzicenus prælium committit, ac[3] victus in fugam vertitur, Antiochiamque venit.* 5. Tunc Antiochiam Grypus, in qua erat Cyziceni uxor Cleopatra, obsidere cœpit: qua capta, Tryphæna uxor[u] Grypi nihil antiquius quam sororem[w] Cleopatram requiri duxit; non ut captivæ opem ferret, sed ne effugere captivitatis mala posset, quæ sui æmulatione in hoc potissimum regnum invaserit, hostique sororis nubendo hostem se ejus effecerit.[h] 6. Tum peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos, tum repudiatam a fratre, contra[4] matris voluntatem, extra Ægyptum nuptam accusat.[i] 7. Contra Grypus orare, ‘ ne tam fœdum facinus facere cogatur: a nullo unquam majorum suorum inter tot domestica, tot externa bella, post victoriam[5] in fœminas sævitum, quas sexus ipse et periculis bellorum et sævitiæ[6] victorum eximat: 8. in hac vero, præter commune bellantium fas, acce-

[g] *Adducit ad maritum sibi conciliatum exercitum, qui erat in Cypro, tanquam dotem pro matrimonio.*
[h] *Quia ferens ipsi invidiam invaserit regnum Syriæ, et reddiderit se hostem sorori, nubendo ipsius hosti.*
[i] *Tum eam accusat quod adduxerit exercitus externos, ut bellum excitaret inter fratres; tum quod repudiata fuerit a fratre, et nupserit Cyziceno extra Ægyptum, contra matris voluntatem.*

Bodl. Coll. N. *Par ig. jam vir.* Leid. 5. Med. 1. *fratrum.* 2. *fratri.* Magl. *par jam vir. frater.* Ald. Junt. *p. i. vir. fratris jam factus.* Bech. Med. *p. i. vir. jam factis.* Ven. Flor. Par. *p. i. v. jam factus.*—3 Jen. malebat *at.*—4 Flor. Ald. Junt. *et contr.*—5 Eæd. edd. et Periz. *post victum hostem;* idemque in tribus Dorvilianis extare monuit Wopkens. ad II. 8. 5.—6 Ita optimi scriptores. Gell. IV. 20. ‘ Tum notæ jam destinatæ exemtus est:’ et Oros. II. 18. ‘ Equi velocitate morti exemtus.’ Leid. 4. *et sævitia:* quæ constructio Livio in primis placuit, ut XXIV. 41. ‘ Ibi quoque circumsessus, adventu fratris obsidione eximitur.’ XXXVII. 22. ‘ Dædala et quædam alia parva castella obsidione exemerunt.’ Ib. 26. ‘ Socios obsidione eximere:’ et Ovidio II. ex Pont. 2. 112. ‘ Eximat ut Scythici me feritate loci:’ atque Ammiano, ut XVIII. 2. ‘ Nisi quos exemit discrimine temporis obscuritas, occiderunt:’ et 8. ‘ Hoc periculo murorum nos propinquitas eximebat.’ XXIX. 5. ‘ Ipse equi pernicitate ægre discrimine mortis exemtus est.’ Petrus Chrysologus Homil. 1.

NOTÆ

[g †] *Ad maritum deducit*] Ead. fere Appian. et Joseph.

* A. M. 3939. Ol. 166. 2. U. C. 638. Ant. Ch. 113.

[u] *Tryphæna uxor*] Solus Justin. hanc habet historiam.

[w] *Sororem*] Ambæ enim Ptolemæi Evergetis erant filiæ.

dere necessitudinem sanguinis: quippe ipsius, quæ[7] tam cruente sæviat, sororem equidem[8] germanam esse, suam vero consobrinam; liberorum deinde communium materteram.' 9. His tot necessitudinibus sanguinis adjicit superstitionem templi, quo abdita profugerit, ' tantoque religiosius colendos sibi Deos, quo magis his propitiis ac faventibus vicisset: tum neque, occisa illa, se virium quicquam Cyziceno demturum, nec servaturum reddita.'[k] 10. Sed quanto Grypus abnuit, tanto soror muliebri pertinacia accenditur, rata non misericordiæ hæc verba, sed amoris esse. Itaque vocatis ipsa militibus mittit qui sororem confoderent. 11. Qui ut in templum intraverunt, cum evellere eam non possent, manus amplexantis Deæ simulacrum præciderunt. Tunc Cleopatra execratione[9] parricidarum, mandata violatis numinibus ultione[10] sui, decedit.'[l] 12. Nec multo post repetita prælii congressione, victor Cyzicenus[x] uxorem Grypi Tryphænam, quæ paulo ante sororem interfecerat, capit;[11] ejusque supplicio uxoris manibus parentavit.[m]

Cap. iv. 1. At in Ægypto Cleopatra, cum gravaretur socio regni, filio Ptolemæo, populum in eum incitat; abductaque ei Selene uxore, eo indignius, quod ex Selene jam duos filios habebat, exulare cogit,[‡] arcessito minore

[k] *Tum neque Cyzicenum amissurum aliquid ex suis viribus, etiam si occidatur; nec servaturum diutius vires suas, si reddatur.*

[l] *Tunc Cleopatra interfecta est, execrationes faciens in parricidas, et precata Deos ab ipsis violatos, ut ulciscerentur suam mortem.*

[m] *Et illam interfici jussit, ut mortem uxoris suæ vindicaret.*

' Census filium tulit e gremio patris, ejecit de domo, exemit patria.'—7 Ald. Junt. *cui.*—8 Med. 1. Leid. 1. 5. Bodl. *sor. et quid.* atque ita Modius legend. conjecerat: *equidem* hic idem est quod, quidem, ut ap. Curt. v. 13. ' Cognoscit Alexander non equidem vinctum regem, sed in periculo aut mortis esse, aut vinculorum.'—9 Med. 2. corrupte *in obsecratione*, pro *in exsecratione.*—10 Jens. Bech. Med. Par. Ald. Junt. *in ultionem sui.*—11 Med. 2. et Leid. 2. *cepit.*

NOTÆ

[†] A. M. 3940. Ol. 166. 3. U. C. 639. Ant. Ch. 112.

[x] *Victor Cyzicenus*] Hic Cyziceni regnum incipit Euseb. sed post multos annos Joseph. rejicit, quod Antiochus in media Syriæ parte regnaret, bellumque interdum repararet: qui tandem ab Heracleone per insidias occisus est. Hæc Joseph.

[‡] A. M. 3948. Ol. 168. 3. U. C. 647. Ant. Ch. 104.

filio Alexandro, et rege in locum fratris constituto: 2. nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri exulantem[y] persequitur. Unde pulso, interficit ducem exercitus sui, quod vivum eum e manibus dimisisset;[1] quanquam Ptolemæus verecundia materni belli, non viribus minor[z] ab insula recessisset.[a] 3. Igitur Alexander territus[2] hac matris crudelitate, et ipse eam reliquit, periculoso regno securam ac tutam vitam anteponens. 4. Cleopatra vero timens, ne major filius Ptolemæus ab Cyziceno ad reciperandam Ægyptum auxiliis juvaretur, ingentia Grypo auxilia,[a] et Selenem uxorem, nupturam hosti prioris mariti, mittit; 5. Alexandrumque filium per legatos in regnum revocat:* cui cum occultis insidiis exitium machinaretur, occupata ab eodem interficitur; spiritumque non fato, sed parricidio dedit:[o] 6. digna prorsus hac mortis infamia, quæ etiam[3] matrem toro expulit; et duas filias viduas alterno fratrum matrimonio fecit;[p] et filio alteri in exilium acto bellum intulit, alteri erepto[4] regno exitium per insidias machinata est.

Cap. v. 1. Sed nec Alexandro cædes tam nefanda inulta fuit. Nam, ubi primum[1] compertum est, scelere[2]

[n] *Quamvis Ptolemæus abiisset ex Cypro insula, quia nolebat bellum gerere in matrem, licet non esset inferior viribus.*

[o] *Et finiit vitam non morte naturali, sed parricidio.*

[p] *Et fecit duas filias viduas, cogens fratres ducere alteram sororem in uxorem, priori repudiata.*

1 Decem Mss. ed. Bech. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Vincent. *emisiss.* Periz. *eum man. emisiss.*—2 Med. 2. *perterritus.*—3 Medicei, Magl. Leidenses, Bodl. Periz. ed. Rom. *et.*—4 Bodl. *adempto.*

1 *Prim.* nescit Periz.—2 Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *per scelus.*—3

NOTÆ

[y] *Bello Cypri exulantem*] Reginæ duces erant Belcias et Ananias, Judæi, filii Oniæ, qui templum Hierosolymitano simile in Heliopolitana præfectura construxerat. Ex Strab. et Joseph.

[z] *Non viribus minor*] Nec enim hostium metu fugit, sed Ptolemaidensibus cum militum 30. M. auxilio venit; a quibus tamen, post obsidionem ab Alexandro solutam, repudiatus est: quare et eorum obsedit urbem, et Judæis, qui illis aderant, crudele bellum gessit.

[a] *Grypo auxilia*] Ipsa cum Alexandro filio venit in Syriam, ubi Ptolemaide post difficilem obsidionem potita est.

* A. M. 3964. Ol. 172. 3. U. C. 663. Ant. Ch. 88.

filii matrem interfectam, concursu populi in exilium agitur,[b]† revocatoque Ptolemæo regnum redditur: qui[3] neque cum matre bellum gerere voluisset, nec a fratre armis repetere, quod prior possedisset. 2. Dum hæc aguntur, frater ejus[c] ex pellice[4] susceptus, cui pater Cyrenarum regnum testamento reliquerat, hærede populo Romano instituto,[5] decedit.[6] 3. Jam enim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna, non contenta Italiæ terminis, cœperat. Itaque et ea pars Libyæ provincia facta est:[d] postea Creta[e] Ciliciaque,[f] piratico bello perdomitæ, in formam provinciæ rediguntur. 4. Quo facto[7] et Syriæ et Ægypti regna, Romana vicinitate arctata,[8] quæ incrementa de finitimis bellis quærere solebant, ademto vagandi arbitrio, vires suas in perniciem mutuam[9] converterunt:[9] 5. adeo ut,

[9] *Quo facto regna Ægypti et Syriæ, inclusa regionibus vicinis quæ pertinebant ad Romanos, verterunt vires suas in mutuam perniciem, cum non auderent ultra hos terminos arma ferre, licet antea solerent dilatare suos limites, bellum gerendo contra finitimos populos.*

Medicei, Magl. Leid. 2. 5. Bodl. *quod*, iidemque, præterquam Leid. 2. et Bodl. cum Leid. 1. 4. ed. Rom. *neque a fr.*—4 Medicei, Leid. 5. *pelice*, et §. 6. iid. *pelicibus*: et XXXVI. 46. cum Leid. 3. *pelice*: ut in lege Numæ ap. Gell. IV. 4. PELEX.—5 *Inst.* ignorant Ald. Junt.—6 *decessit* eæd. cum Bech. Flor. Med. Ven. Par.—7 Medicei, ed. Ven. Med. Par. *q. pacto.*—8 Ven. Med. *vic. R. a.* Flor. Par. Ald. Junt. *cum unitate Rom. a.* Magl. *artata sunt.* Med. 2. omittit *bellis*, et pro *artata* dat *coart.*—9 Bech. Ven. Flor. Med. Par. *in p.*

NOTÆ

[b] *In exilium agitur*] Eod. quo pulsus est anno, a Charca navarcho occisus interiit. Romæ jactatum est, populum Romanum hæredem ab eo institutum, missique Tyrum legati, qui pecuniam ibi depositam repeterent; non ille tamen, sed filius ejus Alexander, Romanos dixit hæredes.

† A. M. 3965. Ol. 172. 4. U. C. 664. Ant. Ch. 87.

[c] *Frater ejus*] Ptolemæus, cui cognomen Appionis fuit.

[d] *Provincia facta est*] Eas civitates liberas esse senatus jusserat: sed, cum ibi tyranni insurrexissent, ut ait Sigon. hæc pars Libyæ in provinciam redacta est. Ita Ammian. et Eutrop.

[e] *Postea Creta*] Dum Pompeius piratas in Cilicia persequitur, in Creta, altero piratarum fonte, Metellus rebelles vicit, totamque insulam subegit; invito Pompeio, qui Cretensibus favebat: unde Cretici nomen, decusque triumphi, Metellus retulit.

[f] *Ciliciaque*] Provincia facta est, ubi Pompeius piratas, qui solicitati a Mithridate maria omnia infestabant, perdomuit; illi enim Ciliciam regionem asperam, latebrisque opportunam, belli sedem præcipuam delegerant: unde vulgo Cilices dicti sunt. Hoc bellum a Quinto Servilio cœptum est, qui expugnato Isauro, arce Ciliciæ, Isaurici cognomen reportavit.

assiduis præliis consumti,[10] in contemtum finitimorum venerint, prædæque Arabum genti, imbelli antea, fuerint: 6. quorum rex Erotimus[11][g] fiducia septingentorum filiorum, quos ex pellicibus susceperat, divisis exercitibus, nunc Ægyptum, nunc Syriam infestabat; magnumque nomen Arabum, viribus finitimorum exsanguibus, fecerat.

suam.—10 Med. 1. Leid. 5. *consumpta*, quomodo legend. suspicabatur Scheff. —11 Med. 1. Leid. 5. Bodl. ed. Flor. *Hierotimus.* Periz. ed. Bech. Ven. Med. Par. Ald. Junt. *Herotimus.*

NOTÆ

[g] *Erotimus*] Ab aliis Aretas dicitur, qui a Damascenis in odium Ptolemæi Tigranis tempore evocatus, Cœlesyriam occupavit, et Alexandrum superavit, Judæorum ducem, ut narrat Joseph.

LIBER XL.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Syri Tigranen Armenium regem sibi deligunt. 2. Victo Tigrane, Antiochus Cyziceni filius creatur rex Syriæ, quæ postea in provinciæ formam redigitur.

CAP. I. 1. Mutuis fratrum odiis,[a] et mox filiis inimicitiis[b] parentum succedentibus,[1] cum inexpiabili bello et

1 Ita Med. 2. Leid. 3. 4. Periz. Verum Med. 1. Leid. 2. 5. ed. Rom. *f. inimicorum p. s.* Bech. Ven. Flor. Par. Med. *filiorum inimicitiis p. s.* Ald. et

NOTÆ

[a] *Fratrum odiis*] Antiochi Grypi et Antiochi Cyziceni.

[b] *Mox filiis inimicitiis*] Hæc paulo longius explicare operæ pretium est. Antiochus Grypus 5. filios moriens reliquerat, Seleucum, Antiochum, Philippum, Demetrium Eucærum, et Antiochum Dionysium; quorum natu major Seleucus Cyzicenum prælio victum interfecit. Illi Antiochus, qui Pius sive Eusebes dictus est, quod patris mortem ultus fuerit, vel Selenen illius uxorem duxerit, successit; qui bello Seleucum e Syria Mopsu-

reges,[2] et regnum Syriæ consumtum esset, ad externa populus auxilia concurrit,[3] peregrinosque sibi reges circumspicere[4] cœpit.[a] ‡ 2. Itaque cum pars Mithridaten Ponticum, pars Ptolemæum ab Ægypto arcessendum censeret;[5] occurreretque quod Mithridates implicitus bello Romano esset, Ptolemæus quoque semper hostis fuisset Syriæ; 3. omnes in Tigranen regem Armeniæ consensere, instruc-

[a] *Cœpit considerare quem regem sibi eligeret ex iis qui externis populis imperabant.*

Junt. *odiis, mox et filiorum inimicitiis succ.*—2 Magl. *et reges, et regum filii et r.* —3 Med. 2. *decurrit. Concurrere ad aliquem* idem valet, quod, jungere se, vel jungi alicui, ut XLII. 1. 11. 'Cum ad eum certatim principes juventutis concurrerent.' *Decurrere* vero *ad aliquem* significat, auxilium alicujus implorare, ut XIV. 2. 6. 'Omnia igitur circumspicienti optimum visum est ad Alexandri Magni Argyraspidas decurrere.' XX. 2. 11. 'Quo metu territi Locrenses ad Spartanos decurrunt.' XXVII. 3. 9. 'Ad Ptolemæum hostem, cujus fidem tutiorem quam fratris existimabat, decurrit:' et XXVIII. 1. 11. 'Olympias, Ætolis partem Acarnaniæ eripere volentibus, ad regem Macedoniæ Demetrium decurrit.' Saxo III. p. 42. 3. 'Siquidem, a Baldero prælio superatus, ad Gevarum decurrere necesse habebat:' et XIV. p. 272. 49. 'At Sueno, non contentus semel Saxonibus supplicasse, iterato ad Henricum decurrit.'—4 Leid. 1. 4. Coll. N. *circuminsp.* nec aliter XIV. 2. 6. Thuan. Mss. Bong. 'Omnia igitur circuminspicienti.' XX. 3. 4. Med. 1. 'Paucitatem suam circuminspicientes.' XXI. 5. 10. Leid. 1. 3. Coll. N. 'Neque honesta, sed tuta consilia circuminspiciebat.' XXII. 5. 4. Leid. 3. 4. Coll. N. 'Odio diuturni imperii extera auxilia circuminspicientibus.' Iidemque XXXI. 1. 8. 'Novas belli causas circuminspicere.' Liv. I. 30. 'Circuminspicere et ipsi externa auxilia.' Ita duo Mss. Flor. Add. notam Heinsii ad Prudentii Psychom. 235. et parentis ad Cic. I. Fam. 9.—5 Leid. 2. Periz. *censerent.* Plaut. Trin. I. 1. 12. 'Nimioque hic pluris pauciorum gratiam Faciunt pars hominum, quam id, quod prosit pluribus.' Liv. V. 40. 'Magna pars tamen earum in arcem suos prosecutæ sunt:' ib. 'Inde pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas.' Tac. I. A. 4. 'Pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.'

NOTÆ

estiam Ciliciæ fugere coëgit, ubi, a civibus cum majora tributa exigeret, combustus est, ex Appian. Seleuci frater Antiochus, Pio bellum cum intulisset, ab eo et victus et occisus est, ex Joseph. Eo mortuo, ejus fratres, hinc Philippus Syriæ parte occupata, inde Demetrius Damasci viribus Lathyri fretus, se regem dixerunt: unaque junctis viribus cum Antiocho Pio, tam acriter dimicarunt, ut in prælio ille occubuerit, ut habet Joseph. Dum vero Demetrius Philippum fratrem paulo post Berææ obsidet, obsessus ipse ab Arabibus et Parthis, captus est, et, ad regem Mithridatem deductus, ab eo magno in honore habitus est. Deinde Antiochus Dionysius, Damasco occupata, occisus est ab Areta Arabum rege. Fratribus superstes Philippus Syriæ vix paucis annis præfuerat, cum Antiochus Asiaticus, Pii fil. illi bellum intulit: quare a Syris tot motibus defessis regnum ad Tigranem delatum est, anno a Seleuco 228.

‡ A. M. 3971. Ol. 174. 3. U. C. 670. Ant. Ch. 81.

tum, præter domesticas vires, et Parthica societate et Mithridatis affinitate.[c] 4. Igitur accitus in regnum Syriæ, per octodecim annos[6] tranquillissimo regno[d] potitus est; neque bello alium lacessere, neque lacessitus inferre alii bellum necesse habuit.

CAP. II. 1. Sed, sicut ab hostibus tuta Syria fuit, ita terræ motu vastata est: quo centum septuaginta millia hominum et multæ urbes perierunt.* Quod prodigium 'mutationem rerum portendere' haruspices responderunt. 2. Igitur Tigrane a Lucullo[e] victo, rex Syriæ Antiochus, Cyziceni filius, ab eodem Lucullo appellatur. 3. Sed, quod Lucullus dederat, postea ademit Pompeius:[f] qui poscenti regnum respondit, 'ne volenti quidem Syriæ, nedum recusanti, daturum se regem,'[b] qui octodecim annos, quibus Tigranes Syriam tenuit, in angulo Ciliciæ latuerit; victo autem eodem Tigrane a Romanis, alieni operis præmia postulet. 4. Igitur ut habenti regnum non ademerit; ita,

[b] *Qui respondit Antiocho petenti regnum, se non daturum regem Syriæ recusanti, cum non daturus esset, etiam si illud posceret.*

—6 Med. 1. Magl. Leid. 2. 5. *p. decem et octo a.* 1. 3. et Coll. C. C. *p. decem et novem a.* Med. 2. *p. decem septem a.* et cap. seq. §. 3. id. XVII. *annis, quibus, &c.* Leid. 1. 5. *decem et septem annis q.* Periz. Magl. *decem et octo annos,* (Magl. *annis,*) *quibus.* Simson. Chron. A. M. 3922. legit *quatuordecim a.* atque etiam Toll. ad illa Appiani de B. Syr. p. 190. Μαγαδάτην στρατηγὸν ἐπιτάξας [Τιγράνης] ἅπασιν ἐπὶ ἔτη τεσσαρεσκαίδεκα. Id. p. 215. Προσθετέον ἐστὶ τοῖς διακοσίοις ἑβδομήκοντα ἔτεσι τὰ Τιγράνου τεσσαρεσκαίδεκα. Verum Appianum et Justinum inter se conciliat eminentiss. Norisius Cenotaph. Pis. Diss. II. p. 222.

NOTÆ

[c] *Mithridatis affinitate*] Filiam enim Mithridatis in uxorem duxerat.

[d] *Tranquillissimo regno*] Aretas tamen et Judæi Syriam excursionibus maxime infestarunt.

* A. M. 3984. Ol. 177. 3. U. C. 683. Ant. Ch. 68.

[e] *Tigrane a Lucullo*] Tigranes habebat peditum 250., equitum 50. M. Lucullus vero militum 11. tantum M. ut tradit Appian. cui consentit Plut. Prælio propter Tigranocertam, quam Lucullus obsidebat, commisso, Tigranes peditum 100. M. omnesque fere equites, Lucullus 5. tantum milites amisit, præterquam 100. vulnerati fuerunt, ex Plut. 30. tantum hostium M. cæsa fuisse tradit Oros.

[f] *Ademit Pompeius*] Qui Luculli successor prælio nocturno trans Euphratem, quem Romanorum primus transiit, Mithridatem penitus debellavit, captisque Artaxatis, Tigranem ad pedes supplicem in Armenia regnare permisit, et Syriam, expulso Asiatico, provinciam esse jussit, anno a Nicanore 247.

quo cesserit Tigrani, non daturum,[1] quod tueri nesciat, ne rursus Syriam Judæorum et Arabum latrociniis infestam reddat.' 5. Atque ita Syriam in provinciæ formam redegit: paulatimque Oriens Romanorum, discordia consanguineorum regum, factus[2] est.†

1 Magl. *ita quod cess. T. non dat. regnum.* Periz. mendose *ita contrario Tigrani non d. se regnum.*—2 Magl. *or. disc. cons. regum, Romanorum f. e.*

NOTÆ

† A. M. 3988. Ol. 178. 3. U. C. 687. Ant. Ch. 64.

LIBER XLI.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Parthorum origo, nomen, successus, imperium. 2. Regni Parthici administratio. Parthorum sermo, vestes, arma, exercitus, præliandi mos. 3. Eorundem mores domestici, sepultura, religio, ingenium, virtutes, et vitia. 4. Parthicorum regum res gestæ. 5. Arsacis sapientissimi Parthorum regis vita et mors placida. 6. Bactriani regni status sub Eucratide, qui a filio opprimitur. Parthorum bellici successus.

CAP. I. 1. Parthi, penes quos, velut divisione Orbis[a] cum Romanis facta, nunc Orientis imperium est, Scytharum exules fuere.‡ 2. Hoc etiam ipsorum vocabulo manifestatur: nam Scythico sermone 'Parthi' exules[1] dicuntur.

1 Plerique Mss. *exsules P.*—2 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.

NOTÆ

[a] *Divisione Orbis*] Eos Romanorum potentiæ prope pares dicit Strabo.

‡ A. M. 3809. Ol. 133. 4. U. C. 508. Ant. Ch. 243.

3. Hi et Assyriorum et Medorum temporibus inter Orientis[2] populos obscurissimi fuere. 4. Postea quoque, cum imperium Orientis a Medis ad Persas translatum est, veluti vulgus sine nomine præda victorum fuere. 5. Postremo Macedonibus, triumphato Oriente, servierunt:[a] 6. ut cuivis mirum videatur, ad tantam eos felicitatem virtute provectos,[3] ut imperent gentibus, sub quarum imperio veluti servile vulgus fuere. 7. A Romanis quoque, trinis[4] bellis, per maximos duces,[b] florentissimis temporibus lacessiti, soli ex omnibus gentibus non pares solum, verum etiam victores fuere:[c] 8. quanquam plus gloriæ sit, inter Assyria et Medica Persicaque, memorata olim, regna, et opulentissimum mille[5] urbium[6] Bactrianum imperium emergere potuisse, quam longinqua bella vicisse. 9. Præterea cum, gravibus Scythicis[7] et vicinalibus bellis assidue vexati, variis periculorum certaminibus urgerentur; 10. hi, domesticis seditionibus Scythia pulsi, solitudines inter Hyrcaniam et Dahas[8] et Areos[9] et Spartanos[10] et Margianos[d]

[a] *Denique servierunt Macedonibus, postquam de populis Orientis triumpharunt.*

orientales.—3 Ita Thuan. ed. Rom. Ald. Junt. At Med. 2. *virtute prov.* Reliqui Mss. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Bong. *per virtutem provectos.* Bech. *profectos*, male.—4 'Legunt *binis.* Nam Cesennii Pæti dedecus, de quo Tacitus, nescisse Trogum; sed tamen de suo aliquid admetiri solet Justinus.' Hæc scribit Rupert. in Epist. XL. ad Reines. p. 324. Ms. Coll. N. *ternis.*—5 Ald. Junt. *illud mille.* Magl. *mille illud.*—6 Rom. *op. illud urbium mille*, quod in quibusd. Mss. reperit Bong.—7 Med. 2. ed. Bech. Ven. Flor. Par. *Scythis*, quod alteri præfert Græv. Id. in Epist. ad Heins. tom. IV. Syll. Epist. p. 706. scribit: 'Legistine *vicinalis?* meæ sane memoriæ non occurrit. F. scripsit Just. *vicinorum bellis.* Exciderat *orum*, et ex seq. vocis initio 'bellis,' videtur natum *alibus*, sed nihil definio, nec mihi satisfacio.' Vid. ad XXXI. 2. 3.—8 Ita et XII. 6. 18. ut ap. Virgil. VIII. Æn. 728. 'Indomitique Dahæ.' Flor. Ald. Junt. Par. *Dacas.* Bech. *Dachas.* Med. 2. *Daas.*—9 Sic Medicei, tres Leid. Magl. Bodl. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. ut XIII. 4. 21. 'Arei.'—10 Med. 2. *Sparnos.* Strab. X. p. 508. *Τοὺς δὲ οὖν ἐν ἀριστερᾷ εἰσπλέοντι τὸ Κάσπιον πέλαγος παροικοῦντας νομάδας, Δάας οἱ νῦν*

NOTÆ

[b] *Trinis bellis, per maximos duces*] M. Crassum et M. Antonium: quis tertius accesserit, non video, nisi forte vel Ventidium vel Corbulonem intelligat.

[c] *Victores fuere*] Ab iis Crassus ipse cum filio totoque exercitu deletus: Antonius vero coactus fuga consulere sibi: sed deinde a Ventidio et Corbulone superati sunt.

[d] *Dahas et Areos et Spartanos et Margianos*] Qui inter Hyrcaniam et Bactrianam ab Aria ad Mare Caspium pertinebant.

furtim occupavere. 11. Fines deinde, non intercedentibus[11][a] primo finitimis, postea etiam prohibentibus, in tantum protulere, ut non immensa[12] tantum jam ac[13] profunda camporum,[f] verum etiam prærupta collium, montiumque ardua occupaverint.[b] 12. Ex quo fit, ut Parthiæ pleraque finium aut æstus aut frigoris magnitudo possideat: quippe cum montes nix, et campos æstus infestet.

Cap. II. 1. Administratio gentis post defectionem Macedonici imperii sub regibus fuit. 2. Proximus majestati regum populorum[1] ordo est:[c] ex hoc duces in bello, ex hoc rectores in pace habent.[a] 3. Sermo his inter Scythicum Medicumque medius, et ex utrisque[3] mixtus. 4. Vestis olim sui moris; posteaquam accessere opes, ut Medis, pellucida[g] ac fluida.[d] Armorum patrius ac Scythicus mos. 5. Exercitum non, ut aliæ gentes, liberorum, sed majorem partem servitiorum[4] habent: quorum vulgus, nulli

[b] *Deinde tam late extenderunt suos terminos, finitimis populis primo non se opponentibus, sed postea prohibentibus, ut occupaverint non tantum campos immensos et valles profundas, sed etiam præruptos et arduos colles.*

[c] *Post regiam dignitatem ordo illustrior est populorum.*

[d] *Habebant olim vestitum sibi proprium et singularem: sed, postquam potentes facti sunt, induti sunt vestibus pellucidis et fluctuantibus, ut solebant Medi.*

προσαγορεύουσι τοὺς ἐπονομαζομένους Πάρνους: ubi Ms. Σπάρνους. Id. p. 511. Καὶ τῶν Δαῶν οἱ μὲν προσαγορεύονται Ἀπαρνοι: ubi vir summus observat Πάρνους et Ἀπάρνους dici, ut Μάρδους et Ἀμάρδους. *Aparnos* utroque loco dat versio vetus: atque ita etiam scripsisse videtur Just.—11 Magl. *deinde interc.* ed. Rom. *deinde non interdicentibus.*—12 Periz. *mersa.*—13 Sic Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. Vulg. *tant. ac.*

1 ‘ *Philosophorum* legit Henninius in literis ad nos Kal. Decembris MDCCI. ex Strab. XI. Etiam ap. Chinenses sapientissimi dicti Mandarini rebus præsunt.’ Hæc Jensius. Verba Strabonis hæc sunt, p. 515. Εἰρηκότες δὲ πολλὰ περὶ τῶν Παρθικῶν νομίμων ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν ἱρορικῶν Ὑπομνημάτων βίβλῳ, δευτέρᾳ δὲ τῶν μετὰ Πολύβιον, παραλείψομεν ἐνταῦθα, μὴ ταυτολογεῖν δόξωμεν· τοσοῦτον εἰπόντες μόνον, ὅτι τῶν Παρθυαίων συνέδριόν φησι Ποσειδώνιος εἶναι διττόν· τὸ μὲν συγγενῶν, τὸ δὲ σοφῶν καὶ μάγων, ἐξ ὧν ἀμφοῖν τοὺς βασιλεῖς καθίστησιν. Leg. cum Casaub. καθιστᾶσιν.—2 Ven. Med. Flor. Par. Ald. Junt. *habentur.*—3 Magl. *Medumque medius, utroque.* Med. 1. Periz. ed. Ald. Junt. *Medumque medius* (Ald. *Medicum medius*) *et utrisque.* Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *Medumque* (Flor. Par. *Mœdumque*) *medius, et utriusque.*—4 Ita Medicei, Coll. N. Leid. 2. 5. ed. Ald.

NOTÆ

[a] *Intercedentibus*] I. e. vetantibus: vox tribunicia: intercedimus verbo, prohibemus manu et opere.

[f] *Profunda camporum*] Ita Flor. ‘ in diversa terrarum.’

[g] *Ut Medis, pellucida*] Medicam vestem confectam serico Procop. testatur, purpuream Xen.

manumittendi potestate permissa, ac per hoc omnibus servis nascentibus, in dies crescit. Hos pari ac liberos suos cura habent,[e][5] et[6] equitare et sagittare[h] magna industria docent. 6. Locupletissimus ut quisque est, ita plures in bella[7] equites regi suo præbet. Denique Antonio, bellum Parthis inferenti, cum quinquaginta millia equitum occurrerent, soli quadringenti[8] liberi fuere. 7. Cominus in acie præliari, aut obsessas expugnare urbes[i] nesciunt.[9] Pugnant aut[10] procurrentibus equis, aut terga dantibus: sæpe etiam fugam simulant,[k] ut incautiores adversum vulnera

[e] *Quorum numerus in dies crescit, cum nullus possit illi dare libertatem, et ideo omnes servi nascuntur: eos tamen tanta cura educant, quanta solent pueros instituere.*

Vid. notam Grævii ad h. l. et Reinesii Epist. XLVII. ad Rupert. p. 391.—5 *Hab.* desideratur in Thuan. Leid. 2. 3.—6 Periz. a pr. m. *lib. suos currere et* Med. 2. *hos pariter ac l. suos curare et.* Rom. *hoc pariter ac lib. suos currere, et.* Zonar. III. Annal. 15. Καὶ [ὁ βασιλεὺς τοὺς ἐφήβους] δδοιπορίαις καὶ δρόμοις ἐγύμναζε.—7 Vulg. *in bello.* Medicei, Leid. 5. *in bella.* Ita III. 5. 6. ex Bodl. et Periz. ‘ Ut in supplementum exercitus servos suos manumitterent.’ Vulg. *ad suppl.* L. 7. §. II. D. de Donat. ‘ Si maritus pecuniam uxori in unguenta dederit.’—8 Med. Junt. aliæque DCCC.—9 Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *præl. nesciunt, obsessasque exp. u.* Saresb. VI. 14. p. 364. ‘ Solent non in acie cominus præliari, sed, quoad possunt, hostem eminus lædunt: obsessas urbes mora et viribus nesciunt expugnare.’ Hæc Justini verba, atque etiam pleraque ex seqq. transcripsit Regino II. Chron. p. 90. ubi Hungarorum mores describit hoc modo: ‘ Cominus enim in acie præliari, aut obsessas expugnare urbes nesciunt. Pugnant autem procurrentibus equis, aut terga dantibus: sæpe etiam fugam simulant; nec pugnare diu possunt. Ceterum intolerandi forent, si, quantus est impetus, vis tanta et perseverantia esset. Plerumque in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut, cum maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit:’ et paulo post: ‘ Super illos (leg. *equos*) ire, meditari, consistere ac colloqui solent: liberos ac servos suos equitare et sagittare magna industria docent. Ingenia illis tumida, seditiosa, fraudulenta, præcocia: quippe eandem ferocitatem fœminis quam viris assignant; semper in externos aut in domesticos motus inquieti, natura taciti, ad faciendum quam ad dicendum proniores.’—10 *Autem* quatuor Mss. ed. Rom. Bech. Med. Regino et Saresb. Thuan. Periz. verum Medicei, Magl. Leid. 4. Bodl. et reliquæ edd. *aut:* quod recte vulgato præferunt Græv. et Vorst. Similiter cap. 3. §. 8. ‘ Semper aut in externos aut in domesticos motus inquieti.’ ubi Magl. dat *Semper autem*, sed male. Mox ap. Saresb. vitiose editum est *sæpius*

NOTÆ

[h] *Sagittare*] Hoc etiam verbo utitur Curt.

[i] *Expugnare urbes*] Id. habet Lucan. ‘ Haud fossas implere valent, Parthoque sequente Murus erit quodcumque potest obstare sagittæ.’

[k] *Fugam simulant*] Id omnes fere de Parthis referunt: idem de Ætolis Thucyd. de Persis Xen. de Thessalis Curt. de Cattis Tac. de Scythis Plato.

insequentes habeant.[f] 8. Signum his in prælio[11] non tuba, sed tympano datur.[1] Nec pugnare diu possunt: ceterum intolerandi forent, si, quantus his impetus est, vis tanta[12] et perseverantia esset.[g] 9. Plerumque in ipso ardore certaminis prælia deserunt, ac paulo post pugnam ex fuga repetunt, ut, cum maxime vicisse te putes, tunc tibi discrimen subeundum sit. 10. Munimentum ipsis equisque loricæ plumatæ sunt,[m] quæ utrumque toto corpore[n] tegunt. Auri argentique nullus nisi in armis usus.

Cap. III. 1. Uxores dulcedine variæ libidinis singuli plures habent: nec ulla delicta adulterio[1] gravius vindicant. 2. Quamobrem fœminis non convivia tantum virorum, verum etiam conspectum interdicunt. 3. Carne non nisi venatibus[o] quæsita vescuntur. 4. Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt; super illos ire, consistere, mercari,

[f] *Ut facilius vulnerent hostes insequentes, dum minus sibi cavent.*
[g] *Ceterum nemo posset eos vincere, si tantam haberent preseverantiam in prœliis, quantum habent impetum.*

---

etiam simulantibus fugam.—11 Coll. N. Periz. ed. Rom. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. Bech. Bong. *Sig. h. in p.* Med. 1. Leid. 5. Bodl. *Sig. h. in prælium.* Saresb. 'Signum his ex antiquo more non tuba, sed tympano datur.' Appian. de B. Parth. p. 237. Πάρθοι γὰρ οὐ κέρασιν οὐδὲ σάλπιγξιν ἐποτρύνουσιν εἰς μάχην, ἀλλὰ, βύπτρα βυρσοπαγῆ καὶ κοῖλα περιτείνοντες ἤλοις χαλκοῖς, ἅμα πολλαχόθεν ἐπιδουποῦσι.—12 Med. 1. Bodl. Leid. 5. *si quanta est his in* (Med. *his est in*) *impetu vis, tanta.* Rom. *si quanta est impetus vis, tanta.* Regino: 'Si, quantus est impetus, vis tanta.' Saresb. 'Nec pugnare diu possunt, quia intolerabiles essent, si, quantus est eorum impetus, tanta esset perseverantia.'

1 Leid. 4. *del. quam adulteria.* Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *adulteriis.*

NOTÆ

[1] *Tympano datur*] Instrumentum est ex una parte planum, clausum membrana, intus vacuum, quod baculo pulsatur.

[m] *Loricæ plumatæ sunt*] H. e. ex laminis ferreis in modum plumæ factis consertæ: alii 'squammam' vocant; unde 'squammatæ loricæ:' nec enim differunt plumæ et squammæ specie, modoque contextus. Utramque similitudinem junxit Virg. 'Agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squammis auro conserta tegebat.'

[n] *Utrumque toto corpore*] Equi etiam ferro usque ad ungulas tegebantur: ideo Claudian. 'Credas simulacra moveri Ferrea, cognatoque viros spirare metallo: Par vestitus equis.' Erant hæc potius equorum impedimenta, quam munimenta.

[o] *Venatibus*] Venatione Parthi delectabantur maxime, qua non nisi maximis in luctibus abstinerent: ideoque Vononem Romæ enutritum spreverunt, quod rarius venaretur.

colloqui. Hoc denique discrimen inter servos liberosque est, quod servi pedibus, liberi non nisi equis incedunt. 5. Sepultura[p] vulgo aut avium aut canum laniatus est:[h] nuda demum ossa terra obruunt. 6. In superstitionibus atque cura[2] Deorum, præcipua amnibus veneratio est. 7. Ingenia genti tumida, seditiosa, fraudulenta, procacia: quippe violentiam viris, mansuetudinem mulieribus assignant. 8. Semper aut in externos aut in domesticos motus inquieti: natura taciti: ad faciendum quam ad dicendum promtiores: proinde secunda adversaque silentio tegunt. 9. Principibus metu, non pudore parent. In libidinem projecti, in cibum parci. 10. Fides dictis[q] promissisque[3] nulla, nisi quatenus expedit.

Cap. IV. 1. Post mortem Alexandri Magni, cum inter successores ejus Orientis regna dividerentur, nullo Macedonum dignante Parthorum imperium, Stasanori[r] externo socio traditur. 2. Hi postea, diductis[1] Macedonibus in bellum civile, cum ceteris superioris Asiæ populis Eumenen secuti sunt: quo victo, ad Antigonum transiere. 3. Post hunc a Nicatore Seleuco, ac mox ab Antiocho et suc-

[h] *Non corpora sepeliunt, sed relinquunt canibus et avibus lanianda.*

—2 Med. 1. Leid. 5. Bodl. ed. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *in superst. ad curam.* Rectius, ut opinor. Sensus est: Parthos in superstitionibus, præter Deos, amnes quoque religiose venerari solitos fuisse. Liv. XXVI. 1. 'Prælium non solito modo clamore ac tumultu est cœptum, sed ad alium virorum, equorum, armorumque sonum, disposita in muris Campanorum imbellis multitudo tantum cum æris crepitu edidit clamorem.'—3 Med. 1. Leid. 2. 4. 5. Periz. et Saresb. *dicti promissique.* Rom. *dicti facti.*

1 *Did.* malebat Freinsh. cujus conjecturæ astipulatur Leid. 3. *sed.* Bech.

NOTÆ

[p] *Sepultura*] Hic mos a Persis ad Parthos defluxit, quibus idem tribuit Herod. Immatura morte sublatis os oculosque lacte oblinebant: tum impositos equo corvis ea opinione exponebant, ut, si prius oculus dexter laceraretur a corvis, beatus; si sinister, contra infelix, haberetur. Senes in montana deductos fame necare moris erat: quod etiam de Caspiis narrat Strab.

[q] *Fides dictis, &c.*] Ita Lysander ap. Plut. veritatem nihilo meliorem esse mendacio, sed utriusque dignitatem usu definiri.

[r] *Stas.* [*Stagnori*] Legend. est *Statanori*, cui tamen prius Arii et Drancæ subditi, Parthi vero Nicanori, licet Phrataphcrni subjectos velit Diod.

cessoribus ejus possessi: a cujus nepote[z] Seleuco[a] primum[3] defecere, primo Punico bello, L. Manlio Vulsone,[t] M. Atilio Regulo[4] consulibus.[u] 4. Hujus defectionis impunitatem illis duorum fratrum regum, Seleuci et Antiochi,[w] discordia dedit:[i x] qui, dum sibi invicem eripere regnum volunt, persequi defectores omiserunt. 5. Eodem tempore etiam Theodotus,[5] mille urbium Bactrianarum præfectus, defecit, regemque se appellari jussit: quod exemplum secuti totius Orientis populi a Macedonibus defecere. 6. Erat

[i] *Discordia quæ erat inter duos fratres, Antiochum et Seleucum, impediit ne puniretur illa defectio.*

—2 Sic Periz. ut malebat Freinsh.—3 Id. Ms. cum Leid. 3. *primi.* Matth. Westmonast. Æt. v. 13. 'Ab hoc proinde Seleuco [Antiochi M. filio] Parthi defecere, et Arsacen regem sibi constituere.'—4 Periz. *L. Manl. Bulsione, M. Aquilio Reg.* Bech. Ald. Junt. *Lucio* (Ald. Junt. *L.*) *Manilio Pisone,* (Ald. *Vulsone*) *Attilio Regulo.* Medicei, Leid. 3. *M. Atilio.* Cic. III. Off. 26. 'M. Atilius Regulus cum consul iterum in Africa' &c. Epit. Livii XVIII. 'Atilius Regulus consul.' Polyb. I. 26. Μάρκος Ἀτίλιος καὶ Λεύκιος Μάλλιος. Appian. de B. Pun. p. 4. Ἀτίλιος Ῥήγλος. Oros. IV. 10. 'Alter deinde Atilius Regulus et Manlius Vulso ambo iterum consules.' Ubi Franc. Fabricius notat: 'Horum consulum nomina in meo Ms. Justini XLI. integra sunt, nisi quod pro *Vulsone* more antiquo scriptum est *Bulsone:* unde in vulgatis factum est *Pisone.*'—5 Med. 2. Periz. *Diodotus.* Διόδοτος a Strab. XI. p. 515. quoque rex Bactrianorum appellatur. Prolog. huj. lib. 'Ut a Diodoto rege constitutum imperium est.' Paulo post tamen iid. Mss. *Theodoti* et *Theodoto.*

NOTÆ

[a] *Nep.* [*pronepote*] *Seleuco*] Peccat Justin. defecerunt enim a Seleuco Callinico, Antiochi Soteris nepote, non pronepote, quippe qui Antiochi Dei fil. fuerit.

[t] *Manlio Vuls.* [*Bulsone*] Melius dixeris *Vulsone*, qui collega fuit Caii Attilii, non Marci Attilii, quem Pœni diris cruciatibus laceratum jam antea occiderant.

[u] *Consulibus*] Non illis consulibus hoc contigit, qui quadriennio ante consulatum gerebant, quam regnaret Callinicus, sub quo tamen rebellavit Arsaces; sicut Justin. ipse fatetur, aliique fere omnes consentiunt historici.

[w] *Antiochi*] Qui Hierax dictus est, de quo supr.

[x] *Discordia dedit*] Dum Callinicus, si plerisque auctorum credimus, de regno cum fratre Hierace contendit, partem illi maximam eripuit Arsaces. Appian. tamen id contigisse refert, dum Ptolemæus Euergetes, sororis Berenices mortem ulturus, in Syria bellum gerit: sed aliter tamen rem narrat Georgius Monachus. 'Arsaces,' inquit, 'et Tiridates, qui genus a Persarum regibus ducebant, Bactrianorum erant satrapæ, dum Persidi præesset Agathocles Macedo; qui, cum amaret Tiridatem, eique, ut vim inferret facilius, strueret insidias, spe frustratus, ab ipso Tiridate, fratris Arsacis auxilio, interfectus est: simulque Arsaces Persarum occupato imperio annis 2. regnavit; eoque occiso frater ejus Tiridates annis 37.' In duobus tamen manifeste peccat

eo tempore Arsaces, vir, sicut incertæ originis,[y] ita virtutis expertæ. 7. Hic solitus latrociniis et rapto vivere, accepta opinione Seleucum a Gallis[z] in Asia victum, solutus regis metu, cum prædonum manu Parthos ingressus,[i] præfectum eorum Andragoram[a] oppressit; sublatoque eo, imperium gentis invasit. 8. Non magno deinde post tempore Hyrcanorum quoque regnum occupavit;* atque ita duarum civitatium imperio præditus, grandem exercitum parat, metu Seleuci, et Theodoti Bactrianorum regis.[b] 9. Sed cito, morte Theodoti metu liberatus, cum filio ejus et ipso Theodoto fœdus ac pacem fecit; nec multo post cum Seleuco rege, ad defectores persequendos veniente, congressus,[c] victor fuit: 10. quem diem Parthi exinde solennem, velut initium libertatis, observant.

CAP. V. 1. Revocato deinde Seleuco novis motibus in Asiam, dato laxamento, regnum Parthicum format,[1] militem legit, castella munit, civitates firmat; 2. urbem quoque nomine Daram[d] in monte Zapaortenon[1] condit: cujus loci ea conditio est, ut neque munitius quicquam esse, neque amœnius possit. 3. Ita enim et præruptis rupibus undique cingitur, ut tutela loci nullis defensoribus egeat; et

[i] *Hic solitus vivere latrociniis et rapinis, cum audiisset Seleucum victum in Asia a Gallis fuisse, jam regem non timens, ingressus est Parthiam cum prædonibus.*

[1] *Facta per aliquod tempus a bello intermissione, constituit regnum Parthorum.*

1 Leid. 1. 5. Bodl. *Aparteno.* Med. 2. *Apaorteno.* Periz. *Daran in m.*

NOTÆ

Georgius, quod et Persas pro Parthis nominet, et annos tantum 2. tribuat Arsaci.

[y] *Incertæ originis*] Hunc Scytham facit Strabo, Persam alii, eumque vel a Cyro vel ab Artaxerxe duxisse originem volunt.

[z] *A Gallis*] Acri enim cum Gallis prælio commisso, Seleucus et victoriam et victoris nomen retulit.

[a] *Andragoram*] Idem est cum Agathocle Georgii Monachi.

* A. M. 3809. Ol. 133. 4. U. C. 508. Ant. Ch. 243.

[b] *Theodoti Bactrianorum regis*] Qui ead. ætate Bactrianis præfectus novum regnum condidit, quod tamen paucis post annis in Parthorum ditionem concessit.

[c] *Congressus*] In eo forte prælio, dum victores fugit Callinicus, equo præcipitatus periit.

[d] *Nomine Daram*] Ad Pylas Caspias, ab aliis Asca, ab aliis Arsacia, vel Europus, vel Agragas, vel Dura, dicitur

soli circumjacentis tanta ubertas est, ut propriis opibus expleatur. 4. Jam fontium ac sylvarum ea copia est, ut et aquarum abundantia irrigetur, et venationum voluptatibus exornetur. 5. Sic Arsaces, quæsito simul constitutoque regno, non minus memorabilis Parthis, quam Persis Cyrus, Macedonibus Alexander, Romanis Romulus, matura senectute decedit: 6. cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos 'Arsacis' nomine nuncupent. 7. Hujus filius et successor regni, Arsaces et ipse nomine,[e] adversus Antiochum[f] Seleuci filium, centum millibus peditum et viginti millibus equitum instructum, mira virtute pugnavit; ad postremum in societatem ejus[g] assumtus est. 8. Tertius Parthis rex Priapatius fuit, sed et ipse Arsaces dictus. Nam, sicut supra dictum est, omnes reges suos hoc nomine, sicuti Romani Cæsares, Augustosque cognominavere. 9. Hic, actis in regno quindecim[2] annis, decessit, relictis duobus filiis, Mithridate et Phrahate: quorum major Phrahates, more gentis, hæres regni, Mardos, validam gentem, bello domuit; nec multo post decessit, pluribus[3] filiis relictis: 10. quibus præteritis, fratri potissimum Mithridati, insignis virtutis viro, reliquit imperium; plus regio[4] quam patrio deberi[5] nomini ratus, potiusque patriæ, quam liberis consulendum.

CAP. VI. 1. Eodem ferme tempore, sicuti in Parthis Mithridates, ita in Bactris Eucratides, magni uterque[1] viri,

---

Apartheno.—2 Magl. *viginti.* Periz. XXV. Thuan. Ald. Junt. aliæque *duodecim.*—3 Vulg. *multis.* Medicei, Magl. Leidenses, Thuan. Coll. N. *pluribus.* C. notam Schefferi ad XI. 15. 5.—4 Ita Magl. ed. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. Verum Bech. Med. *regno:* idemque in exemplari typis excuso reperit Bong. —5 Rom. *deb. se.* Med. 2. *plus regali q. p. debere se.*

1 Periz. *utrique,* idemque in duobus codd. reperisse se testatur Oudendorp.

NOTÆ

[e] *Nomine*] Ut Ægyptiorum reges Ptolemæi, Atheniensium Cecropidæ, ita Parthorum Arsacidæ, nuncupati sunt.

[f] *Adversus Antiochum*] Antiochum Magnum intelligit, qui expulsum Media Arsacen ad Hyrcaniam usque persecutus est.

[g] *In societatem ejus*] Pax enim inter eos ea lege inita est, ut Arsaces, una cum Antiocho, bellum gereret in Euthydemum Bactrianorum regem, qui tamen multa post prælia pacem concessit.

regna incunt.† 2. Sed Parthorum fortuna felicior ad summum hoc duce imperii fastigium eos perduxit.[m] 3. Bactriani autem per varia bella jactati non regnum tantum, verum etiam libertatem amiserunt: siquidem Sogdianorum, et Arachotorum, et Drangianorum,[2 h] Indorumque bellis fatigati, ad postremum ab invalidioribus Parthis, velut exsangues, oppressi sunt.[n] 4. Multa tamen Eucratides bella magna virtute gessit: quibus attritus, cum obsidionem Demetrii[i] regis Indorum pateretur, cum trecentis militibus sexaginta millia hostium assiduis eruptionibus vicit. Quinto itaque mense liberatus, Indiam in potestatem redegit. 5. Unde cum se reciperet, a filio, quem socium regni fecerat, in itinere interficitur: qui non dissimulato parricidio, velut hostem, non patrem interfecisset, et per sanguinem ejus currum egit, et corpus abjici insepultum jussit. 6. Dum hæc apud Bactros geruntur, interim inter Parthos et Medos bellum oritur. Cum varius utriusque populi casus fuisset, ad postremum victoria penes Parthos fuit. 7. His viribus auctus Mithridates Mediæ Bacasin[3] præponit: ipse in Hyrcaniam proficiscitur. 8. Unde reversus, bellum cum Elymæorum[k] rege gessit: quo victo, hanc quoque gentem regno adjecit, imperiumque Parthorum a monte Caucaso, multis populis in ditionem redactis, usque[4] flumen Eu-

[m] *Sed virtus tanti regis, fortuna favente, evexit Parthos ad summam imperii potestatem.*

[n] *Denique Parthi magis ac magis in dies invalescentes oppresserunt illos fractos bellis.*

---

ad Cæs. B. G. 1. 53. 4.—2 Meliores Mss. *et Aracatorum et Dranganitanorum,* vel *et Arachotorum et Drangaritanorum,* pro quo *Drangarum et Ariorum* venuste restituit Holsten. in Castig. ad Steph. Byzant. v. Δράγγαι. 'Drancæ' et 'Arei' junguntur quoque XIII. 4. 22. Ald. Junt. *Arachotorum et Drangianorum.* —3 Med. 2. *Bacensem.* Bodl. Leid. 5. *Vagasin.* Periz. *Vacassem.* Bech. Ven. Med. *Bachasum.* Flor. *Bacasum.* Par. Ald. Junt. *Baccasum.*—4 Sic Medicei,

NOTÆ

† A. M. 3870. Ol. 149. 1. U. C. 569. Ant. Ch. 182.

[h] *Drang.* [*Drangaritanorum*] Scribe *Drangianorum.*

[i] *Demetrii*] Qui Euthydemi Bactrianorum regis, de quo supr. fil. fuit.

[k] *Elymæorum*] Quos Jul. Pollux inter Hyrcaniam et Bactrianam collocat; Tac. circa Armeniam, circa Susianam Strab. Sunt populi Persidis, non procul a Persepoli.

phraten protulit; 9. atque ita adversa valetudine correptus,[5] non minor Arsace proavo, gloriosa senectute decessit.[6]

Bodl. Reg. tres Leid. Thuan. ut XLII. 2. 9. ‘A Cappadocia usque mare Caspium.’ Vulg. *usq. ad.*—5 Periz. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *arrept.*—6 Sic cæd. edd. et Med. 2. Coll. N. Leid. 1. Ald. Junt. Vulg. *decedit.*

LIBER XLII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Mithridatis, Parthorum regis, filius et successor Phrahates a militibus interficitur. 2. Post Artabanum Mithridates, cognomine Magnus, regnat, qui bellum infert Armeniæ, cujus origo exponitur, et primi reges recensentur. 3. Jasonis et Armenii, Armeniæ conditoris, elogia. Tigris fluvii origo. 4. Mithridati ejecto Orodes successit, qui parricidiis et cladibus domi et foris exagitatur. 5. Phrahatis, filii Orodis, parricidia et varia fortuna. Augustus ab eo captivos Romanos et signa militaria repetit.

CAP. I. 1. Post necem[a] Mithridatis, Parthorum regis, Phrahates filius ejus rex constituitur: qui, cum inferre bellum, in ultionem tentati ab Antiocho Parthici regni, Syriæ statuisset, Scytharum motibus ad sua defendenda revocatur. 2. Namque Scythæ, in auxilium Parthorum adversus Antiochum Syriæ regem mercede solicitati, cum confecto jam bello supervenissent, et, calumnia tardius lati auxilii,

NOTÆ

[a] *Post necem*] Nex vix unquam de morte naturali dicitur: Mithridatem tamen fato decessisse dixit lib. superiori.

mercede fraudarentur;[a] dolentes tantum[1] itineris frustra emensum, cum ‘vel stipendium pro vexatione, vel alium hostem dari sibi’ poscerent,[b] superbo responso offensi, fines Parthorum vastare cœperunt. 3. Igitur Phrahates, cum adversus eos[2] proficisceretur, ad tutelam regni reliquit Himerum quendam pueritiæ sibi flore conciliatum: qui tyrannica crudelitate, oblitus et vitæ præteritæ et vicarii officii, Babylonios multasque alias civitates importune vexavit. 4. Ipse autem Phrahates exercitum Græcorum, quem bello Antiochi[b] captum superbe crudeliterque tractaverat, in bellum secum ducit; immemor prorsus, quod hostiles eorum animos nec captivitas minuerat, et insuper injuriarum indignitas exacerbaverat. 5. Itaque, cum inclinatam Parthorum aciem vidissent, arma ad hostes transtulere; et diu cupitam captivitatis ultionem, exercitus Parthici et ipsius Phrahatis regis cruenta cæde, executi sunt.[c]

CAP. II. 1. In hujus locum Artabanus, patruus ejus, rex substituitur. Scythæ autem contenti victoria,[1] depopulata[2] Parthia, in patriam revertuntur. 2. Sed Artabanus bello Thogariis[3][c] illato, in brachio vulneratus, statim decedit. 3. Huic Mithridates filius succedit:‡ cui res gestæ ‘Magni’ cognomen dedere: quippe claritatem parentum, æmulatione virtutis accensus, animi magnitudine supergre-

[a] *Privarentur promissa mercede, quia Parthi querebantur quod tardius ipsis tulissent auxilium.*

[b] *Cum peterent stipendium pro labore tolerato in itinere, vel alium sibi dari hostem, Antiocho jam victo.*

[c] *Et, quod diu cupiebant, vindicaverunt injurias sibi illatas in captivitate, et cæde exercitus Parthici, et morte ipsius regis Phrahatis.*

1 Vulg. *tantum iis. Iis* abest Med. 2. Magl. Thuan. Leid. 2. 3. 4. Bodl. nec male.—2 Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Scythas.*

1 Thuan. Mss. Fuldenses, Leid. 1. *victoriæ.* Plura huj. constructionis exempla collegit Heins. ad Vell. II. 88. 2. Liv. XXIV. 29. ‘Libertatis contentus.’—2 Flor. Ald. Junt. *popul. P.*—3 Med. 2. tres Leid. Bodl. Coll. N.

NOTÆ

[b] *Quem bello Antiochi*] Sidetes, qui, victo Tryphone, Parthis bellum intulit, eosque 3. præliis fregit: sed paulo post, dum ejus milites imprudentius vagantur, a Parthis oppressus periit.

[c] *Thogariis*] Plin. Tacnarios Scythicum genus esse testatur.

‡ A. M. 3947. Ol. 168. 2. U. C. 646. Ant. Ch. 105.

ditur. 4. Multa igitur bella cum finitimis magna virtute gessit, multosque populos Parthico regno addidit. 5. Sed et cum Scythis prospere aliquoties dimicavit, ultorque injuriæ parentum fuit. 6. Ad postremum Ortoadisti,[4 d] Armeniorum regi, bellum intulit. 7. Sed, quoniam in Armeniam transitum facimus, origo ejus paulo altius repetenda est. 8. Neque enim silentio præteriri tantum regnum fas est, cum fines ejus post Parthiam omnium regnorum magnitudinem superent. 9. Siquidem Armenia a Cappadocia usque mare Caspium undecies centum millia[e] patet, sed in latitudinem millia passuum septingenta porrigitur. 10. Condita est autem ab Armenio,[5 f] Jasonis Thessali[g] comite: quem cum perditum[6] propter insignem periculosamque regno suo virtutem Pelias[h] rex cuperet,[d] denuntiata militia,

[d] *Cum rex Pelias illum vellet perdere, quia metuebat suo regno ob illius virtutem et audaciam.*

et C. C. ed. Rom. *Tocharis.*—4 Mss. *Arthoadisti* vel *Artadisti.* Vetustæ edd. *Artoadisti.*—5 Vincent. II. 69. Med. 2. Coll. N. *Armeno:* et cap. 3. 8. Med. 2. *Armenus.* Straboni XI. p. 530. Ἀρμένιοι et Ἄρμενος dicitur. Symeon Logothetes Annal. I. Ἀρμένιοι δὲ ἐκλήθησαν ἀπὸ Ἀρμενίου τινὸς οὕτω καλουμένου, τοῦ ἀπὸ Ἀρμενίας πόλεως Θετταλίας γενομένου, ὃς Ἰάσονι συνεστράτευσεν.—6 Magl. Leid. 1. Periz. ed. Bech. Ven. Med. *perdere.* Coll. N. et C. C. *perdere invenire.* Mss. Bong. Leid. 4. *perditum invenire:* nec aliter 3. in quo quinque priores literæ, tanquam superfluæ, lineola subductæ erant; ut eruditus amanuensis existimaverit, Justinum scripsisse *perditum ire:* quomodo h. l. etiam legend. conjecit Gerard. Voss. ad Val. Flacc. v. Argon. 30. Ita Auctor XXXVIII. 5. 16. 'Quia ultum iverit se:' et cap. 7. 7. 'Quas non expugnatum eant, sed possessum.' Prolog. lib. XVII. 'Quibus [auxiliis] iret contra Romanos defensum Tarentum.' Liv. XXVI. 27. 'Ut sibi Romam ad senatum ire liceret oratum, si qua misericordia tandem flecti possent, ne se ad ultimum perditum irent:' XXXII. 22. 'Neu pertinacia sua gentem universam perditum iret:' XXXIX. 10. 'Pudicitiam, famam, spem, vitamque tuam perditum ire hoc facto properat.' Hegesipp. I. 28. 'Nec tamen invidiam evasit, quod regnum præreptum ire Hyrcano affectaverat:' et 41. 'Dicens, pro hospitii munere gratiam se lucis repræsentare, quam exceptum ire filii

NOTÆ

[d] *Ortoadisti*] Artavasdis Armeniæ regis meminerunt et Strab. et Plut.

[e] *Undecies centum millia*] Graviter peccat Justin. cum plus multo, quam sit, tribuat Armeniæ.

[f] *Ab Armenio*] Armenorum pater fuit Us, vel Ul, Arami fil. et Semi pronepos, si Hieron. credimus.

[g] *Jasonis Thessali*] Æsonis ex Alcimede fil. fuit, quem moriens pater fratri Peliæ, cui regnum adulto Jasoni reddendum tradiderat, commendavit: sed Peliæ diffidens Alcimede eum tradidit Chironi alendum. Val. M. et Apollon.

[h] *Pelias*] Neptuni ex Tyro Salmonei regis filia genitus, Æsonis frater. Ovid.

in Colchos eum abire jubet,[i *] pellemque arietis memorabilem[k] gentibus reportare; sperans interitum viri aut ex periculis tam longæ navigationis, aut ex bello tam profundæ barbariæ. 11. Igitur Jason, divulgata opinione tam gloriosæ expeditionis, cum ad eum certatim principes juventutis totius ferme orbis concurrerent, exercitum fortissimorum virorum,[l] qui 'Argonautæ'[m] cognominati sunt, comparavit: 12. quem cum magnis rebus gestis[n] incolumem reduxisset, rursus a Peliæ filiis[o] Thessalia magna vi pulsus,[7] cum ingenti multitudine, quæ ad famam virtutis ejus ex omnibus gentibus quotidie confluebat, comite Medea[p] uxore, quam repudiatam miseratione exilii rursum receperat, et Medio privigno,[q] ab Ægeo,[r] rege Atheniensium, ge-

pergerent.' Saxo v. p. 90. 32. 'Audiens Alricus interemtionem filii ultum ire deproperat:' VI. p. 107. 19. 'Tam inusitatæ præsumtionis audaciam ultum ire deproperat:' et XIV. p. 270. 43. 'Si in cives ac propinquos pugnatum issent.' Saresb. fine prologi lib. VII. Policr. 'In quo quidem me præstitum ire obsequium tam malis quam bonis arbitror.'—7 Ita Magl. Leid. 4. Periz. Bodl. In Med. 2. *mag.* vi desiderantur. Vulg. *Th. pulsus, m. v. &c.*

NOTÆ

[i] *Abire jubet*] Cum jam adultus Jason regnum Thessaliæ repeteret, illius expeditionis suscipiendæ Pelias illi auctor fuit.

* A. M. 2772. Ant. Ch. 1280.

[k] *Pellemque arietis memorabilem*] Phryxus Athamantis et Nepheles fil. cum sibi ab Ino noverca metueret, conscenso aurei velleris ariete, quem vel a matre vel a patre acceperat, Pontum ea parte, qua angustior, transfretavit, una cum Helle sorore, quæ metu, dum transnatat, in fluctus demersa, Hellesponto nomen dedit. Phryxus vero, in Colchos delatus, ad Æetam regem pervenit, ubi, ariete vel Jovi vel Marti immolato, in templo suspendit vellus aureum, Aries inter sidera locatus est.

[l] *Fortissimorum virorum*] 52. vel 56. numerantur, quorum præcipui Castor, Pollux, Hercules, Peleus, Telamon, Argus, Mopsus, Tiphys, &c.

[m] *Argonautæ*] Nomen sortiti ab ea, qua vecti sunt, navi; cui hoc nomen inditum est, vel ob velocitatem, vel propter architectum, vel denique quod deferret Argivos. Quod esset ex Dodonææ sylvæ arboribus fabricata, ideo vocalis a poëtis fingitur.

[n] *Magnis rebus gestis*] Quo vellus aureum raperet facilius, Medeæ usus opera, draconem prius sopitum occidit, ejusque dentes commisit sulcis.

[o] *A Peliæ filiis*] Quod Jason a Peliæ filiis Thessalia pulsus fuerit, unaque cum Medea ubique victor peragrarit Asiam, præter Justinum, qui scripserit legi neminem.

[p] *Medea*] Æetæ Colchorum regis filia, poëtarum et tragœdiis et fabulis notissima. Nonnulli tamen non veneficam fuisse volunt; sed prudentem fœminam, quæ effœminatos homines ad sanitatem traduxerit, eosque in locis calidis variis exercuerit laboribus: unde locus datus fabulis.

[q] *Medio privigno*] Dum Jason amore

nito, Colchos repetivit,[e] socerumque[i] Æetam regno pulsum restituit.

Cap. III. 1. Magna deinde bella cum finitimis gessit; captasque civitates partim regno soceri, ad abolendam superioris militiæ injuriam, qua et filiam ejus Medeam abduxerat, et filium Ægialeum[11][t] interfecerat, adjunxit; partim populis, quos secum adduxerat, assignavit:[f] 2. primusque humanorum[2][s] post Herculem[u] et Liberum,[3][w] qui reges Orientis fuisse traduntur, eam cœli plagam domuisse dicitur. 3. Populis quibusdam Recam[4][x] et Amphistratum,

[e] *Repetiit Colchos cum Medio privigno, filio Ægæi regis Atheniensium, et cum uxore Medea, quam prius repudiatam iterum receperat, motus misericordia propter ipsius exilium.*

[f] *Et unam partem civitatum, quas ceperat, dedit populis quos secum adduxerat; alteram adjunxit regno soceri, ut deleret memoriam injuriæ, quam ipsi intulerat in priori bello, cum et abduxerat Medeam ejus filiam, et interfecerat Ægialum ejus filium.*

1 Med. 2. *filium Ægæi Ægialeum.* Magl. *filium Ægialeum.* Thuan. *f. Ægealium.* Leid. 3. *f. Ægealium.* Ven. Flor. *filium Œætæ Ægialum.* Par. *filium Æëtæ Ægialeum.* Cic. III. de N. D. 19. 'Quid hujus [Medeæ] Absyrtæ fratri, qui apud Pacuvium Ægialeus? Sed illud nomen veterum literis usitatius.' —2 Ald. Junt. *hominum.* Male. Vid. Avum ad Liv. VIII. 9.—3 Magl. Leid. 1. 4. ed. Rom. *Lib. patrem.*—4 *Rec.* ex Strab. et Eustath. restituerunt viri docti pro vulg. *Frudium*, vel, ut plerique Mss. habent, *Phrigium*, *Fudium*, *Fraudium.* Ald. Junt. *Rhecan.* Med. 2. *Ericam*, quod ad sinceram scripturam accedit proxime. Ceterum aurigas Dioscurorum 'Amphitum et Thelchium' vocat Plin. VI. H. N. 1. et Ammian. XXII. 8. a Bong. laudatus, 'Amphitum et Telchium:' ubi pro *Telchius* ex ed. Rom. et sex Mss. Ammiani, atque

NOTÆ

Creusæ flagraret, Medea ab eo repudiata nupsit Ægeo, ex quo suscepit Medium.

[r] *Ægeo*] Neptuni fil. erat, rex Atheniensium, Thesei pater; quem cum in Creta periisse crederet, in mare se dedit præcipitem, quod ab ipso Ægæum dictum est. Nota omnibus fabula.

[s] *Socerum*] Æetes ex Persa Oceani filia Solis etiam filius extitit.

[t] *Ægialeum*] Ab omnibus fere aliis Absyrtus dicitur.

[u] *Herculem*] 3. numerat Diod. 6. Arnob. et Varro 42. quorum celeberrimus, licet novissimus, Thebanus fuit, Amphitryonis vel Jovis fictitii ex Alcmena fil. cujus labores ab omnibus decantatos quis nesciat? Ejus historia ex rebus a Samsone gestis expressa est; uterque enim leonem vicit: uterque evertit columnas, hic domus, ille Hispaniæ; turpis utriusque ap. mulieres servitus, istius ap. Dalilam, illius ap. Omphalen, &c.

[w] *Liberum*] Huj. nominis fuerunt etiam plurimi, ex Diod. quorum tertius ceteros rerum gestarum gloria superavit, qui ex Jove et Semele Thebis genitus.

[x] *Recam* [*Frudium*] Hoc nomine nullus fuit: sed Rhecas et Amphistratus, latronum duces, a quibus, quod aurigæ Castoris et Pollucis fu-

aurigas Castoris et Pollucis,[y] duces assignavit. 4. Cum Albanis[z] fœdus percussit: qui Herculem ex Italia ab Albano monte, cum, Geryone extincto,[a] armenta ejus per Italiam duceret, secuti dicuntur; quique, memores Italicæ originis, exercitum Cn. Pompeii bello Mithridatico, 'fratres' salutavere. 5. Itaque Jasoni totus ferme Oriens, ut conditori, divinos honores templaque constituit: quæ Parmenio,[5] dux Alexandri Magni, post multos annos dirui jussit, ne cujusquam nomen in Oriente venerabilius, quam Alexandri esset. 6. Post mortem Jasonis, Medius[6][b] æmulus virtutis[7] ejus, in honorem matris, Medeam[8] urbem[9] condidit; regnumque ex nomine suo Medorum[10] constituit, sub cujus majestate Orientis postea imperium[11] fuit. 7. Albanis vicinæ Amazones[12] sunt: quarum reginam Thalestrem concubitum Alexandri petisse, multi auctores prodidere. 8. Armenius quoque et ipse Thessalus, unus de numero ducum Jasonis, recollecta multitudine, quæ amisso Jasone rege passim vagabatur, Armeniam condidit:[13] 9. a cujus montibus Tigris fluvius modicis primo incrementis nascitur: interjecto deinde aliquanto spatio, sub terras

codd. Solini, quibus usus fuit Delrio, *Cercius* restituit Valesius.—5 Sic Periz. ut XII. 1. 3. Vulg. *Parmenion.*—6 Mss. ed. Ald. Junt. *Medus*, et sup. cap. 2. 12. *Medo.* Flor. *Mædus* et *Mædo.* Hygino Fab. 26. 27. et 275. quoque 'Medus' dicitur.—7 Bodl. Periz. *virtutum.*—8 Med. 2. Magl. Leid. 3. 5. *Mediam.*—9 Rom. Flor. Ald. Junt. *Medeæ Medeam* (Flor. *Mædeæ Mædeam*) *urb.* Quomodo ex conj. legit Munker. ad Hygin. Fab. 26.—10 Flor. *regnumque e* (ita etiam Ald. Junt.) *nom. suorum Mæd.*—11 Ald. Junt. *maj. omne post. Or. imp.* Ven. Flor. Par. *maj. omne post. imp.*—12 Med. 2. *Albani vicini Amazonum.*—13 Sic plerique Mss. ed. Rom. Ven. Flor. Med. Par. et Raban. Maurus XVI.

NOTÆ

issent, Heniochia nomen habuit.

[y] *Castoris et Pollucis*] Fratres gemini, Ledæ ex Jove filii, qui et Tyndaridæ dicti sunt; Pollux immortalis, mortalis Castor, natus est: hic enim a Tyndaro, ille a Jove, genitus; sed Castore mortuo Pollux a Jove petiit, suam ut immortalitatem cum fratre partitus alterna morte moreretur: quod illi concessum est.

[z] *Cum Albanis*] Alba ab Ascanio Æneæ fil. condita: nunc ei adjacet Albanum urbs, quæ ex ejus ruderibus crevit. *Albano.*

[a] *Geryone extincto*] Tricorporeum finxit fabula: 3. tamen fuerunt eod. nomine fratres, qui, cum uterentur maxima inter se amicitia, ab una mente regi putarentur. Hesiod.

[b] *Medius*] Medos tamen ex Ludo Semi fil. ortos refert Chronicon Alexandrinum.

mergitur; atque ita post quinque et viginti millia passuum grande jam flumen in regione Sophene[14 c] emergit; ac sic in paludes Euphratis[d] recipitur.

CAP. IV. 1. Igitur Mithridates rex Parthorum, post bellum Armeniæ, propter crudelitatem a senatu Parthico regno pellitur. 2. Frater ejus Orodes,[e] cum regnum vacans occupasset, Babyloniam, quo Mithridates confugerat, diu obsidet;[1] et fame coactos in[2] deditionem oppidanos compellit. 3. Mithridates autem, fiducia cognationis, ultro se in potestatem Orodis tradit. 4. Sed Orodes, plus hostem quam fratrem cogitans,[g] in conspectu suo trucidari eum jussit; et post hæc bellum[3] cum Romanis gessit,* Crassumque imperatorem[f] cum filio et omni exercitu Romano delevit. 5. Hujus filius Pacorus[g] missus ad persequendas Romani belli reliquias, magnis rebus in Syria gestis, in Parthiam patri suspectus revocatur; quo absente, exercitus Parthorum, relictus in Syria, a Cassio quæstore[h] Crassi, cum omnibus ducibus, trucidatur.[4] 6. His ita gestis, non magno post tempore Romanis inter Cæsarem Pompeiumque civile bellum oritur:[i] in quo Parthi Pompeianarum partium fuere, et propter amicitiam cum Pompeio bello Mithridatico junctam,[4] et propter Crassi necem, cujus filium in partibus Cæsaris esse audierant; quem ultorem patris victore Cæsare futurum non dubitabant.[5] 7. Itaque, victis partibus Pompeianis,[k] et Cassio et Bruto[l] auxilia adversus Augustum et Antonium[m] misere; et post belli finem[n] rursum Pacoro duce, inita cum Labieno[o] societate, Syriam

[g] *Sed Orodes magis cogitans illum esse hostem sibi, quam suum fratrem.*

---

de Serm. propr. 2. Vulg. *condit.*—14 Ald. Junt. *Sophenes.* Margo Periz. 'Videtur pro eod. ponere Tigrin et Euphraten, cum tamen Scriptura eos pro diversis ponat.'

1 Med. 2. Periz. Bodl. ed. Flor. Ald. Junt. *obsedit.*—2 Med. 2. *ad.*—3 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *bella.*—4 Leid. 4. *deletur duc.* ut

NOTÆ

[c] *In regione Sophene*] Regio Armeniæ majoris, in Mesopotamiæ confinio, ubi Tigris.

[d] *Paludes Euphratis*] Fluvius Asiæ, qui, ortus in Armenia Majori, eam a Minori, et Syriam Arabiamque a Mesopotamia, separat; deinde, inf. Seleuciam junctus, cum Tigri in Sinum Persicum se exonerat.

[e] *Orodes*] Quem Hyrodem vocat Plut. Ab eo Mithridatem expulsum dicit Appian.

* A. M. 4001. Ol. 181. 4. U. C. 700. Ant. Ch. 51.

[f] *Crassumque imperatorem*] Crassus, obtenta Syria, spe prædæ Parthis bellum intulit; sed, secutus Arabem nescio quem, in loca æqualia vastamque planitiem cum exercitum imprudens deduxisset, a Surena Parthorum duce lacessitus, et filium et multos e suis amisit; cumque fugientibus identidem Parthis nulla pugnandi copia fieret, ipse Carras cum reliquo exercitu fugit: sed paulo post in Parthorum manus incidit, a quibus occisus est; caputque abscissum missum regi, qui aurum in oris rictum infundi jussit, 'ut, cujus animus arserat auri cupiditate, ejus etiam mortuum cadaver auro ureretur,' inquit Flor.

[g] *Pacorus*] Regionem omnem, quæ ad Euphratem usque pertinet, recepit; fluvioque transmisso, irrupit in Syriam.

[h] *In quo Parthi steterunt a partibus Pompeii, propter amicitiam junctam cum Pompeio, cum bellum gereret in Mithridatem.*

XII. 7. 1. 'Deletus in Sicilia cum imperatore exercitus.'—5 Med. 2. Leid. 3. 4. 5. Coll. N. Cant. Mss. Bong. *deliberabant*, quod vulgato præfert Wass.

NOTÆ

[h] *A Cassio quæstore*] C. Cassius Longinus, cum in Syriam post cladem Crassi Carris profugisset, res prospere gessit in Parthos.

[i] *Civile bellum oritur*] Quod nec superiorem Cæsar, nec parem Pompeius, ferre posset; Pompeianis id agentibus, ut expleto tempore provincia Cæsar exercituque cederet; Cæsarianis vero, ut idem præstaret Pompeius, annitentibus.

[k] *Victis partibus Pompeianis*] Ter Pompeianos vicit Cæsar: semel in Thessalia ad Pharsalum; iterum in Africa, ad Thapsum, prope Leptim; tertio in Hispania, ad Mundam Bæticæ oppidum. In prima pugna Pompeius victus, in altera Scipio et Juba, in tertia Pompeii filii. Sed hæc omnibus nota.

[l] *Et Cassio et Bruto*] Confosso pugionibus in curia Cæsare, ille Syriam, hic Macedoniam, obtinuerat, quod a reipublicæ partibus contra Antonium uterque staret.

[m] *Adversus Augustum et Antonium*] Penes quos id temporis summa rerum potestas erat, quique, ut mortem Cæsaris ulciscerentur, et senatores proscripserunt plurimos, Cassiumque et Brutum armis persecuti sunt.

[n] *Post belli finem*] De summa rerum certatum est ad Philippos, sive Macedoniæ sive Thessaliæ, ubi et Cassius ab Antonio, et Octavius a Bruto, victus est: at Cassius, Brutianæ ignarus victoriæ, sibi conscivit mortem; Brutusque commisso iterum prælio superatus a servo occidi se jussit.

[o] *Cum Labieno*] Fil. Titi Labieni, qui et in bello Gallico legatus Cæsaris fuerat, et in prælio ad Mundam, contra ipsum Cæsarem fortiter dimicans, cecidit. Ante pugnam Philippensem ejus filium ad Orodem Cassius miserat, ut inde evocaret auxilia: sed Labienus, audita Cassii Brutique clade, Parthis, ut bellum Romanis inferrent, auctor extitit.

et Asiam[p] vastavere; castraque[6] Ventidii, qui post Cassium absente Pacoro exercitum Parthicum[q] fuderat, magna mole aggrediuntur. 8. Sed ille, simulato timore,[r] diu continuit se, et insultare Parthos aliquantisper passus est. Ad postremum in securos[7] lætosque partem legionum emisit;[8] quarum impetu fusi Parthi in diversa abiere. 9. Pacorus, cum fugientes suos abduxisse secum legiones Romanas putaret, castra Ventidii, veluti sine defensoribus, aggreditur.[†] 10. Tum Ventidius,[s] reliqua parte legionum emissa, universam Parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit: nec ullo bello Parthi unquam majus vulnus acceperunt. 11. Hæc cum in Parthia[9] nuntiata essent, Orodes pater Pacori, qui paulo ante vastatam Syriam, occupatam Asiam a Parthis audierat, victoremque Paco-

[r] *Cum Pacorus putaret legiones Romanas abductas longius, dum persequuntur suos fugientes.*

ad Sall. I. Fragm. Hist. 12. Add.—6 Ald. Junt. *castra quoque.*—7 Med. 2. *sec. jam.*—8 Bodl. Periz. *imm.* Prius etiam usitatum Livio XXVI. 10. 'Itaque immisit equites, summoverique atque in castra redigi hostium equitatum jussit.' XXVIII. 14. 'Equitatum omnem extemplo in equites emittit:' et XXIX. 2. 'Quæ prior [pars] in dehiscentem intervallis hostium aciem equites emisit.'—9 Med. 2. *in Parthiam.*—10 Ita loquuntur optimi scriptores,

NOTÆ

[p] *Syriam et Asiam*] Pacorus Apamea et Antiochia captis, omni Cilicia Syriaque, præter Tyrum, potitus, in Judæa regem constituit Antigonum.

[q] *Exercitum Parthicum*] Labienum, dum Pacorus in Syriam properat, in fugam egit, et ad Taurum montem persecutus est.

[r] *Simulato timore*] Ventidius equitatus Parthici metu in loco edito castra posuerat; quæ dum imprudentius aggrediuntur Parthi, ab irruentibus undique Romanis in fugam versi, Labienus in castris obsessus, et paulo post, dum noctu fugam cogitat, a liberto captus, multa millia Parthorum cæsa, ipseque Pacorus occisus: ex Vell. Appian. et Plut. Quod tamen in altero prælio contigit.

[†] A. M. 4015. Ol. 185. 2. U. C. 714. Ant. Ch. 37.

[s] *Ventidius*] Loco humili natus, quem mater bello Sociali a Pompeio Strabone capta ante currum imperatoris triumphantis in sinu tulit. Grandior factus, victum sibi ægre quæsivit, comparandis mulis et vehiculis magistratibus. In isto quæstu notus esse cœpit Cæsari, cum quo in Gallias profectus, in illius amicitiam et in ordinem amplissimum pervenit. Cum Antonio deinde proscriptus est: sed conjunctis partibus, pontifex, deinde consul, creatur: quod populus Romanus tam indigne tulit, ut vulgo per vias urbis versiculi scriberentur: 'Concurrite, omnes augures, haruspices: Portentum inusitatum conflatum est recens: Nam, mulos qui fricabat, factus est consul.'

rum Romanorum gloriabatur, repente filii morte et exercitus clade audita ex dolore in furorem vertitur. 12. Multis diebus non alloqui quenquam, non cibum sumere, non vocem mittere,[10] ita ut etiam[11] mutus factus videretur. 13. Post multos deinde dies, ubi dolor vocem laxaverat, nihil aliud quam Pacorum vocabat: Pacorus illi videri, Pacorus audiri videbatur; cum illo loqui, cum illo consistere: interdum quasi amissum flebiliter dolebat. 14. Post longum deinde luctum, alia solicitudo miserandum senem invadit, quem ex numero triginta filiorum in locum Pacori regem destinet. 15. Multæ pellices, ex quibus generata tanta juventus erat, pro suis quæque solicitæ animum senis obsidebant. 16. Sed fatum Parthiæ fuit,[12] in qua jam quasi solenne est reges parricidas haberi, ut sceleratissimus omnium, et ipse Phrahates nomine, rex statueretur.

CAP. V. 1. Itaque statim, quasi nollet mori, patrem interfecit;[‡] fratres quoque omnes triginta[1] trucidat. Sed nec in filiis cessant parricidia. 2. Nam, cum infestos sibi

ut Liv. VIII. 33. 'Unde et privati vocem mittere possemus:' et XXX. 12. 'Si captivæ apud dominum vitæ necisque suæ vocem supplicem mittere licet:' quem Livii locum imitatur Saxo XIV. p. 351. 43. 'Supplicem pro nepotibus vocem mittere non sustinuit.' Sen. II. de Ira 11. 'Missa vox publici affectus.' Gell. I. 15. 'Ulyssen Homerus vocem mittere ait non ex ore, sed ex pectore.' Verum Med. 2. Magl. Leid. 2. Bodl. *emittere*, ut sup. XI. 15. 6. 'Nec incassum postremas voces emissurus.' Cic. VI. Verr. 37. 'Cur cogis sodalis filium hanc primam in foro vocem cum dolore et querimonia emittere?' Id. II. ad Att. 24. 'Nullum unquam verbum, quod revocare vellet, emisit:' II. de Orat. 53. 'Facete dicta, statim ut emissa sunt, hærere debent.' Auctor ad Herenn. IV. 67. 'Quod si nunc hæc urbs invictissima vocem emittat.' Petron. 19. Nullum potui verbum emittere.' Sen. Hippol. 602. 'Vis magna vocem emittit.' Saxo XIV. p. 293. init. 'An piam vocem emiserit:' et p. 306. 14. 'Non supplicem aut tristem vocem emisit.' Saresb. II. 4. p. 57. 'Eandem vocem miserabiliter et cum quodam ejulatu emittens.' D. Marc. XV. 37. Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀφεὶς φωνὴν μεγάλην· 'Jesus autem emissa voce magna.' Ita vetus interp. Id. libro Sapientiæ VII. 3. 'Et primam vocem similem omnibus emisi plorans.'—11 *Etiam* omittunt Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—12 Avo ex conj. legenti *fuit* pro *fecit*, suffragatur Leid. 3. Sall. Cat. 47. 'Se tertium esse, cui fatum foret urbis potiri.'

1 Med. 2. Magl. tres Leid. ed. Rom. *fr. q. omn. trig.* probante Bern. Peri-

NOTÆ

[t] *Patrem interfecit*] Laboranti intercutis morbo aconitum miscuit: quod cum per alvum vis morbi dejecisset, ita ut rex paulo se haberet melius, jacentem in lecto præfocari jussit. Ita Appian.

[‡] A. M. 4007. Ol. 185. 4. U. C. 716. Ant. Ch. 35.

optimates propter assidua scelera videret, ne esset qui nominari rex posset, adultum filium interfici jubet. 3. Huic Antonius, propter auxilium adversus se et Cæsarem latum, bellum cum sedecim[z] validissimis legionibus[u] intulit: sed, graviter multis prœliis vexatus,[w] a Parthia refugit. 4. Qua victoria insolentior Phrahates redditus, cum multa crudeliter consuleret, in exilium a populo suo pellitur.[t] 5. Itaque, cum magno tempore[1] finitimas civitates, ad postremum Scythas precibus fatigasset, Scytharum maximo[4] auxilio in regnum restituitur. 6. Hoc absente, regem[5] Parthi Tiridaten quendam constituerant: qui, audito adventu Scytharum, cum[6] magna amicorum manu ad Cæsarem in Hispaniam[7] bellum[x] tunc temporis gerentem profugit, obsidem Cæsari minimum filium Phrahatis ferens, quem negligentius custoditum rapuerat. 7. Quo cognito, Phrahates legatos statim ad Cæsarem mittit, 'servum suum Tiridaten et filium remitti sibi' postulat. 8. Cæsar, et legatione Phrahatis audita, et Tiridatis postulatis cognitis (nam et ipse restitui in regnum desiderabat, 'juris Romanorum futuram Parthiam' affirmans, 'si ejus regnum muneris eorum

[t] *Ejicitur in exilium a populo, cum crudelitatem suam in multis exhibuisset.*

---

zonianus *fr. q. ejus omn.*—2 Med. 2. XI.—3 Magl. Leid. 2. ed. Rom. *mag. post temp.* Leid. 5. *m. temp. ob id.*—4 Med. Magl. ed. Rom. *maxime*, quomodo legend. suspicabatur Freinsh.—5 Med. 2. ed. Rom. *reg. sibi.*—6 *Cum* abest ed. Med. Par. Ald. Junt.—7 *In Hispania* Magl. Leid. 1. 2. 3. Thuan. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Ald. Junt. idemque malebat Faber. Vid. Wopkens. ad III. 2. 1. Leid. 4. *in Spania.* Id. a pr. m. Thuan. Ms. Bong. XII. 13. 1. *Spaniarum.*—

NOTÆ

[z] *Cum sedecim validissimis legionibus*] Romanorum et sociorum habebat 60. M. Gallorum 10. Armeniorum 11. aliarum gentium 30.: præterea Hispanorum equitatum: quibus copiis Bactros et Indos terruit, si Appian. credimus.

[w] *Multis prœliis vexatus*] Dum Præaspa Mediæ metropolim obsidet, Statianus cum M. 10. a Parthis oppressus est: deinde, inito certamine, cum nec victus nec victor discessisset, frustra tentata pace, Armeniam repetit inglorius, dum Phrahates inter 27. dierum iter noctu diuque 18. prœliis eum fatigat. Antonius tamen, quod vivus e Parthia rediisset, victorem prædicare se non erubuit, ut referunt Dion. Plut. et Appian.

[x] *In Hispaniam bellum*] Hispania fere tota Romanis parebat, præter Cantabros et Astures, qui etiam tum domari cum non potuissent, Cæsar ipse eo profectus est.

fuisset'[l]) 'neque Tiridaten dediturum[8] se Parthis' dixit, 'neque adversus Parthos Tiridati auxilia daturum.' 9. Ne tamen per omnia nihil a Cæsare obtentum videretur, Phrahati[9] filium sine pretio remisit; et Tiridati, quoad manere apud Romanos vellet, opulentum sumtum præberi jussit. 10. Post hæc finito Hispaniensi bello,[y] cum in Syriam ad componendum orientis statum venisset, metum Phrahati incussit,[10] ne bellum Parthiæ vellet inferre. 11. Itaque tota Parthia captivi ex Crassiano[z] sive Antonii exercitu recollecti, signaque cum his militaria Augusto remissa.* 12. Sed et filii nepotesque[a] Phrahatis obsides Augusto dati: plusque Cæsar magnitudine nominis sui fecit, quam armis alius imperator facere potuisset.

[l] *Dicens Parthiam Romanis aliquo modo subjectam fore, si ipsum restituissent in regnum.*

---

8 Ald. Junt. *redditurum.*—9 Med. 2. Magl. Thuan. Leid. 1. 3. 4. Bodl. Coll. N. Periz. ed. Rom. Bech. Ven. Med. Par. *et Ph.*—10 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *injunxit*, quod temere in contextum recepit Vorst. Liv. XXIII. 26. 'Repentinaque eorum audacia terrorem hosti incussit.' XXXI. 34. 'Id metum pigritiamque incussit.' Hegesipp. v. 16. 'Armorum sonitus auditi metum incussere victoribus.'

NOTÆ

[y] *Finito Hispaniensi bello*] Annis 2. quorum primo Cantabros, altero Astures, penitus devicit, non tam sua, quam legatorum, Agrippæ, Antistii et Furvii, fortitudine: res enim, sicut Antonius, per legatos felicius quam per se ipsum conficere solebat. Cassiod. Oros. et Flor.

[z] *Captivi ex Crassiano*] Qui vel in Parthia præ pudore remanere, vel mortem sibi inferre, quam redire in patriam, maluerant.

* A. M. 4034. Ol. 190. 1. U. C. 733. Ant. Ch. 18.

[a] *Filii nepotesque*] Phrahates, vocato in colloquium Titio, qui tum Syriæ præerat, 4. filios legitimos ei tradidit obsides. Ita Flor. et Strab.

LIBER XLIII.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Romani imperii initia. Urbis origo. Primi Italiæ cultores et reges. 2. Rhea, Numitoris filia, Romulum et

Remum parit, qui mira ratione educati emergunt. 3. Roma a Romulo et Remo condita: Senatus constitutus: raptæ Sabinæ: vicini subacti. Phocæenses Tarquinii temporibus Massiliam condunt, Liguribus invidentibus. 4. Varia Massiliensium fortuna, et felices successus. 5. Eorundem bella, et fœdera: itemque benevolentia et munificentia in Romanos.

Cap. I. 1. Parthicis, orientalibusque, ac totius propemodum Orbis rebus expeditis,[1] ad initia Romanæ urbis Trogus, velut post longam peregrinationem, domum revertitur; ingrati civis officium existimans, si, cum omnium gentium res gestas illustraverit, de sola[2] tantum patria taceat. 2. Breviter igitur initia Romani imperii perstringit; ut nec modum propositi operis excedat, nec utique originem Urbis, quæ est caput totius Orbis, silentio prætermittat. 3. Italiæ cultores primi Aborigines[a] fuere, quorum rex Saturnus[b] tantæ justitiæ fuisse traditur, ut neque servierit sub illo quisquam, neque[3] quicquam privatæ rei ha-

1 Septem Mss. *explicitis*, quod glossa est *τοῦ exped.* Sall. Ju. 5. 'Sed, prinsquam hujuscemodi rei initium expedio, pauca supra repetam.' Mela procem. 'Ac primo quidem quæ sit forma totius, quæ maximæ partes, quo singulæ modo sint atque habitentur, expediam.'—2 Ita Coll. N. applaudente Schef. Reliqui *de s. tam, tum*, vel *tantum*. *Tantum* etiam addunt vett. edd. et Bongarsiana.—3 Ald. Junt. *neque jus.*—4 Med. 2. *P. h. Picus: tert.* Virgil. VII.

NOTÆ

[a] *Aborigines*] H. e. *αὐτόχθονες*. *Αὐτόχθων* idem Græce sonat quod Latine 'Aborigo,' et 'Indigena:' quod nomen huic genti inditum, quod in regione sua genuina fuerit, quasi absque origine et veluti e terra nati essent. Quare Aborigines putat Stephanus populos Italiæ fuisse antiquissimos: alii tamen errones quosdam fuisse volunt, et multis e regionibus convenas iis in locis junctos, quasi ab erroribus 'Aberrigenes' vel 'Aborigenes' dicerentur. Non desunt tamen qui malint eos, vel a Chamaseno Ægyptiorum Saturno, vel ab Œnotrio Lycaonis Arcadiæ regis filio, in Italiam abductos.

[b] *Quorum rex Saturnus*] Oceani ac Thetidos fil. qui, cum ex oraculo didicisset fore, ut a filiis regno pelleretur, ideoque Jovi struneret insidias, ab eo Creta ejectus in Italiam profugit. Unde pars Italiæ, quod ibi ap. Janum latitasset, Latium dicta est. Cum agri colendi rationem Janum docuisset, in regni portionem ab eo receptus est; amboque tam unanimi consensu regebant populos, ut eorum ætas aurea fuerit nuncupata.

buerit:[a] sed omnia communia et indivisa omnibus fuerint, veluti unum cunctis patrimonium esset. 4. Ob cujus exempli memoriam cautum est, ut Saturnalibus,[c] exæquato omnium jure, passim in conviviis servi cum dominis recumbant. 5. Itaque Italia regis nomine 'Saturnia' appellata est; et mons, in quo habitabat, 'Saturnius:' in quo nunc, veluti a Jove pulso sedibus suis Saturno, Capitolium est.[d] 6. Post hunc tertio[4] loco regnasse Faunum[e] ferunt, sub quo Euander,[f] ab Arcadiæ urbe Pallanteo,[5 g] in Italiam cum mediocri turba popularium venit: cui Faunus et agros, et montem, quem ille postea 'Palatium'[6 h] appellavit,

[a] *Ut illius tempore nullus fuerit servus, et nullus habuerit bona sibi propria.*

Æ. 45. 'Fauno Picus pater: isque parentem Te, Saturne, refert.' Arnob. II. adv. G. p. 94. ed. Lugd. Bat. 'Quis [genuit] Picum Fauni patrem, atque avum Latini? Saturnus, ut vos iidem vestris scriptis atque auctoribus traditis.' Suid. v. Μεταλλεῖς. *Φαῦνος υἱὸς Πίκου τοῦ καὶ Διὸς, ὃν Ἑρμῆν ἐκάλεσαν εἰς ὄνομα τοῦ πλανήτου ἀστέρος, μεταλλον* (Ms. Leid. *μέταλλα*) *ἐφεῦρε χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ σιδήρου, καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν παρέδωκε τοῖς δυτικοῖς, ὡς καὶ πλουτοδότην αὐτὸν ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων καλεῖσθαι.*—5 Leid. 4. Magl. *Palant.*—6 Med. 2. ed. Bech. *Pallatinum.* Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Palatinum.* Leid. 3.

NOTÆ

[c] *Saturnalibus*] Saturni feriæ mense Decembri celebrari solebant, die 14. Cecrops omnium primus, ut Macrob. probat ex Philochoro, Saturno et Opi tanquam frugum repertoribus statuit in Attica, ut patresfamilias una cum servis frugibus vescerentur. Qui festi dies dicebantur Κρόνια, quibus nefas erat gerere bellum et punire quenquam: servos domini excipiebant conviviis; quidvis libere loqui mancipiis licebat; pileos, libertatis signum, gestare, et calceis ingenuorum indui. Sunt tamen qui velint Saturnalia deducta ex Scenopegiis Judæorum, quæ mense Thisri 7. dierum spatio collectis frugibus celebrari mos erat: quo tempore servis simul cum liberis epulari sub tentoriis et feriari licebat. Ex Levitico.

[d] *Capitolium est*] Arx Romæ munitissima in Saturnio monte, quam Tarquinius Superbus condidit, cui nomen datum ab hominis capite ibi reperto, dum fundamenta jacerentur. Mons Tarpeius prius dictus est, a Tarpeia Vestali virgine, quæ h. in loco fuerat Sabinorum scutis obruta.

[e] *Faunum*] Pici fil. qui a Saturno genitus. A Fauno orta poëtæ finxerunt numina rustica, quos Faunos et Sylvanos appellarunt.

[f] *Euander*] Rex Arcadiæ, Carmentis fatidicæ fil. cum patrem imprudens occidisset, pulsus Arcadia venit in Italiam, ubi conditum in monte Palatino oppidum a Pallante proavo dixit Pallanteum.

[g] *Pallanteo*] Cui nomen impositum a Pallante, uno filiorum Lycaonis. Ex Hesiod.

[h] *Palatium*] Mira inter auctores h. de nomine varietas. A Pallante Arcadiæ urbe deductum vult Liv. a Palatia Latini uxore Varro: Solin. vel a Pale pastorum Dea vel a Pal-

benigne assignavit. 7. In hujus radicibus templum Lyceo, quem Græci ‘Pana,’[i] Romani ‘Lupercum,’[k] appellant, constituit: ipsum Dei simulacrum nudum caprina pelle amictum est, quo habitu nunc Romæ Lupercalibus[l] decurritur.[m] 8. Fauno fuit uxor[7] nomine Fatua,[n] quæ assidue divino spiritu impleta, velut per furorem, futura prædicebat. Unde adhuc, qui inspirari solent, ‘fatuari’ dicuntur. 9. Ex filia Fauni et Hercule, qui eodem tempore, extincto Geryone, armenta, victoriæ præmia, per Italiam ducebat, stupro conceptus Latinus[o] procreatur. 10. Quo tenente regnum, Æneas[p] ab Ilio, Troja[q] a Græcis expugnata,[r] in

Ms. Bong. *Palantinum*.—7 Med. 2. *Fauni ux. f.* Leid. 2. 3. 4. *Fauno u. f.* Ms. Bong. et C. C. *præcinebat*, quod alteri præferebat Avus III. Obs. 24.

NOTÆ

lante Evandri fil. alii denique ab Arcadibus, quod palantes, h. e. vagantes, illuc appulerint.

[i] *Pana*] Cujus filius Pan fuerit, incertum est: sed a poëtis et pastorum et naturæ totius Deus fingitur. In Arcadia, maxime vero in Lycæo et Mænalo montibus, colebatur.

[k] *Lupercum*] Sacerdotes huj. sacrificii Luperci dicti sunt.

[l] *Lupercalibus*] Alia alii de Lupercalibus tradunt auctores. Ab Evandro ex Arcadia in Italiam translata volunt Dionys. Liv. et Plut. Val. M. instituta primum tradit a Romulo et Remo, propter factam sibi ab avo Numitore urbis in monte Palatino condendæ potestatem. Ovid. vero refert a Romanis ideo celebrata, ob beneficium a lupa Romanis præstitum in educandis infantibus Romulo et Remo: templumque ad ficum ruminalem ab iis exstructum testatur, quod Lupercal vocatum est. Alii tamen Lupercalia a lupis arcendis dicta maluerunt, quod, celebrato in Panis honorem, qui Lycæus dictus est, hoc sacrificio, a pecoribus et stabulis lupi arcerentur. Luperci immolabant canem, vel in gratiam lupæ a qua nutritus Romulus, vel in Panis honorem, cui canis propter greges amicus esset. Si tamen Servio credimus, Lupercal spelunca est sub monte Palatino, in qua capro litabatur.

[m] *Decurritur*] Mos erat ut Luperci rem divinam nudi agerent, et per vicos urbis cursitantes, pellibus in scuticas dissectis, obvias quasque mulieres verberarent, palmas uterosque ferientes, ut fœcundæ magis rederentur.

[n] *Fatua*] Sic dicta, quod, sicut Faunus viris, ita ipsa mulieribus, fata caneret. Ea pudicitia fuisse fertur, ut nullum unquam virum, præter maritum, aspexerit: unde Romæ sacris Bonæ Deæ (ea enim nomine Romæ colebatur) adesse viris vetitum.

[o] *Latinus*] Fauni et Maricæ nymphæ filium facit Virgil. Hesiod. vero Ulyssis et Circes. Rex Laurentum fuit, et Laviniæ ex Amata pater.

[p] *Æneas*] Anchisæ et Veneris fil. Virgilii versibus nobilitatus.

[q] *Troja*] A Græcis expugnata. Cum in Phrygiam appulisset Dardanus Jovis ex Electra filius, Bateam Teucri filiam uxorem duxit, urbemque sibi cognominem condidit: illi Erichthonius filius successit, pater Trois, ex quo natus est Ilus, qui genuit Laomedontem, Priami parentem. Hæc civitas a variis regibus varia nomina sortita est: dicta enim a Dardano Dardania, Troja a Troë, et ab Ilo Ilium.

[r] *A Græcis expugnata*] 10. annorum obsidio fuit: quæ causa belli, quis exitus, docuit vel fabula vel historia. Urbs tandem capta anno ante primam Olympiad. 408. proditione Antenoris et Æneæ, a quibus vel Scæa porta aperta Græcis, ut vult Dares; vel equus ligneus refertus milite in urbem inductus.

Italiam venit;[s†] statimque bello exceptus, cum in aciem exercitum eduxisset, ad colloquium vocatus, tantam admirationem sui Latino præbuit, ut et in societatem regni reciperetur, et, Lavinia in matrimonium ei data, gener asciscetur. 11. Post hæc commune utriusque[6] bellum adversus Turnum[t] Rutulorum[u] regem, propter fraudatas Laviniæ nuptias, fuit;[b] in quo et Turnus et Latinus interierunt. 12. Igitur, cum Æneas jure victoriæ utroque populo potiretur, urbem ex nomine uxoris Lavinium condidit. 13. Bellum deinde adversus Mezentium,[w] regem Etruscorum, gessit: in quo cum ipse occidisset,[9x] in locum ejus Ascanius filius successit; qui, Lavinio[y] relicto, Longam Albam[z] condidit, quæ trecentis annis caput regni fuit.

[b] *Post hæc Latinus et Æneas bellum simul gerunt contra Turnum regem Rutulorum, propter negatas Turno nuptias cum Lavinia, quæ ipsi promissæ fuerant.*

p. 666. Vid. Bunemann. ad Lactant. Div. Inst. I. 4. 5.—8 Græv. ex Junt. malebat *utrique*, idemque dant Ald. Med. 2. et priores Græv.—9 Bodl. Periz. ed. Ald. Junt. *cecidisset*. Appian. ap. Phot. p. 50. Τρίτῳ δὲ ἔτει πάλιν διὰ Λαουϊνίαν τὴν γυναῖκα, ὑπὸ Ῥουτούλων τῶν Τυῤῥηνῶν, προμνηστευθεῖσαν αὐτῶν τῷ βασιλεῖ, ἀναιρεῖται πολέμου νόμῳ Αἰνείας.

NOTÆ

[s] *In Italium venit*] Ab Agamemnone data copia Antenori et Æneæ, ut Trojæ reliquias incolerent: cum vero Polyxenam pro felici reditu jugulandam Æneas ap. se occultasset, eum e Phrygia discedere jussit Agamemnon, ut placet Dareti; Dictys tamen Cretensis Æneam ab Antenore, quod vicinos populos in eum concitaret, expulsum memorat.

† A. M. 2871. Ant. Ch. 1181.

[t] *Turnum*] Principem inter Italos fortissimum, quem Æneæ æmulum versibus suis Virgil. celebravit.

[u] *Rutulorum*] Populi Latii, quorum Ardea caput fuit: de quibus sæpe Virgil. meminit.

[w] *Adversus Mezentium*] Non victum a Mezentio, sed victorem Æneam describit Virgil. rerumque seriem invertit, cum et Mezentium affuisse Turno, eumque una cum Lauso filio Æneæ manu cecidisse, testetur.

[x] *Occidisset*] In pugna ad amnem Numicum. Ex Dionys.

[y] *Lavinio*] Urbs olim fuit Latii,

CAP. II. 1. Post multos deinde urbis hujus reges,[a] ad postremum Numitor et Amulius[b] regno potiti sunt.‡ 2. Sed Amulius, cum ætate [1] priorem Numitorem oppressisset, filiam ejus Rheam[c] in perpetuam virginitatem, ne quis vindex regni sexus virilis ex gente Numitoris oriretur, demersit; addita injuriæ [2] specie honoris,[e] ut non damnata, sed sacerdos electa videretur. 3. Igitur clausa in luco Marti [3] sacro,[d] duos pueros,[e] incertum stupro, an ex Marte [4] conceptos, enixa est.[d] 4. Quo cognito[f] Amulius, multiplicato

[c] *Tegens injuriam ipsi illatam specie honoris.*
[d] *Peperit duos pueros, sed incertum an illos conceperit ex stupro, an ex Marte.*

1 Rom. *cum vi et æ.* Leid. 1. Thuan. Bodl. Reg. Coll. C. C. *cum vi æ.* Periz. Coll. N. ed. Med. *cum in æ.* Ita quoque in Leid. 1. τὸ *vi* perperam in τὸ *in* transiit xxvi. 1. 10. 'Atque ita in [leg. *vi*] Aristotimus opprimitur.' Appian. ib. Λαβόντος δὲ τοῦ πρεσβυτέρου [Νεμέτορος] παρὰ τοῦ πατρὸς τελευτῶντος τὴν ἀρχὴν, ὁ νεώτερος ['Αμούλιος] ὕβρει καὶ βίᾳ κατέσχεν ἀφελόμενος. Med. 2. Magl. Reg. Leidenses, Bodl. Coll. N. et C. C. ed. Ald. Junt. Bong. *potiorem.*—2 Ortwin. malebat *abdita injuria.*—3 Magl. Leid. 1. 2. 3. 4. Thuan. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Bech. Ven. Flor. Med. Par. *Martis.* Vid. Heins. ad Prudent. περὶ Στεφ. Hymn. XI. 2.—4 Flor. Ald. Junt. *an M.*—5 Rom. *præbuit, cumque.*

NOTÆ

inter Ostiam et Velitras, non procul a mari sita, ab Ænea condita.

[a] *Longam Albam*] In Latio: Alba dicta est, a sue alba quam ibi reperit Æneas: Longa vero, a longo tractu. Eam Tull. Hostilius evertit.

[a] *Post multos deinde reges*] Ab Ænea decimus tertius numeratur, quos recensere non opus est.

[b] *Numitor et Amulius*] Procas Sylvius duos filios æquis partibus hæredes moriens instituit: tum Amulius regnum patrisque opes partitus, ex una parte regnum, in altera Sylvii patrimonium, cum posuisset, Numitori, qui natu major erat, optionem dedit; qui cum regno privata bona prætulisset, regnum obtinuit Amulius. Hæc Dion. Hal. Qui tamen paulo post vi expulsum ab Amulio Numitorem testatur: quod multo magis cum aliis historicis congruit.

‡ A. M. 3284. Ol. 2. 3. Ant. Ch. 768.

[c] *Filiam ejus Rheam*] Primo Ægestum Numitoris fil. dum venatur, occidit: tum Rheam Vestæ sacerdotem fieri jussit, cum id sibi a Vesta in somniis imperatum fingeret.

[d] *In luco Marti sacro*] Rheæ, dum sacrorum causa puram aquam in Martis luco petit, stuprum in fano obtulit nescio quis, sive e procis quidam fuit, ut volunt nonnulli; sive Amulius ipse, omnibus faciei notis, quantum fieri poterat, obscuratis, ut malunt alii; sive denique numen ipsum, cujus id fanum erat, se puellæ augusta specie obtulerit, ut multi fabulantur.

[e] *Duos pueros*] Romulum et Remum.

[f] *Quo cognito*] Matris monitu infirmitatem causata, quo tutior esset, a sacris abstinuit: sed Amulius, rem ex rumore suspicatus, custodes parturienti dedit. Ita Dionys.

metu proventu duorum, pueros exponi jubet;[g] et puellam vinculis onerat,[h] ex quorum injuria decessit. 5. Sed Fortuna, origini Romanæ prospiciens, pueros lupæ alendos obtulit;[i] quæ, amissis catulis, distenta ubera exinanire cupiens, nutricem se infantibus præbuit. 6. Cum [5] sæpius ad parvulos, veluti ad catulos, reverteretur, rem Faustulus pastor animadvertit, subtractosque feræ inter greges pecorum agresti vita nutrivit.[k] 7. Martios [6] pueros fuisse, sive quod in luco Martis enixi sunt, sive quod a lupa, quæ in tutela Martis est, nutriti, velut manifestis argumentis creditum.[e] Nomina pueris, alteri Remo, alteri Romulo fuere. 8. Adultis inter pastores, de virtute quotidiana certamina et vires et pernicitatem auxere. 9. Igitur, cum latrones a rapina pecorum industrie frequenterque summoverent, Remus ab iisdem latronibus [1] captus, veluti ipse esset, quod in aliis prohibebat, regi offertur:[f] crimini datur, quasi greges Numitoris infestare solitus esset. Tunc a rege Numitori in ultionem traditur.[g] 10. Sed Numitor adolescentia

[e] *Creditum est illos pueros aliquo modo pertinere ad Martem, quasi manifestis argumentis, sive quod nati essent in luco sacro Marti, sive quod educati a lupa, quæ est in tutela Martis.*
[f] *Offertur regi, quasi ipse esset latro, dum alios latrones persequebatur.*
[g] *Tunc traditur Numitori, ut pœnas ab eo sumeret.*

—6 Periz. *Martios.*—7 Med. 2. *c. e. n. lin. fides, nunc f. s.*—8 Ald. Junt. *teneret.*

NOTÆ

[g] *Exponi jubet*] Prius re ad judices ab Amulio delata, ab iis jussum est, ut liberi in Tiberim projicerentur, et Rhea virgis cæsa necaretur.

[h] *Vinculis onerat*] Necatam scripsit Licinius Macer; sed Liv. vitam ei servatam tradit precibus filiæ Amulii, et in carcerem conjectam, unde occiso Amulio, liberata sit.

[i] *Pueros lupæ alendos obtulit*] Cum Tiberis imbrium copia late restagnasset, ministri regis, cum per aquam ultra progredi non liceret, ad Pallantii montis radices vimineum, in quo erant infantes, alveum deposuerunt; qui unda se recipiente impactus saxo effudit infantes; quibus, dum vagiuntur in luto, lupa mammas præbuit, distentis a recenti partu uberibus. Hæc Liv. et Dion, &c.

[k] *Nutrivit*] Nutriendos dedit uxori Accæ Laurentiæ, quæ recens filium mortuum ediderat, ex Dionys. Sunt tamen qui Laurentiam lupam inter pastores dictam putent: unde nata fabula, ut placet Liv.

[l] *Remus ab iisdem latronibus*] Rem aliter narrant Dionys. et Liv. Orta, inquit, inter Amulii et Numitoris pastores rixa, victa pars Numitoris ad dolos conversa, absente Romulo, Remum insidiis intercipit; eumque de

juvenis permotus, et in suspicionem expositi nepotis adductus, cum eum nunc lineamentorum[7] filiæ similitudo, nunc ætas expositionis temporibus congruens, anxium tenerent,[8] repente Faustulus[m] cum Romulo supervenit: a quo, cognita origine puerorum, facta conspiratione, et adolescentes in ultionem maternæ necis, et Numitor in vindictam erepti regni armantur.[n]

CAP. III. 1. Occiso Amulio,[o] regnum Numitori restituitur, et urbs Romana[p] ab adolescentibus conditur.[q]* 2. Tunc[1] et senatus[r] centum seniorum, qui 'Patres' dicti

1 *Tunc*, quod delend. censebat Schef. omittunt Ald. Junt.—2 *Conjugia*

NOTÆ

vi illata ap. Amulium criminatur.

[m] *Faustulus*] Qui, ubi Romulum, quisnam esset illius pater, edocuit, eum, ut fratrem liberaret, hortatus est.

[n] *Erepti regni armantur*] Metu etiam periculi; re enim audita Amulius, qui fratres ad se ducerent, milites miserat.

[o] *Occiso Amulio*] A juvenibus patratum id refert Liv. sed testatur Dionys. ex Fab. Pictore, Numitorem illis se præbuisse ducem, primoque impetu, oppressis custodibus, Amulium nullo negotio obtruncatum.

[p] *Urbs Romana*] Licet omnes fere Romulum huj. urbis conditorem faciant, non desunt tamen qui id tribuant aliis: conditam dicit Sall. ab Æneа; Solin. post captam Trojam, ab Achivis, suadente Rome captivarum nobilissima, a qua nomen accepit. Hanc tamen non captivam, sed Ascanii filiam, et Æneæ neptem, fuisse dicit Agathocles.

[q] *Conditur*] Numitor, ut et nepotibus propriam ditionem tribueret, et Amulii fautores removeret, agros, pecuniam, arma, mancipia, aliaque ejusmodi, eis, quo novam conderent urbem, concessit; familiasque nobiles 50. faventes Amulio cum magna populi parte eo conferre se jussit. Sic Roma ædificari cœpta est Festis Paliliis in honorem Pales Deæ pastorum: qui dies urbis natalis habitus est. Ut tamen civium cresceret numerus, urbs tanquam asylum jussu Romuli omnibus aperta, quo sceleratorum ingens manus undique confluxit: unde multum roboris illi fuit additum.

* A. M. 3302. Ol. 7. 1. U. C. 1. Ant. Ch. 750.

[r] *Tunc et senatus*] Primum populum in 3. tribus, singulas in curias 10. curias in 10. decurias tribuit; singulis singulos præfecit duces, tribunos tribubus, curiis curiones, decuriones decuriis: deinde populum omnem duas in partes divisit; unam divitum, qui patricii dicerentur; alteram tenuiorum, qui plebeii; ut illi pauperibus patroni, isti optimatum clientes, essent; illi gererent magistratus, isti agros colerent: postea per singulas tribus et curias 100. senes ex patriciis legit, qui et senatores et patres conscripti, vel ob ætatem, vel ob dignitatem, dicti sunt: denique per singulas curias ex primariis familiis electos juvenes 300. circa se habuit, quos vocavit Celeres: quod tamen cum Sabinis pace inita contigit: quare

sunt, constituitur: tunc et vicinis, connubia[2] pastorum dedignantibus, virgines Sabinæ rapiuntur;[s] finitimisque populis[t] armis subjectis,[3] primum Italiæ, et mox Orbis imperium quæsitum. 3. Per ea adhuc tempora reges hastas[u] pro diademate habebant, quas Græci 'sceptra' dixere. Nam et ab origine rerum[4] pro Diis immortalibus veteres hastas coluere:[w] ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum simulacris hastæ adduntur. 4. Temporibus[x] Tar-

Leid. 1. 3.—3 Med. 2. ed. Rom. *subactis*.—4 Lips. pro *ab origine rerum* ma-

NOTÆ

pars una Ramnensium a Romulo, altera Tatiensium a Tatio Sabinorum rege, tertia Lucerum a Lucumone Etrusco, qui contra Samnites auxilio venerat, nuncupata est. Hæc Liv.

[s] *Virgines Sabinæ rapiuntur*] Romulus Neptuno equestri diem festum cum indixisset, quo varia, cum equorum tum hominum, certamina celebrarentur; ingens ex vicinis urbibus, sed præcipue ex Sabinis, hominum multitudo Romam confluxit: tum jubet Romulus, ut quisque juvenum intactam servet virginem, quam sibi sors obtulisset: quod cum ita factum esset, virginibus non dissentientibus, comperto 683. puellarum numero, eis totidem cœlibes viros delegit, quibus eas ritu patrio in matrimonium dedit. Ita Gell. Dionys. et Liv.

[t] *Finitimis populis*] Ortum ex virginum raptu in vicinos bellum ipsarum interventu ea lege compositum est, ut Tatius et Romulus Romæ simul imperarent. Tatio 6. annis post interfecto, solus Romulus regnavit; Fidenatibusque et Veientibus superatis ad Capreæ paludem, dum concionem haberet, repente suborta tempestate nusquam comparuit: a Patribus, ut multorum est opinio, discerptus anno regni 38.

[u] *Hastas*] Id Homerus passim testatur in Iliade.

[w] *Coluere*] Chæronenses, ut refert Paus. sceptrum a Vulcano Jovi fabricatum, quod 'hastam' vocabant, pro Deo coluerunt.

[x] *Temporibus*] Regum, quos omisit Justin. res gestas non abs re erit paucis perstringere. 1. Numa Pompilius Romana sacra constituit, annum duobus auxit mensibus, clauso Jani templo otium suis perpetuum fecit. 2. A Tullo Hostilio Alba excisa, ejusque cives Romam translati, et Metius Suffetius in diversa distractus; Tullus ipse de cœlo tactus cum familia periit. 3. Ab Anco Martio Latini sæpe victi, in colle Aventino collocati, munitum Janiculum, Tiberis sublicio ponte junctus, Ostiaque condita. 4. Tarquinius Priscus populos Thusciæ 12. subegit, a quibus fasces, trabeam, curules, prætextam, et id genus alia mutuatus est; ædemque Jovis Capitolini inchoavit. 5. Servius Tullius censum primus a se institutum quinto quoque anno fieri jussit, multisque præclare gestis Tarquinii et filiæ Tulliæ parricidio misere periit. 6. Tarquinius Superbus cædibus in senatores grassatus est, Latinas ferias instituit, perfecit templum Capitolini Jovis, tandemque ob stuprum Lucretiæ a filio illatum absens, dum Ardeam obsidet, dignitate dejectus est.

juvenis permotus, et in suspicionem expositi nepotis adductus, cum eum nunc lineamentorum[7] filiæ similitudo, nunc ætas expositionis temporibus congruens, anxium tenerent,[8] repente Faustulus[m] cum Romulo supervenit: a quo, cognita origine puerorum, facta conspiratione, et adolescentes in ultionem maternæ necis, et Numitor in vindictam erepti regni armantur.[n]

CAP. III. 1. Occiso Amulio,[o] regnum Numitori restituitur, et urbs Romana[p] ab adolescentibus conditur.[q]* 2. Tunc[1] et senatus[r] centum seniorum, qui 'Patres' dicti

1 *Tunc*, quod delend. censebat Schef. omittunt Ald. Junt.—2 *Conjugia*

NOTÆ

vi illata ap. Amulium criminatur.

[m] *Faustulus*] Qui, ubi Romulum, quisnam esset illius pater, edocuit, eum, ut fratrem liberaret, hortatus est.

[n] *Erepti regni armantur*] Metu etiam periculi; re enim audita Amulius, qui fratres ad se ducerent, milites miserat.

[o] *Occiso Amulio*] A juvenibus patratum id refert Liv. sed testatur Dionys. ex Fab. Pictore, Numitorem illis se præbuisse ducem, primoque impetu, oppressis custodibus, Amulium nullo negotio obtruncatum.

[p] *Urbs Romana*] Licet omnes fere Romulum hnj. urbis conditorem faciant, non desunt tamen qui id tribuant aliis: conditam dicit Sall. ab Ænea; Solin. post captam Trojam, ab Achivis, suadente Rome captivarum nobilissima, a qua nomen accepit. Hanc tamen non captivam, sed Ascanii filiam, et Æneæ neptem, fuisse dicit Agathocles.

[q] *Conditur*] Numitor, ut et nepotibus propriam ditionem tribueret, et Amulii fautores removeret, agros, pecuniam, arma, mancipia, aliaque ejusmodi, eis, quo novam conderent urbem, concessit; familiasque nobiles 50. faventes Amulio cum magna populi parte eo conferre se jussit. Sic Roma ædificari cœpta est Festis Paliliis in honorem Pales Deæ pastorum: qui dies urbis natalis habitus est. Ut tamen civium cresceret numerus, urbs tanquam asylum jussu Romuli omnibus aperta, quo sceleratorum ingens manus undique confluxit: unde multum roboris illi fuit additum.

* A. M. 3302. Ol. 7. 1. U. C. 1. Ant. Ch. 750.

[r] *Tunc et senatus*] Primum populum in 3. tribus, singulas in curias 10. curias in 10. decurias tribuit; singulis singulos præfecit duces, tribunos tribubus, curiis curiones, decuriones decuriis: deinde populum omnem duas in partes divisit; unam divitum, qui patricii dicerentur; alteram tenuiorum, qui plebeii; ut illi pauperibus patroni, isti optimatum clientes, essent; illi gererent magistratus, isti agros colerent: postea per singulas tribus et curias 100. senes ex patriciis legit, qui et senatores et patres conscripti, vel ob ætatem, vel ob dignitatem, dicti sunt: denique per singulas curias ex primariis familiis electos juvenes 300. circa se habuit, quos vocavit Celeres: quod tamen cum Sabinis pace inita contigit: quare

sunt, constituitur: tunc et vicinis, connubia[2] pastorum dedignantibus, virgines Sabinæ rapiuntur;[s] finitimisque populis[t] armis subjectis,[3] primum Italiæ, et mox Orbis imperium quæsitum. 3. Per ea adhuc tempora reges hastas[u] pro diademate habebant, quas Græci 'sceptra' dixere. Nam et ab origine rerum[4] pro Diis immortalibus veteres hastas coluere:[w] ob cujus religionis memoriam adhuc Deorum simulacris hastæ adduntur. 4. Temporibus[x] Tar-

Lcid. 1. 3.—3 Med. 2. ed. Rom. *subactis*.—4 Lips. pro *ab origine rerum* ma-

NOTÆ

pars una Ramnensium a Romulo, altera Tatiensium a Tatio Sabinorum rege, tertia Lucerum a Lucumone Etrusco, qui contra Samnites auxilio venerat, nuncupata est. Hæc Liv.

[s] *Virgines Sabinæ rapiuntur*] Romulus Neptuno equestri diem festum cum indixisset, quo varia, cum equorum tum hominum, certamina celebrarentur; ingens ex vicinis urbibus, sed præcipue ex Sabinis, hominum multitudo Romam confluxit: tum jubet Romulus, ut quisque juvenum intactam servet virginem, quam sibi sors obtulisset: quod cum ita factum esset, virginibus non dissentientibus, comperto 683. puellarum numero, eis totidem cœlibes viros delegit, quibus eas ritu patrio in matrimonium dedit. Ita Gell. Dionys. et Liv.

[t] *Finitimis populis*] Ortum ex virginum raptu in vicinos bellum ipsarum interventu ea lege compositum est, ut Tatius et Romulus Romæ simul imperarent. Tatio 6. annis post interfecto, solus Romulus regnavit; Fidenatibusque et Veientibus superatis ad Capreæ paludem, dum concionem haberet, repente suborta tempestate nusquam comparuit: a Patribus, ut multorum est opinio, discerptus anno regni 38.

[u] *Hastas*] Id Homerus passim testatur in Iliade.

[w] *Coluere*] Chæronenses, ut refert Paus. sceptrum a Vulcano Jovi fabricatum, quod 'hastam' vocabant, pro Deo coluerunt.

[x] *Temporibus*] Regum, quos omisit Justin. res gestas non abs re erit paucis perstringere. 1. Numa Pompilius Romana sacra constituit, annum duobus auxit mensibus, clauso Jani templo otium suis perpetuum fecit. 2. A Tullo Hostilio Alba excisa, ejusque cives Romam translati, et Metius Suffetius in diversa distractus; Tullus ipse de cœlo tactus cum familia periit. 3. Ab Anco Martio Latini sæpe victi, in colle Aventino collocati, munitum Janiculum, Tiberis sublicio ponte junctus, Ostiaque condita. 4. Tarquinius Priscus populos Thusciæ 12. subegit, a quibus fasces, trabeam, curules, prætextam, et id genus alia mutuatus est; ædemque Jovis Capitolini inchoavit. 5. Servius Tullius censum primus a se institutum quinto quoque anno fieri jussit, multisque præclare gestis Tarquinii et filiæ Tulliæ parricidio misere periit. 6. Tarquinius Superbus cædibus in senatores grassatus est, Latinas ferias instituit, perfecit templum Capitolini Jovis, tandemque ob stuprum Lucretiæ a filio illatum absens, dum Ardeam obsidet, dignitate dejectus est.

quinii[y] regis ex Asia Phocæensium[z] juventus, ostio Tiberis invecta,[5] amicitiam cum Romanis junxit:[†] inde, in ultimos Galliæ sinus navibus profecta, Massiliam[a] inter Ligures[6] et feras gentes Gallorum condidit; magnasque res, sive dum armis se adversus Gallicam feritatem tuentur, sive dum ultro lacessunt, a quibus fuerant ante lacessiti, gesserunt. 5. Namque Phocæenses, exiguitate ac macie terræ coacti,[b] studiosius mare quam terras exercuere:[λ 7] piscando, mercando, plerumque etiam latrocinio maris, quod illis temporibus gloriæ habebatur,[c] vitam tolerabant. 6. Itaque, in ultimam Oceani oram procedere ausi, in sinum Gallicum ostio Rhodani[d] amnis devenere: 7. cujus loci amœnitate capti, reversi domum, referentes quæ viderant, plures solicitavere. 8. Duces classis Simos et Protis[e] fuere. Ita-

[λ] *Nam Phocenses, ob sterilitatem soli in quo habitabant, maluerunt opes quærere navigando, quam terram colendo.*

lebat *Aborigines*, conjectura assecutus scripturam codicis Periz.—5 Vincent. III. 110. 'Ostio Tiberis ingressa.'—6 Leid. 1. 3. *Liguras.*—7 Med. 2. *exercere*, et cum Magl. *mercandoque.* Quemadmodum 'terras exercere' dixit Auctor,

NOTÆ

[y] *Tarquinii*] Intelligit Tarquinium Priscum, quo regnante id contigit.

[z] *Phoc.* [*Phocensium*] Melius legeris *Phocæensium*; Phocis enim et Phocæa multum differunt. Illa in Græcia, cujus metropolis Delphi: hæc in Asia, et prima Ionum civitas, et deducta a Phocide colonia. Ex Herod. refert A. Marcellinus Phocæenses, quo Harpali, seu potius Harpagi, a Cyro Asiæ præfecti crudelitatem fugerent, Italiam petiisse, aliosque in Lucania Veliam, alios in Gallia Massiliam, condidisse: sed id temporis nec Cyrus natus erat, nec Harpagus.

[†] A. M. 3520. Ol. 61. 3. U. C. 219. Ant. Ch. 532.

[a] *Massiliam*] A Phocæensibus plerique conditam scribunt: Plut. tamen Massaliam mercatorem nescio quem illius conditorem fuisse memorat: Eustathius vero vult illi nomen impositum ex occursu piscatoris navem religantis: *μάσσειν* Æolice est *religare*, et *ἁλιεὺς piscator.*

[b] *Macie terræ coacti*] Phocæenses confundit cum Phocensibus; istorum enim regio sterilis erat, arida, et montium jugis obsita: illorum vero fertilis, rerumque omnium abundans.

[c] *Gloriæ habebatur*] Furari enim nec ap. Græcos, ex Thucyd. nec ap. Germanos, ex Cæsare, probro fuit.

[d] *Rhodani*] Fl. est Galliæ Narbonensis maximus, qui ex Adula monte oritur; qui, postquam Lemanno lacu egressus est, et Viennam, Valentiam, Avenionem et Arelatum alluit, in Mare Mediterraneum se exonerat.

[e] *Simos et Protis*] Nomina mutat Athenæus: quem Justin. Protin, ille Euxenum; quem Justin. Nannum,

que regem Segobrigiorum,[f] Nannum[g] nomine, in cujus finibus urbem condere gestiebant, amicitiam petentes conveniunt. 9. Forte eo die rex occupatus in apparatu nuptiarum Gyptis[9] filiæ erat; quam, more gentis, electo inter epulas genero nuptum[10] tradere illic parabat.[i] 10. Itaque, cum ad nuptias invitati omnes proci essent, rogantur etiam Græci hospites ad convivium. 11. Introducta deinde virgo, cum juberetur a patre aquam porrigere ei, quem virum eligeret, tunc omissis omnibus ad Græcos conversa, aquam Proti porrigit; qui, factus ex hospite gener, locum condendæ urbis[11] a socero accepit. 12. Condita igitur Massilia est prope ostia Rhodani amnis, in remoto sinu, veluti in angulo maris. 13. Sed Ligures, incrementis urbis invidentes, Græcos assiduis bellis fatigabant; qui pericula propulsando in tantum enituerunt, ut, victis hostibus, in captivis agris multas colonias constituerent.[12]

CAP. IV. 1. Ab his igitur Galli et usum vitæ cultioris,[g] deposita et mansuefacta barbaria,[1] et agrorum cultus, et urbes mœnibus cingere didicerunt.[k] 2. Tunc et legibus, non armis vivere; tunc et vitem putare, tunc olivam serere[2] consueverunt: adeoque magnus et hominibus et rebus impositus est nitor, ut non Græcia in Galliam emigrasse, sed Gallia in Græciam translata videretur. 3. Mortuo rege

[i] *Quam parabat tradere ex more gentis in uxorem illi, quem ipsa elegisset inter epulas.*

[k] *Ab illis Galli, deposita nativa ferocitate, didicerunt et agere vitam magis cultam, et agros colere, et cingere urbes mœnibus.*

ita 'exercere arva' Saxo VIII. p. 160. 19.—8 Bech. Par. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *regem Segoregiorum Senanum.* et seq. cap. §. 3. *rege Senano Segoregiorum.* Med. 2. *Nanum.* et cap. seq. *Nano.* Νάνον eund. vocat Athenæus XIII. 5.—9 Med. 2. *Gestis.* Πέττα ab Athenæo appellatur.—10 Magl. Leid. 2. Vincent. II. 3. *nuptui.*—11 Med. 2. *urbi:* nec aliter id. Ms. cap. seq. §. 3. 'A quo locus acceptus condendæ urbi fuerat.'—12 Med. 2. Magl. Leid. 2. Periz. *constituerint.*

1 Leid. 1. 3. *ac m. barbarie.*—2 Bech. *facere.* Vincent. 'inserere.'—3 Ita

NOTÆ

ille Nanum: Gyptim, Bettan, sive Aritoxenam, appellat. Euxeni vero filium facit Protin, a quo posteri Prociadæ dicti sunt: Plut. tamen Justino consentit.

[f] *Segobrigiorum*] Segobrigenses Plin. in Celtiberia collocat, et Segobrigam Strab. in Gallia Narbonensi.

[g] *Usum vitæ cultioris*] Massiliensium comitas et urbanitas passim laudatur a Cic. Strab. et Tac.

Nanno Segobrigiorum, a quo locus acceptus condendæ urbis fuerat, cum regno filius ejus Comanus successisset, affirmat Ligur quidam,[3] 'quandoque Massiliam exitio finitimis populis futuram, opprimendamque in ipso ortu, ne mox validior ipsum obrueret.' 4. Subnectit et illam fabulam: 'Canem aliquando partu gravidam locum a pastore precario petisse, in quo pareret: quo obtento, iterato petisse, ut sibi educare eodem in loco catulos liceret: ad postremum, adultis catulis, fultam domestico præsidio, proprietatem loci sibi vindicasse.[l] 5. Non aliter Massilienses, qui nunc inquilini videantur, quandoque dominos[4] regionum futuros.' 6. His incitatus rex, insidias Massiliensibus instruit.[5] Itaque solenni Floraliorum die[h] multos fortes ac strenuos viros hospitii jure in urbem misit; plures sirpeis[6] latentes frondibusque supertectos[7] induci vehiculis jubet; 7. et ipse cum exercitu in proximis montibus delitescit; ut, cum nocte a prædictis[8] apertæ portæ forent, tempestive ad insidias adesset, urbemque somno ac vino sepultam armatis invaderet. 8. Sed has insidias mulier quædam regis cognata prodidit, quæ, adulterare cum Græco adolescente solita,[9] in amplexu juvenis, miserata formæ

[l] *Denique sibi usurpasse proprietatem loci, postquam magni fuerunt catuli, a quibus defendi posset, tanquam a præsidio domestico.*

etiam Ald.—4 Magl. Thuan. Leidenses, Periz. *dom. q.*—5 *Struit* malebat Avus, ut ap. Ov. I. M. 198. 'Cum mihi....Struxerit insidias.' Med. 2. Magl. Bodl. Leid. 2. 5. ed. Rom. *instr.* ut XXIV. 2. 1. 'Insidias sorori suæ instruit.'—6 Ald. Junt. *syrpis*, atque ita §. 9.—7 Conjecturam Heinsii ad Ov. VI. F. 680. emendantis *superjectis* juvat Leid. 3. in quo scriptum *supertectis*.—8 Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *noc. pr.* Med. 1. *a præmissis*, ut XI. 11. 6. 'Per præmissos subornat antistites, quid sibi responderi velit.' Virgil. VI. Æ. 23. 'Ni jam præmissus Achates Afforet.—9 Leid. 1. 3. Bodl. Periz. Thuan. *assolita*.—10 Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *aperit*, et cum Bech. Med. *formam*: ut VIII. 5. 13. 'Miserantes nunc vicem suam.' XII. 5. 4. 'Innoxii senis filiique casum miserantes.' XXVII. 5. 8. 'Casum tam indignæ fortunæ miserantes,' et XXVIII. 4. 12. 'Fortunam tantæ urbis miseratus.' Ita etiam v. 7. 9. 'Civitatium tam crudeles casus miserantium:' nec aliter in Mss. legi monuit Bong. in V. L. verum ipse edidit *crudelis*, idemque dant Med. 1. Magl. Leid. 2. 5. Bodl. in quibus accusativus pluralis nominum, quæ in nominativo singulari in IS desinunt, per ES, non vero per IS efferri solet, ed. Bech. Ven. Flor. Par. Similiter XV. 3. 5. 'Miseratus tanti viri.' Ita Med. 1. Magl. quatuor Leid. Periz. Thuan. Bodl. Coll. N. ed. Rom. Ven. Flor. aliæque. Min. Fel. 28. 'Nonnunquam etiam miserantes eorum, crudelius sæviebamus:' ubi vid. notam paternam.—11 Med. 2. *prætenduntur*, ut XXIX. 4. 11. 'Philopœmeni Achæorum duci insidiæ prætenduntur.'—12 Med. 2. et Leid. Magl. Bodl. ed. Rom. atque Vincent. *stationes*. Ita Sall. Fragm. II. Hist. 'Noctu dieque stationes et vigilias tentare.' Liv. XXVIII. 24. 'Et in stationes ac vigilias in ordinem ibant:' ubi tamen Avus e Mss. Gall. et Voss. profert *in stationem*.—13 Scheff. legit *curæ*, astipulante Med. 2. Valerius M. II. 6. Ext. 9. 'Intrare oppidum eorum [Massiliensium] nulli cum telo licet: præstoque est, qui id custodiæ gratia acceptum exituro reddat; ut hospitia sua, quemadmodum advenientibus humana sunt, ita ipsis quoque tuta sint.'

NOTÆ

[h] *Floraliorum die*] Hoc festum, cum ap. Græcos tum ap. Romanos, celebratum est. Nympha, Chloris nomine, si fabulæ credimus, Zephyro in matrimonio collocata, dotis loco id muneris a marito accepit, ut florum omnium potestatem haberet. Fuit etiam Romæ meretrix; quæ cum magnas opes corporis quæstu sibi comparasset, populum Romanum ea lege scripsit hæredem, ut dies ejus natalis ludorum editione celebraretur: tamen, ut rei pudendæ aliqua dignitas adderetur, Deam fuisse finxerunt, cujus in honorem hos ludos omni cum lascivia celebrarent.

ejus, insidias aperuit,[10] 'periculumque declinare' jubet. 9. Ille rem statim ad magistratus defert: atque ita patefactis insidiis, cuncti Ligures comprehenduntur, latentesque de sirpeis protrahuntur. 10. Quibus omnibus interfectis, insidianti regi insidiæ tenduntur.[11] Cæsa sunt cum ipso rege hostium septem millia. 11. Exinde Massilienses festis diebus portas claudere, vigilias agere, stationem[12] in muris observare, peregrinos recognoscere, curas[13] habere, ac, veluti bellum habeant, sic urbem pacis temporibus custodire. 12. Adeo illic bene instituta, non temporum necessitate, sed recte faciendi consuetudine, servantur.

CAP. V. 1. Post hæc magna illis cum Liguribus, magna cum Gallis fuere bella: quæ res et urbis gloriam auxit, et virtutem Græcorum, multiplicata victoria, celebrem inter finitimos reddidit. 2. Carthaginiensium quoque exercitus, cum bellum captis piscatorum navibus ortum esset, sæpe fuderunt, pacemque victis dederunt; 3. cum Hispanis amicitiam junxerunt; cum Romanis prope ab initio conditæ urbis fœdus summa fide custodierunt, auxiliisque in omnibus bellis industrie socios juverunt. Quæ res illis et virium fiduciam auxit, et pacem ab hostibus præstitit.[m] 4. Cum

[m] *Qua re factum est ut magis fiderent in suis viribus propter auxilium Romanorum, et obtinerent pacem ab hostibus.*

igitur Massilia fama[1] rerum gestarum, et abundantia opum, et virium gloria virente floreret, repente finitimi populi ad nomen Massiliensium delendum, veluti ad commune extinguendum incendium, concurrunt. 5. Dux consensu omnium Catumandus[2] regulus eligitur: qui, cum magno exercitu lectissimorum virorum urbem hostium obsideret, per quietem specie[3] torvæ mulieris, quæ se Deam dicebat, exterritus, ultro pacem cum Massiliensibus fecit;[m] 6. petitoque ut intrare illi[4] urbem, et Deos eorum adorare liceret, cum in arcem Minervæ venisset, conspecto in porticibus simulacro Deæ, quam per quietem viderat, repente exclamat, 'illam esse, quæ se nocte exterruisset; illam, quæ recedere ab[5] obsidione jussisset.[6] 7. Gratulatusque Massiliensibus, quod animadverteret, eos ad curam Deorum immortalium pertinere,[o] torque[7] aureo[8] donata Dea, in perpetuum amicitiam cum Massiliensibus junxit. 8. Parta pace, et securitate fundata, revertentes a Delphis Massiliensium legati, quo missi munera Apollini tulerant, audierunt urbem Romanam[9] a Gallis captam incensamque. 9. Quam rem domi nuntiatam publico funere Massilienses prosecuti sunt; aurumque et argentum publicum privatumque contulerunt, ad explendum pondus Gallis, a quibus redemtam pacem cognoverant. 10. Ob quod meritum et immunitas[i] illis decreta, et locus spectaculorum in senatu

[m] *Concessit pacem, terrefactus per somnum figura mulieris iratæ, quæ se dicebat Deam.*

[o] *Quod videret Deos immortales curare eorum salutem.*

1 Octo Mss. ed. Rom. *et f.*—2 Med. 2. *Catumarandus.* Periz. *Catumaradus.* Rom. *Catumerandus.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Caramandus.*—3 Med. 2. *minis.*—4 *Illi* omittunt Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt.—5 *Ab* Leid. 1. nescit.—6 Leid. 2. *illamque ab obs. reced. jussisse.* Periz. ed. Ven. Flor. Ald. Junt. *illumque* (Ven. Flor. *illamque*) *reced. ab obs. jussisse.* Rom. *illumque r. ab obs. jussit.* Bech. Med. *illamque r. ab obs. jussisset.* Par. *illam rec. ab obs. jussisse.*—7 Bodl. *torqueque aureo.*—8 Leid. 1. 4. Periz. ed. Ven. Flor. *aurea.* Ov. I. F. 601. 'Ex uno qnidam celebres, aut Torquis ademtæ, Aut Corvi titulos auxiliaris habent.' Add. notam Heinsii. Capitolinus in Maximinis cap. 3. 'Torque aurea donatus est.' 'Aurea torqui' etiam dixit Apul. Florid. 12. et 'Aurea torques' vetus Interp. Danielis v. 29. 'Auream torquem' ib. 7. et 16.—9 Med. 2. Magl. Leid. 2. Periz. ed. Ald. Junt. *Ro-*

NOTÆ

[i] *Immunitas*] A tributis et vectigalibus; multum enim interest 'civitatem' inter et 'immunitatem:' unde Suet. in Aug. 'Civitatem negavit,

datus,[k] et fœdus æquo jure percussum. 11. In postremo libro Trogus majores suos a Vocontiis[l] originem ducere; avum suum Trogum Pompeium, Sertoriano bello,[m] civitatem a Cn. Pompeio percepisse dicit; 12. patruum, Mithridatico bello, turmas equitum sub eodem Pompeio duxisse: patrem quoque sub Caio Cæsare militasse, epistolarumque[10] et legationum,[n] simul et annuli[11] curam[o] habuisse.

mani.—10 Saxo XIV. p. 252. 25. 'Qui et epistolarum et anuli curam habebat.' Bodl. ed. Bech. Med. *epularumque.*—11 Leid. 3. *epist. simul et leg. et an.* 5. *epist. ac diviciarum, leg. simul et an.* Ald. Junt. *epist. ac divitiarum, leg. simul, et ann.*

NOTÆ

immunitatem obtulit.' Romani imperatores Massiliam ab omni tributo liberam semper conservarunt.

[k] *In senatu datus*] H. e. in Orchestra, seu in loco ad theatri radices scenæ proximo, ex quo spectabant senatores. Ita Suet. 'spectare in equite,' i. e. in equestribus subselliis: et Tertullianus 'arceri senatu et equite,' h. e. honestioribus theatri locis.

[l] *Vocontiis*] Galliæ Narbonensis populis, quæ gens Romanis fœderata.

[m] *Sertoriano bello*] Quod Sertorius, ex Marianis partibus, contra Syllanos in Hispania diu mira fortitudine et felicitate gessit, in convivio tandem Pompeii jussu necatus.

[n] *Legationum*] Legationes suscipere sub posterioribus principibus, munus fuit magistri officiorum.

[o] *Annuli curam*] Id muneris Agrippæ et Mæcenati ab Augusto, et Muciano a Vespasiano, commissum. Ex Dione.

LIBER XLIV.

BREVIARIUM CAPITUM.

1. Hispaniæ nomen, situs, fertilitas, amnes, claustra, forma, salubritas. 2. Hispanorum mores, primus dux Viriatus. 3. Equarum Lusitanicarum fabula. Gallæcorum origo, divitiæ, et miranda. 4. Habidis, Gallæciæ et finitimarum regionum principis, origo et conservatio, atque prudens regni administratio; item Geryonis, qui triplicis naturæ fabulis dictus, regnum. 5. Carthaginiensium impe-

rium. Præclari eorundem duces violenta morte perierunt. Hispanos domat Cæsar Augustus.

Cap. I. 1. Hispania, sicuti Europæ terminos claudit, ita et hujus operis finis futura est. 2. Hanc veteres ab Ibero[1 a] amne primum Iberiam, postea ab Hispano[b] Hispaniam cognominaverunt. 3. Hæc, inter Africam et Galliam posita, Oceani[2] freto et Pyrenæis montibus[c] clauditur. Sicut minor utraque[d] terra, ita utraque fertilior. 4. Nam neque, ut Africa, violento sole torretur, neque, ut Gallia, assiduis ventis fatigatur; sed media inter utramque, hinc temperato calore, inde felicibus et tempestivis imbribus, in omnia frugum genera[3] fœcunda est: adeo ut non ipsis tantum incolis, verum etiam Italiæ, urbique Romanæ, cunctarum rerum abundantiam sufficiat.[4] 5. Hinc enim non frumenti tantum magna copia est, verum et vini, mellis, oleique; nec ferri solum materia præcipua est, sed et equorum pernices greges: 6. nec summa tantum terræ laudanda bona, verum et abstrusorum metallorum felices divitiæ.

---

1 Med. 2. Magl. Leid. 3. 4. 5. Periz. *Hibero* et *Hiberiam*. Ferret. Mus. lapid. II. 8. NOBILE. FLVMEN. HIBERVS. Vincent. II. 75. 'Hispania prius ab Hibero amne Hiberia nuncupata.'—2 *Oc.* abest Leid. 1.—3 Bodl. *in omni fr. genere.* —4 Med. 2. *abundantia adsuff.*—5 Med. 2. *et vicinis campis i.*—6 Pro *que*

NOTÆ

[a] *Ab Ibero*] Nonnulli tamen ab Ibero Herculis fil. et Celti fratre nomen accepisse volunt. Iberus ex montibus Asturorum et Cantabrorum gemino fonte profluens, ubi Castellæ, Navarræ, et Arragoniæ partem attigit, inter Catalauniam et Valentiæ regnum, propter Dortusam, pelago excipitur.

[b] *Ab Hispano*] Filio Hispali, qui ab Hercule Oro post Geryonum cædem his in locis relictus, Hispalim condidit. Si tamen Plut. credimus, Dionysius Semeles natus, hac regione subacta, ad res gerendas, e sociis unum, cui nomen Pan erat, reliquit, a quo hæc provincia primum Pania, deinde, unius literæ adjectione, Spania, denique Hispania, dicta est.

[c] *Pyrenæis montibus*] Qui, ab Oceano ad Mare Mediterraneum extensi, Hispaniam a Gallia dividunt, a portu Veneris in ora Maris Mediterranei, ad fanum Sancti Sebastiani, in littore Maris Cantabrici, diversa pro ratione locorum sortiuntur nomina.

[d] *Sicut minor utraque*] Hispania latius patet quam Gallia, quæ regi Christianissimo paret: minus tamen quam ea quæ Romanis olim subdita erat.

Jam lini spartique vis ingens: minii certe nulla feracior terra.[e] 7. In hac cursus amnium non torrentes rapidique, ut noceant, sed lenes, et vineis campisque irrigui,[5] æstuariisque[6] Oceani affatim piscosi,[a] plerique etiam divites auro, quod in balucibus vehunt.[7 f] 8. Uno tantum Pyrenæi montis dorso adhæret Galliæ; reliquis partibus undique in orbem mari cingitur. 9. Forma terræ prope quadrata, nisi quod arctantibus freti littoribus in Pyrenæum coit.[b] Porro Pyrenæi montis spatium sexcenta millia passuum[8 g] efficit. 10. Salubritas cœli per omnem Hispaniam æqualis, quia aëris spiritus nulla paludium[9] gravi nebula inficitur. Huc accedunt et marinæ auræ undique versus[10] assidui flatus, quibus omnem provinciam penetrantibus, eventilato terrestri spiritu, præcipua hominibus sanitas redditur.[c]

Cap. II. 1. Corpora hominum ad inediam laboremque, animi ad mortem parati. Dura omnibus et astricta[1] parsimonia. 2. Bellum quam otium malunt: si extraneus deest, domi hostem quærunt. 3. Sæpe tormentis pro silentio rerum creditarum immortui:[d] adeo illis potior[2] taciturnitatis

[a] *Sed, fluentes leniter, irrigant campos et vineas, et abundant piscibus propter æstum Oceani qui in illos influit.*

[b] *Nisi quod coarctari videtur a Pyrenæo, cogentibus littoribus maris.*

[c] *Huc accedit ventus flans assidue ex pelago, qui, pervadens omnem provinciam, reddit sanitatem firmam hominibus, dum dissipat vapores ortos e terra.*

[d] *Sæpe mortui sunt in tormentis, ne vulgarent secreta, quæ ipsis credita fuerant.*

Leid. 2. 4. 5. Thuan. *quoque.*—7 Hæc in Leid. 2. 5. desiderantur. 3. *q. a paludibus v.* 4. *q. in palud. ev.* Pontanus edidit *q. in calubibus v.* Salmas. legit *q. in balucibus v.*—8 Leid. 2. 3. 4. 5. Periz. *passus.*—9 Leid. 1. 2. 3. Periz. Bodl. *paludum.*—10 *Und. v.* adversus Acidalium merito tuentur Bern. ad h. l. et Avus I. Obs. 7. p. 66. Gell. VII. 16. 'Hæ undique versum indagines cupediarum:' et XII. 13. p. 370. 'Cum vero [Oceanus] omnes terras omnifariam et undique versum circumfluat.'

1 Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *stricta.*—2 Sic Med. 2. duo Leid. Bodl. Periz. ed. Rom. atque ita ex conj. legit Avus. Liv. XLII. 47. 'Vicit pars sena-

NOTÆ

[e] *Feracior terra*] Multum nostra ætate degeneravit; pars enim illius maxima sterilis est.

[f] *In baluc.* [*paludibus*] *vehunt*] Legend. *in balucibus vehunt:* 'baluces' enim dicuntur minuta auri ramenta, et tenuis auri calculus.

[g] *Spatium sexcenta millia passuum*] Quæ sunt stadia 4800. Justino nec Strabo nec Diod. congruit; ille enim 2400 stadia, hic 3000 a Pampelona ad oram usque Oceani numerat.

cura, quam vitæ. 4. Celebratur etiam[3] bello Punico servi illius patientia, qui, ultus dominum, inter tormenta risu exultavit, serenaque lætitia crudelitatem torquentium vicit. 5. Velocitas genti pernix, inquies[4] animus: plurimis militares equi, et arma, sanguine ipsorum cariora. 6. Nullus in festos dies[5] epularum apparatus. Aqua calida[h] lavari, post secundum bellum Punicum a Romanis didicere. 7. In tanta sæculorum serie nullus illis dux magnus præter Viriatum[6i] fuit; qui annis decem[k] Romanos varia victoria fatigavit:‡ adeo feris propiora, quam hominibus, ingenia gerunt.[7] Quem ipsum non judicio populi electum, sed ut cavendi scientem, declinandorumque periculorum peritum, secuti sunt. 8. Cujus ea virtus continentiaque fuit, ut, cum consulares exercitus[l] frequenter vicerit, tantis rebus

tus, cui potior utilis quam honesti cura erat.'—3 Leid. 2. Bodl. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Ald. Junt. *cel. eadem etiam.*—4 De hoc adjectivo egit Avus Obs. in Script. Eccles. 16. p. 278. et Wass. in Ind. Sallustii. Periz. *ingens.* Thuan. Leid. 3. 4. Cant. Coll. C. C. *inquietus.*—5 Leid. 1. 3. 4. *N. in festis diebus;* et 1. *epulorum.* Bech. *N. nisi festis diebus.*—6 Ita hoc nomen etiam scribitur ap. Florum II. 17. 15. Val. M. VI. 4. 2. IX. 6. 4. Eutrop. IV. 7. et Oros. v. 4. tam in codd. Mss. quam in vetustis edd. Fabricius inscriptionem secutus edidit *Viriathus.* Οὐϊρίαθος hic dux Hispanorum dicitur Dioni in Excerptis Constantini Porphyr. p. 614. et Οὐρίαθος Appiano de B. Hisp. p. 490. ubi ait: 'Ο δ' Οὐρίαθος ἐν λοχμαῖς ἐνέδραν ἐπικρύψας ἔφυγε μέχρι τὰς λοχμάς· ὑπερελθόντος τοῦ Οὐετιλίου, αὐτός τε ἐπεστρέφετο, καὶ οἱ ἐκ τῆς ἐνέδρας ἀνεκήδων. Ita Ms. Med. Vulgo absunt ἐνέδραν ἐπ. ἔφ. μ. τ. λ. Diodoro in iisdem Excerptis p. 350. 361. Οὐρίαθος, et p. 346. Οὐϊρίαθος. C. Drakenburg. ad Sil. III. 220. —7 Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *sunt.* Præstat vulgatum. Terent. Hecyr. III. 1. 'Quia enim, qui eos gubernat animus, infirmum gerunt.' Ubi Donatus: 'Infirmum gerunt' ἐσχηματισμένως, ἀντὶ τοῦ, infirmus est.' Cic. Parad. 5. 2. 'Gere animum laude dignum.' Sen. Hippol. 573. 'Ante ab

NOTÆ

[h] *Aqua calida*] Sic Britannos, quo jugi patientiores redderent Romani, aqua calida lavari docuerunt. Ex Tac.

[i] *Præter Viriatum*] Natione Lusitanus fuit, loco natus humili, et pascendis gregibus puer operam dederat: at rei militaris peritus, cujus rudimenta in publicis itineribus obsidendis cum latronum manu posuerat: unde multis ad eum confluentibus, et milites in signa turmasque distribuit, et Romanos justo prope exercitu aggressus est.

‡ A. M. 3906. Ol. 158. 1. U. C. 605. Ant. Ch. 146.

[k] *Annis decem*] 14. habent Flor. Oros. et alii.

[l] *Consulares exercitus*] Vettilium, Plancium, Claudium, Nigidium, prætores vicit: a Quinto Fabio Æmiliano, Scipionis fratre, victus est; cum Metello vario Marte pugnavit: a suis tandem in strato dormiens noctu, Servilii jussu, oppressus est.

gestis, non armorum, non vestis cultum, non denique victum mutaverit: sed in eo habitu, quo primum bellare cœpit, perseveraverit;[8] ut quivis gregarius miles ipso imperatore opulentior[9] videretur.

CAP. III. 1. In Lusitanis, juxta fluvium Tagum,[m] vento equas fœtus concipere multi auctores prodidere. Quæ fabulæ ex equarum fœcunditate et gregum multitudine natæ sunt:[1] qui tanti in Gallæcia[2n] et Lusitania,[o] ac tam pernices visuntur, ut non immerito vento ipso concepti videantur. 2. Gallæci autem Græcam sibi originem asserunt: siquidem post finem Trojani belli, Teucrum[p] morte Ajacis[q] fratris invisum patri Telamoni,[r] cum non reciperetur in regnum, Cyprum concessisse, atque ibi urbem nomine[3] antiquæ patriæ Salaminam[4] condidisse;[s] inde, accepta opinione paternæ mortis, patriam repetisse.* 3.

extremo sinu Hesperia Tethys lucidum attollet diem, Et ora damis blanda præbebunt lupi, Quam victus animum fœminæ mitem geram.'—8 Periz. *quo bell. primum cœperat, perseverarit.*—9 Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt. *etiam op.*

1 Magl. Leid. 2. Ms. Bong. ed. Ald. Junt. *quæ fabula....nata est.*—2 Vlitius ad Nemesian. v. 253. legit *in Callæcia.* Ald. Junt. *in Gallecia.* Bech. Med. *in Gallitia,* et paulo post *Callætiam* et *Callætiæ.* Oros. VI. 21. 'Cantabri et Astures Galleciæ portio sunt:' ubi unus ex Flor. *Callatiæ.* Ib. 'Ulteriores Galleciæ partes.' Optimus Flor. *Calletiæ.*—3 Wopkens. ad II. 5. 9. legit *ex nom.*—4 Aliquot Mss. ed. Bech. Ald. Junt. *Salamina.* Vid. sup. ad II. 7. 7.—5 Bech.

NOTÆ

[m] *Tagum*] Fl. Hispaniæ celeberrimus, qui ortus in Castella Nova, non procul ab Arragonia, Toletum in Castella Nova, Ulyssiponem in Lusitania, præterlabitur, et Occiduo miscetur Oceano.

[n] *Gallæcia*] Pars est Hispaniæ maxima in occasum extenta: terminos habet, ex una parte Oceanum Atlanticum, ex alia Portugalliam, Asturias, et regnum Legionis.

[o] *Lusitania*] Quæ Durio fl. a Tarraconensi provincia, Ana fl. a Bætica, discreta erat id temporis; et ab Oceano ad Castellam Novam pertinebat.

[p] *Teucrum*] Qui, e bello Trojano rediens, ideo Salamine fuerat expulsus, quod Ajacis ab Ulysse insidiis circumventi mortem non ultus fuisset.

[q] *Ajacis*] Græcorum, uno excepto Achille, fortissimus fuit, qui in furorem versus, præ nimio dolore, quod Achillis arma non retulisset, se gladio transfodit.

[r] *Telamoni*] Æaci fil. erat, rex Salaminis, unus ex Argonautis, ab Hercule, quod primus Trojæ muros conscendisset, donatus Hesione, ex qua natus est Teucer.

[s] *Salaminam condidisse*] Coronia primum dicta est, ex Euseb. deinde Constantia, ex Steph. nunc Famagosta.

* A. M. 2875. Ant. Ch. 1177.

Sed cum ab Eurysace, Ajacis filio, accessu prohiberetur, Hispaniæ littoribus appulsum, loca, ubi nunc est Carthago Nova,[t] occupasse; inde Gallæciam transisse,[u] et positis sedibus genti nomen dedisse. 4. Gallæciæ autem portio 'Amphilochi'[w] dicuntur. Regio cum æris ac plumbi uberrima, tum et minio,[5] quod etiam vicino flumini nomen dedit. 5. Auro[6] quoque ditissima, adeo ut etiam aratro[7] frequenter glebas aureas exscindant.[8] 6. In hujus gentis finibus sacer mons est, quem ferro violari nefas[9] habetur:[10] sed, si[11] quando fulgure terra proscissa[12] est, quæ[13] in his locis assidua res est, detectum aurum, velut Dei munus, colligere[14] permittitur.[e] 7. Fœminæ res domesticas agrorumque culturas administrant: ipsi armis et rapinis serviunt. 8. Præcipua his quidem ferri materia, sed aqua ipso ferro violentior: quippe temperamento ejus ferrum acrius redditur; nec ullum apud[15] eos telum probatur, quod non aut Bilbili fluvio[x] aut Chalybe[y] tingatur. 9. Unde etiam 'Chalybes' fluvii hujus finitimi appellati, ferroque ceteris[16] præstare dicuntur.

[e] *Sed si fulgur, cadens in terram, eam scindat, quod sæpe accidit, permittitur colligere aurum detectum, quasi esset Dei munus.*

Ven. Par. Ald. Junt. *tum min.*—6 Thuan. *auri.*—7 Periz. nescit *aratro.*—8 Magl. Leid. 3. 4. Reg. Coll. N. et C. C. ed. Rom. Ven. Par. *excidant.* Bech. *excindant.* Ald. Junt. et Mss. Thuan. Bodl. Periz. *excitent.* Med. 2. *exsuscitent.*—9 Periz. *ut nef.*—10 Leid. 3. *est.*—11 Leid. 1. 3. 4. *sed. q.*—12 Periz. *proscisn.*—13 Med. 2. Leid. 2. 3. 4. Magl. Thuan. Bodl. Periz. ed. Rom. *quod.*—14 Ald. Junt. *colligi*—15 Vorst. ad h. l. notat: 'Bong. maluit *ad*; credo, quod in quibusd. Mss. sic reperisset.' Bong. vero nullam variantis lect. mentionem h. l. fecit: atque omnes Mss. in vulgatam lect. conspirant. Bern. quoque in ed. A. 1631. exhibuit *apud:* verum in ejusd. ed. A. 1666. *apud* errore typogr. in *ad* transiit.—16 Med. 2. Leid. 2. 5. ed. Rom. *ceteros.*

NOTÆ

[t] *Carthago Nova*] Quæ in Hispania Tarraconensi ad oram maris.

[u] *Gallæciam transisse*] Propter littus urbem Hellenem construxit, ubi nunc *Pontevedra* visitur.

[w] *Amphilochi*] Urbem etiam condidit, quam de socii nomine dixit Amphilochiam; Romani vero Aquas Calidas: ad Minium fl. sita fuit, in Hispania Tarraconensi.

[x] *Bilbili fluvio*] Hispaniæ Tarraconensis fluvius, qui in Salonem influit, ferri temperaturæ aptissimus. Unde Martial. 'Videbis altam, Liciniane, Bilbilim equis Et armis nobilem.' Fuit etiam Bilbilis civitas ibi condita, qua Bilbilis fl. in Salonem labitur.

[y] *Chalybe*] Fl. etiam Hispaniæ, ferro temperando idoneus.

CAP. IV. 1. Saltus vero Tartesiorum,[1][z] in quibus Titanas[a] bellum adversus Deos gessisse proditur, incoluere Cunetes;[b] quorum rex vetustissimus Gargoris mellis colligendi usum primus invenit. 2. Huic cum ex filiæ stupro nepos provenisset, pudore flagitii, variis generibus[2] extingui parvulum voluit: sed, per omnes casus fortuna quadam servatus, ad postremum ad regnum tot periculorum miseratione[3] pervenit. 3. Primum omnium cum eum exponi jussisset, et post dies ad corpus expositi requirendum misisset, inventus est vario ferarum lacte nutritus. 4. Deinde relatum domum, tramite[4] angusto, per quem armenta commeare consueverant, projici jubet;[f] crudelis prorsus, qui proculcari nepotem, quam simplici morte interfici maluit. 5. Ibi quoque cum inviolatus esset, nec alimentis egeret, canibus primo jejunis et multorum dierum abstinentia cruciatis, mox etiam suibus objecit.[5] 6. Itaque, cum non solum non noceretur,[6] verum etiam quarundam uberi-

[f] *Postquam domum relatus est, jubet eum projici in tramite angusto, per quem armenta solebant transire.*

1 Ms. Bong. duo Leid. Bodl. Periz. ed. Rom. *Tarcessiorum.* Bech. *Tarthesiorum.* Coll. N. ed. Ald. Junt. *Tartessiorum.* Ταρτήσσιοι etiam dicuntur Herod. I. 163. et Nic. Damasceno in Excerptis Constant. Porphyr. p. 514.—2 Ita L. Sen. Ep. 77. 'Multa millia hominum et animalium animam variis generibus emittunt.' Ald. Junt. Leid. 4. Ms. Bong. *v. gen. mortis.* Saxo II. p. 22. 39. 'Ut variis periculorum generibus implicaret.'—3 Ald. Junt. *admiratione.* Schef. malebat *iteratione*, idemque etiam visum fuit Pontano in Syll. Epist. ab A. Matthæo publicata, Ep. 53.—4 Leid. 2. 5. Bodl. ed. Rom. *in tr.* Vincent. II. 53. 'Postmodum hunc domi relatum in callem angustum projici jubet.'—5 Thuan. *objici jussit.*—6 Ita Vitruv. I. 7. 'Ita spissis compactionibus solidatæ, neque ab tempestatibus neque ab ignis vehementia nocentur:' et II. 9. p. 35. 'Larix ab carie aut a tinea non nocene quam sobolem masculam Saturnus educaret: quare, cum audiisset servatum Opis dolo Jovem cum fratribus, bellum Saturno indixit, eumque tamdiu detinuit in carcere, donec eum liberavit Jupiter, victis Titanibus.

NOTÆ

[z] *Tartesiorum*] Cœlo salubri, maximaque aëris temperie eos frui testatur Cic. unde longævi dicti sunt ex Strab. populi Hispaniæ Bæticæ, secundum maris littus, ad Fretum Gaditanum.

[a] *Titanas*] Filios Titanis, qui Saturni frater natu major, ad quem licet regnum pertineret, illud tamen Saturno, cui mater Vesta sororque paulo plus favebant, ea lege cessit,

[b] *Cun.* [*Curetes*] *Cinetes* melius dixeris; Curetes enim fuerunt populi Cretæ et Ætoliæ: Cures vero fuit urbs Sabinorum, Numæ Pompilii patria.

bus aleretur, ad ultimum in Oceanum abjici[7] jussit. 7. Tum plane manifesto quodam numine inter furentes æstus, ac reciprocantes undas, velut nave, non fluctu veheretur, leni salo in littore exponitur:[g] 8. nec multo post cerva affuit, quæ ubera parvulo offerret. Inde denique[8] conversatione nutricis eximia puero pernicitas fuit; interque cervorum greges diu montes saltusque haud inferior velocitate peragravit. 9. Ad postremum, laqueo captus, regi dono datus est. Tunc et lineamentorum similitudine, et notis corporis, quæ inustæ parvulo fuerant, nepos agnitus.[9] 10. Admiratione deinde tot casuum periculorumque, ab eodem successor regni destinatur. 11. Nomen illi impositum Habidis; qui, ut regnum accepit, tantæ magnitudinis fuit, ut non frustra Deorum majestate tot[10] periculis ereptus videretur: quippe[11] barbarum populum legibus junxit;[12] et boves primus aratro domari,[13] frumentaque sulco quærere[14] docuit; et ex agresti cibo mitiora[15] vesci, odio eorum, quæ ipse passus fuerat, homines coëgit.[h] 12. Hujus casus fabulosi viderentur, nisi et Romanorum conditores lupa nutriti, et Cyrus rex Persarum cane alitus proderetur. 13. Ab hoc et ministeria servilia populo interdicta, et plebs in septem urbes divisa. 14. Mortuo Habide, regnum

[g] *Tum apparuit manifeste quod illum Dii defenderent. Nam, quasi veheretur non fluctu sed nave, inter æstus furentes et undam agitatam, exponitur in molli salo littoris.*

[h] *Docuit colligere frumenta terram colendo; et, odio habens ea quæ passus fuerat, coëgit homines manducare cibos mitiores, non agrestes, ut solebant.*

---

tur.' Solin. 1. p. 6. f. ed. Salm. 'Ea propter capital est, si pars alterutra noceatur.' Saxo XI. p. 205. f. 'Sed neque Haraldus dentium belluarum acumine noceri poterat.' *Nocere* etiam cum quarto casu construitur.' Latinus Interp. Psalm. XXXIV. 1. 'Judica, Domine, nocentes me.' Tabula marmorea Romæ in colle Quirinali ap. Ferret. Mus. lapid. II. 29. NIL. TE. DANNA. NOCENT. Vid. Gudium ap. Phædr. IV. Fab. 8. Magl. Ald. Junt. *necaretur.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. *nocerent.*—7 Bodl. *projici.*—8 Magl. *quoque.*—9 Ald. Junt. *Tunc ad l. similitudinem ex notis c. . . nepos est agn.*—10 *Tot* abest Bech. Ven. Flor. Par. Ald. Junt.—11 Magl. tres Leid. Periz. Coll. N. ed. Rom. *q. et.*—12 Magl. Leid. 4. *vinxit.*—13 Ortwin. malebat *domare.*—14 Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *serere.* At *sulcis quærere* etiam dixit Virgil. I. G. 133. 'Ut varias usus meditando extunderet artes Paulatim, et sulcis frumenti quæreret herbam.'—15 Rom. *mitioribus.* Bech. Ven. Flor. Med. Par. *melioribus.* Ald. Junt. *mitiore,* quomodo ex conj. legit Avus IV. Obs. 20. ubi 'ex agresti cibo' interpretatur, omisso et fastidito agresti

per multa sæcula a[16] successoribus ejus retentum est.[17] In alia parte Hispaniæ, et[18] quæ ex insulis constat, regnum penes Geryonem[c] fuit.[†] In hac tanta pabuli lætitia est, ut, nisi abstinentia interpellata sagina fuerit, pecora rumpantur.[i] 15. Inde denique armenta Geryonis, quæ illis temporibus solæ opes habebantur, tantæ famæ fuere, ut Herculem ex Asia[d] prædæ magnitudine illexerint. 16. Porro Geryonem ipsum non triplicis naturæ,[e] ut fabulis proditur, fuisse ferunt, sed tres fratres tantæ concordiæ extitisse, ut uno animo[19] omnes regi viderentur: nec bellum Herculi sua sponte intulisse; sed, cum armenta sua rapi vidissent, amissa bello repetisse.

CAP. V. 1. Post regna[1] deinde Hispaniæ, primi Carthaginienses imperium provinciæ occupavere. 2. Nam,

[i] *In hac parte tanta copia est pabuli, ut pecora pereant nimia pinguedine, nisi caveatur ne nimium saginentur, ea removendo interdum a pabulo.*

---

cibo. Vid. sup. I. 6. 5.—16 Leid. 1. *sec. dite a.* 3. *sec. rite a.* Coll. C. C. *sec. rite sub.*—17 Id. Ms. Leid. 2. 3. 4. Periz. nesciunt *est.*—18 Leid. 2. omittit *et.*—19 Leid. 2. 5. Bodl. *una anima.*

1 [Vid. Not. Var.] Jensius adnotarat: '*Regnum* est hic, administratio regni. Sensus est: Posteaquam administratio et summa rerum fuit penes ipsos Hispanos. Opposita sunt 'habere regnum' et 'esse provinciam.' X. 3. 7. 'Vitam pariter cum Persarum regno finivit:' et XLII. 5. 9. 'Hic actis

NOTÆ

[c] *Penes Geryonem*] Non eod. quo Habis tempore, sed multo ante, regnavit Geryon.

[†] A. M. 2832. Ant. Ch. 1120.

[d] *Ut Herculem ex Asia*] Geryonis historia multis infecta fabulis explicari commode sic poterit. Cum in Hispaniam Geryon appulisset, primum incolas ingenio rudes, et per agros, ferarum more, dissipatos legibus devinxit; tum omnium primus hac in regione occupavit tyrannidem. Florebat id temporis maxime Osiris, primus rex Ægypti, ex Diod. qui Dionysius Ægyptius dictus est. Ille, domito terrarum orbe, venit in Hispaniam, prælioque cum Geryone commisso ad fretum Gaditanum, Geryonem occidit. Deinde Geryonis filii aucti opibus, per Typhonem Osiris fratrem, corruptum muneribus, Osirim occidi curarunt: quare Orus, et ipse Hercules Libyus nuncupatus, cædem paternam morte Typhonis ultus, peragrato terrarum orbe, in Geryones movit; qui cum se locis munitis tenerent, Orus, ut innoxio sanguini parceretur, cum singulis separatim congressus, omnes occidit.

[e] *Non triplicis naturæ*] Vult Servius Geryonem dictum trimembrem, quia tribus præfuit insulis, quæ Hispaniæ adjacent; Baleāricis Majori Minorique, et Ebusæ.

cum Gaditani[2 f] a Tyro, unde et Carthaginiensibus[3] origo est, sacra Herculis, per quietem jussi, in Hispaniam transtulissent, urbemque ibi condidissent, invidentibus incrementis novæ urbis finitimis Hispaniæ populis, ac propterea Gaditanos bello lacessentibus, auxilium consanguineis Carthaginienses misere.[k] 3. Ibi[4] felici expeditione et Gaditanos ab injuria vindicaverunt,[g] et majorem partem provinciæ imperio suo adjecerunt. 4. Postea quoque hortantibus primæ expeditionis auspiciis, Hamilcarem[h] imperatorem cum magna manu[5] ad occupandam provinciam misere: qui, magnis rebus gestis, dum fortunam inconsultius sequitur,[i] in insidias deductus, occiditur. 5. In hujus locum gener ipsius Hasdrubal mittitur; qui[6] et ipse a servo[k] Hispani cujusdam, ulciscente domini injustam

[k] *Dum finitimi Hispaniæ populi conantur impedire incrementa novæ urbis, et ideo bellum gerunt in Gaditanos, Carthaginienses miserunt auxilium consanguineis.*

in regno quindecim annis decessit.''—2 Periz. Ms. Bong. *Gadetani*, et §. 3. *Gadetanos*.—3 Magl. ed. Bech. Ven. Flor. Med. Par. Ald. Junt. *Carthaginiensium*.—4 Leid. 1. 3. *Sic*.—5 Leid. 1. 4. *cum manu m.* 2. et Bodl. *cum majore m.*—6 *Qui* Flor. Ald. Junt. omittunt.—7 Magl. Leid. 2. *Sed maj.* 4. et Periz.

NOTÆ

[f] *Gaditani*] Paulo post Carthaginem conditam, Phœnices, qui jam sæpius mercium causa in Hispaniam venerant, insulam Gades occuparunt: quo vero facilius in continentem ipsis transmittere liceret, admonitos se finxerunt in somniis, ut Herculis sacra transferrent in Hispaniam: quare, condendi templi obtenta facultate, oppidulum, ubi nunc *Medina Sidonia* cernitur, construxerunt: quo cum ingens hominum multitudo allecta cærimoniarum apparatu commigraret, ad urbis magnitudinem excrevit. Ita Strab.

[g] *Vindicaverunt*] Jam Balearicas insulas et Ebusam Maherbal eorum imperator subegerat.

[h] *Hamilcarem*] Cujus virtute finis bello Libyco impositus, sæpiusque cum Romanis feliciter dimicatum est: cognomen illi Barca fuit.

[i] *Inconsultius sequitur*] Alii aliter ejus mortem referunt. In media hostium acie fortiter dimicans occubuit, ex Oros. dum Helicem urbem obsidet. Ab Orissone rege, qui suppetias illi ferre simulabat, in fugam versus periit in flumine, ex Diod. Equis ob currus facibus plenos perterrefactis, in pugna cecidit, ex Zonar.

[k] *A servo*] Multis rebus præclare gestis, a Gallo quodam in hospitio noctu necatus est, ut habent Polyb. et Liv. Alii tamen ab Hispano occisum volunt, qui, domini mortem ulturus, Asdrubalem sacris operantem ad aras obtruncavit: comprehensus deinde haud alio, quam si evasisset, vultu fuit: tormentis quoque dum laceraretur, eo fuit oris habitu, ut ridentis speciem præberet, Ita Liv.

[l] *Major utroque*] Subacta intra fl. Iberum Hispania tota, et capta Sagunto amica Romanorum civitate, bello Punico secundo initium dedit.

[m] *Variis cladibus*] Consules plurimos vicit, P. Cornelium ad Ticinum, Sempronium ad Trebiam, C. Flaminium ad Thrasymenum lacum, ad Cannas denique Terentium Varronem et Paulum, donec Fab. Maximus cunctando rem, utcumque, restituit.

[n] *Scipionibus*] Cneio et Publio, quos duo belli fulmina vocant auctores, a quibus ad Illiturgum Asdrubal, Mago, et Hamilcar victi, cæsaque uno die Carthaginiensium 60. M. deinde Hanno ad Incibile superatus, iterum Mago et Asdrubal, primum ad Illiturgum, tum ad Mundam, denique ad Auringem, fugati: sed tandem Publ. Scipio a Magone, Asdrubale, et Masinissa ad Incibile victus et occisus est; et paulo post Cneius, audita fratris morte, et ipse victus, in prælio cecidit. At Publ. Corn. Scipio, Cneii fil. capta Nova Carthagine, et Asdrubale devicto, in Africam, Hispania subacta, bellum transportavit.

[o] *Cæsar Augustus*] De bello ab Aug. Cæsare in Hispania gesto supr. meminimus.

necem, interfectus est. 6. Major[7] utroque[l] Hannibal imperator, Hamilcaris filius, succedit. Siquidem, utriusque res gestas supergressus, universam Hispaniam domuit: inde, Romanis illato bello, Italiam per annos sexdecim variis cladibus[m] fatigavit: 7. cum interea Romani, missis in Hispaniam[8] Scipionibus,[n] primo Pœnos provincia expulerunt; postea cum ipsis Hispanis gravia bella gesserunt. 8. Nec prius, perdomita provincia,[9] jugum Hispani accipere[10] potuerunt, quam Cæsar Augustus,[o] perdomito Orbe, victricia[11] ad eos arma transtulit, populumque barbarum ac ferum, legibus ad cultiorem vitæ usum traductum, in formam provinciæ redegit.

Coll. N. *Et Maj.* Rom. *Sed huic maj.*—8 Leid. 1. 3. *miss. Hisp.*—9 Leid. 2. 5. Bodl. Periz. ed. Bech. Flor. Med. Ald. Junt. *perdomitæ provinciæ;* eædemque edd. cum Bongarsiana, Ms. Bodl. Periz. *Hispaniæ.*—10 Ita XI. 14. 7. ' Patienterque Persæ, post imperium tot annorum, jugum servitutis acceperint.' Liv. XXXVIII. 31. ' Si semel primis imperiis obediendo jugum accepissent:' et XL. 49. ' Populique alii voluntate, alii metu jugum acciperent.' Leid. 4. Periz. Bodl. ed. Rom. *capere.*—11 Coll. N. et C. C. Leid. 3. *victoriæ.* 4. *victoria.* Melius Magl. *victor victricia.*

NOTÆ

PROLOGI

HISTORIARUM PHILIPPICARUM

POMPEII TROGI,

CUM NOTIS

JACOBI BONGARSII, FRANCISCI MODII,
JOANNIS FREINSHEMII, ISAACI VOSSII,
JOANNIS VORSTII,

QUIBUS ACCEDUNT

EMENDATIONES REV. ABBATIS DE LONGUERUE E MSS.
CODICIBUS DEPROMTÆ.

Ex Editione A. Gronovii, Lugd. Bat. 1760.

FRANCISCO ROSÆO AMBIANO

JACOBUS BONGARSIUS

S. P. D.

RECTE judicas, Francisce, eum 'Qui mores hominum multorum vidit, et urbes,' ad judicandum sapientiorem, et ad agendum paratiorem fore. Vidisse autem non is solum putandus est, qui, oculatus testis, regiones longinquas et ultimas peragravit; sed et is, qui et mores hominum, et regionum situs, et rerumpublicarum conversiones animo tenet. Sedentibus nobis, id præstant historicorum libri. 'Unde enim,' ut est apud M. Tullium, 'facilius quam ex annalium monumentis, aut bellicæ res, aut omnis reipublicæ disciplina cognoscitur?' Itaque, dum tu Italiæ, discendi et cognoscendi causa, inhæres; et doctorum qui illic sunt hominum doctis colloquiis frueris; ego historicos Græcos et Latinos magnam partem percucurri. Hi mihi Justinum emendanti, et quamplurimis locis cæcutienti, facem prætulerunt. Reliqui erant in Pompeii historias Prologi, Latine, arbitror, nunquam editi: e quibus stercoris plus exhausi, quam olim ex Augiæ cloacis Hercules ipse. Sed ita contaminata erant omnia, et fœde conspurcata, ut ceteris historicis, tanquam auxiliaribus copiis, inter medios hostes destitutus, coactus tandem sim, victus, manum dare. Tu nobis isthic alterum Herculem quærito. Eos interim tibi, amicissime Francisce, amicitiæ nostræ testificandæ [lub. mer. do dico. Gozio et Puchotio multam a me salutem. Vale.

PROLOGI†

HISTORIARUM PHILIPPICARUM

POMPEII TROGI.

PROLOGUS LIB. I.

PRIMO volumine continentur hæc. Imperium[1] Assyriorum a Nino rege usque ad Sardanapalum:[2a] post quem transla-

1 Priores quatuor voces nescit Perizonianus. Coll. N. *Pr. v. continetur imp.* —2 Sic Thuan. Periz. Reliqui Mss. vulgatum tuentur. Ap. Just. quoque 1.

NOTÆ

† *Prologi*] Librorum Trogi περιοχὰς edere, non erat animi mei sententia: tam crebra, tam fœda erant in iis vulnera, novæ cicatrici ut locus non esset; et mihi desperata eorum videretur salus. Tandem et amicorum auctoritate compulsus, et meo etiam judicio persuasus, sententiam mutavi. Itaque vitam illis dedisse, hoc tempore satis sit: nam integram valetudinem aliis deberi, facile patiar. Attamen, ne prorsus eorum curam viderer omisisse, periculum faciundum duxi, an et conjecturis nostris sanari quædam possent: sagaciores in ceteris εὐστοχίαν suam exerceant. Namque a libris an sperandum aliquid sit, nescio: hoc scio septem Mss. codices, in difficillimis et contaminatissimis locis, quasi conspiratione quadam, consentire, aut lectionum monstris certare. Vid. Italicam interpretationem, olim editam, quæ ne uno quidem loco a librorum nostrorum scriptura discedit. Cuicuimodi sunt, Justini Abbreviatoris negligentiam detegunt, et Historiarum Trogi seriem ostendunt. Auctoris nomen in libris nullum est. Nam quod in duobus legitur, *In Trogi sequitur Justini epitoma libros*, non arbitror huc spectare, sed ad majus opus, id est, vulgatam Justini Epitomam. Quisquis est, non in Justinum, sed in Trogum argumenta scripsit, ut in Livium Florus. Nam in his quædam sunt non panca, quæ in Justino frustra quæras; ut non immerito integrum Trogi ipsius opus Historia desideret. Sunt autem 'Prologi' ὑποθετικοὶ, singulorum librorum argumenta continentes. *Bongars.* Præclarum est quod, cum ipsis Historiis Philippicis Trogi Pompeii, quarum Justinus Epitomas fecit, frui non liceat, antiquos tamen earum Prolo-

tum est per Arbacen[b] ad Medos, usque ad ultimum regem Astyagen. Is a nepote suo Cyro[3] pulsus regno:[c] et Persæ regno potiti. Ut Crœso, Lydiæ regi, bellum intulit Cyrus; victumque cepit. Hic in excessu[d] dicti[e] Æolicarum et

3. 1. Leid. 2. 4. 5. dant *Sardanapallus*, et paulo post *Sardanapallo*; atque ap. Oros. I. 19. tres Mss. Flor. *Sardanapallus*. Add. Animadv. Scaligeri ad Eusebii Chronol. p. 64. init.—3 *Cyro* exulat a Coll. N.—4 Periz. *Sc. res.*—

NOTÆ

gos seu summaria habemus. Ex his enim non tantum ipsarum Epitomarum Justini emendationes quædam fieri possunt, sed et apparet fere, quænam illa sint, quæ Justinus in Epitomis suis, ut ipse in præfatione fatetur, omisit. Sed sunt in Prologis istis quam plurima menda. Quorum tamen non pauca a Bongarsio et aliis indicata, satisque manifesta, sustulimus; atque ita, ut prologi ipsi paulo minus asperi sint lectu, quam antea, effecimus. *Vor.* Hi, qui dicuntur 'Prologi,' nihil aliud sunt quam breves periochæ Trogi Pompeii. Illos autem describi curavi, itidem ut a Bongarsio olim editi fuere; Modii non addidi, qui corrupti sunt et pæne deperditi. Quid igitur, inquies, quid illos describere attinebat? Id eo consilio factum a me est, ut intelligeres, Lector, quæ res a Justino, dum Trogi Pompeii Historias in compendium mittit, prætermissæ fuerint. Isthuc autem nomen, 'Prologi,' scis, in hac significatione, Barbarum esse? Ex quo et illud intelligere potes, eorum Auctorem, quicumque ille fuerit, eruditis illis temporibus non vixisse, queis honesta Latinitas vigebat. Utcumque sit, Trogum ipsum Pompeium legerat, unde ad nos aliqua certe utilitas pervenire potest. Cum autem dicit, 'in excessu,' (quod tam sæpe in illis Prologis reperies,) vult dicere, per digressionem; unde suspicor, horum Prologorum scriptorem hominem Græculum fuisse; quippe ita Græce diceres, ἐν παρεκβάσει, vel διὰ παρεκβάσεως. Dein et illud ipsum nomen, 'Prologi,' id quoque videtur probare; sic enim Græcobarbari loquerentur. *Fab.*

[a] *Sardanapallum*] Notavi ad Just. I. 3. 1. hunc Diodoro esse tricesimum a Nino. Hunc Diodori locum transcripsit Georgius Monachus, cujus Chronicum, opus Græce conscriptum, ex bibliotheca reginæ matris usus sum, beneficio Fr. Pithœi, viri et humanitate et doctrina præstantissimi. Is Diodori locum ita refert: Ζαρδανάπαλος δὲ τριακοστὸς μὲν καὶ πέμπτος ὢν ἀπὸ Νίνου, &c. Idem, ubi ap. Diod. legitur, Assyrios regnasse ἐπὶ γενεὰς τριάκοντα, habet ἐπὶ γενεὰς με. Emendo λε. Et paulo post, Τεττάμου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν εἰκοστὸς ἀπὸ Νινύου, &c. Georgius legit, Ταυτάνου γὰρ βασιλεύοντος τῆς Ἀσίας, ὃς ἦν κστ ἀπὸ Νινύου, &c. Sed hæc præter institutum. *Bongars.* Emenda, *Sardanapalum.* Sic habet cod. Maximianus sive Marchionis de Maximis Romani. *Longuerue.*

[b] *Arbacen*] Meminit huj. historiæ præter alios etiam J. Tzetza Chil. III. Hist. 95. ubi tamen Ἀρσάκης corrupte legitur pro Ἀρβάκης. *Freinshem.* Rectius hoc quam quod in ipso Justino est *Arbactus.* Vor.

[c] *Regno*] Modius *regno est.* Fr.

[d] *Excessu*] Sæpius hæc vox his in Prologis obvia fit: et notat excursum, digressionem, s. verbo Thucydidis I. 16. 5. ἐκβολὴν τοῦ λόγου. *Id.*

Ionicarum urbium situs; originesque Lydorum, et in Italia Tuscorum. Post Cyrum filius Cambyses Ægyptum domuit. Repetitæ Ægypti origines urbium. Extincto Cambyse, Darius, occisis Magis, regnum Persicum accepit; captaque Babylone, bella Scythica molitus est.

PROLOGUS LIB. II.

Secundo volumine continentur hæc. Scythiæ[4] et Ponti situs; originesque Scythiæ[f] usque ad bellum, quo est inde pulsus Darius: qui post hanc fugam Græciæ bellum intulit per Datin et Tisafernen,[5 g] quod soli Athenienses sustinuere.[6 h] Hinc[7] origines Athenarum repetitæ, et reges usque ad Pisistrati tyrannidem, qua extincta,[i] Marathone vicere[k]

5 Similis error est ap. Ampel. 15. 'Miltiades dux, qui octuaginta millia militum Persarum Darii regis, præfectis Date et Tisapherne, in saltu Marathonio superavit.' Scribe *Date et Artapherne.*—6 *Sustinuere* pro *tenuere* legend. conjecerat Freinsh. qui postea etiam illud reperit in Ms. Regio, cui accedunt quinque alii et codex, quo usus fuit Italus Interpres, qui hunc l. ita vertit: *laquale guerra sostennono solamente gli Atheniesi. Sustinere bellum* quoque dixit Just. II. 15. 9. 'Permunitas Athenas esse, et posse jam illatum bellum non armis tantum, sed etiam muris sustinere:' et XXX. 4. 7. 'Tantoque fortius hoc bellum sustinendum.' Tac. XIII. A. 6. 'Cum octavo decimo ætatis anno Cn. Pompeius, nono decimo Cæsar Octavianus civilia bella sustinuerint.'—7 Vulg. *Hic.* Leid. 3. Periz. *Hinc*, ut Prol. v. 'Hinc repetitum in excessu,'

NOTÆ

[e] *In excessu dicti*] H. e. per digressionem, excedendo sc. s. recedendo a re proposita: quæ phrasis in singulis fere Prologis reperitur. *Long.*

[f] *Origines Scythiæ*] Emenda, *res Scythiæ*, ut habent codd. omnes Romani. *Long.*

[g] *Et Tisafernen*] Ex Herod. et Probo in Vita Miltiadis, leg. *Artaphernen.* Bongars. Leg. *Artaphernem.* Is enim, non autem *Tissaphernes*, dux fuit exercitus Darii contra Græcos s. Athenienses, ut testantur Herod. Paus. in Att. Nepos in Vit. Milt. Cod. 1. Vat. habet *Tipharnem*, sed restituend. *Artaphernem.* Long.

[h] *Athenienses tenuere*] Quæ phrasis sit, *tenere bellum*, nondum compertum est mihi: malim *sustinuere*, repetita ex priori voce syllaba, quam propter similitudinem absorpserant. Et sic diserte in Ms. Regio, *sustinuere.* Freinshem. Bong. in uno cod. Ms. reperit *sustinuere.* Atque ita sine dubio legend. *Vor.* Leg. *sustinuere:* et sic habent duo Vaticani et cod. Maximianus. *Long.*

[i] *Tyrannidem, qua extincta, &c.*] Conjectura legend. auguro *qua extincta, ad Marathonem vic. Pers.* aut propius veterem scripturam *tyrannidem extinctam. Qua ratione vic. Pers.* Bongars. Probo conjecturam posteriorem ingeniosissimi et doctissimi Bongarsii. Enim etiam Longobardica littera scriptus Justinus, qui Fuldæ asservatur, cuique hæ periochæ præpositæ sunt, habet *ad Pisistrati tyran-*

Persas.[8] Ut, mortuo Dario, filius ejus Xerxes bellum Græciæ intulit: ac repetitæ origines Thessaliæ: expulsoque Græcia Xerxe, bellum ab Atheniensibus translatum in Asiam usque ad Xerxis interitum.

PROLOGUS LIB. III.

Tertio volumine continentur hæc. Ut, mortuo Xerxe, filius Artaxerxes, ultus[9] interfectorem[l] patris Artabanum,[m] bellum cum defectore Ægypti habuit: primoque dux ejus Achæmenes[l n] victus est; iterum per Agabazum Ægypto

&c.—8 Periz. *quam extinctam* (ita etiam Leid. 1. 2. 3.) *Marathone vic. Persam.* Leid. 2. *vicerunt*.—9 Tres Leid. Cant. Coll. C. C. *pulsus*. Periz. *ultus*, quam scripturam conjectura assecutus fuit Modius. Just. III. 1. 8. 'Itaque cum inter ceteros et ipse Artabanus armatus assisteret, rex [Artaxerxes] simulat se breviorem loricam habere: jubet Artabanum secum commutare: exuentem se ac nudatum gladio trajicit.' *Ultus interfectorem*, i. e. ultus se de interfectore, ut ap. Just. III. 7. 4. 'Cum ulcisci hostem sine periculo possent.'—1 Periz. *Achamenes* pro *Achæmenes*, quomodo ex Diod. hoc nomen restituit Bongarsius. Ἀχαιμενίδης appellatur a Ctesia Pers. 32. ubi ait: Ἀφίσταται Αἴγυπτος, Ἰνάρου Λυδίου ἀνδρὸς καὶ ἑτέρου Αἰγυπτίου τὴν ἀπόστασιν μελετήσαντος. καὶ εὐτρεπίζεται τὰ πρὸς πόλεμον. πέμπουσι καὶ Ἀθηναῖοι, αἰτησαμένου αὐτοῦ, τεσσαράκοντα νῆας, καὶ μελετᾷ αὐτὸς Ἀρτοξέρξης ἐκστρατεῦσαι, καί, τῶν φίλων οὐ συμβουλευόντων, πέμπει Ἀχαιμενίδην τὸν ἀδελφὸν, τεσσαράκοντα μὲν μυριάδας ἐπαγόμενον

NOTÆ

nidem, qua extincta radione vincere Persas. Mod. Modius posteriorem Bongarsii conjecturam probat: mihi prior potior videtur. *Fr.*

[k] *Ratione vicere*] Emenda, *Marathone vicere Persas.* Quod vel pueris notissimum est. *Long.*

[l] *Pulso interfectore*] Lege *interfecto interfectore.* Prior vox, ob affinitatem sequentis ab exscriptore omissa, peperit falsam lectionem, et historiæ contrariam. *Bongars.* 'Lege,' inquit vir doctus, cui hi Prologi vitam debent, '*interfecto interfectore.* Prior vox, ob affinitatem sequentis ab exscriptore omissa, peperit falsam lectionem, et historiæ contrariam.' Sic, inquam, ille de h. l. censet, cum in suis Mss. legi deprehendisset *pulso interfectore patris Artabano.* Ceterum ego, qui in membranis Fuld. disertim perscriptum viderem *pulsus interfectorem patris Artabanum*, non dubitavi ex eo facere *ultus interfectorem patris Artabanum.* Sic enim etiam Just. de hac re ait: 'Atque ita egregius adolescens et cædem patris, et se ab insidiis Artabani vindicavit.' Virg. 'Ulta virum pœnas inimico a fratre recepi.' *Mod.* Modii Mss. Fuld. *pulsus interfectorem patris Artabanum:* ex quo ille; *ultus interfectorem, &c.* Vere, ut puto: nam 'ulcisci hostem' etiam dicimus. Vid. Ind. Just. *Fr.*

[m] *Artabano*] Post hanc vocem addit Cod. alter Colbert. *interfecto:* neque abs re: non enim pulsus solum, sed interfectus fuit ab Artaxerxe Artabanus. Leg. itaque *pulso interfectore patris Artabano, et interfecto.* Long.

[n] *Primoque dux ejus Acchæmenes*]

recepta.[a o] Ut, Græcis cum rege pacificatis, bella inter ipsos orta sunt.[3] Inde repetitæ Peloponnensium origines:[p] ut ab Herculis posteris Dorico populo[q] sit occupata. Deinde bella Argolica et Messeniaca:[r] coalitique[s] Sicyone et Corinthi[4 t] tyranni. Bellum Crissæum;[5 u] et quod

στράτευμα πεζικὸν, νῆας δὲ π'. Συμβάλλει πόλεμον Ἴναρος πρὸς Ἀχαιμενίδην. καὶ νικῶσιν Αἰγύπτιοι, καὶ βάλλεται Ἀχαιμενίδης ὑπὸ Ἰνάρου, καὶ θνήσκει· καὶ ἀποπέμπεται ὁ νεκρὸς αὐτοῦ εἰς Ἀρτοξέρξην.—2 Leid. 2. *Ægyptum receptam.* 4. *Ægyptos recepta.*—3 Leid. 1. 3. 4. ed. Bong. *sint.*—4 Leid. 2. *Messianiu, coalitique Sichromæ et Corintho.* 3. *Messianiana, coalitique Sicyoniæ et Corinthio.* Periz. *Messanico alitique Sicrone et Corinthio.* Freinsh. legit *Messeniaca* vel *Messenica*; et *Sicyone* e Mss. Romanis Longueruæus. Bong. cujus conjecturam recepit editor Oxon. malebat *Sicyoniæ et Corinthi.*—5 Ed. Oxon. *Crisseum. Crissæum*

NOTÆ

Diodoro Ἀχαιμένης: et pro *Agabazum* leg. *Megabazum;* Μεγάβαζος Diodoro XI. *Bong.*

[o] *Primoque dux ejus Acchæmenes victus est: iterum per Agabazum Ægypto recepta*] Nostræ membranæ *primo duæ dux ejus Acthamenes victus est, iterum per Agapaxum Ægyptus recepta.* Monstrose plane, fateor; sed ex quo stercore fortasse aliquando aliquis aurum eruet. *Mod.* Modii Mss. *primo duæ, &c.* Sed Bongarsii opera satis restitutus videtur hic locus. *Freinsh.* Leg. ex Herod. Ctes. et Diod. *Achæmenes. Achæmenes* dux Xerxis. Cod. 1. Vat. habet *Achanenes.* Long.

Per Agabazum] Scrib. *Megabazum* vel *Megabyzum* ex Herod. et Diod. licet in nullo Codice littera prima compareat. *Idem.* Μεγάβυζος Ctesiæ Pers. 33. dicitur.

[p] *Peloponnensium origines*] Codicum licet auxilio destitutus ita lego: *Peloponnesi origines*, non *Peloponnensium.* Etenim voces istæ 'sit occupata' ad singulare fœmininum, Peloponnesum sc. necessario referuntur. *Long.*

[q] *Dorico populo*] Cod. unus Colbert. habet *pro Dorico populo*, et recte quidem. *Id.*

[r] *Messiania*] Intelligit bella contra Messenios: de quibus Just. III. 4. Videtur igitur legend. *Messeniaca*, aut *Messenica:* quo indice quartum suum librum insignivit Pausanias. *Freinsh. Messeniaca* legend. conjecit Bong. cum in Mss. legeretur *Messiania.* Vorst. Leg. *Messeniaca.* Long.

[s] *Coalitique*] 'Coalescere' hic idem significat quod, convalescere: videturque in usu fuisse Trogo, et propterea etiam adserenda aut relinquenda Justino III. 4. 1. XVIII. 4. 1. XXXVI. 2. 16. Hoc sensu Liv. I. 8. 1. *Fr.*

Coaliti] I. e. convaluere, potentes facti sunt. Videturque Berneccero 'coalescere' in usu fuisse Trogo; ac propterea asserendum ac relinquendum etiam aliquibus locis Justino. *Vor.*

[t] *Coalitique Sicionie et Corinthio*] Emenda ex codd. Romanis, *alitique Sicyone et Corinthi tyranni;* i. e. ut creverint et alti evaserint. De iis, qui rerum potiti erant Corinthi et Sicyone, egerat hoc libro Trogus. Verum de istis omnibus nihil habet Justinus. *Long.*

Sicroniæ et Corinthio] Leg. *Sicyoniæ et Corinthi tyranni*, de quorum regno Euseb. in Chronico, et Paus. Corinth. *Bellum* autem *Criseum* mihi neque lectum, neque auditum est; suspicor legend. *Thyreum*, de quo Herod. I. 82. et Euseb. Chron. *Bongars.* Historiam vid. etiam ap. Diod.

Athenienses primo cum Bœotis,[6] dein cum Peloponnesiis[7] gesserunt.[w]

PROLOGUS LIB. IV.[†]

Quarto volumine continentur res[8] Siculæ, ab ultima origine usque ad deletam Syracusis Atheniensium classem.

PROLOGUS LIB. V.

Quinto volumine continentur hæc. Bellum inter Athenienses et Lacedæmonios, quod Deceleicum vocatur,[9] usque ad captas Athenas. Ut expulsi sunt[1] Athenis triginta tyranni. Bellum, quod Lacedæmonii in Asia cum Artaxerxe gesserunt, propter Cyrum[2 x] initum.[3] Hinc repetitum in

legend. monuit Rutgers. a Freinsh. laudatus. Add. Animadvers. illustris Scaligeri ad Euseb. Chron. p. 92.—6 Leid. 3. *Boetiis.*—7 Leid. 4. a sec. m. *Peloponnesibus.* Cant. Coll. C. C. *Peloponensibus.* Scrib. *Peloponnensibus:* ut paulo ante 'Peloponnensium origines.' Just. III. 6. 5. 'Qui [Lacedæmonii], cum Messeniorum bello occupati essent, Peloponnenses immisere, qui bellum Atheniensibus facerent.' XIII. 5. 10. 'Qui Peloponnenses in societatem armorum solicitaret.' Add. notam ad Just. XXVI. 1. 2.—8 Periz. *cont. hæc. Res.*—9 *Q. D. v.* nescit interp. Italus. Periz. *vocant.*—1 Periz. *sint.*—2 Bong. restituit *Cyrum.*—3 Periz. *Cyricum adjutum.*—4 Leid. 1. 4. *in Asiam.* 3. *in*

NOTÆ

XV. 70. et XIV. 87. *Fr.*

[u] *Criseum*] Vid. notam præc. Rutgers. Var. v. 7. *Crissæum* legend. affirmat. Crissæus Sinus Straboni idem est qui Corinthiacus. Bellum autem, occasione Corinthiæ tyrannidis, 'Corinthiacum' appellatum, modo citato loco Diodorus tradit, quod circum ea potissimum loca gestum sit. Potuit ergo simili de causa *Crissæum* appellari. Meminit ejus Strabo IX. p. 388. 30. Supplem. Curt. I. 5. 25. *Freinsh.* Hoc quodnam sit, non satis dignosci potest. Conjicit tamen Bong. legend. esse *Thyreum*, de quo Herod. I. agit. Rutgers. autem *Crissæum* legend. putat; idque dictum pro Corinthiaco. Vid. v. 7. Var. Lect. ejus. *Vor.*

Bellum Criseum vel *Crisseum* aut *Crisæum*] Sic habent omnes Codd. Mss. Eo loci egerat Trogus de bello gesto a Clisthene tyranno Sicyoniorum contra Crissæos aut Cirrhæos. De quo legendus Frontin. III. 7. num. 6. et Paus. in Phocicis. *Long.*

[w] *Et quod* [sc. *bellum*] *Athenienses primo cum Bœotis, deinde cum Peloponnesiis gesserunt*] Bellum Atheniensium contra Bœotios, et quod Peloponnesiacum præcessit, incidit in ann. 2. Olymp. 83. De quo consulendus Diod. XII. *Long.*

[†] Lib. IV.] Nihil in hoc Prologo indiget emendatione. *Id.*

[x] *Grissum*] Leg. *Cyrum.* Bongars. Add. Xen. H. Græc. III. a princ. *Fr.* Legend. f. *Cyrum*, ut Bong. conjecit. *Vorst.* Emenda, *Cyrum.* Hic enim de Cyro juniore filio Darii et Paryexcessu Cyri cum fratre bellum; et Græcorum, qui sub eo militaverunt.

PROLOGUS LIB. VI.

Sexto volumine continentur hæc. Bellum Lacedæmoniorum, gestum in Asia[4] cum Persicis præfectis, ducibus belli Dercyllide[5 y] et Agesilao, usque ad prælium navale factum Cnido:[z] quo victis illis, Athenienses repetiere[6] imperium. Dein[7] bellum Corinthiacum, et bellum Bœotium, quo Leuctris[8] et Mantineæ[9 a] victi Spartani amisere imperium. In Thessalia deinde Jasonis, et post illum Alexandri Pheræi[b] coalitum[c] atque extinctum imperium. Tum sociale bellum gestum adversus Athenienses a Chiis et

Ariam.—5 Periz. *Hercilide*, quam scripturam sequitur Italus interp. Reliqui Mss. *Derculide* vel *Dercullide.* Ed. Oxon. *Hercyllide.* Vid. notas ad Just. VI. 1. 2.—6 Periz. *repetivere.*—7 Id. et Leid. 4. *Deinde.*—8 Periz. *Leutris* pro

NOTÆ

satidis agitur. In duobus Vat. et in Maximiano Cod. legitur *Cyricum.* Long.

[y] *Herculide*] Vid. Not. ad Just. VI. 1. 2. *Freinsh.* Emenda, *Dercyllide*, vel *Dercullide*, ex Xen. Diod. et Plut. in Vit. Agesil. et ita legitur in cod. 1. Vat. *Long. Herculides* iste vere est *Dercyllides* s. *Dercullides* memoratus a Xen. III. Diod. XIV. Plut. in Vit. Artax. et in Apoph. Lac. Imo Trogum Pompeium a ceteris vetustis scriptoribus non dissensisse mihi persuasum habeo. Verumtamen hanc vocem a librariis jamdudum corruptam fuisse in Historiis Philippicis liquet. Nam, præterquam quod Priscianus VI. ap. genuinum Trogum legerit 'Is ab Herculide petito colloquio,' pro *Dercyllide*, Justinus ibid. habet 'Hercyllides dux,' et ex eo Oros. III. 1. 'Hercillides.' *Id.*

[z] *Cnido*] Modii editio *Cnidi.* Fr. Satis recte *Cnido* pro *Cnidi.* Sic et Just. XVIII. 7. 3. 'Rex Tyro decedit.' Et XX. 3. 9. 'Corintho nunciata victoria.' *Vor.*

[a] *Leuctrix et Mantinæ*] Scrib. *Leuctris et Mantineæ.* Bong.

Leuctrix et Mantinea] Leg. *Leuctris et Mantinea;* et sic habent Codd. tres Romani. *Long.*

[b] *Alexandri Epirei*] Emenda, *Pheræi.* Alexandri Pheræi nomen restituend. videtur et Diodoro XV. 67. sub anno IV. Olymp. CII. Καὶ καταλαβὼν (de Pelopida loquitur) τὴν ἀκρόπολιν φρουρουμένην ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος. Leg. ex Plut. in Pelopid. τοῦ Φεραίου. *Bongars.* Quid opus *Epirei* relinquere, cum manifestum sit legend. esse *Pheræi?* 'Coalitum,' ut sup. in Prol. lib. III. 'Coaliti.' *Vorst.* Emenda, *Pheræi.* Huj. tyranni, qui fratrem habuit Jasonem, historiam lege ap. Xen. V. rerum Græc. *Long.*

[c] *Coalitum*] Vid. sup. Prol. III. Not. [a] *Fr.*

Rhodiis [1 d] et Byzantiis. Transitus hinc ad res Macedonicas.

PROLOGUS LIB. VII.

Septimo volumine continentur origines Macedonicæ,[2] regesque a conditore gentis Carano usque ad Magnum Philippum:[e] ipsius Philippi res gestæ usque ad captam urbem Methonem.[3 f] Additæ in excessu Illyriorum et Pæonum [4 g] origines.

PROLOGUS LIB. VIII.

Octavo volumine continentur res gestæ Philippi Magni, post captam urbem Methonem a principio belli Phocensis, quod sacrum vocant, usque ad finem ejus: interjectumque [5 h] huic [6] bellum, quod Philippus cum Chalcidicis [7 i] ur-

Leuctris.—9 Cant. Coll. C. *Mantina. Mantineæ* legit Bong.—1 Sic emendavit Longuernæus e Diod. XVI. 8. ubi ait: Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, Χίων καὶ Ῥοδίων καὶ Κώων, ἔτι δὲ Βυζαντίων ἀποστάντων, ἐνέπεσον εἰς πόλεμον τὸν ὀνομασθέντα συμμαχικὸν, ὃς διέμεινεν ἔτη τρία.—2 Periz. *Macedoniæ.*—3 Vulg. *Moth. Meth.* h. l. et seq. Prol. legit Long. Periz. *Math.*—4 Leid. 4. *æpœnum.* 1. *Pœnum* pro *Pœonum*, quomodo legend. existimabat Bong.—5 Sic Periz. quomodo emendavit Bong.—6 Id. Ms. cum Leid. 1. 2. *hinc.*—7 Leid. 1. 2. *Aachidoniis.* 4. *Calchidiois. Thuan.* a pr. m. *Calchidionis:* a sec. *achidoniis.* Periz. *Calcidiois* corrupte pro *Chalcidicis*, quomodo legend. suspicabatur Freinsh. cujus conjecturæ favet interp. Italus, qui h. l. ita vertit: *et la guerra fatta da Philippo con le città*

NOTÆ

[d] *Achæis, et Phodiis*] Emenda, *Rhodiis.* Bongars. Leg. *a Chiis, et Rhodiis.* Cod. 1. Vat. habet *ab Achæis et Rhodiis.* Cod. 2. *ab Achæis et Phocensibus*, cui concinit codex Max. Attamen de emendatione nostra nil dubitandum: nam bellum illud sociale, quod a Chiis, Rhodiis, et Byzantiis gestum fuisse constat, nihil ad Achæos et Phocenses pertinuit. Vid. Diod. XII. *Long.*

[e] *Magnum Philippum*] Ceteris regibus præstitisse καὶ τῇ τύχῃ καὶ τῷ τρόπῳ Plut. in Apoph. 29. ex Theophrasto refert. Inde ergo Philippicæ Historiæ Trogi, quod hic regum maximus Philippus Macedonici imperii prima fundamenta, eaque firmissima jecerit. Trogi autem Historia nihil aliud, quam Macedonica Historia. *Bongars.* 'Magnum' appellasse ipse Trogus videtur. Certe totam suam Historiam Trogus 'Philippicam dixit,' quod Philippus regum maximus fuit, imperiique Macedonici amplissimi fundamenta jecit. *Vor.*

[f] *Mathonem*] Vid. not. ad Just. VII. 6. 14. *Freinsh.* Leg. hic et in seq. Prol. *Methonem.* Scribitur enim per E ab omnibus antiquis. Recentiores vero per O scribunt *Motho*, unde *Mothon* Gallice. *Long.*

[g] *Pœnum*] Scribend. *Pœonum.* Bongars. Leg. *Pœonum.* Sic habent duo codd. Colbert. *Long.*

[h] *Interfectumque*] Leg. *interjectumque.* Bongars. Sic Ms. Reg. *Freinsh.* Leg. *interjectumque huic* (bello sacro

bibus gessit, quarum clarissimam delevit Olynthon. Ut Illyrici reges ab eo [8] victi sunt; [9] et [1] Thracia atque Thessalia subactæ: [k] et rex Epiro datus Alexander, ejecto [l] Aryba: [2] et frustra Perinthos oppugnata.

PROLOGUS LIB. IX.

Nono volumine continentur hæc. Ut Philippus a Perintho summotus. Byzantii [3 m] origines, a cujus obsidione summotus Philippus Scythiæ bellum intulit. Repetitæ inde [4] Scythicæ res, ab his temporibus, in quibus illa prius finierant,[n] usque [5] ad Philippi bellum, quod cum Athea [o]

di Calcidia.—8 *Ab eo* posteriore loco in Leid. 1. 3. 4. Coll. N. C. Thuan. Cant. et Mss. Fuld. desiderantur, iisdemque consentit interpretatio Italica.—9 Leid. 4. *sint.*—1 Coll. C. C. *ut.* [Mox Vulg. *subacta.*]—2 Bong. malebat *ejecto.* Versio Italica: *Et come Alessandro fu fatto Re in Epiro havendo cacciato Arisba.* Leid. 1. *crepto ab Ar.* præpositione, tanquam superflua, duobus punctis notata. Hinc f. legend. *ereptæ Arrybæ.* Ita enim Just. VIII. 6. 7. 'Cum igitur [Alexander] ad viginti annos pervenisset, ereptum Arrybæ regnum puero admodum tradit.' Leid. 3. 4. *Arybba.*—3 Periz. *Bizantii.*—4 Periz. *deinde.*—5 Ita Ulpian. L. 14. §. 4. D. Qui et a quibus manumitt. 'Etsi bona gratia finierit matrimonium.' Periz. *in q. illas p. finieramus*, u. Leid. 3.

NOTÆ

contra sacrilegos Phocenses sc.) *bellum quod Philippus cum Chalcidicis urbibus gessit.* Merito reponimus *interjectum;* nam, sæviente bello sacro, Philippus, rex Macedonum, bellum Chalcidicum confecit, et Olynthum delevit. Codd. tres Romani sic ferunt, *interjectum.* Long.

[i] *Calchidoniis*] Leg. *Chalcidoniis.* Bongars. Chalcidicas urbes, τὰς Χαλκιδικὰς πόλεις, appellant Diod. XVI. 53. Suid. in voce Κάρανος. ubi de hac expeditione loquuntur. Thucyd. II. 15. et alibi Χαλκιδέας. Chalcidonii nusquam, quod sciam, leguntur. *Freinsh.* Bong. legend. censet *Chalcidoniis.* Sed insolens hæc vocis forma est. Legend. ergo potius *Chalcidicis:* indeque ipse Just. emendari potest. Vid. sup. Notas ad VIII. 3. 6. *Vor.*

[k] *Ab eo subacta*] A membranis meis absunt illa *ab eo*, et recte. Quid enim, cum præcesserint, statim illis hic repetitis opus est? *Mod.*

[l] *Electo*] Scrib. *ejecto Aryba.* Bongars. Scrib. *delcto*, i. e. mortuo, s. morte deleto. Legend. Diod. XVI. *Long.*

[m] *Byzanti*] Mod. edidit *Bizantii.* Freinsh.

[n] *In quibus illas prius finierat*] Ita confidenter scribend. videri dico ex vitiosa Bong. Codicum scriptura: *in quibus illa prius finierant, usque ad, &c.* et altera non multo in quibusd. meliore nostrorum [illegible]licum: *in quibus illas prius finieramus, quæ ad, &c.* Mod. Modius confidenter scribend. dicit, *in quibus illas prius finierat*, tam ex Bong. codicum scriptura, quam suorum: in quibus, *illas prius finieramus quæ ad, &c.* Videtur autem, si quidem malimus explicare auctores quam corrigere, retinenda Bongars. Mss.

Scythiæ rege gessit. Unde reversus, Græcis[p] bellum intulit; victisque[6] Chæroneæ,[q] cum bella Persica moliretur, præmissa classe cum ducibus, a Pausania occupatis[r] angustiis, nuptiarum filiæ[s] die[7] occisus est, priusquam bella Persica inchoaret. Repetitæ res inde Persicæ a[8] Dario[9] Notho, cui successit filius Artaxerxes cognomine Mnemon:[1t] qui post fratrem Cyrum victum, pulsaque Cnido[2] per Conona classe Lacedæmoniorum, bellum cum Euagora rege Cyprio gessit: originesque Cypri repetitæ.

PROLOGUS LIB. X.

Decimo volumine continentur Persicæ res. Ut Artaxerxes Mnemon,[u] pacificatus cum Euagora rege Cyprio, bel-

in q. illa p. finieramus quæ. 4. *in q. illa finieramus, quæ.*—6 Sic Periz. et Vat. 1. —7 Sic Periz. quomodo ex conj. legit Bong.—8 Periz. *Rep. deinde res P. ab.*—9 Leid. 4. *ab Dareo.*—1 Periz. hic et seq. Prol. *Nemon* pro *Mnemon.*—2 Plerique Mss. *Cuido* pro *Cnido*, quomodo edidit Modius. Sup. Prol. VI. 'Prælium navale factum Cnido.' Periz. *Grado.* Interp. Italus hoc urbis no-

NOTÆ

lectio, ut mendo vacans. *Finierant* enim passivam vim habet, ut sexcenta alia. Ista porro locutio, ut illa verba 'res Scythicæ' referantur ad vocab. 'illa,' mira videri non debet, cum optimis auctoribus talia exciderint, sæpius ad res ipsas quam verborum constructionem intentis. Ita Terent. Eun. I. 2. 87. 'Eunuchum dixti velle te: quia solæ utuntur his [h. e. Eunuchis] reginæ.' Item Sall. Cat. 56. 6. 'Servitia repudiabat, cujus initio ad eum magnæ copiæ concurrebant;' h. e. cujus rei, servitiorum, ut Priscian. explicat. *Fr.*

[o] *Mathea*] Legend. *Athea* docui ad Just. IX. 2. 1. Ponticarum gentium antiquissimum regem Atheam commemorat Florus III. 5. pr. qui in Mss. dicitur *Etas.* Bongars. Sic et plerique codd. Justini habent. Sed unus tamen teste Bong. habet *Atheas*, quomodo ap. Just. Bongarsius et rescripsit. Sed et ceteri omnes, qui mentionem huj. regis fecere, 'Ατέαν vel *Atheam* vocarunt. *Vorst.* Tolle litteram M, et leg. *Athea*, ut Justinus cap. 2. ex Trogo habet, cui concinunt Diod. et alii omnes. *Long.*

[p] *Græciæ*] Leg. *Græcis.* Id.

[q] *Victusque Cheroneæ*] Scribend. *victorque Chæroneæ.* Bongars. Emenda, *victisque.* A Philippo enim fœderatos Græcos victos fuisse Chæroneæ nemo ignorat. Cod. 1. Vat. habet *victisque Ceroneæ.* Long.

[r] *Occupatus*] Emenda, *occupatis.* Sic habent omnes Codd. Mss. Romani. *Long.*

[s] *Nuptiarum filiæ*] Deest vox *die.* Bong.

[t] *Nemone*] Hic et seq. lib. scrib. *Mnemon.* Bong.

[u] *Annemon*] Vid. proxime præc. notam. *Freinsh.* Leg. *Mnemon.* Et sic habent Codd. Vat. *Long.*

lum Ægyptium in urbe Ace[w] comparavit. Ipse in Cadusiis[3x] victor defectores[4y] in Asia purpuratos suos persecutus, primum Datamen[z] præfectum Paphlagonum,[a] quorum origo repetita:[5b] dein præfectum Hellesponti Ariobarzanen: deinde in Syria præfectum[c] Armeniæ Orontem:[6d] omnibusque[7e] victis decesserit,[8] filio successore

men omittit.—3 Leid. 2. 3. 4. *Cadusis.*—4 Sic Leid. 2. et Periz. idemque in Max. codice reperit Long. Inf. Prol. XXVII. 'Ut defectores Gallos Megaris delevit:' et XXX. 'Persecutus defectores.'—5 *Datamen* pro *Dopanem*, et *Paphlagonum: eorum origo repetita* legit Freinsh. *Paphlagonum, quorum o. repetita* Vorst. Modius edidit *Paphlagonum. Paphlagonum origo repet.* Periz. *præfectum, Paphlagonum origines repetitæ*, ut sup. Prol. I. 'Repetitæ Ægypti origines urbium:' et II. 'Hinc origines Athenarum repetitæ.'—6 Leid. 2. *Orontium.* 1. 3. 4. Coll. C. C. Cant. *Oronti.*—7 Periz. *Oronti neminibusque.*—8 Leid.

NOTÆ

[w] *Ace*] Strab. XVI. p. 521. 43. Πτολεμαὶς μεγάλη πόλις, ἣν Ἄκην ὠνόμαζον πρότερον, ἣ ἐχρῶντο ὁρμητηρίῳ πρὸς τὴν Αἴγυπτον οἱ Πέρσαι: 'Ptolemais magna urbs, prius Ace nominata; hoc Persæ receptaculo adversus Ægyptum utebantur.' Emendandus Probus Datame: 'Et nuntium ad exercitum acrem misit.' Leg. *Acen.* Bongars. Codd. quidam habent *Accon* pro *Ace.* Long.

[x] *In Cadusiis*] Meminit Probus Datame. *Bong.*

[y] *Effectores*] Leg. *defectores*, ut Prol. lib. III. Diodorus XV. 91. τοὺς ἀφεστηκότας, *eos qui defecerant*, Probus. Cui præfectus s. dynastes Paphlagonum est 'Thyus,' in V. C. *Thuys.* Ariobarzanes Diodoro XV. et Gemisto, qui ex Diod. exscripsit, præfectus Phrygiæ: Probo, Lydiæ, et Ioniæ, totiusque Phrygiæ: cum Lydiam Autophradati Diodorus tribuat. Orontes illis est satrapes Mysiæ. *Bongars.* Emenda, *defectores in As. purp.* s. satrapas. Hanc restitutionem Max. Codici debemus. *Long.*

[z] *Primum Dopanem*] Vid. not. præc. Ceterum *Datamen* hic legend. patet ex Diod. XV. 91. Polyæn. VII. Nec obest, quod Paphlagonum præfectus hic dicitur, cum Cappadocum fuerit: nam et illam regionem occupavit. Probus in Vita. *Freinsh.* Leg. *primum Datamen præfectum Paphlagonum, quorum origo repetita.* Datames erat ille præfectus Paphlagonum, qui contra Artaxerxem rebellavit, de quo leg. Diod. et Probum, s. Nepotem cum notis eruditissimorum virorum ad Vitam huj. Datamis. *Long.*

[a] *Præfectum Paphlagonaon*] F. leg. *præf. Paphlagonum: origo Paphlagonum repetita.* Bongars. F. etiam legi possit *Paphlagonum: eorum origo repetita*, ut ista vox in posterioribus antecedentis syllabis delituerit. *Fr.*

[b] *Origo repetita*] Leg. *quorum*, Paphlagonum puta, *origo repetita.* Vor.

[c] *In Syria præfectum*] Leg. *dein Syriæ præfectum.* Huj. Syriæ præfecti nomen non omiserat Trogus, neque autor Prologorum. Verum neglexit hæc omnia Justinus. Diod. vero, qui narrat Syriam ab Artaxerxe defecisse, nomen Satrapæ omisit. *Long.*

[d] *Armeniæ Orontem*] Leg. *ac Mysiæ Or.* Nam Orontes, ut habet Diodorus, satrapa erat Mysiæ in Asia Minore, non Armeniæ. *Id.*

[e] *In omnibusque*] Abundat τὸ *in*,

Ocho. Is deinde occisis optimatibus Sidona[9] cepit:[f] Ægypto bellum ter[g] intulit. Ut post mortem Ochi regnarit Arses:[1 h] dein[2] Darius,[1] qui cum Alexandro Macedonum rege bello[3] conflixit.

PROLOGUS LIB. XI.

Undecimo volumine continentur res gestæ Alexandri Magni, usque ad interitum regis Persarum Darii. Dictæque in excessu origines et reges Cariæ.

PROLOGUS LIB. XII.

Duodecimo volumine continentur Alexandri Magni bella Bactriana et Indica, usque ad interitum ejus. Dictæque in excessu res a præfecto ejus Antipatro in Græcia gestæ, et ab Archidamo rege Lacedæmoniorum, Molossoque[k] Alexandro in Italia, quorum ibi est uterque[l] cum exercitu dele-

1. *decessit*.—9 Sic Bong. legit. Italus interp. *questo dopoi prese Sidonia*.—1 Vulg. *Arsen*. Italus interp. *Tarsen*. Leg. *Arses*.—2 Periz. *deinde*.—3 *Bel*. in eod. desideratur. Just. XI. 14. 3. 'Quod liceat cum omnibus Darii copiis confligere.' Leid. 1. Coll. C. C. *bellum*. Italus interp. *Doppo Reo, ilquale combattette con Alessandro Re di Macedonia*.—4 Vulg. *It. Ap. Sam*. Leid. 1. 2. 3. Fuldenses *Ap. Luc. Sam*. Periz. *Add. his or. Italicæ populorum Lucanorum, Sanniasicum*. Mendosus quoque h. l. fuit codex, quem usurpavit Interp. Italus. Is enim ita vertit: *A queste cose saggiugne l'origine de Itaglia di Puglia di Lucania di Samo et di Sabini*.—5 Sic legit Freinsh. in Ind. Curtii v. *Pithon*.—6 Periz. *Perdica* pro *Perdicca*, quomodo hoc nomen in primo casu efferre solet Justinus, ut VII. 2. 1. et 5. 6. XIII. 2. 3. et 4. 7.—7 Mss. nesciunt *et*. Videntur ex iisd. excidisse *et ut*.—8 Leidenses, Coll. C. C. *Cratercon*. Periz. *Cratherona*. Thuan. et Italus interp.

NOTÆ

natum ex ultima litera vocis 'Orontem.' *Bong*.

[f] *Sidon accepit*] Leg. *Sidona cepit*, ex Diod. XVI. 45. et Gemisto II. qui, cum soleat exscriptor esse Diodori, Mentorem facit Rhodium, ducem auxiliariorum; Tennen autem regem Sidoniorum, contra quam Diodorus, cui Mentor rex est, Tennes Rhodius dux. *Bongars*. Leg. *Sidona cepit*. *Long*.

[g] *Ter*] F. numeris expressa fuit hæc vox III. et legi oportuit *tertium*, vel *tertius*, nempe post Cambysen et Artaxerxen. *Fr*.

[h] *Arsen*] Straboni, ext. lib. XV. est Νάρσης. *Id*.

[i] *Deinde reus*] Hæc ita emenda, *Dein Dareus, qui cum Alex. &c*. Bongars. Emenda, *regnavit Arses, dein Dareus*, vel *Darius*, qui cum Alexandro Macedone conflixit. *Long*.

[k] *Molossaque*] Scrib. *Molossoque*. De Archidamo, pro Tarentinis contra Lucanos pugnante, interfecto, Diodorus XVI. 64. et Gemist. II. *Bong*. Alexander, rex Epiri, *Molossus* vocatur, quomodo Justinus Arrybam, quem VIII. 6. 4. 'regem Epiri' vocat VII. 6. 11. 'regem Molossorum' appellat. Ad quem locum quod rectius regem Epiri, quam regem Molossorum vocatum diximus, id nunc retractamus. Apparet enim ex XVII. 3. 1. in Epiro Molossorum primum regnum fuisse. *Vorst*. Emenda, *Molosso*. Long.

[l] *Quorum ibi est uterque*] Veriss. scriptura: quam tamen temerare ausi edidere *ubi est cum exercitu deletus*. Nempe de Archidamo non legerant. *Fr*.

tus. Additæ his origines Italicæ Apulorum, Lucanorum, Samnitum,[4 m] Sabinorum: et ut Zopyrion in Ponto cum exercitu periit.

PROLOGUS LIB. XIII.

Tertiodecimo volumine continentur hæc. Ut, mortuo Alexandro, optimates castrorum ejus provinciarum imperia sint partiti: ut veterani, qui ab eodem lecti erant in colonias, moliti, relictis illis, in Græciam redire, a Pithone[5 n] sint deleti. Bellum Lamiacum,[o] quod Antipater in Græcia gessit. Bellum, quo Perdiccas[6] regem Ariarathen occidit, et[7] ut occisus est.[p] Bellum, quo Eumenes Neoptolemum et Craterum[8] occidit.[q] Additæ in excessu origines regesque Cyrenarum.

NOTÆ

[m] *Origines Italicæ Apulorum, Lucanorum, Samnitum*] *Lucanos* ex membranis nostris audacter hic inserui. Neque enim verisimile est hos ab Auctore omissos, quorum vel maxime causa in Italiam trajecit Alexander Molossus, a quibusque, postquam gravia cum iis diu bella gessisset, interfectus est. Vid. Justini Epit. XII. *Mod*. Modius *Lucanorum* ex membranis suis inserit. *Freinsh*. Editi habent *Origines Italicæ Apulorum*. Sed Max. Cod. habet *Italicæ populorum*. Vat. duo *Italiæ populorum*. Addit Max. Cod. *Lucanorum*. Codd. Colbert. recte habent *Apulorum, Lucanorum* et *Samnitum et Samnitum* Long.

[n] *Phitone*] Leg. *Pithone*. Id.

[o] *Lamsacum*] Leg. *Lamiacum*. Bongars. Emenda, *Lamiacum*. Licet vox illa corrupta sit in omnibus codd. Romanis et Colbertinis. *Long*.

[p] *Bellum quo Perdiccas regem Ariarathem occidit, et occisus est*] Vereor ut hoc absque libris restitui possit: interim, ut sententia constet, legamus *occidit; is ut deinde occisus est*. De nece Perdiccæ leg. Diod. XVIII. 34. et Probum Eumene. *Bongars*. Itane Perdiccas occisus est in bello contra Ariarathem? Absurdum plane. Itaque pauculæ voces addendæ ex Justino, *occidit, et* (*ut ipse Ægyptum cum exercitu petens*) *occisus est*. Long.

[q] *Et Craterum occidit*] Rectius hic de Cratero, quam a Justino in Epit. huj. lib. de Polyperchonte tum occiso proditum est. Nec tamen in Justino aliquid mutand. videtur. Vid. Notas in eum. *Vor*.

PROLOGUS LIB. XIV.

Quartodecimo volumine continentur hæc. Bellum inter Antigonum et Eumenen[9] gestum: quem ut Cappadocia expulit Antigonus, sic Phrygia Minore[1] Aridæum: et Clitos[r] victus[2] in Hellesponto navali bello. Repetitum rursus bellum ab Eumene per Argyraspidas; quo, victus ab Antigono, interiit. Ut in Macedonia Cassander, victo Polyperchonte, receptaque[3 s] a Nicanore Munychia,[4 t] matrem Alexandri Olympiada, Pydnæ obsessam[5] et captam, ad favorem populi interfecit.[u]

Crateron. Vid. notam ad Just. XIII. 6. 15.—9 Sic tres Leid. Vulg. *Eumenem.* —1 Sic Leid. 1. 2. 4. Cant. Coll. C. C. idemque in suo cod. reperit interp. Italus.—2 Vulg. *Cliton: vict.* Voss. malebat *Clitus victus:* verum ad vulg. propius accedit *Clitos victus.* Periz. *Cliton victos.*—3 Leid. 2. v. *P. captaque.*—4 Periz. v. *P. r. a N. initia.*—5 Coll. C. *Olympiaden obs.* Pro *Mychia* et *Olympiadanæ* Bong. legit *Munichia* et *Olympiada Pydnæ*, quomodo etiam edidit Modius. Dein Thuan. et duo Colbert. *obsessam et captam* (Thuan. *captamque*) *ad*

NOTÆ

[r] *Sic Phrygia majore Aridæum, et Cliton*] Atqui Phrygiam majorem obtinebat ipse Antigonus. Et præterea quid Clito cum Phrygia? qui præsidere classi jussus erat. Quæ sequuntur, non sunt veriora. Ms. Lugd. pro *majore* legebat *minore.* Sic itaque legend. *quem ut Cappadocia expulit Antigonus, sic Phrygia minore Aridæum. Ut Clitus victus in Hellesponto navali bello.* De strategemate autem, quo usus est Antigonus in devincendo Clito, vid. Diod. *Voss.* Legend. sine dubio, ut conjecit Voss. *Ut Clitus victus in Hellesp.* Clitus enim classi præesse jussus erat. Neque cum Phrygia, de qua prædictum, quicquam ei negotii. *Vor.* Optime habent codd. duo Colbert. *Phrygia minore:* nam Satrapa, non rex Aridæus, præerat Phrygiæ minori ad Hellespontum. Consule Diod. XIX. Hunc Aridæum bello lacessivit Antigonus. *Long.*

Et Clito] Add. *Lydia*, cui præerat Clitus, quem oppugnavit Antigonus. Licet hæc vox *Lydia* nullo in cod. legatur. Add. insuper *et ut a Clito*, et post sequitur, ' victus ' &c. *Long.*

[s] *Polyperchontere, captaque*] Legend. arbitror *Polyperchonte, receptaque a defectore Munychia, matrem Alexandri Olympiada, Pydnæ obsessam interfecit.* Bong.

[t] *Victo Polyperchonte, receptaque a defectore Munychia*] In Mss. valde corrupta hæc erant, et sic quidem, *victo Polyperchontere captave adfatorem Mychia.* Scripsi ergo, ut legend. probabiliter conjecit Bong. *Vor.*

[u] *Victo Polyperchontere, captaque ad fatorem Mychia matrem Alexandri Olympiadanæ interfecit*] Corruptissimum hunc l. ope duorum Vat. Codd. et Maximiani emendavimus. Habent enim: *victo Polyperchonte receptaque a Nicanore Micina matrem Alexandri Olympiadem interfecit.* Leg. *receptaque a Nicanore Munichia.* Editi ex codd. aliis Mss. sic habent, *Olympiadanæ obsessam interfecit.* Legend. *Olympiadem Pydnæ obsessam.* His autem subde

PROLOGUS LIB. XV.

Quintodecimo[6] volumine continentur hæc. Ut Demetrius, Antigoni[7 w] filius, Gazæ victus est a Ptolemæo.[x] Ut Cassander in Macedonia filium Alexandri regis interfecit, ac alterum Polyperchontes.[8 y] Ut Ptolemæum vicit classe Demetrius: idemque ab obsidione Rhodi[9] summotus est. Repetita in excessu origo Rhodiorum: unde digressus Demetrius liberavit a Cassandro Græciam. Dein[1] pater ejus Antigonus bellum cum Lysimacho et Seleuco habuit. Repetitæ[2] Seleuci res, et regis Indiæ Sandrocotti. Ut victus bello Antigonus interiit; reliquiæque imperii a filio ejus sunt collectæ[z] Demetrio.[3] Cleonymi[a] deinde[4 b] Spartani res

f. p. int.—6 Leid. 1. 2. 4. *Quinto decimo.* Italus interp. *Nel quintodecimo volume.*—7 Periz. Coll. C. C. *Antigoni.* Interp. Italus: *Come Demetrio figliuolo d' Antigono fu vinto da Ptholomeo à Thara.*—8 Periz. *Polyperconthes.* Leid. 1. *Polyperchontes.*—9 Periz. *Rhodiorum.*—1 Periz. *deinde.*—2 Leid. 3. 5. Thuan. *Rep. quam.* Leg. *Repetitæque.* Italica interpretatio: *et toccasi è fatti di Seleuco.*—3 Sic Colbertini et Thuan. Italus Interp. *et lo*

NOTÆ

ex duobus Colbert. Codd. *et captam ad favorem populi,* i. e. favente populo, *interfecit,* quod ipse Trogus asseverat. ' Cassander,' inquit Justinus, ' Pydnam venit, et urbem obsidione cingit .... Olympias victori se tradidit .... Ad concionem vocato populo, Macedones sine respectu majestatis pristinæ occidendam decernunt:' XIV. 6. *Long.*

Olympiadanæ] Vid. not. præc. Bongarsii. *Fr.*

Olympiada Pydnæ obsessam] *Pydnæ* quoque ex probabili conj. Bongarsii est. In Mss. *Olympiadanæ.* Vor.

[w] *Antiochi*] Scrib. *Antigoni.* Bongars. Sic Reg. Ms. *Freinsh.* Manifestum legend. esse *Antigoni.* Vorst. Leg. *Antigoni.* Nam Demetrius iste est Poliorcetes, Antigoni filius: et sic habent Codd. Romani et Colbertini. *Long.*

[x] *Gazæ victus est a Ptolomæo*] Hic Prologus congruit cum Diod. et aliis Græcis scriptoribus, quod Demetrium ' Gazæ ' victum scriptum in eo est. Just. XV. 1. 6. ' apud Gamalam ' factum ait, urbem alteri vicinam. *Vor.*

[y] *Polyperconutes*] Emenda, *Polyperchontes.* Is Herculem Barsines filium corruptus a Cassandro interfecit. Plut. *περὶ Δυσωπίας* II. 7. Diod. XX. 28. Paus. Bœot. *Freinsh.* Quod Polyperchontes is fuerit, qui alterum Alexandri filium, nomine Herculem, interfecit, id Epitomator Justinus referre neglexit. Tantum utrumque filium Alexandri a Cassandro interfectum scribit XV. 2. 3. Quod quidem et verum est, si sic intelligatur, unum eorum per Polyperchontem eum interfecisse, quod ut Polyperchontes id faceret, magnis promissis eum induxit. *Vorst.* Leg. *Polysperchontes.* Long.

[z] *A filio collectæ*] Cod. Max. habet *collecta a Demetrio.* Melius Colbertini

gestæ Corcyræ, et Illyrico, et in Italia: cui[f] ablata[e] Corcyra,[d] rex Cassander interiit.

PROLOGUS LIB. XVI.

Sextodecimo volumine continentur hæc. Ut mortuo Cassandro, ortisque inter filios ejus certaminibus, Demetrius adjutor alteri adhibitus, occiso eo, Macedoniæ regnum tenuit: quo mox ejectus[6] a Pyrrho[e] Epiri rege, translatis in Asiam bellis, captus a Seleuco decessit. Ut Ptolemæus,[7] nuncupato successore filio Philadelpho, decessit. Ut Lysimachus in Ponto captus ac dimissus est ab Dromichæte:[8 f]

auanzo della sua signoria fu ricolto da Demetrio suo figliuolo. Poi le cose fatte da gli Spartani à Corcira.—4 Vat. Max. Periz. *et Leonymi* (Periz. *Leonimi*) *d. Cleonymi* pro *Leonymi* correxit Long.—5 Sic Bong. legit. Simili errore in codice Pandectarum Florentino, in Epist. III. §. 17. Imp. Justiniani, scriptum est, ' Qui soli concensum est leges et condere et interprætare:' atque in eod. et editione Taurellii L. 1. D. de Off. ejus, cui mand. ' Ut is, qui obtigerit exercitio, possit eam, si proficiscatur, mandare:' et L. 4. ' Vel si qui damni infecti non caveatur.'—6 Sic Periz. quomodo legend. conjecerat Modius.—7 Vulg. *Pt.* Periz. *Ut Pt.*—8 Periz. *missus a Dromiche.* Longueruæo legend. videbatur *dimissus*, et Bongarsio *ab Dromichæte.*—9 Avus malebat *quod ultimum c.*—1 Vulg. *Sel.* Mss. ed. Bongarsii et Modii, aliæque *Ut Sel.*—2 Legend. f. *v. idem Pt.* De Ptolemæo Cerauno ead. tradit Memnon, 13. Καὶ ἵππου ἐπιβὰς πρὸς Λυσιμαχίαν φεύγει· ἐν ᾗ διάδημα περιθέμενος, μετὰ λαμπρᾶς δορυφορίας κατέβαινεν εἰς τὸ στράτευμα, δεχομένων αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης καὶ βασιλέα καλούντων, οἳ

rursus in Asia civitates, quæ sub Demetrio fuerant, et in Ponto Heracleam occuparit. Repetitæ inde Bithyniæ et Heracleoticæ origines: tyrannique Heracleæ Clearchus[g] et Satyrus et Dionysius; quorum filiis interfectis, Lysimachus occupavit urbem.[h]

PROLOGUS LIB. XVII.

Septimodecimo volumine continentur hæc. Ut Lysimachus,[i] occiso filio Agathocle per novercam Arsinoën, bellum cum rege Seleuco habuit, quo victus interiit: ultimumque certamen[9] commilitonum Alexandri fuit. Ut Seleucus,[1] amissis in Cappadocia cum Diodoro copiis,[k] interfectus est a Ptolemæo fratre Arsinoës uxoris Lysimachi, in cujus vicem Ptolemæus,[2] cognomine Ceraunus,[l] creatus ab

NOTÆ

[a] *filio ejus sunt collectæ Demetrio.* Long.

[a] *Leonimidiæ*] Leg. *Leonidæ.* Bong.

[b] *Et Leonimidiæ inde*] Emenda, *Cleonymi deinde Spartani res gestæ Corcyræ, et in Illyrico, et in Italia.* Quas res prosequitur fuse Diod. nec omisit Liv. Cod. Vat. 1. et Max. habent *Et Leonymi deinde Spartani.* Long.

[c] *Qui abl.*] Leg. *cui abl.* Bong.

[d] *Qui ablata Corcyra, &c.*] Emenda, *utque abactus Corcyra rex Cassander interiit.* Vid. Diod. in Excerptis II. Hic nihil subsidii lucisve adferunt codices. *Long.*

[e] *Quo mox evictus a Pyrrho*] Malim legere *quo mox ejectus a P.* Pyrrhus enim, ut auctor Justinus, citra sanguinem, imo sine certamine, corrupto Demetrii exercitu, ipsoque in fugam acto, invasit Macedoniæ imperium. *Mod.* Probo conjecturam Modii rescribentis *ejectus.* Et sic Ms. Reg. *Freinsh.* Editum est *evictus.* Sed rescripsi, ut Modius legend. conjecit; præsertim cum in uno quoque Ms. manifeste ita lectum fuerit. *Vorst.* Leg. *a quo mox evictus.* Codd. Romani Mss. habent *quo mox victus.* Long.

[f] *Missus ab Andromache*] Scrib. *ab Dromichæte.* Justino XVI. 1. 19. ' Doricetes' dicitur. *Bong.*

Missus a Dromichæte] Ex Mss. editum est *missus Andromache.* Sed optime conjicit Bong. legend. esse *ab Dromichæte.* Nam et historia congruit, et *Dromichætem* regem Thraciæ fuisse ex aliis constare potest. Suntque veri nominis melioris vestigia hic quam in Justino. Hic enim XVI. 1. 19. ' Doriceten' vocat. *Vorst.* Leg. *ac dimissus est a Dromichete;* rege sc. Scythiarum et Getarum. Leg. Diod. in Excerpt. Vales. seu Peirescianis, Codices Vat. legunt *a Romiche,* Max. *a Romuche.* Hic Thracum rex male ap. Just. appellatur ' Doricetis;' nec de isto ead. narravit Justinus, atque ipsemet Trogus, ut ex hoc Prol. liquet. Diod. et Strabo. Polyæn. VII. Bene hunc Thracum regem nominat *Dromichætem,* sed ab ipso Lysimachum cum integro exercitu interemptum fuisse falso asserit. *Long.*

[g] *Clearchus*] Leg. Ἐκλογὰς Memnonis, Diod. XV. 16. 20. Hic Satyri non meminit: et Dionysii filii eid. sunt Ζάθρας καὶ Κλέαρχος. Ex Memnone videtur legend. Ὀξάθρης καὶ Κλέαρχος. *Bong.*

[h] *Satyrus et Dionysius, quorum filiis interfectis Lysimachus occupavit urbem*] Leg. *cujus fil. &c.* Dionysii nempe filios Clearchum et Oxathrem interfecit Lysimachus. Leg. Memnonis Excerpta in Bibliotheca Photii. Omnes Mss. codd. habent *quorum,* numero multitudinis; at perperam. *Long.*

[i] *Ut Lysimachus*] Vid. Excerpta ex Memnonis Historiis. *Bong.*

[k] *Cum Diodoro copiis*] Leg. *cum Amynta,* ut narrat Diodorus, *copiis int. est.* Nullus enim fuit Diodorus Macedonici exercitus dux. Sed exercitui illi præfuit Amyntas, ut legitur ap. Diod. in Excerpt. XXXI. p. 894. his verbis: Ἀριαράθης τὸν μὲν τῶν Μακεδόνων στρατηγὸν Ἀμύνταν ἀπέκτεινεν· ' Ariarathes [regis Cappadociæ filius] Amyntam Macedonum ducem interfecit.' Imperiti autem librarii, omisso *Amyntæ* nomine, Diodorum nobilissimum historicum, quem ad testimonium adduxerat Trogus, pro duce Macedonum habuerunt. *Long.*

[l] *Ptolemæus cognomine Ceraunus*] Scrib. *Ptolemæus iste cognomine Ceraunus.* Nam secus quivis arbitraretur fratrem Arsinoës, cujus supra meminit Auctor Prologi, alium fuisse a Ptolemæo Cerauno, quod falsum.

exercitu rex, Macedoniam occupavit: bella cum Antiocho et Pyrrho [m] composuit, datis Pyrrho auxiliis, quibus iret contra Romanos defensum Tarentum. Inde repetitæ origines regum Epiroticorum usque ad Pyrrhum: ipsiusque Pyrrhi res gestæ, priusquam in Italiam trajecit.

PROLOGUS LIB. XVIII.

Octavodecimo volumine continentur res a Pyrrho Epirota in Italia gestæ contra Romanos: postque id bellum, transitus ejus in Siciliam adversus Carthaginienses. Inde origines Phœnicum, et Sidoniorum,[n] et Uticæ;[3] Carthagiensiumque [o] res gestæ in [4] excessu dictæ.

PROLOGUS LIB. XIX.

Undevicesimo [5] volumine continentur res Carthaginiensium in Africam [p] per Hasdrubalem, Hamilcarem, et Hannonem [6 q] gestæ;[r] et in Siciliam,[s] cum Selinuntem, et Agri-

πρότερον Σελεύκῳ ὑπήκουον.—3 Periz. *et Sidoniorum, et Veliæ.* Pro *Veliæ* Bong. et Long. recte emendarunt *Uticæ* ex Just. qui XVIII. 4. 2. de Tyriis scribit: 'Ante cladem dominorum, cum et opibus et multitudine abundarent, missa in Africam juventute, Uticam condidere.'—4 Periz. *Carthaginensesque res in.* Bong. malebat *Carthaginiensium.* Versio Italica: *et per digressione si dicono le cose fatte per li Carthaginesi.*—5 Leid. 1. *Nono decimo.*—6 Periz. *Nono decimo*

NOTÆ

Immo suppleri debet vox *iste;* quamvis in codd. Mss. vocula illa reperta non fuerit. *Long.*

[m] *Cum Antiocho et Pyrrho*] Add. *Antigono,* quamvis Mss. hoc nomen taceant; et scrib. *cum Antiocho, Antigono, et Pyrrho,* ex Plut. in Vita Pyrrhi. *Id.*

[n] *Sidonis*] Mallem *Sidoniorum;* ut habet cod. Max. *Long.*

[o] *Et Veliæ Carthaginumque*] Ex Just. leg. *Uticæ.* Veliam enim Strabo VI. init. auctor est a Phocæensibus conditam. *Bongars.* Alii ediderunt *Tyri.* Freinsh. Emenda, *Uticæ Carthaginensiumque.* Nam *Uticam* a Phœnicibus conditam ex Trogo memorat Justinus. Codd. omnes eam præferunt lect. *Veliæ,* at *Velia* a Phœnicibus condita nulla prorsus est. *Long.*

Carthaginumque] Leg. *Carthaginiensiumque.* Bong.

[p] *In Africam*] Scrib. *in Africa,* et paulo post *in Sicilia.* Quæ sequuntur, ita deformata sunt, ut nulla fere historiæ species appareat. *Bongars.* Retineri tamen posset ista lect. Vid. not. ad Just. III. 1. 1. *Fr.*

[q] *Per rubellum annorum*] Ms. P. Pithœi adscriptum habet *per Asdrubalem, Amilcarem et Annonem,* quod absque dubio rectum est. *Bongars.* Æque monstrose, nisi quod nonnihil propius accedunt ad Pithœi cod. scripturam,

gentum, et Camarinam,[7] et Gelam [8] ceperunt:[t] quo bello Dionysius Syracusanus Siciliæ regnum occupavit. Bellum, quod cum eo Pœni per Himilconem [u] gesserunt; quoad [9 w] obsidione [x] Syracusarum exercitum et classem amisit.

PROLOGUS LIB. XX.

Vicesimo volumine continentur res gestæ Dionysii Siculi patris. Ut pulsis Pœnis Italica bella sit molitus. Inde repetitæ origines Venetorum, et Græcorum, et Gallorum, qui Italiam incolunt. Deductisque Dionysii rebus ad

vol. continentur hæc. Res C. in A. per rubellum Hannonem gestæ. Pith. a sec. m. Colbertini et Max. *per Asdrubalem, Amilcarem et Hannonem.* Pith. *Annonem.* Thuan. *per Hasdr. Hamilc. et Hannonem.* Iisd. suffragatur interpretatio Italica: *Nel decimonono libro si contengono è fatti de Carthaginesi in Affrica sotto Asdrubale, Amilcare, Anone.*—7 Coll. C. C. *Gamerinam.*—8 Periz. *et in Sicilia, cum Sel. et Tagantum et Camerinam c.* Voces *et Gelam* quoque desiderantur in codd. Rom. *Selinuntem et Agrigentum* legit Bong. et *Camarinam* Long. Porro in cod. quem secutus fuit Italus interp. haud male scriptum fuisse videtur *et ut in Sicilia Sel.* Ita enim ille: *et come in Sicilia gli pigliorono Silino, Temetegato, Gamorina et Cela.*—9 Leid. 3. *qua.* 2. et Coll. C. C. *quoad.* Avus malebat *qui.*—1 Thuan. *quod insidiis.* Italus interp. *et come per sagacita di quelli di*

NOTÆ

habent nostræ membranæ, *per su bellum annonum gestæ.* Porro ex earund. nostrarum membranarum item vitiosa scriptura, *quadsidione Syracusarum,* ubi habebant libri Bongarsii *quod obsidione,* non timide reposui *quoad obsidione Syracusarum exercitum et classem amisit.* Mod. Modii libri *per subellum annorum.* Alii edidere *per numerum multorum annorum.* Fr.

[r] *In Africam per Rubellum annorum gestæ*] Emenda, *in Africa per Asdrubalem, Amilcarem, et Hannonem gesta.* Simili modo habent codd. Colbertini, et Maximianus. Vat. alter *per Amonem.* Long.

[s] *In Siciliam*] Vid. præc. not. init. Prol. *Fr.*

[t] *Et in Siciliam cum Selinum, Temetegantum, et Gamerinam, et Gelam ceperunt*] Hæc ita legenda conjicio, *cum Selinuntem, et Agrigentum, et Gam. et Gel. cep.* Est autem *Gamerina* aliter *Camerina. G* et C invicem permutantur; κυβερνῶ, *guberno;* 'gladius' Varroni a 'clade,' ἐκκλησία nobis est *église.* Et in Mss. *Cobrias, Gobryas; adici* pro *adigi.* Græcis Καμαρίνα; Strab. Steph. *Bongars.* Pro *Selinum* legend. videtur *Selinuntem:* et, pro *Temetegantum, Agrigentum.* Vorst. Leg. *et in Sicilia cum Selinuntem et Agrigentum et Camarinam et Gelam ceperunt, &c.* Rom. codd. non habent *Gelam;* sed ex codd. Colbert. alter *Gelam,* alter vero *Geram* habet. Legend. *Gelam.* Long.

[u] *Phœni per Homilconem*] Scrib. *Pœni per Imilconem.* Bongars. Leg. *Pœni per Himilconem gesserunt, quo, &c.* et ita legitur in cod. Max. *Long.* Italus interp. *sotto i Milcone.* Leg. *sotto Imilc.*

[w] *Quod*] Modii Mss. *quadsidione:*

interitum ejus, dictæ quas[x] Hanno[z] Magnus in Africa gessit.[3]

PROLOGUS LIB. XXI.

Uno et vicesimo volumine continentur hæc. Ut in Sicilia Dionysius filius, patre[4][y] amisso, tractarit imperium: per[5] Dionem inde ejectus[6] bellum cum Siculis gessit; donec, amissis liberis et fratribus, Corinthum abiit. Ut a Timoleonte[7] Carthaginiensium bello[a] sit liberata Sicilia: mor-

Seragosa egli perde l'armata et il campo.—2 Sic Periz. Vulg. *An.*—3 Thuan. *gerebat.*—4 *A* deleri jubet Bong. eamque nesciunt Italica interpretatio et Perizonianus, in quo etiam scriptum est *Dionysii filius.* Hinc f. legend. *Dionysius, Dionysii f.* eamque scripturam repræsentasse videtur codex Itali interpretis, qui hunc l. ita transfert: *Come Dionisio figliuolo di Dionisio havendo perduto il padre tratto la signoria in Sicilia.*—5 *Per* nescit Coll. C. C.—6 *Per in Dionysius ejectus* Periz. eaque scriptura firmat emendationem Longueruæi, qui legit *per Dionem inde ejectus.* Interpretatio Ital. *et come cacciato egli facendo guerra con gli Siciliani.*—7 Ed. Oxon. *fratre, ibat Corinthum. Ut Tim.* Versio Ital. *infino che perduto li figliuoli et i fratelli fuggi subito à Corinto. Et come Sicilia fu liberata dalla guerra di Carthaginesi da Agatocle.*—8 Hunc l.

NOTÆ

ex quo ipse facit *quoad obsidione.* Fr.

[x] *Dictæ quas*] Leg. *dictæ res* (sc.) *quas.* Long.

[y] *A patre*] Τὸ *a* videtur abundare. *Bongars.* Si *a* expungas, expeditus sensus est. *Vor.*

[z] *Per Dionysius jectus bellum cum Siculis gessit: donec amissis liberis et fratribus Corinthum statim Oleonte Carthaginiensium bello*] Leg. *per Dionem ejectus bellum cum Sic. gessit: don. amiss. lib. et fratre Corinthum secessit. Ut a Timoleonte Carthaginensium bello, &c.* Ita quodammodo expressimus mentem Auctoris. *Bongars.* Cod. Vat. alter et Max. habent *perinde ejectus.* Hinc omnino supplenda est vox *Dionem.* Restitue igitur *per Dionem inde ejectus.* Syracusis sc. ejectus est Dionysius junior tyrannus, ex Diod. Plut. et Probo s. Nepote in Vita Dionis. *Long. Corinthum secessit. Ut a Timoleonte, &c.*] Ita edidi quidem secutus conjecturam Bongarsii, cujus miram in hoc genere felicitatem multis locis nostræ membranæ arguunt, aut disertim ita habentes, ut ille scribend. fortean censuit, aut ea earum scripturarum vestigia referentes, quibus illæ comprobentur: hic tamen diligentius inspectis eisd. libris meis malim ex ductu litterarum scribere *Corinthum abiit: ut a Timoleonte, &c.* Mod. *Corinthum. A Timoleonte*] Hic duæ voculæ desunt ad complendum sensum. Et legend. putat Modius, *Corinthum abiit, ut a Timoleonte Carthageniensium bello sit liberata Sicilia.* Vorst. Emenda, *Corinthum secessit; ut a Timoleonte Carthaginiensium bello sit liberata Sicilia.* Cum vulgatis Prologorum edd. concinit cod. 1. Vat. verum alter Vat. et Max. habent *statim proficiscitur, ut ab Agathocle Carthaginiensium.* Et quidem mendose: nihil enim hic agitur de Agathocle, sed de Timoleonte. *Long.*

tuoque Sosistrato[a] iterum facta seditione, arcessitique ad bellum[b] Carthaginienses obsederunt Syracusas:[8][c] quo bello Agathocles nanctus[d] imperium est.

PROLOGUS LIB. XXII.

Secundo et vicesimo volumine continentur hæc. Res gestæ Agathoclis: ut, a Pœnis nanctus imperium, bellum cum ipsis gessit, primum in Sicilia, dehinc[9] victus trajecit in Africam: ubi possessa[1] provincia, Ophellam[e] regem Cyrenarum interfecit. Ut[2] rursus in Siciliam reversus, occupata totius insulæ dominatione, cum revertisset in Africam, amissis copiis, solus inde profugit in Siciliam: belloque ibi repetitus, et[f] cum Pœnis pacem composuit, et dissidentes a se Siculos subjecit.[3]

PROLOGUS LIB. XXIII.

Tertio et vicesimo volumine continentur hæc. Ut Agathocles, domita Sicilia, bellum in Italia Bruttiis intulerit.[4] Repetitæ inde Bruttiorum origines: omnibus subactis, rex,

ita correxit Avus: *m. eo, ab Sos. it. f. seditione, arcessiti cum Hannibale C. o. S.* Long. malebat *mortuoque Sos.* Ed. Oxon. *mortuoque Pisarcho*, ex Diod. XIX. 6. Periz. *arcessitique a bello Carthaginenses.* Thuan. *arcessitus est, quam* (a sec. m. *quod*) *a bello Carthag.*—9 Periz. *deinde.*—1 Id. *obsessa.*—2 Id. *At*, et *occupat totius ins. dominationem.*—3 Leid. 1. 2. Coll. C. C. *ejec.*—4 Leidd. Periz. Coll.

NOTÆ

[a] *Mortuo Pisistrato*] Nullum in Sicilia agnosco Pisistratum: repone igitur *mortuo Sosistrato.* Id.

[b] *Arcessiti quam ad bello*] Leg. *arcessiti ad bellum Carth.* Bongars. Ita quodammodo expressimus mentem Auctoris. Scripsi *arcessiti ad bellum*, ex conj. Bongarsii. Vulgatæ lect. nullus sensus est. *Vor.*

[c] *Arcessiti quam ad bello Carthaginienses, obsederunt Syracusas*] Locus iste mancus et corruptus est, quem sic restituend. censeo: *Arcessiti tanquam adjutores belli Carthaginienses seditiosi obsederunt Syracusas. Quo bello Agathocles nanctus imperium est.* Hæc plana sunt ex Diod. et Just. ipso init. lib. XXII. qui nihil de Agathocle prorsus habet lib. XXI. licet Trogus eo loci sub finem saltem ejusd. lib. XXI. multa de celeberrimo isto tyranno narrasset. Verum Justino satis fuit quædam de eod. Agathocle summatim narrare init. lib. XXII. quæ ex lib. XXI. Trogi depromserat. *Long.*

[d] *Nanctus*] Impressi *nactus*, sed parum interest, ut et seq. Prologo. *Fr.*

[e] *Opellam*] Emenda, *Ophellam.* De tyranno isto Cyrenæorum consule Diod. XX. *Long.*

[f] *Repetitus, et*] Recte hoc quidem. Alii perperam *repetito, cum.* Fr.

seditione filii exhæredati ac nepotis oppressus, interiit. Inter peregrinos deinde milites ejus et Siculos bellum motum: quæ causa Pyrrhum regem Epiri in Siciliam adduxit. Bella, quæ Pyrrhus[g] cum Pœnis et Mamertinis ibi gessit; et a Sicilia[h] reversus in Italiam, victusque[5] prælio a Romanis, revertit in Epirum.[6 i]

PROLOGUS LIB. XXIV.

Quarto et vicesimo[7] volumine continentur[k] hæc. Bellum,[8] quod inter Antigonum Gonatam et Antiochum Seleuci filium in Asia gestum est. Bellum, quod Ptolemæus Ceraunus[9] in Macedonia cum Mytillo[1] Illyrio[l] et Ptolemæo Lysimachi filio habuit: utque Arsinoën sororem suam imperio Macedonicarum urbium exuit. Ipse[2] cum Belgio Gallorum duce congressus interiit. Repetitæ inde Gallorum origines, qui Illyricum occuparant;[3] atque ut ingressi Græciam, Brenno duce, Delphis victi deletique sunt.

PROLOGUS LIB. XXV.

Quinto et vicesimo volumine continentur hæc. Ut Anti-

C. C. *intulit*.—5 Vulg. *victus*. Periz. *victusque*, eique astipulari Ms. Franeq. monnit Bondam, I. 4. Var. L. qui paulo ante cum Vorst. quoque malebat *ut a Sicilia*.—6 Thuan. Col. C. C. *revertitur Ep.* Periz. *revertit Ep.*—7 Leid. 4. *vicens.* atque ita in seqq. et Prol. XXIX. *Undetricensimo*, ac Prol. XXX. *Tricensimo*, atque XXXI. *Uno et tricensimo*.—8 Id. cum 3. *continetur bellum*. 1. 2. Perpretatio.—9 Leid. 3. 4. Thuan. *Ceraunos*.—1 Thuan. *Mitilo*. Colbertinus *Mytillo*, quomodo etiam hoc nomen scriptum est in Periz. fine seq. Prologi. Interp. Italus *Mitillo*, utroque loco.—2 Thuan. *ipse et*. Italus Interp. *et ello venuto alle mani con Belgio*.—3 Thuan. Leidd. *occuparunt*. Periz. Coll. C. C.

NOTÆ

[g] *Bellaque Pyrrhus*] Placet, quod Modius edidit, *Bella quæ Pyrrhus*. Sic Ms. Reg. *Id.*

[h] *Et a Sicilia*] Malim *ut a Sic.* Idem. Legend. sine dubio *ut a Sic.* Hac ratione enim horum Prologorum Auctor summaria formare solet. *Vor.*

[i] *Revertit in Epirum*] Codd. duo Colbert. habent *revertitur in Ep.* Long.

[k] *Continentur*] Modii aliæque edd. *continetur:* sed illud malo, nam ad plura pertinet. *Fr.*

[l] *Monio Illyrio*] Cod. alter Colbert. habet *Mytillo*, quam veram esse lect. nihil ambigo. Nam *Illyrius* ille libro seq. constanter vocatur ‘ Mytillus.’ *Long.*

[m] *Ptol. L. f.*] Vid. Bong. ad Just. XXIV. 2. 10.

gonus Gallos delevit: deinde cum Apollodoro[m] Cassandreæ tyranno bellum habuit. Ut Galli transierunt[4] in Asiam, bellumque cum rege Antiocho[5] et Bithynio[6] gesserunt:[n] quas regiones Felini[7] occuparunt.[o] Ut Pyrrhus, ex Italia reversus, regno Macedoniæ Antigonum exuerit; Lacedæmoniam[8 p] obsederit; Argis interierit: filiusque ejus Alexander Illyricum cum Mytillo[9] bellum habuerit.

PROLOGUS LIB. XXVI.

Sexto et vicesimo volumine continentur hæc. Quibus in urbibus Græciæ dominationem Antigonus Gonatas[1 q] constituerit. Ut defectores Gallos Megaris delevit, regemque Lacedæmoniorum[2] Arean[3 r] Corinthi interfecit. Dehinc[4] cum fratris sui Crateri filio Alexandro bellum habue-

---

occupaverunt.—4 Sic Leid. 1.—5 Sic Leidd. Thuan. Coll. C. C. quomodo h. l. etiam legend. conjecerat Cuper. IV. Obs. 11.—6 Periz. *Bithynia*. Coll. C. C. Leid. 1. 3. 4. *Bithannio:* 2. *Bitanio*. Italus interp. *et come i Gallici passarono in Asia, come gli feciono guerra con Antioco et Betinio*.—7 Ed. Oxon. *Tileni*.—8 Leid. 1. 3. Coll. C. C. *Lacedæmonam*, pro *Lacedæmona*.—9 Periz. *Filius ej. Al. cum rege Ill. cum M.* Leg. *cum rege Illyriorum M.*—1 *Gon.* nescit Coll. C. C.—2 Leid. 1. 4. *Lacedæmonicum*. 3. *Lacedæmonium*. Periz. *Lacedæmonum*.—3 Colbertini *Arium*. Ed. Modii *Arean*, ut ap. Just. XXIV. 1. 5. ex Leid. 2. 4. Thuan. et ed. Bong.—4 Periz. *Deinde*, et cum Leid. 1. 2. 3. Coll. C. C. *cum fr. sui Cr.*

NOTÆ

[m] *Apollodoro*] Huj. Apollodori Cassandriæ tyranni meminit Paus. in Att. *Long.* Huj. tyranni meminerunt varii scriptores laudati a Nob. Heins. ad Ov. II. Pont. 9. 43.

[n] *Ut Galli transierint in Asiam, bellumque cum rege Antigono et Bithynio gesserunt*] Pro *Antigono* repone *Antiocho*. Hanc lect. exhibent duo codd. Vat. Præterea Galli, qui transierant in Asiam, ibid. bellum gerere cum Antigono Gonata non potuerunt, qui in nullo Asiæ angulo rerum potiebatur; sed cum Antiocho Sotere Seleuci filio. Bithynii principis nomen neque Trogus omiserat, neque Auctor ipse Prologorum. Locus iste sic restituendus: *bellumque cum rege Antiocho et Bithynio Zypœte gesserunt.* Galli socii erant Nicomedis, qui partem Bithyniæ obtinebat, et hostis erat huj. Zypœtis. Vid. Excerpta Memnonis et Liv. XXXVIII. *Long.*

Bithynio] Malim *Bithynis*. Fr.

[o] *Felini*] Leg. tuto *Galli*, non *Felini:* quas regiones Galli tunc occuparint, eo loci enarrabat Trogus, sed vid. Liv. XXXVIII. et Strab. Codd. Mss. omnes depravati constanter retinent vocem *Felini*, vel *Selini*. Long.

[p] *Lacedæmoniam*] Modius edidit *Lacedæmonem*. Fr.

[q] *Antigonus Gonatas*] Tangit hæc Polyb. IX. 23. *Id.*

[r] *Lacedæmoniorum Area*] Modii ed. *Lacedæmonium Arean*. Idem. Leg. *Aream:* et ita habent codd. Colbert. *Long.*

rit. Ut princeps Achaiæ Aratus Sicuonem,[s] et Corinthum, et Megara[t] occuparit. Ut in Syria rex Antiochus, cognomine Soter, altero filio occiso, altero rege nuncupato Antiocho, decesserit. Ut in Asia filius Ptolemæi regis, socio Timarcho, desciverit a patre. Ut frater Antigoni Demetrius, occupato Cyrenis regno, interierit.[6] Ut, mortuo rege Antiocho,[7] filius ejus Seleucus Callinicus[u] regnum acceperit.

PROLOGUS LIB. XXVII.

Septimo et vicesimo volumine continentur hæc. Seleuci bellum in Syria[8] adversus Ptolemæum[w] Tryphonem:[9] item in Asia adversus fratrem suum Antiochum Hieracem;[1][x] quo bello Ancyræ[2][y] victus est a Gallis: utque Galli Pergamo victi ab Attalo Zielan Bithynum[3][z] occiderint.[a] Ut

fil. suo Al.—5 Leid. 1. 2. *Icuonem.* Periz. *Niconem.* Versio Ital. *Hierone.* Strab. VIII. p. 385. Ἄρατος δὲ στρατηγήσας ἀφείλετο Ἀντίγονον τὸν Ἀκροκόρινθον, καὶ τὴν πόλιν τοῖς Ἀχαιοῖς προσέθηκε, καθάπερ καὶ τὴν πατρίδα· προσελάβετο δὲ καὶ Μεγαρέας.—6 Sic Periz. Vulg. *interiit.*—7 Sic Periz. quomodo etiam legend. conjecerat Cuper. d. l.—8 *In S.* desiderantur in Thuan. et versione Ital.—9 Sic Max. et Periz.—1 Leid. 1. *fr. s. Anthiocum Hierateme.* 3. *fr. s. Anthiochum Hieraceme.* 4. Coll. N. ed. Modii *fr. s. Antiochum Hieracem.*—2 Periz. *fr. s. Anthiocum Jeracem bellum, quo Anciræ.* Interp. Italus: *contra Antioco Jctarce suo fratello, nella quale guerra Anduga Re fu vinto da i Gallici,* urbis nomine in nomen regis perperam mutato.—3 Leid. 4. Thuan. a pr. m. *ab Attalo Zielan* (Leid. *ab*

NOTÆ

[s] *Sicuonem*] Mod. ed. *Sicionem.* Fr.

[t] *Megara*] Mod. ed. *Megaram.* Id.

[u] *Ut mortuo rege Antigono, filius ejus Seleucus Gallinicus*] Scrib. *Antiocho,* et *Callinicus.* Nam Antiochus cognomine Deus pater fuit Seleuci Callinici. *Long.*

[w] *In Syria adversus Ptolemæum*] Leg. *Ptolemæum Tryphonem,* ut habet cod. Max. *Id.*

[x] *Hieracem*] Mod. ed. *Antiochum Hier.* Fr.

[y] *Anguræ*] Straboni IV. et XII. Ἄγκυρα est castellum Tectosagum. Memnoni est urbs Trogmorum. *Idem. Anguræ* pro *Ancyræ:* quæ metropolis Galatiæ s. Gallogræciæ: *c* et *g,* ut literæ ejusdem instrumenti, facile inter se permutantur. Deinde pro *y* est *u,* ut pro *Sylla* dicunt *Sulla. Vorst.* Leg. *Ancyræ* vel *Ancuræ.* Max. habet *Ancyræ.* Long.

[z] *Ab Ataloziæ lambitunum*] Modius edidit *ab Attalo Lambitunum.* Leg. *ab Attalo, Zybæam Bithynum* (aut antiquo more *Bithunum*). Liv. XXXVIII. 16. 10. Imo *Zielam:* ut legit Vales. in Excerpto Polyb. p. 36. f. et Phot. 723. Sed et Zypætes Bithynius legitur. Vid. Scalig. Euseb. 72. f. Pausan. 310. 10. Tzetz. Hist. Chil. III. 115. sed id. Tzetzes Zielam etiam agnoscit Prusiæ fratrem. *Fr.*

[a] *Victi ab Attalo Zybæam Bithunum*

Ptolemæus eum[4] denuo captum interfecerit;[b] et Antigonum Andro prælio navali pervicerit.[5][c] Ut a Callinico[d] fusus in Mesopotamia Antiochus insidiantem sibi effugit

Athalo Ziælam) *Bitunum* Periz. *ab Athalo Ziæla orbitunum.* Vales. ad Constantini Porphyr. Excerpta e Polyb. p. 30. legit *ab Attalo Zielam Bithynum.* Secunda manus Thuanei a vero prorsus aberravit reponendo *ab Antiocho Eumenem Bithinium:* quæ scriptura ex alio cod. orta esse videtur: siquidem Italus interp. eand. in suo cod. reperit. Vertit enim ille: *I Gallici vinti a Pergamo d' Antioco uccisono Heumene da Bitinia.* Τὰ *Eumenem Bithynum* videntur huc translata fuisse ex corruptis Justini locis XXVII. 3. 1. 'Interea rex Bithyniæ Eumenes:' et 5. 'Hinc Bithynus Eumenes.' Cuper. d. l. pro *Pergamo* et *occiderint* malebat *Pergameno* et *acciverint.*—4 Leid. 1. 3. 4. Periz. Coll. C. C. *adeum.*—5 Leid. 1. 3. 4. Coll. C. C. *oprona vic.* nec aliter Periz. qui etiam dat *Ut a Gall.* Long. legit *pr. n. perv.* Interpretatio Ital. *et Anotogato vinse Antigono in battaglia navale.* Thuan. *et Antigonum Androgo-*

NOTÆ

occiderunt] In Mss. est *ab Ataloziæ Jambitunum occiderunt.* Ex quo viri docti, sicut reposuimus, ex Liv. XXXVIII. 16. legend. conjecerunt; aut, pro *Zybæam, Zielam. Bithunum* est pro *Bithynum,* ut *Angura* pro *Ancyra.* Vorst. Leg. et disjunge: *Victi ab Attalo, Zielam Bithynium* (vel *Bithunium*) *occiderint.* Sic enim disjungit codex Max. et unus Colbert. Gallos victos fuisse ab Attalo scribunt Polyb. XVIII. in Excerptis Vales. Suidas in voce *Νίκανδρος,* Liv. XXXIII. et XXXVIII. et Strab. XIII. Galli postea Zielam Bithynium occiderunt. Nam, ut docet nos Athenæus II. 18. 'Zelas,' vel, ut alii scribunt, *Zielas,* cum Gallorum principes insidiis tollere conaretur, ab eis ipsis interfectus est. *Long.*

[b] *Ut Ptolemæus eum denuo captum interfecerit*] Ptolemæus iste, qui Antigonum prælio ad Andrum insulam vicit, procul dubio est Ceraunus, ut a Memnone discimus, quem consule. Sed ad quem ducem vel regem referemus *eum denuo captum interfecerit?* An ad Zielam a Gallis occisum? an ad Attalum, qui morte placida interiit? Utrumque absurdum. Restitue itaque *Ptolemæus Ptolemæum denuo, &c.* Hic Ptolemæus interfectus est filius Lysimachi, qui reclamaverat, 'fraudem subesse jurijnrando Cerauni,' nuptiisque matris cum eod. Cerauno celebrandis obstiterat, ex Just. XXIV. 2. Imo sociis Illyriis bellum in Macedonia gesserat cum Cerauno, ut legimus in Prol. lib. XXIV. Victorem in hoc bello fuisse Ceraunum liquet, cepisseque tunc Ptolemæum arbitror: at eum liberum tunc dimisit. Nam Cassandriæ matris in gremio solos Lysimachum et Philippum fratres Ptolemæi interemit, sed non multo post comprehensum ipsum Ptolemæum occidit. Hæc autem omisit Justinus. *Long.*

[c] *Et Antigonum Andro prælio navali prona vicerit*] Mod. Ed. *Oprona.* Fr. Emenda, *et Antigonum Andro prælio navali pervicerit.* Nihil sani hic præferunt Mss., ubi legitur *Oprona* vel *Oppiona.* Editores legerunt *prona vicerit.* Quæ vox *prona* vel *oprona* nihil est. De hoc prælio navali consule Memnonem ap. Phot. in Bibl. Cod. 1. Vat. hanc lect. habet. *Andro prælio navali,* quam editores admiserunt. *Long.*

[d] *Et a Gallinico*] Malim *Ut a Gall.* Sic et Reg. Ms. *Freinsh.* Leg. *Et a Call.* Long.

Ariamenen;[6 e] dein postea custodes Tryphonis:[7 f] quo a Gallis occiso, Seleucus quoque frater ejus decessit,[8] majoremque filiorum ejus Apaturius[g] occidit.

PROLOGUS LIB. XXVIII.

Octavo et vicesimo volumine continentur hæc. Ut, mortuo rege Epiri Alexandro, Laodamiam[9] Epirotæ occiderint. Dictique in excessu Bastarnici[1 h] motus. Ut rex Macedoniæ Demetrius sit a Dardanis fusus: quo mortuo tutelam filii ejus Philippi suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Mœsiam, Cariam[a] subegit;[3 i] et, adjutis Achæis contra regem

thus pr. n. vicerit, erasa voce *oprona*.—6 Mss. *Ariamenem* vel *Ariamenen*. Just. XXVII. 3. 7. 'In eo [bello] Antiochus denuo victus, multorum dierum fuga fatigatus, tandem ad socerum suum Ariamenen regem Cappadociæ provehitur.'—7 Periz. *deinde p. c. T.*—8 Periz. *decessit*, et *Epathorius*, atque cum Leid. 1. *occidit*. Pro *Epacorios* Freinsh. ex Polyb. legit *Apathurius*. —9 Sic Leid. 3. 4. Thuan. Vulg. *Laud.*—1 Periz. *Bastarnati*, pro *Bastarnæi*, quomodo legend. suspicabatur Avus.—2 Ed. Modii *Asiam, M. C.*—3 Periz. *Ut rex Macedoniæ Demetrius sit a Dardanis fusus; quo mortuo, tutelam filii ejus Philippi suscepit Antigonus, usque ad Thessaliæ in Asiam Cariam subegit.* Long. optime restituit *Antigonus, isque Mœsiam et Dardaniam.* Just. XXVIII. 3. 14. 'Ut Dardanos Thessalosque exultantes morte Demetrii regis compescuerit.' *Subegit*, ut Prol. XXXVI. 'Judæos subegit.' Ib. 'Cœnos Thracas subegit.'

NOTÆ

[e] *Insidiantem sibi effugit Artamenen*] Totum locum ita scribo: *effugit Artamenem: dein postea custodes Tryphonis:* nempe Ptolemæi, cui hoc cognomen erat. Ansam dedit huic emendationi Rutgersius dicto cap. 7. ubi similem locum Prol. XXX. corrigit. *Freinsh.* Leg. *Ariemenem.* Voss. *Antiochus insidiantem sibi effugit Artamenem*] *Antiochus* (Hierax sc. Seleucida) *insidiantem sibi effugit Ariamenem.* Sic emenda: ita enim appellatur ab omnibus vett. Scribitur itid. in codd. Rom. Legend. idcirco ap. Just. *Ariamenem*, non vero *Artamenem*, ut vulgo in editis libris habetur. *Long.*

[f] *Dein postea custode Tryphonio*] Leg. *custodes Tryphonis.* Certum est Hieracem custodes Ptolemæi tertii effugisse, qui Ptolemæus, vulgo dictus Euergetes, cognomine Tryphonis a Trogo insignitur, non modo hoc libro, sed lib. XXX. ut mox videbimus; imo et a Chronographo Alexandrino. Codd. Rom. hanc lect. *custodes Tryphonis* exhibent, quam nos admittimus. *Id.*

[g] *Epacorios*] Leg. *Apaturius*, ex Polyb. IV. 48. *Freinsh.* Leg. *Apaturius.* Sic enim, qui Seleucum Cerannum occidit, appellatur a Polyb. IV. ab Appian. in Syriacis, et ab Hieron. in Daniel. Codd. Rom. Mss. habent *Epatorius;* Colbertini pejus *Epicarium* aut *Epacorium.* Long.

[h] *Bastarnici*] Mod. ed. *Bastarnarum.* Fr.

[i] *Ut ex Macedonia Demetrius sit a Dardanis fusus, quo mortui te KC. filii ejus Philippi suscepit Antigonusque*

Spartanum Cleomenen,[4] cepit Lacedæmona:[5 k] amissoque regno Cleomenes Spartanus confugit[6 l] Alexandriam, atque ibi interiit. Dictum[7] in excessu bellum Illyricum, quod Romani gessere cum Teuta.[m]

PROLOGUS LIB. XXIX.

Undetricesimo[8] volumine continentur hæc. Res gestæ Philippi regis adversus Dardanos[9] et Ætolos.[n] Repetitæque inde Creticæ origines: post cujus insulæ societatem, Philippus cum Illyriis, et Dardanis, et rursus[1] Ætolis bello

—4 Sic Leid. 3. 4. Vulg. *Cleomenem.*—5 Leid. 1. 2. 3. Periz. Coll. C. C. *Lacedæmoniam.*—6 Sic Mss. Versio Ital. *fugge in Alessandria.*—7 Periz. *Dictumque* Interp. Ital. *et per digressione.* Ead. mox omittit *cum Teuta.*—8 Periz. *Uno de trigesimo.*—9 Thuan. *Romanos.* Interp. Ital. *le cose fatte da Philippo contra a Romani et gli Etholi.*—1 Parenti legend. videbatur, *et Dard. rurs. et.*

NOTÆ

Thessaliæ in Asiam Cariam subjecit] Emenda, *Ut exiens e Macedonia Demetrius sit a Dardanis fusus. Quo mortuo tutelam filii ejus Philippi suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Mœsiam, Dardaniam subjecit.* Antigonus enim, cognomine Doson, tutor Philippi, Thessalos, Dardanos, et Mœsios s. Triballos subjecit. Consule Just. XXVIII. Codd. Mss. eo loci sunt depravatissimi. In cod. tamen Max. leguntur hæc verba: *quo mortuo tutelam filii ejus Philippus,* (leg. *Philippi*) *suscepit Antigonus.* Quæ lectionem nobis exhibent veræ proximam. *Long. Ex Macedonia*] Mod. ed. optime *Rex Macedoniæ.* Freinsh. *Quo mortuite KC filii ejus Philippi suscepit Antigonusque Thessaliæ in Asiam Cariam subjecit*] Legend. arbitror *quo mortuo tutelam filii ejus Philippi suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Mœsiam, Cariam subjecit.* Sed periculosæ, si deficit historia, conjecturæ. *Bong.* Spurcissima lect. Ms. habet *quo mortuitenem filii ejus.* Puto scribend. *quo mortuo, tutionem filii ejus Philippi suscepit Antigonus, qui Thessaliam, Mœsiam, Daciam subjecit.* Voss.

[k] *Cepit Lacedæmona*] Ms. *Lacedæmoniam.* Et sic solet Just. Ita 'Babylonia,' 'Chalcedonia,' 'Sidonia.' *Id.*

[l] *Amissoque regno Cleomenes Spartanos consufugit*] Mod. Ed. *Spartanus.* Freinsh. Emenda, *Cleomenes Spartanus cum conjuge fugit Alexandriam.* Justinus enim ait Cleomenem cum conjuge in Ægyptum profectum esse. Cod. Max. habet *Spartanus*, non *Spartanos.* Long.

[m] *Teuta*] Florus II. 5. 2. habet 'Teuca:' sed in Mss. est *Teutana;* quomodo et in Jornande. Plinio XXXIV. 6. 'Teuca.' *Bong.*

[n] *Adversus Dardanos et Ætulos*] Mod. Ed. *Ætolos:* et sic Ms. Reg. *Freinshem.* Leg. ut habent duo codd. Colbert. *adv. Romanos.* Romani enim, non Dardani, contra Philippum regem Macedonum fuerunt in bello socii Ætolorum. *Long.*

congressus est, adjuvantibus Ætolos Romanis: quo finito, intulit Ætolis[z] bellum.[o]

PROLOGUS LIB. XXX.

Tricesimo volumine continentur hæc. Ut, mortuo Ptolemæo Tryphone,[3p] filius ejus Philopator Antiochum regem vicit Raphiæ: ipse amore Agathocleæ corruptus[4] decessit,[q] relicto filio pupillo: in quem cum Philippo rege Macedonum consensit Antiochus. Philippi deinde gesta in Asia, cum movisset Ætola bella: a quibus reversus, bellum ha-

—2 Periz. *Ætoliæ*.—3 Perizonius ad Ælian. XIV. V. H. 32. malebat *Ptolemæo Euergete*, vel *Ptolemæo, Trypho filius ejus, idemque Philopator*. Mss. Romani et Periz. *Tryphone*, quod cognomen conjectura quoque assecutus fuit Scaliger ad Euseb. n. 1771. eoque cognomine Ptolemæum Euergeten a Chronographo Alexandrino appellari monuit Long. ad Prol. XXVII. Leid. 2. *Ptolemæo Ruppone*. Reliqui Mss. *Pt. Utruppone*, vel *Utrupphonæ*. Interp. Italus: *Come morto Ptholemeo Trifone Filopater suo figliuolo vinse Antioco Re*.—4 Periz. *rapie ipse amore agathoie corruptus dec*. Thuan. *rapie ipse maragathocleæ correptus dec*. Quæ scriptura firmat emendationem eruditissimi Valesii ad Excerpta Const. Porphyrog. ex Polyb. p. 12. *Raphiæ ipse amore Agathocleæ corruptus. Correptus amore*, ut ap. Ov. III. F. 681. ' Armifer armiferæ correptus amore Miner-

NOTÆ

[o] *Intulit Ætolis bellum*] Emenda, *Atheniensibus*. Secus enim absurda prorsus esset lectio. Finito bello cum Ætolis non Ætolis bellum intulit, sed aliis, puta Atheniensibus. Vid. Liv. qui bella ista fuse edisserit. *Id.*

[p] *Ptolemæo Utrusphonæ*] Hic est Ptolemæus Evergetes: *Utrusphonæ* quid sit, viderint doctiores. Sed et quod sequitur, *rapi pœamare guthoclæ corr. dec.* quomodo restituendum sit, assequi conjectura non possum: hoc quilibet intelligit, amore Agathocleæ corruptum decessisse. *Bong.* Rutgersius dicto cap. 7. lib. v. ostendit legend. *Tryphone*. Add. Vales. ad Excerpt. Polyb. 12. p. *Freinsh.* Emenda, *Tryphone* (alias Euergete): filius ejus Philopator Antiochum regem vicit. Codd. Mss. Rom. habent *Ptolemæo Tryphone*, ut nos emendavimus. *Long.*

[q] *Rapi ei pœamare gathocleæ corruptus dec.*] Vales. legit *Raphiæ, ipse amore, &c.* et ego ex Strab. XVI. *Freinsh.* Puto scribend. *Antiochum regem vicit: turpique postea amore Agathocleæ corruptus decessit*. Voss. Locum hunc corruptiss. in omnibus Mss. sic restituo: *vicit, rapiturque ipsi præmium Agathocleæ amore corrupto*. Hæc optime et cum Justino ipso et cum ceteris Historicis conveniunt. *Long.*

Philippi g. in Asia] Diod. XXVI. in Excerpt. Constantini Porphyr. p. 294. Ὅτι Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς, σπανίζων τροφῆς, οὐ διέλειπε τὴν ὑπ' Ἄτταλον χώραν λεηλατῶν μέχρι τῆς τῶν Περγαμηνῶν πόλεως· κατέσκαψε δὲ καὶ τὰ περὶ τὸ Πέργαμον ἱερὰ, τότε Νικηφόριον πολιτελῶς κατεσκευασμένον, καὶ τἄλλα γλυφὰς ἔχοντα θαυμαζομένας εἰς τέλος παρώνισε. δι' ὀργῆς γὰρ ἔχων τὸν Ἄτταλον, ἐπεὶ τοῦτον οὐ κατέλαβε περὶ τούτους τοὺς τόπους, τὸν θυμὸν εἰς ταῦτα κατετίθετο.

buit cum ducibus Romanis Sulpicio et Flaminino,[5] a quibus[r] victus,[6] pax. Transitus[s] deinde ad res Antiochi, qui post regnum acceptum persecutus defectores, in Media Molonem, in Asia Achæum,[7t] quem obsedit Sardibus, pacata superiore Asia Bactris tenus, in Romana bella descendit.

PROLOGUS LIB. XXXI.

Uno et tricesimo volumine continetur bellum,[8] quod cum Lacedæmonio Nabide[9u] Titus Flamininus et Philopœmen dux Achæorum[1w] gessit. Item bellum, quod cum Antiocho in Achaia per Acilium[x] consulem, et in Asia[2] per Scipionem gestum est. Denique Hannibalis[3] ad regem[y] ab Carthagine[z] fuga. Bellum cum Ætolis[4] gestum per eundem Acilium,[a] qui Antiochum Græcia expulerat.

væ Uror; et hoc longo tempore vulnus alo.'—5 Sic Leid. 1. ut Prol. seq. ' Titus Flamininus.'—6 Periz. *a q. v.* Interpr. Ital. *dal qual vinto la pace fu fatta*. Leid. 3. Coll. C. C. *q. victis*.—7 Leid. 1. *in Asiam Attheum*. 2. *in Asia Accheum*. 3. 4. Coll. C. C. *in Asiam Accheum*. Periz. *in Asia Acheum*. Interp. Ital. *Acheo in Asia*.—8 Leid. 2. 4. *continentur hæc. Bell.*—9 Int. Ital. *con Nabis di Lacedemonia*.—1 Periz. *Acheorum*. Int. Ital. *Duca de gli Achei*.—2 Leid. 1. 3. *in Achaiam . . . et in Asiam*. Periz. *per Attilium c. et in Asiam*, et mox *per eundem Attilium*. Int. Ital. *per Attilio*, et dein, *per quello medesimo Attilio*. Bong. malebat *Acilium*.—3 Vulg. *Ann.* Leid. 3. *Hannibalis*, atque ita in seqq. Periz. *ad regem Carth.* Coll. C. C. aliique male *ad Carthaginem*.—4 Periz. *Etholis*. Int. Ital. *con gli Etholi*.—5 *In A.* nescit Periz.—6 Sic εὐστό-

NOTÆ

[r] *Flaminio, quibus*] Scrib. *Flaminino, a q.* Bong.

[s] *Quibus victus pax. Transitus*] Emenda, *a quibus victus; pax transigitur*. Verbum *transigitur* librarii omiserunt, delusi affinitate seq. vocis ' Transitus.' *Long.*

[t] *Maccheum*] Leg. *Achæum* ex Polyb. qui bellum hoc describit lib. VIII. *Freinsh.* Est ergo simile hoc illi quod Atheas Scytharum rex supra in Prologo libri IX. ' Matheas ' vocatur. *Vorst.* Notissimus est iste Asiæ Minoris Tyrannus. Codd. duo Colbert. habent *in Asiam Achæum*. Legend. *in Asia Achæum*. Long.

[u] *Navide*] Mod. ed. *Nabide:* utrumque bene. *Freinsh.* Leg. *Nabide Titus Flaminius*. Long.

[w] *Achaicorum*] Leg. *Achæorum*. *Bong.* Emenda, *Achæorum*. Long.

[x] *Achilium*] Leg. *Acilium*. Bong. *Long.*

[y] *Ad regem*] Add. *Antiochum:* ut habet cod. Max. *Idem.*

[z] *Ab Carthagine*] Mod. edit. *a Carth.* Freinsh.

[a] *Bellum cum Acholis gestum per eumdem Achilium*] Scrib. *Ætolis*. Bong. Emenda, et leg. *Ætolis*, non *Acholis*, et *Acilium*, non *Achilium*. In cod. Max. legitur *Ætolis*. Hoc bellum

PROLOGUS LIB. XXXII.

Secundo et tricesimo volumine continentur hæc. Defectio ab Achæis Lacedæmoniorum et Messeniorum, qua Philopœmen interiit. Romanorum in Asia[5] duce Manlio[6 b] adversum[c] Gallos bellum. Regis Philippi, propter ablatas sibi civitates, alienatus in Romanos animus;[7] et ob hoc alter filiorum Demetrius occisus: concitatique ab eo Basternæ, transire conati in Italiam. Inde in excessu dictæ res Illyricæ. Ut Galli, qui occuparant Illyricum, rursus redierunt[d] in Galliam: originesque Pannoniorum, et incrementa Daciorum per Rubobosten[8] regem. In Asia bellum a rege Eumene gestum adversus Gallum Ortiagontem,[9] Pharnacen[1] Ponticum, et Prusiam,[e] adjuvante Prusiam Hannibale Pœno. Res gestæ Hannibalis post victum

---

A.M.	Ol.	SYRIÆ ET BABYLONIÆ.	
4888	117	I. Seleucus Nicanor XV, 4, 1. &c.	32
4917	124	Seleucus, capto Demetrio in Cilicia, SYRIÆ et ASIÆ pariter imperavit XVI, 2, 6.	
4920	125	II. Antiochus Soter XVII, 2, 20.	19
4939	129	III. Antiochus, qui vocabatur Theos	15
4954	133	IV. Seleucus Callinicus XXVII, 1, 1.	20
4974	138	V. Seleucus Ceraunus	3

A.M.	ASIÆ.	
4874	Agathocles Syracusis tyrannidem exercet: lib. XXII.	
4882	In Asia primus regnavit Antigonus XIII, 4, 14. et seq.	18
4900	II. Demetrius, qui et Poliorcetes XV, 4, 22. &c.	17
4954	Parthis a Macedonum imperio recedentibus, primus regnavit ARSACES: XLI, 4, 6.	

A.M.	Ol.	SYRIÆ ET BABYLONIÆ.		A.M.	ASIÆ.
4977	139	VI. Antiochus Magnus XXIX, 1, 3.	36	4963	Anno ab U. C. 517. ut Eutrop. Hamilcar occisus, cui successit Hasdrubal XLIV, 5, 6. et 7.
				4980	ab U. C. 534. Hannibal Imperator Carthag. XLIV, 5, 8.
5006		Bellum Rom. cum Antiocho anno ab U. C. 560. Eutr.		5011	ab U. C. 565. bellum cum Gallogræcis.
5013	148	VII. Seleucus, qui et Philopater	12		
5025	151	VIII. Antiochus Epiphanes XXXIV, 2, 7.	11		

A.M.	Ol.	ÆGYPTO.		A.M.	Ol.	SYRIÆ ET ASIÆ.	
				5036	154	IX. Antiochus Eupator XXXIV, 3, 1.	2
				5038		X. Demetrius Soter XXXIV, 3, 9.	12
				5050	157	XI. Alexander XXXV, 1, 7. mens. 10.	9
5052	159	Ab U. C. 606. Bellum Achaicum XXXIV, 1.		5060	160	XII. Demetrius XXXV, 2, 2.	3
5056		VII. Ptolemæus Euergetes	29	5063		XIII. Antiochus Sidetes XXXVI, 1, 8.	9
				5072	163	XIV, Demetrius iterum XXXVIII, 10, 11.	4
				5076	164	XV, Antiochus Grypus XXXIX, 1, 9.	12
5085	166	VIII. Ptolemæus Physcon, qui et Soter XXXVIII, 8, 2. &c.	17	5088	167	XVI, Antiochus Cyzicenus XXXIX, 2, 10.	18
5102	170	IX. Ptolemæus, qui et Alexander XXXIX, 4, 1.	10	5106	171	XVII, Philippus Antiochus, in Parthos fugiens, Pompeio se deinceps tradidit, post quem Philippus captus est a Gabinio.	2
				5108		Hucusque Syria possessa per reges, in Romanam ditionem cessit.	
5112	173	X. Ptolemæus Physcon, qui a matre fuerat ejectus XXXIX, 4, 1.	8				

A.M.	Ol.	ÆGYPTO.		A.M.	Ol.	SYRIÆ ET ASIÆ.	
5120	175	XI, Ptolemæus Dionysius	30			Bellum Mithridaticum anno ab U. C. 662. ut Eutrop. XXXVII, 1, 7.	
5150	182	XII, Cleopatra	22	5153	183	Primus Rom. singulare imperium arripuit C. JULIUS CÆSAR mens. 6.	4
				5157	184	Rom. II. Octavianus Cæsar AUGUSTUS mens. 6.	56
5172	187	Cleopatra et Antonius semet interficiunt: et Ægyptus fit Romana provincia. Lagidæ in Ægypto regnaverunt an. 295.				Ab eo, anno ab U. C. 726. ut Eutr. Hispania domita, Janus clausus XLIV, 5, 8.	

HACTENUS EX TROGO

JUSTINUS.

NOTASSE me tempora, quæ cum eo non omnino conveniunt, ipse agnosco, ut de conditione Tyri et Carthaginis. Sed, cum professus sim me Eusebium et Hieronymum sequi, non licuit ab eorum ratione discedere. Tribuendum hoc duxi antiquitati, et eruditioni, et diligentiæ illorum: cum præsertim, in tanta novarum opinionum copia et varietate, quid potissimum sequerer, non haberem: et, si novi alicujus hominis chronologiam potiorem duxissem, fuisset ea novis rationibus, multisque, confirmanda: quod erat ab instituto nostro alienum. Hoc enim volui, *συγχρονισμοὺς* regum et clarorum virorum aliquo modo ob oculos ponere: quod si successit ex animi mei sententia, bene est; sin minus, laudanda est opera, qua et juventuti prodesse, et auctorem si non optimum, saltem non malum, et in historia necessarium, illustrare volui.

COLUMBIA UNIVERSITY
0025987607

97J.
IE22 V1
JUSTINUS

VOLUME 2

87J96 IE22

Columbia University
in the City of New York

LIBRARY

JUSTINI

HISTORIÆ PHILIPPICÆ.

VOL. II.

13
13

JUSTINI

HISTORIÆ PHILIPPICÆ

EX EDITIONE ABRAHAMI GRONOVII

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICE LOCUPLETISSIMO

ACCURATE RECENSITÆ.

VOLUMEN SECUNDUM.

LONDINI:
CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.
1822.

54061

47596 A2 21 Ly

NOTÆ VARIORUM

IN

JUSTINI

HISTORIAS PHILIPPICAS.

EX EDITIONE A. GRONOVII,

LUGD. BAT. 1760. 8vo.

NOTÆ VARIORUM

IN

JUSTINI

HISTORIAS PHILIPPICAS.

PRÆFATIO.

§ 1 *Multi ex Romanis, etiam consularis dignitatis viri*] A. Postumium Albinum cos. anno ab U. c. 603. Cicero in Bruto refert Historiam de Rebus Romanis Græce scripsisse. Idem de eod. ait Gell. lib. XI. cap. 8. Florus in Livii Epitome lib. LIII. C. Julium senatorem, Dionysius H. in Præf. Hist. suæ Fabium Pictorem et L. Cincium, res Romanas Græco sermone scripsisse, commemorant. *Gl.*

Multi ex Romanis] Ut A. Albinus, referente A. Gellio Noct. Att. XI. 8. Vid. Macrob. init. Saturn. et Cic. Brut. c. 21. Hunc locum opportune suggessit eruditiss. Joh. Freinsh. cujus acri politoque judicio plurimum hasce notas debere statim initio profiteri libet. Sic Lucullus Marsicum Bellum Græce scripsit. Plut. Luc. c. 2. C. Julius senator Græce res Romanas scripsit, Liv. Epit. LIII. f. Annales Acilianos Græce scriptos et Latine versos refert Liv. XXV. 39. 14. Etiam Cic. Commentaria Consulatus sui Græce composuit l. I. ad Att. Ep. penult. *Bern.*

Pompeius] Ejus de genere Justin. inf. XLIII. 5. 13. 14. 15. *Id.* Mentionem huj. et inf. facit XXXVIII. 3. 11. et XLIII. 5. 13. et priore quidem loco, quid Trogus in Liv. ac Sall. desiderarit; posteriore vero, quibusnam parentibus prognatus ille sit, exponit. Aliorum de eod. Testimonia, aut Judicia, supr. ipsi huic Epitomæ præmissa videas. Trogi nomen habuere et alii. Varro quidem lib. V. de L. L. 'T. Quinctium Trogum' nominat. *Vorst.* Is sub Augusti seculo vixit. Avus e Vocontiis, Galliæ Narbonensis populo, Sertoriano bello civitate a Cn. Pompeio donatus; a quo et nomen accepisse videtur. Pater ejus sub Jul. Cæsare militabat. De his vid. inf. l. XLIII. c. 5. Scripsit etiam de Animalibus, quo nomine sæpius a Plin. et Charis. laudatur. Ejus eti-

am meminere Servius, D. Hieron. Augustin. Oros. Priscian. aliique. *Ox.*

Corporis] Hoc de *σωματοποιΐᾳ* accipe, non de robore corporis, ut Hispanicus interpres. *Bern.*

Rem magni et animi et corporis adgressus] Scribe *animi et operis.* 'Res' enim 'magni operis' est quæ vario et multo labore constat: vox hæc ab architectura, sive vulgari sive militari, petita est: nam et *opera* sunt, quæ struuntur, ut ap. Suet. in Jul. 'Operibus exornare urbes:' et ap. eund. in Octav. 29. 'Publica opera plurima exstruxit:' et Tib. 47. 'Princeps neque opera ulla magnifica fecit:' et munitiones in oppidis oppugnandis, ut 'Opere instituto' ap. Cæs. VII. B. G. 70. et Suet. in Jul. 35. 'Maximis obsessum operibus:' et, prout structura multiplex est, *magni* vel *parvi operis* res vel munitio vocatur. Sen. Ep. 55. 'Speluncæ duæ magni operis:' et Liv. XXII. 57. 'Oppidum magno opere munitum:' et XXVI. 3. 'Quum jam parvi operis munitio esset.' Hinc igitur transfertur ad alias molitiones. Plin. XXXV. N. H. 10. 'Corpora enim pingere, et media rerum, est quidem magni operis.' Curt. VII. 13. 'Magni operis videbatur tam vastam voraginem explere.' *Gronov.* Nihil facit corpus ad meditationes eruditorum. Pygmæus sit, an Polyphemus, qui ad scribendum se applicat, est perinde, modo valeat animo et ingenio, laboribusque ferendis par sit. Qui *corpus* hic accipiunt pro libro, iis Lat. linguæ genius adversatur. Non enim dixeris *rem magni corporis* seu *libri aggredi.* Ms. Marq. Gudii, et Juntarum ed. præstantissima, quam Bongars. et alii editores non viderunt: *rem magni animi et operis aggressus est.* Hæc Justini est scriptura. Imitatur Livium, qui in Præf. 'Res est præterea immensi operis, ut quæ supra quingentesimum annum repetatur.' Quintil. Inst. I. 4. 'Quæ vel sola [ars] omni studiorum genere plus habet operis, quam ostentationis.' Ov. IV. ex Ponto: 'Quodque aliis opus est, hoc tibi ludus erit.' Sic et Græci *ἔργον* pro labore. Aristot. VI. de Hist. Animal. *Ἔργον μὴ συνήθει ὄντι καταμαθεῖν ταῦτα: Res magni operis est rerum istarum insolenti eas perdiscere.* Contra *οὐδὲν ἔργον* notat *non est difficile.* Philippus ap. Stobæum in Olynthia: *Πύκτῃ τ' ἐπιτιμᾷν οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ*; h. e. *Reprehendere pugilem pugnantem non est difficile.* H. locum H. Grotius *ὁ πάνυ* in Florilegio prava distinctione laborantem male interpretatus est: *Et castigare pugilem cum a pugna vaces*; conjungens *οὐδὲν ἔργον μαχομένῳ.* Sed Græcis hæc loquendi ratio est ignota. Quin et h. locum Justini ex conjectura sic dudum restituit Gronov. Firmatur etiam auctoritate vetusti cod. Anglicani, testante id editore Justini Oxon. *Græv.* Legendum *operis*, non *corporis*; rem 'operosam,' difficilem et arduam, suscipere illum significat, qui historiam universalem complecti, eamque ab origine rerum ad sua tempora velit perducere; id quod a Trogo Pomp. præstitum fuerat. Hæc lectio ex Juntarum ed. revocata est a J. Græv. Doctore præstantiss. *Faber.* Legebatur vulgo *rem magni et animi et corporis.* Sed optime locum h. restituit cl. Græv. quod ex cod. Ms. Marq. Gudii et vetere typis expresso Juntarum pro *corporis* rescripsit *operis.* Est autem *res magni operis* dictum ita, ut Liv. in Præf. dicit 'Res immensi operis.' Qui *corporis* legerunt, intellexerunt, vel de robore corporis, ut Interpres Hispan. vel de *σωματοποιΐᾳ* ipsius libri, ut Berneccer. et alii. Verum neutro sensu consistere vox hic potest. Magnitudo et robur corporis ad scribendos libros nihil quicquam faciunt. Et quia 'animi' antecedit *τὸ corporis*, si omnino legend. esset, non de libri,

sed de hominis, corpore intelligendum esset. *Vorst.* Ms. Gudii et Ed. Junt. *et animi et operis*, quod recte probant cl. Græv. et Vorst. *Schef.*

§ 2 *Nonne nobis Pompeius*] Ms. Anglicanus *non minus nobis.* Sed a vulgatis non est recedendum. Nam et longe suavior est ista interrogatio, et pluribus Mss. iisque vetustiss. quibus præcipue Bongar. usus est, nititur. Sed nec loco movend. quod in optimis libris, tam editis quam manu exaratis, repetitur, *videri debet.* Est enim hoc priscæ elegantiæ. Cic. VI. Fam. 6. 'Quare, quando, ut augures et astrologi solent, ego quoque augur publicus ex meis superioribus prædictis constitui apud te auctoritatem augurii et divinationis meæ, debet habere fidem nostra prædictio:' h. e. Si quid veri unquam dixi, hoc verum est, quod tibi scribo, et pro verissimo, quod certissime futurum est, habendum. Serv. Sulpicius ad Cic. in IV. Fam. 5. 'Hem nos homunculi indignamur, si quis nostrum interiit, aut occisus est, quorum vita brevior esse debet, cum uno loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant:' Natura hæc est hominum, ut necessario citius eis sit pereundum, ut non possint tam diu durare. Petron. 'Hic boni nescio quid debet esse:' Quantum certis et veris conjecturis assequi possum, hic est aliquid boni. Hæc vis est hujus verbi 'debet' in his similibusque locutionibus, quæ frequentiores in Tullio reperiuntur. Sic et scripsit in hac Præfatione Justinus. Sententia est: Si alii scriptores sibi videntur rem magni laboris aggressi esse, cum unius populi res gestas memoriæ mandant, Trogum Pomp. sane, si recte sentimus et judicamus, stupenda et plusquam Herculea audacia gentium omnium origines et facta describenda suscepisse, fatendum est nobis. *Græv.*

§ 3 *Sese gregatim*] Mire hic variant libri scripti; ego lectionem quam sine litura habebant duo Mss. secutus sum, explosa vulgata, quæ nulli rei est, imo contra mentem Auctoris est. *Bongars.* Angl. *inter se gregatim*, quod notarum auctor explicat 'sine ordine.' Puto potius innui multitudinem eorum, quo appareat Herculea illa audacia unius colligentis labores tam multorum, de quo supr. Justinus. Itaque servo, et tantum scribo, *inter sese gregatim.* Sane illud *se gregati*, quod est in ceteris, sat idoneum non habet sensum. At jam præcedit 'prout commodum cuique visum,' quod illud *se gregati* satis ostendit. At 'gregatim' sic usurpat Noster etiam alibi: vid. XIII. 8. 2. *Schef.*

Occupaverunt] Lego, *occupaverant*, et ita quidam impressi libri. *Fab.*

Omissis] F. leg. *admistis.* Cic. II. de Orat. 4. 'Nam Græci, ut ingenio excelluerunt, ita hoc audiunt, quod non adhibuerunt semper judicium.' *Gron.*

§ 4 *Cognitione dignissima*] Tac. A. XIII. 31. 'Ex dignitate pop. Romani repertum est, res illustres memoriæ mandare.' Marcellin. XXVI. 1. 'Historia, discurrere per negotiorum celsitudines adsueta, non humilium minutias indagat causarum,' &c. Add. Gunth. Ligur. lib. I. v. 14. Sc. huj. præcepti Justinum ipsum non ubique memorem, passim Lector attentus animadvertet. *Bern.*

§ 5 *Ad te, non tam*] Vulgo editi, *ad te, Imperator Antonine, non tam.* Quam *προσφώνησιν* Vir summus Jac. Bongars. Justini sospitator unicus, in antiquis codd. inveniri negat: et obtrusam apparet ab iis, qui Justinum hunc epitomatorem eundem putarunt cum illo philosopho et martyre, qui anno Chr. 153. Librum Apologeticum pro Religione Christiana Imp. Antonino obtulit. At hi non nisi nomine conveniunt; alter Christianus et Græcus: Gentilis alter et Latinus. Adde quod oblatum

Imperatori Librum ‘ emendandi causa’ (nam hoc dicit Auctor) credi vix queat. In quibusd. codd. Mss. hic Noster dicitur *M. Junianus Justinus:* item *Justinus Frontinus:* ex quo, simulque stylo, de ætate qua vixit, an quid erui possit, viderint qui genios auctorum seculorumque possident. *Bern.* Antiquiores quæd. edd. habent sic: *Quod ad te, Imperator Antonine.* Verum Bongars. illud *Imp. Ant.* expunxit; quod in Codd. Mss. id non reperiret. Et adstipulatur ei Bernecc. qui nec credibile esse ait, ‘ emendandi causa,’ ut Auctor loquitur, librum oblatum fuisse Imperatori. Joh. Is. Pontanus tamen et Gerh. Joh. Voss. τὸ *Imp. Ant.* genuinum esse putant; neque offendere quemquam debere familiarem illam qua Imperatorem compellat orationem, quod constet Plinium item in Præf. N. H. ad Vespasianum eadem parrhesia usum esse, dicendo, ‘ Vespasiano suo;’ item ‘ Jucundissime Imperator.’ Observandum autem et illud, quod Bongars. ex Codd. Mss. edidit: *Quod ad te, non tam cognoscendi magis quam emendandi causa;* et Berneccerus illud *magis* rursus expunxit. Mihi vero cum Voss. τὸ *magis* potius retinendum, et contra *tam* expungendum videtur, legendumque adeo: *Quod ad te, Imperator Antonine, non cognoscendi magis quam emendandi causa.* Vor.

Quod ad te, non tam] Sic scripsisse Justinum, non est verosimile; nomen enim ejus requiritur, ad quem scripsit, sive hic posuerit, sive in Præfationis huj. fronte. Igitur Voss. in Historicis Græcis existimat fuisse olim: *Quod, Antonine Im., non cognoscendi magis, quam emendandi, causa transmisi,* atque *ex Antonine Im.* factum esse *ad te non.* De re non abnuam; at emendatio non placet. Vett. ipso Voss. teste ita habent: *Quod ad te non tam cognoscendi magis, quam emendandi, causa transmisi.* Ex quibus verbis colligo, lectionem veram ita sese habuisse: *Quod ad te non tam cognoscendi, Marce Antonine Cæsar, quam emendandi, causa transmisi.* Error totus natus est ex compendio scripturæ, quo quis nomen *Imperatoris* per solas litteras initiales expresserat, h. modo: *m. a. cæs.* Has litteras quia non intelligebat, qui debebat describere, conjunxit, et ex eis fecit *maces.* Post supervenerunt alii, qui emendarunt sc. et ex eo fecerunt *macis,* et postremo *magis.* Esse autem emendationem nostram illa altera meliorem, vel ex eo paret, quia retinet illa *ad te,* quæ non possunt abesse, cum τὸ ‘ transmisi’ omnino ea requirat. Sed et *tam* respondet melius τῷ ‘quam,’ quam *magis.* Quod autem hic objicitur, oblatum Imperatori librum emendandi causa credi vix posse, hoc ut alibi fortasse locum habeat, sic in Antonino valet nihil, quem est notum fuisse literarum omnium non modo amantissimum, sed et studiosissimum. *Schef.*

Cato] In princ. Originum M. Cicero pro Planc. c. 27. meminit et Columella fine lib. II. *Bongars.* Et Symmach. I. Ep. 1. Galbam contra Suetonius c. 9. 5. dicere solitum refert, ‘ quod nemo rationem otii sui reddere cogatur. *Bernec.*

Simul ut et otii mei, cujus et Cato reddendam operam putat, apud te ratio constaret.] Locus corruptus: lego, *simul ut et otii mei, cujus et Cato reddendam rationem putat, apud te ratio constaret.* Neque enim *reddere operam otii sui,* sed *rationem,* Latine dicitur. Adde quod et quæd. vett. Justini edd. hanc lectionem secutæ sunt; quam ego a posterioribus editoribus rejectam fuisse demiror. *Faber.* Cato ipse, ad cujus verba Noster alludit, usus videtur phrasi ‘ rationem reddere.’ Cic. enim in Orat. pro Planc. ubi Catonis istud laudat, sic habet: ‘ M. Catonis illud, quod in principio scripsit Originum suarum, semper magnificum et

præclarum putavi, clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem extare oportere.’ Et Colum. ubi ad idem illud alludit, i. e. in ext. lib. XI. scribit: ‘Tam otii quam negotii rationem reddere majores censuisse.’ Et sunt quoque edd. vett. Justini, quæ omnino sic habent: *cujus et Cato reddendam rationem putat.* Bongars. tamen, cum in Codd. Mss. reperiret *reddendam operam,* ita plane rescribend. putavit. Et habet quoque ita vetus typis expressus Becharii. Si igitur Justin. ita omnino scripserit, fecerit illud ideo, ne vocabulo *rationis* bis uteretur; cum mox additurus esset, ‘ apud te ratio constaret.’ Sed quid sibi vult *operam reddere?* Aliis *operam reddere* nihil est aliud quam, operam edere, operari. Cic. XVI. Fam. 10. ‘ Tu Musis nostris para ut operas reddas.’ ‘Operæ,’ quas Musis suis Tironem reddere volebat Cic. erant ipsius Ciceronis aliorumve scripta recitare, scribere, evolvere, examinare. At Justin. *operam* posuit pro opere, i. e. pro eo quod per operam efficitur, postque eam relinquitur. Qua notione ipsum quoque Ciceronem vocem usurpasse docuit me vir summus J. F. Gronov. Nimirum XV. ad Att. 13. verba ejus sunt: ‘ Quid quæris? Exstabit opera peregrinationis hujus.’ Pro quo v. 4. ad Att. legitur sic: ‘ Curabo ut hujus peregrinationis aliquod tibi opus exstet.’ *Vorst.* Bongars. *reddendam operam.* Vetustiores alii pro *operam* habent *rationem;* quo modo et Cato ipse locutus videtur. Verum vix sic scripserit Justinus, propter sequens ‘ ratio constaret,’ ingratissime repetitum. Ergo præfert *operam* Vorst. quoque, ac per, opus, putat explicandum, quomodo ‘ operam’ pro opere usurparit ipse Tullius XV. ad Att. 13. Quamvis autem ita usurparit ipse, nihil tamen facere id arbitror ad locum præsentem, quippe cujus ita pareat sensus, quem Noster ex Catone proponebat. Longe namque aliud est, ‘ reddere rationem otii,’ et ‘ opus aliquod reddere’ vel ‘ producere per otium.’ Itaque nil certius, mea quidem opinione, quam scripsisse Justinum, *cujus et Cato reddendam putavit,* omisso vocabulo *rationis,* quod ex seqq. etiam hic intelligend. Certe illud *operam* a glossatore adjectum, qui putabat locum esse mutilum, constat vel ex eo, quia *rationem* alii pro eo substituere, fine prorsus eod., nisi quod rectius putarent ex seqq. huc posse transferri. *Schef.* Non frustra manu exarati omnes, *operam,* ut et Junt. Impressi nonnulli vetustiores substituerunt *rationem* contra membranarum fidem. Non est vero simile, ut docti viri monuerunt, paucis verbis interjectis, eandem vocem usurpasse Justinum. Nihil igitur contra vetustorum omnium librorum, quos docti consuluerant, consensum est immutandum. Sicut enim Tullio ‘ opera profectionis’ recte dicitur opus, quod elaboravit in profectione; quod ostendit, quomodo tempus, quo abfuit urbe, collocarit, in XV. ad Att. 13. sic et *opera otii* est opus, quod elucubravit in otio: quod declarat, quam bene sit usus otio. *Reddere* autem *operam* pro, edere operam seu opus, cur non licuit dicere Justino, cum licuit Terentio Andr. III. 1. et Suet. Domit.? Et ‘ reddere ludos,’ pro, edere, et ‘ reddere justa,’ Catoni pro, dare justa. Vere enim Celsus L. 94. de Verb. Signif. ‘ Verbum reddendi quamquam significatum habet retro dandi, recipit tamen et per se dandi significationem.’ Ap. Petron. ‘ Apodixim defunctoriam reddere’ est, specimen edere leve; ut recte vexatissimum locum exposuit ὁ πάνυ J. F. Gronov. lib. IV. Obs. Nec alia vocis *reddere* notio est in illo loc. quem Vorst. attulit ex Cic. Fam. ‘Tu Musis’ &c. Nam pro hoc Seneca dixit de Provid. c. 2. *edere operas:* ‘ Ferrum istud, civili bello purum et innoxium, bonas tandem ac nobiles

edet operas:' quamvis locutio integra aliud notet quam hic *operam otii reddere*. Græv.

§ 6 *In hoc tempore*] Ita edd. antiquiores Becharii, Majoris, Sichardi. At Bongars. maluit *in tempore*, extruso pronom. demonstrativo. Quod tamen videtur abesse non posse; ut videl. designetur tempus, quod tunc erat, cum Auctor scriberet; quia mox de tempore futuro verbis 'apud posteros' subjuncturus erat. *Vor.*

In hoc tempore] Sic recte Vorst. ex vett. edd. quibus adstipulatur Junt. et liber Angl. *Græv.*

Apud posteros &c.] Ov. I. Eleg. 15. 'Pascitur in vivis livor, post fata quiescit. Tunc suus ex merito quemque tuetur honos.' Add. Martial v. Ep. 10. Sall. fin. Orat. II. ad Cæs. Gebhard. ad Catull. p. 232. f. Tac. IV. A. 35. 3. 'Suum cuique decus posteritas rependit.' *Bernec.*

LIBER I.

Historiarum Philippicarum] Quarum *ἐπιγραφὴν* a Trogo esse vett. librorum consensus arguit. Philippicas autem quare inscripserit, difficile est judicium. Nam velle ex hac Epitoma de integro Trogi opere judicare, desipere est: ita Trogum male accepit hic, quisquis fuit, Justinus. Qui dum resecare cupit, quæ nec jucunda erant et minime necessaria, optimum autorem prorsus evitavit, ut vetus poëta loquitur. Ego putaverim Philippicam Historiam Trogo Macedonicam esse, princeps nempe huj. operis argumentum. Nam a VII. lib. ad XLI. regnum Macedonicum describit: cujus a Philippo, Alexandri patre, dignitas cœpit, ita ut id 'Græciæ et Asiæ cervicibus, velut jugum servitutis, imponeret,' ut ext. lib. VI. Justinus: et eum Auctor Prologorum 'Magnum' vocat. Quæ autem Philippico imperio præmisit, arbitror esse *Mundi origines*, quas vett. librorum titulus jactat: *Terræ* autem *situs*, quos eadem pollicetur inscriptio, esse descriptiones regionum, quæ in Justino fere nullæ, in Trogo frequentes fuerunt: ut indicant Prologi, quos ex Mss. codd. produxi in 'luminis oras.' *Φιλιππικὰ* Theopompi citantur ab Atheneo passim; quibus historiam Philippi libris 58. complexus est, ut Diod. refert lib. XI. Quinque autem libros eum inseruisse a Philippi historia alienos, idem Diod. auctor est, e quibus tres res Siculas continebant. Non est autem aspernanda P. Pithœi conjectura, Trogum Theopompi æmulatione atque exemplo Historias suas, ut Demosthenis M. Tullium Orationes suas in Antonium, Philippicas inscripsisse. *Bong.* Observat eruditiss. Notarum Anglicarum Auctor, in quibusd. Mss. legi: *Historiarum Philippicarum, et totius mundi originum, et terræ situs ex Trogo Pompeio.* Plane sicut quondam fuit editus a cl. Bernecc. *M. Juniani* prænomen alii omittunt, et *Justini* vocabulo apponunt cognomen *Frontini*, de quo jam a Voss. est actum in opere de Scriptoribus Lat. *Schef.*

CAP. I. § 1 *Principio rerum*] Totum h. locum transcripsit August. IV. 6. Civ. D. Compara hæc cum iis, quæ initio Catilinarii Sallustius, cujus studiosum fuisse Justinum, aut Trogum ipsum, et hic locus, et alii, satis indicant: et, quæ in princ. lib. II. de rebus Scythicis, 'quæ satis amplæ magnificæque fuerunt,' eadem totidem verbis de Atheniensibus Sallust.

Vid. ad h. l. M. Cic. III. Leg. 2. et. II. Off. 12. Arist. I. Polit. 1. Tac. III. A. *Bongars.* Arist. IV. Polit. 3. 'Primum maximeque divinum regnum.' Sall. Cat. 2. 1. *Bern.*

Hujus majestatis] Ms. Col. N. *tantæ majestatis.* Oxon.

Ambitio popularis] Ea est, cum 'potentia ex vulgi adulatione quæritur,' inf. XIII. 3. 2. De qua questus Sall. Cat. 52. 21. 'Omnia,' inquit, 'virtutis præmia ambitio possidet.' *Bern.* Interim Autor respicit duas factiones, quæ et olim hodieque frequentes sunt in rebus publicis. *Gron.*

Moderatio] Cujus effectus est, ut 'recusantibus imperia ingerantur,' prout de Epaminonda loquitur VI. 8. idemque probat clare locus Livii V. 18. 'Licinium Calvum prærogativæ tribus militem non petentem creant, moderationis expertæ in priori magistratu virum.' *Idem.*

§ 2 *Populus nullis legibus, &c.*] Idem fere de Romanis tradit in Enchiridio suo de Origine Juris his verbis Pomponius JCtus. L. 2. § 1. 'Initio civitatis nostræ populus sine lege certa, sine jure certo, primum agere instituit: omniaque manu a regibus gubernabantur.' Dionys. lib. X. *Τὸ δικαιωθὲν ὑπὸ βασιλέων τοῦτο νόμος ἦν.* Vid. et Josephum contra Appion. lib. II. et Homerum, qui non utitur legum nomine, quod nullis tum legibus Græciæ populi tenerentur, inquit Cujacius. *Mod.* Idem fere de priscis Romanis tradit Tac. A. III. 26. Dionys. X. 1. Pompon. in Ench. de Orig. J. Homerus nuspiam utitur 'legum' nomine, quod nullis tum legibus Græciæ populi uterentur, inquit Cujacius. Nec male hoc, ut in illa ævi simplicis innocentia. 'Leges in facta constituuntur: quia futura in incerto sunt,' Tac. III. A. 69. Euseb. III. 23 *Bern.*

§ 4 *Primus omnium Ninus*] Oros. II. 2. 'Omnes Historiæ antiquæ a Nino incipiunt: omnes Historiæ Romanæ a Proca exoriuntur:' ita habet Ms. popularis mei P. Danielis, viri studiis bonarum artium præclariss. cum in impressis desit prius membrum. Est autem Ninus primus *τῶν εἰς ἱστορίαν καὶ μνήμην παραδεδομένων.* Diod. II. 1. quem vid. Et a Nino Chronici initium sumsit Euseb. *Bongars.* Augustin. Quæst. ex utroque Test. cap. 115. T. IV. *Bernec.* Hic fortassis est ille, qui in sacris literis Nimrod vocatur. Sane Nimrodi ævo Ninive sive Ninus urbs jam extitit, atque a Nimrodo condita illa fuit; ut ex Gen. X. 11. apparet. Deinde quæ ab historico sacro Nimrodo, et a Justino aliisque Nino, tribuuntur, eadem fere sunt; ut enim Justin. scribit, 'Ninum veterem et quasi avitum gentium morem nova imperii cupiditate mutasse, et primum finitimis bellum intulisse:' sic de Nimrodo Moyses Gen. X. 9. quod 'inceperit potens esse in terris,' quodque 'potens fuerit venatione coram Domino,' i. e. quod bellator fuerit potens; ut in cap. XVII. Comment. de Hebraismis N. T. *ῥῆσιν* exposuimus. Habuerit igitur Nimrodus duo nomina, et alio nomine dictus fuerit Ninus, atque ab ipso nominum istorum altero urbem, quam condidit, Niniven, vel, ut scriptores profani appellant, Ninum, denominaverit. *Vorst.*

Avitum] Mss. *habitum.* 'Habitus' pro, avitus, et 'habe' pro, ave, scripsisse vett. notum est. Varro ap. Non. 'Quibus instabilis animus ardens mutabiliter habet habere, et non habere:' ibi enim 'habet' est, avet. *Bongars.* Bongars. maluit *avitum gentibus morem.* Sed non video, quo istud tertii casus vocabulum referri possit. Neque enim videtur dici posse *mos avitus genti;* sed dicend. potius esse *mos gentis avitus.* Et sane antiquiores typis expressi, Bech. Maj. Sich. *gentium* habent. *Vorst.*

§ 5 *Rudes adhuc ad resistendum*] Thucyd. I. p. 51. *Ἀδυνάτους ἀμύνασθαι.* Ælian. VI. 5. de Animal. *Ἐρήμους τῶν ἀμυντηρίων. Gron.*

§ 6 *Temporibus antiquiores*] Angl. *temporibus antiquis*. Quæ est præstantissima et historiæ convenientissima. Nam alias Vexorem Nino antiquiorem fuisse, falsum. Vid. Rupert. ad Besoldi Synops. *Schef.* Minime sollicitanda est lectio vulgata. Nam si *temporibus antiquis* recipimus, perversa est ratiocinatio Justini. Quid enim hoc ad rem, quod antiquis temporibus post Ninum fuerint Sesostris et Tanaus, qui longinqua bella gesserunt? Hæc vero est argumentatio ejus: Sesostris et Tanaus fuerunt antiquiores quidem Nino, et bella gesserunt ante Ninum, sed longinqua, non finitima, ut Ninus. Erravit quidem Justin. in ratione temporis, sed in Ægyptiorum regum temporibus computandis alios est secutus auctores, quam Ctesiam, cujus probavit Historiam Assyriam falsissimam, æque ut ceteri. *Græv.*

Vexoris] Turnebus, quod nullam usquam hujus regis mentionem exstare videret, quæque hic scribuntur, Herodotus lib. II. 'Sesostri' tribuat, ejusdem nomen quoque hic reponendum censet: præsertim, inquit, cum vetus scriptura sit *Suexores*, quæ ad *Sesostrem* propius accedit; ego, ut de suis quibusd. monet Bongarsius, reperio in meis quoque Mss. partim *Vizores*, partim *Vezores*. Mod. Turnebus, vir magnus, et veluti Sol quidam Philologiæ, lib. II. Advers. c. 15. quod nullam usquam huj. regis mentionem extare videret, quæque hic scribuntur, Herodotus lib. II. 'Sesostri' tribuat, ejusdem nomen hic quoque reponendum censet: et fecissem, nisi ipse mihi legem dixissem, nil absque Mss. Codd. autoritate temere mutandi. Variant autem illi ut plerumque in propriis nominibus: *Vizores*, *Vezores*, *Vexores*, *Vexoris*, *Suexosis*, quod postremum ad *Sesostrem* propius accedit. Tac. II. A. 60. 5. videtur 'Rhamsen' appellare. *Bernec.* In Mss. quibusd. legitur *Suexosis*: pro quo alii *Sesostris*, ut et Herod. lib. II. Malim scribere *Sesoosis*, vel *Sesosis*, quod propius accedit. Σεσόωσις sane a Diod. passim appellatur 'Sesostris.' Sed et aliis quibusdam sic dicitur. Nonnullis et 'Sesonchis,' vel 'Sesonchosis.' Vid. Scholia ad lib. IV. Apoll. Rhod. Quisnam vero sit, quem hic Justinus 'Tanaum' vocat, affirmare non possum. Herod. Melpom. primum Scytharum regem facit 'Targitaum.' Qui forte idem est. *Voss.* Libri *Vezores Ægyptius*. Sesostris, qui et Sesosis, et Ramesses et Ægyptus, Armais sive Danai frater, qui filii Amenophis, Græcis Beli, ejus ipsius, qui Israëlitis excedentibus Ægypto in Rubro Mari submersus est. Usserius ætate M. quarta p. 304. n. 2510. *Gronov.* Junt. ed. *Sesostres*: leg. *Sesostris*: ut recte jam olim Turneb. Sic enim Herod. dicitur lib. II. et Val. Fl. lib. IV. 415. 'Cunabula gentis Colchidos hic ortusque tuens: ut primo Sesostris Intulerit rex bella Getis; ut, clade suorum Territus, hos Thebas patriumque reducat ad amnem Phasidis; hos imponat agris, Colchosque vocari Imperet.' Sesostrim eum regem esse, qui in obelisco ap. Marcellin. XVI. dicitur 'Rhamestes,' ab Euseb. et Joseph. 'Ramesses,' a Maneth. 'Setosis,' recte docuerunt Scaliger ad Euseb. et H. Valesius ad Marcellin. Istum Sesostrim autem esse Sesacum illum, qui templum Hierosolymitanum diripuit, dubitare nos non sinunt, quæ nobiliss. Marshamus de ejus ætate in Ægyptiorum Chronologia disputavit accurate in Ægyptiaco Canone. Nam ante h. Sesostrim Ægyptii nihil præclari patrios extra fines gesserant, nec tam victoriis, quam cladibus, fuerunt nobiles. Quin in ipsa patria sæpe peregrina Æthiopum et Arabum imperia per aliquot secula sunt passi. Non mirum autem eum spoliasse hostilia templa. Non tamen propterea lupi aut tyranni infamiam

subiit. Nec movere nos debet, quod tam longe feratur vixisse ante Ninum. Decepit Trogum, ut plerosque alios, mendacissimus Ctesias, qui primus Assyriorum regno tantam tribuit antiquitatem, ut ejus initia in secundum a diluvio seculum incidant. Cum satis certo constet cum ex silentio scriptorum antiquissimorum, Mosis, Auctoris libri Josuæ, Judicum, Samuelis, Homeri, (qui, si tam illustre fuisset Assyriorum imperium, ut totius Asiæ fere per tantum tempus fuerit potitum, non potuissent non ejus mentionem facere, nec passi essent illi tam potentes reges, aut eorum præfecti, impune sibi eripi florentissimas regiones a Josua;) tum ex testimonio Herodoti, qui lib. I. tradit Semiramidem 5. generationibus floruisse ante Nitocrin matrem Labyniti, quem Cyrus vicit, h. e. vix 200. annis ante Cyrum regnum Assyriorum tum nondum fuisse ortum, cum a Ctesia scribitur deletum fuisse. Ne dicam id arguere inania regum, qui post Ninum et ejus uxorem commemorantur, nomina. Quando Ægyptus a Nino et Semiramide, si Ctesiæ credimus, subacta jugum hoc excussit? Altum de his omnibus in Ægyptiorum historiis silentium. Nihil falsius commentitia Assyriorum antiquitate. Verissimum videtur, quod Herodotus prodidit, per 500. annos Assyrios in Asia Superiore rerum potitos esse: nec tamen videntur regni huj. initia valde fuisse clara, sed perexigua. Tum autem floruit maxime, cum illius potentia in Sacris Literis tantis laudibus extollitur, et factis ipsis ostenditur. Quo autem tempore maxime in Hebræorum libris commemoratur viguisse Assyriorum regnum, si Ctesiam sequimur, dudum nullum fuit, quippe quod ante fuerit a Medis exstinctum, penes quos rerum summam tum per 200. fere annos fuisse credunt et tradunt. Sed istarum notularum angustiæ non permittunt ut hæc pluribus persequamur, quod alibi forte faciemus diligenter. Hæc tantum hic libuit annotare, ut scrupulum eximamus lectoribus, quem vir eruditiss. movit, cum propter temporum rationes, secundum Ctesiæ calculos falsissimos, repudiandam censuit opinionem de Sesostri, qui corrupto Vexori erat substitutus. *Græv.* Dici vix potest quot et quantas hic locus turbas dederit; dum se omnes omnia scire postulant. Rem ego ad pauca contraham, neque me prolixiorem fecero. Turnebus pro *Vexoris* legend. censet *Sesostris*, quod ego omnes, ob tanti viri auctoritatem in literis humanioribus, amplecti video. Sed frustra et temere id ab Adr. Turnebo assertum est. At, inquit, in secunda Musa Herodoti multa de Sesostri, eaque sane perquam magnifica et illustria, referuntur. Sed quid tum? An ideo Vexoris Justini repente fiet Sesostris Herodoti? At hoc nec fieri potuit, neque ferri potest. Proteus enim ex Herodoto ipso post Pheronem in Ægypto regnavit; ante Pheronem Sesostris; ergo res planissime falsa est, quam isti tam facile credidere. Dixerit aliquis, hæc, quæ a me dicuntur, nullam fidem facere. Imo autem vel maximam, atque adeo certissimam. Nam Proteus ex Herod. et Homero ipso, qui multo antiquior est, temporibus belli Trojani ap. Ægyptios florebat: unde necessario efficitur, Vexorin non posse esse Sesostrin, cum Vexoris tam multis annis ante Ninum imperii Assyriaci conditorem vixerit. Plane enim et diserte hoc ponit Justinus, 'multo antiquiorem fuisse Nino.' Itaque, ut dicam quod sentio, Vexoris ille fabula ethnicorum fuerit, nihil aliud, nisi tu multa alia, eaque certiora, inter fabulas haberi voles; certe nobis ignotus est, neque Sesostris esse potest. Nam cum Ninus non multo post diluvium Noachi

ap. Assyrios regnare cœperit (quæ constantissima doctorum hominum sententia est), qui tandem fieri possit, ut tam multis ante ipsum annis Vexoris in Ægypto regnarit? Eod. quoque videtur referend. quod Trogus, Justino teste, scripsit, Ninum tributi pendendi finem fecisse, quod Scythæ ceteris Asiæ populis imposuerant, per 1500. annos ante ipsum Ninum. Hæc enim nisi fabulis et commentis veterum accensebis, in multa, eaque gravia, incommoda tibi incurrendum fuerit, si te animi cogitatione ad rerum originem referes, qualis hodie ex fide libr. Sacrorum confirmata est et constabilita. Nunc alio etiam nostra convertatur oratio (quanquam nihil hæc ad Vexorin). Sunt, iique viri doctiss. qui ita dicant: Sesostrin Herodoti illum ipsum esse, quem Hebræorum monumenta 'Sesacum,' seu 'Susakeim,' vocant. Sed id fieri non potest; nam ille Sesac vehemens lupus, et merus rapacida, qui clypeos aureos, &c. sub primulam regni Hebraici divisionem floruit, quod a nemine possit negari; at Sesostris ante bellum Trojanum bibebat, ludebat, bellabat; excidium autem Trojanum sub finem Judicum, seu Ἀρχόντων Judaicorum, accidit. Unde igitur ille Sesac, nobiliss. ille latro, unde is esse Sesostris potuit? Hæc autem a nobis ad intendendam Lectoris diligentiam, et ad exacuendum animi judicium, scribenda esse existimavimus; quæ si lubuisset diffundere, et latius ac prolixius spargere, multum illa temporis, multum chartæ, occupassent; sed is mos nunquam noster fuit. *Fab.* Inf. II. 5. 8. 'Vexoris rex Ægyptius.' Ceterum quæ Noster Vexori, ea Herod. Sesostri, tribuit. Unde Turneb. hic quoque *Sesostris* legend. censet. Et sane vetus ed. Junt. ut et Græv. testatur, manifeste *Sesostres* habet. Quod autem id. Græv. ed. istam Bongarsio non visam putet, falli videtur. Notavit quoque ipse Bongars. ad II. 3. 8. Justini ed. Florentinam et h. et altero l. habere *Sesostres*. Atqui ed. Junt. qua de id. Græv. testatur, ipsa Florentina est, utpote Florentiæ anno 1525. curata. Sunt et varia alia, ex quibus colligi licet, eand. illam Junt. atque Florent. ed. quam Grævio videre contigit, et ex qua optimas quasd. lect. idem Auctori reddidit, et Bongarsio visam fuisse: etsi idem præstantiam codicis fortassis non sic ut par erat æstimaverit. *Vorst.* Nil hic mutem, etsi Junt. *Sesostres*, et revera hic fuerit qui aliis 'Sesostris.' Nomina enim propria variant in infinitum ap. scriptores. Cæterum hunc Vexorem non antiquiorem Nino, sed recentiorem, fuisse, pridem alii, interque ipsos etiam Rupertus ad Historiam Besoldi, docuere. *Schef.*

Tanaus] Is f. quem Jornandes 'Taunasin' vocat. *Bongars.* Idem videtur esse cum Targitao Herodoti. *Ox.*

§ 7 *Longinqua*] Ἐκδήμους στρατείας Thucyd. I. p. 6. Strab. II. p. 511. Ἐφόδους ἐποιήσαντο τὰς μὲν μακροτέρας, τὰς δὲ καὶ ἔγγυθεν. *Gron.*

Nec imperium sibi] Ita Scythæ inf. II. 3. 7. 'Victores nihil præter gloriam concupiscunt.' Flor. III. 10. 34. *Bern.*

Quæsitæ, &c.] Saxo Grammaticus I. Hist. Dan. p. 204. 14. 'Nec quæsitæ dominationis felicitate contentus': XIV. p. 317. 9. 'Quippe Saxones, proferendi imperii cupiditate, victoriæ lucra continua possessione firmare.'

§ 9 *Zoroastre*] Diod. II. 6. dicitur Ὀξυάρτης. *Bongars.* De hoc Plin. XXX. 1. D. Aug. XXI. 14. Civ. D. *Bern.* Scribit et Diod. lib. II. cum rege quodam Bactrianorum Ninum bellum gessisse: verum non Zoroastrem, sed Oxyartem, eum vocat. *Vorst.* De Zoroastri ætate incerta sunt omnia; tanta est opinionum discordia. Recentiorem fuisse, et in initio imperii Persici vixisse, Agathiæ aliisque credendum videtur. Vid. Marsham. in Canon. Ægypt. ad Sec. IX. *Græv.*

Qui primus dicitur artes magicas invenisse, et mundi principia diligentissime spectasse] I. e. physicam, ut XX. 4. de Pythagora: 'Hic Sami Demarato locuplete negotiatore natus, magnisque sapientiæ incrementis ornatus, Ægyptum primo, mox Babyloniam, ad perdiscendos siderum motus originemque mundi spectandam, profectus.' *Faber.*

§ 10 *Et ipse decessit*] Ælian. V. H. VII. 1. ex Dione refert, Ninum ab uxore Semiramide interfectum esse, cum hæc imperium Asiæ ab eod. ad 5. dies impetrasset. Diod. tamen tantum in vincula conjectum scribit. *Vorst.*

Ninya] Ita, uno excepto, vett. omnes: et Euseb. et Cassiod. Græcis est Νίννας, et ita ap. Agath. restituit Leunclav. lib. II. Variasse in hoc nomine auctores refert August. lib. XVIII. de Civ. D. cap. 2. *Bongars.* Qui et patris nomine 'Ninus' aliis, et a patre 'Ninius.' Alii 'Zameim' quoque dixerunt. *Bernec. Ninum* plerique Mss. legunt. Conon lib. 9. ap. Phot. Cod. 186. historiam hanc longe aliter narrat. *Ox.*

Semiramide] Præter Diod. II. 4. vid. Plut. in Ἐρωτικῷ cap. 10. et Ælian. Ποικ. Ἱστ. VII. 1. *Bongars.* Conon ap. Phot. Narr. IX. tradit, Semiramin, non uxorem Nini, sed filiam, fuisse. Ait præterea Justinus, illam, concubitum cum a filio petiisset, ab eod. interfectam. Conon vero longe aliter. Scribit enim, cum imprudens et ignara cum filio coiisset, re cognita, eid. nupsisse, et ex eo tempore licitum semper fuisse Persis commisceri matribus. *Voss.*

CAP. II. § 1 *Tractare*] Tac. II. A. 67. 'Qui regnum interim tractaret:' et Lucret. v. 930. 'Tractare vitam.' *Gronov.*

Vix patienter] Angl. *vix parentibus.* Quod videtur melius. Nam illud *patienter* superfluum, quia, ubi est impatientia, ibi nemo paret. Deinde verba, sicut nunc se habent, agunt de futuro. At Semiramis colligebat ex præsenti, quid sperandum metuendumve sibi esset. Itaque recte *parentibus*, tum scil. et proxime ante vivo adhuc Nino. *Schef.* Cave quicquam mutes contra tot codd. fidem. *Vix patienter parituris* est, quæ gravatim ægre parere soleant uni viro, nedum feminæ. Non movebit quenquam futurum. Non solum enim participia sunt omnium temporum, ut bene docuit Sanctius in Min. sed et futura sæpe in hac notione ponuntur, qua 'parituræ' hic positum esse ostendi, ut pluribus monui in Lectt. Hesiod. *Græv.*

§ 2 *Lineamentorum qualitas*] 'Qualitas' vox Ciceronis ævo nova, et ab eod. ad Græcum ποιότητος vocabulum formata, ut ex Acad. Q. I. apparet. 'Qualitates appellavit,' inquit, 'quas ποιότητας Græci vocant.' Quodque Cic. ibid. de vocabulo Græco dicit, 'non esse id apud Græcos vulgi verbum, sed philosophorum,' id ævo Ciceronis de ipso quoque Latino verum fuit. Usurparunt tamen vocem postea Scribon. Largus, Sen. Plin. Colum. *Vor.*

§ 3 *Velamentis*] Vett. alii *virilis vestis:* alii *calciamentis;* placet vulgata lectio. Lib. II. 'Prinsquam adversus calorem vel frigus velamenta corporis invenirentur.' Virg. VI. Æ. 221. 'Purpureasque super vestes, velamina nota, Injiciunt.' *Bongars.* Retinui vocem usurpatam Auctori etiam inf. II. 1. 6. Quanquam cl. Salmas. ὁ θαυμάσιος, in illis consummatissimæ doctrinæ Notis ad Hist. Aug. 223. E. ex fide Mss. codd. hic reponit *calciamentis*, et explicat, *fascias crurales et feminales.* Quo modo Pollux etiam ὑπόδημα vocat τὸ πέλυτρον: et Hesych. ἀρτῆρα, ὑπόδημα:

cum tamen ἀρτὴρ et πέλντρον pedulia sint potius, quam calcei. Ἀναξυρίδας certe s. braccas (Polluci proprium Persarum gestamen), ceterasque vestes illis coriaceas intio fuisse, tradit Herod. I. 71. *Bern.*

§ 4 *Mentita*] Saxo VII. p. 125. 37. 'Femineam mentitus effigiem.'

§ 7 *Hæc Babyloniam condidit*] Quod ipsum tradunt Strabo lib. XVI. princ. Diod. II. 7. Solin. cap. 56. princ. et alii. Verum Herennius Philo a Babylone Beli fil. conditam scribit, qui fuit 1800. annis antiquior, teste Steph. de Urb. in Βαβυλών. Curtius V. 1. 42. Belum, patrem Nini, conditorem facit, quem a Nimrodo non distinguunt Eusebius in princ. Chronic. Hieron. in c. 11. Oseæ. August. de Civ. D. XVI. 17. sed Herodotus (inique a Steph. d. l. reprehensus) rectissime lib. I. 184. Babyloniam a multis Assyriorum regibus conditam fuisse paullatim. Unde Marcellin. XXIII. 20. 'Mœnia quidem urbis a Semiramide constructa esse,' ait: 'arcem autem ab antiquissimo rege Belo:' et Oros. II. 6. 'Babyloniam a Nemrod gigante fundatam: a Nino vel Semiramide reparatam.' At Nemrodum quidem primum conditorem faciunt et Josephus I. Ant. Jud. 6. Zonar. tom. I. et Cedren. in Hist. Comp. nec abeunt Sacræ literæ Gen. X. 10. *Bernec.* Hujus opinionis auctor est mendacissimus Ctesias. Babylon urbs condita est a regibus Assyriis longe post hæc tempora. Vid. Marsham. ad Sec. XVII. *Græv.*

Harenæ vice bitumine interstrato] Sequutus sum Cujacii doctoris mei Codicem: quod in constructione murorum Babylonis nemo harenæ aut picis meminerit. Diod. Τὰς πλίνθους εἰς ἄσφαλτον ἐνδυσαμένη. Vid. Curt. Ruf. lib. V. Marcellin. lib. XXIII. Oros. II. 7. Optimus optimi et clariss. Viri Cl. Puteani liber habet *harenæ pice.* Asulani ed. *arenæ et calcis vice.* Bongars. Harenam intellige calci permixtam: quo modo Plin. quoque XXXV. 15. m. 'Bitumen,' ait, 'calcis usum præbuisse, ita ferruminatis Babylonis muris.' Ubi item non calcem nudam intelligit, sed calcem arenatam. Alterutra enim sola in muris struendis locum non habet. Hinc de oratione non cohærente dictum a Caligula Suet. c. 53. 'arenam esse sine calce.' Perspicue magis quam necessario Ald. exemplar, *harenæ et calcis vice bit. int.* Salmas. ὁ πάμμεγας in Solin. 1228. C. 2. legend. censet, *arenati vice bitumine interstr.* Bene, et admisissem in textum, si vel unus Mss. Codd. addixisset. Est autem 'arenatum' Vitruvio VII. 3. fin. 'calx cum arena permixta.' Non placet quod est in ed. an. 1500. excusa, castigante Sabellico, *harena bitumine interstrata:* ut nec aliorum: *arena, pice, bitumine int.* quia in constructione murorum Babylonis harenæ et picis adhibitæ nemo meminit. Vid. Curt. V. 1. 43. Marcellin. XXIII. 20. Oros. II. 6. *Bernec.* Ed. Ald. *harenæ et calcis vice bitumine interstr.* Et sane calcis ea in re præcipuus usus est. Unde Plin. XXXV. 15. solam 'calcem' nominat, ubi de eod. bituminis usu agit; scribitque 'bitumen calcis usum præbuisse,' &c. Ceterum quod Codd. Mss. *arenæ* tantum, vel *harenæ*, habent, Salmas. in Exerc. Plin. in Solin. p. 1228. conjecit legend. esse *arenati vice:* uti calx arena permixta intelligi possit. Est enim 'arenatum' Vitruv. et Catoni 'calx arena permixta.' *Vorst.*

E terra exæstuat] Plerique vett. *et erectæ statuæ.* Semiramidem in regia χαλκᾶς εἰκόνας posuisse refert Diod. II. 8. et 9. et in templo Jovis τρία, inquit, κατεσκεύασεν ἀγάλματα χρυσᾶ σφυρήλατα Διὸς, Ἥρας, Ῥέας. Sed vulgata lectio confirmatur Cujacii libro. *Bong.*

§ 8 *Æthiopiam quoque regno suo adjecit*] Non concedet hoc Herod. lib. II. qui Æthiopiam ab nemine externo

unquam victam scribit; neque ego etiam credo Semiramidem eo usque extendisse imperii terminos. *Glar.*

§ 9 *Sed et Indiæ bellum intulit; quo præter illam, et Alexandrum Magnum, nemo intravit*] Expeditionem Herculis hic Noster oblitus est, qui multis ante seculis id præstitit, quod postea Alexander. Atque adeo id miror etiam magis, quod ipse Justin. XII. 7. dicat: 'Peragrata India, cum ad saxum miræ asperitatis et altitudinis, in quod multi populi confugerant, pervenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione ejusdem saxi terræ motu prohibitum. Captus itaque cupidine Herculis acta superare,' &c. Neque vero Herculis tantum, sed et Bacchi, immemor fuit, cujus tamen ipsius ab eo facta est mentio, eod. lib. c. 7. 'Cum ad Nysam urbem venisset, oppidanis non repugnantibus, fiducia religionis Liberi Patris, a quo condita urbs erat, parci jussit, lætus non militiam tantum, verum et vestigia se Dei secutum.' *Fab.*

Indiæ] Libri script. *Indis.* Gron.

§ 10 *Interfecta est*] Injuste. Inf. XVI. 1. 4. Add. Oros. I. 4. August. Civ. D. XVIII. 2. Ejus epitaphium habet Plut. in Apoph. et Stob. Serm. X. Herod. tamen I. 178. Nitocri tribuit, quæ Semiramide posterior est. *Bern.*

Duos et XL.] Præter unum Mss. omnes *duo et triginta: duo* antique pro *duos.* Et statim quidam vett. *regnum potita:* quomodo lib. XII. 'Qui postea regnum Iudorum potitus est:' et lib. VI. 'Potiti victoriam:' et lib. X. 'Ultionem potita:' et lib. XXXVII. 'Ne non diutinam administrationem regni potiretur.' Vid. Prisc. XVIII. qui ex Jug. Sall. adfert, 'Adherbalis potiretur:' quo l. vetus cod. Sallustii habet *Adherbalem.* Bongars. Vid. etiam Ind. in *Potiri.* Berneccer. Ms. C. C. Coll. et W. legunt *triginta duo.* Oxon. Cum Mss. Bong. qui omnes præter unum, *duo et triginta,* Angli-

cani accedant, in quibus scribitur *triginta duo,* non video, cur id sit respuendum. Dissensisse in annis imperii Semiramidis Trogum ab aliis, nihil miri, cum quidquid de Nino et Semiramide traditur sit incertissimum. *Græv.*

§ 11 *Elaborato, &c.*] Saxo X. p. 203. init. 'Majorum virtute elaboratum finivit imperium.'

§ 13 *Assyrii, qui postea Syri dicti*] Imo *Syri, qui postea Assyrii dicti.* Nihil verius judicio Salmasii in Solin. 1228. A. 1. Sed, codd. Mss. consensum secutus, nihil mutandum duxi; potius est ut Autoris παράδραμα quam librariorum credamus. Vid. tamen Scalig. in Animadv. ad Euseb. p. 24. f. 1. et Selden. de Diis Syris Proleg. p. 4. f. Hieron. in XIX. Iesaia: 'Quos veteres Assyrios, nunc vocamus Syros.' *Berneccer.* Hoc est commentum Ctesiæ, quo totum fere orbem fascinavit. Verius Herod. I. 95. prodidit Assyrios Asiæ superiori imperasse annos 520. cum Medi primi ab iis deficere cœperint. Hoc tempus incidit in Trojanum bellum, cum Gideon judex Hebræis præesset. Hinc et Porphyrius ap. Euseb. de Præp. Evang. Semiramidis matrem ad Trojana refert tempora. Illam Herod. scribit I. 184. ante Nitocrin vixisse ætates 5. quæ nondum annos 200. conficiunt. Nitocris autem mater fuit Labyniti regis Babyloniorum, cujus tempore Babylon capta fuit a Cyro. Illa falsam Assyriorum regni antiquitatem primus impugnavit Hermann. Conring. lumen Germaniæ, in Adversariis Chronologicis de Asiæ et Ægypti antiquissimis Dynastiis; postea magnus Usser. Armachanus in Annalibus Vet. Fœd. labefactavit; et tandem evertit illustris Marsham. in Canone Chronol. 'Syrus' et 'Assyrius' Græci et Latini sæpe confuderunt, ut et Salmas. et Bochart. docuerunt. Sed Syriæ nomen longe recentius est, quam Assyriæ. Syri

enim appellati sunt a metropoli Tyro, quæ Hebræis Tsur dicitur, cum olim appellarentur Arimæi, Hesiodo et Homero Arimi; Assyrii vero in Sacris Litteris sunt filii Assur. *Græv.* Id. Salmas. prædicto loco putat vocibus transpositis legend. esse, *Syri, qui postea Assyrii dicti.* Nobis lectio vulgata proba, ac tum ipsi Auctoris menti, tum quoque veritati, consentanea videtur. Antiquius omnino videri debet integrum *Assyriorum*, quam quod ex eo decurtatum est *Syrorum.* Et exploratum prorsus est, unde integrum illud originem traxerit; videl. a nomine 'Assuris,' filii Semi, qui regionem eam, quæ Assyria dicta, occupavit. *Vorst.*

Cap. III. § 1 *Sardanapalus*] 'Tricesimus a Nino,' inquit Diod. Ut Vell. lib. I. 'Tertius et tricesimus.' *Bongars.* Alias 'Thonosconcoleros' dictus, teste unico in Chron. Eusebio, qui eum a Nino 'tricesimum sextum' facit: at Diod. II. 23. 'tricesimum' tantum: Vell. I. 6. 'tertium et tricesimum.' Causam diversitatis e divini Scaligeri ad Euseb. Animadvv. colligere est: qui et affirmat, in omnibus libris Mss. per geminum *ll* exprimi *Sardanapallum*; ut propter hominis turpitudinem obscœna sit allusio ad παλλὸς, s. φαλλός. Nos simplex *l* retinemus, cum purum putum sit Assyriacum, cujus posterior vocula legitur etiam in medio nomine regis Assyrii Teglath-phal-Esar. *Bernecccr.* Nomen hoc Assyriorum regis non simplex, sed compositum, videtur; et quidem ex 'Esar,' 'Haddon' et 'Phul:' suntque istarum nominis partium in ipsis Sacris Literis vestigia. Et prima quidem illarum est in nominibus 'Salmaneser,' 'Tiglatphileser,' et 'Esarhaddon:' altera in eod. illo 'Esarhaddon:' et tertia denique legitur separatim II. Reg. XV. 19. estque etiam in prædicto 'Tiglatphileser.' Et putat vir summus Sardanapalum esse ipsum illum Esarhaddonem, qui in locum patris Sanheribi, ab aliis 2. filiis interemti, successit. *Vor.*

§ 2 *Arbactus*] *Arbactus* inepte legitur pro *Arbaces:* est enim *Arbaces* Medorum, sicut 'Arsaces' Parthorum, nomen; nisi quis hæc etiam ap. Græcos aut corrupta, aut variata, fuisse credat. *Glarean.* Præfectus, qui hic *Arbactus*, in Prologo est 'Arbaces:' Diodoro II. 24. Strab. l. XVI. Athenæo XII. 7. Agath. II. Ἀρβάκης. Vell. I. 6. mendose *Pharnaces* pro *Arvaces.* Orosio I. 19. et II. 2. 'Arbatus: quem,' inquit, 'alii Arbacem vocant.' *Bong.* Macrob. in Somn. Scip. II. 10. Nicol. ap. Vales. p. 425. *Berneccer.* Junt. *Arbacus*, quod propius a vero abest. Scribend. enim, ut in Prologis, et ap. alios scriptores, quos laudat Bongarsius, *Arbaces.* Justinus cum Trogo in Medorum quoque regno, ut plerique alii, sequitur Ctesiæ fidem valde sublestam, cum certiora sint, quæ de huj. regni ortu et duratione tradit Herod. I. 95. et seqq. Nimirum cum Assyriorum regnum intestinis tumultibus vexaretur ob cædem Sennacheribi, ab Assyriis defecisse Medos, et se in libertatem asseruisse; cumque suis fuissent legibus usi aliquamdiu sine rege, legisse tandem regem, qui dictus sit Deioces, qui Ecbatana condiderit, et regnum usque ad fl. Halyn protulerit, cui successerit Phraortes filius, qui Persas domuerit, sed ab Assyriis cæsus fuerit, tantum abest, ut tum fuerit extinctum Assyriorum regnum: Phraortis filium, Deiocis nepotem, fuisse Cyaxarem, qui Ninum ceperit, et Assyrios domuerit: hunc excepisse Astyagen filium, quem Cyrus vicerit, deleto regno Medorum, quod steterit 150. annos: hæc Ctesianis veriora esse multis adstruit Marsham. in Canone Chronol. Sæc. XVII. *Græv.*

Arbaces] Ita omnino scribend. non autem *Arbactus*: id duæ rationes suadent: prima est quod Arbactus desinentiam Barbaricam non habet; altera quod manifeste scriptum est *Arbaces* in illis Prologis, qui e Mss. Codd. a Bongars. v. cl. publicati sunt. Adde hoc quod ita Chronologi paulo eruditiores. *Faber.* Ed. Junt. uti Græv. testatur, *Arbacus.* Et ap. Oros. qui ex Nostro excerpsit, I. 19. in Codd. Mss. ut Franc. Fabricius testatur, est *Arbatus:* quod quidem perperam pro *Arbacus* scriptum apparet. Porro *Arbacus* illud propius accedit ad verum Ἀρβάκης, *Arbaces*, quod præfecto huic alii tum Græci, tum Latini, auctores tribuunt. In vetere denique Prologo huj. libri manifeste est *Arbacem:* ex quo ipsum Trogum Pomp. et fortasse Justinum, quoque sic scripsisse verisimile sit. Sunt enim Prologi isti, ut facile apparet, non in Epitomen Justini, sed in ipsas Historias Philippicas Trogi Pomp. confecti. *Vorst.* Junt. *Arbacus*, unde Græv. et Vorst. *Arbaces*, quod vel ob lectionem similem in Prologis amplector. *Schef.*

Magna ambitione] 'Ambitio' hic pro studio, industria, et contentione aliquid faciendi aut impetrandi. Nepos X. 2. 2. 'Magna cum ambitione Syracusas perduxit.' Cic. I. ad Att. 1. 'In quo uno maxime ambitio nostra nititur.' Sic et derivatum inde *ambitiosus* non modo eum, qui honores affectat, sed et eum, qui magna contentione ac studio aliquid facit, significat. Ov. III. de Pont. Ep. 1. 'Sed tamen hoc factis adjunge prioribus unum, Pro nostris ut sis ambitiosa malis.' *Vorst.*

Purpuram] Plut. II. de Fortuna Alexandri. *Bongars.* Non temere Mss. *purpuras colo nentem.* Horat. II. Od. 18. 'Nec Laconicas mihi Trahunt honestæ purpuras clientæ.' *Græv.*

Oculorum lascivia] Quæ Petronio, 'oculorum quoque mobilis petulantia.' Unde Sardanapalus a Max. Tyrio Diss. XIX. dicitur τὸ ὀφθαλμῷ ἐκτετηκὼς, h. e. Persii verbis, I. 18. 'Patranti fractus ocello.' Cresoll. Vacat. Autumn. 168. m. Freinshemius referre mavult ad oculos picturatos, tinctaque fuco supercilia, quæ Sardanapalo tribuit Athenæus XII. 7. p. 529. a. et Medis in more fuisse scribit Xen. Cyripæd. 1. p. 8. c. *Bern.*

§ 3 *Tractantique lanam*] Recte: 'tracta' enim in vet. Gloss. sunt *κατάγματα ἐρίου.* Sed ea dicta videntur a 'trahendo.' Varro: 'Sed simul manibus trahere lanam.' Vett. omnes excepto Cujacii cod. *tractantesque ferrum, et arma habentes:* et ita Saresb. Policratici VI. 14. *Bong.*

Tractantique lanam, ferrum et arma tractantes parere] Ita scribi curavi ex Mss. Codd. quos legerat Bongars. vir nobiliss. Illud autem *portantes*, quod prius legebatur pro *tractantes*, ex hac ed. ejici volui; primum quia Latine 'portare arma' (ut ap. Sall. 'armorum portationibus,' in Cat.) longe aliud ab illo est quod Gall. dicimus, *Porter les armes*, i. e. 'militare,' 'militiam sequi,' s. 'stipendia merere;' deinde quod *homini tractanti lanam* si qui viri opponantur, illi esse debeant *qui arma tractent;* id enim figuræ ratio postulat; et annotatum oportuit. Ita autem dixit Justin. *tractare arma*, ut Cic. ut Liv. alii. Ita et 'tractare imperium,' cap. 2. huj. lib. 'Tractare rempublicam,' Cic. 'Tractare artem musicam,' Terent. 'Jus civile tractare,' &c. *Fab.*

Ferrum et arma portantes] Oxon. ex Mss. præfert *ferrum et arma habentes.* Quod haud dubie est glossatoris. Est enim aptior oppositio inter *tractare lanam*, et *portare ferrum*, quam *habere*, cum alterum similiter actionem significet, velut masculam et virilem. *Schef.*

§ 4 *Bellum Sardanapalo inf.*] Diod. II. 26. et 27. *Bern.*

Mox deinde cum paucis et incompositis in bellum progreditur. Victus in regiam se recipit, &c.] Isthæc mihi

haud sane placent, et aliter collocanda verba ipsa Justini videntur; h. modo sc. *mox cum paucis et incompositis in bellum progreditur. Victus deinde in regiam re recipit.* Faber. Saxo x. p. 203. 'Cum paucis et incompositis adversus multitudinem manum conserere cunctatus non est.'

§ 5 *Et extructa*] Angl. *ubi extructa*, quod videtur præferend. *Schef.* Recte tres Angl. *ubi ext.* quod Oxon. recipit, adstipulante Junt. *Græv.*

In incendium mittit] Rem fuse narrat Athenæus XII. 7. Addit autem ex Clitarcho Sardanapalum senio obiisse, Syriæ tamen imperio spoliatum. Ejus Epitaphium extat ib. et in Plut. II. de Fortun. Alex. c. 8. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Astyagen*] Vid. Herod. lib. I. et Oros. I. 19. Astyagis filiam 'Mandanen' vocat Herod. I. 107. et Val. M. I. 7. quæ Æliano V. H. XII. 24. est Μανδάλη, inverso *v.* Sed videtur emendandus Valerius, quum inquit: 'Astyages duos prænuntios somnii frustra discutere tentavit;' legend. enim *duo prænuntia somnia*: ut in quodam Ms. legere memini. De Cyro præter Herod. et Oros. lege Ctesiæ Ἐκλογὰς, et Xenoph. Κύρου Παιδείαν, quam quidem non ad historiæ fidem scripsit, sed ad effigiem justi imperii, inquit I. ad Fratr. M. Cicero. *Bongars.*

§ 2 *Ex naturalibus filiæ*] Nomen ei Mandanes, ut ex Herod. I. 107. et Val. M. I. 7. ext. 5. constat. Nec multum discrepat Ælian. qui V. H. XII. 41. Μανδάλην vocat. 'Naturalia' quæ Auctor vocat, Cic. II. de Div. pari fere modo 'naturam' vocat. *Vorst.*

§ 4 *Cambysi mediocri vero*] Cambysen vilioris sortis virum fuisse, quam existimatur vulgo, Dio Chrysost. si ei credendum, ostendit, qui Orat. XV. de Servitute tradit, Cyrum ante regnum fuisse hominem, qui candelis faciendis quæstum, fecerit: Ἦ οὐκ οἶσθα, ὅτι λυχνοποιὸς ἦν ὁ Κῦρος Ἀστυάγου, καὶ ὁπότε γε ἠδυνήθη, καὶ ἔδοξεν αὐτῷ, ἐλεύθερος ἅμα καὶ βασιλεὺς ἐγένετο τῆς Ἀσίας ἁπάσης; *An nescis candelarum opificem fuisse Cyrum Astyagis filium, et liberum simul et regem factum esse totius Asiæ, et quando potuit, et quando sibi visum fuit?* Alii tamen Cambysen fuisse genere Achæmenidam tradunt. Nobilissimam autem ap. Persas familiam Achæmenidarum, ut auctor est Herod. I. 107. et seqq. Diod. in Excerpt. Peiresc. illum a patre disciplina regia fuisse formatum tradit, ut jam alii notarunt. *Græv.*

In matrimonium tradidit] Angl. *tradit.* Probo, quia sic historici amant loqui, et sequitur mox 'arcessit,' simili tempore. *Schef.*

§ 5 *Arcessit*] Ea est omnium fere vett. librorum in hoc Auctore scriptura. Dicitur autem 'arcesso' ab 'arcio;' ut a 'capio,' 'capesso;' 'facio,' 'facesso.' Priscian. lib. VIII. Et 'arcio' est, accio: *ar* pro *ad* ἀρχαϊκῶς. Vid. Scaurum de Orthogr. *Bong.*

§ 6 *Natus infans, &c.*] Hæc omnia prolixe Herod. exsequitur I. 107. et seqq. Ctesias negat ex Astyagis sanguine fuisse Cyrum. *Bern.*

Regis arcanorum participi] Non solum Junt. ed. sed et Mss. legunt, *regis amico et arcanorum participi.* Quod male mutarunt editores, ut dudum præcepit Gronov. Amici enim regum dicebantur olim, qui eis a consiliis sunt. In cap. 7. huj. lib. 'Quo facto et amicum in adulterium uxoris sollicitatum hostem sibi fecit:' et cap. 9. 'Magum quendam ex amicis delegit:' lib. XII. 15. 'Cum deficere eum amici viderent:' lib. XXXIV. c. 3. 'Cum cunctari eum videret, consultationemque ad amicos referre.' Suet. Tib. 55. 'Super veteres amicos ac familiares viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis.' *Græv.*

Regio amico et arcanorum participi] Ita ex uno cod. Ms. quem Bongars. vidit, et ex typis expresso Juntarum legend. videtur. Certe, qui regis arcanorum particeps, is ejusd. et 'amicus' est. Estque ea vocis 'amici' significatio non in hoc tantum, sed et in ceteris bonis auctoribus, passim obvia. Quin et inf. I. 5. 6. ipse ille Harpagus, de quo hic agitur, 'amicus regis' vocatur. *Vorst.* Recte Græv. ex Mss. et Junt. *regis amico et arcanorum.* Vorst. jam recepit in textum. *Schef.*

§ 12 *Quem ubi in manum mulier accepit*] Scribe omnino, *in manus;* neque enim dixeris *accipere in brachium*, sed *in brachia*, ita uti et Græci solent. Sed et ratio ipsa, absque usu sit, hoc facile persuadeat. *Faber.* Gemina huic ῥῆσις est inf. XII. 6. 11. 'In cujus manibus pueritiam egerat.' Ergo quod Germani mei dicunt, auf den arm nehmen, id Latini dicunt 'in manum accipere.' *Vor.*

Veluti ad notam allusit] Sic quatuor Mss. nostri. Impressi interponunt *puer.* Oxon. Recte Oxon. secutus quatuor Mss. *puer* delevit, et Vorst. cum Scheff. in seqq. *infantis.* Sunt interpretum glossemata: *blandientis* est, cum blandiretur in alludendo. *Græv.*

Dulcis quidam blandientis infantis risus] Lege *blandientis infantiæ:* hanc enim lect. confirmant Quintil. Decl. XIX. 'Quum adhuc rudis unici blandiretur infantia:' et Plin. XXXII. N. H. 2. 'Surculi infantiæ alligati tutelam habere creduntur.' *Gronov.* Mirum quod Bongars. adjecit *infantis*, cum in antiquioribus typis expressis id non inveniret, vocemque 'pueri' jam paulo ante positam videret. *Vorst.* Recte illud *infantis* a Vorst. deletur, cum libri vett. non agnoscant. Forsan et alterum *blandientis* delendum. Certe non cohærent satis commode *apparuit in illo risus dulcis blandientis;* rectius dixisset *in illo blandiente.* Sed de hoc sic quisque statuat, ut volet. *Schef.*

Uxor ultro] Oxon. ex Ms. *ux. multum.* Græv.

Quo suum partum pro illo exponeret] Hoc non est verisimile. Herodotus ait uxorem pastoris peperisse mortuum puerum, atque illum expositum pro Cyro, quod est vero similius: æque enim pastorum uxores ex se prognatos liberos diligunt, atque reginæ suas proles. Sane multa in hac historia sunt variata ab Herodoti traditione, quæ longius prosequi non est nostri propositi. Herodoti enim descriptio est longe verisimilior, maxime ubi postea bellum est inter Cyrum et Astyagem. *Glar.*

Quo suum partum] Scio usurpari aliquando 'quo' pro, ut; at h. l. nescio, an sit conveniens: suspicor scripsisse Justin. *ut pastorem uxor ultro rogaret quoque, suum partum.* Oratio profecto longe efficacior et convenientior. *Schef.* Alii omittunt hæc verba, *quo suum partum pro illo exponeret.* Herodotus auctor est infantem pastoris mortuum fuisse natum; unde in orbitatis solatium permutatio ista vivi pueri loco defuncti non temere expetebatur. *Oxon. Quo suum p. p. i. exp.* et quod sequitur *que* uncinis includit Ed. Bong.

§ 14 *Nutrici postea Spaco nomen fuit, quia canem Persæ sic vocant*] Cum et Trogus Pomp. et Herod. ipse tradiderint hac voce canem ap. Persas significari, ab iis quæsivi, quos in hoc genere scire aliquid credebam, utrum id hodieque verum esset? Negarunt, et alio nomine nunc canem Persice vocari affirmavere. At ego hoc scio, canem ap. Hyrcanos, qui sub ditione Persarum sunt, nunc quoque dici *Spac;* unde huj. appellationis vetustas apparet. Hoc didici ex Libris, s. Relationibus, Wikfortii, viri clariss. atque elegantiss. quem virum populi principesque ambire, amplexari, possent, si illum satis nossent.

Faber. Junt. recte *Spaco*. Herod. Σπακὼ I. 110. *Græv*. Crediderim legend. esse non *Spacos*, sed *Spaco*; quomodo ed. Junt. habere testatur Grævius. Certe Herod. qui primus hæc prodidit, ita vocat. *Vorst*. Græv. *Spaco* ex Junt. Forte *Spacus* Noster scripsit pro Græco genitivo Σπακοῦς. *Schef*.

Cap. v. § 1 *Cum inter pastores esset, Cyri nomen accepit*] Non solum ed. Juntæ, sed et antiquus Cod. Bongarsii legunt: *cum inter pastores esset imperiosus, Cyri nomen accepit*. Sic et codex Angl. Sed alius *imperio usus*. Hanc veram esse huj. l. lectionem puto, qua caussa redditur, cur dictus sit Cyrus, cum antea fuerit ei aliud nomen a pastore et ejus uxore, a quibus educabatur, impositum. Docet id etiam Herod. I. 113. Τὸν δὲ ὕστερον τούτων Κῦρον ὀνομασθέντα παραλαβοῦσα ἔτρεφε ἡ γυνὴ τοῦ βουκόλου, οὔνομα ἄλλο κου τι καὶ οὐ Κῦρον θεμένη: *Alterum vero, qui postea Cyrus appellatus est, uxor bubulci sibi sumtum educavit, imposito illi alio quopiam ac non Cyri nomine:* et non longe post puer, quem Cyrus flagellis ceciderat, κατελθὼν δὲ ἐς πόλιν, πρὸς τὸν πατέρα ἀποκτίζετο τῶν ὑπὸ Κύρου ἤντησε. λέγων δὲ οὐ Κύρου (οὐ γάρ κω ἦν τοῦτο τοὔνομα) ἀλλὰ πρὸς τοῦ βουκόλου τοῦ Ἀστυάγεος παιδός: *In urbem vero cum contendisset, apud patrem questus est, quomodo a Cyro esset exceptus: non vero Cyrum appellavit, nondum ei hoc erat nomen; sed filium pastoris boum Astyagis.* Non igitur primis annis, quos inter pastores exegit, Cyrus fuit dictus, sed post illud tempus, quo inter pastores imperio erat usus in puerili illo ludo, Cyrus demum fuit appellatus, sive a pueris, cum quibus luserat, sive a veris parentibus, sive a civibus. Narrat deinceps Justinus, quomodo ex illo imperio seu regno inter pueros exercito fuerit agnitus ab avo: 'Mox rex inter ludentes sorte delectus, cum per lasciviam contumaces flagellis cecidisset, a parentibus puerorum querela est regi delata.' Hæc ita sunt accipienda: mox a parentibus puerorum querelam esse regi delatam, cum in illo imperio, rex sc. inter ludentes sorte delectus, per lasciviam contumaces flagellis cecidisset. Vides igitur non frustra *imperiosus* inveniri in libris antiquis, quamvis emendatius legatur in uno, *imperio usus*. Doctissimi et amicissimi mihi, cum in vivis esset, viri emendationem, qui conjicit scribend. esse, *Puer deinde cum inter pastores esset in Persis Cyri nomen accepit*, probare non possum; quia pastores illi, ap. quos educabatur, et quibuscum versabatur, non erant Persæ, sed Medi. In Media enim natus erat Cyrus, in Media expositus, in Media ad decimum annum, quo imperium inter pastores exercuit, commoratus: vid. Herod. I. 10. Postea demum ad parentes in Persiam remissus est, ubi non inter pastores egit, sed ut regis Medorum nepos, et Mandanes filius, laute fuit habitus et educatus: vid. cap. 122. ejusd. lib. Et hoc est, quod ad eum scribit Harpagus, 'eum ablegatum fuisse in Persas.' Tum autem ei videtur hoc nomen impositum fuisse in Persia. Persis enim 'Cyrus' est, sol, ut notarunt Ctes. et Plut. Etiam nunc *Chur* et *Churshid* ap. Persicos poëtas *solem* significare viri doctiss. monuerunt. *Græv*. Vett. plurimi habent: *i. p. esset imperiosus*, quod et Græv. dicit, non temere spernendum. At quid sibi velit, hoc vero non declarat. Porro vox *imperiosi* vix hic obtinere potest locum. Hoc enim vitium significat: deinde quomodo imperiosus fuerit puer adhuc, et constitutus sub arbitrio pastorum? quod illud ejus esse potuit imperium? Et plane propositum hic Nostro, reddere causam, quare Cyrus dictus fuerit. At hoc non addiscitur ex illo *imperiosus*, quoniam Cyrus non *imperiosus*, verum *Solem*, denotat, ad quem

nil facit vox *imperiosus*. Puto igitur sic legend. *Puer deinde cum inter pastores esset in Persis, Cyri nomen accepit*. Ostendit nempe illud 'in Persis,' cur ei Persicum nomen Cyri sit impositum, et non Medicum aliquod, videl. quia puer versabatur non in Medis, sed in Persis. Porro locum h. sic esse legend. patet etiam ex seqq. in quibus Harpagus eum scribit 'ablegatum in Persas;' neque enim ista possunt intelligi, nisi locus h. ad istum modum legatur, cum de ista Cyri ablegatione in Persas nullum verbum alias præcesserit. *Schef*.

Cyri nomen] 'Cyrum' Persico sermone *Solem* significare auctores sunt Ctesias, Plut. in Artaxerxe cap. 1. Plethon in Expositione eorum, quæ in Magicis Zoroastris Oraculis obscurius dicuntur. Unde apparet Suidam, etymon exotici nominis petentem e Græcia sua, toto, quod aiunt, cœlo errare. *Bern*.

§ 2 *Servilibus verberibus*] Inf. II. 5. 4. 'Verbera in aciem, non arma, ferenda, omissoque ferro, virgas ac flagella, ceteraque servilis metus paranda instrumenta.' Et recte Accursius ad L. 12. D. de Jure Fisci, 'servilia verbera' interpretatur, flagella: ut L. 10. §. pen. D. de In Jus Vocando, juncta L. 7. §. 2. D. de Injuriis, probat. Petron. 'serviles pœnas' dixit. Sall. I. H. 'Abunde libertatem rati, quia tergis abstinetur.' Vid. Senecam ext. Apolocynth. *Bongars*. Hinc 'verberibus fœdari' homines liberi dicuntur Tacito III. H. 77. Aliud est: 'puerili verbere moneri.' v. A. 9. Add. Brisson. Sel. Ant. Juris II. 9. *Berneccer*. Florus I. 23. 1. 'Serviliter in terga sævire,' et Noster inf. II. 5. 5. *Vorst*. Saxo XIV. p. 306. 12. 'Primo siquidem verberibus adfectus.'

§ 5 *Animum minacem duntaxat in illo fregit*] Pro *minacem* malim legere *minatione;* quomodo Major edidit. *Vorst*. Non displicet, quod ex cod. Majoris probat Vorst. legend. *minatione* pro *minacem*, cum vix integer alias sit sensus. Et *minatione* pro comminatione ponitur eleganter, ut non pauca huj. generis alia. Sensus; 'fregit animum,' i. e. minuit iram, *minatione*, i. e. comminatione, qua Cyrum ab ulteriore conatu satis deterrere posse sibi visus est, 'duntaxat in illo,' i. e. eatenus saltem, quatenus iratum habuit animum erga Cyrum: non quatenus et erga Harpagum, cui non putavit sufficere ad delinimentum, si Harpago minaretur solum, sed damno simul aliquo in solatium ultionis afficiendum. *Schef*. Vetustarum edd. lectionem, quæ *minatione* præ se ferunt, quod et in Junt. legitur, minime sequendam duco. *Animus minax* est, ira percitus, qui exitium minabatur et Harpago et Cyro. Non enim placatum ejus animum et mitigatum erga Cyrum statim fuisse, postquam eum agnoverat, patet ex Herod. qui I. 120. narrat, ut Astyages deliberarit cum Magis, tollendus ne Cyrus esset propter somnium, an vero servandus. Hæc tantum verbo, ut in compendio, tangit Justin. Sententia est: Astyagen iram illam minacem, si non erga Harpagum, saltem erga Cyrum, compressisse. 'Duntaxat,' Latinis est, saltem, minimum. *Græv*.

§ 6 *Filium ejus, &c.*] Commemorat et Sen. de Ira III. 15. *Bongars*. Et Ov. in Ibin. *Bern*.

Epulandumque patri tradidit] Theophilus ad Autolycum lib. III. non hoc Astyagi, sed Cambysi, tribuit. Perperam. *Voss*.

§ 7 *Ad præsens tempus*] Sufficit 'ad præsens,' et sic loquuntur Tac. quoque A. IV. 31. et 44. H. I. 44. et Suet. Tit. 6. nec dubitem a manu glossatoris esse *tempus*. Sed hoc editorum consensu nihil audeo mutare. *Berneccer*. Putat Bernecc. *tempus* esse a manu glossatoris; quod alii dicant 'ad præsens,' subaudito *tempus*. Ve-

rum quod ita loquuntur alii, non necesse erat et Nostrum ita loqui. Fit enim ut, quæ subaudiri solent, etiam diserte adjiciantur. Ita dicunt ‘ brevi’ et ‘ brevi tempore.’ *Vor.*

§ 8 *Ut ablegatus in Persas ab avo fuerit*] Optime Mss. *ablegatus*. Amant enim hoc verbum sic usurpare, ut adsit ei quædam invidia et malevolentia: genus loquendi, quo sæpe Liv. utitur: ut v. 2. ‘ Remotam in perpetuum et ablegatam ab urbe et republ. juventutem:’ et XXII. 25. ‘ Consulum alterum specie classis Punicæ persequendæ procul ab Italia ablegatum:’ et XXIII. 31. ‘ Deinde ubi ablegatum velut de industria M. Marcellum viderunt.’ Sed et de hac ablegatione exstat memorabilis narratio ap. Athenæum XIV. p. 633. petita ex Dinonis Persicis. *Gronov.* Maj. Bech. et alii ediderant *relegatus;* quod magis placet, et sine dubio itid. e Mss. haustum. *Vor.* Vorstio magis placet *relegatus*, quod nonnulli habent. Mihi vero *relegatus* glossa videtur alterius. Saltem *relegatio* non fuit illa Cyri dimissio in Persas, sicut quidem alias vox ‘ relegationis’ sumitur pro ejectione infami e patria: tantum illuc mittebatur, ut retunderetur ejus spiritus, omnisque rei gerendæ ipsi adimeretur occasio. At hujusmodi sensu vox *ablegationis* nota optimis scriptoribus. Terent. in Hecyr. ‘ Aliquo mihi est hinc ablegandus, dum parit Philumena.’ *Schef.*

§ 10 *Exinterato lepori*] Ita Mss. Glossæ: ‘ Interata, *ἐξεντερισθέντα*;’ voce ab interioribus ducta. *Bong.* De historia consulendus Herod. I. 123. et Polyæn. VII. et Frontin. III. 13. 3. *Bern.* Vix dubium, quin legend. sit *exenterato*. Higin. Fab. XXX. ‘ Hydram Lernæam Minerva monstrante interfecit et exenteravit.’ Plin. XXX. N. H. 5. ‘ Idque in exenterato proscissoque vivo [catulo] deprehendi.’ *Gron.* Bongars. e Mss. maluit *exinterato*. Mihi magis placet lectio vulgata: quæ et ap. Plaut. observatur Epid. II. 2. et V. 2. Est enim ‘ exenterare’ sine dubio ex Græco *ἐξεντερίζειν* formatum; ipsum Græcum autem ab *ἔντερα*, quod quidem *viscera* significat, ortum. Vid. et Voss. in Etymol. L. L. *Vor.*

Ut sub specie venationis dolus lateret] Mihi magis placet quod in antiquioribus typis expressis est *venationis*, quam quod Bong. edidit *venatoris*. Sic et V. 8. 12. ‘ sub obtentu liberationis,’ quod retinuit Bong. melius est quam quod in aliquo Cod. Ms. est *sub obtentu liberatoris*. Inf. XXXIV. 3. 8. pro, sub specie venationis, dicit ‘ specie venandi.’ *Vorst.* Vorst. ex editis vetustioribus, *venationis*. Non displicet. *Schef.* Sic et Junt. *Græv.*

CAP. VI. § 1 *Eadem somnio aggredi jussus est*] Antiquiores edd. habent, *eandem viam s. a.* Vorst. Nihil hic mutand. Nam quod in quodam legitur *eand. v.* glossatoris est, qui hæc desumsit ex verbis præcedd. in cap. 5. § 9. *Schef.*

Sed præmonitus] Mendum est sane leviculum, at mendum tamen. Pro *sed* legend. *et*, quod Mss. Codd. Bong. habuere. *Faber.*

Quem primum postera die obvium habuisset, socium cœptis assumeret] Eæd. antiquiores edd. *haberet:* quod rectius videri possit propter id quod sequitur ‘ assumeret.’ Sed non insolens tamen est ipsum plusquam perfectum tempus poni pro imperfecto: ideoque illud quod e Mss. sine dubio rescribere placuit Bongarsio, haud muto. *Vor.*

§ 2 *Antel. temp.*] Sic Saxo XIV. p. 248. 4. p. 285. 38.

Iter ingressus] Saxo XII. p. 282. ‘ Cum rex iter ingredi vellet.’

Nomine Sybarem] Ms. habet *Sebarem*. Legend. *Sæbarem*. Et sic quoque inf. *Sæbares* is est *Œbares*, *Οἰβάρης*. Utrumque enim dicitur. Sic Androcottus Sandrocottus, Indica Sindica, Merdis Smerdis, Osthanes

Æschylo est *Σωσθάνης*. Alibi plura. *Voss.* Isaacus ille Voss. in quo mihi ingenium et doctrina ex æquo certare videntur, *Œbarem* legend. esse ostendit, non *Sybarem;* id quod et verum est, et, ni ipse occupasset, potuissem et ego ostendere. *Fab.*

§ 3 *Persepolin regreditur*] Hoc sæpe miratus sum, quod et nunc demiror, unde isthæc appellatio Græcanica urbis antiquissimæ, et quæ olim totius Orientis regia fuit. An a Baccho? an a Perseo? an denique ab Hercule? Somnia. Vellem autem, vellem, verum tam claræ urbis nomen edidissent vett. historici. Nam, aut valde fallor, aut Græculi homines morem suum in mutandis locorum nominibus secuti sunt; quod in exemplis pene infinitis nuper demonstravit incomparabilis ille noster amicus Sam. Bochart. in suo PHALEG, quod ego opus immortale futurum, si quid conjectura valeo, jam pridem auguror. *Fab.*

§ 4 *Ibi convocato populo*] Frontin. I. 11. 19. *Bongars.* Herod. I. 125. et seq. Polyæn. lib. VIII. Frontin. *Bern.*

Præsto cum securibus esse] Malim cum Mss. meis, *p. c. s. adesse*, et sic edere malim, quam quomodo hactenus circumfertur, *p. c. s. esse*. Sed minutum hoc. *Mod.* *Adesse* restituit e Mss. suis Mod. Antea fuit *esse*. Berneccer. Antiqq. Edd. *esse*. Et retinuit eadem Bong. At Mod. quod in quibusd. Mss. reperit *adesse*, et secutus eum Bernecc. compositum istud pro simplici rescribend. censuerunt. Nobis simplex rectius videtur; quia ‘ præsto’ antecedit. *Vorst.* *Esse* Juntina et Oxon. ex Ms. asserit. *Græv.*

§ 5 *Postera die ad paratas epulas invitat*] Cum et Bong. fateatur in manu exaratis suis Codd. exstare, *p. d. apparatis epulis i.* et ita nostri membranacei libri scripti antiquissimi habeant, ita ed. Cratandriana Basileensis, cui præfuit vir doctiss. Joann. Sichardus, ita Italica A. 1510. quam recognoverat eruditiss. vir Sabellicus, emisit Augustin. Becharius, non video, cur ea scriptura rejici debeat: maxime cum ita etiam loquatur historicorum princeps Livius. *Mod.* Vulgo editi, *ad paratas epulas i.* Sed restituimus Auctori lectionem, quam et Bong. et Mod. fatentur in manu exaratis suis codd. extare. Ita Sall. H. IV. 3. 18. ‘ Cum se cibo vinoque læti invitarent.’ Imo Noster ipse XII. 13. 7. *Bern.*

Apparatis epulis invitat] Bong. maluit *ad paratas epulas;* credo quod in quibusd. Mss. id reperisset. Monuit tamen alios Codd. Mss. et antiquiores item typis expressos, habere *apparatis epulis*. Neque perpetuum illud est, ut dicatur ‘ invitare ad aliquid,’ vel ‘ in aliquid,’ sed dicunt etiam simpliciter ‘ invitare aliquem.’ Noster XII. 13. 7. ‘ Instaurata comessatione et ipsum et sodales ejus invitat.’ Hic quomodo duo ablativi consequentiam designantes præmittuntur, sic et in altero illo factum videri potest: ut *apparatis epulis invitat* sit pro, epulas apparat et invitat. Vel potest *epulis* pro casu tertio haberi: qua ratione dicunt ‘ invitare aliquem tecto et domo,’ ‘ invitare hospitio,’ ‘ invitare poculis.’ *Vor.*

Apparatis epulis] Lectionem hanc asserit quoque quam sæpe laudamus Junt. ed. Nescio autem cur hic Vorst. tricetur. ‘ Invitare’ hic non est, vocare ad epulas, ut vir doctus et alii existimant, sed, vino epulisque liberaliter hospites accipere. Cæs. I. B. C. 74. ‘ Interim alii suos in castra invitandi caussa adducunt, alii ab suis adducuntur.’ ‘ Invitandi caussa’ est, ut benigne eos excipiant amiceque. Liv. I. 9. ‘ Invitati hospitaliter per domos cum situm, mœniaque et frequentem tectis urbem vidissent,’ h. e. laute et comiter tractati. Hinc et qui libenter vescuntur, et largius bibunt, *se ipsos in-*

vitare dicuntur. Sall. ‘ Cum se cibo vinoque læti invitarent.’ Plaut. Amphit. I. 1. ‘ Mira sunt; invitavit se in cœna plusculum.’ Suet. Octav. 77. ‘ Quoties largissime se invitaret.’ ‘ Apparatæ epulæ’ sunt, splendidæ, lautæ, opiparæ: ut ‘ Apparatius cœnare’ ap. Plin. in Epist. et ‘ Profusissimi obsoniorum apparatus’ ap. Suet. Vitell. 10. Inferius XI. 8. ‘ Fuit rex armorum quam conviviorum apparatibus studiosior.’ *Græv.*

§ 6 *Utrius vitæ sortem legant*] Valde durus mihi locus hic videtur; certe nihil est, quod illi *vitæ* commode respondeat: non enim *vitæ laboris*, nec *vitæ epularum*, jungi possunt. Cogitand. igitur, an non scripserit Noster *utriusne sortem*, et non nemo illud *vitæ* apposuerit ex seq. ‘ omnem vitam.’ *Schef.*

§ 8 *Meriti sui in Harpagum oblitus*] Quos offenderis, periculose summæ rei præfici, docet exemplum M. Livii, in Liv. XXVII. 42. 8. *Bernec.* Oxoniensis ex quatuor Mss. legit *in Harpago:* sed alii et Juntina stant recte pro vulgata. *Græv.* Angl. *in Harpago*, quam lectionem video et in suis reperisse Auctorem Fori Romani; vid. vocem *Oblitus:* scio equidem indifferenter præpositioni ‘ in’ apponi modo quartum, modo sextum, casum. Suspicor tamen hic illud *Harpago* esse ortum ex scriptura antiqua *Harpagon* pro *Harpagum.* Nam ‘ merita in Antonium,’ non *Antonio*, dixit et Vell. II. 96. *Id.*

§ 9 *Per deditionem tradidit*] Quidam typis expressi *p. proditionem t.* Quod consentaneum ei, quod sequitur, ‘ perfidia defectionis ulciscitur.’ *Vorst.* Non probo, quod habent quidam *per proditionem*, propter hoc ipsum, quia sequitur ‘ perfidia defectionis,’ ne idem dicatur. Τὸ *deditionem* modum declarat, quo tradiderit exercitum, opponiturque traditioni per certas leges et conditiones. Neque potest offendere verbum ‘ tradidit.’ Nam et Liv. ‘ In fidem deditionemque se suaque ipsi tradidere.’ *Schef.*

Regisque, &c.] Saxo XIII. p. 244. 18. ‘ Invidiam fraterna prælatione conceptam perfidia defectionis exsatians.’

§ 10 *Partem exercitus a tergo ponit, et tergiversantes ferro agi in hostes jubet*] Unus Ms. *p. e. de tergo p. et terga vertentes f. a. i. h. j.* ingrata auribus ejusd. vocis repetitione. *Mod.* Sic inf. XXXI. 8. 7. Liv. X. 36. 6. ‘ Necessitate acta virtus causa victoriæ est,’ ait Flor. III. 3. 13. Contra, ‘ Quanto plus spei ad effugium, tanto minor est ad resistendum animus,’ Tac. H. III. 18. *Bern.*

Tergiversantes] Juntæ scripserunt: *et in terga vertentes ferro agi, ut in hostes jubet.* Non male: vereor tamen ne hæc sint interpolata. Itaque hanc lectionem nec ipse magnopere probo. Rationes tamen, cur improbatur, nequeo laudare. Quam diu pugnabant, terga non vertebant. Sed si accidisset, ut terga verterent, erat alia acies civium post hanc aciem collocata, quæ terga vertentes retro ageret, ferrum in illos tanquam in hostes stringens. Si fugisset prima acies, terga vertisset hostibus, a quibus fugabatur, non civibus, qui, a tergo pugnantium positi, fugientes exciperent et repellerent. Nihil tamen, silentibus Mss. mutand. censeo. *Græv.* Emendand. putat vir doctiss. *et terga vertentes*, quod probare vix possum. Saltem sermo est h. l. de pugnantibus: sic enim præcedit, ‘ pugnantibus suis partem exercitus a tergo ponit.’ At alii pugnantes, alii terga vertentes. Deinde sequitur: ‘ post terga inventuros.’ At, si jam terga verterant, non erant eos inventuri post tergum, sed a fronte. *Schef.*

§ 12 *Post necessitatem pugnandi*] Pro, postquam necesse habuerunt et coacti sunt pugnare. Ita concise scribit et alibi. Ut VIII. 1. ‘ Prorsus quasi post arma et bellum locum legibus reliquissent;’ pro, postquam arma jam sumpta sunt. Similiter Nep. Att. 9. 5. ‘ Neque post calamitatem versuram facere potuit.’ Vide et Ind. in Nep. v. *Post.* Vor.

Animus exercitui ejus accessit] Friget hic τὸ *ejus.* Cur respuerunt scripturam veteris libri? *an. ex. et vis a. Vis* est, virtus, fortitudo. Virg. ‘ Non ea vis animo.’ Sæpe sic ap. Nostr. et alios. *Græv.*

§ 13 *Matres et uxores, &c.*] Refert et Plut. libello de Virt. Mulierum cap. 9. *Bongars.* Nec absimilia de Germanis Tac. cap. 8. princ. *Bern.*

§ 15 *Facta, &c.*] Saxo VII. p. 138. 29. ‘ Impressione facta ad eum acrius impetendum pudore coguntur.’

§ 16 *Nepotemque in illo magis quam victorem egit*] Bech. et alii pro *egit* habent *se gessit.* Vorst. Notant pro hoc *egit* alios habere *se gessit.* Verum hoc ex manifesta glossa est. Quod propterea notand. ut sub clarissimo exemplo pateat, non parum damni accepisse Nostrum ab intempestiva glossatorum manu. Certe sicut h. in l. *agere victorem*, ita alibi ‘ agere propugnatorem,’ ‘ agere tutorem,’ usurpavit, quod satis arguit esse genus hoc Auctori nostro receptum. *Schef.*

Maximæ genti] Lectionem vulgatam, quam Cujacii codex et Orosius I. 19. comprobant, sequutus sum. Vett. enim plerique pro *maximæ* habent *decimum.* Ex voce *maximæ* solum X forte remanserat in eo lib. ex quo multi deinde transscripti sunt, cæteris litteris aliquo casu deletis; ea nota librariis imposuit: in cl. Puteani Ms. legitur *ducem.* Bongars. Legitur et *maxime* in ed. Colon. Gymnic. ut et Juntina. *Græv.*

§ 17 *Hic finis Medorum imperii fuit. Regnaverunt annos* CCCL.] Imo secundum calculum certiorem Herodoti, tantum annos 128. imperarunt. Sed Marsham. docte ostendit 4. Medorum reges fuisse, illorumque imperium fuisse 150. annorum. Vid. illius Canon. Chronol. Sæc. XVII. *Græv.*

CAP. VII. § 1 *Initio regni Cyrus*] Cyrus creditur primus rex fuisse Persarum. Sed ap. Æsch. in Pers. v. 767. duo commemorantur qui illum antecesserunt. *Μῆδος γὰρ ἦν ὁ πρῶτος ἡγεμὼν στρατοῦ. Ἄλλος δ' ἐκείνου παῖς τόδ' ἔργον ἤνυσε. Τρίτος δ' ἀπ' αὐτοῦ Κῦρος, εὐδαίμων ἀνήρ. Medus erat primus dux exercitus. Alter ejus filius opus perfecit. Tertius ab illo Cyrus felix vir.* Tum reliquos inde Persarum reges recenset usque ad Xerxem. Hæc primus observavit ill. Marsham. in Can. Chron. qui et docuit illum Medum, qui primus recensetur in serie regum Persicorum, esse Darium Medum, cujus sæpe meminerit Daniel, qui non fuit Babylonius, sed Medus. Cujus etiam meminit Suidas, cum ait: *Μῆδος βασιλεὺς Περσῶν, Medus Babyloniorum rex.* Et in Δαρεικοί· *Εἰσὶ μὲν χρυσοῖ στατῆρες οἱ Δαρεικοὶ οὐκ ἀπὸ Δαρείου τοῦ Ξέρξου πατρὸς, ἀλλ' ἀφ' ἑτέρου τινὸς παλαιοτέρου βασιλέος ὠνομάσθησαν. Darici sunt stateres aurei, non a Dario Xerxis patre, sed ab alio quodam antiquiore rege, denominati.* Cum vero inter Cyrum et Darium Hystaspis fil. nullus alius fuerit hujus nominis rex, necessario Darius fuit, qui ante Cyrum ap. Persas regnavit. Fuit iste Darius Cyaxaris fil. Hinc Danieli dicitur VI. 1. fil. Asveri de semine Medorum. Cyaxares est Asverus, ut Scalig. de Emend. Temp. docuit. Is fuit Phraortis fil. quem pater præfecit regno Persico, nomine ac potestate regia, quia Persæ jam pridem excutere volebant jugum dominationis Medorum, teste Herod. I. 127. Cyrus autem primus vulgo Persarum rex habetur; et quia pater ejus erat Persa, cum priores duo reges essent gente Medi; et quia res et gens Persarum ante tempora Cyri fuerant valde obscuræ, quas primus illustravit Cyrus homo Persa. Secundus anonymus Persarum rex

ap. Æsch. est Cyaxares Xenophontis, ut pluribus docet laudatus Marsham. in Can. Chron. in Sæc. XVIII. *Græv.*

Cæpt. socium] Saxo VII. p. 131. 42. 'Cœptorum sociæ.'

§ 3 *Cum adversus Babylonios bellum gereret*] De Babyloniorum regno nihil commemorat Justin. nisi hæc de illius excidio et post rebellionem sub Dario Hystaspis fil. cap. ult. huj. lib. Ejus origine nihil est obscurius, quam tamen erudite, ut cetera, ex Can. Chron. regum Babyloniorum Ptolemæi eruit Marsham. præclare de doctrina temporum, si quisquam, meritus. Is Canon complectitur epocham a. annos Nabonassari, primi regis Babyloniorum. Is fuit Assyrius gente. A tempore Nabonassari fuerant duplices reges Assyrii. Alii, qui Nini sedem imperii habuerant, alii qui Babylone regnarant. Hinc prima pars Canonis continet regum Assyriorum et Medorum seriem, usque ad initium Cyri. Illa complectitur annos 159. Altera Persarum reges, usque ad mortem Alexandri Magni, annos 215. ut totius regni Babylonici periodus fuerit annorum 424. Unde constat quoque Babyloniam non esse tantæ antiquitatis, ut vulgo creditur, et superius traditur a Justino. Originem debet Nabonassari. Is vixit seculo 17. post diluvium, anno circiter 750. ant. Chr. natum. Nabocolassarus Nabopolassari fil. qui Ebræis dicitur Nabucodnosor magnus, vel secundus, eam mirificis operibus exornavit. Vid. Marsham. ad Sæc. XVII. Ultimus Babyloniorum rex fuit Nabonadius, quem expugnata Babylone cepit Cyrus, et Carmaniæ præfecit, ut auctor est Berosus ap. Joseph. lib. I. contr. Apion. Sed de regibus Babyloniæ, quorum meminit Canon Ptolemæi, ut et de iis, quos Daniel commemorat, vid. Marsham. ad Sæc. XVII. et XVIII. *Græv.*

Rex Lydorum Crœsus] Omnes tradunt, jam tum temporis Crœsum a Cyro victum captumque fuisse, cum Babyloniis bellum inferret. Quomodo ergo iis opem tulerit, non video. Sed videtur Trogus, ut sæpe, alios secutus fuisse auctores. *Voss.* Herod. lib. I. prodidit, Assyriis et Babyloni a Cyro tum demum bellum illatum, cum Crœsum idem jam vicisset, omnesque terras, quæ ditionis ejus fuerant, occupasset. Quod si verum, ut sane videtur, non potuit Crœsus in auxilium venire Babyloniis. Vid. et Scalig. de Emend. Temp. lib. VI. *Vor.*

Cujus, &c.] Saxo XIV. p. 268. 41. 'Cujus insignes ea tempestate vires fuere.'

Victusque jam de se solicitus] Pertinaciter pertendunt etiam nostræ Membranæ *victusque j. ac desolatus*; qua voce etsi usus Virgil. ejusque similis Silius, et ante hunc Liv. nihil tamen muto. *Mod.* Val. Acidalius ad Vell. sub finem, ut in vett. ita scribend. hic monet *victisque*, nempe Babyloniis, quibus auxilio venerat: non ipse victus. Ego *victus* præfero: nam mox sequitur, 'fortuna prioris prælii perculsum:' &c. *Bernec.* Jam pridem monuit Gronov. Obs. lib. IV. restituendum esse ex Mss. *victusque j. ac desolatus*, h. e. desertus, nudatus, exutus exercitu, castris, copiis omnibus. Vid. c. 20. illius lib. Certissima est hæc vett. librorum scriptura *desolatus*, h. e. desertus a suis, qui fusi erant, et fuga, qua quisque poterat, suæ consulebant saluti, rege relicto. *Græv.* Legi oportere arbitror, *de se solicitus, in regnum refugit.* Et hoc Latinissimum est. Neque eo opus sit quod in quibusd. lib. legitur *desolatus*, pro *de se solicitus.* Tu tamen et Voss. videto et Græv. *Faber.* Omnino legend. e Codd. Mss. quos vidit Bong. *victusque j. ac desolatus.* Qua de re et Gronov. IV. Obs. 21. monuit. Vulgo legitur *victusque j. de se solicitus.* Est autem 'desolatus' idem quod, desertus, nudatus, exutus exercitu et castris. Dicunt sane ipsum quoque hominem 'desolatum,' si, quibus ante stipatus fuerat, discedant, aut ab eo segregentur. Tac. I. A. 'Nonanus opperiendas Tiberii epistolas clamitaverat: mox, desolatus aliorum discessu, imminentem necessitatem sponte prævenit.' Et lib. XII. 'Desolatus paullatim etiam servilibus ministeriis.' In antiqua inscriptione ap. Grut. mater 'desolata' dicitur, cujus filius obiit, quæque filio orbata fuit. Vid. p. 682. operis Gruteriani. *Vor.* Putant scribend. *j. ac desolatus;* Vorst. in textum quoque transsumsit. Explicat autem per, nudatus, exutus exercitu, castris, copiis omnibus. Atqui hoc in Crœso falsum. Docet ipse Noster, quando exercitum ipsius scribit fuisse perculsum fortuna prioris prælii. Hoc enim vix potest accipi de exercitu plane alio et novo, sed de veteri, qui semel ab hoste profligatus fuit. Suspendo igitur adhuc assensum meum, donec lectio ista codd. et pluribus et melioribus fuerit firmata. Et quoniam video in quibusd. pro *victusque* legi *victisque*, cogitand. aliis relinquo, an non scripserit Noster, *victisque j. ac desolatis, in regnum refugit*, ut ad Babylonios referatur, sitque sensus: Babylonios illo prælio sic fuisse fusos cæsosque, ut nulla spes ipsis relinqueretur reficiendarum virium. Idcirco Crœsum non potuisse longius auxilio eis esse, sed, quod ex suo exercitu cladi superfuerat, id reduxisse domum. *Schef.*

§ 5 *Perculsum*] Sic inf. II. 13. 1. Male vulgati *percussum.* De re vid. Gruteri Diss. XIV. ad Tac. H. v. 16. 'Superesse, qui fugam animis, qui vulnera tergo, ferant.' Add. Liv. VIII. 16. 6. XXXV. 2. 3. XXXVIII. 26. 7. *Bern.*

Nullo, &c.] Oros. III. 1. 'Putantes se vacuam præsidio civitatem nullo intraturos negotio.' Saxo XIII. p. 242. 31. 'Hostes nullo neg. fugavit:' XIV. p. 343. 1. 'Terga vertentes n. n. fundit.'

§ 6 *Tanto et mitior*] Flor. II. 8. 26. *Bern.*

§ 7 *Urbs Barce*] *Barce* est in Africa, Pentapoleos oppidum in Cyrenaica, sed ea regio nondum erat sub Persis; quare hoc nomen suspectum est: non tamen aliud temere reposuero, nisi exemplari aliquo adjutus aut historico meliore. Cæterum Herod. ait Crœsum semper sub Cyro fuisse, ac post Cyri mortem Cambysi commissum. *Glarean.* Mss. quidam *urbs vero concessa:* alii *vero et concessa:* alii *Baragon cessa:* vulgata lectio probari non potest: est enim *Barce* in Cyrenaica provincia urbs Pentapoleos, quo Persarum arma victricia nondum pervenerant. Herod. lib. III. init. Absurdius est *Berœa*, quomodo Asulanus edidit: est enim oppidum Macedoniæ, Ptolemæo Βέρροια. Ctesias urbem Crœso dono datam *Barenen* vocat πόλιν μεγάλην, ἐγγὺς Ἐκβατάνων, de qua et Steph. *Bongars.* Si vel unus librorum Mss. emendationi faveret, rescriberem *urbs Barene*, quam Mediæ urbem, cujus et Steph. meminit, Crœso dono datam ostendit ex Ctesia Bong. Nam neque *Barce* Pentapoleos urbs in provincia Cyrenaica h. l. convenit, cum eo Persarum arma victricia nondum pervenerint, ut apparet ex Herod. III. 1. nec item illa ab Alexandro condita, de qua inf. XII. 10. 6. minime vero, quomodo Asulanus edidit, *Berœa*, Ptolemæo Βέρροια, Macedoniæ oppidum. Ex cætt. quoque lectt. nihil sani erui potest: *urbs vero concessa: vero et concessa: Baragon cessa:* et, quod Sabellicus habet, *urbs Berse concessa.* Bernec. Non est dubitand. de emendatione Bongarsii, qui censet legend. esse *urbs Barene.* Sic Ctes. Καὶ ἔδωκε Κῦρος Κροίσῳ πόλιν μεγάλην Βαρήνην ἐγγὺς Ἐκβατάνων. *Et dedit Cyrus Crœso urbem magnam Barenen prope Ecbatana.* In ed. Junt. vestigia veræ h. lect. deprehendere licet. In ea enim scribitur *urbs Berœa.* Græv.

§ 10 *Passurusque Cyrus grave bellum Græciæfuit*] Oxonn. ediderunt ex Ms. *ut passurus g. b. ejus gratia fuerit.* Quam lectionem puto esse elegantissimam. Nam præterquam quod *bellum Græciæ* paullo dicatur insolentius pro, a Græcis, etiam illud *Græciæ* superfluum: quoniam præcedit 'ex universa Græcia.' *Schef.*

§ 11 *Lydi, &c.*] De quibus et Polyæn. Strateg. VII. Ad h. modum domuit Xerxes Babylonios ap. Plut. Apoph. Reg. cap. 6. Aristodemus Cumanos ap. Dionys. VII. 8. et Sesostris Ægyptios, referente Schol. Sophoclis: Romanos certe 'voluptatibus plus adversus subjectos quam armis valuisse' Tacitus affirmat H. IV. 64. et est exemplum in Ag. c. 21. *Bern.*

§ 12 *Cauponias, &c.*] In libris antiquis legitur *cauponias, ludicras artes*, quod non negligend. Suspicor quippe, veram Justini scripturam esse, *cauponias artes et lenocinia exercere*, atque illud *ludicras* ex glossa, qua quis illud 'cauponias' explicabat, irrepsisse. 'Cauponius' vocabulum est probum, ipsique usurpatum Plauto in Pœnulo, ubi 'puer cauponius' nominatur sensu non alieno ab h. l. pro puerili scorto vel cinædo. Nam 'cauponiæ artes' ap. Nostrum meretriciæ, quales olim in cauponis frequentissime solebant exerceri, ut est pridem demonstratum Casaubono ad Theophr. Charact. p. m. 184. Itaque hic conjunguntur cum lenociniis. Quanquam non meretriciæ solæ, sed et aliæ ad luxum atque voluptates pertinentes, plane sicut hodieque non raro in cauponis ista conjunguntur. 'Cauponium instrumentum' usurpavit quoque Marcianus JCtus in L. 17. §. 2. D. de Fundo Instructo, ut vix possit dubitari, quin hæc lectio Nostro sit restituenda. *Schef.* Vett.Codd. præ se ferre *cauponias et ludicras artes* olim monuit Val. Acidalius in lectt. Velleianis, et merito probavit, præfatus eod. modo formatam esse hanc vocem, ut 'histrionius et præconius quæstus' ap. Cic. eamque inveniri apud Plaut. apud quem legatur 'cauponius puer.' Sic et *lenonius* ap. eund. Comicum Pseud. II. 4. 'Oppidum expugnatum faxo erit lenonium.' Asseruit hunc lectionem etiam cl. Scheff. Sine hæsitatione illam recepi, ubi vidi in Juntina dudum eam extitisse, quam seqq. editores interpolarunt, quia huj. vocis rarioris exemplum eos fugiebat. *Græv.*

§ 14 *Fuere Lydis*] Herod. lib. I. de Gyge; vid. et Plut. I. Συμποσιακῶν. *Bongars.* Lydorum regnum est antiquissimum. Ab antiquo illius terræ rege Mæone patre Cybeles populi Mæones olim dicti, et, quæ postea Lydia vocabatur, appellata fuit Mæonia, ut constat ex Herod. Strab. et aliis. Primus Mæoniæ rex fertur fuisse Menes, Jovis et Telluris fil. ut auctor est Dionys. Antiq. lib. I. Post ibi rerum potitus est Atys, cujus fil. fuit Lydus, a quo mutato pristino nomine dicti sunt Lydi. Ab Atye vero prima regum Lydiæ familia fuit Atyadarum dicta, ad quam pertinet Omphale, Jordani filia, uxor Tmoli, cui serviit Hercules 3. annos. Atyadarum familiæ successerunt Heraclidæ; Hercules tempore servitutis consuevit cum Omphales ancilla, quæ puerum ex illo sustulit, cui Cleolao nomen. Vid. Apollodor. Biblioth. lib. II. Cleolai nepos fuit Argon, Alcæi fil. qui, extincta Atyadarum gente, regnum transtulit ad Heraclidas paulo ante bellum Trojanum. Herod. I. 7. Hi rerum potiti sunt annos 505. Ultimus huj. familiæ fuit Candaules Myrsi fil. de quo hic Justin. Tertia familia regum Lydiæ fuit Mermnadarum, cujus primus rex fuit Gyges, ultimus Crœsus, qui dicuntur imperasse Lydis annos 170. Hæc in tyronum gratiam. Pluribus exequitur ista cl. Marsham. Can. Chron. cap. 17. *Græv.*

Fortunæ Candauli] Rectius f. *fortuna C.* Diffundit hanc historiam Herod. I. 8. et seqq. Vid. et Plut. Sympos. I. Quæst. 5. Non absimilia de Othone Tac. A. XIII. 46. *Bernec.* Simpliciter h. locus est accipiendus, nempe ut nullius regis casus fuerit similis fortunæ Candauli; quod loquendi genus jam illustravimus IV. Obs. 8. Ceterum *Candauli* est secundi casus. Id enim placuit veteribus, ut in nominibus propriis, in *es* desinentibus, secundum casum efferrent per *i*, non per *is*. Ut Terent. 'Chremi.' Cic. 'Socrati.' Gell. 'Euripidi,' 'Sophocli,' et sic ap. alios: quia et Græci etiam nomina, alioquin in ης desinentia, sæpe per ους finiebant. *Gronov.* Suspicatur Bernecc. legend. esse *fortuna:* idem et mihi pridem visum est, et certum puto. Nam *Candauli* est tertii casus: unde et mox legend. *cædes Candaulis*, non *Candauli.* Nam iste morio, iste fatuus, Princeps, Herodoto non ille quidem 'Candaulos' dicitur, sed 'Candaules.' Posset tamen et retineri istud *Candauli* in secundo casu, itid. ut dicimus 'Achilli' pro, Achillis; 'Ulyssi' pro, Ulyssis; 'Pericli' pro, Periclis; nempe per metaplasmum, ut vocant grammatici, i. e. per variam declinandi nominis rationem. *Fab.*

Nullus tamen fortunæ Candauli comparandus] Berneggerus mallet *fortuna;* et ut *Candauli* sit casus tertii. Verum enimvero *Candauli* sine dubio casus secundi est; ut in illo, quod paulo post sequitur, 'cædes Candauli.' Estque hujusmodi secundus casus ap. Auctores satis frequens. Nepos: 'Themistocles Neocli filius.' Plura habet Vechnerus in Hellenol. Deinde nec illud insolens videri debet; quod non *fortuna nullius*, sed *nullius fortunæ Candauli comparandus* dicitur a Nostro. Ita enim inf. II. 14. 10. 'Atheniensium virtus ceteris prælata,' pro, ceterorum virtuti præl. Et II. 15. 20. 'Non inferior virtutibus patri,' pro, virtus ejus non inferior virtutibus p. Etiam sic alii loquuntur. Plaut. Asin. 'Hic quæstus noster aucupi est simillimus,' pro, aucupis quæstui. Cic. pro Flacc. 'Cujus ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Græciæ, sed haud scio, an cunctis gentibus anteponendam jure dicam,' pro, disciplinæ Græciæ et cunctarum gent. *Vorst.* Angl. *fortunæ Candauli*, quod præfero, quia respondet præcedenti *casibus: comparandus fortuna* idem est ac, comparandus in fortuna; genus loquendi simile illi Ciceronis pro Quint. 30. 'Non comparat se tecum gratia L. Quintius, Sex. Nævi, non opibus, non facultate, contendit.' *Schef.*

§ 15 *Quam propter formæ pulchritudinem deperibat*] Junt. *q. p. f. p. nimium dep.* Græv.

Voluptatum, &c.] Saxo VII. p. 138. 23. 'Tacita fortunæ conscientia fretus.'

§ 17 *Ut affirmationi suæ*] Mss. habent, *affirmatione suæ* quod fortasse non repudiari debebat. Sententia est huic l. admodum accommodata: Veritum nempe Candaulem, ne illi prædicationi suæ non haberetur fides, ideo adhibuisse Gygem velut testem, qui sua affirmatione posset convincere alios, ac efficere, ut crederetur verum, quod Candaules prædicaret. Debebat facere fidem dictis et prædicationi Candaulis per suam affirmationem. *Schef.*

§ 18 *In adulterium uxoris solicitatum*] Ms. Angl. et Juntina, *in a. u. illectum.* Græv.

§ 19 *Nuptiarum præmium*] Et hic l. sanitatem debet Gronovio, qui in Obs. II. 25. egregie restituit *pretium:* quia cædes pretium fuit nuptiarum, quo emit quasi et consecutus est nuptias reginæ Candaules. Cædes enim non præmium nuptiarum fuit, sed nuptiæ præmium cædis. Nihil certius: vid. quæ ibi firmandæ huic lect. affert. In alia omnia it politiss. ille Faber, cujus memoria mihi semper erit desideratissima. Nec tamen per-

suaderi possum ut a doctoris mei sententia discedam. Nam licet demus *nuptiarum præmium* poni pro nuptiali præmio, ut 'munus funeris' pro munere funebri, tamen videtur ipsa huj. loci ratio postulare, ut legamus *nuptiarum pretium*. Cædes enim Candaulis non fuit præmium nuptiale; nam præmia nuptialia offerebantur, cum jam conditiones essent matrimonii acceptæ, et sponsa in mariti manum convenisset; sed pretium nuptiarum est res, qua mulieres conciliantur, ut in nuptias consentiant, res quæ viris puellas et illarum nuptias conficit. Sic vett. locuti. Flor. III. 1. 'Qui ubi diffisus rebus suis alienæ cladis accessio fieri timet, pretium fœderis atque amicitiæ regem facit.' Sicut hic rex traditus fuit pretium amicitiæ et fœderis, h. e. traditione Jugurthæ sibi conciliavit fœdus et amicitiam Romanorum Bocchus, sic et cædes Candaulis fuit pretium nuptiarum reginæ. Exempla alia sunt in promtu: vid. Gronov. in Obss. laudatis. *Græv.* Ad hæc sic scribit Amicus meus J. Græv. Hic l. sanitatem [&c. V. supr. Citat usque ad 'sed nuptiæ præmium cædis.'] At mihi alia sententia est, nil mutand. sc. Ita enim Justin. scripsisse videtur ad morem Asiaticorum et vett. Græcorum respiciens, qui munera et grandem pecuniæ summam ad sponsam et illius parentes mittebant; quod ex libb. Mosis et ex Homero certum est; quæ dona et ipsi 'dotem' vocabant. Hinc itaque est quod mox ista regina 'sanguine mariti dotata' dicitur, quod Gyges Candaulen eo fine interfecerat ut illius nuptiis potiretur. Eo quoque respectum a Virgil. fuisse arbitror, cum dixit: 'Sanguine Trojano ac Rutulo dotabere, virgo.' Quem l. ante oculos habuisse videtur Justin. Illa autem s. præmia s. munera Græci homines ἕδνα vocabant, quod sexies septies ab Eustathio Homeri interprete ostensum est. Ad confirmandam illam vocem *præmium*, unice facit quod in XV. 4. anulum 'munus concubitus' et 'donum' ab Apolline accepisse dicitur Laodice. Priusquam abeo, vid. mihi locum insignem Iliad. XI. 242. 243. 244. Quod dixi modo de donis procorum ap. vett. id hodieque ap. Turcas, Scythicum genus, usurpari didici ex Petro Bellonio III. 1. *Faber.* Gronov. II. Obs. 25. legend. censet *nuptiarum pretium*: cædem enim Candauli non præmium, sed pretium, fuisse, quo Gyges quasi emerit et consecutus nuptias fuerit; ipsas nuptias autem præmium fuisse cædis. *Vorst.* Vir summus Gronov. legebat *pretium*, quod Græv io probatur. Hæreo, et *præmium* accipio pro mercede laboris ob interfectum Candaulem. Quomodo *præmii* vocem usurpavit et Plin. IX. 8. 'Sed enixioris operæ quam in unius diei præmium conscii sibi [delphini piscatores adjuvantes]operiuntur in posterum.' *Schef.* Sed quid est *cædes Candauli fuit merces nuptiarum?* Imo nuptiæ fuerunt merces cædis, ut de Gronovii emendatione non sit dubitandum. *Græv.*

Et uxor mariti sanguine dotata] In Ms. quodam legitur *et uxore m.* F. scripsit Justin. *et uxor e m. s. d.* quod qui non intellexerunt, fecerunt ex duobus vocabulis unum, et pro *uxor e* scripserunt *uxore.* Sane *dotata e sanguine* rectissime dicitur, per adjectionem præpositionis, quæ hunc casum unice regit. Nam casum sextum non aliunde, quam a præpositione, pendere, Sanctio tam clare probatum est, ut dubitandi causa nulla supersit. Quia tamen frequentissime omittitur, ideo pro *uxor e*, et post *uxore*, scioli fecerunt *uxor.* Schef.

CAP. VIII. § 2 *Tomyris*] Frontin. II. 5. et Jornand. in Geticis c. 10. et nostri Vett. omnes constanter *Tamiris*, uno excepto, qui habet *Tomeris*; Orosii Mss. II. 7. 'Thameris.' Valerii M. ed. postrema IX. 10. 'Thamyris.' Herodoto I. 207. et seqq. est Τόμυρις: aliis Τώμυρις. De Cyri morte dissentit a ceteris Diod. lib. II. in Scytharum historia. *Bongars.* Luciano in Charonte, et aliis, Τώμυρις. Historiam ex modo dictis auctoribus præcipue diffundit Herod. *Bernec.* Juntæ illi Bongarsiano Ms. adsentiuntur, qui scribit *Tomyris.* Et sic omnino ex Lucian. et Herod. scribend. ubique. *Græv.*

Quæ non, &c.] Saxo I. p. 6. 'Quæ [Gro], sponsum adesse rata, insolito cultus horrore muliebriter territa.'

Cum prohibere eos transitu Araxis fluminis posset] Nescio, quid Marcellino lib. XXIII. in mentem venerit, quod scribat: 'Cyrum, Bospori fretum cum mulitudine fabulosa transgressum, ad internecionem delevit Tamyris regina Scytharum, ultrix acerrima filiorum.' Araxem transgressum fuisse Cyrum, cum Tamyridi et Massagetis bellum inferret, ex omnibus constat. Bosporum vero trajecisse nemo dixit. Miror quoque, virum doctiss. h. l. reponere *Tomyris* pro *Tamyris.*' Nam dicitur Τώμυρις, Τάμυρις, et Θάμυρις. Quamvis postremum hoc nomen viris attribuatur, non feminis. Ita Polyænus Sacarum regem vocat. Ap. Æsch. quoque in Pers. aliquoties Θάμυρις pro Θάρυβις legend. esse, patet ex Schol. Et sane videtur esse commentum Græcorum, quod de hac, tanquam muliere, produnt. *Teimur* namque masculum nomen ap. Scythas semper fuit. Quin etiam multum ab eo abit, quod refert Lucian. in Macrobiis, auctoritate cipporum Persicorum et Onesicriti. Ait enim: Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων δροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος, ὁ τὰ ἐπὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος, ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων. Μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι, πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι, ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος, ἀθυμήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Quamquam absurdissimum hoc multis videbitur. Utpote cum Cyrus 40. annos natus regnare cœperit; imperarit annos 30. Cambyses vero annos $7\frac{5}{12}$. Fieri itaque non potuerit Cyrum centesimum annum ætatis implesse, regnante Cambyse. *Voss.*

§ 4 *Dein postera die simulato metu, quasi refugiens castra deseruisset, ita vini affatim*] Hunc l. ex Oxon. et Junt. sic restitui: *D. p. d. cum, sim. m. q. r. c. d. vini affatim, et ea quæ erant epulis necessaria, reliquit. Cum* ex Juntina interposui, *ita* auctoribus Mss. Anglicanis et Juntina delevi. Paullo ante ead. ed. Junt. 'cum prohibere eos posset, vadum Araxis fluminis transire permisit:' sed *fluminis* irrepsit ex margine. Quis credat Justinum brevitatis tam studiosum in ead. periodo iterato sine necessitate usurum eadem voce? continuo enim sequitur: 'et sibi faciliorem pugnam intra regni sui terminos rata, et hostibus objectu fluminis fugam difficiliorem.' *Græv.*

§ 6 *Vino, &c.*] Saxo v. p. 94. f. 'Ingenti se oneravere vino.'

§ 7 *Ebrietate*] H. modo perierunt et Histri ap. Flor. II. 10. Add. Frontin. II. 5. 12. Videtur de simili eventu loqui Sall. H. IV. 3. 18. *Bern.*

§ 8 *Saucios*] Ea est vetus lect. Strabo (qui lib. II. p. 353. pr. hæc in Sacis gesta scribit) ἐξοίνους καὶ παραπλῆγας, *vinolentos et stupidos:* Auctor inf. XXIV. 8. 1. 'mero saucios' dicit: quomodo Ennius et Lucret. 'amore saucios.' Inde ap. Tibull. I. 2. 'Percussus tempora Baccho.' Qui Græcis dicitur οἰνοπλήξ. Plaut. Casina III. 5. 6. 'Quid est, nisi hæc meraclo Se uspiam percussit flore Liberi?' Ea videtur esse ejus loci vera lect. 'Flos Liberi' et Plauto sæpe, et Turpilio ap. Non. est vinum. *Bongars.* Plura Gruterus Suspicion. VIII. 13. Impressi *securos* præferunt. Freinsh. *sopitos* legend. suspicatur: ut ap. Curt. VIII. 6. 32. 'Sopitus mero ac

somno.' Est qui *saucios* ideo damnat, cum jam modo bis de ebrietate præcesserit. Sed nulla hic tautologia, quod ea vox stuporem, effectum ebrietatis potius, quam ipsam, designare videatur; inde ducta metaphora, quod admodum ebrii mente sic alienentur, ut nihil sentiant, prout solent graviter saucii. Pari fere translatione Archilochus ap. Athenæum XIV. 6. m. *Οἴνῳ συγκεραννωθεὶς φρένας, vino mentem attonitus.* Nec alia de causa Plaut. Aulul. III. 6. 39. 'deponere vino' dixit, quam quod ebrii non secus efferantur ac ii, qui jam animam efflarunt. Certe 'saucius' absolute hoc significatu sumitur etiam a Martiale III. 63. Apul. VII. M. *Bernec.* Videri posset dicend. esse *vino saucios;* nec id primus moneo. Certe ita locutus est Justin. XXIV. 8. 'Hesterno mero saucii.' *Faber.* Antiquiores typis expressi habent *securos.* At Bong. e Mss. restituit *saucios.* Et credo Auctorem ita omnino voluisse; quod videam inf. XXIV. 8. 1. pari modo eum scripsisse 'Hesterno mero saucii;' et Martialem item III. 68. atque Apuleium lib. VII. ead. notione vocabulo usos esse. *Vorst.*

§ 9 *Et quod gravius dolendum*] *Et q. g. doleret*, legitur in altero Ms. Voss. *Gronov.* Oxon. ex Ms. *et q. g. dolet:* probe. *Græv.* Angl. *et q. g. dolet.* Placet admodum, videturque repudiatum ab his qui hoc genus nesciebant vetustioribus receptum. Arria ap. Plin. III. Epist. 16. post extractum e pectore suo pugionem, ad maritum: 'Pæte non dolet.' Et Martialis rem eand. memorans: 'Vulnus, quod feci, non dolet.' *Schef.*

In ultionis solatio intendit] Ad 'intendit' Freinsh. subaudiri vult, mentem, ut ex Ind. quem in hunc Auctorem confecit, apparet. Mihi autem *ἀπὸ κοινοῦ* repetend. videtur 'dolorem.' *Vorst.* Recte Vorst. hic non, animum, subaudiend. ait in verbo 'intendit,' sed referend. ad superius 'dolorem.' Sed quid est 'intendere dolorem?' Id quod opponitur præcedenti 'effundere dolorem,' h. e. non finire dolorem, sed proferre, producere, eumque convertere in solatium, velut scopum aliquem, quemadmodum arcum intendere in aliquid dicimur. *Schef.* 'Intendere dolorem' est, augere, ut 'intendere vocem,' 'linguam,' ap. Tullium. 'Intendere dolorem in solatium,' est, acrius dolere ut solatium capias. Hæc vero balbuties est Justino et Trogo indigna. Recte Freinsh. vidit, animum, esse intelligend. ut alibi quoque hanc vocem addit huic verbo, alibi omittit, Justin. 'Intendere animum in ultionis solatia,' est, cogitare acrius de solatio doloris capiendo ex ultione. *Græv.*

§ 10 *Cyrum ad angustias usque perduxit*] Optime Juntæ *produxit;* est enim proprium verbum in hac re. Cæs. VII. B. G. 'Cum fuga vehementi Volusenum longius produxisset.' Id. III. B. C. 'Elicuit naves Cælianas, atque ex his longius productam unam quinqueremem et minores duas in angustiis portus cepit.' Non potuit inveniri vox aptior et huic l. accommodatior, quam quæ in Junt. legitur, cujus vim cum non intelligerent seqq. editores, id immutarunt in notius, ut plerumque fit. Interpolationum enim præcipua caussa ignorantia priscæ elegantiæ. Hinc recentiores aut descriptores aut editores exquisitioribus et parum tritis supposuerunt vulgatiora vocabula et locutiones. Nam quod aiunt 'producere' esse, porro ducere, verissimum est. An vero qui in fraudem pellicit, cedendo fugiendoque, donec perveniat in locum ubi insidiæ sunt structæ, an non is persequentem porro ducit, h. e. eo producit, quo scit esse qui in insidiis sunt collocati? *Græv.* Testatur Græv. ed. Juntinam habere *produxit:* quod mirifice et mihi placet. Sane ad h. modum Cæs. VII. B. G. *Vorst.* Mallet vir doctiss. secutus Juntas legere *produxit.*

Ego nihil mutem. Loca sane, quæ pro altera lect. afferuntur, huc non quadrant. Aliud enim 'producere longius,' et aliud 'perducere ad aliquem locum.' Illud recte dicitur, quia 'producere' est quasi, porro ducere. At si adhiberetur in posteriori genere, sensui repugnaret. Nam qui ducit ad locum, is non ducit porro, is non producit, sed perducit. *Schef.* *Usque* non habet Angl. *Græv.*

§ 11. 12. 13 *Cum ipso rege trucidavit. In qua, &c.*] Atqui Cyrum regem in acie captum, et cruci affixum, scribit Diod. II. 44. Xen. tradit, placide in lecto obdormiisse. Ctesias alio modo. *Bern.*

§ 13 *Satia te, inquit*] Metuo ne illud *inquit* hic intrusum sit a sciolo. Nam quæ hæc loquendi ratio, *regina jubet, inquit?* debebat saltem conjunctio intercedere: *jubet et inquit.* Sed et si adderetur ea, haud quadraret illud 'hac' in verbis 'cum hac exprobratione.' Nam ostendit, exprobrationem nudam oportere sequi, non narrationem, ad quam spectat verbum *inquit.* Schef.

CAP. IX. § 1. 2 *&c.*] Fusius hæc omnia tractat Herod. lib. II. et III. *Bern.*

Cambyses] Quæ paucis auctor noster, ea Herod. lib. II. et III. tractat fusius. *Bong.*

§ 2 *Apis*] Mss. nostri *Serapis*, quod pro eod. est: qui enim 'Apis,' is et 'Serapis' et 'Osiris' etiam, dictus. *Mod.* Bos Osiridi consecratus, i. e. Soli. Describunt Herod. III. 28. Diod. I. 85. Plin. VIII. 46. Marcellin. XXII. 33. et alii. *Bern.*

§ 3 *Ammonis, &c.*] Meminit et Plut. in Alexandr. c. 46. et Sen. N. Q. II. 30. *Bong.*

4 *Fratrem suum Smerdem regnaturum*] Miror sane in hac historia tantam nominum confusionem. Solius fratris Cambysis nomen ap. Herod. et Justin. est idem, nempe 'Smerdis;' reliqua variata. Nam occisorem Smerdis Herod. 'Prexaspen' vocat, Justin. 'Comarim.' Hunc Comarim, perpetrata cæde, fratrem suum Oropasten Magum, cum et ipse Magus esset, subjecisse Cambysi, ac pro Smerde proclamasse, quoniam Smerdi, fratri Cambysis, persimilis fuerit. Herod. autem Magos vocat, alterum Patizithen, alterum Smerdim, qui ita fratri Cambysis et nomine et vultu persimilis fuerit, unde et ausos occupare regnum. Atqui talia in Justino omnia enumerare nimium laboris caperet: propterea multa nobis necessaria tacenda ac dissimulanda. Sed et Val. M. in libro II. de Fortitud. Dario adscribit, non Gobriæ, lustrationem istam cum Mago. Id. tamen Val. lib. IX. cap. 2. de 6. illis, aut 4. ut Justin. habet, a Dario cæsis suspectam mihi historiam memoriæ reliquit. Judicet lector. *Glar.*

Fratrem suum Smerdim] Cambysis frater, qui hic in vett. est *Mergis*, ap. Herod. est Σμέρδις, quo nomine etiam magum Oropasten vocat: et *Cometes* magus, qui in edd. vulgatis dicitur *Comaris*, contra libros ap. eund. Herod. est Πρηξάσπης: et *Ostanes*, qui vulgo *Orthanes*, Herodoto dicitur Ὀτάνης: et Darius *Histaspis* fil. in vett. nostris est *Hyptasi.* Hæc, ut in Herod. habentur, edidit Asulanus. Sed *αἱ τῶν ὀνομάτων μεταπτώσεις, καὶ μάλιστα τῶν βαρβαρικῶν, πολλαὶ*, ut est ap. Strab. Et quanta est inter Trogum et Herod. varietas, tanta aut longe etiam major inter Herod. et Ctesiam in ipsa historia dissensio. *Bongars.* Non sine injuria posset aliquis suspicari, scribend. esse *Merdim*, et paulo post *Merdi* pro *Mergide.* Merdim enim et Merdiam appellant nonnulli Cyri filium, ut testantur Scholia ad Pers. Æsch. Ap. Æsch. ipsum male legitur Μάρδις, ut jam vidit Schol. Herodoto et Aristoteli est Σμέρδις. Nam sæpe *τὸ σ* nominibus propriis in principio affigitur. Ctesiæ est Τανυοξάρ-

κης. Ait enim: Κῦρος δὲ, μέλλων τελευτᾷν, Ταυνοξάρκην τὸν νεώτερον υἱὸν ἐπέστησε δεσπότην Βακτρίων, καὶ τῆς χώρας, καὶ Χωραμναίων, καὶ Παρθίων, καὶ Καρμανίων, &c. Sic legend. Oropastes ipsi est Σφενδαδάτης. *Voss.* Junt. *Smerdem*: Ms. *Smergim*. Leg. *Smerdim* ex Herod. *Græv.*

Fratrem suum Mergim] Vett. edd. Bech. et Sich. habent *Mergidem*: quod et in Mss. quibusd. esse notavit Bong. Et congruit ei, quod paulo post sequitur, *Mergide*. Junt. ed. uti Græv. testatur, manifeste *Smerdem* habet, ut ab Herod. appellatur. Verum, quia bis deinde *Mergide* sequitur, putem Justinum et *Mergidem* vel *Mergim* per G scripsisse. Minime vero omnium placet *Smerdide*, quod Grævium in textum recepisse video. *Vor.*

§ 7 *Nomine Cometem*] Junt. et nonnullæ aliæ, *Præxaspen*. Ab Herod. sane 'Prexaspes' appellatur in Thalia c. 30. *Græv.*

§ 8 *Gladio sua sponte evaginato*] Strabo ext. lib. XV. a Magis sublatum tradit: ab Auctore nostro est Herod. III. et Marcellin. XVII. cujus mihi locus de mendo suspectus est. *Bong.* Ab Auctore nostro est Herod. III. 61. et Marcellin. XVII. 6. Sulp. Severus lib. II. Hist. Sacræ p. 116. Contrarius videtur Strabo, qui lib. XV. extremo, 'Cambysen a Magis sublatum' dicit, interp. Xylandro. Verum ibi τὸ κατελύθη, de imperio Cambysis a Magis intercepto, quam occiso ipso, malim accipere: quæ verbi notio Thucydidi, Xen. Herodian. &c. est recepta. Quanquam etiam Oros. II. 8. Magos, sub nomine 'quem occiderant Regis,' regno obrepere ausos scribit. *Bern.*

In femore] Quum in Mss. omnibus legatur *in femur*, suspicor Auctorem hic usum fuisse Græcismo, et scripsisse *femur*, omissa præpositione. Nec aliter Liv. XXI. 7. 'Annibal ipse, dum murum incautius subit, adversum femur tragula graviter ictus cecidit.' Suet. Octav. 20. 'Una acie dextrum genu lapide ictus: altera et crus et utrumque brachium ruina pontis consauciatus.' Val. M. III. 2. 23. 'Tragula femur trajectus, saxique pondere ora contusus.' Auctor B. Afr. 78. 'Pacidius graviter pilo per cassidem caput ictus.' Id. 85. 'Pompeius Rufus brachium gladio percussus:' cod. modo, quo Cambyses, occubuit Engelramus de Cusci, teste Matth. Paris. in Henrico III. p. 862. *Gronov.* Lib. Mss. habent *in femur*, pro *in femore*; quod repudiatum videtur ab iis, qui hoc genus sermonis, quia infrequens est, non intelligebant. *Vulneratus in femur* plene dicitur, quod et per ellipsin posset formari, dicique, *vulneratus femur*. Quomodo ap. Plin. est, 'Vulneratus humerum et femur,' VII. 28. 'Ipse vulneratus humerum ac femur.' Præp. *in* significationem habet Græci κατὰ, de quo vid. Sanctium lib. IV. Min. p. m. 403. *Schef.*

Pœnasque, &c.] Saxo XIV. p. 307. 30. 'Luensque pœnas seu admissi seu tolerati parricidii.'

§ 9 *Magus ante famam amissi regis occupat facinus*] Magi duo fuerunt, ut ex Herod. constat et Oros. II. 8. ap. quem vox *duo*, quæ est in Ms. deest in impressis: septem commemorat Val. M. lib. IX. cap. 2. et Marcellin. lib. XXIII. *Bong.* Duos tantum fuisse Magos, qui Persicum imperium occupaverunt, præter Nostrum asserunt Herod. III. 61. Sulp. Severus lib. II. Hist. Sacr. p. 116. Oros. II. 8. Cedren. p. 118. 54. Const. Manasses in Annal. et alii. Atqui septem commemorant Marcellin. lib. XXIII. cap. 22. fin. et Val. M. IX. 2. Ext. 6. Verum auctoritas Ammiani, consensui plurium impar, nec tanti, est: Val. vero Maximi locum feliciter emendavit ac Nostro conciliavit vir magnæ dignationis eruditionisque Janus Rutgersius Var. Lect. I. 8. Cum enim vulgati sic habeant: 'Ne quem ex conjuratione, quæ septem magos cum eo oppresserat,' &c. ille transposita una, non amplius, vocula legit: *Ne q. ex c. septem, quæ m. c. eo o.* Septem, inquam, illorum, a quibus oppressi duo Magi, procerum Persarum, de quibus accipiendus et Florus III. 5. 2. Vid. H. Steph. Annotatt. in Plat. Tom. III. p. 68. 69. *Bern.*

§ 10 *Erat enim decorus et corporis lineamentis persimilis*] Malo, quo pacto et Bong. in Ms. libro esse profitetur, et ego in Fuldensibus meis disertim exstare scio: *E. e. et oris et c. l. p.* quæ enim pars in homine, in qua major solet haberi lineamentorum ratio, quam os et vultus? *Mod.* Restitui locum ex sententia V. cl. Fr. Modii, qui disertim in Fuld. suis ita scriptum ait: quo pacto et Bong. in Mss. libro esse profitetur. Nec enim in homine pars est, in qua major solet haberi lineamentorum ratio, quam os, h. e. vultus. Antea vulgati: *E. e. d. et c. l. p.* Herodotus III. 61. Ἦν τε δὴ ὄμοιος εἶδος. De decore nihil. *Bernec.* Videtur legend. *Erant e. et oris et c. l. persimiles.* Gronov. Juntæ: *Erat c. oris et c. l. persimilis*: lege: *Erat e. ei oris et c. l. persimilis.* Græv. Edd. vett. ante Bong. habebant: *Erat e. decorus et c.* Unde suspicor, lect. veram Justini fuisse: *Erat e. de oris et c. l. persimilis.* Ablativum regi a præp. supr. est ostensum. Ea sicut frequentissime omittitur, sic apposita nonnunquam reperitur, quod hic accidisse puto. Scripserat autem, pro *de oris*, junctim quispiam ab initio *decoris*, quod per emendationem deinde factum est *decoris*. Tum nata lectio, quæ nunc habetur. *De oris* dictum, ut, 'De facie notus.' *Schef.* Vincent. III. 27. 'Lineamentis Smerdi persimilis.'

§ 11 *Sub specie majestatis*] Similiter a Deioce rege Medorum institutum, Herod. I. 99. tradit, ne conspici regem fas esset: ne sc. assiduo conspectu vilesceret. 'Majestati major e longinquo reverentia,' Tac. A. I. 47. 'Continuus aspectus minus verendos homines ipsa satietate facit,' Liv. XXXV. 10. 5. 'Quicquid in excelso fastigio positum est, humili et trita consuetudine, quo sit venerabilius, esse vacuum oportet,' Val. M. I. 6. Utut sit, omnibus potius quam nemini patere debere principem, ostendit egregie Grut. ad Tac. Diss. XLIV. *Bern.*

§ 12 *Ad favorem populi conciliandum*] Sic inf. XXI. 1. 4. et 5. Sc. 'novum imperium inchoantibus utilis est clementiæ fama,' Tac. H. IV. 63. *Bern.*

Tributa et militiæ vacationem in triennium permittunt] Quid hic est *permittere tributa?* Certe, permissis tributis favor populi non obtinetur. Eruditiss. Gronov. noster pro *tributa* legit *tributi*: tributi nimirum vacationem permittunt. Recte, si quid judico. *Boxhorn.* Omnino legend. *tributa et militiam vacatione in tr. remittunt*: ipsoque Auctore illam lectionem confirmante XI. 1. 'Alii tædio longinquæ militiæ remissam sibi expeditionem gaudebant:' et XXXVIII. 3. 'Debita civitatibus publica privataque remittit, et vacationem quinquenii concedit.' Et 'Delectum remittere' Liv. XL. 28. *Gronov.* Juntæ et unus Ms. *remittunt*. Quod probat Gronov. et pluribus asserit Obs. IV. 2. His accedunt tres Angl. in quibus *permittunt*. Retinenda vulgata, sed non ideo retinenda, quod *permittere* significet, remittere, quem doctorum virorum errorem dudum rejecit acerrimi judicii vir J. F. Gronov. in l. laudato; sed quod 2. pluribusve nominibus nonnunquam apponatur verbum, quod ad ultimum tantum potest referri, cum ad præcedd. sit aliud intelligend. Vid. quæ de his locutionibus notavi ad Flori III. 21. Locus Augustini, quem Vorst. attulit, nihil facit ad id, quum *permittere* conten-

dunt poni pro, remittere, confirmandum. Hæc enim mens est Augustini: 'Deus neque permittendo,' sc. ut debeatur, h. e. ut peccetur nimirum impune, 'neque exigendo quod debetur,' h. e. puniendo peccata, 'injustus est.' *Permittunt* igitur Magi *militiæ vacationem*, sed ad *tributa* intelligend. *remittunt*. Græv. In Mss. aliquot pro *remittunt* legitur *permittunt*. Veriorem tamen lect. esse crediderim *remittunt*, ut ipsemet Justin. XXI. 1. 'Tributa populo per triennium remittit;' neque sane aliter optimi quique scriptores loquuntur. Sed hoc sæpe demiror, quod hic legitur: *vacationem remittunt*. Nam *remittere* quidem *tributa* recte dixeris, quia 'tributum' res dura est, et onerosa, et, ut opinor, non magnopere optanda; at 'vacatio' res est et jucunda et in primis expetenda. Quamobrem ipse libentissime legerim, id quod, ut ingenue dicam, necessarium judico, *tributi et militiæ vacationem in tr. permittunt*: i. e. vacationem a tributo, vacationem a militia. *Faber*. *Remittunt* habent sane vett. typis expressi, quos curarunt Juntæ, Bech. Maj. Sich. Sed et unus Ms. quem vidit Bong. sic habet. Probantque lect. eam Gronov. atque Græv. Sane phrasi 'tributa remittere' usus Auctor XXI. 1. 5. similiterque XI. 1. 2. dicit 'expeditionem remittere.' Quæritur autem, quomodo dici potuerit *militiæ vacationem remittere*; quoniam ea fere tantum quæ molesta sunt, ut 'tributum,' 'expeditio,' 'remitti' dicuntur; non autem ea quæ sunt grata, ut 'vacatio militiæ.' Dicend. igitur, verbo *remittere* duplicem vim subjectam hic esse; et *militiæ vacationem remittere* idem esse quod, militiæ vacationem permittere. Quam vocis significationem notarunt Cujacius in Obss. Lips. in Not. ad lib. I. Taciti, et Gifan. in Obss. L. L. Quod autem unum idemque verbum ad diversa nomina relatum duplicem interdum significationem habeat, ejus ipse Noster plura exempla suppeditat: III. 1. 9. in his: 'Et cædem patris, et se ab insidiis Artabani vindicavit;' et XI. 9. 14. in his: 'Non mortem, sed dilationem mortis deprecantur.' Sed Bong. quia in pluribus Mss. reperit *permittunt*, ita plane et rescribend. putavit. Si igitur legere quispiam malit *tributa et militiæ vacationem permittunt*, τὸ *permittunt* item notione non una, sed duplici, accipiendum erit: ut *tributa permittere* sit pro, tributa remittere. Sed negat Gronov. eam verbi significationem usquam observari. Vid. IV. Obs. 2. Alii tamen, inter quos Gifan. eam observari asseverant. Quorum observationibus adjicio ego quod in Ep. 106. Augustini legitur: 'Deus' &c.] V. supr.] *Vorst*. Nihil mutem, etsi habeant alii *remittunt*, hocque probent viri doctiss. Nam cum sensu duplici accipiend. verbum sit, sive hoc, sive illud, ponas, malo credere *permittunt* scripsisse Justinum, quam *remittunt*, quia id magis respondet propiori *vacationem*. Schef.

§ 13 *Indulgentia et largitionibus*] Sic male editi: omnes enim scripti libr. *indulgentiæ l.* eodemque modo inf. XVI. 1. 'Stirps subolis.' *Gron.*

§ 14 *Ostani*] Ostanes Pharnaspis fil. cujus filia Phædyma appellabatur Herod. lib. III. cap. 68. Pedima L. Ampelio. *Bern.*

In conjecturis sagacissimo] Non contemno, quod impressi quidam habent, *in conjectura*, quia firmat Ms. in quo *conjecturas* legitur. Ultima enim litera ex initiali sequentis vocabuli adhæsit. Sane cur de pluribus, quam hac una in præsenti negotio, conjecturis locus debeat intelligi, vix dari potest causa. *Schef*.

§ 15 *Filia*] Quæ ab Herod. Φαιδύμη, a Zonar. Φαιδυμίη, vocatur.

§ 16 *Recludantur*] F. *seclud*. Gron.

§ 19 *Septem tantum*] Thucyd. VI. 9. 26. 'Pauci conjuraverant, quo tutiores essent.' Add. Curt. VIII. 6. 20. Tac. XV. 59. 5. Cæterum istorum 7. optimatium nomina recenset Herod. III. 70. L. Ampel. inter quos tamen non est Ἀναφᾶς Diodori XXXI. *Bern.*

Per quenquam narraretur] Manu exarati codd. habent *per quencunque*. Suspicor a prima manu fuisse *per quemquam enarraretur*: fuerat enim *enarrare* verbum admodum idoneum hoc l. pro, enuntiare, quod alibi usurpat, h. e. abdita narrando divulgare; qui sensus ejus primus principalisque est. *Schef*.

Occultato, &c.] Saxo I. p. 19. f. 'O. s. v. f. opportunum sceleri tempus exspectabat.'

§ 20 *Animus, &c.*] Saxo I. p. 18. 37. 'Nec Tostoni in vindictam sui animus defuit.'

§ 21 *Duos de conjuratis interficiunt*] Atqui hos non interfectos a Magis, sed tantum læsos, scribit Herod. III. 78. cujus quidem ob antiquitatem haud paullo major, quam Justini, auctoritas. Et patet ex seqq. ibi deliberationibus, duos illos ex vulnere convaluisse. *Bernec.* Pro *interfic.* videtur aliud quippiam legend. quod modo vulneratos duos illos significet; quia non Herod. tantum 2. ex conjuratis modo læsos scribit, sed ipse quoque Noster in seqq. non obscure significat, omnes 7. conjuratos deliberasse, atque pactos inter se fuisse, qua ratione regnum ad unum ex ipsis perveniret. *Vorst*. Putat Vorst. pro *interfic.* aliud quid scribend. cum Herod. auctore fuerint tantum vulnerati. Verum non necesse est, ut Trogus secutus Herodotum solum credatur. Sed nec ex seqq. patet, omnes 7. deliberasse de regno, quod ait Vorst. Dicuntur quidem omnes perduxisse equos, omnes convenisse, sed illos omnes fuisse 7. numero, hoc non indicatur. Neque juvant ista: 'Regnum Persarum septem nobilissimorum virorum virtute quæsitum:' fuerat enim omnium 7. virtute quæsitum, licet per virtutem istam non omnes 7. etiam in vita se potuerint servare. *Schef*.

§ 22 *Gobryas*] Val. M. III. 2. Ext. 2. Paullo post *fortuna tamen ita regente*; malim *ictum reg.* Magophoniæ meminit et Agathias lib. II. *Bong.*

Med. am.] Saxo XV. p. 367. init. 'Arusiorum pontifex Sueno medium [regem] complexus.'

CAP. X. § 1 *Magna quidem gloria recepti regni principum fuit*] Mss. nostri expresse habent: *m. q. g. reciperati r. p. f.* quam lect. veram præsto, non hic tantum, sed et v. 9. ubi item repono: 'Omnes se Argos et Thebas contulere; ibi non solum tutum exilium egerunt, verum etiam spem reciperandæ patriæ receperunt.' Item ap. Liv. lib. V. 'Ferro, non auro, reciperari patriam jubet.' Sic enim et ibi reperias in membranis. Quid autem sit *reciperare*, indicat his verbis Festus: '*Reciperatio* est, ut ait Gallus Ælius, cum inter populum, et reges, nationesque, et civitates peregrinas lex convenit, quomodo per reciperatores reddantur res, reciperenturque, resque privatas inter se persequantur.' *Mod.*

Principium] 'Principium' dixit pro, principum, ut ubique 'civitatium,' 'penatium,' 'apium,' 'paludium,' 'sapientium,' antiquo genitivo, quem et Pandectæ Flor. et plerique libri vett. agnoscunt. *Hominium* dixit Sall. Ju. 74. 2. 'Neque illi res, neque consilium, aut quisquam hominium, satis placebat:' monuit flos delibatus litteratorum Scaliger. *Principium* pro, principum, scripsisse Licinium Tit. de Stupratoribus docuit me doctor meus Jac. Cujacius: 'Et ageste illud ad priscis conditoribus robur fracta molliter plebe tenuatum, convicium seculi; vel conditorum inrogare, vel principium.' Leg. f. *Et agreste illud ab conditoribus robur*. Quod quum indicassem ingenioso et erudito amico meo Anton. Arnaldo, subjecit eadem sententia dixisse Horat. III. Od. 6.

37. ‘Sed rusticorum mascula militum Proles.’ *Bong.*

Cum de regno ambigerent] Liv. XXI. 31. ‘Regni certamine ambigere.’ Terent. Heaut. III. 1. 93. ‘Vicini nostri hic ambigunt de finibus.’ Festus in v. *Silvii*. ‘Quum inter eos de regno ambigeretur.’ *Gron.*

Concordare] Nam alias natura ‘insociabile regnum,’ Tac. A. XIII. 17. ‘Nec regna socium ferre nec tedæ sciunt,’ Sen. Agamemn. 259. *Bern.*

§ 2 *Virtute et nobilitate, &c.*] Hinc intelligitur, quid sibi velint ista Val. M. VII. 3. Ext. 2. ‘Darius sex adjutoribus ejusdem dignitatis assumtis,’ &c. qui locus a V. cl. Casp. Gevartio Elect. I. 1. optime restitutus explicatusque, crucem doctis fixit hactenus. *Idem.*

§ 4 *Pactique, &c.*] Herod. explicatius III. 84. et seqq. *Idem.*

Inter solis ortum] Antiquiores edd. habent *ante s. o.* Herodotus, ἡλίου ἐπανατέλλοντος, et ἅμα τῷ ἡλίῳ ἀνιόντι. Quibus magis congruit *inter s. o.* quod ex Mss. hausit Bongar. quam alterum illud. Nam *inter s. o.* nihil aliud est quam, dum sol oritur. *Vorst.*

§ 5 *Solem Persæ unum Deum esse, &c.*] ‘Ne,’ ut ait Ovidius alibi, ‘cadat [detur] celeri victima tarda Deo.’ ‘Ratio enim victimarum,’ quemadmodum scribit ad Virgil. Servius, (ibi ‘Meritos aris mactavit honores,’) ‘fit pro qualitate numinum: nam aut hæ immolantur, quæ obsunt eorum muneribus, ut porcus Cereri, quia obest frugibus: hircus Libero, quia vitibus nocet: aut certe ad similitudinem, ut Inferis nigras pecudes, Superis albas,’ &c. Porro huj. Dei antistes femina erat, cui pudicitia perpetua servanda erat: ipse Just. X. 2. ‘Ut honeste negaret [Artaxerxes rex Persarum, puta] quod temere promiserat, Solis eam [Aspasiam] sacerdotio præfecit, quo perpetua illi ab omnibus viris pudicitia imperabatur:’ nominabant autem ‘Mithren’ s. ‘Mithram.’ Lutatius Grammaticus ad illud Statii: ‘Indignata sequi torquentem cornua Mithram:’ ‘Sol,’ inquit, ‘ap. Achemænios Titan, ap. Assyrios Osiris, ap. Persas, ubi in antro colitur, Mithra vocatur.’ Unde intelligere licet istum Claudiani locum: ‘Et vaga testatur volventem sidera Mithram.’ Itemque alium Scriptoris nondum editi de Vita Alexandri Magni: ‘Persis tamen multa contentio erat cupientibus regem [Alexandrum] in regno Persico sepelire, proque Deo Mithra religionibus consecrare.’ Strab. lib. XV. Τιμῶσι [Πέρσαι] δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Qui tamen idem Strabo, quod ipse sibi contrarius, per oblivionem indubie, ut et elegantiss. Lips. censet, eod. XV. lib. scriptum reliquit: Ὄνον τε θύουσι τῷ Ἄρει, ὃν Πέρσαι σέβονται Θεῶν μόνον, in causa fuit, cur temerarii quidam et præposteri emendatores ap. Curt. quoque nostrum V. 13. etiam cum plausu imæ caveæ reponerent: ‘Ipse [Darius] cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium circuibat, Solem, Martem, sacrumque et æternum invocans ignem, ut illis dignam vetere gloria majorumque monimentis fortitudinem inspirarent.’ Ubi *Solem Mithrem* legend. ad eund. Curt. ante annos septem octo docui: nunc eo revertor, ut equum Soli Persas immolare solitos adfirmem: sicut præter allegatos jam etiam Xen. attestatur, cum lib. IV. περὶ Κύρου Ἀναβάσ. Καὶ ἵππον, ὃν εἰλήφει παλαιότερον, δίδωσι [Ξενοφῶν] τῷ κωμάρχῃ ἀναθρέψαντι καταθῦσαι, ὅτι ἤκουσεν αὐτὸν ἱερὸν εἶναι τοῦ ἡλίου, δεδιὼς μὴ ἀποθάνῃ, tum lib. VIII. Κύρου παιδ. Πρῶτον μὲν ἤγοντο τῷ Διὶ ταῦροι πάγκαλοι εἰς τέσσαρας. μετὰ δὲ τούτους, ἵπποι ἤγοντο θῦμα τῷ ἡλίῳ. Atque hunc Persarum morem observasse etiam Massagetas auctor est Strabo lib. XI. ubi ait Θεὸν δὲ ἥλιον μόνον ἡγοῦνται, τούτῳ δὲ ἱπποθυτοῦσι. Contra vero Romanis equus victima quidem fuit, sed non Soli, verum originis suæ, ut volebant, auctori Marti, sacra. ‘Quod,’ ut ait Festus,

‘per ejus effigiem Trojani capti sint: vel quod eo genere animalis Mars delectari putaretur.’ Sed nimius hic sum: nisi quod volui stabilire, quæ olim recte a me ad Curt. notata, temere, ut levissime dicam, a sciolis quibusd. reprehensa, et ut parum certæ fidei in disquisitionem revocata sunt: nunc pergo agere, quod ago. *Mod.* Hoc ipsum Strabo lib. XV. p. 503. Macrob. I. 6. et alii confirmant. At id. Strab. sub fin. lib. XV. Martem unum Persas Deum colere tradit: et Curt. IV. 13. 17. Martem a Dario facit invocatum. Sed Strabonem sui ipsius oblitum erroris arcessit Lips. Not. XCVIII. ad Tac. VI. A. Curtio veterem, h. e. suam lectionem restituit Mod. pro *Martem* sc. *Mithren* seu *Mithram* legendo. Sic enim Persas Solem appellare solitos, ex eod. Strabone, Suida, et pluribus notum est. Huj. Dei antistitem perpetuæ pudicitiæ feminam fuisse, patet ex Auctore X. 2. 2. *Bern.*

Et equos, &c.] Ita Xen. Cyrop. VIII. 219. D. et Anab. IV. 333. B. Pausan. in Lacon. III. 201. 14. Rationem reddit Ov. I. F. ‘Placat equo Persis radiis Hyperiona cinctum: Ne detur celeri victima tarda Deo.’ Quomodo et Herod. lib. I. ext. Massagetas ait, equos ideo Soli mactasse, ‘quod Deorum pernicissimo e quadrupedibus omnibus pernicissimum conveniret.’ At Romanis equus non Soli victima, sed Marti, ‘quod per ejus effigiem’ [&c. V. supr.] Festus in *Equus.* Id. de Mysis Flor. IV. 12. 17. Add. Pontani Progymn. IV. 76. *Bern.*

§ 8 *Darii equus*] Unde postea Darium in sigillo habuisse sculptum equum, per quem hinnitum edentem rex factus fuerat, a Schol. Thucyd. est notatum. *Id.*

12 *Tanta patientia cessisse eo, quod*] Bong. edidit *eos.* Sed prætuli lect. quam idem in variantibus e Ms. monstrat. Sc. hoc erat incredibile, proceres illos, regno, quod suæ quisque vitæ periculo Magis eripuerat, æquo animo uni Dario cessisse. ‘Cedere alicui regno,’ dicit Auctor etiam XXIX. 2. 6. et ‘Cedere regnum’ X. 2. 3. Freinsh. ita mallet: *eo, ob quod.* Vid. et Acidal. in Vell. p. 244. *Bernec.* Bernec. auctoritate unius cod. quem vidit Bong. scripsit *eo*, cum alii, tum typis expressi tum Mss. haberent *eos;* sc. verbo ‘cedere’ adjiciend. putavit casum sextum rei, qua illi cesserint. Verum reputand. erat, casum quartum personæ abesse itid. non posse. Ego quidem facilius concoxero, si casus sextus aut quartus rei absit, quam si casus quartus personæ: casus enim sextus aut quartus pronominis quo res notetur commode subaudiri potest, quoniam pronom. relativum ‘quod’ sequitur. Plena locutio foret, ‘tanta patientia cessisse eos illud’ vel ‘illo, quod:’ dicitur enim utrumque, ‘cedere aliquid’ et ‘cedere aliquo.’ Jam frequens plane est ante pronom. relativum omitti subaudiendumque relinqui pronom. demonstrativum. Nepos II. 9. 1. ‘Quod ætate proximus erat, qui illorum temporum historiam reliquerunt.’ Ubi ante ‘qui’ subaudiend. est, illis. Id. X. 9. 5. ‘Miseranda vita, qui se metui malunt.’ Ubi ante ‘qui’ subaud. eorum. *Vor.*

§ 13 *Quanquam præter formam...hoc imperio dignam*] Delendam esse arbitror partic. istam *hoc;* debet enim esse enuntiatum universum de quovis imperio, non de uno aliquo; cum præsertim facile appareat Justinum sese cogitatione referre ad decantatissimum illum Euripidis locum, in quo gravis et plena dignitatis forma dicitur ‘digna imperio’ s. tyrannide. *Fab.*

§ 14 *Cyri regis filiam, &c.*] Atqui duas Cyri filias Atossam et Artystonam, nec non Parmyn Smerdis, et Phædimam Otanis, filiam, Darium duxisse refert Herod. III. 88. Sed harum princeps fuit Artystona Dario maxime adamata, cujus etiam imaginem ex auro solido compactam ha-

buit. Herod. VII. 69. An forte reseribend. h. l. *filias?* Bern. Vox *regis* est a mala manu, nec Mss. Codd. Bongarsii illam agnoscunt, uti nec duo Voss. Codd. *Gron.*

Regalibus nuptiis] Sic inf. XIII. 6. 4. et Tac. Ag. 6. ' Domitiam, splendidis natalibus ortam, sibi junxit; idque matrimonium ad majora nitenti decus ac robur fuit.' Hoc spectans et Lycus ap. Sen. Herc. F. 345. ' Una sed nostras potest Fundare vires, juncta regali face Thalamisque Megara; ducet e genere inclyto Novitas colorem nostra.' Debeo locum hunc indicio nob. Alb. Sebisii, cujus sublime judicium et meliorum autorum accurata lectio sæpe hic nobis subsidio fuere. Ita ap. Appian. 435. d. Cato vociferatur ' imperia parari nuptiarum lenociniis.' *Bern.*

§ 15 *Zophyrus*] Græcis Herod. Plut. ' Zopyrus;' π in φ. Ut III. 4. ' Palanthus,' qui aliter est ' Phalanthus,' et in Prologis ' Pœni ' ' Phœni' dicuntur: sunt autem a Phœnicibus. *Bong.*

Zopyrus] Sic enim Herod. III. 153. et seqq. Plut. Apoph. Reg. c. 3. et alii id nomen scribunt, Ζώπυρος; Bongarsius, nec male, *Zophyrus* e Mss. expressit. Affines enim literæ sunt π et φ, sæpeque mutantur invicem: ut ' tropænm ' et ' trophæum.' Sic III. 4. 12. ' Palanthus,' qui aliis est ' Phalanthus.' Ceterum huic facinori non absimile quid habet Flor. I. 7. 6. *Bern.*

§ 16 *Transfugæ titulo, &c.*] Saxo II. p. 22. init. ' T. t. oppidum petit:' v. p. 88. 50. ' Trothonem t. t. petens:' XIV. p. 252. 45. ' T. t. Olavum petivit.'

§ 17 *In regni petitione*] Ita unus etiam ex Mss. nostris: alii aut *sortione* aut *sortitione* pro *petitione* habent: adeo ut omnino legend. putem: *in r. sortitione:* maxime, cum et ante dixerit: ' Ipsi igitur viam invenerunt, qua de se judicium religioni et fortunæ committerent,' &c. *Modius.* Ita Mss. fatente et Modio, qui tamen *sortitione* legend. contendit; maxime cum II. 3. dicat Auctor: ' Ipsi,' &c. Verum hoc ipsum Zopyrus queri se simulat, in regni petitione non virtuti et judicio hominum, sed auspicio sortique, fuisse locum. Ad hæc si valeat emendatio Modii, sequetur sortitionem aliquam virtute et hominum judicio regi: quod contra est. ' Sors deerat ad parum idoneos,' ait Tac. A. XIII. 29. ' Sorte et urna mores non discernuntur,' Id. H. IV. 7. Quidam impressi *portione* legunt, pro quo Sichard. in Ed. Basil. *partitione* mallet, contra mentem Auctoris et competitorum regni. *Berneccer.* Quidam impressi habent *portioni.* F. olim per compendium fuit scriptum *postione*, pro *postulatione;* et videri debet, quodnam vere sit Justini, hoc, an, quod nunc legitur, *petitione.* Nam alterutrum est glossatoris, et, si meum interponere judicium debeo, id ipsum, quod in textu hodie comparet. *Schef.* Mirum qui hoc viro docto potuerit in mentem venire. ' Petere regnum,' ' magistratum,' Latinis dicuntur qui illa ambiunt. Sed quis unquam audivit candidatos ' postulare,' aut ' flagitare,' magistratus? Recte Cic. Phil. II. scribit ' petere ' consulatum in laude poni, ' rogare ' vero in vitio. Si ' rogare ' in vitio ponitur, quid de ' postulare ' existimand. sit omnes intelligunt. *Grav.* Saxo XIII. p. 243. 24. ' A quo se in regni petitione superatum videbat.'

§ 19 *Hortatur ne*] *Ne* est in antiquioribus edd. Bech. Maj. Sich. quomodo Terent. in Hecyr. ' Hortor ne cujusquam misereas.' Bong. tamen maluit *non;* subaudito, ante illud, ut. *Vorst.* Junt. quoque *ne* præ se fert. *Grav.*

§ 21 *Consulto*] Mss. habent *ex c.* quod præfero vulgatis, quia solet addere præp. Noster, quam omittunt alii, quod et supr. notavi. *Schef.*

§ 22 *Ad postremo*] Al. Ed. *Ac p.*

Utrumque minus belle. Legerem *Ad postremum*, ut sæpe alibi. *Faber.* Ex Junt. recepi *Ad postremum*, quod Oxoniensibus placuit ex Ms. et T. Fabro ex conjectura. *Græv.*

Exercitum Dario prodit] Similem proditionem, vel geminam potius, ipse Darius, in Sacas movens, passus est a Risace equisone quodam Saca, referente Polyæno VII. Strateg. p. 491. *Bern.*

§ 23 *Quod sequenti volumine referetur*] Quidam habent *refertur*, alii *referam.* Quæ varietas lectionis facit, ut pœne credam, esse hanc appendicem non Justini, sed alterius cujuscunque, cum præsertim nihil simile occurrat cett. in libris. *Schef.*

LIBER II.

CAP. I. § 1 *Quæ satis amplæ magnificæque fuerunt*] Eadem verba usurpat et Sall. Cat. 8. 2. de Atheniensibus. Scythicum autem Darii bellum et Herodoto occasionem dedit res Scythicas altius repetendi initio lib. IV. *Bongars.* Add. Diod. II. 43. Arrian. IV. princ. Niceph. Gregoram lib. II. post princ. *Bern.*

§ 2 *Nec virorum imperio*] Uterque Cod. Ms. Voss. vocem postremam ignorat, ut nec in suis invenit Bong. *Gron.*

Quam feminarum] Sc. ' ne quis sexus a laude cessaret,' ut ait Flor. I. 10. 9. *Bern.*

§ 3 *Amazonum*] De quibus multa Diod. II. 44. Appian. in B. Mithrid. Noster inf. c. 4. et alii. Alb. Krantzius lib. I. Hist. Suecicæ cap. 6. eas origine Gothicas, h. e. Germanas, fuisse contendit. At Strab. II. p. 348. et Arrian. lib. VII. p. 156. hoc mulierum genus unquam exstitisse negant. De his accuratissime Reinecc. tom. I. p. 219. *Bernec.* Amazonum quinam veterum mentionem fecerint, easque exstitisse vel affirment vel negent, studiose observavit, et ad Curtii VI. 5. 24. docuit, Freinsh. *Vor.*

§ 5 *Scytharum gens antiquissima*] Herod. tamen IV. 5. ipsos Scythas ait dicere, *νεώτατον ἁπάντων τῶν ἐθνέων εἶναι τὸ σφέτερον.* Et de gentis antiquitate Ægyptios non cum Scythis, sed cum Phrygibus, certasse refert II. 2. quod confirmat in Eutropium Claudian. II. 261. Sed Marcellin. XXII. 34. ' Ægyptiam gentem,' inquit, ' omnium vetustissimam, nisi quod super antiquitate certat cum Scythis.' *Bongars.* Similem contentionem inter Athenienses et Argivos memorat Isocr. Panathen. *Bern.*

Quamquam, &c.] Damasc. in Vit. Isidori ap. Phot. Bibl. Cod. CCXLII. p. 1027. *Αἰγύπτιοι τοίνυν ὅτι μὲν παλαίτατοι ἀνθρώπων εἰσὶν, ὡς ἀκοῇ γινώσκομεν, ὀλίγου τι πάντων οὐδεὶς οὕτω ἐστὶν ὀψιμαθὴς, ὡς οὐχὶ πολλῶν ἀκήκοε λεγόντων τε καὶ γραφόντων.*

Contentio] Quam pluribus exponit Otho Heurn. in Indico c. 13. *Bern.*

Vetustate fuerit] Angl. *fuit.* Cic. Orat. pro Marcello: ' Quanquam iste tuus amicus nunquam his angustiis contentus fuit.' Vid. Vallam II. Eleg. 21. *Schef.*

§ 6 *Non modo primæ generare homines*] Pro, non modo non. Cic. II. Off. 13. ' Non modo illi invidetur ætati, verum etiam favetur:' vid. Mureti Var. Lect. X. 7. Sic inf. IX. 2. 6. Cic. pro Cluent. 34. 8. Liv. XXIX. 19. 11. *Bernec.* Ita IX. 2. 6. ' Ne sumtum quidem viæ, non modo officii pretia, dederit;' pro, non modo non officii pretia, dederit. Sed hoc interest, quod ' non modo ' hic sequi-

tur, ‘ ne’ antecedit; cum in altero illo ‘ non modo’ antecedat, ‘ ne’ sequatur. Rursus XI. 8. 4. ‘ Non spes modo remedii, sed nec dilatio periculi, inveniretur;’ pro, non modo non spes rem. Atque ita passim et alii. Liv. I. 40. ‘ Regnare advenam, non modo vicinæ, sed ne Italicæ quidem, stirpis.’ *Vor.*

Generare homines] Ita mox inf. n. 18. Persuaserunt enim olim sibi profani Gentiles, ut etiamnum hodie Sinenses, homines initio cum cett. animantibus, non a Deo conditos, sed e terra, stirpium adinstar, ortos. Vid. Diod. I. 7. Eo spectat Atheniensium gloriatio, quam Diogenes Cynicus iis cum muribus et lumbricis communem dicebat, esse se *αὐτόχθονας*, h. e. ut Noster inf. II. 6. 4. ait, ‘ eodem innatos solo.’ Sed huj. profanitatem sententiæ refutat Lactantius de Falsa Relig. II. 12. *Bernec.* Sic paulo post: ‘ Quanto prior quæque pars terrarum siccata fuit, tanto prius animalia generare cœpisse.’ Virgil. II. G. ‘ Cum primum lucem pecudes hausere, virumque Ferrea progenies duris caput extulit arvis.’ *Vor.*

Tueri] Cic. XIII. Fam. 11. ‘ Sarta tecta ædium sacrarum locorumque communium tueri:’ et I. Verr. 50. ‘ Ædem Castoris P. Junius habuit tuendam.’ JCtus Valens in L. 12. D. de Legat. III. ‘ Stichus liber esto; et, ut eum heres artificium doceat, unde se tueri possit, peto.’ Eadem ratione *tutelam* usurparunt optimi quique, ut inf. XVI. 3. ‘ In tutelam classis tributum describere:’ et Sen. ad Helv. 9. ‘ Terra vix ad tutelam incolentium fertilis:’ et Celsus in L. 30. D. de Legat. II. ‘ Reip. lego in tutelam viæ.’ *Gronov.* ‘ Tueri’ idem hic est quod, alere, sustentare. Cic. pro Deiot. ‘ Antea alere majores copias poterat, nunc exiguas vix tueri potest.’ Nep. Epam. ‘ Amicorum in se tuendo caruit facultatibus.’ *Vor.*

§ 8 *Nulla terra feracior*] Fertilitatem Ægypti prædicant et Isocrates in Laudat. Busiridis, Joseph. B. Jud. v. 11. &c. Egesipp. IV. 27. Tac. H. III. 5. Plin. Paneg. c. 30. et 31. cum aliis. *Bern.*

§ 9 *Ubi educari facillime possent*] Sic et Junt. Non audiendi sunt illi codd. qui expungunt *facill.* Ægyptiorum hoc fuit argumentum: Credibile esse, ibi primos homines prodiisse, ubi facillime potuerint propter cœli et soli benignitatem educari. *Facill.* est, in magna rerum affluentia, quas ibi fert terra in tutelam hominum. Illa soli fœcunditas quam prædicant Ægyptii in verbis præcedd. significatur. Porcius Latro in Vita Terentii: ‘ Nihil Publius Scipio profuit, nihil illi Lælius, nihil Furius. Tres per idem tempus agitabant nobiles facillime.’ Ipse Terent. Adelph. III. 4. ‘ Quam vos facillime agitis, quam estis maxime Potentes.’ Theocr. Idyll. XI. 7. *Οὕτω γοῦν ῥᾴστα διᾶγ’ ὁ Κύκλωψ ὁ παρ’ ἡμῖν. Sic Cyclops ap. nos facillime vixit.* Græv. Angl. non agnoscit *facill.* et sane priora docent argumentum Ægyptiorum hoc fuisse: Homines primum natos ibi, ubi primum potuerint educari; in Scythia quia tum nondum fuerant inventa vestimenta contra frigus. De facilitate vel difficultate educandi sermo fuit nullus. *Schef.*

§ 11 *Animalia quæque generasse*] Junt. sic recte, quod et Oxon. Ms. fidem secuti probarunt: vulgo, *quoque g.* Græv.

§ 13 *Quanto cælum, &c.*] ‘ Ingenia hominum ubique locorum situs format,’ Curt. VIII. 9. 26. ‘ Positio cœli corporibus habitum dat,’ Tac. Ag. c. 11. Quem l. insigniter illustrat Grut. Diss. XLV. ad Tac. Addendus Erasm. Adag. ‘ Mores hominum regioni respondent:’ et Veget. I. 2. *Bern.*

Ingenia duriora] Ingenium durum h. l. est, firmum, solidum, et quod s. spe s. metu haud facile permoveatur. *Fab.*

§ 14 *Illuvies aquarum*] Gronov. ad Liv. I. 4. scribend. censet et hic et in cap. 6. huj. lib. *eluvies;* quia ‘ illuvies’ sordes sint exterius adspersæ, ‘ eluvies’ vero inundatio. *Græv.* Alii emendant *eluvies.* Vid. quæ notabo ad cap. 6. *Schef.*

Ignis, &c.] Sen. VI. Benef. 22. ‘ Ignis cuncta possideat, quem deinde pigra nox occupet.’

Utriusque primordii Scythas origine præstare] Errare illos puto qui huic lect. acquiescunt, cum ‘ primordium’ et ‘ origo’ idem sint. Id quoniam verum est, si quis dixerit, ‘ Scythæ utriusque primordii origine præstant Ægyptiis,’ rem ridiculam dixerit; tantundem enim est ac si dicat, ‘ Utriusque primordii primordio,’ &c. Quod ut ineptum est, ita et explodend. judico. Sic autem emendari hic l. posset: *utriusque primordii Scythas ratione præstare Ægyptiis.* At ‘ ratio’ et ‘ argumentatio’ idem plane valent, et ita Cic. millies locutus est. Itaque hoc dixerit Just.: S. ab aqua s. ab igne argumentum duxeris, &c. Scythæ vincant necesse est. Ceterum paulo superius, ubi legitur *illuvies,* scribend. omnino, *eluvies,* ex observatione et judicio Gronovii. *Fab.*

§ 15 *Si ignis prima possessio rerum fuit*] I. e. si ignis primo omnia possedit. Estque hic ‘ possessio’ pro possessore. *Vor.*

§ 17 *Quod si omnes, &c.*] Quod jam a me proferetur, id, opinor, non negligenter transilierint, qui sciunt bene et accurate legere. Postquam in priore parte periodi dixit Just. ‘ decurrentibus aquis,’ in altera ponit *eandem aquam;* idque cum nimis nimisque vitiosum sit, scriptum ab eo fuisse existimo non *eandem,* sed *stantem;* quæ huic rei, qua de agitur, valde propria est, nisi si *stagnantem* malis, quod magis etiam proprium fuerit; nam aqua stagnans est aqua reses. *Vor.*

§ 19 *Scythiam adeo editiorem*] Virgil. I. G. v. 240. ‘ Mundus ut ad Scythiam Riphæasque arduus arces Consurgit; premitur Libyæ devexus in Austros.’ Sed constat inter Mathematicos, in globo nullum esse alio editiorem locum. *Bong.*

§ 20 *Ægyptum autem (quæ tot regum)*] Mirum quomodo hic l. si ita legatur, sit intelligendus. Ut primum seposita parenthesi verba ordinemus: *Æg. aut. nec pos. vid. hom. vet. ult. quæ sive exagger. reg. sive N. tr. l. terr. rec. vid.* Quis horum verborum sensus, scire velim. Parenthesis adhuc obscurior, maxime in his verbis: *nihilom. coli, nisi excluso N. non pot.* Quidam pro *excluso* reposuerunt *expulso;* verum ead. obscuritate manente sensus. Ego, quod ad hæc ultima verba attinet, conjunctionem *nisi* expungerem: sed lectores judicent; nam ego me explicare non possum, indicare tamen dignum existimavi operæ pretium. *Glar.*

Ægyptum, &c.] Strato quidam ap. Strab. lib. I. p. 34. Ægyptum ait *τὸ παλαιὸν θαλάττῃ κλύζεσθαι,* &c. *Bong.* Et sane, quod statuerent vett. Ægyptum ex limo, quem Nilus vehit, accumulato et exaggerato natam, exinde ‘ Nili donum’ eam appellarunt. Eustath. in Dionys. Perieg. p. 31. pr. Videndi Herod. II. 5. Aristot. Meteor. I. 14. Plin. II. 35. Sen. N. Q. VI. 26. Quibus contradicit Brodæus Miscell. III. 5. ubi ait, nec 10. quidem mundi ætates ad spatium istud humo explendum sufficere. *Berneccer.* Sed falsissimam esse hanc opinionem pluribus docet Bochart. Geogr. Sacræ IV. 24. *Græv.*

Tot fossis concisa] Sic merito Gronov. legend. censet ex antiquis edd. suffragante Junt. Ead. in verbis præcedd. *adversus vim decurrentium aquarum tantis instructa molibus:* optime, si vett. libri adsentiuntur. Vulgati: *a. v. incurr. a. t. structa m.* Sed *Ægyptum*

struere molibus, quam Latine dicatur, viderint, qui vulgatam defendunt. *Græv.*

Tot fossis conscissa] Antiquiores typis expressi *concisa*: quod magis placet, neque mutand. fuisse videtur. Legend. ita judicat et Gronov. ad Plin. XXXIV. 8. citatque illud Cæsaris III. B. G. 'Pedestria itinera concisa æstuariis.' *Vorst.* Alii et Gronov. *concisa* legunt, quod et Vorstio probatur. Ego nihil mutem. *Schef.*

Cum his arceantur, illis recipiantur, aquæ] Huc respiciens Isocrates, in Laudatione Busiridis, 'Ægyptios' dixit 'imbrium simul et siccitatum, quorum aliis Jupiter promus condus est, per se ipsos potestatem habere:' dum sc. Niloticas aquas, quæ vicem imbrium Ægyptio præstant, pro arbitrio vel fossis in agros suos derivant, vel objectis molibus arcent. *Bern.*

Hominum vetustate ultimam] Terra 'hominum vetustate ultima' est, quæ prima homines habuit: *ultimum* enim etiam illud dicitur quod est omnium primum. Virgil. VII. Æn. 'Tu sanguinis ultimus auctor.' Cic. pro Arch. 'Pueritiæ memoriam recordari ultimam.' *Vor.*

Aggerationibus regum] Inde Titulus Codicis 'de Nili aggeribus non rumpendis.' Cic. 'moles' vocat 'oppositas fluctibus,' Off. II. 4. *Bong.*

Quæ sive exaggerationibus regum, sive Nili trahentis limum, terrarum recentissima videatur] Edidit ita Bernecc. secutus, credo, Bongarsium. At Gronov. ad Sen. Herc. Œt. 1260. Codd. Mss. et meliores Edd. ait habere sic: *quæ agg. reg. sive N. t. l.* ut prius *sive* absit; quomodo inf. lib. IX. 'Ducenta millia Persæ, eo prælio, sive naufragio, amisere:' et lib. XXXVIII. 'Eosque variis exhortationibus ad Romana bella, sive Asiana, incitat:' et lib. XLII. 'Captivi ex Crassi, sive Antonii, exercitu recollecti.' Porro in Antiquioribus Edd. Bech. et Sich. reperio *exagg.* ut sit una vox. At Bernecc. maluit *ex agg.* cujus causa non apparet: neque enim Latine dici videtur, *Ægyptus terrarum recentissima videtur ex agg. regum*; sed, si vocula *ex* locum habere debeat, dicend. fuerit, *ex agg. regum apparet, Ægyptum terrarum recentissimam esse.* Ceterum *agg.* vel *exagg. regum Ægyptus terrarum recentissima videtur*, recte dicitur: est enim *agg.* pro, propter aggerationes. *Vorst.* Non placet quod existimant, *exagg.* conjunctim legend. Neque proba conjectura, quando putant haud Latine dici *exagg.* et, si præp. adhibenda esset, scribend. fore *ex agg. reg. apparet.* Debet certe, etiam, si vel conjunctim legatur, ablativus regi non a verbo, sed a præp. sive apposita, sive subintellecta, quod jam dudum Sanctius et ex ipso Sciopp. docuere. At vero ea alia non potest esse, quam *ex* præp. Quod quodammodo agnoscunt ipsi, quando ablativum reddunt per, propter aggerationes. Quid enim hoc est aliud, quam *ex agg.*? Quomodo non uno l. ap. alios etiam illud *ex* usurpatur. Neque si legatur divisim, illud 'apparet' quidquam valet h. l. Stant per se, *terra ex agg. regum, terra ex agg. Nili*, significantque talem terram, quæ est terra, quæ terra extitit et facta est ex aggerationibus, s. quod idem est, per aggerationes, sive propter agg. istas. *Schef.*

Nili trahentis limum] Angl. quoque h. modo: sed observat notator, alibi legi *trahens*, quod intelligend. foret de terra, et videtur hoc convenientius. Terra enim debet trahere, ut evadat major, non flumen. Nisi velis dicere, illud *trahentis* esse positum non pro, attrahentis; verum, abstrahentis. *Schef.* Cett. librorum lectio *N. trahentis l.* longe est verior et certior. *N. trahentis l.* est id ipsum quod Diod. de hoc fl. dicit: *Τοῦ Νείλου τὴν ἐξ Αἰθιοπίας ἰλὺν καταφέροντος. Nili ex Æthiopia limum secum ferentis.* Curt. III. 11. de Marsya: 'Inde diffusus circumjectos irrigat campos, liquidus et suas undas trahens:' lib. IV. 9. de Tigri: 'Multorum torrentium non aquas solum, sed et etiam saxa, secum trahens.' *Græv.*

CAP. II. § 1 *Ripæis*] Non temere factum, quod scripserit librarius; ita jusseram, et ita scribi debet, non *Riphæis*, quod ille tamen Pseudo-Servius probat, nugator mirificus. Ita 'trophæum' in omnibus fere libr. reperias, et error est tamen ridiculus, etiam si ita Gallice pronuncietur. *Fab.*

Phasi flumine] Ita legend. etiam contr. libros, qui habent *Ithasi*. De Phasi vid. Plin. VI. 4. et Solin. cap. 20. et libellum de Fluminibus nomine Plutarchi editum. De Scythis præter Herod. lib. IV. vid. Diod. lib. II. et Strab. lib. VII. ubi eorum integritatem multis prædicat, de qua Horat. III. Od. 24. Vid. et pauca ap. Marcellin. XXII. 19. et cf. quæ XXXI. 5. et seqq. de Hunnis scribit et Alanis, quos cap. 7. 'discurrere' ait 'latrocinando et venando.' Ita enim videtur locus ille supplend. *Bong.*

§ 4 *In plaustris*] Ἁμαξόβιοι. 'Plaustra' autem ait 'coriis tecta,' pro quo Marcellin. XXII. habet 'corticibus,' nescio an recte. *Bongars.* Unde Scythæ ἁμαξόβιοι et ἁμαξοβίται, h. e. *in plaustris viventes*: item ἁμάξοικοι, *domos suas in plaustris habentes.* Bern.

Coriis] Vix inhibeo manum rescripturientem *corticibus*: quæ vox e *curribus*, quod *coriis* in Ms. quodam suprascriptum Bong. affirmat, facili literarum ductu formatur. Certe plaustra Scythica 'corticibus' tecta facit et Marcellin. XXII. 19. Idemque XXXI. 2. 'Alanos' ait 'vagari supersedentes plaustris, quæ operimentis curvatis corticum [tanquam imbricibus] per solitudines conserunt.' Hippocr. de Aëre, Locis, et Aquis p. 74. 12. tradit currus illos Scythicos coactilibus ex lana crassa compactis esse obductos. Ibid. alia multa de victu cultuque Scytharum invenias. *Bern.*

§ 5 *Justitia gentis, &c.*] Δικαιότατοι ἀνθρώπων Homero Il. XIII. 6. Strabo VII. p. 209. et Arrian. IV. pr. Ideo inf. XII. 1. 17. 'gentem innoxiam' dicit. *Bongars.* Ceterum de priscis Romanis similiter Sall. Cat. c. 9. 'Jus bonumque apud eos non legibus magis quam natura valebat.' De Germanis Tac. c. 19. 'Plus ibi boni mores valent, quam alibi bonæ leges.' Idemque in universum de vetustissimis mortalium, A. III. 26. Burdelot. in Petron. P. 276. *Bern.*

Ingeniis] 'Ingenium' vocat, quod paulo post 'naturam.' Nævius: 'Ite actu in frondiferos lucos, ubi Ingenio arbusta nata sunt, non obsita.' Notavit ad Auson. Scaliger I. 23. Petron. 'Crines ingenio suo flexi.' Tac. A. III. 26. 'Cum honesta suopte ingenio peterentur:' alii. *Bongars.* Sall. H. lib. III. 'Pugna ingenio loci prohibebatur.' Et lib. V. 'Insulæ suopte ingenio alimenta mortalibus gignunt:' ita Flor. II. 6. 27. et II. 17. 5. *Berneccer.* Paulo post: 'Hoc illis naturam dare.' Ergo 'ingenium' hic pro, natura. Qui vocabuli usus et ap. alios observatur. *Vorst.*

§ 6 *Quid salvum esset*] Ita Vett. Edd. Mstorum traduces. Melius, opinor, quam quod Bong. edidit, *quid inter silvas superesset?* Nam ratio ista generalis est, non silvarum propria. Add. quod non in 'silvis,' [ubi vehiculorum incommoda vectio] sed planitie morari soliti Scythæ: unde 'campestres' eos vocat Horat. III. Od. 24. *Berneccer.* Mss. *quid inter sylvas superesset.* Edd. vett. *quid salvum esset*, quas sequitur Bernecc. Sed *inter sylvas*, quod retinent omnes Mss. non erat ejiciend. sed reponend. suo l. cum Junt. ap. quos recte legitur: *Nullum scelus apud eos furto gravius, quippe sine tecto munimentoque pecora et armenta inter sylvas habentibus quid*

salvum esset, si furari liceret? Hærent hic viri eruditi sine caussa. Nam *inter sylvas* Latinissime dici pro, in sylvis, non puto exemplis hoc declarand. cum obvia sint et trita. Nec frustra *inter sylvas* additur. Quid salvum esset, si furari liceret, cum sine tecto munimentoque in sylvis perpetuo degant cum pecoribus, *in sylvis*, inquam, in quibus facilius fures possunt latere, et grassari minore cum periculo in illic agentium bona? Hinc semper sylvæ et luci fuerunt receptacula latronum, aliorum facultatibus et vitæ insidiantium. Propterea callium et saltuum cura Romanis mandabatur magistratibus. Hæc itaque verba *inter sylvas* augent id quod dixerat, Scythas non furari, quamvis furandi fenestram quasi aperiant sylvæ, in quibus cum pecoribus vivant semper sine ullo tecto et munimento. Mss. quoque tres Angl. stabiliunt hanc scripturam, quamvis *inter sylvas* non his verbis adjecta sint, sed seqq. Sic enim in illis extare testantur Oxonn. *sine t. munimentoque pec. et arm. hab. quid sal. inter sylvas superesset, si fu. li.* Et sane hæc quoque non potest damnari lectio, quamvis illorum libr. quos Ald. et Junt. sunt secuti, sit elegantior. *Græv.* Antiquiores Edd. Junt. Bech. aliæque, *sine t. munimentoque:* quod magis placet. Porro pro *quid sal. esset*, Bong. ediderat *quid inter silvas superesset.* Quod adeo non probatum fuit Berneccero, ut τὸ *inter silvas* prorsus eliminaret. Verum genuinum illud satisque commodum esse, dummodo inter proxime præcedentia consistat, ostendit Ed. Junt. quæ, ut cl. Græv. testatur, sic habet: *sine t. munimentoque pec. et arm. inter silvas hab. quid sal. esset?* Vorst. Bong. ex Mss. pro his ediderat, *quid inter silvas superesset.* Græv. reponit, *pec. et arm. inter silvas hab. quid sal. esset:* quod et Vorstio probatur. At ego vellem respondissent objectioni Bernecceriane, qui dicit non ex eo nihil potuisse salvi esse, quod haberent pecora inter silvas, sed generatim, quod haberent sine munimento, et iccirco illud *inter silvas* otiosum esse. Addo, quod ne quidem satis commode dicatur *arm. habere inter silvas*, pro, in silvis. Mihi lectio Bongarsii videtur optima, sed paulo aliter explicanda, quam accepta est a Bernecc. videl. ut illud *superesse* non intelligamus simpliciter, sed cum respectu ad victum, quem vult nullum potuisse habere, si furta fuissent frequentia, et addit rationem, quia habitabant *inter silvas*, ubi nulla alia dabantur alimenta, quam ex solis pecoribus. Ut quid tale voluisse Nostrum credam, facit quod in Mss. legatur, *pec. et arm. et alimenta hab.* vel *pec. et alimenta hab.* liquet enim, præcessisse quid de alimentis, quod ostenderit non potuisse ea haberi sublatis pecoribus in ista silvarum feritate. Unde quoque putem locum totum ita esse scribend. *quippe sine t. munimentoque pec. et arm. alimenta hab. quid inter silvas superesset, si fur. lic.* Eleganter *arm. habentes alim.* de iis, qui pecora sua et armenta adhibent in alimenta, qui alimenta ex iis capiunt. *Schef.*

§ 7 *Aurum et argentum non perinde aspernantur*] Ita Vett. omnes. Tac. de Germanis, cap. 5. ‘ Possessione,’ inquit, ‘ et usu [auri et argenti] haut perinde afficiuntur.’ *Bongars.* Edd. quædam vett. et e Bong. Mss. unus, f. melius, *per. asp. ac r. m. a.* Qualis antithesis est etiam L. I. C. Theod. de Annon. et tribut. ‘ Auferri id sibi cum tanta instantia depoposcit, quanta alii poscere consueverunt.’ *Berneccer.* Juntæ cum nonnullis Mss. et Edd. *Aur. et arg. per. adsp. ac r. m. a.* Adstipulantur tres Anglicani. *Græv.* Melius et elegantius impressi libri et manu descripti, *Aur. et arg. per. asp. ac r. m. a.* vera lectio, et quæ in textum ipsum operis recipi debuit. *Faber.* Antiquiores edd. ut Junt.

Bech. aliæque sic: *per. asp. ac r. m. a.* Nec aliter unus Mss. quos Bong. vidit. Et mihi quidem hoc genuinum videtur. *Vorst.* Junt. ac alii, *arg. per. asp. ac*, quod probant Bernecc. Græv. Voss. me non repugnante. *Schef.*

§ 8 *Lacte*] Inde Homero Il. XIII. v. 6. γαλακτοφάγοι, *lactivori.* Strabo lib. VII. et XI. addit carne, et caseo, equino maxime. *Bong.*

§ 9 *Lanæ iis usus, &c.*] Sic lego: *d. iis u. ac vestium ignotus, quanquam continuis frigoribus urantur. Pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur.* Particula *et* interposita ante ‘quanquam’ totam loci sententiam turbat, quæ plana fit ea sublata. *Sal.*

Lanæ iis usus ac vestium ignotus: et quanquam continuis frigoribus urantur, pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur] Locus sine dubio corruptus. *Quanquam* enim et *tamen* non bene hic opponuntur: quod quivis videt. Bong. pro *tamen* rescripsit *tantum.* Acidalius vulgatam lect. retinet, et *tamen* idem hic quod, tantum, esse existimat. Neuter eorum recte. Ex mala interpunctione et *est* in *et* mutato laborat locus. Itaque, me auctore, sic lege: *L. iis u. ac v. ign. est, q. c. f. u. p. t. f. a. m. u.* Nihil planius. *Boxh.*

Quanquam continuis frigoribus urantur] Ms. Anglicanus: *Lanæ iis usus ad vestitum ignotus.* Sed hæc interpolavit sciolus, qui nescivit per ἓν διὰ δυοῖν *lanæ ac vestes* dici pro, laneæ vestes. Nullis utuntur laneis vestibus, ut Græci, Romani, ac pleræque gentes, sed pelliceis tantum. Huj. schematis ignoratio viros doctos quoque in errorem induxit, ut hærerent in seqq. *pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur:* ibi non male Juntæ pro *utuntur* scribunt *vestiuntur*, sed male pro *ferinis* reposuerunt *felinis.* ‘ Ferinæ ’ pelles sunt majorum animalium, ut luporum, ursorum; ‘ murinæ ’ vero minorum, ut vulpium, leporum, cuniculorum, ut recte monuerunt viri docti. *Græv.* Sic legerem: *Lanæ iis usus ad vestem ignotus.* I. e. vestibus utuntur quidem, sed non laneis, at pelliceis tantum. Falsum enim est veteribus illis Scythis vestium usum ignotum fuisse. Dices: Vestes non habebant, sed pelles, queis pro veste utebantur. At hoc minus vere asseratur; nam braccas illud genus habebat; quin etiam vestem aliquando ad oculos usque adducebant, ut se a nimia frigoris immanitate tutarentur, in quam rem tam certus quam infelix testis esse potest Ovidius. Dein, si quis, neglecto aut ignoto lanæ usu, sese pellibus tegat, an ille adeo vestem habuisse negabitur? At non habet laneam? Sed pelliceam habet. Qui serica aut bombycina veste utitur, non ideo nulla veste uti dicetur, quia laneam non habet. *Faber.* Lego cum Salm. *q. c. f. u.* expuncta vocula *et*, quæ erat ante ‘ quanquam.’ Quod ‘ urere ’ et frigus dicatur, etiam aliunde notum. *Vorst.* Notat Vorst. hoc *tamen* non opponi proximo ‘ quanquam urantur,’ sed præcedenti ‘ vestium usus ignotus,’ quod probum est. Sed omittit illud *et* ante ‘ quanquam,’ quod et Græv. facit. Quia tamen retinent antiqui libri, propterea scribend. censeo: *L. iis u. ac vestium ign. est, q. c. f. u. Pell. tamen, &c.* Schef.

Pellibus tamen] Malim *tantum.* Pelles Nomadicas merces commemorat Strabo lib. II. De Hunnis Marcellinus, ‘ Indumentis,’ inquit, ‘ operiuntur linteis, vel pellibus silvestrium murium consarcinatis.’ *Bongars.* Mallet Bong. *tantum:* sententia certe requirit. Sed Val. Acidalius ad Vell. II. 28. 5. contendit et isthic, et alibi passim in veterum scriptis, ‘ tamen ’ accipi quandoque pro, tantum. Ipse viderit: est h. sensu ap. Frontin. I. 1. 4. Liv. XXIX. 35. Ulpian. Tit. XXII. §. 9. *Bern.*

Pellibus tamen ferinis ac murinis utuntur] Sen. Ep. XC. ‘ Non hodieque

magna Scytharum pars tergis vulpium induitur ac murium, quæ tactu mollia et impenetrabilia ventis sunt?' Hincque lucem accipit Claudiani vs. ille: 'Castra cruore natant, moritur pellita juventus.' Prudentius autem hujusmodi pellitas vestes *mastrucas* videtur vocare, dum lib. II. contr. Symmach. sic canit: 'Tentavit Geticus nuper delere tyrannus Italiam, patrio veniens juratus ab Istro, Has arces æquare solo, tecta aurea flammis Solvere, mastrucis proceres vestire togatos.' Neque aliud intellexit Cæsar B. G. dum nescio quos populos 'rhenonibus' ait vestiri solitos. Sunt enim et hi nihil aliud, quam detractæ feris pelles, ut recte tradit Isidorus. *Mod.* Vir magnus *marinis* hic legend. suadet, cum et in Tac. G. c. 17. sit: 'De pellibus belluarum, quas exterior Oceanus gignit.' Vix persuadet: magis Turnebus Adv. XV. 23. 'mures' antiquos intellexisse, non tantum domesticas illas bestiolas omnia rodentes ac penori infestas: sed et silvestres ferasque bestias minoris formæ pelle commendabiles: quo in genere sunt martes et hermelinæ. Facit huc illud Sen. Ep. XC. 38. 'Magna Scytharum pars' &c. Eginhardus in Vit. Caroli M. 'Ex pellibus lutrinis vel murinis thorace confecto humeros ac pectus hieme muniebat.' Ammian. XXXI. 3. Hunnis item 'indumenta' tribuit 'ex pellibus silvestrium murium consarcinatis:' ubi Notas eruditissimas V. c. Fr. Lindenbrogii vid. Ceterum de pelliceis tegumentis huc pertinentia multa, nec aspernanda, congessit Hieron. Magius Miscell. III. 7. *Berneccer.* In quibusd. codd. legitur *felinis* pro *ferinis*. Totum autem h. l. sic emendavit cl. Salmas. *Lanæ iis usus* [&c. V. supr.] Scythas enim, sive Parthos, murinis pellibus, conficiendis tunicis, usos fuisse, testatur Hesych. Σίμωρ παρὰ Πάρθοις καλεῖταί τι μυὸς ἀγρίου εἶδος, οὗ ταῖς δοραῖς χρῶνται πρὸς χιτῶνας. Hujuscemodi tunicas μυωτοὺς appellabant. Sed non possum hic præterire, quæ de hoc animali ad me perscripsit vir divinus cl. Salmasius. De Simore, inquit, verum est, quod tibi in familiari sermone dixi, hodieque a Persis hoc nomen dari animalculo cuidam parvo feli non dissimili. Arabes سمور *Simmor*, cujus pellem calidiorem esse corpori humano, quam cujuslibet alterius animalis, scribunt, sed nec eod. modo præparari. Puto esse, ut illud animal describunt, quam Martem Zibellinam vulgo appellamus, Hungari et Poloni, Germanique *Sobel*, vel *Zobel*. Sed ut feli similis sit hæc bestia, non ideo tamen admiserim scripturam, quam in quibusd. scriptis Justini exemplaribus reperiri ais, *felinis aut murinis*. Quis enim non videt, ab imperito aliquo esse excogitatam, qui cum videret *murinas* ibi *pelles* nominari, statim putavit *felinas* pro *ferinis* dicendas, quas Auctor una commemoraret? Atqui certum est vett. Latinos murium nomine, cum *murinas pelles* dixere, et feles ipsos, omne genus domesticos ferosque, comprehendisse, et majora etiam animalia, quorum pelles ad vestitum usurparentur. Cum pantheras Romani mures Africanos vocarunt, nonne earum pelles murinas posse vocari verisimile est? Puto tamen Justinum per *murinas pelles* intellexisse minorum omnium animalium, ut sunt martures, meles, feles feri, vulpes, simores Parthici, et alia. Per *ferinas* vero, grandiorum ferarum, ut sunt lupi, leones, leopardi, et similia. Marcellin. XXXI. 2. notat, 'Hunnos indumentis operiri linteis, vel ex pellibus silvestrium murium consarcinatis.' Ad quem l. Henr. Vales. scribit has pelliculas odoratas fuisse, et citat Hieronymi verba, quæ de alio plane mure intelligenda. Nam animal Moschi etiam mus est, et Zibethum quoque murem appellarunt; sed eorum pellibus ad

vestitum non sunt usi; et silvestres illi mures, ex quorum pellibus sibi vestes Hunnos consarcinasse tradit Marcellinus, de martis vel marturibus accipiendi, et vulpeculis, quarum hodieque in illis pelles ad amictum expetuntur, et in alium orbem, nostrumque, inde importantur. Hactenus Salm. *Voss.* Quidam Mss. habent *felinis*, quod est cur non videtur contemnendum. Et certe mures etiam sunt feræ, adeoque pelles eorum *ferinæ*. Nihil tamen temere mutand. quia *ferinæ* pelles hic intelligendæ de feris majoribus, ut *murinæ* de minoribus. *Schef.*

Pellibus tamen ferinis aut murinis utuntur] Quod adversum huic est, id non in proximis illis 'Quanquam continuis frig. urantur,' sed in paulo remotioribus apparet; et quidem in his: 'Lanæ iis usus ac vestium ignotus.' Et fit sane ut *tamen* ipso periodi initio ponatur. Ut II. 4. 30. 'Receptaculum tamen habuere castra sociorum.' Et XXIX. 4. 9. 'Omnibus tamen propediem auxilium se missurum pollicetur.' Vid. et Nep. II. 8. 1. et Val. M. VIII. 1. 10. Porro pro *utuntur* ex antiquioribus edd. malim legere *vestiuntur*: ut hoc sit pro, vestiunt se. Ita 'lavari' dicunt pro, lavare se; et 'exerceri' pro, exercere se; et infinita id genus alia. *Vorst.* Mallet *vestiuntur* Vorst. Atqui præcesserat 'vestium usus ignotus iis.' Si vestium usus ignotus fuit, ergo ne vestiebantur quidem: hoc enim verbo ille vestium usus exprimitur. Retinend. ergo illud *utuntur*, et accipiend. de usu qualicunque, qui in vicem vestimentorum adhibebatur. Hoc vult: non habuisse arte quadam confectas vestes, sed pelles illas quoquo modo injecisse corpori, eis corpus quoquo modo circumdedisse, atque ita defendisse a frigore. *Schef.*

Morum quoque justitiam edidit] H. e. peperit. Cic. 'Qui nihil possunt dignum hominum auribus efficere atque edere.' Ap. eund. est 'edere magnam ruinam,' 'edere fructum.' Juntina tamen: *m. q. j. dedit:* et Oxonn. ex duobus Mss. *m. q. j. addidit.* Sed *addere justitiam* Latinis genus loquendi est insolens. *Græv.*

§ 13 *Neque plus hominum, &c.*] Inf. VI. 8. 3. 'Qui partim fato, partim ferro, periere.' Et XXXIX. 4. 5. 'Spiritum non fato, sed parricidio, dedit.' Ergo 'fato perire,' 'fato spiritum dare,' et 'naturalem fatorum conditionem rapere, aliquem,' illud est, quod nos dicimus natürliches Todes ſterben. Tac. A. II. 71. 2. dicit 'fato concedere.' *Vor.*

§ 14 *Incultæ barbariæ*] Oxonn. ex uno Cod. malunt *in. barbariei;* et mox pro *proficit* ex duobus *profecit:* sed causæ nihil est ut ab aliis Codd. et Vulgatis discedamus. *Græv.*

CAP. III. § 1 *Quæsivere*] H. e. acquisivere; pro composito simplex. Ita supr. I. 9. 13. Vell. II. 18. 7. et alii. *Berneccer. Quærere* pro, acquirere, frequens Nostro. Ut II. 4. 9. 'Pace armis quæsita.' Cetera loca vid. in Ind. ubi et alios sic locutos invenies. *Vor.*

§ 2 *Turpi fuga*] Ead. prope verba inf. VII. 3. 1. *Id.*

§ 4 *Zopyriona*] Cum Græci scribant Ζωπυρίων, et in antiquioribus typis expressis, imo et Mss. quibusd. nomen hoc per *Z* scriptum reperiatur, non video cur scribend. potius sit *Sopyrion*, quomodo hic et alibi edidit Bernec. *Vor.* Adstipulatur ceteris Junt. *Græv.*

§ 6 *Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderunt*] Hæc verba omnino delenda; sunt enim petita ex huj. lib. initio, ubi sic scriptum est (*quippe cum ipsi Parthos Bactrianosque condiderint*). Ubi studiosus aliquis ad imam paginam, ut fit, quia phrasis ipsa esset paulo insolentior, atque minus consueta, *condere Parthos, condere Bactrianos*, glossema suum addidit (i. e. *Parthicum et Bactrianum imperium ipsi condiderint*); quæ verba

posterius in contextum operis sine judicio recepta sunt. Ut ut erit, ut ut judices, sunt isthæc expungenda; et fontem ipsum erroris videor aperuisse. Ad id confirmandum quod a me dictum est superius, delendam esse sc. lineam illam (*Parthicum et Bactrianum imp. i. condiderunt*), hoc apprime facit, quod in impressis quibusd. legitur, (*Mox Parthicum et Bactrianum, &c.*) Ubi nemo non videt, isthuc *Mox* ex barbaria illorum seculorum natum esse pro, modo, s. paulo superius, &c. Quo glossemate studiosus aut alios aut seipsum ad locum illum superiorem remittebat; at tu, lector, cogitabis. *Fab.*

§ 7 *Gens et laboribus et bellis aspera*] Hoc genus loquendi, ut perquam Auctori nostro, sic et aliis Scriptoribus placuit, nempe ἓν διὰ δυοῖν. Pro quo XIII. 1. 'Labores bellicos.' Sic tamen et Ov. III. M. 32. 'Martius anguis erat cristis præsignis et auro.' Et Virg. XI. Æ. 126. 'Justitiæne prius mirer, belline laborum?' Supr. cap. 2. 'Lanæ ac vestium usus:' et XII. 6. 'Quantum fabularum et invidiæ.' *Gronov.* Mss. aliqui *et laboribus et bellis*, quod non displicet, ob emphasin oppositionis, quæ perit pæne per omissionem conjunctionis alterius, cum præsertim 'labores' significatione strictiori notent molestias in pace, ex incerto isto cultu agrorum et laboriosa pastione pecorum, de quibus cap. præc. *Schef.*

Parare] Pro, parant; infinitum pro finito. Sic et XXXVI. 4. 2. et XLI. 3. 8. *Vorst.* *Parare* pro, parant, inquit Vorst. Mallem ego cum seq. 'concupiscunt' construere. *Schef.* Tres Angl. *paravere.* Græv.

Nihil victores, &c.] Supr. I. 1. 7. Pulchra in hanc rem dissertatio Phil. Camerarii Hor. subcis. Centur. I. 78. *Bern.*

§ 8 *Bellum indixit*] Oxonn. ex uno cod. ediderunt *b. intulit.* Græv.

Vexoris] Ita boni libri: alii *Vixoris*: quidam *Besoxis.* Oros. Ms. I. 14 'Vesoges.' Florent. ed. h. l. et I. 1. 6. supposuit *Sesostres*, cont. libros, opinor, quia Herod. lib. II. refert, eum Scythas subegisse. Jornandi est 'Vesosis.' *Bong.*

Vexores rex Ægyptius] Lege quoque hic, ut supr. *Sesosis.* Sed miror equidem, quod Just. hic dicat, Scythas vicisse Sesosin, sive Sesostrem, et in regnum repulisse; cum Herod. Dicæarch. Diod. et alii prodiderint hunc Scythas subegisse, omniumque, quas adierit, gentium fuisse victorem. Trogum tamen secutus est Val. Fl. lib. V. 'Ut prima Sesostris Intulerit rex bella Getis; ut, clade suorum Territus, hos Thebas patriumque reducat ad amnem; Phasidos hos imponat agris, Colchosque vocari Imperet.' *Vos.*

Lenonibus] Hanc vocem omnes præter unum vett. agnoscunt, et probat P. Danielis Ms. Glossarius. 'Leno, i. e. mediator,' inquit: 'qui ap. Italos dicitur *Ambassator.* Unde Trogus Pomp. in secundo Historiarum: 'Præmissis lenonibus, qui hostibus parendi legem indicerent.'' *Bongars.* Nec abeunt Glossæ Isidori. Neque vero mirand. *lenones*, flagitii propudiique ministros, de re honesta usurpari: sicut contra 'conciliator' et 'conciliare,' voces honestæ, ad hoc turpe ministerium postea sunt traductæ. Nam et Plato in Gorgia coquo oratorem assimilat. Certe Socrates ap. Xen. in Conviv. testatur, uno 'lenocinio' se confidere vel maxime: ea est ars conciliandi amicitias. Atqui ea legati ars est inter præcipuas: vid. Burdelot. in Petron. p. 203. m. *Berneccer.* Reposuerunt Oxonn. ex tribus Mss. veterum edd. scripturam, *missis primo legatis*, quam et Juntina agnoscit. Sed cum *lena* in bonam accipiatur partem pro conciliatrice, ut ap. Ov. 'Maxima lena mora est;' et *lenocinium* ap. Nostr. XI. 12. 'Nec a se quicquam factum

in hostis adulationem, nec quod in dubios belli exitus aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret,' h. c. quæ facilius sibi pacem sint conciliatura, et veniam impetratura: et *lenocinari* sæpe: Cic. de Orat. 'Ipsa sollicitudo commendat eventum, et lenocinatur voluptati:' cur ergo non 'leno' quoque in bonam accipiatur partem, pro pacis conciliatore? Igitur non repudianda lect. quam in antiquiss. libris eruditi viri invenerunt. *Græv.* Scribend. est *legatis*, non *lenonibus.* Cur ita sentiam duæ res faciunt. Prior, quod jam dicet Justinus, 'Scythæ legatis respondent,' (non *lenonibus*). Altera quod ita in duobus Mss. legitur. Aliud item est amplius quod moneam; pro *missis* legend. *præmissis;* ut lib. IX. 'Scythica bella aggreditur, præmissis legatis.' Quare autem isthuc *primo* non placeat, facile videas. Si enim *primo* ponas, oratio postulat ut addas *mox*, *dein*, *postpaulo*, et quæ sunt ejus generis. *Faber.* Antiquiores edd. *missis prius legatis:* sed Bong. subjecit *lenonibus*, quod in omnibus Mss. præter unum id reperiret. Ipse tamen Just. mox et 'legatos' appellat. *Vor.*

Legem dicerent] Eod. modo Liv. XIII. 49. 'Neminem alium quam ipsos legem dicturum.' *Gron.*

§ 10 *Stolide*] Ms. *colendi.* Unus *italide*, quod ad vulgatam lect. proxime accedit, quam sequutus est Orosius. Hic locus explicat, quod Scythicus legatus ap. Curt. VII. 8. 27. ait 'suis patuisse iter usque in Ægyptum.' *Bongars.* Mss. plures hic habent *colendi*, aliquis et *italide*, unde suspicabar Nostrum forsitan scripsisse *calide*, eo sensu, quo imprudenter, incogitanter, et præcipitanter factum denotat, et quomodo 'calida consilia' ipse Cic. usurpat. Sane illud *stolide* durius videtur, quam ut negotio huic conveniat. *Schef.*

§ 11 *Belli certamen*] Alii habent *bello*, unde quis conjiciat, id verbum hic intrusum ex glossa, cum præsertim paulo ante præcedat idem vocabulum in istis, 'occupasse bellum.' *Id.*

§ 13 *Nec dicta res morata*] Ita Flor. III. 3. 9. 'Nec segnius quam minati fuerant,' &c. *Berneccer.* Ov. IV. M. 546. 'Res dicta sequuta est.' Et Apoll. Rh. IV. 103. Ἔνθ' ἔπος ἠδὲ καὶ ἔργον ὁμοῦ πέλεν ἐσσυμένοισιν. *Gron.*

In regnum se recepit] Angli ex tribus Mss. *in r. trepidus se rec.* Sic et ed. Junt. *Græv.*

15 *Asiam, &c.*] Hegesipp. v. 16. p. 355. ed. Colon. 'Nostri sacerdotales infulas Babyloniis vectigales fecere.' Saxo VIII. p. 147. 41. 'Jutiam vectigalem effecit.'

§ 16 *Per legatos denuntiantibus*] I. e. cum illæ denuntiarent; idque per ablativum liberum et absolutum, ut vocant. Scio quidem ex regulis artis scribend. fuisse *denuntiantium;* sed et sic alibi locutus est Just. ut XVIII. 1. 'Additis Samnitium et Lucanorum precibus, et ipsis auxilio indigentibus.' Ubi manifeste dicere debuisset *indigentium*, si præcepta Grammaticæ, quam animi sui judicium, sequi maluisset Justinus; sed aliter eum l. interpretari debes; sic videl. cum et ipsi Lucani auxilio indigerent. Ita VI. 2. 'Sed Cononem seditio militum invadit....eo instantius debita poscentibus, quod,' &c. En tibi et aliud exemplum XXX. 3. 'Huc accedebat quod Romani, Pœnis et Annibale superato, nullius magis arma metuebant; reputantibus, quantum motum Pyrrhus parva manu Macedonum in Italia fecisset.' Vides, 'Romani,' 'reputantibus;' quod posterius abstractum est et divulsum a suo subjecto, 'Romani:' neque h. l. variant edd. ullæ, neque Codd. Mss. Et tamen istud 'reputantibus' pro corrupto haberi debere crederes, nisi hanc loquendi consuetudinem secutus esset Justinus. Addo amplius, quod ego inprimis animadvertendum

arbitror; ut interdum ablativis liberis utitur Just. ita et nominativis: XXII. 4. 'Hujus consilii non minus admirabile silentium quam commentum fuit; populo hoc solum professus, invenisse se victoriæ viam,' &c. Ibi enim 'professus' nominativ. est absolutus. Ita et alibi: 'Hæc considerans, pigere eum cœpit,' pro, Cum hæc consideraret, tum eum pigere cœpit. Est quoque aliud exemplum in VII. Cujus haud equidem commemini satis. At in XI. 7. hoc expressum est, et disertum: 'Percontatus eam quem potissimum augurem consuleret, illa respondet,' &c. Denique et multa ejus generis ap. Homerum literarum parentem animadverti; sed in hoc oppido Græcos characteras non habeo queis uti possim nisi invitus. *Faber.* Aliquis Cod. Ms. et antiquiores typis expressi, ut Junt. Bech. et alii, habent *denuntiantium:* id quod Grævio et placet. Et assentirer ipse, nisi Auctorem et alibi casu sexto participii ita usum, et casum sextum pronominis subaudiend. reliquisse, scirem. Inf. VIII. 5. 10. 'Verentibus ne ipsæ lacrymæ pro contumacia haberentur.' Rursus XXIII. 2. 5. 'Ex qua desperatione bellum inter filium nepotemque ejus, regnum jam quasi mortui vindicantibus, oritur.' Ubi Grævius ex ed. Junt. legere mallet *vindicantes.* Sed vid. plura id genus inf. in Notis ad VIII. 5. 10. *Vorst.* Alii *vindicantium.* Sed mutand. nil videtur. Consule Vorst. h. l. *Schef.*

Nec passuras, ut in posteritatem] Freinsh. rescribit ita: *nec p. in posterum, ut, &c.* Bene, ut puto: si tamen Just. ita scripsit, qui non ubique nimis bene. *Berneccer.* Jo. Peyraredus, nobilis Aquitanus, legit, *nec p. ut sine posteritate, &c.* Voss. Freinsh. legi malit, *in posterum;* idque ante 'ut.' Verum quia nullus Ms. qui sic habeat, laudari potest, retinend. potius *in posteritatem.* Quod tamen nihil aliud hic esse potest quam, in posterum, deinceps. *Vorst.* Cogitand. an non a Justini manu fuerit: *in posteram ætatem,* post compendiose scriptum, *in poster. ætatem:* mox conjunctim *posterætatem,* et sic factum *posteritatem.* Schef.

§ 17 *His igitur....imposuit*] Hoc etiam arripere poterant isti Præadamitarum Somniatores. Hinc enim planissime conficitur, Scythas invasisse Asiam Meridionalem annis 1500. (non adeo multi desunt) ante diluvium universale; quod quale sit omnes videre possunt: cum illa eluvies acciderit A. M. 1656. et post paulo regnarit conditor ille Assyriorum Ninus. Sed hæc, uti dicebam superius, inter fabulas referre, quam inter certa et stabilia veteris historiæ monumenta, multo fuerit consultius. Nam isthuc plane verum est, Ethnicorum antiquitatem totam pene fabulosam esse; quod primi illi Ecclesiæ Christianæ Doctores multis sæpe argumentis probavere. *Faber.*

CAP. IV. § 1 *Duo regii juvenes*] Totum h. l. cf. cum Oros. I. 15. Et de Amazonibus quædam Herod. IV. Multa Diod. II. et Strab. II. qui hæc fabulosa judicat. Vid. et Ammian. XXII. et Eustath. in Dionysium, et Steph. in Ἔφεσος. *Bongars. Ylinon* Oros. ubi hæc excerpsit, i. e. lib. I. c. 15. vocat 'Plinon.' Estque ita in antiquioribus quoque typis expressis. *Vorst.*

§ 2 *Cappadociæ*] Oros. *Capp. Ponticæ.* Legend. ex Ms. *Pontique.* Bong.

Thermodonta] Hinc. et Ov. IV. Pont. 10. 'Et tu femineæ Thermodon cognite turmæ.' Et Propert. III. 2. 'Qualis Amazonidum nudatis bellica mammis Thermodonteis turba lavatur aquis.' *Gronov.* Junt. *Thermodoonta.* Utrumque dicitur, *Thermodon* et *Thermodoon.* Græv. Diod. IV. 16. 'In Pontum vela facit [Hercules] et Thermodontis fluvii ostiis invectus prope Themiscyram urbem, in qua regia

Amazonum erat, castra ponit.' Steph. περὶ Πολ. Θεμίσκυρα πόλις ἡ ἐστιν ἀντίον Θερμώδοντος, καὶ οἱ οἰκοῦντες τὴν χάραν Θεμισκύριοι. Legend. autem non ut quidam edidere, *Themiscyreos,* sed *Themiscyrios.* Id enim et analogia requirit, et, ut Bong. in V. L. notavit, habent codd. Mss. Sed et Oros. prædicto l. habet, 'Campis Themiscyriis sibi subjectis.' Sed idem Oros. τὸ 'subjectos' non recte cepisse videtur; neque enim Just. ipse habet *sibi subjectos Themiscyrios campos;* sed 'subjectosque:' ipsumque encliticum 'que' argumento est, Justinum τὸ *sibi* non addidisse. *Vorst.*

§ 6 *Singulare omnium seculorum exemplum. Auxere remp. sine viris*] Cum Mss. omnino omnes præferant *exemplum ausæ remp. s. v.* aut certe *ex. agere semper s. v.* ausim reponere *Sing. o. s. ex. ausæ. Auxere remp. sine viris:* ut ita dixerit *audere exemplum* Just. ut 'audere pugnam' Tac. Virgil. vero, 'audere in prælio:' vid. Novantiquas nostras Epist. XCIX. *Mod.* Secutus sum nixam fide Mss. emendationem Fr. Modii, nisi quod post *ausæ* punctum in subdistinctionem mutavi. *Audere exemplum* eo modo dicitur, ut ap. Tac. A. XIII. 36. 1. 'audere pugnam:' et alibi, 'audere codicillos,' 'machinas,' 'oppugnationem,' 'stuprum,' 'ultionem,' &c. Ceterum, non tam vero quam huic narrationi similia, de puellis Bohemicis, Velasca duce, principatum in viros occupantibus, habet Æn. Sylvius Bohem. cap. 7. *Berneccer.* Gronov. ex vestigiis Mss. legit: *Sing. o. s. ex. ausæ, remp. agere s. v. jam etiam cum contemtu virorum se tuentur:* aut, quod elegantius existimat: *Sing. o. s. ex. ausæ, remp. s. v. jam, &c.* Obs. IV. 14. *Græv.* Antiquiores edd. *ausæ* non habent. Quod autem Modius in Mss. id observasset, in textum recepit Bernecc. Observavit et Gronov. Sed miratur idem, quod Mod. et Bernecc. non offensi fuerint τῷ *auxere,* idque simul consistere posse crediderint; cum et ratio et Mss. Codd. illud improbent. Codd. Mss. uti Bong. in Var. Lect. testatur, habent, *ex. ausæ semper agere s. v.* et *ausæ remp. augere s. v.* Unde Gronov. legend. putat, *Sing. o. s. ex. ausæ remp. agere s. v.* Phrasi *remp. agere* usi et alii. Jul. Capitolinus Antonino Pio: 'Maxime cum et semper rempublicam bene egisset Antoninus.' Vopisc. in Probo: 'Exemplar agendæ reip.' Illud *auxere,* quod edd. vett. habent, quodque Bong. et Bernecc. retinuere, conflatum videtur ex eo quod in Codd. Mss. apparet, *ausæ agere.* Vorst. Probo emendationem Gronovii legentis, *ausæ remp. s. v. &c.* et illud *auxere* natum suspicor ex præced. *ausæ,* pro quo supinus librarius fecit *auxe,* cui deinde ex seq. voce alius syllabam *re* adposuit. Sed mox in verbis *virorum se tuentur* illud *se* expungo, cum alias oratio non recte cohæreat. *Schef.*

§ 7 *Viros interficiunt*] Inde Οἰόρπατα, h. e. ἀνδροκτόνοι, Herod. IV. 110. *Bong.*

§ 9 *Pace, &c.*] Saxo 2. p. 249. 27. 'Ericus quæsitam armis pacem justitiæ ornamentis excolere cupiens.'

Ne genus] Angl. *ne gens,* quod est ex glossa. Nam vocem *genus* ita usurpat et in seqq. ubi servat et Angl. 'Genus Scytharum esse.' Sic Nepos in Regibus 2. 'Ex Macedonum genere duo.' Sic alibi sæpissime. *Græv.*

Concubitum] Oxon. *concubitus.* Id.

16 *Interficiebant*] Aliter Jornand. Getic. c. 8. 'Quicquid partus masculini edidissent, patri reddebant,' &c. Qua ratione adhuc hodie præcipuas Africani regis Monimopatæ legiones, quas ex mulieribus in certam aliquam insulam detrusis conscribit, femellas sibi reservare, masculos patribus transmittere, scribit Eduard. Lopez. lib. II. de Regno Cong. cap. 9. *Bern.*

In eundem ipsis morem] Ita in Mss.

credo, legit Bong. Ante ipsum editum fuerat *in e. ipsum m.* Est autem *in e. ipsis m.* pro, in e. m. in quem ipsæ; et quidem per Græcismum: quo de Vechnerus in Hellenolexia agit. Græci dicunt *ταὐτὸ ἐκείνῳ*, eorumque exemplo Latini, *idem illi.* Lucret. III. 'Eadem aliis sopitus quiete est.' Horat. ad Pis. 'Invitum qui servat idem facit occidenti.' Vid. et lib. nostrum de Latinit. Mer. Susp. p. 227. *Vorst.*

§ 11 *Dexterioribus mammis*] *Dexterior* pro dextero, et similiter *sinisterior* pro sinistro dicunt. Sic et XXXI. 8. 6. 'Dexterius cornu.' Galba in Epist. 30. lib. X. Epist. Cic. 'Dexterius cornu,' 'sinisterius cornu.' Varro II. de R. R. 'Dexterior pars cervicis.' Vid. et Suet. Tib. 6. *Id.*

§ 12 *Marthesia et Lampeto*] Scribe *Marpesia et Lampedo.* Græcis *Μαρπησσία καὶ Λαμπεδώ.* Hæc Lampedo inter Pleiadas olim relata est: sed postea alia in ejus locum substituta est. Verum hæc nos alias. Voss. Ms. unus Bongarsii, *Marcesia.* Legend. *Marpesia,* ex Jornande et vett. edd. Diod. IV. 16. 'Marpen' videtur appellare. Recte Voss. *Lampedo,* et sic Junt. Ceterum et Oxonn. ex uno Ms. pro *duæ in his reginæ* reposuerunt *duces iis fuere.* Græv. Dixeram librario scribend. esse *Marpesia,* nec dixeram modo, sed et manu ipse mea prænotaveram; id tamen neglectum fuit. Sequi autem veras lectt. decrevi, quæ fide vel historiæ vel fabulæ nituntur; alias nil moror. Inde est quod inf. excudendum curavi *Otrera* pro *Orithya,* quod et falsum est et contra fidem historiæ. Poterat tamen et *Otrere* scribi et *Otrereia,* quemadmodum dicimus 'Penelope,' 'Penelopa,' 'Penelopea,' et 'Penelopeia,' atque alia ad eam formam; de qua Græculi magistri ad fastidium usque. Ceterum seu *Lampedo* scribas, seu *Lampeto,* nil sane interest; imo et *Lampito* legi posset. At hoc nequeo tacere; cum et 'Otrera,' et 'Lampeto,' et 'Hippolyte,' et 'Penthesilea,' et 'Menalippe,' et 'Antiope,' &c. nomina omnia sint Græcanicæ originis, vel hinc facile appareat, quæ de Amazonibus dicuntur, ea esse otiosorum hominum somnia; nil aliud. Quomodo enim Græcæ appellationes ad Scythas? Itid. plane ac si quis e Turcis principibus Bernardus aut Willelmus diceretur, aut Bertramus. *Faber.* In Codd. Mss. Orosii, et, unde is excerpsit, Justini, legi *Marpesia,* testatur Franc. Fabricius. Et vocat quoque ita Jornandes. Sed et ipsi Græci *Μαρπησσίαν* vocant. Alterius reginæ nomen in antiquioribus typis expressis est *Lampedo:* et in auctoribus Græcis item *Λαμπεδώ. Vorst.* Angl. *duces iis fuere:* placet. *Schef.*

Vicibus gerebant] Hoc *vicibus* mihi est suspectum, cum nec positum sit suo loco, si cum 'alternis' cohæret, quod arbitrantur. Ego potius existimo ex glossa natum, qua quis illud 'opibus' per, viribus, exposuerat. Ex, viribus, deinde ab emendatore quodam factum *vicibus.* Locum totum denique sic distinguo: *quæ, in duas partes agmine diviso, inclytæ jam opibus gerebant bella solæ, terminos alternis defendentes.* Gerebant bella solæ, i. e. solitariæ, una quævis per se sine societate alterius, idque alternis, dum alternis defendunt fines. *Schef.*

Solæ terminos] Scribe *soli* h. e. ditionis. *Freinsh.* Freinshemius *soli,* i. e. agri, finium, regionis. *Faber.* Angl. *soli.* Probarem si adjectum haberet cujus soli. Nam sic simpliciter positum est ambiguum, de patrione an peregre quæsito debeat intelligi: vid. notas nostras. *Schef.*

Alternis] Sc. vicibus. Ita Vett. edd. Bong. *alterno,* quod nescio an idem sit cum, alternatim. Paulo ante pro *solæ* Freinsh. legit *soli,* h. e. ditionis. Valde probabiliter. *Berneccer.* Ait

Bernecc. ad *alternis,* pro quo Bong. *alterno* edidit, subaudiend. esse, vicibus. Sed diserte id. illud hic appareat, et modo trajectum videtur. Quid si ergo legamus, *Alternis vicibus gerebant bella?* Pro *solæ* in antiquioribus edd. est *sollicitæ* aut *sollicite.* Sed Freinsh. conjecit pro *solæ* legend. esse, *soli,* i. e. regionis, *terminos defendentes.* Vorst.

§ 13 *Et ne successibus*] Inde votum Alexandri ap. Curt. VIII. 8. 28. 'Utinam Indi quoque Deum esse me credant. Fama enim bella constant,' &c. De D. Augusto Philo Judæus lib. de Legatione ad Caium: 'Accepit divinos honores, non quod probaret: sed quia videbatur hoc postulare amplitudo imperii, cui veneratio quædam parabatur his artibus.' Videndus omnino D. August. Civ. D. III. 4. ubi de sententia Varronis, 'utile esse, ut se homines ex Diis genitos mentiantur.' *Bern.*

Gentes se Marte] De una tantum id narrat Diod. cujus nomen non exprimit: et Apollonius II. Amazonas Martis et Harmoniæ Naiadis genus esse tradit. Quæ hic *Marthesia* dicitur, eam Jornand. 'Marpesiam' vocat. *Bongars.* Hygin. cap. 30. Hippolyten, et c. 112. Penthesileam, Martis et Otreræ filiam facit. *Vorst.*

§ 14 *Majore parte Europæ*] Inde est, credo, quod Poëtæ Amazonas 'Threicias' vocant, et sagittas item 'Threicias' illis tribuunt. *Id.*

Asiæ] Suet. Cæs. 22. 4. 'Magnam' inquit 'Asiæ partem Amazonas tenuisse quondam.' Asiam accipe Minorem, non illam, quæ tertia pars Orbis habetur. *Berneccer.* Asiæ Minoris puta: in qua, ut sequitur, novas quoque civitates condidere. *Vor.*

§ 15 *Ibi Epheso multisque urbibus conditis*] 'Otriram' Amazona, Martis uxorem, templum Dianæ condidisse prodidit Hygin. cap. 223. et 225. *Vor.*

Dimittunt] Edd. vett. *remittunt.* Vor.

§ 17 *Orithya*] Sic est in omnibus scriptt. lib. et impressis quibusd. Vulgo *Otrera:* et ap. Apollonium lib. II. *Ἀμαζονίδων βασίλειαι, Ὀτρήρη τε καὶ Ἀντιόπη.* Sed in hac historia mire variant auctores. Vid. Plut. in Theseo, et Diod. II. et IV. Pausan. in Atticis. *Bongars.* Amazonis hoc nomen transpositis litteris corrumpitur. Scribend. enim *Otriria* pro *Orithya.* Græcum est *Ὀτρήρη* Apollonio, pro quo alii dixere *Ὀτρήρεια,* ut *Καλλιόπη, Καλλιόπεια.* Inde *Otreria* vel *Otriria* Trogo. Grotius hoc certissimum habet. Nam *Orithya* Atticum nomen est. *Sal.*

Filia ejus Otrere regno succedit] In Ms. supr. scriptum erat, legend. esse, *Sinope.* Et sic quoque legerunt sequioris ævi scriptores, huj. compilatores. Sinopen Amazonum unam fuisse, et ab ea urbem dictam, testatur Andron ap. Etymologici Magni auctorem, in voce *Σινώπη*· *Ὁ δὲ Ἄνδρων φησὶν, μίαν τῶν Ἀμαζόνων φυγοῦσαν εἰς Πόντον παρὰ τὸν βασιλέα τοῦ τόπου, πίνουσάν τε πλεῖστον οἶνον, προσαγορευθῆναι Σινώπην. Μεταφράσει δὲ τοῦτο σημαίνει τὴν πολλὰ πίνουσαν.* Atqui non *Σινώπη* significat *τὴν πολλὰ πίνουσαν,* sed *Σανάπη,* quomodo ei scribend. fuerat. Auctor Scholiorum ad II. Apollonii librum: *Ἐπεὶ δὲ οἱ μέθυσοι σανάπαι λέγονται παρὰ Θραξὶν, ᾗ διαλέκτῳ χρῶνται καὶ Ἀμάζονες, κληθῆναι τὴν πόλιν Σανάπην. ἔπειτα κατὰ φθορὰν Σινώπη.* Sic scribend. Hesych. *Σανάπην τὴν οἰνώδη Σκύθαι.* Sic lege. Vulgo enim conspurcatissimus locus iste Hesychii. *Voss.* Recte vidit Bong. legend. *Otrere.* Corrupte ap. Hygin. Fab. CLXIII. *Othrepte* dicitur. *Græv.*

Filia ejus Orithya] Bech. edidit *Ottera:* et rectius Sich. *Otrera.* At Bong. in codd. suis Mss. reperit *Orithya,* idque pro altero substituend.

putavit, quem Bernegg. et alii sunt secuti. Judicium Salmasii est, Amazonis istud nomen *Orithya* transpositis literis corruptum esse ex *Otreria*; ipsum vero *Orithya* esse nomen Atticum. Vid. notas Berneggeri posteriores ad h. l. Apollonius lib. II. manifeste Ὀτρήρην vocat. Neque aliter Hygin. Ut cap. 112. 'Penthesilea Martis et Otreræ filia:' alibi tamen una litera mutata *Otriram* vocat. Ut c. 223. et 227. 'Amazon Otrira Martis conjux.' Rursus c. 30. 'Hippolyten Amazonam Martis et Otriræ reginæ filiam: cui reginæ Amazoni balteum detraxit, tum Antiopam captivam Theseo donavit,' Hercules puta; cap. 163. ubi plures Amazones recensentur, corrupte *Otrepte* dicta videtur pro *Otrere*. Vorst. Codex Angl. *Otreria*, ut optime conjecit Salmas. *Græv.*

§ 18 *Rex, cui duodecim stipendia debebat*] De 12. certaminibus, quæ tanquam stipendia Euristheo debebat Hercules, ut immortalitatem consequeretur, legendæ fabulæ, et Diod. IV. *Bong.* Servius ad illa Virgil. VI. Æn. 'Tartareum ille manu custodem in vincla petivit:' 'Hercules,' inquit, 'a prudentioribus mente magis quam corpore fortis inducitur, adeo ut duodecim ejus labores referri possint ad aliquid: nam, cum plura fecerit, duodecim ei tantum adsignantur propter agnita duodecim signa.' Ludit autem egregie in his Sen. de Morte Claudii, ubi de eod. Hercule ait: 'Putavit sibi decimum tertium laborem venisse.' Cæterum præter ea, quæ Servius affert, deprompta ex capsis magni illius oratoris Isocratis, notand. etiam hic illud videtur, 'stipendium' non tantum illud esse, quod victis imponitur tributum vel æs militare, aut annos militiæ; velut cum decem duodecimve stipendia aliquem meruisse dicimus: sed etiam, quod hic locus indicat, militiam et laborem ac ærumnam ipsam, non secus atque ap. Horat. Epod. XVII. ubi legere est: 'Quæ finis? aut quod me manet stipendium? Effare, jussas cum fide pœnas luam.' *Mod.* Hic 12. Herculis labores, 'stipendia' 12. sine controversia vocantur. Unde 'pœna' et 'labor' dicitur. Horat. Epod. XVII. 'Quæ finis?' &c. Hæc Turneb. Adv. XXX. 27. De 12. porro laboribus seu certaminibus, quæ rex Eurystheus instinctu Junonis imperabat Herculi, casibus eum objecturus, legendæ fabulæ, et Diod. IV. Tangit etiam Plin. Paneg. c. 14. fin. et alludit Sen. in Apocoloc. 'Putavit sibi decimum tertium laborem venisse.' *Bern.* Liv. XXX. 28. 'Annibalem exercitum æqualem stipendiis suis ducere:' et Sall. Ju. 65. 'Homo veteris prosapiæ ac multarum imaginum et nullius stipendii.' Hæc autem 'stipendia' Cic. II. Fin. 35. vocat 'ærumnas:' Virgil. 'labores:' alii 'expeditiones.' *Gron.* 'Duodecim stipendia' vocat, quæ alii 'duodecim labores' et 'certamina' appellant. Et 'stipendiorum' vox consentanea ei quod mox sequitur verbo 'debere.' *Stipendium* enim inter alia tributum significat, quod ut debitum gentes devictæ pendunt. Suet. Cæs. 25. 'Omnem Galliam in provinciæ formam redegit, eique quadringenties stipendii nomine imposuit.' Hinc 'provinciæ stipendiariæ' dicuntur, quæ tributum pendunt. *Vorst.*

Quasi impossibile] Hanc vocem qui damnant, ii mihi fastidiosuli et delicatuli videntur, cum eam usurparint et Apuleius et Quintilian. cujus ap. me auctoritas, ut debet, semper gravissima erit. *Fab.*

§ 19 *Profectus longis novem navibus*] 'Longæ naves,' ut Isidor. XIX. 1. ait, 'dictæ eo quod longiores sint ceteris.' Erant autem naves bellicæ, et ab onerariis discernebantur. Liv. XXV. 22. 'Bomilcar centum triginta navibus longis et septuaginta onerariis profectus est.' Cæs. V. B. G. 25. 'Naves longas paululum removeri ab onerariis navibus ac remis incitari jussit.' *Vorst.*

§ 20 *Duæ tum sorores Amazonum regna tractabant*] Antiquiores typis expressi, *D. ex quatuor tum sor.* quod ei, quod sequitur, satis est consentaneum. Sequitur enim, duas sorores Antiopæ, Menalippen et Hippolyten, captas esse. Fuere igitur istæ quatuor, Antiope, Otrere, Menalippe et Hippolyte. *Vorst.* Junt. stat quoque pro hac lect. *Græv.*

§ 21 *Nihil, &c.*] Saxo XIV. p. 286. 26. 'Tunc Absalon Rugiam nihil hostile metuentem cognoscit.'

§ 22 *Repentino, &c.*] Saxo XV. p. 368. 32. 'Hac fama Scaniæ populus excitus.'

§ 23 *Sorores captæ sunt*] Illud *captæ sunt* Mss. non agnoscunt, et præcedit proxime *captæque*; itaque rectius, et elegantius, cum omittitur. *Scheff.* Assentior Scheffero qui *captæ sunt* perperam repetitum hic existimat, cum id ἀπὸ κοινοῦ ex verbis proxime præcedd. sit repetend. quod cum et Mss. confirment, quid est cur dubitemus veterem eamque sanam lect. reponere? *Græv.*

§ 24 *Obtenta in præmium captiva, &c.*] Forte legend. *obtentam in p. captivam, &c.* ut habent quidem multi ex antiquis Codd. sed immodice retinent *eandem*, quæ vox tum delenda est. *Gron.*

§ 25 *Menalippen .... accepit*] 'Pretium' pro mercede, λύτρῳ, ut sæpe. Fuit autem balteus: Hyginus cap. 30. 'Hippolyten Amazonam, Martis et Otreræ filiam: cui reginæ Amazonum [*sic enim legend. videtur*] balteum detraxit, dum Antiopam captivam Theseo donavit.' Diod. IV. 16. Herculem de captivis Antiopam Theseo donavisse; Menalippen vero balteo sese redimentem liberam dimisisse scribit. *Vorst.*

Pretium, &c.] Oros. et Frec. 'Et arma reginæ pretio redemtionis accepit.' Leid. 1. Freculphi *pretium.*

§ 26 *Hortatur comites*] Antiquiores typis expressi addunt *in ultionem:* quod genuinum esse, nec abesse posse, videtur. *Vorst.* Angl. auctius *hort. com. in ult.* Puto esse hoc augmentum ex glossa. Nam et alibi Noster illud *hortari* ponit ita absolute, ut n. 3. 'In transitu hortatus Thessalos fuerat.' *Scheff.* Juntina cum vett. edd. nonnullis, *hort. com. in ult.* quod probat Vorst. et Oxonn. receperunt ex tribus Mss. in quibus invenere. Sed non dubito, quin hæc verba *in ult.* a sciolis et indoctis descriptoribus fuerint addita, qui ignorarunt 'hortari' simpliciter esse, confirmare, animare. Just. XI. 1. 'Queis rebus velut medela quædam interventus Alexandri fuit, qui pro concione ita vulgus omne consolatus hortatusque pro tempore est, ut et metum timentibus demeret, et spe omnes impleret.' In sen. cap. 3. 'In transitu hortatus Thessalos fuerat:' et XIV. 3. 'Eumenes, qui auctor cladis erat, nec aliam spem salutis reliquam habebat, victos hortabatur.' Nep. Milt. 6. 'Ut in decem prætorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, prœliumque committeret.' Sane sapit sequiorum temporum Latinitatem *hortari in ult.* Trogus, et qui ejus premit vestigia, Just. scripsisset, credo, *hortari ult.* aut *ad ult.* Poëtis tamen testimonium, ni fallor, denuntiare possunt, qui vett. edd. lect. tuendam suscipiunt. In Auctuario Notarum suarum Scheffërum quoque vulgatam defendere video. *Græv.*

Si Græc., &c.] Saxo XIV. p. 287. 14. 'Periculo se quam rubori patere malle:' p. 350. 6. 'Ceterum insidiarum periculis patere malle.' Saresber. VII. Policr. 2. init. 'Cum et professio scissa sit, et pro parte tam risui pateat quam errori.'

§ 27 *Cladem virorum*] Quod viri ea-

rum conspiratione populorum per insidias trucidati essent, ut scribit supra II. 3. 4. *Vorst.*

Assecutasque virtute] Angl. *per virtutem.* Alterum est ex glossa. Lect. vulg. mihi genuina videtur. *Scheff.*

§ 31 *Penthesilea*] Servius ad illud Virgil. 'Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens:' 'Furentem ideo,' inquit, 'dixit, quia sororem suam in venatione confixit, simulans se cervam ferire. Sed hoc per transitum tangit: nam hic furor bellicus intelligitur, aut *furens*, quia majora viribus audebat. Hæc autem Martis et Otreris filia fuit, quam Achilles cum adversus se pugnantem peremisset, post mortem ejus adamavit, honorificeque sepelivit.' Hæc, inquam, ad illum Virgilii locum Servius noster manu exaratus Fuldensis, non Pseudo-Servius ille vulgatus, ap. quem pleraque et meliorem horum partem non invenias. *Mod.* Amazonum regina, quam auxilio Trojanis venisse proditum, et ab Achille occisam. Quam cum, sepulcro ut condecorarent, Græcis persuadere vellet Achilles, atque Thersites eidem opprobria objiceret, ictu pugni occisus. Tunc Diomedem, Thersitæ cognatum, in Scamandrum fl. projecisse cadaver Penthesileæ proditum est. *Bernec.* At Penthesileæ tamen nusquam meminit Homerus. Sed Virgil. I. Æn. 'Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet, Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.' Cum autem multa ab Homero mutuatum esse Virgilium pueri sciant, hoc quoque ex eod. fonte haustum esse crederent; sed moniti non facient. Hic nuper gravissime erravit vir clariss. inter scriptores nostros, quem parcam appellare. *Faber.* Penthesileam hanc ipsius Otreræ et Martis filiam fuisse proditum est. Vid. Hygin. cap. 112. *Vorst.*

§ 32 *Usque tempora*] Angl. *u. ad t.* Nil arbitror mutand. Noster statim ab initio: 'Terminos usque Libyæ perdomuit.' Et paullo post 5. 8. 'Usque tempora Jancyri regis,' locutione simillima. *Græv.*

§ 33 *Concubitu Alexandri per dies* XIII. *ad sobolem ex eo generandam obtento*] Ita emendavi dudum ex Curtio meo, qui ait: 'XIII. dies in obsequium desiderii ejus absumti sunt:' nec hic tantum ita emendavi, sed et XII. 3. ubi male antea legebatur: 'Ob hoc XXX. diebus otio datis, ut visa est uterum implesse, discessit.' Vid. notas meas ad Curt. Ruf. lib. VI. *Mod.* Inf. XII. 3. 5. et XLII. 3. 9. Curt. VI. 5. 42. *Bern.*

CAP. V. § 1 *Scythæ, &c.*] Vid. Herod. init. IV. qui non octo annos, sed viginti octo, domo afuisse Scythas narrat: quod sane probabilius est. Hic tamen contra consensum librorum nihil muto. *Bongars.* An eadem cum his? certe simillima sunt, quæ Sal. Neugebaverus Commentar. Moscoviæ sub finem cap. 3. refert ex Annalibus Russorum: ubi de *Chlopigorod*, h. e. *servorum castro*, quem in l. servi ab heris in fugam versi se receperunt: vid. Arnis. de Rep. p. 186. f. *Berneccer.* Consentaneum ei quod supr. II. 3. 1. scribit, 'imperium Asiæ Scythas ter quæsivisse,' i. e. acquisivisse. *Vorst.*

Cum annis octo] Herod. IV. annis 28. Scythas domo abfuisse scribit. Cumque Justinum, ipsumque Trogum, ex antiquioribus hausisse hæc necesse sit, non absurdum fuerit hic mendum statuere, et legere *annis viginti octo.* Vor.

Liberis abfuissent] In Ms. quodam legitur *l. longe fuiss.* quod eruditius est, quam ut scribæ aut glossatori possit tribui. Sed neglexerunt, ut suspicor, qui hoc genus loquendi nescivere, ac substituerunt notius. Plin. Paneg. 25. 'Exspectatum est provisumque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne qui denique longe fuisset.' *Schef.*

§ 3 *Qui reversos cum victoria*] Illud *cum v.* delend. nam et minus Latinum est, et ex linea inferiore huc translatum fuit per incogitantiam exscriptoris. *Fab.*

§ 4 *Dominorum jure*] *Dominiorum* forte scripsit Noster, ut Sen. II. N. Q. 32. 'Jus dominiumque.' *Gron.*

Verbera in aciem, non arma, adferenda] Juntæ cum aliquot editis juxta et Mss. libris: *non tela ferenda:* quod miror mutatum ab editoribus recentioribus. 'Tela' sunt quævis arma, ut JCti notarunt. Pro sica posuit Cic. I. Cat. pro hasta Ov. XIV. M. pro cornu uri, Id. XIV. M. pro lapide: pro venabulo Val. M. VI. 3. pro funda Liv. XXVIII. 'Fundis ut nunc plurimum, ita tunc solo eo telo utebantur.' Plin. IX. 45. 'Solidas habent ungulas, quæ non sunt cornigera: igitur eis telum ungula est.' Ov. VI. M. 686. de Borea: 'Quid enim mea tela reliqui, Sævitiam et vires, iramque animosque minaces?' *Græv.* In collectione variantium Lectt. positum est, *non tela*, quod quidem scio esse Latinissimum, et Grævio summo nostro probari; tamen inclinat animus ut ed. vulgatam retineam, ob hæc opposita sc. *(non armorum jure) (sed dominorum), (verbera illis)* ergo *(non arma adferenda).* Id quod artifices rhetorici haud improbabunt. Nam figuram sequi debuit Justinus, qui et rhetor fuit (ut ex infinitis pene locis olfecisse videor): quod facere non poterit, nisi si iisd. verbis utatur. *Fab.*

Verbera in aciem, non arma, afferenda] In antiquioribus edd. Junt. puta, Bech. Sich. imo et in quibusd. Mss. pro *arma* est *tela.* Estque vox ea satis commoda. 'Tela' enim cujuscunque generis arma dicunt, quibus occidi aliquis aut prosterni potest. Nec tantum quæ eminus jaciuntur, sed et quibus cominus pugnatur, ipsique gladii et secures, 'tela' dicuntur. Nep. Datam. 'Telum quod latebat protulit, nudatumque vagina veste texit.' *Vor.*

§ 5 *Perculerunt*] Ita Mss. Herod. IV. 4. Οἱ δ' ἐκπλαγέντες. *Bong.*

Fugamque ... capesserent] Sic VI. 3. 'Spartiani [*Spartani* rectius: sed *Lacedæmonii* rectissime] fugam capessunt.' *Gron.*

§ 8 *Jancyri*] Ea est sex Mss. constans lect. Hunc regem Oros. II. 8. vocat 'Attyrum.' Ms. *Accirum.* Herod. IV. 123. Ἰνδάθυρσον, qui et Σκώπασιν et Τάξακαν, duarum aliarum Scythiæ partium reges, commemorat. Ctesiæ c. 17. Σκυθάρκης dicitur: 'Antriregyrus' Jornandi in Geticis cap. 10. *Bongars.* Ap. Jornandem tamen pro *Antriregyrus*, Grut. e Mss. Palatinis *Jancyrus* substituit. Ap. Herodotum vero Ἰνδάθυρσος f. pro Ἰνδάθουρος, et ap. Nostrum *Jancyrus* pro *Indatyrus*, vel *Idanthyrus*, scriptum ait cl. Salmas. ad Solin. 846. A. 1. Ἰδανθούρας est nomen illius Scythici regis ap. Clementem. *Berneccer.* Omnino scribend. *Idantyri.* Herodoto est Ἰνδάθυρσος, ut et Arriano lib. VII. Straboni Ἰδάνθυρσος. Plutarcho in Apoph. Ἰδάθυρσος. Multis enim vocabulis inseritur εὐφωνίας ergo, et plenioris toni, τὸ ν; ut, Ἀτέας Ἀντέας, Ἄμισος Ἄμψσος, Thymodas Thymondas, Indigetes Indigentes, Carpetani Carpentani, Callatia Callantia, et 600. ejus generis. *Voss.* Ex tribus Mss. Angli reposuerunt *Janthyri:* ut nullum dubium sit, legend. esse cum Salmas. et Voss. *Idanthyri*, aut *Indathyri.* Græv. Is. Voss. legend. censet *Idantyri.* Quod ante et Salmasio visum fuerat in Exerc. ad Solin. p. 846. Et facit huc nonnihil nomen Ἰανδύσου, Scytharum regis, quod ex Arriani Parthicis memorat Photius. Ceterum in lib. Rerum Indicarum ex Megasthene Arrianus Ἰνδάθυρσιν Scytharum regem nominat. Quod nomen nihil fere discrepat ab eo quod in lib.

rum conspiratione populorum per insidias trucidati essent, ut scribit supra II. 3. 4. *Vorst.*

Assecutasque virtute] Angl. *per virtutem.* Alterum est ex glossa. Lect. vulg. mihi genuina videtur. *Scheff.*

§ 31 *Penthesilea*] Servius ad illud Virgil. 'Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens:' 'Furentem ideo,' inquit, 'dixit, quia sororem suam in venatione confixit, simulans se cervam ferire. Sed hoc per transitum tangit: nam hic furor bellicus intelligitur, aut *furens*, quia majora viribus audebat. Hæc autem Martis et Otreris filia fuit, quam Achilles cum adversus se pugnantem peremisset, post mortem ejus adamavit, honorificeque sepelivit.' Hæc, inquam, ad illum Virgilii locum Servius noster manu exaratus Fuldensis, non Pseudo-Servius ille vulgatus, ap. quem pleraque et meliorem horum partem non invenias. *Mod.* Amazonum regina, quam auxilio Trojanis venisse proditum, et ab Achille occisam. Quam cum, sepulcro ut condecorarent, Græcis persuadere vellet Achilles, atque Thersites eidem opprobria objiceret, ictu pugni occisus. Tunc Diomedem, Thersitæ cognatum, in Scamandrum fl. projecisse cadaver Penthesileæ proditum est. *Bernec.* At Penthesileæ tamen nusquam meminit Homerus. Sed Virgil. I. Æn. 'Ducit Amazonidum lunatis agmina peltis Penthesilea furens, mediisque in millibus ardet, Aurea subnectens exertæ cingula mammæ Bellatrix, audetque viris concurrere virgo.' Cum autem multa ab Homero mutuatum esse Virgilium pueri sciant, hoc quoque ex eod. fonte haustum esse crederent; sed moniti non facient. Hic nuper gravissime erravit vir clariss. inter scriptores nostros, quem parcam appellare. *Faber.* Penthesileam hanc ipsius Otreræ et Martis filiam fuisse proditum est. Vid. Hygin. cap. 112. *Vorst.*

§ 32 *Usque tempora*] Angl. *u. ad t.* Nil arbitror mutand. Noster statim ab initio: 'Terminos usque Libyæ perdomuit.' Et paullo post 5. 8. 'Usque tempora Jancyri regis,' locutione simillima. *Græv.*

§ 33 *Concubitu Alexandri per dies* XIII. *ad sobolem ex eo generandam obtento*] Ita emendavi dudum ex Curtio meo, qui ait: 'XIII. dies in obsequium desiderii ejus absumti sunt:' nec hic tantum ita emendavi, sed et XII. 3. ubi male antea legebatur: 'Ob hoc XXX. diebus otio datis, ut visa est uterum implesse, discessit.' Vid. notas meas ad Curt. Ruf. lib. VI. *Mod.* Inf. XII. 3. 5. et XLII. 3. 9. Curt. VI. 5. 42. *Bern.*

CAP. V. § 1 *Scythæ, &c.*] Vid. Herod. init. IV. qui non octo annos, sed viginti octo, domo afuisse Scythas narrat: quod sane probabilius est. Hic tamen contra consensum librorum nihil muto. *Bongars.* An eadem cum his? certe simillima sunt, quæ Sal. Neugebaverus Commentar. Moscoviæ sub finem cap. 3. refert ex Annalibus Russorum: ubi de *Chlopigorod*, h. e. *servorum castro*, quem in l. servi ab heris in fugam versi se receperunt: vid. Arnis. de Rep. p. 186. f. *Berneccer.* Consentaneum ei quod supr. II. 3. 1. scribit, 'imperium Asiæ Scythas ter quæsivisse,' i. e. acquisivisse. *Vorst.*

Cum annis octo] Herod. IV. annis 28. Scythas domo abfuisse scribit. Cumque Justinum, ipsumque Trogum, ex antiquioribus hausisse hæc necesse sit, non absurdum fuerit hic mendum statuere, et legere *annis viginti octo.* Vor.

Liberis abfuissent] In Ms. quodam legitur *l. longe fuiss.* quod eruditius est, quam ut scribæ aut glossatori possit tribui. Sed neglexerunt, ut suspicor, qui hoc genus loquendi nescivere, ac substituerunt notius. Plin. Paneg. 25. 'Exspectatum est provisumque, ne quis æger, ne quis occupatus, ne quis denique longe fuisset.' *Scheff.*

§ 3 *Qui reversos cum victoria*] Illud *cum v.* delend. nam et minus Latinum est, et ex linea inferiore huc translatum fuit per incogitantiam exscriptoris. *Fab.*

§ 4 *Dominorum jure*] *Dominiorum* forte scripsit Noster, ut Sen. II. N. Q. 32. 'Jus dominiumque.' *Gron.*

Verbera in aciem, non arma, adferenda] Juntæ cum aliquot editis juxta et Mss. libris: *non tela ferenda:* quod miror mutatum ab editoribus recentioribus. 'Tela' sunt quævis arma, ut JCti notarunt. Pro sica posuit Cic. I. Cat. pro hasta Ov. XIV. M. pro cornu uri, Id. XIV. M. pro lapide: pro venabulo Val. M. VI. 3. pro funda Liv. XXVIII. 'Fundis ut nunc plurimum, ita tunc solo eo telo utebantur.' Plin. IX. 45. 'Solidas habent ungulas, quæ non sunt cornigera: igitur eis telum ungula est.' Ov. VI. M. 686. de Borea: 'Quid enim mea tela reliqui, Sævitiam et vires, iramque animosque minaces?' *Græv.* In collectione variantium Lectt. positum est, *non tela*, quod quidem scio esse Latinissimum, et Grævio summo nostro probari; tamen inclinat animus ut ed. vulgatam retineam, ob hæc opposita sc. *(non armorum jure) (sed dominorum), (verbera illis)* ergo *(non arma adferenda).* Id quod artifices rhetorici haud improbabunt. Nam figuram sequi debuit Justinus, qui et rhetor fuit (ut ex infinitis pene locis olfecisse videor): quod facere non poterit, nisi si iisd. verbis utatur. *Fab.*

Verbera in aciem, non arma, afferenda] In antiquioribus edd. Junt. puta, Bech. Sich. imo et in quibusd. Mss. pro *arma* est *tela.* Estque vox ea satis commoda. 'Tela' enim cujuscunque generis arma dicunt, quibus occidi aliquis aut prosterni potest. Nec tantum quæ eminus jaciuntur, sed et quibus cominus pugnatur, ipsique gladii et secures, 'tela' dicuntur. Nep. Datam. 'Telum quod latebat protulit, nudatumque vagina veste texit.' *Vor.*

§ 5 *Perculerunt*] Ita Mss. Herod. IV. 4. Οἱ δ' ἐκπλαγέντες. *Bong.*

Fugamque ... capessercnt] Sic VI. 3. 'Spartiani [*Spartani* rectius: sed *Lacedæmonii* rectissime] fugam capessunt.' *Gron.*

§ 8 *Jancyri*] Ea est sex Mss. constans lect. Hunc regem Oros. II. 8. vocat 'Attyrum.' Ms. *Accirum.* Herod. IV. 123. Ἰνδάθυρσον. qui et Σκώπασιν et Τάξακιν, duarum aliarum Scythiæ partium reges, commemorat. Ctesiæ c. 17. Σκυθάρισης dicitur: 'Antriregyrus' Jornandi in Geticis cap. 10. *Bongars.* Ap. Jornandem tamen pro *Antriregyrus*, Grut. e Mss. Palatinis *Jancyrus* substituit. Ap. Herodotum vero Ἰνδάθυρσος f. pro Ἰνδάθουρος, et ap. Nostrum *Jancyrus* pro *Indatyrus*, vel *Idanthyrus*, scriptum ait cl. Salmas. ad Solin. 846. A. 1. Ἰδανθούρας est nomen illius Scythici regis ap. Clementem. *Berneccer.* Omnino scribend. *Idantyri.* Herodoto est Ἰνδάθυρσος, ut et Arriano lib. VII. Straboni Ἰδάνθυρσος. Plutarcho in Apoph. Ἰδάθυρσος. Multis enim vocabulis inseritur εὐφωνίας ergo, et plenioris toni, τὸ ν; ut, Ἀτέας Ἀντέας, Ἄμασος Ἄμψασος, Thymodas Thymondas, Indigetes Indigentes, Carpetani Carpentani, Callatia Callantia, et 600. ejus generis. *Voss.* Ex tribus Mss. Angli reposuerunt *Janthyri:* ut nullum dubium sit, legend. esse cum Salmas. et Voss. *Idanthyri*, aut *Indathyri.* Græv. Is. Voss. legend. censet *Idantyri.* Quod ante et Salmasio visum fuerat in Exerc. ad Solin. p. 846. Et facit huc nonnihil nomen Ἰανδύσου, Scytharum regis, quod ex Arriani Parthicis memorat Photius. Ceterum in lib. Rerum Indicarum ex Megasthene Arrianus Ἰνδάθυρσιν Scytharum regem nominat. Quod nomen nihil fere discrepat ab eo quod in lib.

IV. Herod. legitur, Ἰνδαθύρσου puta. *Vor.*

§ 9 *Cum filiæ, &c.*] Hanc tamen injustam belli causam recte decernit H. Grotius de J. B. et P. II. 22. 7. *Gron.*

§ 10 *Armatis, &c.*] Frec. 'Cum sexcentis millibus armatorum.' Leg. ex utroque Ms. Leid. et Oros. *Cum septingentis m. a.* Herod. IV. 87. Τουτέων μυριάδες ἐξηριθμήθησαν χωρὶς τοῦ ναυτικοῦ ἑβδομήκοντα σὺν ἱππεῦσι· νέες δὲ ἑξακόσιαι συνελέχθησαν. Diod. II. 3. Darium μετὰ ὀγδοήκοντα μυριάδων Scythiam ingressum refert.

§ 12 *Inde Asiam et Macedoniam domuit*] Hem nova res et plane inaudita. Nam unde redit Darius? Scythia Istriana. Ita est. Qua transeundum ipsi fuit? An per Asiam et Macedoniam? Nil magis falsum nec ridiculum magis. Legend. igitur est: *Inde Thraciam et M. d.* Circa hanc vocem bis quoque erratum fuisse inf. demonstrabimus, cum eo deventum fuerit. *Fab.*

Ionas] Herod. VI. init. *Bongars.* Reusneri Isagoga p. 209. *Bern.*

Navali pr.] Vincent. III. 34. 'navali bello.'

CAP. VI. § 1 *V. Ultra gesti fidem peracta*] Malim retinere vulg. lect. *patrata:* quod elegantissimo cuique veterum pro, perficere, in usu fuit. Quintil. VIII. 3. 'Ductare exercitus, et patrare bellum, apud Sallustium dicta sancte et antique, ridentur a nobis.' Idem Sall. in De Rep. ord. 'Ea magis fortibus consiliis, quam bonis præliis, patrata sunt:' et Tac. nescio quo l. 'Si patrandæ neci venenum mitteretur.' *Mod.* Bong. *peracta.* Sed monitu F. Modii retinuimus vulg. hactenus lect. *Patrare* pro, perficere, elegantissimo cuique veterum in usu fuit, ut Sall. Cat. 56. 5. 'inceptа patrare.' Liv. XXV. 'patrare facinus.' Tac. II. A. 82. 'patrare necem.' *Bern.*

Ultra spem gerendi] Notari hoc potuit, neque attigissem nisi alii non attigissent; nimirum istud 'gerendi' in notione passiva sumtum est. Sic alibi de quodam Macedonum Principe: 'Athenas quoque erudiendi gratia missus,' pro, ut erudiretur. Ita *videndi*, Virgil. pro, dum videtur, dum aspicitur: 'Uritque videndo Femina;' neque aliter Plaut. et Terent. optimi dicendi magistri, olim loquebantur. *Fab.*

Effectu majora quam voto] Inf. XXV. 4. 1. 'Nec eo, ad quod votis perveniendum fuit, erat contentus.' De votis bellicis Brisson. lib. I. Form. *Vor.*

Paucis origo urbis] Impressi vett. habuerunt *verbis* pro *urbis*, quod f. repudiari non debuit. Certe illud 'crevere' nec ad *urbis* nec ad 'origo' potest referri. Quemadmodum, nec quod sequitur, 'soli gloriantur.' *Schef.* Sed quia refragantur Mss. non est loco movenda lect. vet. Seqq. sensum respiciunt, non verba, ut sæpissime ap. Nostrum et alios. *Græv.*

§ 4 *Advenæ*] Junt. *advena.* Id.

Eodem innati solo] 'Indigenæ' αὐτόχθονες, γηγενεῖς: *terrigenæ* Ausonio in Catologo Urbium: 'Nunc et terrigenis patribus memoremus Athenas.' Cic. pro L. Flacc. c. 26. 'Athenarum urbs vetustate ea est, ut ipsa ex sese cives suos genuisse dicatur. *Bongars.* Add. Plat. in Menexeno, Thucyd. I. 1. 8. Demosth. Orat. Funeb. et Eurip. Ione. Quidam tamen colonos Saitarum Athenienses dictitabant. Diod. I. 28. *Bernec.* Pro, in eodem innati solo, vel, eidem innati solo. Horat. 'Neglectis urenda filix innascitur agris.' Ceterum antiquiores edd. simplex *nati* habent; quomodo et sup. II. 1. 9. legitur: 'Ibi primum homines natos videri debere, ubi educari facillime possent.' Quod autem homines terris generatos vett. crediderint, apparet etiam ex iis quæ sup. II. 1. 6. et 18. Auctor de Ægyptiis scribit, 'prædicasse' eos, terras ceteras 'non potuisse primas generare homines.' Privatim vero de Atheniensibus prodidere alii, esse eos αὐτόχθονας, γηγενεῖς, *terrigenas. Vor.*

§ 5 *Primi*] De Atheniensium inventis Lucret. VI. init. Ælian. V. H. III. 38. Cic. pro Flacc. c. 36. *Bongars.* Ut et Paus. in Atticis. Strab. XIX. Thucyd. 1. Vell. Diod. I. Euseb. Chron. et alibi passim. *Ox.*

Serere frumenta] Inde 'frugum parens' hæc urbs appellatur a Flor. III. 5. 16. *Bern.*

Glandem] *Glandem* in Codd. credo, Mss. reperit Bong. ideoque sic scribend. putavit. Antiquiores typis expressi habent *glande.* Alteram tamen constructionem et inf. XLIV. 4. 11. reperias. Habentque talia et alii. Vid. Ind. v. *Vesci.* Vor.

§ 6 *Literæ certe*] Qua causa Diod. XIII. 27. pr. Athenas vocat κοινὸν πάντων ἀνθρώπων παιδευτήριον, *communem omnium hominum scholam:* Thucyd. II. 8. 38. παίδευσιν τῆς Ἑλλάδος, *Græciæ informatricem:* Cic. de Orat. I. 4. 'doctrinarum omnium inventrices:' et IV. Fam. 12. 'nobilissimum orbis terrarum gymnasium.' *Bern.*

Literæ certe ac facundia] Mirum, quam hic varient Mss. omnes. In plurimis Codd. legebatur *Ceriæ.* In Ms. Lugd. quem vidi, legebatur, *Literæ gregrecerte.* Unde ego conjiciebam, *Literæ egregiæ certe, ac facundia, et hic civilis ordo disciplinam, &c.* Quas 'literas egregias' vocet Justinus, nemo non videt. Voss. Noli dubitare quin verissima sit lect. *Literæ, ceremoniæ, ac facundia, &c.* Hanc lect. præfert etiam cod. Thuanæus. *Id.*

§ 7 *Regem habuere Cecropem*] De statu et mutationibus reipublicæ Atheniensium, multa paucis Strabo lib. IX. Vid. et quæ Paterculus I. 2. Primum regem faciunt Cecropem: alii Actæum, s. Actæonem αὐτόχθονα. Paus. Atticis, Eustath. in Dionys. alii. De variis appellationibus Atheniensium, præter jam citatos, vid. Herod. VIII. 44. *Bong.*

Ut omnis antiquitas fabulosa est] Inf. IV. 1. 8. *Bernec.* 'Fabulosum' hic certe, non idem est quod falsum, quod commentitium; sed id, quod, etsi verum est, fabulas tamen in sese admistas habet, aut de quo multæ fabulæ narrantur. Hinc est quod IV. 1. leges: 'Nec mirum si fabulosa est loci hujus antiquitas, in quem res tot coiere miræ.' Sic et ap. Horat. *Hydaspes fabulosus:* 'Vel quæ loca fabulosus Lambit Hydaspes.' Non quod Indiæ fluvius non sit Hydaspes, (nam e vet. Geographia constat, ejus regionis fluvium esse Hydaspem) sed quod de illo multa fabulati essent, vel Poëtæ vel illi nugatores Græculi, qui aut Alexandri, aut Bacchi, aut Persei, (si illuc quoque Perseus,) expeditiones scriptis suis prodiderant. Neque vero aliter Horatius, cum alicubi scripsit, 'Mefabulosæ columbæ texerunt [palumbes Texere].' Neque, iterum dico, aliter, cum cecinit: Jam te prement nox, fabulæque Manes.' I. e. Manes, de quibus boni viri tam multa sibi in animo finxere, ut aliis terriculamenta objicerent. Ridiculus enim esset Horatius, si quem ab eo premi diceret quod esset nihil, i. e. si esset fabula. *Fab.*

Biformem] Διφυῆ. Euseb. et Hieron. in Chronicis. Plut. de Sera Num. Vind. c. 11. Eustath. in Dionys. Vid. et Diod. I. 28. de Pete Mnesthei patre. *Bongars.* Plures huj. appellationis rationes habet Suidas in Κέκροψ. *Bern.*

§ 8 *Athis*] Scribe *Attis.* Bernec. Scribe *Atthis:* nam Ἀτθίδα vocant Græci. Vid. Apollod. III. et alios. *Voss.*

§ 9 *Amphictyon*] Vett. *Amphictyonides.* Vulgo *Amphitryon:* et ita Oros. Ms. I. 9. Verum nomen ex Pausania restituit Fr. Fabricius in Oros. et Justino. Et ex Mss. emendanda est ed. Chronicorum Eusebii, quæ *Amphitryonem* quintum Atheniensium regem facit; quum sit *Amphic-*

tyon III. *Athen.* Errori causam præluit *Amphitruo* Thebanorum rex, vulgo notior *Amphictyone.* De tempore diluvii Deucalionis discrepat ab Auctore nostro Varro, et Eusebius, quod notavit August. XVIII. Civ. D. 10. *Bong.*

Minervæ, &c.] Hegesipp. I. 35. 'Ut homini templum sacraret.'

Nomen civitati Athenas dedit] Atqui Theseum Athenis dedisse nomen, auctor est in ejus Vita Plutarchus. Rursum Hygin. Fab. CLXIV. et CCLXXV. Minervam Athenas et condidisse et ex suo nomine sic appellasse dicit: vid. Scalig. in Euseb. p. 26. p. 2. *Bern.*

§ 10 *Aquarum illuvies*] Gronov. ut sup. cap. 2. ita hic legi malit *eluv.* Vorst. Valde dubito, ut hic quid mutari debeat, et pro *illuv. eluv.* scribi. Sane ut eluvies est excursus et effusio aquarum, ita quid impediat, cur illuvies sit incursus et infusio earum, haud dispicio. Et, quæ uno loco effluunt, eas alio loco influere, necesse est. De quibus influentibus quia usurpatur 'inundatio,' cur non et *illuries* usurpari posset, equidem haud intelligo. Sed objicitur, *illuviem* significare, sordes extrinsecus aspersas. Verum, cum hoc notat, oritur a 'lavo,' quasi 'illuvies sordium a non lavando,' inquit Agrætius. At, cum illud alterum, a 'luo,' quod est idem atque 'fluo,' quod ex 'interluo,' 'circumluo,' et similibus apparet. Illuvies sane ap. Nostrum etiam est cap. 2. neque ulla in his locis scripturæ varietas in codd. antiquis reperitur, *Scheff.*

Græciæ] Oros. I. 9. 'Thessaliæ.' *Bong.*

§ 11 *A quo propterea genus hominum conditum dicitur*] Alii *g. humanum*, quod non adspernor. Sic enim et Cic. dixit in Verr. 'Quod est aliud in illa provincia genus humanum?' Notandum autem ad illud, 'quos refugia montium receperunt,' quod scribit, auctore Servio ad illa Virgil. l. III. Æn. 578. 'Fama est Enceladi semustum fulmine corpus Urgeri mole hac,' Varro: 'In diluvio confugisse aliquos ad montes cum utensilibus, qui, bello postea lacessiti ab his qui de aliis veniebant montibus, facile ex locis superioribus vicerunt: unde fictum, ut Dii superiores dicerentur, inferiores vero terrigenæ, qui, quia ex humillimis ad summa reptabant, dicti sunt pro pedibus habuisse serpentes.' *Mod.*

§ 12 *Erechtheum*] Vett. in h. nomine varie corrupti sunt. Ab h. rege Homerus Il. II. 547. Athenienses vocat Δῆμον Ἐρεχθῆος. Hic a Paus. Euseb. quem August. Civ. D. XVIII. 11. sequitur, dicitur 'Erichthonius.' Quod hic ait 'per ordinem successionis,' repugnat Pausanias Atticis, quem vid. et Diod. I. 29. qui eum ait Ægyptium fuisse. *Bong.*

Satio apud Eleusin a Triptolemo reperta est] Hoc Buzygi heroi Attico tribuunt alii. Vid. Plin. lib. VII. Hist. cap. 56. et Hesych. in Βουζύγης. Epimenidi quoque adscribit hoc Ausonius in Epistolis: 'Hoc si impetratum munus abs te accepero, Prior colere quam Ceres. Triptolemon olim sive Epimenidem vocant, Aut Bulianum Buzygem.' Ita legendi hi vv. Quis enim sit *Medes*, neminem scire puto: neque etiam quare Buzyges *Tullianus* dicatur. Omnino ita scribend. *Bullianus*, sive *Bulianus*, a Bulia civitate Attica. Recte autem hic Just. frumenti sationem repertam esse ait sub Erechtheo, non sub Erichthonio, ut alii ferme omnes, Erechtheum cum Erichthonio eund. facientes, cum hic quartus, alter vero septimus, Atheniensium rex fuerint. Marmor Arundellianum: ΑΦ ΟΥ ΔΗΜΗΤΗΡ ΑΦΙΚΟΜΕΝΗ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ ΚΑΡΠΟΝ ΕΦΥΤΕΥΕΝ ΚΑΙ ΠΡ....ΠΡΑ....ΩΤΗΔ.... ΤΡΙΠΤΟΛΕΜΟΥ ΤΟΥ ΚΕΛΕΟΥ ΚΑΙ ΝΕΑΙΡΑΣ ΕΤΗ ΧΗΔΔΔΔΠ ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΗΣΙΝ ΕΡΙΧΘΕΩΣ ΑΦ ΟΥ ΤΡΙΠΤΟΛεμος .... ΕΣΠΕΙΡΕΝ ΕΝ ΤΗι ΡΑΡΙΑι ΚΑΛΟΥΜΕΝΗι ΕΛΕΥΣΙΝΙ ΕΤΗ

ΧΗΔΔΔΔΠ. Raria, in qua primum Triptolemus seminasse hic dicitur, est campus in Eleusine. Steph. Ῥάριον πεδίον ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ Ῥαρία γῆ, καὶ Ῥαριὰς, ἡ Δημήτηρ. Male ap. Hesych. Ῥάριον, παιδίον, pro πέδιον. Nomen hoc inditum erat illi campo a patre Rharo. Hesych. Ῥάρος, ἰσχυρὸς, καὶ ὄνομα τοῦ Τριπτολέμου πατρός. Filius hic erat Cranai, ut id. alibi; Κραναοῦ υἱὸς Ῥάρος. In hac tamen inscriptione Triptolemus, non Rhari, sed Celei, fil. fuisse dicitur. Et sic quoque Paus. Alii autem Celeum regem Eleusinis faciunt, Triptolemo cœvum; alii pauperem hominem. Similis quoque variatio in nomine matris, quæ hic Neæra dicitur, cum aliis quoque Metanira, Polymnia, et Deiope vocetur. *Voss.*

Noctes Initiorum] Quod, ut ex præcedd. intelligitur, ap. Eleusin illud factum fuit, 'Eleusina sacra' inf. II. 8. 1. dicuntur. Quodque in honorem Cereris agitata fuere, 'mysteria Cereris' inf. V. 1. 1. et 'Cerealia sacra' Vell. 1. 4. 3. appellantur. *Vor.*

Cum Medo filio] Vid. inf. XLII. Boni libri *Medio.* Bongars. Bong. *Medo.* Sed retinuimus lect. quam ipso Bong. teste Mss. bonæ notæ agnoscunt, quæque etiam XLII. 2. 16. exstat. Sic *Medea* Mss. etiam est *Media.* Bernec. Antiquiores typis expressi *Medo:* quod et Bong. retinuerat. Bernecc. tamen maluit *Medio;* quoniam in Mss. quibusd. sic esse testatur Bong. et quia inf. XLII. 2. 16. ita legitur. Reputand. tamen erat quod Strabonem, Stephanum, atque Eustathium 'Medum' eum vocasse Bongarsius monuit. *Vor.*

§ 15 *Demophoon qui auxilium*] Hic variat historia. Mnesthei Atheniensium regis anno XVIII. captam Trojam auctor est Euseb. at Homerus in Catal. Nav. Il. II. 552. et Diod. lib. I. eund. faciunt Atheniensium ducem. Collocatur autem inter Theseum et Demophoontem. *Bong.*

§ 16 *Dorienses*] Herod. V. 76. Vid. et Val. M. V. 6. et August. Civ. D. XVIII. 18. Pausanias Atticis et Achaicis, Orosius I. 18. 'Peloponnenses' vocant, et Euseb. in Chronicis: Vell. I. 2. 'Lacedæmonios:' quæ ead. sunt. Fuit autem Codrus Melanthi exsulis filius: Plut. de Exsilio c. 24. Strab. lib. IX. Hunc locum transcripsit Saresber. Policrat. IV. 3. *Bongars.* Historia, præter auctores citatos, ex his quoque petenda: Cic. Tusc. I. 48. Marcellin. XXII. 13. Polyæn. Strateg. I. Tzetz. Chil. I. Hist. 4. Lactant. III. 12. Serv. ad Ecl. Virg. IV. *Bern.*

De eventu prælii oracula consuluerunt] *De eventu belli* alii, quod probo: aliud enim longe est 'vincere bello,' aliud 'vincere prœlio:' illudque prius est de quo fere oracula consuli solent, cum 'victus prœlio' sæpe victorem postea vincat, 'victus bello' in victoris sit potestate. *Mod.*

§ 17 *Responsum, &c.*] Saresb. 'Responsum est superiores fore, nisi r.'

§ 19 *Qui et, &c.*] Saresb. 'Qui r. D. et p. h. c. mutato r. h. sarmenta c. g.'

Pannosus] Sumta veste lignatoris, ut vult Polyæn. pastoris, ut Vell. 'Famularem vestem' vocat Cic. quomodo et in Valerio legend. censet Mod. pro *familiarem.* Bern.

Sarmenta] Quasi sarpimenta. Liv. VI. 10. 'Fascibus sarmentorum ex agro collectis.' Varr. I. R. R. 31. 'Ut vitis firmiore sarmento e terra exeat.' Cic. II. de N. D. 21. 'Sarmenta vitium.' Dionys. VII. Ant. Rom. 10. Σφακέλλους φρυγάνων κομίζων. Et Polyæn. I. Stratag. 24. Σχῆμα φρυγανιστῆρος λαβών. Thucyd. III. p. 119. Ἐξελθόντες ἐπὶ λαχανισμὸν καὶ φρυγάνων ξυλλογήν. Festus: 'Sarpta vineta, putata, unde et virgulæ abscissæ sarmenta.' Hinc apparet error Becmanni, qui perperam 'sarmentum' ab 'sarrire' deducit, cui et 'sarmenta' sunt quisquiliæ scopis

collectæ, imo sunt virgæ et vimina. ‘ Sarriuntur ’ enim agri, ‘ sarpuntur ’ vineæ : vid. Salmas. ad Solin. p. 1350. *Gron.*

§ 20 *Astu*] Angl. omittit. *Schef.*

Convuln.] Saresb. ‘ In turba obs. a m. q. f. percusserat.’ Verbum *convulnerare* occurrit ap. Hegesipp. I. 45. ‘ Tot parricidiis convulnerantur.’ Ita Ms. et margo ed. Gualtheri.

Cognito] Sebisius legit *agnito*. Latinitas certe poscit. Sic II. 8. 4. *Bernec.* Sed probum est *cognito*. Sic Liv. XXIV. 16. 6. Add. Varronis vs. citatum inf. II. 12. 7. *Idem.*

CAP. VII. § 2 *Administratio reipublicæ annuis magistratibus*] Paterc. I. 2. et Euseb. in Chron. post mortem Codri principes aiunt constitutos, quos mors finiebat : multis autem post annis constitutos annuos magistratus. *Bongars.* H. l. graviter errat Just. qui non meminerit post Codrum Melanthi filium fuisse primo Archontas perpetuos, dein decennales, dein annuos, a quo errore procul abfuisse Trogum Pomp. dejerare possim. Vid. omnino librum Joan. Meursii, viri inter Batavos doctissimi ; ei libro materia de Archontibus. Opus est exactissimum, et tanto viro dignissimum. *Fab.* Quod post ultimum regem Codrum ‘ magistratus ’ ilico ‘ annuos ’ collocat, id minus recte factum dignoscitur. Reges enim secuti fuerunt Archontes, primo quidem 13. perpetui, deinde 7. decennales. *Vorst.* In Mss. legitur *annua*, ex qua varietate colligo esse verum, quod notavit Meursius in Archont. Athen. excidisse aliqua hoc l. verbaque, quibus agebatur de Archontibus perpetuis et decennalibus ante magistratus annuos, desiderari. *Schef.*

§ 3 *Nullæ leges*] Ex Plutarchi Solone et aliis notum, Draconis legibus usos Athenienses ante Solonem. Vid. A. Gell. XI. 18. *Bong.*

Libido regum] Supr. I. 1. 2. *Bern.*

§ 5 *Tanto temperamento*] Dicere enim solebat, τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖν. Vid. Plutarchi et Laërtii Solonem ; ejusque de legg. præter ceteros Herodotum I. 29. et II. 177. Emendandus Ammian. XVI. ‘ Ex rhetris Lycurgi, i. e. Axonibus.’ Leg. *et Axonibus ;* ut ‘ Rhetræ ’ Lycurgi, ita ‘ Axones ’ Solonis ; Plut. *Bong.*

Ut ab utrisque] Similem moderationem Liv. tribuit Fabio III. 1. 4. et mensariis VII. 21. 8. et Ov. de se, Tr. II. 96. ‘ Res quoque privatas statui sine crimine judex : Deque mea fassa est pars quoque victa fide.’ *Bern.*

§ 8 *Capital*] Θανάτῳ ζημιοῦσθαι Plut. Solone 10. Festi mutilator Paulus : ‘ Capital facinus, quod capitis pœna luitur.’ Ea est plerisque locis ap. bonos auctores veterum libr. scriptura. *Bong.*

Capital] Ita jam pridem correxeram, non hic tantum, sed etiam ap. Sil. meum : ‘ Prævetitum namque et capital committere Martem Sponte viris.’ Ubi antea ineptissime legebatur : *P. capiti pœna com. M.* Et sic Plaut. Men. ‘ Tametsi capital fecerit, facile asservabis :’ vel, ut alii allegant, ‘ Numquam hercule effugiet, tametsi capital fecerit.’ Lucil. lib. XXVI. ‘ Facile deridemur ; scimus capital esse irascier.’ *Mod.* Val. M. V. 1. Ext. 1. ‘ Id ei salutare futurum dicens, quod apud Persas capital extitisset.’ Curt. VIII. 9. ‘ Quas [arbores] violare capital est.’ Sen. IV. Benef. 38. ‘ Quo [decreto] cavetur ne miseros tecto juvare capital sit.’ Cf. notam Avi ad Sen. Controv. VIII.

§ 9 *Censendo*] Verbum illud proprie dicitur de senatore, quum sententiam dicit de eo quod sibi videtur : ‘ assentiri ’ vero, si alienam sententiam probat ; quem verbi usum varii indicant auctores, ut Seneca de Tranq. An. cap. 3. ‘ Qui de pace et bello censet.’ Plin. IV. Ep. 9. ‘ Consurgere ad censendum.’ Suet. Claud. 20. ‘ Per tædium ac dissensionem diversa

censentium :’ et Liv. III. 40. ‘ Censendo enim quoscunque magistratus esse, qui senatum haberent, judicabat.’ *Gron.*

Aut censendo sibi periculum afferret] Ita antiquiores typis expressi. Bong. τὸ *periculum afferret* expunxit, ediditque, *ne aut tacendo parum reipublicæ consuleret, aut censendo sibi :* ut τὸ *parum consuleret* ad utrumque referatur. Mihi, si ipse Auctor ita voluisset, idem videtur scripturus fuisse hunc in modum, *ne aut tacendo reipublicæ, aut censendo sibi, parum consuleret.* Nunc quia τὸ *parum consuleret* in priore commate est, in posteriore aliquid aliud, et quidem τὸ *periculum afferret*, positum voluisse videtur. *Vorst.* Sed Mss. et quos Bong. et Angli viderunt, adversantur, in quibus *periculum sibi afferret* non reperiuntur. *Græv.*

Dementiam] Inprimis versutum et callidum factum Solonis vocat Cic. de Off. I. 10. Versus ejus vid. ap. Laërt. Totam historiam quære ap. Plut. in Solone c. 10. &c. Meminit et Paus. in Atticis, et Ælian. VII. 19. Ubi interpres δύο νεῶν Μεγαρίδων κρατήσας male vertit, *captis duobus templis*, cum sit, *duabus Megarensium navibus potitus.* Vid. etiam Frontin. IV. fin. Controversiam de Salamina insula exponit Strabo lib. IX. ubi de Megara. *Bong.*

Cujus venia] Ita ‘ Drusus, alienationem mentis simulans quasi per dementiam, funesta Tiberio imprecatur,’ Tac. A. VI. 24. ‘ Octavius quidam valetudine mentis liberius dicax,’ Suet. Jul. 49. §. 5. *Bern.*

§ 11 *Factoque concursu*] Hæc Græce expressit S. Lucas in Act. Ap. XXIV. 12. ἐπισύστασιν ποιῶν. Cavere enim solent leges ne concursus fiat, quo publica quies violari possit : ut L. 4. D. ad Leg. Jul. de Vi priv. ‘ Legis Juliæ de vi privata crimen committitur, quum cœtum aliquis vel concursum fecisse dicatur, quo minus in jus quis produceretur :’ et ap. M. Sen. Epit. Controv. III. 8. ‘ Qui cœtum et concursum fecerit, capital esto :’ ratio autem huj. cautionis est ap. Liv. XXXIX. 15. *Gron.*

Insolitis sibi versibus suadere populo cœpit] Salamis inscribebatur poëma illud Solonis, et constabat 100. versibus : quorum principium habes ap. Plut. in Solone, et Diog. Laërtium, quamvis aliter : sed minus recte. Versus, quibus maxime persuasit populo, ap. Diog. exstant. Sic vero sunt legendi : Εἴην δὴ τότ' ἐγὼ Φολεγάνδριος, ἢ Σικινίτης, Ἀντί γ' Ἀθηναίου, πατρίδ' ἀμειψάμενος. Αἶψα γὰρ ἂν φάτις ἥδε μετ' ἀνθρώποισι γένοιτο, Ἀττικὸς οὗτος ἀνὴρ τῶν Σαλαμιναφετῶν. Non, ut vulgo, τῶν Σαλαμῖν' ἀφέντων. *Voss.*

CAP. VIII. § 1 *Megarenses*] Ead. Frontin. Strateg. IV. 7. 44. et prolixe Æneas in Poliorcet. cap. 4. *Bern.*

Memores illati Atheniensibus belli et deserti] Hæc lect. non potest tolerari. Megarenses non bellum intulerant Atheniensibus, sed Athenienses inflammati a Solone Megarensibus. Itaque cum nec belli illati nec deserti possint dici memores fuisse, recte Mss. Anglicani pro *deserti* scribunt *veriti ;* quibuscum sentit Junt. sed illa legit quoque *mem. ill. ab Ath. belli :* quod si est ex antiquis codd. probo ; sin, vulg. lect. non est sollicitanda : ejusd. enim est sententiæ. Nec hæc ellipsis infrequens est optimis scriptoribus. Tac. I. A. ‘ Sed veteris populi Romani prospera vel adversa claris scriptoribus memorata sunt :’ h. e. a claris scriptoribus. Sic et locutus est Suet. aliique idonei Latinæ linguæ auctores. *Græv.*

Et deserti] Belli puta. Ita quidem Bong. ex Codd. credo Mss. Mihi tamen magis placet quod in antiquioribus typis expressis, qui et ipsi utique codd. Mss. referunt, legitur, *et veriti ne frustra arma movisse viderentur.* Vorst. Vett. alii legunt *deserti* pro *veriti*, minus apposite. *Oxon.* Puto nil mutand. Est enim ‘ dese-

rere bellum' genus loquendi Nostro familiare. Nec hic locus illi *veriti*, cum, ubi quid veremur, ab agendo absistimus. At illi revera bellum omiserant. *Schef.*

Eleusinis sacris] Quæ et ' noctes initiorum' Autori II. 6. 13. et ' mysteria Cereris initiorum sacra' v. 1. 1. et ' Cerealia sacra' Vell. I. 4. 3. *Bernec.* Supr. II. 6. 13. ' noctes initiorum' dicuntur, atque ap. urbem Eleusin agitatæ dignoscuntur: obque eam causam ' Eleusina sacra' hic et appellantur. Ipsa quoque Ceres, in cujus honorem celebrata fuere, a Virgil. I. G. ' Eleusina mater' vocatur. *Vorst.*

§ 2 *Pisistratus juventutem in insidiis locat, jussis matronis*] Mss. plerique Bongarsii, et duo mei antiquiss. *in ins. locarit, jussitque m. &c.* lego, *in ins. locavit, jussitque m. &c.* Modius. Polyænus et alii nonnulli Soloni id strategema tribuunt, non Pisistrato. Sed conciliat hæc Plut. in Solone, qui docet, utriusque ope id gestum esse. *Voss.*

In accessu hostium] Quali accessu? ad matronas, credo. At cautum erat per insidias, ne accederent, quippe quæ inopinantes et tantum quod egressos e navibus occupabant, ut apparet ex seqq. Ms. quidam habet *in excessu*, h. e. etiam cum viderent, ex navibus descendere in terram. *Excensus*, verbum vere nauticum et proprie ad h. l. pertinens. Liv. XXII. ' Itaque ad Honoscam profecti, excensu e navibus in terram facto, quum vi urbem cepissent, captamque diripuissent, Carthaginem inde petunt.' Vid. plura in De Mil. Nav. nostra. Huj. verbi alterum *accessus* glossa videtur. *Schef.*

§ 3 *Megaram contendit*] Mss. et Junt. *Megara c.* Recte: vid. Gronov. ad Liv. XXXI. 22. *Græv. Megara* legend. non *Megaram*, monet Gronovius ad Liv. XXXI. 22. Estque ita sane in Mss. ut ipse observavit Bong. Et habet quoque ita ed. Junt. uti testatur Grævius. Quod autem maximum, ipsum quoque Nostrum inf. XIII. 5. 10. numero plurali ' Megaris' scripsisse video. Plaut. quoque Mercat. ' Sed quam capiam civitatem, cogito, potissimum, Megara, Eretriam, Corinthum.' Ipsi quoque Græci τὰ Μέγαρα dicunt. *Vorst.*

§ 5 *Megarenses*] Vett. omnes, *Dorenses:* inepte et ἀνιστορήτως. Irrepsit forte ex superioribus. *Bong.*

§ 6 *Pisistratus*] Præter Plut. in Solon. et Herodotum I. 59. leg. Val. M. I. 3. et VIII. 9. Ælian. VIII. H. V. 16. Qua autem ratione Pisistratidarum tyrannide liberati sint Athenienses, docet Herodotus V. 63. et Paus. Laconicis. *Bong.* Diod. XIII. 95. *Ber.*

Quasi sibi, non patriæ, vicisset] ' Sibi' pro, in suum commodum. Cic. II. Phil. ' Num sibi soli vicit?' Curt. VI. 11. 29. ' Non enim sibi, sed hosti, esse occisuros Alexandrum.' Vid. Ind. Freinshemii in Flor. v. *Sibi.* Est etiam ubi *sibi* aliique dativi denotant detrimentum et damnum. Cic. II. Fam. 18. ' Sin quod offenderit, sibi totum, nihil tibi offenderit.' *Vorst.*

§ 7 *Laceratoque corpore*] Conjunctionem scripti quidam non agnoscunt; mox pro *advocata* habent *vocataque.* Suspicor a prima manu sic se habuisse omnia: *quippe, v. v. d. a. lacerato corp. in p. p. ac, vocata c. v. p. o.* Schef.

§ 8 *Advocata concione*] In altero Voss. erat *advocat concionem.* Gronov. Leg. cum Junt. *et advocata concione.* Mox ead. *multitudo credula incenditur.* Græv.

§ 10 *Per annos* XXXIII.] Ex his 17. tantum annos in potestate urbem habuit: 16. in exsilio egit. Aristot. Polit. V. 12. *Bern.*

CAP. IX. § 1 *Diocles, alter ex filiis*] Nescio quid Justino evenerit, ut, quem omnes unanimi consensu ' Hipparchum' vocent, ille ' Dioclem' appellet. Neque tamen, eum in re

notiss. lapsum esse, crediderim, cum nullam huj. erroris causam videam. *Voss.* Mirum quod filium Pisistrati, qui post patrem tyrannidem tenuit, ' Dioclem' vocat: nec apparet quos secutus sit auctores. Herodotus sane et Thucydides unum filium Pisistrati ' Hipparchum,' alterum ' Hippiam,' vocant; et ' Hipparchum' quidem illum, qui fuit interfectus. Videsis Herod. V. et Thucyd. VI. *Vorst.*

Stuprata virgine, a fratre puellæ interficitur] Frater ille fuit Harmodius, qui quidem socium habuit Aristogitona, ut ex modo dictis auctoribus apparet. Sed non ob virginem stupratam, sed alio modo indigne eam habitam, et quidem quod a ministerio gestandi in Panathenaicis canistri submota per Hipparchum fuerat, quodque ipsum virginis fratrem Harmodium Hipparchus de stupro appellarat, interfectum hunc prodidit Thucyd. VI. a quo nec Aristot. discrepat v. Polit. 10. At Plato in Hipparcho ne hanc quidem veram cædis Hipparchi causam fuisse censet; quamvis vulgo ea jactata fuerit: sed quod nobilis quidam Harmodium primo et Aristogitonem sapientiæ causa admiratus atque sectatus fuisset, post vero Hipparcho familiaris factus eosd. contemsisset. Ceterum de Hipparchi studio literarum, deque amore ejus in literatos, multa in eod. Dialogo Plato, ex eoque Ælian. VIII. V. H. 2. commemorat. *Vorst.*

§ 2 *Alter...teneret*] Non male hæc congruunt cum narratione Thucydidis, qui lib. VI. diserte dicit, non Hipparchum, ut plerique opinantur, sed Hippiam, qui natu fuerit maximus fil. Pisistrati, principatum tenuisse: itemque cum narratione Herodoti, qui Hipparchum Pisistrati fil. Hippiæque tyranni fratrem, ab Aristogitone et Harmodio interfectum scribit. Mirum autem, quod, cum non ipsum tyrannum Hippiam sed fratrem ejus Hipparchum Aristogiton et Harmodius interfecissent, ecs tamen Athenas tyrannide liberare conatos auctores scribunt; quodque effigies illis æneæ statutæ fuerunt, quæ ad tempora usque Xerxis duravere; cumque ab hoc in Persiam deportatæ fuissent, a Seleuco demum in pristinas sedes sunt reportatæ. Inter fragmenta Alcæi est aliquod ex quo apparet, quantopere de Hipparcho occiso Athenienses gratulati fuerint. Verba hæc sunt, sed Latine versa: ' In myrti ramo gladium gestabo, sicut Harmodius et Aristogiton, cum tyrannum occiderunt, et, ut Athenæ æquabili jure uterentur, effecerunt. Charissime Harmodi, nondum es mortuus, sed in beatorum insulis te aiunt esse,' &c. *Vorst.*

§ 3 *Qui cum per tormenta conscios cædis nominare cogeretur*] Mss. mei constanter abnuunt τὸ *cædis:* neque mihi eo opus hic videtur. Nonius, ' *Scius* et *conscius* hoc differunt,' inquit, ' quod *scius* secum, *conscius* cum alio *scius* est:' unde sequitur absolute recte poni: præsertim cum talis est oratio, quæ ex præcedd. et seqq. lucem accipere potest. *Mod.* Mod. vocem *cædis* suos Mss. constanter abnuere dicit: nec est sane necessaria. *Bernec.* Ap. Vincent. prave editum est ' consocios cædis,' et dein ' utrum aliquis de consociis superesset.'

§ 4 *Quærenti tyranno, an adhuc aliqui conscii essent, neminem ait superesse*] In antiquioribus typis expressis Codd. postrema casu recto et verbo finito expressa reperiuntur h. modo: *Nemo, ait, superest, quem amplius mori gestiam quam ipsum tyrannum.* Vorst. Impressi quidam habent *reliqui* pro *aliqui.* Et sequitur in responsione, *neminem superesse*, quod convenit non cum ' esse' simpliciter, sed cum ' reliquum esse.' Vidend. igitur, annon scripserit Just. *an adh. reliqui aliqui c. e.* Potuerunt sane scribæ stolide alterum vocabulum propter similitudinem, ut supervacuum,

facile omisisse. *Schef.* Junt. stat ab illis vetustioribus edd. quas laudavit Vorst. *Græv.*

§ 5 *Post vindictam pudicitiæ*] Unus Angl. *p. vindicatum pudicitiam.* Græv.

§ 6 *Hujus, &c.*] Saxo v. p. 78. f. 'Quo dicto Ericus propulsandæ fraudis admonitus.'

Tandem Hippias regno pulsus] 3. annis post interfectum fratrem Hipparchum tyrannidem tenuit; quarto autem accepta fide publica Sigæum et inde Lampsacum ad Æantidem profectus est, et illinc ad Darium regem Persarum; ut ex Thucyd. VI. scire licet. *Vorst.*

§ 8 *Auxilium a Lacedæmoniis*] Per Φειδιππίδην ἡμερόδρομον. Herod. VI. 105. Probus in Miltiade. Meminit et Plato III. de Legg. De quatridui religione Lycurgi legem commemorat Lucian. de Astrologia. Vid. et Strab. lib. IX. Cf. cum Auctore nostro Oros. II. 8. *Bong.*

Petierunt] Mss. omnes habent *perduraverunt.* Quare suspicor, Justini esse *postulaverunt:* quod tanquam minus usitatum alius exposuit per *petiverunt.* Sane verbo isto sic consuevit uti Nepos quoque, præsertim ubi petitio est vehemens, sicut fuit h. in l. *Schef.*

§ 9 *Quos ubi viderunt quatridui teneri religione*] Isthæc religio a lunæ observatione erat; nam quemadmodum semper post exortum solem Persæ agmen movebant, ita et Lacedæmonii lunam sequebantur, aut crescentem, aut plenam, ubi aliqua expeditio suscipienda erat. Unicum arbitror esse hui. rei testem. Is Pausanias. Si fallor, ubi unicum dico, alius me moneat. *Fab.*

Non exspectato auxilio, instructis decem millibus civium] Etiam illud *auxilio* abest ab omnibus tam Bong. quam meis Mss. et absit sane, ut dixerit Just. *non exspectato, i. d. m.* et quemadmodum Sall. 'Audito consulem in Ciliciam tendere:' neque enim semper Scriptores, præsertim ut optimus quisque est, servant in his Grammaticos canones. *Mod.*

In campos Marathonios] Marathonem, Atticæ urbem, ad quam pugnatum est, Pomp. Mela lib. II. 'magnarum et multarum virtutum testem' cognominat. De pugna Marathonia (quam Plut. a 300. auctoribus descriptam affirmat) porro consulendi Herod. VI. Paus. I. Æmil. Probus in Themist. et Milt. Gell. XVII. 21. *Berneccer.* Pro, in campum Marathona, ut Nep. loquitur. Nimirum ex nominibus propriis locorum formantur adjectiva, eaque aliis vocabulis latioribus adjiciuntur. Ad h. modum dicitur 'Parnassia rupes' pro, rupes Parnassus; 'urbs Romana' pro, urbs Roma; 'flumen Acherusium' pro, flumen Acheron. *Vorst.* Mss. habent *campis Marathoniis,* quod non contemno. Debet autem commate distingui a seqq. ut sit sententia: Egressos adversus tot hostes, qui tum erant in campis Marathoniis constituti. *Schef.*

§ 10 *Dux belli*] Στρατηγὸς, unus e decem. Πολέμαρχος autem erat Καλλίμαχος Ἀφιδναῖος. Herod. VI. 109. et Paus. Lacon. *Bong.*

Auctor, &c.] Saxo X. p. 235. 35. 'Committendi prælii auctorem agere postulatus.' XVI. p. 374. 35. 'Eumque dividendi inter pupillos regni auctorem habiturus.'

Tanta, &c.] Saxo IV. p. 62. 49. 'Tanta autem Atislum fiducia ceperat, ut,' &c. XIV. p. 312. 19. 'Quem tanta fiducia ceperat, ut plus remedii in celeritate quam in sociis duceret.'

§ 11 *Citato cursu*] Sic et inf. XI. 15. 3. Parique modo 'citato gradu' XI. 2. 5. 'citato impetu' IV. 1. 9. et 'citato itinere' V. 8. 13. Est autem 'citato' id. quod, incitato. Qua ratione Liv. 'citato equo vadere' dicit, et Cæs. 'citare equum' pro, incitare. *Vor.*

Ejus] *Suus* legit Acidal. ad Vell. II. 55. 2. *Berneccer.* Acidal. optime: *Nec audaciæ suus eventus defuit,* i. e. suum eventum audacia habuit, sc. qualem sperari æquum fuit. *Faber.* Angl. vocem *ejus* non exhibet. *Græv.*

§ 13 *Multæ suppressæ*] Angl. *m. submersæ,* per glossam manifestam. Liv. XX. 9. 'Duæ primo concursu captæ erant Punicæ naves, quatuor suppressæ.' *Schef.*

§ 15 *In quo jam, &c.*] De eod. Themist. præclare Ælian. III. V. H. 21. Vere quippe Vopisc. in Probo cap. 3. fin. 'Neminem,' inquit, 'unquam pervenisse ad virtutem summam jam maturum, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus aliquid inclytum designasset.' *Bern.*

Indoles futuræ imperatoriæ virtutis] Est sane ita in antiquioribus typis expressis Codd. Sed Bong. pro *virtutis* scripsit *dignitatis;* quod, credo, in quibusd. Mss. ita reperisset. Mihi tamen factum istud haud probatur. Fit sane ut Codd. Mss. etiam in his quæ manifeste inepta aut falsa sunt consentiant: ipseque etiam Bong. plurima id genus repudiavit. Vid. modo II. 8. 5. II. 9. 20. XII. 14. 7. XIII. 1. 5. Quid ergo? Non solis Codd. Mss. præsertim si unus modo atque alter sit, est standum; sed stylus quoque Auctoris et συνέπεια consideranda. Quoniam igitur observo Auctorem inf. XXIX. 1. 8. scripsisse 'magna indoles virtutis enituit;' ipsaque *indoles* rectius virtuti, ut quæ internum quid est, quam dignitati, congruit; nihil dubito id, quod in antiquioribus typis expressis est, resumere, et hic item scribere *ind. virtutis* pro eo, quod Bong. scripserat, *ind. dignitatis.* Observo et alios ita scribere. Nep. Eumene: 'Fulgebat jam in adolescentulo indoles virtutis.' *Vor.*

§ 16 *Cynægiri*] De quo præter Herod. VI. 114. Valerius III. 2. et Ammian. XXVI. 23. qui eum et Callimachum vocat 'Medicorum bellorum fulmina.' *Bongars.* Cynægirum imitatus est Acilius in navali pugna ad Massiliam, teste Suet. Jul. 68. 9. *Bern.*

§ 17 *Manum*] Hanc vocem ignorat 1. Ms. Voss. *Gronov.* Uncinis includit Ed. Bong.

§ 19 *Duabus manibus amissis*] Rectius fortasse et hic est quod in antiquioribus typis expr. reperitur *ambabus m. a.* Vor.

§ 20 *Ducenta millia*] Herod. e barbaris ἑξακισχιλίους καὶ τετρακοσίους, ex Atheniensibus vero 192. cecidisse auctor est. *Bongars.* Sex M. ducenta [quadringenta q. ?] tantum scribit Herod. VI. 117. sed eorum sc. qui prælio occubuerunt: Noster naufragio haustos adjicit, quorum ingentem fuisse numerum etiam ex Diod. XI. 12. et 13. colligitur. Itaque pro *sine naufragio* quod omnes habent edd. monitu Freinshemii rescripsi *sive n.* quod nisi recipimus, nimiopere discordabit ratio. *Berneccer. Sive n.* Bernec. ait se monitu Freinshemii rescripsisse, cum omnes edd. haberent, *sine n.* Sed observo antiquiores edd. Bech. Maj. Sich. adhuc pejus, et quidem *sine navigio,* habere. Illud *sine nauf.* est fortasse a Bong. qui ex Codd. Mss. ita scripserit pro *sine navig.* Ceterum τὸ *sive nauf.* laudat et Gronov. in Notis ad Senecam Tragicum; eoque inter alia probat, quod *sive* non semper geminetur, sed subinde modo semel ponatur. *Vorst.*

§ 21 *Cecidit et Hippias*] Idem confirmat Cic. lib. IX. ad Att. 12. *Bongars.* Et Tertullian. adversus Gentes. Suid. vero, nescio quo auctore, tradit, ex hac pugna Hippiam elapsum, fuga in Lemnum pervenisse; et ibid. oculis captum, effluente per illos sanguine, acerba morte periisse. *Bern.*

Concitor] Quidam *conditor,* vulgo *concitator,* ut et initio libri V. Sed illud Mss. approbantibus malo. Tac. A. IV. 'Missosque in Galliam concitores belli.' *Bong.*

Cap. x. § 1 *Cum bellum restauraret*] Recepi cum Oxon. editore ex membranis Angl. *c. b. instauraret*. Gaudeo hunc nævum ex Justino Cod. veteris ope deletum esse. Nam τὸ *restaurare* ignorant meliores Lat. linguæ auctores. *Græv.*

§ 2 *Artemenes*] Herod. vii. 2. Ἀρτοβαζάνην vocat: et hanc controversiam vivo patre motam, et ab ipso Dario judicatam esse refert. Idem paulo post 'Achæmenem' nominat Darii filium, Xerxis fratrem. Plutarchus in Artaxerx. c. 2. ab Arsica, qui postea Artaxerxes dictus est, et Cyro eand. quæstionem renovatam scribit, et Darii contrariam huic sententiam commemorat. *Bongars.* Cujus quidem sententiæ posterioris æquitatem (ut sc. ætate primi præferantur) exemplis, legibus, rationibusque confirmant P. Greg. Tholosanus de Republ. lib. vii. cap. 9. et Arnis. lib. ii. cap. 2. sect. 11. Adjungenda Franc. Hotomanni illustris Quæstio 2. *Berneccer.* Plut. in Apoph. et lib. de Amore Fraterno est Ἀριαμένης. Et sic in Ms. Just. *Voss.* Alii ex Græcis Scriptoribus et Mss. Just. emendarunt *Ariamenes*, quod magis Persicum videtur quam illud prius; est enim plane Græcanicum. *Faber.* Junt. *Artobozanes.* Græv.

Maximus, &c. et § 8. *materno tamen, &c.*] Hunc l. imitatur Saxo xi. p. 213. 37. 'Qui etsi virtuti maturior videretur, se tamen naturæ ordine ætatisque privilegio vincere.' ii. p. 42. 24. 'Quippe regnum ejus avito sibi jure competere.'

Natura ipsa gentibus dedit] Quid dedit gentibus natura? regnum: at de hoc non quæstio h. l. Mss. habent, *cum gent. assignavit*, vel *assignarent*. Lect. genuinam puto esse, *regnum sibi vindicabat, quod jus, et ordo nascendi, et n. i. cum g. assignarit.* Veteris lect. sensus est: Jus illud de maximo natu ad regnum admovendo dedisse gentibus ordinem nascendi. At vero nulla verborum istorum est sententia. Quomodo enim ordo iste gentibus hoc dare potuit? Non itaque hoc agitur, ut appareat, quid gentibus dederit jus illud, sed unde jus illud acceperit Artemenes. Id autem secundum lect. nostram intelligitur factum ex causa triplici; primo ordine nascendi, secundo natura, tertio gentibus s. gentium consuetudine. Quæ sententia optima locoque huic est maxime accommodata. *Schef.* Nihil hic mutem. Sensus est: Jus illud succedendi parenti natu maximo filio dedisse et ordinem nascendi, quia primus provenerat, et naturam ipsam ap. omnes gentes. Naturale enim est, ut minor natu frater majori pareat, non vero major minori: quod eveniret, si minor majori anteferretur in successione et hereditate paternorum bonorum, in primis regni. *Jus hoc dedit gentibus natura*, est: Jus hoc omnibus gentibus insevit natura, ut seniores præferrentur junioribus. *Græv. Dedit* uncinis includit Ed. Bong.

§ 3 *Xerxes, &c.*] Saxo xi. p. 213. 36. 'Si non eum dignitate posteriorem sors ipsa nascendi fecisset:' et paulo post: 'Quem nascendi serie priorem sciat.'

§ 5 *In regno jam rex pater sustulerit*] Isthæc verba delenda *in regno*: est enim puerile et redundans dicere: Pater meus *jam rex in regno* me primum sustulit. Nam si quis 'jam rex' liberos tollat, quid opus est addere 'in regno?' Rogabis, unde tamen illa verba huc intrusa sint. Ex glossemate sc. quod istis verbis 'jam rex' superadditum fuerat, i. e. *in regno*. Faber. Impressi quidam sine dubio meliores secuti codd. habent *in regnum*, quod valde placet. Nempe lect. vulg. huj. loci nihil habet aliud, quam quod præcessit, 'se regi primum natum.' Atqui non de eo agebatur his verbis, sed de illo, quod hinc sequitur, natum nempe regi regnum quoque debere habere. Docetque hoc ipsa quoque oppositio; præcedit namque de cett. 'non regnum sibi vindicare posse,' cui proinde tanquam diversum debebat subjici, se regnum vindicare posse sibi, non vero, se a rege natum esse. Subjicietur autem, si pro *in regno* legemus *in regnum*. Nam *sublatus in regnum*, est, sublatus propter regnum, regni causa, ut regnet, qualis utique sibi vere vindicare potest regnum. Error videtur natus ex eo, quia olim fuit scriptum *in regnom* pro *in regnum*, vetusta consuetudine, quod scriba imperitus intelligere non potuit. *Schef.* Junt. quoque *in regnum.* Græv.

§ 8 *Et si in æquo*] Antiquiores edd. *in* omittunt: videturque id elegantius. *Vorst.* Angl. *itaque si.* F. jungend. utrumque, *itaque et si.* Schef. Juntina quoque *in* omisit. *Græv.*

Materno tamen se jure] Immo magis potentia matris, quam jure: ut jam ostendit H. Grotius ii. de J. B. et P. 7. 19. *Gron.*

§ 9 *Hoc....Artaphernem*] Herod. vii. ab initio, ait Darium patrem, ante in Græciam expeditionem, de hac contentione protulisse sententiam, ac Xerxem declarasse regem, nihil de Artapherne commemorans; quod quidem est magis verisimile. *Glar.*

Artaphernem] Ita ex Herod. emendavi. Vett. habent *Ariafernem*, facili lapsu. Uni supr. scriptum, legend. esse *Tisaphernem.* Bong.

§ 10 *Credula*] Freinsh. *crebra* mallet: cum suspecta jucunda esse non possint. Si tamen *credula* retinemus, videri queat ita legend. *jucunda quoque inter se, non solum credula.* Bern.

Jucunda quoque inter se, non solum credula] Ita rursus antiquiores edd. Bong. nescio qua de causa mutavit sic: *j. q. i. se non solum, sed credula, convivia habuerunt.* Jucunda inter se convivia habere omnino plus est quam credula habere. Possunt enim credula esse, quæ non adeo jucunda sint. At jucunda esse nequeunt, nisi et credula sint. Quare rectius τὸ 'non solum' τῷ *credula* quam τῷ *jucunda* adjectum putabitur. *Vorst.* Angl. *et j. q. i. se non solum, sed crebra conv.* Scio, quomodo hic *credula conv.* ut vulgati habent, accipiant. Sed an sic Latini unquam usurpaverint, hoc vero nescio. Deinde credula fuisse convivia h. sensu cur significand. fuerit, non video, cum antecedd. omnia monstrent, odia inter ipsos fuisse nulla, et idcirco nullas diffidentiæ alicuj. caussas. Itaque Angl. rectius. Habuerunt, ait, non solum jucunda inter se convivia, sed jucunditatem illam crebro frequenterque renovarunt conviviis repetitis. *Schef.* Pedibus ergo quoque in hanc irem sententiam, et emendationem eruditissimi Freinshemii amplecterer; is enim primus conjecit legend. esse *crebra;* si libr. vett. annuerent. Sed cum in omnibus, quos Bong. Mod. aliique evolverunt, nec non in Junt. melioribus edd. aliis constanter legatur *credula*, non puto id rejiciend. quamvis translationis huj. ab hominibus ad res exempla in ista voce vix alibi occurrant. Alia ratio, quæ præter significationem vocis affertur, cur *credula* debeat immutari, mihi non probatur. Quamvis enim de regno ambigentium videatur animus fuisse concors, pro ingenio tamen humano solent competitores imprimis regni semper alteri diffidere, et vereri, ne alter 'spem vultu simulet, premat alto corde dolorem,' et malit quacunque ratione licet fronte lætissima molestum rivalem amovere, quam incerto controversiæ exitu suspensum cruciari. *Græv.*

Judicium, &c.] Vincent. iii. 36. 'Sine arbitris vel c. f.' Saxo xi. p. 213. 39. 'Igitur fraternæ contentionis certamen sine arbitris aut judicibus solis partium suffragiis gerebatur.'

§ 11 *Tanto moderatius, &c.*] Usus est eod. quasi epiphonemate, certe simili

formula concepto, XV. 2. ubi ait: ‘Tanto honestius tunc bella gerebantur, quam nunc amicitiæ coluntur.’ *Mod.*

§ 12 *Quinquennium instruxit*] Vulgo *per q.* et Oros. II. 9. sed antiqua scriptura recta est: inf. XII. 3. 1. ‘Triduum luctum indixit.’ Lex 12. Tab. ‘Usus, auctoritas fundi biennium esto.’ Quintil. Decl. 196. ‘Ex lege in exsilium quinquennium missus est.’ Notavit Jac. Cujacius, cum interpretaretur Titulum Cod. de Usucap. pro Empt. vel pro Transact. *Bong.* Tres tantum annos in isto apparatu Xerxem consumsisse, inquit Diod. Julianus vero ὁ παραβάτης Orat. I. de Laud. Constantii, inquit, τὸν Ξέρξην χρόνον ἐτῶν οὐκ ἐλάσσονα δέκα πρὸς τὸν πόλεμον ἐκεῖνον παρασκευάζεσθαι. Quod esse non potest, cum sexto anno, ex quo regnum adeptus est, bellum in Græcos moverit Xerxes. *Vos.*

§ 13 *Demaratus*] Herod. fin. lib. VII. Fugam ejus ad Persas explicat VI. 70. *Bongars.* Add. Sen. Benef. VI. 31. *Bern.*

Ne inopin. &c.] Saxo XIV. p. 261. 14. ‘Inopinatum hostem opprimere.’ XVI. p. 376. 11. ‘Subiti inopinatique belli fama perculsus.’

In tabellis ligneis] Sic inf. XXI. 6. 6. *Bern.*

Magistratibus perscribit] Nec illud probare possum, quod, cum antiquiores edd. haberent *magistratibus*, Bong. maluit *magistratui*. Etsi enim nec illud probem, quod Gronov. ad Liv. XXXIV. 61. in Addend. scribit, ‘magistratum pro collegio vel numero hominum, consilium publicum constituentium, dicere nostri seculi esse,’ (aliud enim vel ex Nepotis Lysandro intelligi potest, ubi ephori non singuli sed universi ‘maximus magistratus’ dicuntur,) tamen, quia antiquiores edd. *magistratibus* numero plurali habent, idemque et in Mss. quibusd. a Bong. observatum fuit, ac præterea a stylo Justini id alienum non est, mutatio facienda fuisse non videtur. Vide sis supr. II. 7. 2. et inf. III. 3. 2. Quo itid. posteriore loco Mod. ex uno Cod. Fuldensi legi mavult *magistratui* quam *magistratibus*: verum itid. sine causa. *Vorst.* Junt. aliæque edd. *magistratibus*, uti et paulo post ‘magistratibus Spartanorum tradere,’ approbante Gronov. Magistratus enim in numero unitatis nunquam consilium publicum, seu collegium, sed semper unum hominem, magistratum gerentem aut officium, notat. Sic cap. 15. hnj. lib. ‘Magistratibus scribit Atheniensium,’ et III. 3. ‘Regibus potestatem bellorum, magistratibus judicia.’ Non aliter vett. et idonei Lat. linguæ auctores. Nec est, ut nos moveat exemplum, quod ex Nepote ad hanc obs. convellendam affert eruditiss. Vorst. Id enim repugnat et ipsius Nepotis et ceterorum omnium idoneorum scriptorum melioris seculi consuetudini, quibus ‘magistratus’ in unitatis numero non nisi unum hominem significat; quando vero de collegio loquuntur, utuntur numero multitudinis. In Pelopida ‘maximum magistratum obtinere’ dicitur Polemarchus, unus homo. Contra de collegio in ead. Vita: ‘Diem legerunt, quo maximi magistratus simul consueverunt epulari:’ et sic perpetuo. Hinc et ‘magistratum capere,’ ‘gerere,’ dicitur unus homo. Nullus itaque dubito et in Lysandro legend. esse *maximos magistratus*: sæpe enim librarii et correctores, secuti nostri temporis depravate loquentium consuetudinem, id corruperunt, ut in his Justini locis, etiam contra vett. librorum fidem; aut per *maximum magistratum* intelligitur Ephorus natu maximus, seu primus, cui libellum hunc tradidit, qui postea cum suis eum communicavit collegis. *Græv.*

Magistratibus] Sic recte Gronov. Græv. Vorst. quos vid. *Schef.* Angl. *magistratui scribit.* A glossa, qua

compositum pro simplici hic usurpatur, indicabatur. Hirtius ap. Suet. Jul. 56. ‘Nos etiam, quam facile aut celeriter eos [commentarios Cæsaris] perscripserit, scimus.’ Nep. Datame 5. ‘Hæc Pandates perscripta ei mittit.’ *Id.*

Easdemque cera] Nam, si cera inducatur, non ita olet, ac si liquida superfundatur. Hoc est quod dicit Polyæn. Demaratum ἐς πτύχα ἀκήρωτον γράψαντα ἐπισηρῶσαι. Quamvis Herod. aliter. Doctiss. Gronov. ap. Just. malebat *eademque cera.* Quod ego non puto. Explicat hanc rem Jul. Africanus cap. 54. περὶ κρυφίας ἐπιστολῶν εἰσπομπῆς. Cujus verba adscribam: Ἄλλον πάλιν ἐν τῷ τῆς δέλτου ξύλῳ γράψαντες, κηρὸν ἐπέτηξαν, καὶ ἄλλα εἰς τὸν κηρὸν ἔγραψαν. Εἶτα ὅτε ἦλθε, πρότερον δὴ τὸν κηρὸν ἐκκινήσας, καὶ ἀναγνοὺς, ὁμοιοτρόπως ἀνταπέστειλε. *Voss.* Junt. *eademque cera*: quod probo. Cera sc. abrasa, ipsi tabellæ ligneæ, quæ rescire volebat suos cives, inscripserat Demaratus, eademque cera superinducta deleverat, quæ scripsit; ne, si ulla cera illita fuisset tabulæ, in manus Persarum ubi incidisset, suum consilium patriæ significandi apparatum bellicum adversus Græciam, aut, si recens cera esset inducta, stratagema ejus, proderetur. Non nego verba Justini obscuriora esse. Videtur aut Just. aliquid omisisse, aut descriptores. Forte Trogus scripserat: ‘Omnia in tabellis ligneis magistratibus perscribit erasa cera, eademque superinducta scripturam delet.’ Cur vero recens cera magis prodere potuerit dolum, quam vetustior, rationes procul dubio plures potuissent dari, si consuetudo tabulis ligneis utendi non exolevisset. Non odor tantum sed et color veterem aut recentem ceram distinxit. Cum igitur vetus cera, diu ante illita, in tabellis reperiebatur, nemo facile poterat suspicari sub illa cera aliquid latere recenter scriptum, quia vetustas ceræ nihil tale præ se ferebat, cum recens cera, vacua litteris, facile potuisset suspicionem movere, non frustra illam modo infusam esse, sed sub illa procul dubio aliquid occultari, quod, si eraderetur, palam fieret. Hæc mea de isto l. sententia est. Ap. Petron. ‘Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat:’ h. e. nondum perdiderat. ‘Delere ingenium’ est, extinguere vim ingenii. *Delinere*, pro, collinere aut, illinere, non legitur ap. ullum scriptorem vet. Dein, licet reperiretur, quid tamen est *delinere* aut *collinere ingenium?* Si scriberetur *hac* vel *illa arte collinere ingenia*, posset forte ferri, ad exemplum illius locutionis, ‘imbuere ingenium scientia:’ simpl. vero *collinere ingenium* (nam *delinere* tanquam ignotum veteribus vocabulum plane est respuendum) non potest probari. *Græv.* Plus habet difficultatis hic locus, ubi diligentius paulo attenderis, quam prima fronte videtur. Primum enim, quis hoc cum judicio dixerit *delere tabulas cera?* Dicend. enim *tegere*, non *delere.* Dein, quæ isthæc ratio Justini est, *cera inducta tabulas delet, ne recens cera dolum prodat?* Quo vel recentior cera est, vel vetustior, eo ne fiet ut vel facilius dolus vel difficilius aperiatur? Huic difficultati obviam ire voluit cl. Voss. ‘Nam,’ inquit, ‘si cera inducatur, non ita olet, ac si liquida superfundatur.’ Sed cera recens nonne æque superduci potest ac illa, quæ sit vetustior? Dein, si cera recenti usus esset Demaratus, neque in ea quidquam scripsisset, an ideo citius prodita res fuisset, quam si vetustiore uti voluisset? Præterea qui videt ceram veterem, in qua nihil scriptum appareat, ille, si qua in suspicione doli erit, non ideo minus ceram illam eraserit, quam si recens fuerit. Add. quod si quis dicat ceram superinductam tabulis ligneis, ex eo non effici illa ut sit vetustior, recentior, durior, liquidior.

Namque isthuc *superinducta* neque illud probat, neque illud. Dices: Tamen hoc scimus, Veteres hac arte usos fuisse. Fateor, et pauci ignorant; at hic non de usu agitur, sed de illa ratione, quam affert Justinus, 'ne recens cera dolum proderet.' Addes hoc quoque, ceram illam superinductam fuisse, non autem superinfusam, ideoque vel pollice vel rotundo aliquo ligno extensam et ductam fuisse. Sentio vim verbi, et scio quid sit id, quod 'ductile' vocamus; sed et cera recens ita quoque tractatur digitis et extenditur; itaque semper eodem referimur. Quamobrem sic existimo, aut Justinum aliquid omisisse, quod dictum oportuit amplius, aut minus clare et minus expresse locutum fuisse quam debuerat. Sed ad primam illam difficultatem remigrat oratio, *tabellas ligneas cera superinducta delet;* quæ res, uti ab initio dicebam, absurda est. Delere certe tabulas nolebat Demaratus, sed tegere tantum, et id satis erat ad consilium, quod ipse in animo formaverat; unde et mox scribit Justinus, 'ne aut scriptura sine tegmine...' Eam autem difficultatem cum Elias Borellus animadvertisset, quo ingenio est et judicio, (utrumque autem in eo singulare est,) id profecto reperit, quod mihi placet maxime, quodque adeo aliis communicandum esse putavi. Supponit igitur ille Trogum Pomp. cujus Historiam contraxit Just. ita olim in libro suo posuisse: 'Omnia in tabellis ligneis magistratui perscripsit, easdemque cera superinducta delevit:' quod *delerit* optimum est, ut mox videbis, et longe aliud quam quod prima fronte videtur. At hic Noster, inquit Borellus, quod Trogus per tempus præteritum explicaverat, ad præsens tempus transtulit, uti solemus, cum narrationem breviorem facere et vividiorem studemus. Sed in eo, inquit Amicus meus, gravissime lapsus est Just. quod illud *delevit* ap. Trog. a 'deleo' ortum esse arbitratus est, cum a 'delino, delevi, delitum' descendat tamen. Hoc autem probat (quanquam mihi quidem non tantopere videtur probatione opus esse), probat inquam, ex A. Gell. qui in simili argumento cod. verbo usus est, mutata tantum præp. nam ap. Trog. est *delet*, ap. Gell. collevit, a, collino. Locus est XVII. 9. 'Literas in lignum incidisse; postea tabulas, uti solitum est, cera collevisse.' Hæc autem, quæ legisti modo, quam ea mihi ingeniosa, tam et ea mihi vera esse videntur: et, si ipse talia invenissem, inventis gauderem. Addidit et aliud etiam Borellus in fine Epistolæ: Numquid illi mihi errare viderentur, qui putarent dici Latine posse, 'Malus Rhetor ingenia delet;' ex eo sc. quod ap. Petron. leginus: 'Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat;' in quo sagaciter olfecit, quod res est; nam illud 'deleverat' Petronianum non a 'deleo' est, sed a 'delino.' Ceterum pro *magistratui* in loco superius posito legend. *magistratibus*, ex libris impressis. *Magistratus* autem sunt Ephori. Ut finem huic notæ imponam, hoc etiam addam; dum perlustro oculis cl. Vossii notas, incidi in locum quendam Africani scriptoris Græci, quem ipse nunquam habui; in eo error est, qui a librario sit, an a Ms. Cod. haud scio. Nam pro ΕΚΚΙΝΗΣΑΣ, (i. e. *cum emovisset* seu *removisset*) legend. ΕΚΚΝΗΣΑΣ; i. e. *cum erasisset;* Græce enim ΕΚΚΝΗΘΕΙΝ *eradere* est. Ne quis autem ea reprehensione Justini offendatur, quæ superius posita est, nonne alibi, ut uno exemplo nunc contenti simus, ex *Medio*, qui vir insignis fuit in comitatu Alexandri, *medicum* fecit, quia sc. oculis suis non semper bene et acriter in legendo Trogo utebatur? Sed et alia quædam a nobis observata fuerunt: neque adeo mirum, hominem aliquem errare posse; omnes

possunt. *Faber.* Bong. et hunc secutus Bernecc. edidit *easdemque;* ut referatur vox ad tabellas, de quibus prædictum. Sed rectius ed. Junt. ut cl. Græv. testatur, habet *eademque;* ut id referatur ad 'omnia.' Et emendaverat sic ex conjectura summus Gronov. Sane non tabellæ ipsæ 'deleri' recte dicentur; sed quæ scripta in iis sunt. Sed quomodo Demaratus ea, quæ in tabellis ligneis inque ipso adeo ligno scripserat, delevit? Superinducta cera illud factum Auctor ait. Nimirum, cum cera superinducta fuit, ipsa scriptura legi haud potuit; tantundemque illud fuit ac si scriptura deleta fuisset. Ut autem scriptura legi posset, superinductam ceram necesse fuit eradi: id quod regis Leonidæ sororis consilio factum Justinus et addidit. Inf. XXI. 6. cand. rem exprimit his verbis: 'In tabellis ligneis, vacua desuper cera inducta, civibus suis omnia perscribit.' Ubi ceram, quæ superinducta fuit, quæque nihil in se scriptum habuit, et 'vacuam' vocat. Fuit et alius *κρυφίας ἐπιστολῶν εἰσπομπῆς* modus, ut ex Jul. Africano Is. Voss. docet; ut videl. et in ligno et superinducta cera scriberetur: ut res eo minus suspecta esset. *Vor.*

§ 14 *Aut recens cera dolum proderet*] Quid sibi τὸ 'recens' velit, non intelligo, sed vid. Herod. ad fin. lib. VII. si forte inde sensus inveniri queat. Ceterum Herod. hanc Gorgo, Leonidæ uxorem, fuisse, ac fratris ejus Cleomenis filiam. Cleomenes enim ac Leonidas ex Anaxandrida nati erant. Just. Leonidæ sororem facit. Longum esset discrimen copiarum Xerxis, aliter ap. Just. aliter ap. Herod. enumeratarum, demonstrare. Verum hoc nunc non agimus. *Glar.*

Aut recens cera dolum proderet] Hic l. licet aliis intactus mihi admodum suspectus est. Quid enim 'recens cera?' Num recenter inducta? At- qui talis fuit, qua scriptura tegebatur, et tamen ea tegi dolus debuit. Quid igitur hic eum dicitur prodere? Certe velle hoc videtur potuisse ceram, sic recenter inductam, præbere occasionem suspicandi, quod videl. non gratis ita sit inducta. Quam rem qua evitaverit arte Demaratus, ap. Nostr. non ostenditur. An ergo abest aliquid, num potius in voce *tegens* latet vitium aliquod? Dignus sane locus est, quem ingeniosiores examinent. *Schef.*

§ 15 *Diu quæstioni res fuit*] Sic de re hactenus non intellecta etiam Gell. XX. 5. 'Mihi quoque est jam diu in perpetua quæstione.' *Gronov.*

§ 16 *Soror regis Leonidæ*] Herod. VII. fin. est uxor Leonidæ, Γοργὼ, cujus meminit Plut. in Apoph. Lacon. *Bong.*

§ 18 *Septingenta millia*] Variant in numero auctores. Herod. VII. 184. Diod. XI. 5. Isocrat. Panath. Plin. XXXIII. 10. Quomodo autem exercitum Xerxes dinumeraverit, vid. Herod. VII. 60. et Plin. IV. 11. *Bongars.* Plut. Parall. c. 2. Ctes. in Pers. c. 23. Probus Themist. *Bern.*

§ 19 *Ut non immerito proditum*] Herod. enumeratis copiis, *ὥστε οὐδέν μοι θώυμα*, inquit, *παρίστασθαι προδοῦναι τὰ ῥέεθρα*, &c. *Bongars.* Aristides Sophista de apparatu Xerxis ita: 'Telis obtegebatur ipse sol: mare navibus, terra copiis pedestribus, aër sagittis, redundabat.' *Bern.*

Flumina ab exercitu ejus siccata] Fuse ea de re Herod. VII. qui prodit, Echedorum (male ap. eum legitur Χείδωρος) flumen potantibus defecisse. Quo respicit Alexander ap. Curt. III. 'Cum adiret Græcos, admonebat, ab illis gentibus illata Græciæ bella; Darii prius, deinde Xerxis, insolentiæ, aquam ipsam terramque populantium, ut neque fontium haustum nec solitos cibos relinquerent.' Ubi nonnulli pro *populantium* ex Ms. reponunt *poscentium*. Sed male. Neque enim

cohæret cum seqq. Quamvis non ignorem, Persas aquam terramque postulare solitos: quod tamen video alios sollicitos habuisse, cum Herod. testetur Megabazum, Darii satrapam, nuntios ad Alexandrum, Amyntæ fil. misisse, *αἰτήσοντας γῆντε καὶ ὕδωρ Δαρείῳ βασιλεῖ*. Id ipsum quoque legitur in Epistola Aristippi ad Philippum regem; nisi quod ibi sit Ἀλέξανδρος ὁ Ἀλέου male pro Ἀλέξανδρος ὁ Ἀμύντου. Passim obvia sunt ejus rei exempla. *Voss.*

§ 20 *Naves quoque decies*] Navium numerus in vett. omnibus depravatus. Arbitror legend. *mille ducentas:* litteris quibusd. immutatis et vocibus inversis. Convenit numerus cum Herod. Diod. Probo, Isocrate, Oros. qui tamen onerariarum s. *τριηκοντόρων* addunt 3000. et *ἱππαγώγων* 850. Ut ille superior numerus sit triremium, seu rostratarum, ut Oros. vocat. *Bongars.* Oros. 'Rostratas [ita legend. ap. Frec. pro vulg. *Prostr.*] etiam nav. m. d. onerarias autem tria millia num. hab. narratur.' Oros. etiam sequitur Albertus Stadensis Chron. p. 136. ap. quem legitur 'ter mille.'

Naves quoque decies centum millia numero habuisse dicitur] Nugæ meræ, emendandumque ut in ed. mea Coloniensi A. 1582. emendaram: *N. q. mille ducentas h. d.* Quam meam emendationem ne ad se trahant, qui anno ante hunc Auctorem ediderunt, lubet adscribere verba mea, hac de re adjecta per occasionem a me Curtio, item in Ubiorum Colonia edito A. 1572. ad illum ejusd. Curtii locum v. 7. de Persepoli: 'Patria tot regum, unicus quondam Græciæ terror, molita mille navium classem, et exercitus, quibus Europa inundata est,' &c. hic inquam ego: *Adhuc excusi*, molita decem millium navium classem: *sed nihilne pudere vanitatis cum etiam, qui mendacissimi inter Græcos sunt, numquam eo impudentiæ processerint, ut mille ducentis navibus rostratis classem Xerxis ampliorem numero fuisse dixerint? verum ita cogitant, quid faciant, qui in typographiis præsident, homines mehercle pistrino digni: ut qui etiam ap. Justinum lib.* II. *(quasi parum esset in Curtio negligenter fuisse) ausi sunt scribere:* Naves quoque decies centum millia numero habuisse dicitur. *Credo, quia exercitus Xerxis decies centena hominum millia explebat, voluisse etiam singulis hominibus suam navem esse. Sed hæc præpostera liberalitas mihi nequaquam placet, quare et hic reponendum censeo,* Naves quoque mille ducentas numero habuisse dicitur. *Facilis fuit ad errorem via,* &c. neque enim omnia, quæ tum juveniliter effudi, hic repetenda sunt, ubi satis habeo meum mihi adservisse. *Mod.* Non dubitavi recipere in textum emendationem loci, pridem a F. Mod. ad Curt. v. 7. 8. propositam, præsertim approbatam etiam a Bong. et congruentem cum Herod. Diod. Probo, Isocrate, Oros. qui tamen onerariarum s. *τριηκοντόρων* addunt 3000. et *ἱππαγώγων* 850. Ut ille superior numerus sit triremium, s. rostratarum, ut Oros. vocat. Edd. hactenus habuerunt: *Naves decies centum millia numero.* Ita sc. singulis hominibus e Xerxis exercitu singulæ naves evenerint. Quod asserere nec Græculorum impudentissimus quisque sustinuit. *Bern.*

§ 21 *Huic tanto agmini, &c.*] Ut Antiocheno exercitui ap. Flor. II. 8. quem etiam huic comparat ibid. n. 19. *Id.*

Si regem spectes] Vitia Xerxis præposteræ Darii patris educationi adscribit Plato VII. de Leg. *Id.*

§ 22 *Opes tamen regiæ*] In Ms. legitur, *optamen regis superessent.* Puto veram lect. esse, *opes tamen regi sup.* Nam *regi* melius respondet præced. 'si regem spectes,' quam *regiæ.* Schef.

§ 23 *Ipse, &c.*] Contra de Ateslo scribit Saxo IV. p. 61. 15. 'Cum is ante omnes bella gesserit primus, fuga vero postremus incesserit.'

In periculis timidus] Ita fere Liv. IV. 28. 4. 'In otio tumultuosi, in bello segnes.' Et VII. 15. 2. 'In castris feroces, in acie pavidi.' Contra Tac. H. I. 84. 'Fortissimus in ipso discrimine exercitus, qui ante discrimen modestissimus.' Qualis Livianus iste Manlius VII. 10. 9. qui nulla voce aut minis in Gallum ibat: 'sed pectus, animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat.' *Bern.*

§ 24 *Convexa vallium*] Turneb. Adv. lib. XXX. cap. 27. ad illud Virgil. Æn. IV. 'Tædet cæli convexa tueri:' 'Annotant,' inquit, 'Grammatici quidam, convexum cæli cerni non posse, sed ejus concavum. Ac denique 'convexa' pro concavis dixisse Poëtam: cum sit convexum, curvum cavo oppositum. Sed convexum cavum esse reor, quod e Justino II. 10. intelligi potest, scribente de Xerxe, 'Et montes in planum,' &c. et ipso Marone I. Æn. 310. 'Classem in convexo nemorum sub rupe cavata Arboribus clausam circum atque horrentibus umbris Occulit.'' *Mod.*

Quædam...ducebat] Hoc de perfosso Atho vult intelligi, idque a multis aliis factum fuisse proditum fuit. Et tamen falsum est, ut ex Petri Bellonii descriptione constat, qui oculatus testis fuit. An quia illis temporibus mare Ægæum navibus non patebat? Huj. generis est miraculum illud Annibalis, a quo Alpes ruptas, disjectas, et dispulveratas aceto ferunt, quasi calcem aqua aspersam. 'O Pater, o hominum Divumque æterna potestas!' Quantum aceti opus fuit! Plus certe quam quantum aquæ pater Oceanus continet. *Faber.* Marcellinus XXXI. fabulosam quoque habet hanc Athonis perfossionem. Sed vid. quid Bellonio et Ammiano respondeat Is. Voss. in notis ad P. Melam II. 2.

Græv.

CAP. XI. § 2 *Leonida*] Leg. præter Herod. VII. 219. Diod. II. 4. et Oros. II. 9. Strab. lib. IX. Ælian. III. V. H. 25. Valerium III. 2. et Paus. Lacon. Meminit et Seneca Ep. LXXXII. fin. Vid. et Ctesiæ Excerpta. Variat hic multum a ceteris. *Bongars.* Add. Cic. Tusc. I. 24. Agell. III. 7. Tzetz. Chil. II. 32. *Bern.*

Marathonia pugna interfecti, &c.] Decennio ante. Sup. cap. 9. 20. *Id.*

§ 5 *Recedant*] Sic inf. XXVIII. 4. 9. *Id.*

§ 8 *Aut regi Spartanorum, aut urbi, cadendum*] Istiusmodi fere oraculum in causa quoque Atheniensium aliquando editum fuit; videl. 'superiores fore Dorienses, ni regem Atheniensium occidissent.' Tantundem enim hoc est ac si dictum esset, aut Atheniensium regi Codro, aut populo, cadendum esse. Vid. sup. II. 6. 17. *Vorst.* Angl. *responsum regi Sp. fuerat, a. u. aut regi.* Etiam hic servanda lect. vulg. Nec enim tam regi fuerat responsum, quam sciscitantibus, ut superiora ostendunt. Ac hi fuere Delphi, non rex privatim. *Schef.*

§ 9 *Ita suos firmaverat*] Non satis hoc intelligo. An enim, ut quis faciat aliquid, ad id opus habet, ut firmetur? At dicit Noster, ita firmasse Leonidam suos, ut scirent, se (Leonidam sc.) ire animo parato ad moriendum. Atqui facere hoc poterat simplici indicio. Quare suspicor scripsisse Nostrum, *i. s. formav.* i. e. informaverat. Et sic Noster quoque XVIII. 3. 'Ab eo formatus, cum medio noctis omnes in unum campum processissent, ceteris in orientem spectantibus, solus occidentis regionem intuebatur.' Sane adhortatio, qua eos firmat, paulo post demum ap. Nostr. sequitur, ut appareat, ante non *firmasse*, sed *formasse.* Idem.

§ 10 *Ut cum paucis, &c.*] Ita mox cap. 13. 3. *Bern.*

§ 11 *Qualitercumque præliantibus*] Monet Bong. in uno Ms. se reperisse, *q. prælialis*. Quod cum ipse quoque in antiquiss. Fuldens. membranis invenerim, nihil dubitem ita legere. Cic. ad Att. ‘ Acriter et vehementer prælialus sum.’ *Mod.* Antiquiores typis expressi, *q. prælıarentur:* quod non minus elegans et fortasse rectum. *Vor.*

§ 14 *Nihil erat difficile*] Sen. Ep. 4. ‘ Quisquis vitam suam contemsit, tunc dominus est.’ Et Sen. tragœdus Herc. Œt. ‘ Contemsit omnes ille, qui mortem prius.’ *Bern.*

§ 15 *Statim arma capiunt*] Angl. *raptim a. c.* Placet. Auctor ad Herenn. ‘ Ipse se raptim domum suam conjicit.’ *Schef.*

Sexcenti] ‘ Quingentos’ habet Diod. XI. 2. quem in hac narratione fere expressisse Auctor noster videtur. Cic. Fin. II. 30. ‘ trecentos :’ et Sen. Suas. II. et Ælian. III. V. H. 25. cujus interpres τριακοσίους imperite vertit *triginta*. Bongars. ‘ Trecentos’ item habet Herod. VII. 224. et Plut. Parall. cap. 4. ‘ Mille’ autem Lacedæmonios eduxisse primo Leonidam sine sociis, refert Diod. XI. 4. et Isocr. Panathen. et Archidamo. *Bern.*

Regis prætorium] Diod. XI. 9. τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν. *Bongars.* Curt. III. 11. 38. ‘ tabernaculum’ vocat: itemque ‘ prætorium’ V. 2. 11. *Bern.*

§ 16 *Tumultus, &c.*] Saxo XIII. p. 244. 36. ‘ Cumque totis in castris tumultus exoriretur.’

§ 17 *Dici*] Ms. *die*, antique pro *dici*. Sall. Ju. 97. 3. ‘ Vix decima parte die reliqua.’ Vid. quæ notat Gell. IX. 14. quæ Priscian. lib. VII. ex prima Historia Sallustii, et quæ Probus in Catholicis. *Bong.*

§ 18 *Non victi, &c.*] Sic ‘ Athenienses consumti magis quam victi’ inf. V. 1. 10. et Oros. II. 15. ‘ Nemo trecentos Fabios victos dicit, sed occisos: et Regulus captus est a Pœnis, non victus: et quisquis alius, sævientis fortunæ vi ac pondere oppressus, non submittit animum.’ Sen. Benef. V. 3. Similiter Bernhard. III. de Consid. de Apost. ‘ Occumbebant, non succumbebant.’ *Bernec.* Nullus dubito hic excidisse unam syllabam, quam sequens earund. literarum absorpsit, ut sæpe factum. Victi enim tandem sunt utique, quia omnes sunt cæsi. Legend. igitur cum Gronovio: *Ad postr. non vi victi.* Græv.

Inter ingentes stratorum hostium catervas] Hanc lect. confirmat Lucan. II. 135. ‘ Aut Collina tulit stratas quoque porta catervas.’ Et Liv. VII. 36. ‘ Circa jacentem ducem sterne Gallorum catervas.’ *Gronov.* Hoc a doctis hominibus, qui ante me ad Just. scripserunt, emendari decuit. Lego *i. i. s. cadaverum* [Q.?] *acervos*, non autem *catervas*. Nam ‘ caterva’ de jacentibus, aut mortuis non dicitur; ‘ acervus’ autem semper. Exemplis parco, nil enim frequentius. *Faber.* Mihi quoque hic l. diu fuit suspectus. Noram enim, quod in Romanorum copiis esset ‘ cohors,’ id dici in barbararum gentium exercitu ‘ caterva.’ Sed postea tamen deprehendi ‘ catervam’ etiam usurpari de multitudine cæsorum, s. mortuorum. Stat. Th. XII. ‘ Non longum cæde recenti Lætatus videt innumeris fervere catervis Tellurem, atque una gentem exspirare ruina.’ *Græv.*

§ 19 *Duobus vulneribus*] Sic l. v. c. 6. ‘ Plus vulneris eo prælio acciperent, quam superioribus dederant.’ Item XLII. 4. 11. ‘ Nec ullo bello majus vulnus acceperunt.’ Ita ‘ vulnus’ pro clade bellica et interitu exercitus est. Et ‘ vulnus accipere’ dicitur is, cujus exercitus est, qui perit: ‘ dare’ vero is, qui exercitum alterius fundit. Etiam proprie accepta βῆσις ista frequens est: dicuntque ‘ vulnus accipere in capite.’ Alia rursus metaphora est, quod Nepos scribit Dione: ‘ Accepit gravissimum parens vulnus morte filii.’ *Vor.*

Experiri, &c.] Saxo X. p. 203. ‘ Belli fortunam experiri.’ XIV. p. 281. ‘ Armorum f. e.’

CAP. XII. § 1 *Ionas*] Herod. VIII. Plut. Themist. Ortos autem Ionas ab Atheniensibus notum ex Herod. I. et aliis. *Bong.*

§ 2 *Symbolos*] ‘ Symbolum,’ et ‘ symbola,’ et ‘ symbolus’ dicunt Latini. Plaut. Pseud. I. 1. 53. et Bacchid. II. 3. 31. Ms. unus h. l. habet *symbolas*, quomodo et Plaut. sæpe. *Bongars.* ‘ Symboli’ Græcis στῆλαι. Schol. Soph. Elect. v. 723. Στῆλαι, κυβοειδεῖς λίθοι, ἐπιγράμματά τινων ἔχοντες. *Gron.*

Et saxis proscribi] Angl. *et in s. perscribi.* De *perscribi* dixi supr. X. 13. Vulg. tamen se tuetur per illud Suet. Ner. 39. ‘ Multa Græce Latineque proscripta aut vulgata sunt.’ Ubi Torrent. quoque *proscripta* censet servand. contr. *perscripta*, quod in Ms. uno invenitur. Caussa satis ab ipso explicatur. Atque ita et hic faciend. arbitramur. *Schef.* Sane *proscribi* non est solicitand. Proprie enim et eleganter ‘ proscribi’ dicuntur, quæ in tabella aut charta scripta publice affiguntur, ut ab omnibus legi possint. Sic ‘ proscribere ædes’ est, publica tabula affixa significare venales ædes esse. Sic et ‘ proscribi’ Romæ dicebantur olim, quorum nomina in ferali tabula scripta erant, ut impune ab omnibus possent necari. Sic et Græcis προγράφειν, unde ‘ programma.’ Ead. vis est in τῷ ‘ proponere.’ Id enim est in publico loco exponere omnibus videndum aut legendum. *Græv.*

§ 4 *An ideo*] Vetus Poëta: ‘ Men’ servasse, ut essent qui me perderent?’ *Bongars.* Hæc Pacuv. in Armorum Judicio, citatus a Suet. Jul. 84. Liv. II. 40. 7. *Bern.*

§ 5 *Quid si*] Alii habent, *Quod si.* Mihi neutrum placet; mallem scribere *Quasi.* Schef.

§ 6 *Obsidione*] ‘ Obsidio’ pro captivitate. Et significatur Ionas in classe Persica non ut milites, sed ut captivos, agere. Sic et XV. 1. 3. ‘ Obsidione Amphipolitana liberare’ est pro, captivitate Amphip. liberare. Amphipolim enim filium Alexandri cum matre custodiendum Cassander miserat. Et XXXIX. 1. 1. ‘ Obsidione Parthorum liberatus’ dicitur Demetrius, quem Auctor XXXVI. 1. 5. simulatione pacis deceptum a Parthis captum dixerat. *Vor.*

§ 7 *Aut, si hoc parum tutum est, at vos, &c.*] Emendationem Gronovii illustriss. amici nostri in textum recepi. Prius legebatur *A. si h. p. t. extat, vos*, barbare et imperite. *Faber.* Optime Gronov. *A. si h. p. t. est, at vos commisso bello* [Q.?] *ite cessim.* Sic quoque Junt. ed. et merito recepit T. Faber. *Græv.* Cl. Gronov. parum Latinum esse putat *tutum extat*, et legend. esse *A. si h. p. t. est, at vos comm. prælio i. c.* quomodo in UDO quoque Ms. diserte lectum fuisse in Var. Lect. testatur Bong. Illud *at* post *si non, si parum*, plane elegans est. Cic. III. Verr. ‘ Si, quemadmodum socii populi Rom. a magistratibus nostris tractentur, non laboratis: at vos communem P. R. caussam suscipite atque defendite.’ Vid. et Gronovii Obs. IV. 26. itemque Notas ad Liv. XXIV. 37. *Vorst.* Gronov. *tutum est, at vos;* quod recte Græv probatur et aliis. *Schef.*

Cessim] Ita recte libri vett. Varro ap. Non. ‘ Vereor ne me quoque, cum domum ab Ilio Cessim revertero, præter canem cognoscat nemo.’ L. 52. D. ad L. Aquil. Ead. ratione Plaut. Casina II. 8. 7. ‘ Recessim cedam ad parietem.’ *Bongars.* Πρύμναν κρούεσθαι est Thucyd. I. 9. 24. ubi Schol. vid. *Bern.*

Inhibete remos] Pulchre restituit Gronov. *inh. remis.* ‘ Inhibere remis’ est nautica locutio, qua significatur, nave non conversa, retro remigare: quod faciebant aut appulsuri ad littus et portum, aut in prœlio fugam

adornantes: vid. Obs. ejus IV. 26. *Græv.* A Gronov. quoque est *inh. remis:* quem in Obss. videre poteris. *Faber.* Id. Gronov. modo dicto Obss. loco contendit legend. esse *inh. remis:* id quod nobis item vero perquam simile videtur. Subaudiend. autem fuerit vocabulum quarti casus, et quidem, navem vel naves. Quod quidem subinde diserte et adjiciunt, sic tamen ut *remis* rursus omittant. Liv. XXVI. 'Cum rostris concurrissent, neque retro navem inhiberent, nec dirimi a se hostem paterentur.' Et XXX. 'Ut quæque retro inhibita rostrata onerariam hærentem unco traheret.' Dicunt et *inhibere*, neque *navem* neque *remis* addito. Liv. XXXVII. 'Cum divellere se ab hoste cupientes inhiberent Rhodii.' Afranius ap. Non. in *Cymba:* 'Tum conscendo cymbam interibi loci piscatoriam, venio, jacitur anchora, inhibent leviter.' Rursus omisso *narem*, adjectoque *remis*, scribit Curt. IV. 4. 'Plures deinde Macedonum naves superveniunt, et rex quoque aderat, cum Tyrii inhibentes remis ægre evellere navem, quæ hærebat, portumque omnia simul navigia repetunt.' Quid autem est 'inhibere remis,' et 'inhibere navem,' et 'inhibere?' Nihil aliud quam, navem non modo reprimere, ne amplius antrorsum et in proram procurrat, sed et retro eam agere: quorum quidem utrumque remis fit. Liv. diserte addit *retro*, dicitque 'retro inhibere navem.' Deinde apparet etiam ex eo, quod, si hærerent, et evellendæ aut ab aliis dirimendæ naves essent, remis eæ inhibebantur. Denique et ex eo, quod ap. Just. præcedit 'ite cessim.' Vid. plura et egregia in hanc sententiam observata et Gronovio IV. Obs. 26. Vim verbi huj. fuit cum ne Cic. quidem satis teneret, ut ex XIII. ad Att. 21. apparet. *Vor.* Gronov. et Græv. *inh. remis.* Dicam pluribus in libris de Militia Navali, si unquam lucem poterunt videre. *Schef.*

§ 8 *Ante navalis*] Hæc vid. ap. Herod. Plut. Diod. Æmil. Probum, Oros. II. 10. ap. quem initio cap. vox *bis* abest a Ms. et sane inducenda est. *Bong.*

§ 10 *Quæ, &c.*] Cf. Herod. VIII. 37. et 38.

§ 11 *Et quoniam ferro*] Crudele facinus, et quod tale magis apparebit, si componatur cum Antigoni moderatione, inf. XXVIII. 4. 15. *Bern.*

§ 14 *Themistocles*] Cic. X. ad Att. 7. 'Consilium Themistocleum.' Frontin. I. 3. 6. Aristot. I. Rhet. 15. *Bong.*

Municipes esse] Ms. *municipia esse*, quod respondet elegantius sequenti *mœnia*. Et suspicor, alterum ex glossa natum, qua quis notaverat *municipia* hic posita pro *municipibus*. *Schef.*

Mœnia] Ead. sc. quæ *οἰκοδομήματα* vel *ædificia* alias vocantur, et pari ratione inf. V. 7. 'Non exercitum, cujus ope servati pulchriora possent mœnia exstruere:' nec aliter Flor. I. 4. 'Mœnia muro amplexus est:' et III. 10. 'Incensis mœnibus suis.' Vid. Obs. II. 12. *Gron.*

Civitatemque] Thucyd. VII. 14. 22. *Ἄνδρες, πόλις, καὶ οὐ τείχη.* Tac. H. I. 84. 'Quid? vos pulcherrimam hanc urbem, domibus, et tectis, et congestu lapidum stare creditis? Muta ista,' &c. Huc pertinet oratio Lentuli ad exercitum intra Caudinas furcas conclusum, ap. Liv. IX. 4. Cic. ad Att. VII. 9. 'Non est in parietibus resp.' *Bern.*

§ 16 *Conjuges liberosque abditis insulis, &c.*] Ms. *additis*, ex quo nobiliss. Sebisius ingeniose et f. recte fecit *adsitis:* cum in illa festinatione vicinas quam remotiores et abditas insulas eos circumspexisse sit credibilius. Firmat conjecturam Herod. VIII. 41. ubi Salaminem et Æginam insulas nominat, itemque Trœzenem: add. Diod. XI. 13. et Frontin. I. 3. 6. *Bernec.* Senes in insulas deportasse, inquit Aristides in Oratione *ὑπὲρ τῶν τεττάρων.* Conjuges vero et liberos Trœzenem misisse, non in insulas. *Abditas* autem vocat insulas illas, quoniam in intimo recessu sinus essent sitæ. *Voss.* Genuinum videtur *abditis*, neque cum Sebisio et Bernecc. mutand. in *adsitis.* Sunt autem *abditæ insulæ*, quæ, ut Voss. ait, in recessu sinus intimo fuere sitæ, Salamis puta et Ægina: quas Herod. VIII. et nominat. Indidem post fugam Xerxis et repetita Thucydides prodidit. *Vorst.*

§ 18 *Adunata*] 'Adunare' verbum Nostro valde frequentatum; ut vel ex Ind. apparet. Alibi vero paulo rarius est. Utitur tamen Cyprianus in Ep. 63. quæ ad Cæcil. est: 'Quomodo nec corpus Domini potest esse farina sola, aut aqua sola, nisi utrumque adunatum fuerit et copulatum.' Sed et ap. Plin. reperias XIX. 2. N. H. 'Vulsum,' inquit, 'fascibus in acervo adunatum biduo.' Sic enim legend. sine dubio; non *animatum.* Vorst.

§ 19 *Per servum fidum*] Frontin. II. 2. 13. *Bong.* Herod. VIII. 75. *Πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα πλοίῳ, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρεών· τῷ οὔνομα μὲν ἦν Σίκινος, οἰκέτης δὲ καὶ παιδαγωγὸς ἦν τῶν Θεμιστοκλῆος παίδων.*

§ 22 *Spectator*] Mss. *exspectatæ:* unde Val. Acidal. ad Vell. II. 14. 5. facit *espectator*, antique pro, aspectator. Sicut 'escendere' Tac. et Sen. pro, ascendere: et Vet. Glossarium 'ercessere.' *Bernec.* Saxo XIV. p. 255. f. 'Pro duce pugnæ spectator effectus.'

§ 23 *Artemisia*] *Θυγάτηρ Λυγδάμιος.* Herod. VII. 99. Paus. Laconicis. Unus e Mss. *Artemidora* scriptum habet, quomodo et Oros. II. 10. *Bong.*

Inter primos duces] Antiquiores typis expressi *i. primores d.* quod sane contemnend. non est. Non tantum enim 'primores' dicuntur, qui primi sunt tempore aut loco; sed et qui primi sunt dignitate. Horat. 'primores populi,' et Silius 'socium primores,' dicit. *Vorst.* Vorst. ex vetustioribus legit *primores.* Schef. In Junt. quoque *primores* habetur. *Græv.*

§ 24 *Quippe ut in viro muliebrem timorem*] Hoc Xerxes non sibi sed suis aptans, 'Viri quidem,' inquit, 'exiterunt mihi feminæ: feminæ autem viri.' Herod. VIII. 88. et ex eo Suid. in voce *Ἀρτεμισία*, qui tamen Artemisiam contra Persas militasse falso scribit. *Bern.*

§ 25 *Animos ceterorum*] Mss. plerique habent *ceteros.* Puto sic scripsisse Just. et verba *an. cet.* glossatoris esse, non ipsius. *Schef.*

§ 26 *Circ. f.*] Saxo IX. p. 170. 32. 'Quæ res inspectantibus sociis gravissimam circumspiciendæ fugæ sollicitudinem attulit.'

§ 27 *Multæ mersæ naves*] Ducentæ, inquit Diod. XI. 19. *Bongars.* Angl. *submersæ*, ex glossa. Lucan. III. 'Æquora discedunt mersa diducta carina.' Item: 'Pars maxima classis Mergitur.' Plin. IX. 44. de ariete: 'Cymbas occultus adnatans mergit.' Add. libros nostros de Militia Navali, ubi pluribus hoc firmamus. *Schef.*

CAP. XIII. § 2 *Ne quid seditionis*] Tac. H. II. 97. 'Prosperis nostris rebus, certaturi ad obsequium, adversam fortunam ex æquo detrectant.' *Bern.*

Fama adversi belli, in majus, sicuti mos est] In omnibus quotquot viderim edd. extat *et in majus.* Monitu Sebisii expunxi *et*, quod manifeste *παρέλκει*, nullique rei est. De re Tac. A. III. 44. 1. 'Cuncta, ut mos famæ, in majus credita.' Et Curt. IX. 2. 21. 'Nunquam ad liquidum fama perducitur: omnia, illa tradente, majora sunt vero.' Freinshemio restituendum videtur illud *et*, et hic esse sensus: Fama non modo adversa belli narrabit, sed et in majus augebit.

Nondum plene consentio: poscimus arbitros. *Idem.* Nihil mutand. Sic quoque initio lib. XIV. 'Ne fama aut rem in majus extolleret, aut militum animos rerum novitate terreret.' *Voss.* Bernecc. monitu Sebisii expunxerat *et*, ut quod manifeste redundet. At mihi cum Freinsh. videtur vocula illa abesse hinc non posse. Illud 'in majus omnia extollens' non tantum famæ adversi belli, sed et famæ prosperi, competit. Phrasi utitur et inf. initio lib. XIV. *Vorst.*

§ 3 *Si aliter eventus ferat*] Mss. plurimi habent *fuerit*, quod videntur rejecisse, qui putarunt haud Latinum esse, quando dicitur *eventus est aliter*. Atqui eo *aliter* pro *alius* cum verbo *est* utuntur optimi scriptores. Terent. in Phorm. 'Ego isti nihilo sum aliter, ac fui.' Et in Adelph. 'Aliter de hac re ejus est sententia.' *Schef.*

§ 6 *Themistocles timens*] Frontin. II. 6. 8. *Bong.*

Ne interclusi, &c.] Veget. III. 21. 'Clausis ex desperatione crescit audacia; et, cum spei nihil est, sumit arma formido. Ideoque Scipionis laudata sententia est, viam hostibus, qua fugiant, muniendam.' *Bern.*

Et iter, &c.] Hegesipp. v. 4. 'Nec aliter nisi ferro iter aperiendum.' Helmodus I. Chron. Slav. 37. 'Videntes ergo ii se immensa multitudine circumfusos, viamque ferro aperiendam.'

In Græcia] Non muto; quia tamen Mss. multi habent *in Græciam*, cogitandum puto, an non ita scripserit Just. aliique, qui hoc genus ignorabant bonis scriptoribus receptum, immutarint. Add. inf. III. 1. 1. *Schef.*

§ 7 *Vincere consilio*] Liv. VI. 23. 'Patere te vinci consilio:' et Tac. II. H. 40. 'Titianus et Proculus, ubi consiliis vincerentur, ad jus imperii transibant.' Nep. Iphic. I. 'Semper consilio vicit:' et eod. modo ipse Herod. IX. 41. Κρατεῖν γνώμῃ. *Gron.*

Eundem servum] Sicinnum nomine, Herod. At Diod. ait fuisse pædagogum filiorum ipsius: ad instituendos liberos utebantur servorum opera Veteres. Plut. in Arist. *Arnacen* vocat eunuchum. *Bongars.* Sc. de quo supr. cap. 12. 19. quem Sicinum nominat Herod. VIII. 75. eumque Themistoclis ait fuisse et servum et liberorum pædagogum. At Diod. hunc a superiore diversum facere videtur lib. XI. cap. 17. et 19. *Bern.*

Occupare, &c.] Oros. IV. 18. 'Cum maturato adventu descendisse jam ex Alpibus consulibus proditus esset.' Saxo v. p. 73. 32. 'Ericus maturato recessu Lesso insulam subit.'

§ 10 *Sortis humanæ, rerum varietate mirandæ*] Hic l. mihi est suspectus. Ecquæ namque horum est constructio verborum: Erat res digna spectaculo et miranda æstimatione sortis humanæ? Hæc se bene habent. At quo referenda illa 'rerum varietate?' Si ad *miranda*, debet addi conjunctio *et*. Sed vidend. annon ex glossa hæc irrepserint. *Schef.* Recte vidit Scheff. l. h. esse contaminatum. Labes tamen omnis detergebitur, si scripseris: *E. r. sp. dig. et æst. s. h. rer. var. mirandæ:* h. e. erat res, unde poterat humana æstimari sors, propter tantam varietatem et mutabilitatem miranda; unde poterat perspici, quam fragilis esset sors humana, et quantis et quam miris varietatibus esset obnoxia. Ed. Junt. longius abit ab aliis libris, quæ legit: *E. r. sp. dig. et ad æstimationem rer. hum. sortis var. miranda.* Si ex vett. membranis est profecta hæc lect., non facile debet reprobari, vulgatæ sane præponi: sed tamen veriorem duco emendationem, quam modo ostendi, quippe quæ non longe recedit a priscis membranis, nisi quod una littera perperam omissa adjiciatur. *Græv.*

Quem paulo ante vix, &c.] 'Gravem illum et mari et terræ Xerxem, nec hominibus tantum terribilem, sed Neptuno quoque compedes et Cælo

tenebras minitantem.' Val. M. III. 2. *Bern.*

§ 11 *Neque enim ulla est*] Similis fere locus de Gallis XXIV. 8. 13. *Id.*

§ 12 *Inopia contraxerat et pestem*] Ita Flor. III. 5. 27. *Idem.* Suspicor *contraxerant* scribend. Nec enim inopia contraxit, verum copiæ pedestres ex inopia. *Schef.*

Inopia contraxerat et pestem] Sic recte legitur: h. e. fames et inopia, ut fit, excitarat pestem, in exercitu sc. Celsus III. 'Tristitiam contrahere dicitur bilis atra.' Alia passim exempla sunt obvia. *Græv.*

Escæ illecebris sollicitatæ] Reposui ex antiquioribus typis expressis *escæ:* quæ vox itid. videtur abesse non posse; ut intelligatur, cujus generis illecebræ illæ fuerint. *Vorst.* Recte hoc reposuit Vorst. ex antiquioribus. Absumserat similitudo literarum in voce præced. *Schef.* Consentit Junt. *Græv.*

CAP. XIV. § 1 *Olynthum*] Artabazo, non Mardonio, id tribuit Herod. VIII. 127. *Bongars.* Errorem hunc primus ostendo. Legend. est *in Thracia*, quod vett. Geographi et Demosthenis interpp. probabunt. *Fab.*

§ 2 *Athenienses quoque*] Herod. fin. lib. VIII. et Diod. XI. 28. *Bong.*

§ 5 *Fortuna regis, &c.*] Insigniter hoc dictum illustrat Gruteri Dissertatio I. ad Tac. Add. eund. ad Hist. August. p. 2. 128. m. 1. *Bern.*

Victus Mardonius] Hæc est memorabilis illa Græcorum ad Platæas victoria, de qua Herod. IX. Diod. XI. 31. Plut. in Arist. Æmil. Probus in Aristide et Pausania, quos vid. et Ælian. lib. II. et Strabo lib. IX. et Pausan. Laconicis et Bœoticis. Interfectum eo prœlio Mardonium, præter Ctesiam scribunt omnes: hunc sequitur Auctor noster. *Bong.*

§ 6 *Castra referta regalis opulentiæ*] Val. M. I. 6. 2. 'Bina castra Punicis opibus referta.' Zonar. tom. III. Ann. p. 184. Μεστὰ ὄντα πλούτου παντοδαποῦ καὶ πολυτελείας βασιλικῆς. *Gronov.*

Regalis opulentiæ] Nam Xerxes e Græcia fugiens aureos et argenteos lectos, atque mensas, omnemque regium apparatum reliquerat ap. Mardonium. Herod. IX. 81. *Bern.*

Unde primum, &c.] Flor. III. 12. 9. 'Syria prima nos victa corrupit.' Add. Nostrum XXXVI. 4. 12. Liv. XXXIX. 6. fin. *Id.*

§ 7 *Mycale*] Libr. scripti h. l. omnes depravate legunt *Mesiæ*, alii *Mosiæ*, alii aliter. Vulg. lect. contra libros retinui ex Herod. et Diod. Est autem Mycale mons Ioniæ et urbs Stephano. *Bong.*

§ 8 *Mardonii copias occidione cecidisse*] Malim, ut est in edd. omnibus aliis, *occidisse;* qua locutione utebantur Vett. quoties significare volebant, exercitum aliquem ad internecionem esse deletum. Liv. lib. XXVIII. 'Duo exercitus eorum prope occidione occisi:' similique fere ratione dictum a Tac. 'Copiæ tum occidione occubuissent.' *Mod.* Bong. *cecidisse.* Sed Modii judicium secutus retinui Mstis firmatam aliarum edd. lectionem. Ea locutione utuntur Vett. exercitum ad internecionem deletum significaturi. Liv. XXVIII. Similique fere ratione Tac. A. XII. 'Copiæ' &c. *Bernec.* 'Occidisse' παθητικῶς pro, cecidisse, delatas esse, ut sæpe in hoc Auctore. Inf. XXVIII. 4. 12. dicit 'occidione cæsi.' Et Liv. 'occidione occisi.' Tac. vero 'occidione occumbere.' *Vorst.*

§ 9 *Tantam famæ velocitatem*] Hanc famæ velocitatem redarguit Diod. XI. 35. Ait enim rumorem istum sparsum a Leotychida, στρατηγήματος ἕνεκεν. Vid. Plut. in Æmilio c. 41. Et hic, ut et Diod. notavit, deficit Herodoti historia. *Bongars.* Simile tamen famæ velocitatis exemplum habet Noster XX. 3. 9. Add. Suet. Neron. 1. et Domitian. 6. Flor. III. 3. fin. Ælian. IX. V. H. 2. *Bernec.* 'Tan-

tam famæ velocitatem fuisse,' puta, ferunt, aut memorant. Sed nil præcedit, quod hanc expletionem ellipseos monstrare possit; neque scio, an alibi sic positus infinitivus temere inveniatur. Ideoque mihi quidem non nihil suspectus est hic l. *Schef.* Miror viro doctiss. quem vivum amavi, mortuum colo, hic hæsisse aquam. Nihil frequentius Justino aliisque optimis scriptoribus in admirationibus uti infinitivis, omisso 'mirandum est,' aut alio huj. notæ verbo. In h. lib. cap. 7. 'Tantam in eo virtutem fuisse, ut non tot cædibus fatigatus, non duabus manibus amissis victus, truncus ad postremum, et veluti rabida fera, dentibus dimicaverit:' VIII. 2. 'Tantum facinus admisisse ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutisque formata, ut quid, posthæc succensere jure barbaris possent, non haberent:' XIV. 5. 'Tantum eos degeneravisse a majoribus, ut, cum multis seculis murus urbi civium virtus fuerit, tunc salvos se fore non existimaverint, nisi intra muros laterent.' Notavi nonnulla alia exempla in Animadvv. ad Epistolas ad Att. in quibus peccarant imprudentia huj. elegantiæ aut librarii aut correctores. *Græv.*

§ 10 *Atheniensium virtus ceteris prælata*] Cujus generis plura notata sunt supr. ad I. 7. 14. Quibus add. illud Cic. VI. Fam. 19. 'Otium [domus] omni desertissima regione majus,' pro omni desertissimæ regionis otio. Sunt et in sacris literis talia. Ut Joh. v. 36. 'Habeo testimonium majus Johanne,' pro testimonio Johannis. *Vorst.*

CAP. XV. § 2 *Cum mœnia*] Præter Diod. XI. 39. vid. Thucyd. I. 15. et Frontin. I. 1. 10. Meminit et Paus. lib. I. initio. *Bong.*

Recte reputantibus] Mss. *r. putantibus:* ex quo Sebisius *reputant.* facit, omisso *recte*, quod nec abest incommode. *Bern.*

§ 3 *Munimenta hostibus et receptacula*] Sebisius mallet *m. h. in receptaculum*, vel *m. receptacula*, per appositionem. *Bern.* Mss. *receptacula futurum bellum.* Credo scripsisse Just. et distinxisse, *ne m. h. receptacula futura, in bellum extruant.* Schef.

§ 4 *Non abrupte agendum*] Marcellin. XXVI. 32. 'Aleam omnium periculorum jecit abrupte:' proque eo Liv. XXIII. 20. 'Nihil raptim nec temere agendum:' et S. Lucas in Act. Ap. XIX. 36. *Μηδὲν προπετὲς πράττειν. Gronov.*

§ 6 *In legationem*] Mss. plerique *in legatione*, quod non puto contemnend. Solent enim casus ita permutari, quomodo cap. 13. ad verba 'in Græcia' observavimus. Add. quæ notata nobis ad Fragm. Petronii Tragurianum, et Hyginum. *Schef.*

Agi] Sebisius præfert *agere*, ut referatur ad Themistoclem. *Bern.*

§ 7 *Athenis maturari*] Mss. *Atheniensis.* An scribend. *Athenienses maturare?* nam *Atheniensis* vetus ratio est pro *Athenienseis* vel *Athenienses.* Et potest ortum esse vitium ex eo, quia *Athenis* cum lineola in capite fuit scriptum pro *Atheniensis*, idque oscitans librarius non observavit. *Schef.*

§ 8 *Vinciant*] Sc. ut illos tantum servent in custodia. Virg. VIII. Æ. 652. 'Et fluvium vinclis innaret Cœlia ruptis.' Ubi hæc Serv. 'Vincla pro custodiis accipimus, quia obsides non ligantur.' *Gron.*

§ 9 *Adiit deinde concionem*] Mss. *At id d. in c.* Puto veram lect. *Adit d. in c.* Sed repudiarunt, quoniam *adire in* putarunt male sociari. At vero scire debebant, *adire* compositum significationem simplicis habere, atque ita præp. in eo esse supervacuam. Quomodo et Cic. ad Att. alicubi 'adire in jus' pro, ire in jus, usurpavit. Et occurrunt alia similia ap. alios scriptores. *Schef.*

Permunitas] *Per* in compositione subinde rei perfectionem et consummationem significat. Ita XII. 3. 2. dicit 'perpetrare bellum:' et XXXI. 5. 2. 'perrogare omnes.' *Vorst.*

§ 14 *Ducem*] *Ναύαρχον* constituerunt. Thucyd. I. 22. Diod. XI. 45. Probus, quos lege. *Bongars.* De quo facto et Plut. in Themist. et Parall. Æmilius Probus in Themist. et Pausania. Quod mox sequitur, 'pro ducatu regnum affectasse Pausaniam,' est, honore ducis non contentum regem Græciæ constituere se voluisse. Quod ideo monend. ne quis cum Hispano interp. sequius hæc accipiat. Add. inf. IX. 4. 2. *Bern.*

§ 15 *Quoscunque ad se nuntios*] Libri vett. optimi alii *pontios*, alii *potios;* barbaram vocem, aut Justini ætate usitatam, aut Persicam, quis fortasse suspicetur. Nihil mutare ausus sum, quum vulg. lect. duobus Mss. confirmetur, non tamen antiquissimis. *Bongars.* Freinsh. istinc eruit *conscios:* probabiliter, ut arbitror; imo probe. Sed absque magna causa quicquam immutare religio est. *Berneccer.* Casparus Simonis *ὁ πολύγλωσσος* fere persuasit mihi retinend. quod constanter extat in Mss. notæ opt. *pontios* aut *potios*, esseque vernaculum nostrum Pot, h. e. nuntius. Omnino persuasurus id fuerat, si reperissem etiam inter Persico-Germanica a Lipsio collecta Centur. III. Epist. 44. ad Belgas, et Raphelengii Persico-Belgico-Germanica, ex Pentateucho Persico contracta. Illud quidem certum est, cum teste Auctore nostro XXIV. et XXV. Strabone XII. et Pausania in Phocicis, omnem Asiam Celtæ velut examine quodam impleverint, nec sine illis reges orientis ulla bella gesserint, eo commercio linguas quoque gentis utriusque permixtas fuisse: neque casu accidisse, ut, dum illi Tigrin biberunt, hi Rhenum, Istrum, Albimve, tam multa vocabula tam exacte communia habeant: sed necessario vel a Persis illa Celtas, vel a Celtis Persas, hausisse. Porro 'potios' et 'pontios' promiscue dicitur, ut 'frango,' 'frago,' unde 'naufragus:' 'tango,' 'tago,' unde 'tagax' et 'contagium:' 'pungo,' 'pugo,' unde 'pugio:' 'ranceo,' 'raceo:' 'laurentum,' 'lauretum.' Ita Galli ex 'laterna' faciunt *lanterne*, et contra ex 'mensura,' *mesure:* 'mansio,' *maison.* Hetrusci, 'sponsus,' *sposo.* Hisp. 'sensus,' *seso:* 'ansa,' *asa, &c.* Ceterum de Pausaniæ cum Persis epistolico commercio vid. quoque Thucyd. I. 22. 4. *Idem.* Mss. omnes melioris notæ ignorant *τὸ nuntios*, proque eo habent *potios, pontios, pontion, nuncios pontios.* Unde suspicatur magnus Bong. vocem hic Barbaram, aut Justini ævo usurpatam, aut Persicam, latere. Proinde Gronovius noster legit *portitores: quoscunque ad se portitores misisset.* Monstra illa vocabulorum, ex contracta scribendi ratione, *pōtiōes*, nata possint videri. Vocabulo igitur ævi sui usus fuerit Just. 'Portitores' *γραμματοφόρους* appellabant. Sed hæc viderint eruditi. Caussam nondum video cur vulg. lect. debeat mutari. *Boxhorn.* In omnibus Mss. legebatur *pontios* vel *potios.* F. scriptum fuit *protinus.* Error autem ortus est ex literarum compendio. *Voss.* Mss. omnes optimi habent *potios* vel *pontios*, pro *nuntios*, quod Bong. putat barbaram aut Persicam esse vocem. Ego *Pontios* existimo se rectissime habere, sed de iis, qui ex Ponto sunt, oportere accipi. Fuit nempe Pausanias constitutus in Hellesponto, cum scriberet ad Xerxem, ut ex Thucyd. manifestum. Inde igitur qui mittebantur, erant Pontii, Græcis Πόντιοι, ut ap. Steph. est legere. Nisi putes utrumque jungend. quod in quibusd. reperitur, *nuntios Pontios*, ut sint *nuntii Pontii* nuntii ex Ponto s. Hellesponto missi. *Schef.* Latini tamen malunt *Ponticus* quam *Pontius.* Sic sane P. Mela, Florus, alii. *Græv.*

§ 16 *Belli socius*] Angl. una voce auctius, *b. s. electus*. Schef.

Conatibus, &c.] Gell. v. 10. ‘ Potui huic tuæ tam ancipiti captioni isse obviam.’ Saxo VIII. p. 159. 4. ‘ Nequaquam a se regalibus institutis obviam itum esse.’ Hegesipp. I. 6. ‘ Quis conatibus ejus obviare auderet?’

§ 17 *Ex integro bellum instituit*] *Bellum instituere* quam Latine dicatur, viderint peritiores. Mihi nullum dubium legend. esse *ex i. b. instruit*, quamvis libri renitantur. Sup. II. 10. ‘ Igitur Xerxes bellum a patre cœptum adversus Græciam quinquennium instruxit.’ Est familiaris Justino locutio. *Græv.*

§ 18 *Cimonem*] Cujus vitam vid. ap. Plut. et Probum. De eo et Herod. ext. lib. VI. Val. M. v. 3. *Bongars.* Add. Aristidem Orat. Platonica II. *Bern.*

§ 19 *Patrem*] Vir magnus in var. lectt. Auctori contrarium facit Demosthenem, qui non patris causa, sed ‘ ob affectatam tyrannidem,’ mulctatum Cimonem scribat in Orat. contr. Aristocratem. Utrumque factum credo, sed diversis temporibus. Vid. Val. M. v. 4. 2. Ext. *Idem.*

§ 20 *Xerxem*] Ad Eurymedontem, ὥσπερ ἀθλητὴς δεινὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ δύο καθηρηκὼς ἀγωνίσματα. Plut. in Cimone. Vid. et Thucyd. I. 16. 14. Diod. XI. 61. *Bong.*

LIBER III.

CAP. I. § 1 *Bello in Græciu infeliciter gesto*] Omnes omnino Mss. tam mei quam Bongarsii migrant hic Grammaticos canones, habentque, *in Græciam:* nec hic tantum, sed, quod huc reservavi, etiam proximo superiore libro, quo loco est in edd. ‘ satis multos hostes in Græcia manere dictitans,’ referunt eæd. opt. membranæ *in Græciam manere;* qua figura dicendi cum constet etiam ipsum Cic. usum, quidni eam nos quoque hic admittamus? *Mod.* Bongarsius, ceteræ edd. *in Græcia.* Prætuli quod est in Mss. omnibus et Bongarsii et Modii. Dictum ita vel proprie pro, adversus Græciam: vel per antiptosin, qualis est ap. Suet. Aug. 13. 3. ‘ Sepulturam in volucrum fore potestatem.’ Curt. III. 5. 13. ‘ Darium in Ciliciam fore nuntiatur.’ Ita sæpe Cic. Plaut. alii: quin Auctor ipse supr. II. 13. 6. ‘ Satis multos hostes in Græciam manere dictitans:’ ut volunt Mss. *Berneccer.* Mss. *In Græciam.* Melius tamen et usitatius, quod impressi præ se ferunt, *in Græcia.* Sic XLII. 5. ubi vid. conjecturam meam. *Faber.* Berneccerus maluit *in Græciam;* quoniam in omnibus Mss. quos Bong. et Mod. viderunt, ita fuit. Est autem *in Græciam* vel idem quod, adversus Græciam; vel per antiptosin pro, in Græcia: quomodo dicunt ‘ in potestatem esse’ pro, in potestate esse. *Vorst.* Junt. habet *in Græcia.* Græv.

§ 2 *Quippe Artabanus, &c.*] Legendus Diod. XI. 79. et Ctes. in Persicis Excerpt. c. 29. et seqq. et Probus. Qui hic ‘ Bacabasus,’ illis ‘ Megabyzus,’ dicitur. ‘ Artabanus’ autem Aristoteli v. de Republ. est Ἀρταπάνης. *Bongars.* Ctesiæ ‘ Atrapanus.’ *Bern.*

Robustissimis] Respectu annorum, non virium vel roboris. Inf. XI. 6. ‘ Non juvenes robustos, nec primum florem ætatis, sed veteranos, elegit.’ Suet. Ner. 20. ‘ Quinque amplius millia e plebe robustissimæ juventutis undique elegit.’ Flor. Proœm. ‘ Hæc jam ipsa juventa imperii, et quasi quædam robusta maturitas.’ *Gron.*

§ 3 *De Artaxerxe*] Cui cognomen ‘ Longimano.’ Alius est inf. v. 11. 1. &c. *Bern.*

§ 7 *Paratum esse armatum exercitum jubet*] Mihi magis placet quod antiquiores edd. habent *p. e. ex. armatumque j.* Vorst.

§ 8 *Jubet, &c.*] Saxo IV. p. 66. 27. ‘ Tum Frogerum Frotho arma secum permutare jubet.’

§ 9 *Et cædem patris*] Τὸν φονέα τοῦ πατρός. Diod. Nam illa *et necem fratris* absunt a vett. *Bong.*

Vindicavit] Notand. autem hic verbum ‘ vindicare’ ad duo ista ‘ et cædem patris et se’ diverso plane sensu referri: quomodo etiam inf. XI. 9. 14. ‘ Non mortem, sed dilationem mortis, deprecantur.’ *Bern.*

Et cædem patris et se ab insidiis Artabani vindicavit] Ms. *et c. patris, eneces fratris.* Junt. *Et c. patris, et necem fratris, et se.* Quod cum et in aliis edd. antiquis conspiciatur, non puto esse rejiciend. *Græv.* Antiquiores edd. et inter cett. Junt. ut Græv. testatur, *Et c. p. et necem fratris, et se.* Cujus lect. vestigia et in uno manu exaratorum fuit, quos Bong. vidit. Ceterum verbo ‘ vindicare’ duplex vis et notio subjecta est; quod semel idem est quod ‘ ulcisci,’ deinde idem quod ‘ liberare.’ Cujus rei exemplum supr. I. 9. 12. jam apparuit, et inf. XI. 9. 14. adhuc apparebit. *Vorst.* Ms. *eneces fratris*, non *cædem patris.* Juntæ liber, *et cædem patris et necem fratris.* Illud *cædem et necem* pravum est. Cur enim repetat rem eandem? Itaque Glossatori alterum, non Justino, debetur, qui sententia mea ita scripsit: *Atque ita egregius adolescens et neces patris et fratris, et se ab insidiis Artabani, vindicavit.* Sensus: Vindicavit et se et neces. Quorum neces? patris et fratris. *Schef.*

Angl. *cædem patris et necem fratris, et se.* Ita habent et alii, de quo dixi in Notis. *Idem.*

CAP. II. § 3 *Propriis viribus confidebant*] In Ms. legitur *urbibus* pro *viribus.* Et sane *viribus* hic usurpare voluisse haud videtur, cum præcedat paulo ante ‘ ad vires suas.’ Quid igitur, si pro *urbibus* aut *viribus* legamus *civibus?* Et potest vitium ex eo esse natum, quod pro *civibus* antique *cibibus* esset scriptum in cod. veteri, ex quo postea *urbibus* fecere alii, alii mutarunt in *viribus.* Idem. Nihil mutem. Nam illa ipsa ἀντίθεσις venusta, ‘ Lacedæmonii communia civitatium auxilia ad vires suas trahebant, Athenienses’ vero ‘ suis viribus confidebant,’ satis arguit veram esse, quæ in vulgatis obtinet, lect. *Græv.*

§ 5 *Namque Lycurgus cum fratre suo Polybite*] In Herod. et Paus. Echestratus et Lycurgus fratres produntur. Echestrati fil. Labotas in linea Eurysthenis. Pro *Polybite* igitur legend. videtur *Echestrato*, ac pro *Charilao Labota;* a Plut. tamen etiam variata sunt nomina. Ideoque et nos in medio relinquimus. *Glar.*

Namque Lycurgus] De quo in ejus Vita Plut. et Herod. I. 65. et Strabo lib. X. et Paus. Laconicis. *Bong.*

Polybitæ] Ita Veteres. Græci Πολυδέκτης. At ‘ Charillus,’ quomodo et Heraclides, illis est ‘ Charilaus.’ Herod. I. 65. Λεωβώτης. *Bongars.* Juntæ cum Græcis *Polydectæ*, et pro *Charillo, Charilao*, quos sequor. *Græv.*

Polydectæ] Revocavi lect. quorumd. impressorum, in queis ita legitur; nam illa altera *Polybitæ* plane vitiosa est. *Faber.* Græci vocant *Polydecten.* Estque ita manifeste, uti Græv. testatur, in edd. Junt. Nostri. *Vorst. Polydectæ* et mox *Charilao* probo cum Vorst. *Schef.*

Regnumque sibi vindicare potuisset] An in successione regni nepos ex filio priore filio posteriori sit præferendus, breviter, ac nervose, solide-

que, ut omnia, decidit vir magnus, etsi cum maximis comparetur, H. Grotius de J. B. et P. II. 7. 30. Add. Lipsii Monit. et Exempl. II. 4. 3. et inf. Not. XLI. 5. 10. *Bern.*

Charilao] Alii quidem aliter; sed ita scribend. Vid. Laconica Pausaniæ, et seriem regum Lacedæmoniorum ap. meliores Chronographos. *Faber.*

Charillo] Hunc Græci 'Charilaum' vocant, quomodo rursus non Juntarum tantum, sed et Bech. aliæque Edd. vett. habent. *Vorst.*

§ 6 *Ut intelligerent omnes, quanto plus apud bonos pietatis jura, quam omnes opes valerent*] Lego: *ut int. homines, q. plus piet. j. q. o. o.* Quamobrem id dicam, ii facile videbunt, qui sciunt, quid sit stylus et scriptio. *Faber.*

§ 7 *Convalescit*] H. e. crescit, robur acquirit. Sic inf. III. 4. 1. et XVIII. 4. 1. Liv. I. 14. 6. *Berneccer.* 'Convalescere' pro crescere, robore augeri: quomodo non Noster tantum, sed et alii verbum hoc non raro usurpant. Cic. VII. ad Att. 3. 'His ille [Cæsar] rebus ita convaluit, ut nunc in uno cive resp. ad resistendum imbecilla sit.' Vid. et Liv. I. 14. *Vorst.*

Spartanis leges instituit] De quibus præter citatos, vid. Xen. in Πολιτείᾳ Lacedæmoniorum. Strab. lib. VIII. et X. *Bongars.* Ait Herod. I. 65. Spartanos ante Lycurgum fuisse *κακονομωτάτους σχεδὸν πάντων Ἑλλήνων, ex omnibus Græcis pessime moratos*, ut Valla vertit: rectius, *pessimis legibus usos.* Berneccer. Hæ leges proprio nomine *ῥῆτραι* dictæ, i. e. *pacta:* nam 'lex est communis reip. sponsio,' ut loquitur Papinian. L. I. D. de Leg. et SCt. Hinc Liv. XLV. 28. ait, 'Lacedæmonem, non operum magnificentia, sed disciplina institutisque, memorabilem.' *Gronov.* August. II. Civ. D. 16. 'Quamvis Lycurgus Lacedæmoniis leges ex Apollinis auctoritate se instituisse confinxerit.'

Magis clarior] Contra Grammaticos canonas. Hac præter alias de caussa malæ Latinitatis Auctori dicam scribunt. Scribant igitur et aliis: ut Flor. IV. 2. 72. 'Minus admirabilior.' Plaut. Stich. v. 4. 'Magis dulcius.' Virgil. in Culice v. 78. 'Quis magis optato queat esse beatior ævo?' Quem ad locum Fr. Taubmann. plura id genus exempla Pleonasmi Græcissantis annotavit. *Berneccer.* 'Magis clarior' dicitur per pleonasmum. Sic et inf. XII. 11. 2. 'Magis gratius.' Nec ap. Nostr. tantum, sed et ap. alios talia reperiuntur. Vid. Vechneri Hellenolex. p. 76. *Vorst.*

§ 8 *Nihil lege ulla*] Lævin. ap. Liv. XXVI. 36. 2. 'Si quid injungere inferiori velis, id prius in te ac tuos si ipse juris statueris, facilius omnes obedientes habeas.' Tac. A. III. 28. 'Gn. Pompeius suarum legum auctor idem ac subversor.' *Bern.*

Documenta] Mss. habent *documentum*, quod præfero, quia refertur ad 'nihil' et 'cujus,' quæ sunt singularia. *Schef.*

§ 9 *Principes ad justitiam imperiorum formavit*] Ut nihil injusti ab populo exigerent; nec aliter Flamininus ap. Liv. XXXIV. 18. 'Non cogitavit modo imperavitque quæ in rem essent, sed pleraque per se ipse transegit, nec in quemquam omnium gravius severiusque quam in semet ipsum imperium exercuit.' *Gronov. Formavit* rescripsit Berneccerus auctoritate unius Cod. quem vidit Bongarsius. Alii tam typis expressi quam Mss. Codd. habent *firmavit.* Quam lect. et Freinsh. secutum video in Ind. Nec tamen displicet *τὸ formavit.* Eo enim Auctor et inf. XVIII. 3. 10. utitur pro, informare; siquidem Mstis standum sit. *Vorst. Formavit* est quoque in Junt. *Græv.*

§ 10 *Parcimoniam, &c.*] Vett. omnes *Parcim. omnibus. Item existimans, &c.* quæ lect. quid velit non video. Paterc. I. Lycurgum vocat 'disciplinæ convenientissimæ virum:' malim *continentissimæ.* Bongars. *Parcim. omnibus suasit, exist.* Pro hoc habent omnes libri: *Parcim. omnibus, item exist.* Illud *suasit* in nullis comparet libris. Putaverim emendand. *in parcimonium omnes idem, exist., &c.* repetend. ex proximo, formavit. Populum formavit in obsequia Principum, Principes ad justitiam imperiorum, omnes in idem *parcimonium;* pro parcimonia, ut 'sanctimonium.' Glossis etiam id notatur: 'Parcimonium, *μικρολογία.* Parcimonia, *φειδωλία.*' *Salmas.* Pro *suasit* plerique Mss. habent *item.* Codex Bibliothecæ Leydensis *item suasit.* F. Justini scriptura est, *Parcimoniam omnibus utilem suasit.* Boxhorn. Ita quidem vett. typis expressi. Et Bong. id retinuit. Sed Codd. Mss. omnes, quos id. ille vidit, habent sic: *Parcimoniam omnibus item existimans.* Quod quid sibi velit, non videre se fatetur. Boxhorn. tamen in Ms. Leidensi reperit *Parcimoniam omnibus item suasit;* ut *suasit* diserte sit additum. Et conjicit id. ille legend. esse, *Parcimoniam omnibus utilem suasit.* At ego vocibus modo transpositis malim legere, *Parcimoniam item omnibus suasit.* Vor.

CAP. III. § 2 *Magistratibus*] Alter ex Mss. Fuldens. *magistratus* habet, ut monet in suis etiam Mss. exstare Bongarsius; alter disertim, ut idem f. legend. dixit, *magistratui*, quod recipias, an præ eo cusam lect. probes, manum non verterim. *Mod. Magistratui* legit e Fuldensi Ms. Modius. *Berneccer.* Mss. quidam *magistratus.* Quod in Ms. Fuldensi et manifeste reperit Modius. Et patitur sane Latinitas, ut jam supr. monuimus. Quia tamen mox numero plurali sequitur, 'creandi quos vellet magistratus;' et vox numeri pluralis a Nostro sæpius usurpatur: putem hic quoque ab eod. scriptam eam fuisse. *Vorst.* Hic l. valde obscurus est. Certe, si de omnibus accipias magistratibus, falsum, quod fuerint annui. Sed nec judicia sic proprie ac peculiariter ad magistratus pertinent, ut de iis seorsum mentio hic fieri debuerit. In Mss. plerisque pro *magistratibus* legitur *magistratus*, ex quo Modius et alii fecerunt *magistratui.* Sed hæc quidem emendatio nec necessaria est, nec illustrat obscuritatem loci. Mihi placet illud *magistratus*, sed cum præpositionis *in* adjectione, quam videtur absumsisse litera m, quæ proxime præcedentem claudit vocem. Lego: *regibus potestatem bellorum, in magistratus judicia per annuas successiones, &c.* Intelligo autem per *judicia in magistratus* potestatem eam, quam Græci Ephoreiam vocant. De Ephoris enim agere h. l. solis, neque aliis magistratibus, est certum, vel ex temporis significatione, quo huic muneri dicuntur præfuisse. *Schef.* 'Magistratus' in unitatis numero Latinis non denotare collegium magistratuum, sed unum hominem, magistratum gerentem, supr. docui. Verum viri doctissimi emendationem legentis, *in magistratus judicia per annuas successiones*, probare nullo modo possum. Prætermitteretur enim, quod prætermitti nullo modo debebat, cui *dederit judicia in magistratus;* cum de ceteris dixerit: Regibus dedit potestatem bellorum, senatui dedit custodiam legum, populo dedit sublegendi senatum potestatem, quomodo dicere potuit *in magistratus judicia per annuas successiones*, non addito, cui hæc judicia dederit. Non itaque movenda est codd. plerorumque scriptura: *magistratibus judicia per annuas successiones:* nisi malis cum Juntina, *magistratibus judicia et annuas successiones.* Sed tamen vulgatam lect. huic præfero. Per *magistratus* autem intelliguntur Ephori, qui, etsi non de omnibus negotiis, de potissimis tamen et maximi momenti rebus judicabant. *Græv.*

Per annuas successiones] Hanc lect. e vestigiis vetustorum codd. ernisse se dicit Acidal. ad Vell. II. 130. 8.

Bong. edidit *et annuos successores*, quod non convenit seq. verbo 'permisit:' cum successores, ut frænum immodicæ potentiæ, soleant imponi. Vid. Sall. Cat. 6. 10. Liv. III. 39. 9. et IV. 5. 8. et XXXIII. 32. 6. *Berneccer.* Legend. *annuos successores:* male enim ista mutavit ex Acidal. ad Vell. Bernecc. Vult Auctor magistratus tales fuisse, quibus annuos successores crearent: eoque sensu 'annui magistratus' dicuntur Liv. III. 39. *Gron.*

§ 4 *Convivari omnes publice jussit*] Unus ex Mss. nostris mordicus retinet, *Convivarent o. p. j.* unde fecero, si mei arbitrii res sit, *Conviverent o. p. j.* ut dixit Plaut. Amph. 'Misisti ad navem Sosiam, ut hodie tecum conviveret.' Porro quod subjungit, 'ne cujus divitiæ vel luxuria in occulto essent:' ead. de causa et vett. severioresque illi Romani non tantum in atriis cœnabant apertis januis, sed etiam in illis opes omnes suas positas habebant, ut tradit egregie non vulgo vulgatus, sed membranaceus, meus Servius ad illud Virgil. Æn. I. 'Vocemque per ampla volutant Atria,' his verbis: 'Tangit,' inquit, 'morem Romanum. Nam, ut ait Cato, et in atrio et duobus ferculis epulabantur antiqui; unde ait Juvenalis: 'Quis fercula septem Secreto cœnavit avus?' ibique etiam pecuniam habebant, unde qui honoratiores erant liminum custodes adhibebantur, ut 'Qui Dardanio Anchisæ Armiger ante fuit, fidusque ad limina custos;' et culina erat. Unde et atrium dictum, quia atrum fumo erat. Alii dicunt Atria Etruriæ civitatem fuisse, quæ domos amplas vestibulis habebat, quæ, cum Romani imitarentur, atria appellaverunt. Alii atria magna et sedes capacissimas tradunt, unde Atria Licinia, et Atrium libertatis.' Hactenus qui penes me est manu exaratus Servius, ubi legend. putem, *qui servi honoratiores erant, liminum custodes adhibebantur:* addo etiam de meo, hos ab ilsd. 'atriis' 'atrienses' dictos, ut vel ex solo pluribus locis Plauto probari potest, quæ ideo non adscribo, quia jam nunc hic nominis mei oblitus videri possim. *Mod.*

Ne cujus divitiæ vel luxuria] Id. spectantes 'Romani veteres imperarunt, ut patentibus januis pransitaretur et cœnitaretur: ut sic, oculis civium testibus factis, luxuriæ modus fieret:' Macrob. Saturnal. II. 13. pr. Vid. Val. M. II. 5. 5. Contr. Sen. Ep. 43. f. 'Vix quemquam invenies, qui possit aperto ostio vivere.' *Bern.*

§ 5 *Una veste*] 'Unam vestem' simplicem interpretatur Schef. ad Ælian. VII. V. H. 13.

Verteretur] Nobiliss. Sebisio subscribo, rescribenti *verteret*, absolute, ut Tac. et optimi quique sæpe. Sic inf. XXXVI. 2. 16. *Berneccer.* Sebisius conjecit legend. esse *verteret*, ut inf. XXXVI. 2. 16. 'convertit,' et similiter ab aliis scriptum reperitur. Verum nihil opus illo. Non, quia interdum sic loquuntur Auctores, idem perpetuum est putandum. Quoties dicunt 'vertit,' aut 'convertit,' pro, vertitur, aut convertitur, subaudiend. omnino, se. Certe Sosipater illud Virgilii 'Genibusque volutans Hærebat' explicat sic, volutans se. se. At pro verbo activo et pronomine reciproco Latini sæpissime passivum usurpant: ut 'lavari' pro, lavare se; 'exerceri' pro, exercere se; 'parari' pro, parare se. Quidni ergo et hic *verteretur* pro, verteret se, scriptum putaremus? *Vor.*

§ 6 *Sed in opere et in laboribus*] Angl. *sed inopia*, quod non contemnend. Nam luxuriæ rectius opponitur inopia, quam labor, et inopia, socia vitæ rusticæ. Vellem autem scribi *sed in inopia.* Schef. Angl. libri hic non sunt anteferendi vulgatis. *Opus* est labor rusticus, ut sæpissime: quamvis sine pulmento viverent, non tamen in inopia vivebant. Primos, inquit, annos non in luxuria, ut Romæ pueri in forum ducti, prætextam deponebant, et puram induebant togam, sed in agris, in opere rustico, et laboribus perpetuis transigebant. *Græv.*

§ 7 *Et vitam sine pulmento degere*] Plin. lib. XVIII. cap. 8. 'Pulte autem, non pane, vixisse longo tempore Romanos manifestum, quoniam inde et pulmentaria hodieque dicuntur.' Hæc ille. 'Puls' cibus ex farina factus; a 'pulte' 'pulmentum,' i. e. obsonium. Cic. I. v. Tusc. 'Cubile terra, pulmentum fames, erat Anacharsi philosopho.' Horatius II. Sat. 2. *pulmentaria* pro quovis suavi cibo posuisse videtur, cum inquit: 'Tu pulmentaria quære sudando.' Quomodo et h. l. Justinus 'pulmento' usus apparet. *Glarean.* Gualterus 'agere.'

Sine pulmento] Quod genus est ex delicatissimis obsoniis. Hæc vox non a 'pulte,' sed a 'pulpa,' deducenda est, ut sic 'pulmentum' sit quasi, pulpamentum. Plaut. Rud. IV. 2. 32. 'Sed hic rex cum aceto pransurus est et sale, sine bono pulmento.' *Pulpamentum* occurrit ap. Terent. Eunuch. III. 1. 'Lepus tute es, et pulpamentum quæris:' de eo, qui in alio quærit, quod ipse habet: lepores enim lumbis et clunibus suis pulpamentum de se præbent. Sic Plaut. Stich. v. 4. 31. 'Nimis vellem aliquid pulpamenti.' Glossæ Gr. Lat. 'Σάρκωμα, pulpamentum.' Hinc etiam 'pulpamen' in Epit. Liv. XLVIII. *Gron.*

§ 8 *Sine dote*] Refert etiam Ælianus VI. H. V. 6. At Aristot. II. Polit. 9. Spartanos reprehendit, quod magnas dotes dent. Nimirum quia jam tum a legibus institutisque Lycurgi sui desciverant, ut iis exprobrat Plutarchus in Lysandro, Cleomene, et Agide. *Berneccer.* Saresb. 'Statuit virginem sine dote nubere.'

Matrimonia sua] H. e. uxores suas. Sic inf. III. 5. 6. et XIV. 3. 7. et XVIII. 5. 5. et Impp. in Codice sæpius. Ita 'clientelæ' pro clientibus, 'servitia' pro servis, et id genus infinita. *Bern.*

Dotis frænis] Titinnius: 'Viri enim, [ita legend. arbitror,] dotibus deliniti, ultro etiam uxoribus ancillantur.' Plaut. passim. *Bongars.* Vid. Sen. Controv. I. 6. *Bern.*

§ 9 *Sed pro gradu ætatis*] Recte illud 'pro gr. æt.' Nam, quod a fœdissimo Satyrographo scriptum est, verum fuit Lacedæmone. Ibi enim qui vel uno anno vel mense etiam major esset, illi honos et prohedria ab altero deferebatur. *Fab.*

Nec sane usquam, &c.] Romanis tamen mire habitam in honore ætatem seram, discimus vel ex Ov. v. F. 58. 'Magna fuit quondam capitis reverentia cani: Inque suo pretio,' &c. Et Juv. XIII. 53. 'Credebant hoc grande nefas et morte piandum, Si juvenis vetulo non assurrexerat,' &c. Et plura hisdem tribuit Agellius II. 15. Verum illis de aureo sæculo sermo, et innuunt, ævo suo virtutem eam minus cultam; sicut et isto nostro, contra præceptum divinum Levit. XIX. 32. *Berneccer.* Pro 'terrarum' habet 'terræ' Saresb. et in § 11. 'antequam' pro 'priusquam.'

§ 10 *Auctorem eorum Apoll. Delph. fingit*] Val. M. I. 2. Sed Plut. Lycurgo, et Strabo lib. X. hæc non ficta, sed acta, referunt: et Herod. I. 65. recitat versus Pythiæ ad Lycurgum sciscitandi oraculi ergo adventantem. Etsi idem adserat cum Paus. in Lacon. quod nonnulli harum legum non Lycurgum, sed Minoëm, auctorem, atque a Cretensibus eas ad Spartanos per Lycurgum translatas existiment. *Bern.*

§ 11 *Ut æternitatem legibus suis daret*] Steterunt autem illæ per annos fere 800. ut ex Livii locis aliquot discere est; XXXVIII. 34. 9. *Mod.* Quingentos tantum refert Plut. Lycurgo cap. 56. pr. *Bern.*

§ 12 *Proficiscitur autem Cretam*] In

Samo vita excessisse Lycurgum, auctor est Heraclides. *Λυκοῦργος ἐν Σάμῳ ἐτελεύτησε, καὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, παρὰ τῶν ἀπογόνων τοῦ Κρεωφύλου λαβὼν, πρῶτος διεκόμισεν εἰς Πελοπόννησον.* Scio quidem auctores dissentire de loco mortis et sepulturæ Lycurgi: in Samo tamen obiisse nemo dixit. Quin et seqq. reclamant, ubi dicitur, libros Homeri a posteritate Creophyli (male ap. Plut. in Lycurg. legitur Κλεοφύλου) acceptos, primus in Peloponnesum deportasse. Omnino itaque scrib. *ἐν Σάμῳ ἐγένετο*, ut est in Ms. Sami enim aliquamdiu egit. Vid. Plut. *Voss.* Nicol. Damasc. in Excerpt. Porphyrog. p. 448. de Lycurgo ait: *Καταβὰς δὲ εἰς Κρίσαν* (Κρίσσαν Suid. v. *Λυκούργῳ τῷ νομοθ.*) *ἑαυτὸν διεργάζεται.* Plut. Vit. Lycurg. f. *Τελευτῆσαι δὲ τὸν Λυκοῦργον οἱ μὲν ἐν Κίρρᾳ λέγουσιν. Ἀπολλόθεμις δὲ εἰς Ἦλιν κομισθέντα. Τίμαιος δὲ καὶ Ἀριστόξενος ἐν Κρήτῃ καταβιώσαντα, καὶ τάφον Ἀριστόξενος αὐτοῦ δείκνυσθαί φησιν ὑπὸ Κρητῶν τῆς Περγαμίας περὶ τὴν ξενικὴν ὁδόν.*

Ibique perpetuum, &c.] De loco mortis ac sepulturæ dissensum auctorum ostendit Plut. Lycurgo ext. *Bern.*

Abjicique, &c.] Gualterus: 'Moriensque projici ossa sua in mare jussit.'

Cap. IV. § 1 *Cum Messeniis propter stupratas*] Strab. lib. VI. et VIII. Paus. lib. III. et IV. Oros. I. 21. habet 'propter spretas virgines:' vitiose. Strab. enim *ὑπὲρ φθορᾶς τῶν παρθένων.* De hoc bello varie Serv. P. Danielis in III. Æneid. *Bongars.* Add. Lactant. I. 20. qui nonnihil variat. *Bern.*

Messeniam] Error est. Legi debet *Messenam*, vel *Messenen*. Nam Messenia est ager seu territorium Messeniorum, at Messena, s. Messana, s. etiam Messene, est urbs ipsa territorii princeps, aut, si ita velis, metropolis. In Mss. est *Messenum*, quod, quanquam corruptum, veteris tamen scripturæ vestigia retinet. *Faber.* Plin. IV. N. H. 5. 'Ibi regio Messenia duodeviginti montium, amnis Pamisus. Intus autem ipsa Messene.' Add. Melam II. 3. et Steph. de Urb. *Schef.*

§ 3 *In obsidione*] Ms. *in obsidionem*: nec displicet. Vid. quæ notavi supr. II. 13. *Id.*

§ 4 *Mulierum fecunditate suppleri*] Sen. Hippol. 469. 'Excidat agedum rebus humanis Venus, Quæ supplet ac restituit humanum genus.' *Gron.*

Sibi et belli damna assidua] Ms. unus longe optimus *insidua*: quod nisi a mala manu est, quid sibi velit, demiror equidem: maxime cum in uno etiam suo Cod. vet. repererit Bong. *s. et b. indamna assidua, &c.* Porro de Partheniis vid. Serv. ad illud ex Virg. Æ. III. 'Hinc sinus Herculei (si vera est fama) Tarenti Cernitur.' *Modius.* Mss. plerique habent *bellis.* F. scripsit Noster *et ex bellis damna assidua*, et per *bella* intellexit, prælia: ut fecit locis aliis. *Schef.*

§ 7 *Partheniæ*] Ita Vett. et Græci, non *Parthenii*, ut vulgo. Vid. præter cett. Eustathium in Dionys. *Bongars.* Add. Serv. in Virgil. III. Æ. ubi tamen inepte 'Partheniatas' hos dictos ait. 'Ο *παρθενίας* plane respondet nostrati, ein Jungfrawkind. 'Η *παρθένος, virgo.* 'Spurios' hos appellat Auctor XX. 1. 15. Scalig. in Euseb. p. 73. f. 1. *Bernec.* Pro *Partheniæ* vulgo legitur *Parthenii*; quæ lect. jure damnari non potest; nam puer e puella natus, qui patrem appellare non possit. Homero Parthenios dicitur, alias Parthenias; quare utrumque probum est (locus Homeri Il. XVI. 18. legitur). Sed nunc aliud dicam, quod ad Just. ipsum, fateor, non pertinet quidem, sed ad Virgil. imo ad Interpp. Virgilii, et qui Vitam ipsius nobis reliquere. Sic scribit Sebastian. Corradus, ubi de Virgilii nomine agit: 'Nos Antonio Thylesio præceptori nostro potius assentimur; qui putabat a virginali modestia et verecundia Virgilium

dictum fuisse. Hanc ejus sententiam eo libentius sequor, quod poëta (ut Ausonius Vitæ scriptor et Servius affirmant) ex moribus etiam Græce cognomen accepit; nam Parthenias est appellatus. Hinc in libris Mss. pene omnibus illa est inscriptio, *Publii Partheniatis Virgilii Maronis Liber.*' Hæc Corradus; qui utinam nihil tale scripsisset, nam ipsum semper feci maximi, vel ob solam Ciceronis Vitam, quæ ab ipso conscripta est, et quæ mihi ob judicium et exquisitam quandam hominis diligentiam tantopere placet. Sed in iis, quæ ipse accepta ab aliis sua comprobavit assensione, bis profecto peccat. Primum, quia non viderit Parthenian ap. Græcos nil esse aliud, si proprie loqui velis, quam spurium, s. filium puellæ, quæ virgo putaretur, cum non esset tamen; quo in genere vel Mercurius ipse pater ingeniorum decipi possit. Itaque nomen est probrosum Parthenias, quod Virgilius, si viveret, haud sane libenter acciperet. Alterum est, quod putaret Corradus 'Parthenias' posse formare *Parthenias* in casu patrio, quæ res nescio qua possit ratione excusari; nam 'Parthenias' itid. inflectitur ac 'Lycias' et 'Æneas.' Sed unde igitur Virgilius dictus est 'Parthenias,' et a quibus orta illa appellatio? Uno responso rem confecero. Grammaticastri, qui se doctos perhiberi studebant, illi non poterant nescire Virgilium libenter victitasse ad Neapolin, quam ipsemet Parthenopen vocat, in fine Georgicon: 'Illo Virgilium me tempore dulcis alebat Parthenope, studiis florentem ignobilis oti.' Inde Virgilium, ut se bellos homines facerent, et Græce scire viderentur, 'Parthenian' vocavere; sed, quod ipsi honoris causa faciebant, id probri et ignominiæ metu poterant non dixisse; neque enim multum ad honorem Virgilii videtur pertinuisse, ut spurius et meretriculæ proles diceretur, i. e. ut interpretor, Parthenias. *Faber.* Inf. vocantur 'spurii,' quales revera et erant. *Vorst.*

§ 8 *Qui cum ad annos triginta pervenissent*] Suspectus hic mihi numerus videtur. Ego *viginti* legend. puto. Nam juvenes post 10. obsidionis annum Spartam missi fuerant, et Messeniam 19. tandem anno expugnatam scribit ex Ephoro Strabo lib. VI. ubi de Tarento. *Glar.*

Nulli enim pater] *Ἀπάτορες*, et spurii filii. Inf. lib. XX. *Bong.*

Palantum] Græci *Φάλαντον*, et Horat. II. Od. 6. Eustathio *Φίλανθος.* De Tarentinorum origine vid. etiam Pausaniam in Phocicis. *Idem.* Junt. *Phalantum.* Ut Græci, quibus 'Phalantus.' Et statim iid. cum omnibus Mss. 'Arati' pro *Araci.* Græv. Aliis 'Palantus,' aliis 'Phalantus,' dicitur. In Ms. *Phalanctus*, vitiose quidem, sed propius ad veram lect. Nam omnino scribend. est *Phalanthus* per octavam Græcorum literam Θ, ut et plus uno loco ap. Pausaniam, auctorem in hoc genere, cui tuto credi possit. At, qui ab aliis 'Aracus' dicitur, is ab aliis 'Aratus.' Illud prius magis placet. *Faber.* Quoniam Græci *Φάλαντος* scribunt, et Junt. ed. ut Græv. testatur, manifeste ita habet, ita omnino et rescribend. putavimus. Deinde quia Mss. omnes, ut Bong. testatur, habent *Arati*, nec aliter vetus ed. Junt. illud item hic resumpsimus. *Vorst. Phalantum* recte Vorst. ex Junt. Grævio suasore; item *Arati.* Schef.

§ 11 *Sedes ibi constituunt*] Angl. *s. sibi c.* Probo. *Schef.*

§ 12 *Proturbatus*] Antiquiores edd. *perturbatus.* Et dicunt sane 'perturbare' pro, proturbare. Val. M. I. 8. Ext. 8. 'Inventurum equum, sed ut eo perturbatus periret.' Cæs. VII. B. G. 'De vallo perturbare.' Auctor ad Herenn. IV. 'Præcipitem perturbare ex ea civitate.' Vid. et Gifanii Obs. L. L. *Vorst.*

§ 13 *Hic*] Rectius Ms. Bong. *His.* Gron.

§ 16 *Promiserat*] Angl. una voce auctius *prom. Deus.* Sed glossatoris est; præcedit proxime de oraculo, quo verbum hoc referend. *Schef.*

§ 17 *Fundata*] Liv. III. 60. 'Rebus urbanis compositis, fundatoque plebis statu.' *Gron.*

Cap. V. § 2 *Deinde cum per annos octoginta gravia servitutis verbera*] Ita h. l. distinguendus est: *D. c. p. a.* LXXX. *g. servitutis, verbera plerumq. et vincula, cæteraque captivitatis mala, perp. essent, &c.* Voss. Id quod nobis quoque fit verisimile. Inf. XI. 3. 7. similiter fere, 'Gravissima quæque supplicia miserrimæ captivitatis.' *Vorst.* Paus. in Messeniacis Messenicum bellum secundum anno XXXIX. post primum fuisse motum tradit. Sed a Just. stat Euseb. in Chronicis: quod confirmat Tyrtæi ætas, ut observat magnus Valesius ad Excerpta Diodori. Ipse enim Tyrtæus cecinit se tertia γενεᾷ s. ætate post primum bellum ab Atheniensibus missum esse ad Lacedæmonios: γενεὰ vero erat 30. annorum, ut tres γενεαὶ sint 90. anni. *Græv.*

Plerumque] Sebisius, nec male, *plerique.* Bern.

Captivitatis] Ita Ms. et quæd. Edd. et ipse rursus Auctor inf. XI. 3. 7. Bong. edidit *captæ civitatis.* Id.

Pœnarum] Hæ sunt calamitates, quas victi a victoribus patiuntur, eaque notione hanc vocem usurpat Sen. Hippol. 439. 'Me cura solicitat tui, Quod te ipse pœnis gravibus infestus domas.' *Gron.*

§ 3 *Conspiratius ad arma concurrunt*] Ms. Leyd. *concinitius.* Viderint eruditi an non ab Auctoris manu sit *concitatius.* Certe hoc placet præ illo *conspiratius.* Boxhorn. Boxh. legend. censet *concitatius:* Sebisius autem *confirmatius.* Nobis nihil mutand. videtur. *Vorst.*

Quo adversus, &c.] Val. Acidal. ad Vell. II. 130. 8. emendat, *quod adv.* nisi forsan hic altera vox deest, quæ ex opposito respondeat τῷ *conspiratius.* Bernec. Pro *quo* cum Acidal. legend. puto *quod.* Placet item quod in uno Ms. reperit Bong. *dimicandum videbatur.* Est autem 'dimicaturi videbantur,' et 'dimicandum videbatur,' pro, dimicaturi erant, et dimicandum erat. 'Videri' pro, esse, non rarum, ut Græcorum δοκεῖν pro εἶναι. *Vorst.* Recte vidit Acidal. et Vorst. scribend. esse, *quod adversus servos:* et sic Junt. Legitur in ead. ed. paullo ante *tanto conspirantius* pro *conspiratius:* male. *Græv.*

§ 4 *Oraculo Delphis*] Præter Strab. VIII. leg. Paus. IV. *Bong.*

§ 5 *Claudum pede*] Mss. plerique habent *claudo,* quod fortasse rejici non debuit. Horat. III. Od. 2. 'Raro antecedentem scelestum Deseruit pede pœna claudo.' *Schef.*

§ 6 *Fusos*] Sic omnino ex Ms. rescribend. Jam enim, antequam Tyrtæus adveniret, fugati erant. *Gron.*

Servos suos manumitterent] Ap. Thucyd. tamen V. 7. 12. Spartani servis demum e bello reversis libertatem donarunt. Quod et Romani fecere. Liv. XXIV. 16. 8. *Bern.*

§ 7 *Dignitati succederent*] Eod. modo 'succedere caritati' dixit Liv. XXIV. 5. Hos vero servos, quibus illa pollicebantur, ἐπευδάκτους vocarunt, quod lectis dominorum successerant, teste Athenæo VI. 20. Deipn. p. 271. *Gron.*

§ 8 *Majora detrimenta civitati infligerent*] *Infligerent* scripsit Bernecc. auctoritate unius Cod. Ms. quem vidit Bong. Alii omnes *infunderent:* quod idem in antiquioribus quoque typis expressis est. Ego non dubito quin Auctor scripserit *injungerent. Detrimenta injungere* cum minus notum esset librariis, scripserunt pro eo *infunderent:* quomodo et inf. XLII. 5. 10. pro *injunxit* scripserunt *incussit.* Brutus in Ep. ad Cic. 'Ne quid detrimenti reip. injungant.' Cujus generis multa et in Livio aliisque reperiuntur. *Vorst.* Mss. omnes fere habent *infunderent.* Idem servant edd. vett. Ex quo Vorst. se non dubitare ait, quin Auctor scripserit *injungerent,* cum et Cic. sic loquatur, s. Brutus ad Cic. XI. Ep. 13. Ego vero illud *infunderent* non repudiem vel propter ipsum illum librorum consensum, cum præsertim Cic. *infundere vitia in civitatem* dixerit ratione haud dissimili. Verba extant de LL. III. 'Non solum vitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in civitatem.' Nec abit multum *infundere agmen urbi,* quod est ap. Flor. III. 21. ubi de Sylla: 'Collinaque porta geminum agmen urbi infudit.' *Scheff.* Junt. stat pro vulgato *infligerent. Infundere detrimentum civitati* nemo dixerit. Verissimam duco et ingeniosiss. emendationem Vorstii. Ignotior significatio vocis *injungere* h. l. interpolatrices manus admovit. *Græv.*

§ 9 *Tyrtæus, qui, &c.*] Horat. in Arte: 'Tyrtæusque mares animos in martia bella Versibus exacuit.' Huj. partim meminere, partim versuum fragmenta proferunt, Plato non semel Libris de LL. Paus. Messenicis: Strab. VI. Plut. in Lycurgo: Quintil. X. 1. Polyæn. Strateg. I. Stob. in Eclogis: Lycurg. rhetor Orat. contra Leocratem: Max. Tyr. Diss. XXI. Suid. Laconem eum aut Milesium fuisse scribit: Noster Atheniensem, beneficio forte, non origine. Nam et postea Lacedæmone quoque factum civem Plato tradit. Corrigendus h. l. Sex. Ampelius: '*Tertiusque* Messenio bello, ex oraculo Apollinis, dux ab Atheniensibus per ludibrium missus, *pœnateas vota* militum animos concitavit, ut tam diuturnum prælium victoria consummarent:' lege *Tyrtæusque,* et mox *poëmate noto,* aut tale quid, at certe *poëmate.* Bern.

Pro concione] Sic et Cic. dictum 'pro rostris,' quod aliis 'in rostris.' Eidem III. Fam. 8. 'pro tribunali agere.' *Gron.*

§ 10 *Tesseras insculptis suis et patrum nominibus*] Fuerunt tabellæ ligneæ; quas Polyæn. I. 17. ead. de re agens σκυταλίδας vocat. Hesych. in Χαλκοῦν, sed de alio agens: Πινάκιον πόϊνον ἐπιγεγραμμένον τὸ ὄνομα τοῦ αὐτοῦ καὶ πατρός. Nomina patrum simul insculpere necesse habuerunt, quia cognominibus carebant; neque aliter agnosci potuissent. *Vorst.*

Cap. VI. § 1 *Tertium quoque bellum*] De quo præter cett. ad III. 4. 1. jam citatos, Diod. XI. 64. et XV. 66. *Bong.*

§ 3 *Eosdem*] In Ms. legitur *eodem,* quod videtur vulgato præferend., quia dicitur majori emphasi et convenientiori memorandis. Quasi diceret: Ab eo ipso bello, ad quod paulo ante evocaverant. Id quod auget injuriam, quia poterant non evocasse. At languet illud, si *eosdem* legas. *Schef.*

§ 4 *Athenienses*] Inter quos erat Cimon Miltiadis fil. Paus. in Messen. et Thucyd. I. *Id.*

A Delo] Id enim commune Græciæ ærarium esse voluerunt. Probus in Aristide. Thucyd. I. 16. 3. *Bongars.* Solitos autem vett. in fanis publicas privatasque pecunias suas deponere patet etiam ex Cic. II. de LL. 16. et Plaut. Bacchid. II. 3. 72. et 78. Vid. Brodæi Misc. IV. 17. et Nep. in Hannib. *Bern.*

§ 5 *Peloponnenses*] Bellum Peloponnesiacum 8. libris a Thucyd. comprehensum: de quo et Plut. in Pericle, et Diod. XII. *Bong.*

Bellum, &c.] Similiter Gell. VII. 3. p. 378. 'Bellumque eo illis faciendum censerent:' p. 384. 'Quod bellum populo Rom. facere voluissent:' XVII. 21. p. 796. 'Bellum populo Rom. facturus.' Macrob. I. Sat. 2. init. 'Quas [copias] bellum populo Rom. facturas comparaverat.' Saxo XIV. p. 280. 48. 'Bellum Sclavis facturus.'

§ 6 *Parvæ tunc*] Hunc l. male ac-

cepit Oros. lib. I. fin. 'Athenienses autem,' inquit, 'missa in Ægyptum parva classe.' Auctor noster non 'parvam classem,' sed 'parvas vires,' dicit Atheniensibus fuisse, missa classe 200. navium in Ægyptum. Thucyd. I. 18. 16. *Bongars.* In auxilium Ægyptiorum, qui mortuo Xerxe a Persis defecerant, regemque sibi Inarum constituerant, ingentem classem Athenienses tunc miserant, ut ex Diod. XI. 71. apparet. *Vorst.* In Mss. plerisque pro *erant* legitur *addiderant.* Vix est dubium mihi, quin divisim scripserit Just. *vires Atheniensium ad id erunt*, et intellexerit de bello. Vires erant parvæ ad id bellum sustinendum. Optime. *Schef.*

§ 7 *Classis*] Sebisius, *classe.* Bern.

§ 10 *Cum Thebanis paciscuntur, ut Bœotiorum imperium, &c.*] Sebisius hunc l. ita censet restituend. *ut B. i. hi restituerent, quod temporibus Persici belli amiserant: illi Atheniensium, &c.* Bernec. I. e. paciscuntur atque promittunt, imperium in Bœotios se Thebanis restituturos. Atque ita emendatione Sebisii, quam Bernecc. refert, nihil est opus. Sic inf. v. 3. 3. 'Sperans ut dux belli ab omnibus legeretur,' pro, se ducem belli lectum iri. Et IX. 2. 12. 'Pollicetur ut ponatur,' pro, positum iri. Et XI. 3. 11. 'Obstrinxerant se jurejurando, ut Thebas diruerent,' pro, se Thebas dirutoros. Et XXI. 3. 2. 'Voverant, ut virgines suas prostituerent,' pro, se prostituturos. *Vorst.*

§ 12 *Periclem &c. et Sophoclem*] Meminit Cic. Off. I. 40. qui 'Prætores' vocat στρατηγούς. *Bong.*

CAP. VII. § 1 *In annos triginta*] Paus. Eliacis prioribus. Vid. et supr. notas. *Bongars.* Thucyd. I. 19. 5. et II. 1. 2. *Bern.*

§ 2 *Itaque quinto decimo anno*] Mira hic scriptorum codd. varietas. Aliqui *extra duodecim annos*, alii, quos secuti sunt impressi quidam, *intra* vel *inter quindecim annos.* Caussa sine dubio, quia numerus signatus fuit litteris, nec expressus integris vocabulis. Hinc alii *anno*, alii *annos*, fecere, prout eas litteras numerales explicabant. Ego suspicor scripsisse Just. *Itaque intra quintum decimum annum rupto fœdere.* Eleganter, quasi diceret: Non passi sunt 15. annos, et sic tempus dimidium induciarum, præterire. *Scheff.* Hanc emendationem valde probo et laudo, a qua non longe abit Junt. in qua scribitur: *Itaque intra* XV. *annos.* Gr.

§ 4 *Consilio Periclis*] Ms. et hic et paulo post *Pericli*, ut superius 'Candauli;' ap. Nep. 'Neocli;' et infinita talia, quæ pridem docti viri collegerunt. *Græv.* Unus Cod. Ms. quem Bong. vidit, et hic et paulo post habet *Pericli.* Quod geminum esset ei quod supr. I. 7. legitur 'Fortunæ Candauli,' 'Cædes Candauli.' *Vorst.*

Ducis] Sebis. *ducti.* Ego prorsus expungerem ut irreptitiam glossam. Freinshemio lect. placet vulg. *Bern.*

Supervacuam pugnam existimantes] In Ms. legitur *æstimantes* pro *existimantes*, quod f. non debebat contemni, quoniam h. sensu verbo *æstimare* utuntur optimi etiam et Latinissimi scriptores. Phædr. noster III. 8. 'Ridicule magis hoc dictum quam vere æstimo.' Quo l. vid. quæ a me prolixius annotata sunt de h. verbo: vid. inf. X. 2. *Schef.*

5 *Totam Spartam*] Urbem ipsam? Vix credi queat. Opt. si quid video, Sebis. emendat, *oram Spartanam:* nec aliud habet Thucyd. II. 7. 1. Simili strategemate Nero Cos. Annibalem, et Agathocles Pœnos Syracusas obsidentes, elusit. Liv. XXVII. 45. et XXVIII. 43. 16. Noster XXII. 4. &c. *Bernec. Sparta* hic intelligenda est regio Spartam circumjacens, ut XII. 2. 'Troja,' pro agro Trojano. Hæc ratio loquendi etiam elegantissimis placuit, inter quos Homer. Il. II. 711. ipso Eustathio indice: Φεραὶ πόλις Πελοποννησίων, ἔτι δὲ καὶ χώρα. Et VIII. p. 358. Ἐκαλεῖτο καὶ ἡ χώρα Μεσσήνη. *Gron.* Memini me alicubi legere 'Lacedæmonem' pro territorio, s. agro Laconico, *Spartam* autem non memini. Itaque, qui cum sensu et judicio legunt, hoc notare poterunt. Certum enim est Spartam a Justino hic pro Laconia usurpatam esse. *Fab.*

§ 6 *Pluris fuerit ultio quam injuria*] 'Pluris esse' pro, plus efficere, plus præstare. Nep. XV. 10. 4. 'Unum hominem pluris quam civitatem fuisse.' Plaut. Truc. II. 6. 8. 'Pluris est oculatus testis unus quam auriti decem.' *Vorst.*

§ 8 *Hujus agros, &c.*] Idem Fabio Max. cum Annibal ad urbem esset, accidit. Plut. in Fabio; et Civili, Tac. V. H. 23. qui 'notam artem ducum' vocat. *Bong.* Add. et Liv. II. 39. et XXII. 23. Polyæn. II. et IV. Frontin. I. Strat. 8. Thucyd. II. 4. 1. Leonis Tactica cap. 20. 22. *Bernec.*

Sperantes acquirere se illi posse] Non ideo agros Periclis intactos reliquisse Archidamum, ut eum suspectum redderet Atheniensibus, sed quoniam ei amicissimus erat, inquit Polyæn. *Voss.*

§ 11 *Navali prælio*] Ad Naupactum, duce Phormione. Thucyd. II. 16. 1. *Bong.*

§ 13 *In annos quinquaginta*] Thucyd. V. 4. 4. *Idem.* Contaren. Var. p. 59. pr. *Bern.* Suid. Νικίας Ἀθηναῖος (Ms. Leid. Ἀθηναίων) στρατηγός· Οὗτος Κύθηρα τὴν νῆσον εἶλε, καὶ περὶ τῆς Σπάρτης εἰς φόβον κατέστησε Λακεδαιμονίους, ὡς καὶ φρουρὰν αὐτοὺς ἐν τῇ πόλει καταστῆσαι· εἰρήνην δὲ ὀκτὼ (Ms. Leid. πεντήκοντα) ἔτη ταῖς πόλεσιν ἐπρυτάνευσεν.

Sex annis] Et præterea 10. mensibus, teste Thucyd. II. 5. 15. *Bern.*

§ 14 *Inducias, &c.*] An jure hoc, vid. Alb. Gentilem de Jure Belli lib. III. fin. cap. 18. *Idem.* Male 'condicere inducias' damnat C. Sciopp. Vid. Gronov. I. Obs. 1. ubi erudite defendit Justinum. *Græv.*

§ 15 *Si ferentes*] Mss. mei plerique *si ferrent*, de quo sane non multum pugnaverim. *Mod.*

Quam si aperto] Angl. *q. si ipsi aperto.* Placet, quia elegans est oppositio inter *socios* et *ipsi*, ut plane vocula omitti non posse videatur. *Schef.*

LIBER IV.

CAP. I. § 1 *Siciliam ferunt*] Vid. Thucyd. VI. 1. Melam II. 7. Plin. III. N. H. 8. Diod. V. pr. quem νησιωτικὴν βίβλον vocat. Strab. VI. Solin. cap. 11. Virgil. III. Æn. 418. Eustath. in Dionys. Lucretium I. Claud. I. de Raptu. De incolis Siciliæ vid. Paus. in Eliacis. *Bongars.* Munster. Cosmogr. I. 3. Scalig. Exerc. 37. 2. *Bern.*

Direptam velut a corpore] S. mavis *diremptamque.* Virg. Æn. III. 417. 'Hæc loca vi quondam et vasta convulsa ruina Dissiluisse ferunt,' &c. Vid. Plin. II. 89. Diod. IV. 87. *Bernec.* Quidam Codd. *diremtamque* præferunt, quod probo. Nec aliter Liv. XXIV. 9. 'Hispania angusto diremta freto.' *Gronov.* Vel scrib. *dereptam*, ut ego, vel *diremtam*, ut alii. *Faber.* Quidam Mss. quos Bong. vidit *diremptam.* Sed præfero *direptam.* Memini enim 'diripere' idem quoque esse quod, eripere, abstrahere. Ita dicunt 'diripere ensem vagina,' 'vestem a pectore,' 'victoriam.' *Vorst.*

Direptamque velut a corpore, majore impetu] Servant vulgo omnes hanc distinctionem. At ego habeo persuasissimum τὸ 'majore' non ad 'impetu' sed 'corpore' pertinere, atque

sic post ipsum, non ante, comma esse ponend. Vult enim: Siciliam esse quasi particulam corporis majoris sive continentis. Et huc spectat usus comparativi, qui plane nullus est, si ad vocem 'impetus' refertur. *Direptam* etsi non contemnam, mallem tamen legere *diruptam*. Schef.

Majore impetu, &c.] Serv. ex Sall. 'Italiæ,' inquit, 'conjunctam Siciliam constat fuisse; sed medium spatium aut per humilitatem obrutum est, aut propter angustiam scissum; ut autem tam curvum sit, facit natura mollioris Italiæ, in quam asperitas et altitudo Siciliæ æstum refudit.' *Mod.* 'Major impetus' est vis, cui resisti non potest, et Θεοῦ βία nominatur ab JCtis, ut L. 25. §. 5. D. Locati, et Paul. I. Recept. Sentent. 7. 7. 'Impetus major,' quem locum emendare vult Cujacius, sed male. Nam eod. modo Cic. II. de Invent. 33. 'Vis major.' *Gron.*

§ 3 *Naturalis materia*] Antiquiores typis expressi pro *materia* habent *vis*: quod magis placet. *Vorst.*

§ 4 *Spiritu cum igne inter interiora luctante*] Mira discrepantia in omnibus Mss. Quidam codd. habent, *inter interita*. Non dubito quin Justinus scripserit, *ut sp. c. ig. interintra luct. &c.* Hoc verbum cum insuetum esset Isidoro, qui hæc citat, rescripsit *introrsus*. *Interintra* vero, ut 'circumcirca,' 'præterpropter,' et alia. *Voss.* Mss. plerique habent hic vocabulum *abrupta*, vel *rupta*, quod ostendit locum, sicut vulgo legitur, non esse integrum. Lect. veram puto: *quæ res facit, ut sp. c. ig. in interiora rapto luct. &c.* vel, *inter interiora abrepto*. Ea sententia: Ut luctante spiritu rapto inter interiora, vel, ut luctante spiritu cum igne inter interiora constituto, postquam abreptus est spiritus ad interiora, s. in interiora. *Schef.*

Frequenter et compluribus locis] Leg. *ex c. l.* ut et Junt. *Græv.*

Eructet] Mss. *eructuet*. Serv. ad illud Virg. Æn. III. 575. 'Interdum scopulos avulsaque viscera montis Erigit eructans,' notat 'eructo, eructas,' tantum dici. *Bong.*

§ 7 *Rhegium*] Διὰ τὸ συμβὰν πάθος τῇ χώρᾳ ταύτῃ. ἀπορραγῆναι γὰρ ἀπὸ τῆς ἠπείρου τὴν Σικελίαν ἀπὸ σεισμῶν. Strabo. Dicitur ergo διὰ τῆς ῥήξεως Eustath. Sall. ap. Serv. in Æ. III. 'Hæc loca vi quondam,' &c. *Bongars.* Strabo VI. p. 178. 19. ex Æschylo confirmat hoc etymon, dictum sc. 'Rhegium' a ῥήγνυσθαι, *rumpi*, quod hic violentia terræ motuum Siciliam ab Italia divulserit. Subjicit autem, aliis videri 'Rhegium' dictum ob splendorem, quasi 'Regiam.' Sed ipsi Romani aliter judicarunt, et Græcam esse vocem eo ipso fassi sunt, quod perpetuo cum aspiratione scripserunt, ut docet in Ortographia sua Manutius. Describit urbem Cassiod. Variar. XII. 14. *Bern.*

§ 9 *Torrens fretum*] Impetuosum et tempestuosum exponunt. Sed Just. proprie id intellectum voluit, cujus undæ mira varietate nunc in hanc, nunc in illam, feruntur partem. Id quod quidem accidit in omni freto, dum venti per angustias ejus nunc ab supero mari, nunc ab infero, aquas propellunt, prout vel ab hac, vel ab illa, parte sunt validiores, verum maxime in Siculo. Vossio est, æstuosum; paulo melius; sed nec sic quidem satis evidenter redditum, cum 'torrens' sit dictum, quia ejus undæ torrentis instar feruntur magna vi aquarum. Itaque sequitur 'non [nec] solum citato impetu,' respectu nempe ad id 'torrens,' quod præcedit. *Schef.*

Nec solum citato impetu] Est ex Ms. qui h. totum l. ita exhibet: *nec sol. citatum impetu, verum etiam vorax.* Quæ lect. mihi quidem placet multum præ vulgata. Et primum quidem illud *citato*, quod vulgo habent, natum ex antiqua scriptione *citatom*, in qua simul litera ultima ob similitudinem sequentium deleta videtur. Deinde

sævum sapit glossam τοῦ 'voracis,' quod quia non intelligebant, repudiarunt licet genuinum. 'Vorax mare,' quod haurit omnia gurgitibus per vortices. Cic. Phil. II. 'Quæ Charybdis tam vorax,' &c. elegantissime. Et iccirco sequitur de undis, gemitu in voraginem desidentibus. *Idem.*

Procul videntibus] Præfero *visentibus*, quod in Mss. et impressis quibusd. habetur, quia magis convenit rei, et attentionem videntis insinuat, quæ hic innuitur. *Idem.* Sic et Junt. *Græv.*

§ 10. 11. 12. 13. 14.] Hæc ab Auctore male digesta sunt: aut ab aliis transposita. Nam vetus ordo sic legi postulat: 10. 13. 11. 12. 14. *Freinsh.*

§ 10 *Undarum porro in se concurrentium*] Conjeceram legend. esse *inter se conc.* cum deinde observavi, antiquiores typis expressos ita plane habere. *Vorst.* Optime! adstipulatur Junt. *Græv.*

Terga dantes] Ita boni libri: alii, *Virgilius in imum desidere*: alii, *vorticibus*. Error inde manavit, quod quis f. ad oram libri *Virgilii* nomen notaverat, quod in contextum assumtum transiit in *vorticibus:* alii, ut sententia constaret, ad τὸ *Virgilius* addiderunt *scribat*. Certe videtur in hac Siciliæ descriptione Auctor noster ex III. Æneid. imitatus pleraque observatu facillima. *Bongars.* Juntæ quoque: *vorticibus mergi ac in imum desidere.* Sed hoc glossema est natum ex verbo *Virgilius*, quod in Mss. legitur nonnullis. Id vero studiosus aliquis margini alleverat, significaturus esse locutionem Virgilianam. Potest etiam interpretatio esse magistri, qui sic hæc verba 'in imum desidere' exposuit; quæ postea ex marginibus in contextum irrepsit. *Græv.*

§ 11 *Ætnæ*] Vid. præter locos supr. notatos Plin. II. N. H. 106. Lucret. V. De Scylla et Charybdi vid. præterea Sallustii Fragmenta ap. Serv. III. Æneid. *Bong.*

§ 12 *Nisi humoris nutrimentis aleretur*] Angl. *nisi et humoris.* Probo. Non enim vult, humore solo nutriri, sed præter alia humore. Itaque supr. tanquam rarum et singulare, 'velut ipsis undis alatur incendium,' cum præmiserit de regionis solo, 'intrinsecus stratum sulphure et bitumine:' &c. 'Inde Ætnæ montis per tot secula incendium.' *Schef.*

§ 13 *Hinc latratus auditus*] Juntæ cum nonnullis aliis impressis *auditos*. Ms. *auditis:* leg. *latratus auditi*. Græv. Probo quod Grævio nostro probatur, *latratus auditi;* est enim ex doctrina Longini rhetoris multo grandior sermo, et magis factus ad terrorem. Tantum rhetorem vid. ubi agit de Plethynticis, s. ut nos dicimus, de Plurativis. *Fab.*

§ 15 *Nam aquarum ille concursus*] Ms. Leyd. *mille*. Non male. Paulo post, vulgo legitur: *promontoriorum altitudo ipsa ita similis est.* In Ms. Leyd. disertim exaratum invenio *ita simul est.* Et ita legend. postulat sententia loci. Statim enim subdit *coëuntibus in se promontoriis solida intercipi absumique navigia.* Pro *intercipi* idem Ms. habet *intercidi*. Elegantius, ut opinor. Sed et sub finem ejusd. cap. dicit: 'discedere ac sejungi promontoria, quæ juncta fuerant, arbitrere.' *Box.*

Terræ diffusus nutrimenta] Hæc desunt in Ms. I. Voss. *Gronov.* Uncinis includit hæc et illud *jam* quod sequitur τὸ 'vicinitas' Ed. Bong.

§ 16 *Altitudo ipsa ita similis*] Junt. *ipsa ita sibi similis est.* Græv.

§ 17 *Neque, &c.*] Macrob. V. Sat. 17. 'Ut conniveant tamen fabulæ, et intra conscientiam veri fidem promentes malint pro vero celebrari, quod pectoribus humanis dulcedo fingentis infudit.'

Metu, &c.] Tac. A. II. 24. 'Visa, sive ex metu credita.' *Bern.*

CAP. II. § 1 *Trinacriæ nomen fuit*] Propter tria ἄκρα, i. e. promontoria,

Lilybæum, Pachynum, Pelorum. Latine autem 'Triquetra' dicitur Servio auctore. *Mod.*

Postea Sicania cognominata est] Plin. III. N. H. 8. pr. ex Thucyd. VI. 1. 5. *Bernec.* Mss. quidam et impressi pro his habent *præterea*, item *terra*, id quod facit, ut suspectam habeamus lect. vulg. Et fortasse scripsit Just. *post ex Iberiæ Sicano Sicania denominata est.* Sicanum Iberiæ fl. esse, cujus primum accolæ venerint in Siciliam, et de se insulæ fecerint nomen, Thucyd. testatur. Potuerunt autem duæ voces *Sicano* et *Sicania*, tanquam eædem, facile sic ab ineptis scribis habitæ fuisse, ut alteruram ceu supervacuam liceret omittere. Ex *Iberia* quoque vocabulo non satis noto monachis nil mirum est, si factum sit *terra*, et per correctionem *terra*, item *præterea*. *Denominata* manifeste in quibusd. impressis habetur, unde similiter apparet vulg. lect. esse corruptam. *Schef.* *Denominata* præ se fert etiam Junt. *Græv.*

§ 2 *Cyclopum*] Thucyd. VI. 1. 3. Παλαιότατοι μὲν λέγονται ἐν μέρει τινὶ τῆς χώρας Κύκλωπες καὶ Λαιστρύγονες. *Bongars.* Serv. ad illud Virgilii: 'Vos et Cyclopea saxa Experti revocate animos:' 'Aut,' inquit, 'quæ Cyclops in Ulyssem jecit, aut certe Siciliam dicit: quæ plurimis locis saxosa promontoria habet, quia ibi Cyclopes habitarunt, ut ipse: 'Centum alii curva hæc habitant ad litora vulgo Infandi Cyclopes:' aut Ætnam possumus accipere, quæ propria Cyclopum fuit: nam et ipse in III. ait: 'Noctem illam tecti silvis immania monstra Pertulimus.' Quidam tamen hæc saxa inter Catanam et Tauromenium in modum metarum situ naturali dicunt esse, quæ Cyclopea appellantur, quorum medium et eminentissimum Galate dicitur.' Lubuit adscribere totum locum, quia in edd. non tantum contaminatissimus est, verum etiam meliore sui parte mutilus et hians. *Mod.* Idque declarant portentosa eorum cadavera, et monstrosi specus, quæ in hunc usque diem pro ostentis visuntur. Fazellus Rer. Sicul. I. 6. *Bern.*

Cocalus] Ita Vett. omnes et historia. De Cocalo leg. Diod. IV. 81. et XVII. 9. Strab. VI. Euseb. in Chron. ap. quem *Cotalus* dicitur, librariorum, arbitror, errore. *Bong.*

§ 4 *Anaxilaus*] Ὁ τύραννος τῶν Ῥηγίνων. Strabo, Thucyd. VII. *Bongars.* Malim *Anaxilas* cum Thucyd. VI. 5. et Strab. VI. p. 178. 10. quem ille 'tyrannum,' hic 'ducem,' Rheginorum appellat. *Bern.*

Justitia, &c.] Saxo I. 6. m. 'Cum aliorum regum fortitudine, munificentia, et liberalitate certabat.'

§ 5 *Micytho servo*] Herod. ita inquit: Ὁ δὲ Μίκυθος, οἰκέτης ἐὼν Ἀναξίλεω, ἐπίτροπος Ῥηγίου, i. e. *Ipse Micythus famulus erat Anaxilai, procurator Rhegii.* Just. *servum* interpretatus est, ego *familiarem* malim. Nam servo tantam curam commendasse minus verosimile. *Glar.*

Micalo servo] Herod. VII. 170. Μίκυθον vocat Anaxilai οἰκέτην. Et Straboni pr. lib. VI. 'Micythus' quidam est Messanæ princeps. Vid. Macrob. I. 11. Saturn. *Bongars.* Junt. *Micytho*, cum Herod. et Macrob. *Græv.* Antiquiores edd. Junt. Bech. Maj. *Micytho;* prorsus ut Herod. VII. 170. vocat. Et mirum quod Bong. id mutavit. *Vorst.*

§ 6 *Carthaginienses*] Ad id a Xerxe incitati. Diod. XI. 20. et seqq. ap. quem initio narrationis legend. Στρατηγὸν εἵλοντο Ἀμίλκαν, non Ἀμίλκωνα. Vid. et Herod. VII. 66. *Bong.*

Dimicatum] Freinsh. *dimicarunt*, ut respondeat antecedenti sequentique verbo. *Bern.*

§ 7 *Victi*] Omiserim si res mei sit arbitrii. An f. caput hoc est sequentis periodi? *Idem.*

CAP. III. § 1 *Veterani*] Quinam sint Himerenses isti veterani, quærend. Sebisius aliquid hic subesse mendi non ab re suspicatur. *Idem.*

Ab altera parte] Bong. cumque secutus Bernecc. *ex a. p.* Verum rectius videtur, quod antiquiores typis expressi habent, *ab a. p.* Verbis passivis nomina sexti casus adjiciuntur intercedente 'a' vel 'ab.' 'Ab Himera' dictum pro, Himera. Solent enim nominibus quoque urbium subinde præpp. præmitti. Stephanus: Ἰμέρα, πόλις Σικελίας. Est autem et nomen amnis ejusd. insulæ, qui ferme eam dividit, uti Liv. XXIV. 6. ait. *Vorst.* Mss. plerique habent *ex alia p.* Quod contemni non debuit. Atque suspicor, illud *altera* glossatoris esse, non Justini. *Alium* pro, altero, usurpasse vett. etiam optimæ notæ Scriptores, certum est. Plaut. Captiv. 'Captus fuit in pugna Hegionis filius; Alium quadrimum fugiens servus vendidit.' *Schef.*

§ 2 *Nulli tyranno comparandum*] F. *n. tyrannorum patrand.* Freinsh. Omnino legend. est, *n. tyranni comparand.* Voss. Junt. *tyrannico.* Freinsh. *n. tyrannorum patrand.* Nihil muta. *N. tyranno comparand.* est, n. tyrannorum facinori comparand Est locutio antiqua et optimis scriptoribus familiaris, quam pluribus asserit Gronov. ad Liv. Epit. XLVII. *Græv.* Sc. non potuerunt Freinsh. et Voss. concoquere, quod facinus non facinori tyranni, sed ipsi tyranno, non comparandum dicitur. Debebant autem meminisse, quod non Noster tantum, sed et alii subinde sic loquantur. Vid. supr. Notas ad I. 7. 14. et II. 14. 10. *Vorst.*

Quippe ut Rheginis] Hæc verba mihi parum integra videntur; certe illud 'quippe' sic per se non solet alibi poni. Suspicor autem præcessisse particulam *tantum*, eamque per duas syllabas *randum*, in voce 'comparandum,' proxime videl. antecedentes, et in Ms. eod. fere modo pingi solitas, esse consumtam, dum supini scribæ unam dictionem putant vicibus duabus male fuisse propositam. *Schef.*

§ 3 *Exulare, &c.*] Saxo III. p. 42. 4. 'Ad Gevarum decurrere necesse habuit:' et XIV. p. 256. 26. 'Qui in regis oculis pugnam edere necesse haberent.'

§ 4 *Catinienses*] Ita vett. ferme omnes, et Oros. Ms. II. 14. Quidam *Cathenienses.* Græcis Καταναῖοι; et Κατάνη Latinis plerumque *Catina.* Cic. v. Verr. 'Catina Venus.' *Bong.* Quomodo et in aliis A Græcum a Latinis in I mutatur: ut βάσκανος, *fascinus:* κάναστρον, *canistrum:* πατάνη, *patina, &c.* Bernec. Junt. *Catinenses.* Græv.

§ 5 *Quod Asiam Græciamque penitus occupaverant*] Legend. arbitror *quo A. G. p. occuparent:* aut, *quo A. &c. occupaverant.* Ut dicat: Athenienses, studio illo majoris imperii, Asiam et Græciam animo jam, et præsumtione quodammodo, penitus occupasse. *Bong.* Aut si mavis, *quo* (sc. studio) *A. &c. occupaverant.* Ut dicat: Athenienses, studio illo majoris imperii, Asiam et Græciam animo et præsumtione quodammodo jam occupasse, et spe penitus devorasse. Utraque lect. ab ingenio Bongarsii est: quarum in textum admissam *quo A. G. p. occuparent* ideo prætuli, quod seqq. verbis, 'ne Lacedæmoniis illæ vires accederent,' magis respondeat, ut utrobique causa finalis exprimatur. Hactenus editi: *quod A. G. p. occupaverant.* Acidal. ad Vell. II. 130. 8. F. inquit, legend. *occupatu irent.* Sic namque scribebant pro, occupatum irent, quod erroris potuit origo fuisse. *Bern.*

Lamponium ducem] 'Lamachum' ducem nominat Thucyd. VI. ubi et Niciam et Alcibiadem. Paulo post in hoc Auctore *Lachete et Chariade* legend. *Charocade* ex eod. Thucyd. Λάχης ὁ Μελανόπου, Χαροιάδης ὁ Εὐφιλήτου. *Glar.*

Sub specie ferendi, &c.] Alcibiades ap. Thucyd. VI. 3. 26. de Atheniensibus: ‘ Auxilium impigre tam Barbaris quam Græcis implorantibus ferendo, imperium nos nostrum, et si qui alii habuerunt, comparavimus.’ De Romanis Cic. III. de Repub. ‘ Noster populus sociis defendendis terrarum jam omnium potitus est.’ Exempla sunt alia inf. XVIII. 1. 1. XXVII. 3. 4. XXXVIII. 1. 3. et VIII. 3. 3. *Idem.*

Tenturent] Melius f. *tentaret.* Id.

§ 6 *Cariate*] Ita Vett. Thucyd. III. 86. *Χαριάδην* vocat, et hos non Catiniensibus, sed Leontinis, in auxilium missos scribit. *Bong.* Scripsi cum Junt. *Chariade:* Græcis enim est *Χαριάδης.* *Græv.*

§ 7 *Pacem cum Syracusanis*] Hoc est deludere corvum hiantem. Exemplum haud absimile Liv. XLV. 11. habet. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Acquisito*] Hoc mihi est suspectum. Et video, impressum aliquem habere *accersito*, quod ostendit satis locum non omnino esse sanum. Puto autem Just. scripsisse *adscito*, vel potius *accito*, quod qui non satis intellexit, compendium putavit esse verbi *acquisito*. *Accersito* autem esse ex glossa *τοῦ accito.* Schef. Merito *acquisito* suspectum est Scheffero. *Squaloris habitum acquirere ad misericordiam commovendam* vix ferent aures Latinæ: f. Just. scripsit *conquisito.* Græv.

§ 3 *Nicias*] Thucyd. VI. Diod. XII. fin. et XIII. init. Plut. et Probus Alcibiade; ille etiam in Nicia. *Bongars.* Ap. Frec. I. 4. 11. pro *Micea* et *Miceam* reponend. est *Nicia* et *Niciam*, atque, pro *Jamacho* et *Jamachum*, *Lamacho* et *Lamachum.*

Ut ipsis terrori] Id cavend. semper ducibus, ne ita externis credant auxiliis, ut non plus sui roboris suarumque proprie virium in castris habeant. Liv. XXV. 33. 5. Id. XLII. 31. 9. et XLIV. 26. 13. Videatur omnino Veget. III. 1. fin. Leonis Tact. cap. 20. n. 62. Vid. inf. XXVII. 2. 11. *Bern.*

§ 4 *Revocato ad reatum*] Inf. V. 1. ‘ Revocatus a bello ad judicium.’ Nep. ‘ Absentem quod sacra violasset reum fecerunt.’ *Vor.*

Revocato ad reatum] I. e. ut reus fieret; ita namque hoc genus usurpari solet etiam in aliis, ut ‘ Vocatus ad consulatum,’ &c. Sed hoc quidem haud conveniens, quia esse reus debuit, antequam posset revocari. Quare suspicor hic mendum aliquod latere. Impressus quidam, sed et Ms. aliquis, adscriptum tamen alteri lect. habet, *ob r.* quod, ut præferend. vulgato, ita nescio an Justini esse certo possit tradi. Videtur potius aliquid deesse. *Schef.*

§ 5 *Munitionibus deinde circumdatis, hostes etiam marinis, &c. clausos*] Hæc Sebisio glossam sapiunt; necessaria quidem certe non sunt. L. totum ita restituend. puto: *m. d. circumdatos h. e. m. c. intercl.* Rectum est *munitionibus circumdatis.* Sic V. 8. 1. ‘ Obsidione circumdata.’ Liv. XXI. 42. 1. ‘ Circumdato ad spectaculum exercitu.’ Et III. 26. 5. ‘ Munitiones circumdant.’ Possis tamen et *munitionibus circumdatos* tueri his exemplis. Liv. XXIII. 28. 2. ‘ Naves vallo circumdatæ.’ Tac. Ag. 20. 4. ‘ Civitates præsidiis castellisque circumdatæ.’ Flor. III. 10. 43. ‘ Civitatem ingenti lorica circumdatam.’ *Bernec.* Suet. Jul. 68. ‘ Dyrrachina munitio.’ Cæs. VIII. B. G. 11. ‘ Locum munitionibus claudi.’ Hinc ‘ munitores’ Amm. M. XXI. 12. quos cl. Vales. uti et ‘ oppugnatores,’ opponit ‘ clausis’ et ‘ defensoribus.’ Et *munimentum* ead. notione usurpat Liv. X. 9. ‘ Locus nec vi nec munimento capi poterat.’ *Gronov.* Non modo dicunt ‘ circumdare urbem munitionibus,’ sed et ‘ munitiones circumdare urbi:’ ut ‘ Murum urbi circumdare,’ supr. I. 2. 7. et ‘ Circumdata viæ silva’ I. 6. 4. *Vor.*

§ 7 *Ab his mittitur Gylippus solus, sed in quo instar omnium auxiliorum erat*] Ms. habet *A. h. m. G. classem Lacædemoniorum solus, sed, &c.* Supr. *τὸ solus* scriptum est a librario VACAT. Adeo ut laborantem et hiulcum l. notet. Illud *solus* in lect. vulg. mihi non placet. *Boxh.*

Sed in quo] Ita et Oros. II. 14. Vett. nostri *sed quo; f. qui.* Bongars. Testatur Bong. Codd. Mss. habere *sed quo:* et conjicit legend. esse *qui.* Bech. et Sich. ediderunt *sed quidem.* Ubi *quidem* corruptum videri possit ex *qui idem.* Vorst.

Instar omnium] Unus enim Gylippus tantum poterat, quantum multa M. militum. Cic. Brut. 51. ‘ Plato mihi unus instar est omnium.’ Liv. XXVIII. 17. ‘ Parvum instar eorum.’ Virgil. VII. Æ. 707. ‘ Magnique ipse agminis instar.’ *Gron.*

§ 8 *Is audito genere belli, &c.*] Angli ex Mss. *Is a. in itinere belli jam inclinato statu.* Vix de veritate lectionis huj. dubito. Nam in vulg. nullus sensus est idoneus. Quod enim illud genus belli, aut quis ille status? At *status belli inclinatus* dicitur eleganter. *Schef.* Huj. l. emendationem pulcherrimam et certissimam debemus Oxoniensibus. Nihil verius. Merito probavit quoque Scheff. *ὁ μακαρίτης.* *Græv.*

Inclinato statu] Cæs. I. B. C. 52. ‘ Fortuna se inclinaverat:’ idque Græco more expressit Hesiod. Theog. 711. *Ἐκλίνθη δὲ μάχη.* *Gron.*

In Græcia, &c.] Antiquiores Edd. *in Græciam, in Siciliam.* Quæ similia forent ei quod sup. III. 1. 1. legitur, ‘ Bello in Græciam infeliciter gesto.’ *Vor.*

§ 10 *Classem Lacedæmone arcessit*] Antiquiores Edd. *a Lac.* Quod simile esset ei quod sup. IV. 3. 1. legitur, ‘ ab Himera:’ Nominibus quoque urbium præpp. addi satis usitatum. *Id.*

§ 11 *Demosthenen, &c.*] Thucyd. VII. 2. et reliqui. *Bong.*

CAP. V. § 2 *Censere*] Ang. *consulere,* quod doctus Anglicanarum Notarum Auctor putat esse convenientius, quoniam ‘ censere’ sit superioris. Sed ‘ consulere’ pro, suadere, non opinor facile inveniri. Quare a vulgata non recedo. *Schef.* Recte Scheff. *Censere* enim Latinis est aut in senatu aut in concione sententiam de re, de qua deliberandum, dicere. Superius II. 7. ‘ Sollicitus igitur Solon, ne aut tacendo parum reipublicæ consuleret, aut censendo sibi.’ *Græv.*

Forent] Ita boni auctores loquuntur: et inprimis Sall. Jug. 21. 6. ‘ S. P. Q. R. verbis nuntient, velle et censere eos ab armis discedere: ita sequ illisque dignum fore.’ Vulg. Edd. *esse.* Bong.

§ 3 *Perseverandum, &c.*] Mallem sic distinguere: *perseverandum; esse domi,* cum præsertim videam, illud *esse* in quibusd. repetitum post vocem ‘ bella.’ *Schef.*

§ 4 *Destitutæ spei*] Liv. I. 51. ‘ Morando spem destituit.’ Id. XXVI. 18. ‘ Destituta exspectatio:’ et Quintil. Decl. XII. ‘ Nihil gravius quam destitutas spes torquet.’ *Gron.*

§ 5 *Et animi a, &c.*] Literulæ unius nec mutatione, tantum trajectione, restitui locum; nullo aut turbido sensu hactenus ita vulgatum, *et a nimia:* quomodo et Bong. in Mss. haberi confirmat. Ipse edidit *et animata.* Bern.

Et animi a prioris fortunæ procella] Liber noster habet *animata.* Alii *a nimia.* Rescribo *ab irata pr. f. p.* F. tamen Just. scripsit *animati.* Magnitudo enim acceptæ cladis sæpe animos ad ultionem accendit. *Boxh.* Recte legitur *et animi a, &c.* Liv. VII. 15. ‘ Alienatis a memoria periculi animis.’ *Gron.*

Et animi] Sic clare Juntæ qui confirmant Bernecceri emendationem. Is enim primus hunc l. sic restituit, cum antea legeretur *et a nimia,* aut, ut Bong. ediderat, *et animata.* Græv.

Et animi a prioris fortunæ procella]

Ita legend. esse conjecit Bernecc. pro eo quod ante editum erat *et a nimia*. Et testatur Græv. veterem Junt. ed. manifeste sic habere. *Vorst.* Ante verba *et animi* Mss. libri habent *duo*, quod videtur repudiatum ab iis, qui non intelligebant compendium scripturæ. Legend. enim sine dubio, *Rep. ig. nav. bellum denuo, et animi, &c.* Schef.

§ 7 *Eurymedon*] Miror Mss. omnes h. l. mendose prorsus legere *Eurylocus*, quomodo et Oros. Ms. Ego in vulg. lect. cont. historiam nihil mutare ausus sum. *Bong.*

Triginta] Oros. 'undecim.' *Id.*

§ 9 *Centum triginta*] Oros. II. 14. totidem. At Thucyd. VII. 13. 21. Atheniensibus ex postrema clade tantummodo 70. naves reliquas fuisse scribit. *Bern.*

§ 10 *Demosthenes, &c.*] Utrumque a Syracusanis interfectum refert Thucyd. VII. fin. et Plut. *Bong.*

A captivitate gladio, &c. se vindicat] Elegantius, ut omnia, Flor. IV. 9. 4. 'Ne veniret in potestatem, a gladio suo impetravit.' Thucyd. tamen VII. 16. 20. una Niciam et Demosthenem a Syracusanis necatos scribit: quem l. citat et negat Plut. in Nicia sub finem. *Bern.*

§ 11 *Nicias*] Angl. *N. vero, etiam Demosthenis, ut s. c. adm. exemplo, cl. su. captivitatis ded. cumulavit.* Etiam hic nollem temere deserere vulgatam. *Schef.*

LIBER V.

CAP. I. § 1 *Alcibiades absens*] Thucyd. VII. 10. Diod. XIII. 5. Plut. et Probus in Alcib. Ælian. XIII. V. H. 38. Accusatur et de Hermis aut truncatis, ut Thucyd. VI. 5. aut dejectis, ut Probus. *Bongars.* Initiorum enuntiatorum crimine purgat Alcibiadem, in Orat. de Bigis, præco laudum ipsius Isocrates. *Bern.*

Mysteria Cereris Initiorum sacra] Persuasum habeo *myst. Cer.* certe quidem *myst.* obrepsisse textui (ut in Auctore plura), cum esset adscriptum explicandi causa, quid sint 'Initiorum sacra.' *Bernec.* Retinenda omnino lect. vulg. *Myst. Cer. Init.* ut supr. II. 6. 'Simultatium offensæ.' Loquitur enim Auctor pleonastice. *Gronov.* Delend. omnino *myst. Cer.* glossema enim est horum verborum, 'Initiorum sacra,' quod me primum vidisse putabam: sed Bernecc. ante me vixit, et id vidit quod et ego, sed serius vidi et ipse, inquam, sine honore, quia alii viderant. Sed multa, spero, erunt, quæ nobis aliquid solatii afferre possint, si qua nos f. ambitio in h. genere tenere potest. *Faber.* Persuasum habet Bernecc. *myst. Cer.* vel certe *myst.* ex margine, in quo explicationis causa adscriptum fuerit, irrepsisse in textum. Putat enim *myst. Cer. Init. sacra* ταυτολογίαν habere, et *myst. Cer.* et *Init. sacra* unum et idem esse. At Freinsh. in Ind. Curtii, v. *Inire*, sic distinguend. censet: *myst. Cer. Initiorum, sacra nullo magis q. sil. sol.* Quod si verum ita sit, fortasse trajectionem quoque his factam credi possit, legendumque *myst. Init. Cer.* Supr. II. 6. 13. vocantur 'noctes Initiorum.' *Vor.*

Mysteria initiorum sacra, nullo] Quid est 'nullo?' An, re nulla? Ita vero non solent, qui probe loquuntur. Scribo igitur et distinguo: *myst. Cer. Init. sacro nullo magis, q. sil. sol.* et *nullo sacro magis solemnia* significat:

Non aliud sacrum, non aliam rem sacram, ritum, consuetudinem magis solitam et consuetam receptamve fuisse, quam silentium. Id quod verissimum. Alii aliter de h. l. mea hæc sententia; quam spero facile me probaturum accuratius cuncta expendentibus. *Schef.* Adsentior Bernecero et Tanaquillo censentibus delend. esse *myst. Cer.* 'Nullo' est, nullo ritu, aut negotio. *Sacro nullo*, quod Scheffero placebat, hic locum habere non potest. Nemo enim sic loquitur: *Mysteria hoc sacro insignia sunt.* Græv.

Cereris initiorum sacra, nullo magis quam silentio solennia] Hinc Ov. in Arte II. sub fin. 'Quis Cereris ritus audet vulgare prophanis, Magnaque Threicia sacra reperta Samo?' Et Horat. III. Od. 2. 'Vetabo, qui Cereris sacrum Vulgarit arcanæ, sub iisdem Sit trabibus.' Causam autem, cur sileri debuerint hujusmodi mysteria, dicit his verbis Lactantius V. Div. Inst. cap. 20. 'Hinc,' inquit, 'fida silentia sacris instituta sunt ab hominibus callidis, ut populus nesciat quid colat:' licebat tamen initiatis ea quæ mysteriis tradebantur inter se vulgare, ut constat ex illo Cic. loco I. Tusc. ubi ait: 'Reminiscere, quoniam initiatus es, quæ traduntur mysteriis:' atque hinc Augustus Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticæ Cereris cognosceret, ac secretiora quædam proponerentur, dimisso concilio, et corona circumstantium, solus, Suet. auctore, audiit disputantes: ne videl. prophanis initia vulgarentur. Sed hæc non sunt Notas scribentis. Videatur plene de his aliisque huc pertinentibus B. Brisson. I. de Formulis et Verbis Solennibus veterum Romm. *Modius.* Auson. Paulino: 'Sed tu, juratis velut alta silentia sacris Devotus teneas, perstas in lege tacendi.' Proinde Imp. Augustus Athenis [V. supr. usque ad 'vulgarentur']. Suet. Aug. 93. Ipsa porro mysteriorum symbola, quibus initiati se invicem internoscebant, petenda sunt ex Arnob. V. Clem. Alex. Orat. Exhortat. ad Græc. Euseb. II. de Præp. Evang. et Materno Firmico lib. de Errore Profan. Relig. Qua de causa Diagoras, cum Initia narraret omnibus, evulgaret, et extenuaret, et eos, qui initiari vellent, dehortaretur, ab Atheniensibus ænea columna erecta proscriptus est: Suid. *Bern.*

§ 3 *Sacerdotum*] Eumolpidarum et Cerycum. Thucyd. VIII. 9. 2. Prob. in Alcib. *Bern.*

Devotum] Et bonis exutum. Devotionis exemplum, quo testatior esset memoria, in pila lapidea incisum, atque in publico positum, esse ait Probus in Alcib. *Bern.*

§ 4 *Ultro bellum inferre*] Quod, munita a Lacedæmoniis consilio Alcibiadis Decelia, 'Decelicum' appellatum est. *Bong.*

Bellum inferre. Quo facto] Nimis hæc sunt brevia, et nec integra fortasse. In Ms. quodam legitur, *bell. inferre parant Lacedæmonii.* Quod non negligend. Vera namque lect. videtur sic se habuisse: *ibique regem Lac. imp. t. A. a. S. p. u. b. inferre. Parent Lacedæmonii. Quo facto, &c.* Oratio longe elegantior apertiorque, quam vulgata, in qua ne illud *Quo facto* quidem habet quo satis commode referatur. Ejecerunt autem hæc verba, qui vitiosum illud *parant* viderunt non cohærere cum superioribus. *Schef.*

§ 5 *Omnia Græciæ regna concurrunt*] 'Regna' posuit Just. cum 'respublicas' vellet dicere, s. 'civitates;' sed cum 'civitates' dico, ita intelligo, ut 'Civitas Allobrogum:' Sall. 'Civitas Arvernorum,' &c. Cæs. Cic. &c. Ceterum nolim me tale aliquid imitatum esse, quale hic Justinus. *Faber.* Unus Cod. Ms. quem Bong. vidit, *concurrit.* Unde id. legend.

conjicit *omnis Græcia.* Quid si legatur *omnia Græciæ oppida*, per metonymiam quidem? *Vor.* Bong. qui in nonnullis legerat *concurrit*, putabat *omnis Græcia*, deleta voce *regna*, scribend. Vorst. censebat *omnia Græciæ oppida.* Sed hoc quidem nimis longe abit. In Ms. uno legitur *omnis ad Græciæ regna*, quod vestigia lect. veræ videtur exhibere. Puto namque scripsisse Just. *Quo f. omnes ad Græciæ regnum, velut.* Sensus elegantiss. et convenientiss. *Regnum Græciæ* invidiose dicitur, quo Græcia cum libertate sua premitur; intelligitur autem imperium Atheniensium. Locum fecit obscurum et mendosum illud *omnis*, antique scriptum, pro, omnes. Inde namque primum pro *concurrunt* factum *concurrit* in aliquibus; deinde deletum *ad*; et, quia *omnis regnum* non cohærebat, scriptum *regna.* Schef. Angl. *omnis Græciæ multitudo*, quod suspicor ex glossa esse; ac egregie firmat nostrum *omnes:* de quo in Notis. *Id.*

Velut ad exstinguendum, &c.] Ead. supr. I. 7. 9. *Bern.*

§ 6 *Tantum odium*] Junt. *odii.* Sic id. XII. 3. *Quantum mali*, pro vulg. *Q. malum.* Dein iidem: *consumti magis fortunæ varietate, quam vi, victi sunt.* Quod et in aliis antiquioribus edd. conspicitur, et verum est. Victi utique sunt Athenienses, sed non vi, sed fortunæ varietate sunt consumti et exhausti. Hanc lect. dudum etiam Gronov. probavit. *Græv.*

Immoderati imperii cupiditate] Mss. duo optimi *i. i. crudelitate.* Considerent docti: interim ego nihil mutand. censeo. *Mod.* Fastus et asperitas Atheniensium in eos, quos e sociis subditos fecerunt, e Thucydidis ac Diodori non uno loco perspicitur. Verumtamen, cum inf. demum II. 11. de sociis, hic de cett. Græcis, sit sermo, dubites, an non pro *crudelitate* rectius sit legere cum aliis Edd. *cupiditate.* Sed tum *immoderata*, non *immoderati*, scribend. fuerit. Utrique lect. favet Thucyd. II. 2. 12. et VIII. 1. 9. cum seqq. *Berneccer.* Junt. ed. uti Græv. testatur, *tantum odii.* Pro *crudel.* codex Ms. quem Bong. vidit, habet *cupid.* Legend. ergo f. *immoderata imp. cupid.* Vorst. Bernecc. suspicatur, *immoderata imp. cupid.* quia *cupid.* est in aliis etiam Mss. Id. probat Vorst. Quid? si legas *immoderati*, ut est in illis aliis et Ms. referasque ad Athenienses. Sic est 'Alexander immoderatus,' ap. Cic. ad Att. XIII. 28. *Schef.*

§ 7 *Darius*] Cognom. 'Nothus,' quem Scaliger Hierosolymitani Templi restauratorem esse sentit. *Bern.*

§ 8 *Ne, victis Atheniensibus, ad se Lacedæmonii, &c.*] Omnino scribend. *ne, v. Lacedæmoniis, ad se Athenienses, &c.* Quod si vulg. lect. retineatur, magnus erit Justini error. Athenienses enim tunc adhuc erant principes Græciæ. *Gron.*

§ 10 *Quam victi*] Vulgo *vi victi.* Lucil. 'Populus Rom. victus vi, superatus prœliis.' *Bongars.* Restitui voculam *vi*, quam antiquiores Edd. additam habent, neque expungendam fuisse et Gronov. in Notis ad Liv. censet. Ipse ille Bong. qui expunxit, geminum laudat illud Lucillii: 'Populus,' &c. *Vorst.* Sed pridem ante in sua ed. hanc vocem reposuerat. *Græv.*

§ 11 *Socii desciverant*] Diversus fuit Rom. Imperii status, cujus socios Annibal Pœnus, cum omnia bello flagrarent, fide tamen dimovere non potuit: 'videlicet quia justo et moderato regebantur imperio; nec abnuebant, quod unum vinculum fidei est, melioribus parere,' inquit Liv. XXII. 13. 11. 'Capsani levi [an *leni?*] imperio habiti, et ob ea fidelissimi,' Sall. Ju. 89. 5. *Bern.*

CAP. II. 1. *Imperatoriis virtutibus*] F. rectius *imperatoris*, ut respondeat præcedenti 'militis.' *Sebis.* Legend. esse *imperatoris* (cum *gregario militi* opponatur *imperator*) ante me alii viderunt; at hoc non viderunt, quod addam cap. 3. *Fab.*

§ 3 *Partaque cum amissis pensabant*] H. e. quamvis ap. Athenienses imperio excidisset Alcibiades, ap. Spartanos tamen æque magnum factum cogitabant. Pertinet hoc ad explicandum id quod modo dictum: 'nec exsilio videbant factum minorem.' Hispanus interp. aliter, et nisi fallor, absurde. *Berneccer.* Bong. edidit *pensare:* omnino recte, ut referatur ad τὸ 'Sciebant,' nempe Alcibiadem. Ap. Vett. *pensare* nequaquam usurpatum fuit pro, cogitare: sed pro, æquare, et comparare. Sic Noster XXV. 3. et Sen. Œd. 490. 'Meliore pensans damna marito.' Liv. XXXVII. 1. 'Veteribus benefactis nova pensantes maleficia.' At *pensitare* pro, æstimare dixit Suet. Octav. 66. 'Amicorum suprema judicia morosissime pensitavit.' *Gronov.* Mss. *pensare.* Juntæ cum nonnullis aliis *pensantem.* Quos sequor. Hic est sensus: Viderunt tantum imperium eum recepisse, quantum amiserat. Imperatoriam enim dignitatem, quam ap. Athenienses amiserat, recuperaverat ap. Lacedæmonios. Sic 'adversa secundis pensare' ap. Liv. Flor. et alios: vid. Gronov. Obs. IV. 13. *Græv.* Georg. Major pro *pensantem* edidit *pensabant:* eumque secutus est Bernecc. et verbum istud de cogitatione explicavit. Sed legend. sine dubio vel *pensantem*, vel *pensare.* Juntæ edidere *pensantem.* Nec aliter Sich. At Bech. *pensarent:* quod sine dubio est ex *pensare.* In Codd. Mss. Bong. reperit et *pensaret;* itid. ex *pensare.* Sed quid illud est *parta cum amissis imperia pensare?* Nihil aliud quam tantundem imperii nactum esse quantum amiseris. Sed verbi illa constructio est rarior; primo quod dicitur *parta pensare*, cum vulgo dicatur *damna p.* deinde quod dicitur *parta p. cum amissis*, cum vulgo dicatur *damna p. acquisitis.* Inf. XXV. 3. 'Damna amissæ Siciliæ acquisito Macedoniæ regno pensasset.' Sed altera tamen constructio et ipsa reperitur. Ex Ov. XIII. M. laudat Gronov. 'Laudem ut cum sanguine pensent.' Et ex Claud. IV. Paneg. 'Laudem pensat cum crimine.' Deinde compositum *compensare* eod. modo constructum reperitur. Cic. V. Fin. 'Cum maximis curis et laboribus compensare eam quam ex discendo capiant voluptatem.' Ex quibus apparet non tantum 'mala bonis,' sed et 'bona cum malis, pensari' et 'compensari' dici. Vir cl. in Vell. II. 12. 5. ubi legitur, *bona malis repensasse*, facilius legi putat *mala bonis repensasse.* Sed manifestum est dici utrumque. Est autem 'pensare,' 'compensare,' 'repensare bona malis,' vel 'cum malis,' idem quod, bona malis æqualia facere, vel existimare. Quod etiam apparet ex his Plinii VII. 40. 'Bona malis paria non sunt, etiam pari numero: nec lætitia ullo minimo mœrore pensanda.' *Vor.*

§ 4 *Sed apud, &c.*] Vid. Stephanium ad Saxonem VI. p. 103. 22.

Virtus Alcibiadis] Vid. de Xantippi sapiente facto prudens dictum Polybii I. 36. *Bern.*

§ 5 *Cognita re*] Gualter. 'Quo cognito.' Vincent. III. 61. 'Quo cognito Alc. per Timeam uxorem Agidis.'

Per uxorem Agidis] Timæam. Plut. in Alcib. c. 42. et de Tranquill. An. 10. Athenæus XIII. 4. Sic inf. XLIII. 4. 11. *Bern.*

Ad Tissaphernem] Thucyd. VIII. alii supr. notati. *Bong.*

Præfectum] Quem Persica voce 'Satrapam' ut plurimum appellant auctores, Plin. Curt. Probus, Terent. alii. Curt. etiam, ut et Cic. 'Prætorem.' Porro regnum Persarum ejusmodi Satrapiis, s. Præfecturis, 127. constitisse docet Josephus Antiq. Jud. XI. 4. et 6. Quod et Sacris Literis Esdræ III. 3. 2. Estheris I.

1. et VIII. 9. confirmatur. *Bern.*

Insinuavit] Gualter. 'adunavit.'

§ 6 *Eloquentia etiam, &c.*] Propter omissam in vulgatis edd. interstinctionem, vocabulo 'etiam' sua emphasis, et proinde dicto gratia, periit. Sic ap. Senecam, si recte memini, est qui dicatur 'vir magnus, etiamsi cum maximis comparetur.' At inter cæcos luscus rex est. Alcibiadis eloquentiam celebrat et Demosth. Orat. cont. Midiam: Probus 'neminem ei dicendo potuisse resistere' scribit. Certe belli Siculi suasor et auctor fuit, frustra dissuadente Nicia. Thucyd. VI. *Bern.*

§ 7 *Morum vitia*] Probus, 'Constat,' inquit, 'inter omnes, qui de Alcibiade memoriæ prodiderunt, nihil illo fuisse excellentius vel in vitiis, vel in virtutibus.' Ejusmodi temperaturam ex adversis moribus tribuit quoque Catilinæ Cic. in Cœliana cap. 5. et 6. et Licinio Muciano Tac. H. I. 10. *Id.*

§ 8 *Persuadet*] Videndus Thucyd. VIII. 8. 8. *Id.*

§ 9 *Vocandos in portionem muneris Ionios*] Sebisius *oneris* legit. *Idem.* Eleganter hic *munus* pro onere Auctor usurpat, quomodo etiam Cic. v. Verr. 20. 'Cum hoc munus imperaretur tam grave civitati.' Ib. 21. 'Id quoque munus leve atque commune Mamertinis remisisti:' et Liv. XXV. 7. 'Dum ne quis eorum munere vacaret.' Id. XXVII. 9. 'Non enim detrectationem eam munerum militiæ, sed apertam defectionem a populo Romano esse:' et XXX. 18. 'Utram vellet prætor muneris partem proconsule accipiente.' Vid. Pompon. in L. 239. §. 3. D. de Verb. Sign. *Gronov.* Ms. *Iones.* Junt. *Ionas. Muneris* non est mutand. in *oneris.* 'Munus' enim est, onus. Sic 'munera' JCtis sunt onera civilia. Hygin. Gromaticus: 'Scholæ cohortibus primis, ubi munera legionum dicuntur, intra scamnum legatorum contra aquilam dari debent.' Ubi 'munera legionum' sunt excubiæ, vallum, fossa, pabulum, materia, lignorum aggestus, et alia onera militaria. Tacit. I. A. 16. 'solita munia' dicuntur. Hinc 'munifex,' qui munera s. onera præstare cogitur, cui opponitur 'immunis.' *Græv.* Supr. quoque II. 5. 13. 'Ioniis.' Juntæ tamen, ut cl. Græv. testatur, hic habent *Ionas*, et Codex item Ms. quem Bong. vidit, *Iones.* Pro *muneris* Sebis. conjecit legend. esse *oneris.* At Græv. contendit nihil mutand. esse, propterea quod 'munera' ipsa quoque onera dicantur. *Vor.*

§ 11 *Dissentientibus Græcis*] Angl. *dissidentibus*, quod puto genuinum, cum vulgatum sit ex glossa. Noster XXIV. 1. 'Interim in Græcia dissidentibus inter se bello Ptolemæo Cerauno et Antiocho regibus, omnes ferme civitates ad spem libertatis erectæ.' Phædr. noster I. 31. 'Humiles laborant, ubi potentes dissident.' *Schef.*

§ 12 *Græciam obterendam*] Hoc *obterendam* inconveniens videtur. Certe quorum exæquantur vires, qui levantur auxilio contra alios, illi non obteruntur. Nam 'obterere' est, concutere, pessumdare. In Ms. pro eo habetur *exercendam*, quod haud dubie genuinum. 'Exercere Græciam' eleganter est, occupatam perpetuis bellis tenere, nunquam sincre venire ad quietem et pacem. Vocabulum *obterendam* natum ex glossa videtur, ut non pauca alia ap. h. Scriptorem. Quod tamen esse ineptum sequens 'vacet' ostendit, cui opponitur non *obterere*, sed *exercitum*, vel *exercitatum esse.* Schef. Angl. *adterendam*, quæ lect. est egregia. Plus est in illo *obterendam*, quam quod Alcibiades suadebat. Obterit regionem, qui eam bello penitus conculcat et evertit. Quomodo de ala equestri Tacitus Ag. 18. 2. 'Alam in finibus suis agentem prope universam obtrive-

rat:' h. e. deleverat. Hoc vero noluit Alcibiades, sed suasit bello fatigari. Quod proprie est *attevere.* Id. Tac. III. H. 50. 'Et ipsos in regione bello attrita inopia et seditiosæ militum voces terrebant.' *Idem.* Optime Angli, Scheff. applaudente, *Græciam atterendam.* Suet. Aug. 'Attrito bellis civilibus patrimonio:' et Galb. 'Attritis facultatibus.' *Græv.*

§ 14 *Classem regiam*] Quæ Phœnicum navibus 157. constabat. Thucyd. VIII. 15. 3. *Bern.*

Ne victoriam daret] Antiquiores quidam typis expressi, *ne v. totam d.* Sed Bong. *totam* expunxit, quod in Codd. Mss. id non reperiret. Et videtur sane commode abesse. *Vor.*

Aut necess. &c.] Hegesipp. II. 20. 'Paratum se ut incolumes servaret, si bellum deponerent.'

CAP. III. § 1. *Hanc operam civibus venditabat*] Hoc *vend.* mihi quidem parum isto l. conveniens videtur. Explicat quidem Freinsh. per, imputabat, jactabat ap. cives suos, sua opera id factum. Qui autem hoc potuerit ap. cives constitutus in exsilio, et degens ap. Tissafernem? Neque nunciis vulgare licebat rem proditioni similem, et sic in periculum vitæ ipsum conjecturam. Quare præfero, quod legitur in impresso, *civibus vendicabat*, isto sensu: Quicquid agebat, id vertebat omne in commodum suorum civium, i. e. Atheniensium, id omne tribuebat ipsis. Error inde, quia scriba negligens *vendicare* et *vindicare* scribi promiscue nesciebat, et propterea τὸ *vendicare* putabat esse vitiosum. *Schef.* Mallet vir doctiss. cum antiquioribus edd. *hanc op. c. vindicabat:* cui minime hic auscultand. Qui enim rescissent Athenienses, quo animo esset erga patriam, quam ante tot cladibus affecerat; et qui potuissent in animum inducere, ut legatos ad eum mitterent, nisi per litteras aut certos homines eis significasset, quid in eorum gratiam ap. Tissafernem dixisset effecissetque? Hoc vero est *venditare op. c.* quam sc. eis navarat ap. Persas. Si quid novand. mallem cum Junt. *h. o. c. indicat.* Sed nil venustius et pulchrius vulgata. *Græv.*

§ 2 *Si respublica*] Non repudio. Quia tamen scripti libri habent *res populo*, sive *res a populo*, ideo suspicor illud *publica* annexum a sciolo, neque genuinum esse. *Rem* simpliciter pro republica poni, frequens bonis scriptoribus. Sic 'potiri rebus,' 'præsse rebus,' passim, et ap. ipsum Nostrum 'res Macedoniæ' VIII. 6. 3. *Schef.*

§ 3 *Sperans, ut aut dux belli ab omnibus legeretur*] Pro, sperans se aut ducem belli ab omnibus lectum iri. Atque ita Noster non raro. Vid. III. 6. 10. Est autem 'ut' pro, quod, in talibus. Cujus generis multa et in Lib. de Latinit. F. Susp. cap. 24. congessimus. *Vor.*

§ 4 *Major salutis quam, &c.*] Liv. XXIII. 14. 4. 'Rebus extremis, honesta utilibus cedunt.' Val. M. VII. 6. 'Cedit interdum generosus spiritus utilitati, et fortunæ viribus succumbit, ubi, nisi tutiora elegerit consilia, speciosa sequenti concedendum est.' Sapienter in hanc mentem Thucyd. V. 16. 41. et Liv. XXII. 3. 3. *Bern.*

§ 5 *Imperium ad senatum*] Ad quadringentos, quorum meminit et Strab. IX. *Bongars.* Add. Thucyd. VIII. 11. Diod. XIII. 34. *Bern.*

Imperium ad senatum transfertur, qui cum, insita genti superbia, crudeliter in plebem consuleret, &c.] Hic vero, sicubi alias, experiundum arbitror, quid judicatrix illa facultas efficere possit. Neque enim dubitand. quin h. l. turpissimum mendum sit; id quod paucis a me ostendetur. Imperium defertur ad senatum, ait Just. at Senatus cum insita *genti* superbia in plebem crudeliter consulere cœpisset, tum vero mutatio rerum consecuta est. Ergo senatus est gens,

quod magnopere falsum est. Nam gens et plebem complectitur et senatum. Quare mentem alio convertas necesse est. Quæro itaque an gens Attica sumi possit pro senatu? Haud sane, inquis. At senatus, quid? Nonne ille *nobilitas* est? Hoc negari non potest. Nonne plebs et *nobilitas* (i. e. senatus) perpetuo inter se dissidio laborant? Nonne hoc quoque perpetuæ veritatis est, ut nobilitas sit superba et impotens in plebem? Hoc tale est ut eum esse in rebus publicis hospitem et peregrinum oporteat, qui de eo dubitandum putarit. Quare corrigendus necessario hic l. et sic legendus: *Imperium ad senatum transfertur, qui cum, insita nobilitati superbia, crudeliter in plebem, &c.* Vin' tu addi aliquid? En tibi oraculum non ex specu Trophonii, sed ex adyto Sallustii in Jugurth. opinor: 'Superbia solenne nobilitatis malum.' At Mss. tamen nihil habent, unde id confirmetur, quod dicis? Sed ratio, et judicandi facultas, et veritas ipsa nullone in loco ap. te sunt? deberent certe, nisi te ab illis semotum esse profiteris. *Faber.* *Genti* intellige nobilium, quod adeo Fabro placuit, ut refragante exemplarium consensu in textum admitti contenderet. *Oxon.* Puto locum aliter curandum. Nempe illud *genti* existimo corruptum per scripturam compendiosam, ac pro eo ponend. *gentili*, delend. autem *insita*, tanquam τοῦ *gentilis* glossam. Est enim 'superbia gentilis,' quæ huic genti insita. Nisi retinere *insita* malumus, et delere alterum. *Schef.*

Qui cum, insita genti superbia, crudeliter in plebem consuleret] H. e. cum in plebem sævirent, ac impotenter inhiberent imperium pro ingenio illius gentis, pro illa quæ insita est Atticis superbia, ut quicunque ex iis, sive sint ex populo, sive ex nobilibus, ad imperium provehuntur tale, ut soli rerum potiantur, ceteros cives premant, vexent, superbeque habeant. Nihil hic video difficultatis, cur contra omnium codd. auctoritatem hic l. sit interpolandus, aut mendæ suspectus habendus. Senatus non erat gens, sed erat ex illa gente, cui insita erat superbia, de qua et sæpe alii scriptores questi sunt: qui Thucydidem legerunt, id non possunt ignorare. Præterea nec in rep. Atheniensi nec Romana senatus fuit nobilitas. Multi legebantur ex plebe senatores, cum senatoria dignitas communicata fuit cum populo. Marius, Cicero, et quot alii fuerunt senatores, sed non nobiles, antequam ad majores magistratus eveherentur? *Græv.*

§ 6 *Revocatur*] Id valde contendente Pisandro, et aliis optimatum fautoribus. Thucyd. VIII. 13. Probus a Pisandro destitutum scribit. *Bongars.* Annitente præcipue Thrasybulo. Thucyd. VIII. 13. 13. et Probus in Alcib. *Bern.*

Dux] Probus: 'Prætor.' Στρατηγὸς Plut. in Alcib. Huc usque Thucyd. quem excipit Xen. *Bongars.* Eam συνέχειαν notat et Diod. XIII. 42. *Bern.*

§ 7 *Athenas mittit*] Ms. et Junt. *scribit.* Sed cave vulgatum moveas. Nam *mittere* nonnunquam est, scribere, et s. litteris s. nunciis missis significare. Cic. XI. Fam. 16. 'Mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas centurias conficiat:' et II. ad Att. 2. 'Nam ita ad me mittunt, Nigidium minari in concione, se judicem, qui non adfuerit, compellaturum.' Sic et ἐπιστέλλειν Ælian. V. H. II. 5. et 19. et πέμπειν ap. Scriptores Novi Fœd. *Græv.* Mss. habent *scribit*, quod fortasse non rejiciend. Nam *mittit se venturum* nescio an commode dicatur: alii profecto mallent, *mittit, qui nunciarent, se venturum.* Schef.

A quadringentis jura populi] 'Jura populi' nihil aliud sunt, quam quod paulo ante 'imperium' et 'remp.' vocavit. Cic. quoque eand. rem *jus publicum* vocat. Ut IV. Fam. 4. 'Post-

quam armis disceptari cœptum est de jure publico.' Porro quadringentis illis, abdicata Democratia, imperium permiserant Athenienses tum cum in Sicilia male rem gessissent: ut ex Diod. XIII. scire licet. *Vor.*

CAP. IV. § 1 *Mindarus*] Ita Græci, et hic vulgati libri. Mss. *Zestromindareus.* Is navali ad Cyzicum pugna periit. Xen. I. Ἑλλην. Diod. XIII. 51. Plut. Alcib. c. 53. a quibus historiæ huj. fusior explicatio petenda. *Bong.*

Jam Mindarus et Pharnabazus, Lacedæmoniorum duces] In omnibus Mss. legitur *Zestromindarus:* unde fac: *Jam Sesti Mindarus et Pharnabazus,* &c. Nam in Hellesponto factam esse hanc pugnam cum alii, tum etiam Frontin. tradit II. cap. 5. 'Alcibiades dux Atheniensium in Hellesponto adversus Numidarum et Lacedæmoniorum ducem cum amplum exercitum et plures naves haberet,' &c. Sed ineptissima est hæc Frontini lect. Quis enim unquam prodidit, Numidas Lacedæmoniis opem tulisse? Nihil certius est, quam rescribend. esse, *adversus Mindarum, Lacedæmoniorum ducem.* Voss. In Mss. Bongars. erat *Zestromindarus,* scriptura vitiosa. Legend. autem *Sesto Mindaro, &c. Sesto* autem positum a Justino fuit pro, ad Sestum (quæ urbs est Hellespontiaca in ora Europæ), ut alibi *Abydo,* pro, ad Abydum (in ora Hellespontiaca Asiæ): II. c. 13. 'Sed Græci audita regis fuga consilium ineunt pontis interrumpendi, quem ille Abydo velut victor maris fecerat.' Sic et alibi 'Cypro exsulabat,' pro, ap. Cyprum ins. Sic et XX. 3. 'Nam eadem die, qua in Italia pugnatum est, et Corintho, et Athenis, et Lacedæmone nuntiata est victoria.' Porro istud *Lacedæmoniorum* delere debes. Nam Pharnabazus Persarum satrapes erat, non dux Lacedæmoniorum. *Fab.* Codd. Mss. omnes, ut Bong. testatur, habent *Zestromindareus:* et vett. typis expressi Bech. et Sich. *Zestromidarus.* Unde cl. Voss. legend. censet *Jam Sesti Mindarus.* At ego mutata terminatione malim *Jam Sesto Mindaro:* quoniam in Codd. Mss. et antiquioribus typis expressis est *Zestro;* et quia non insolens Nostro nomina urbium secundæ declinationis, si motus in loco notetur, casu sexto ponere. Ut II. 13. 5. 'Pons quem ille Abydo fecerat.' Et XVIII. 4. 3. 'Cum interim rex Tyro decedit.' Et XX. 3. 9. 'Corintho est nuntiata victoria.' Bong. et Bernecc. nomen loci, ubi Mindarus et Pharnabazus expectarunt, prorsus neglexere. Verum facile intelligitur, quia Auctor instructis illos navibus exspectasse scribit, eund. additum item voluisse, ubi expectarint. Nihil autem commodius, quam Sesto eos expectasse. Notum de cetero est pugnam illam ad Ioniam et in Hellesponto commissam fuisse. Ipse Noster inf. v. 4. 17. 'Non Syracusarum, sed Ioniæ Hellespontique, meminerunt,' i. e. rerum ap. Ioniam et in Hellesponto ab Alcibiade gestarum. Frontinus quoque II. 5. ita: 'Alcibiades in Hellesponto adversus Mindarum [sic enim legend.] Lacedæmoniorum ducem cum ampl. exerc. et pl. nav. hab.' Vocatur etiam pugna ad Cyzicum: qua de Diod. XIII. 51. *Vorst.* Sub Persici huj. Satrapæ auspiciis militare non erubuerant Lacedæmonii, unde non immerito inter eorum duces numeratur Pharnabazus. Eruditiss. Is. Vossius reponend. judicabat, *adv. Mindarum Lac. d.* cui lect. si Ms. accederet suffragium, calculum libentissime adjecerim. *Oxon.*

Jam Sesto Mindarus] Recepi hanc lect. quam firmant Mss. Angl. et probarunt Oxonn. et ante eos Vorstius: Is. tamen Vossio τῷ πάνυ debetur laus huj. emendationis. Junt. quoque perinde ut multi codd. *Jam Zestromidarus et Pharnabazus.* Græv.

Pharnabazus] Persicum hunc Satrapam nescio quare ‘ ducem’ Lacedæmoniorum appellet Auctor: socium rectius et amicum dixisset. *Bern.*

§ 4 *Quibus ea res quæstum præbebat*] Diod. XIII. 53. pr. Οἱ πολεμοποιεῖν εἰωθότες, καὶ τὰς δημοσίας ταραχὰς ἰδίας ποιούμενοι προσόδους. *Bongars.* Sic ap. Liv. III. 66. 3. ut Æqui et Volsci cont. Romanos arma caperent, ‘ persuaserant iis duces cupidi prædarum.’ Hi tales nimirum, ‘ tanquam artifices improbi, opus quærunt, qui et semper ægri aliquid esse in republ. volunt, ut sit ad cujus curationem adhibeantur.’ Liv. V. 3. 6. *Bern.*

§ 5 *Illatum a Carthaginiensibus*] De quo vid. Diod. XIII. 43. et seqq. *Bong.*

Domum] Abest a Ms. Unde suspicor adjectum ex interpretatione glossatoris. *Schef.*

§ 6 *Adjicit*] Mss. mei *addicit:* et mox *Alcibiadem miratur* pro vulgata *Alc. mirantur;* sed neutrum recipio. *Mod.*

Adjicit] Rectum hoc: sed Mss. alii *addicit*, alii *adicit:* quod posterius e Veterum pronunciatione est, et exterendi i vocalem consuetudine, de qua Agell. IV. 17. Sic Martial. idem verbum scripsit X. 82. ‘ Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus.’ Hæc Acidal. ad Vell. II. 130. 8. *Bern.*

§ 8 *His omnibus præliis*] 5. terrestribus et 3. navalibus. Probus. *Bong.*

§ 9 *Mirantur*] Per Synthesin. Modii tamen Mss. *miratur.* Bern.

§ 10 *De cœlo missum*] Minut. Octav. ‘ In hodiernum inopinato visos cælo missos, ignobiles et ignotos terræ filios, nominamus.’ *Bongars.* Et ex eo Lactant. I. 11. ‘ Virtute nobilitatos et inopinato visos cœlo lapsos nominamus.’ Cic. I. ad Q. Fr. 2. ‘ Græci sic te ita viventem intuebuntur, ut e cœlo divinum hominem esse in provinciam delapsum putent.’ Simillime Nostro Amm. M. XXII. 2. ‘ Effundebatur ætas omnis et sexus, tanquam demissum aliquem visura de cœlo.’ Lips. Antiq. Lect. II. 12. hoc dici putat imitatione Homeri Od. VIII. 173. *Bernec.* Angli una voce auctius, *quasi Deum de cœlo.* Videtur non inelegans. Sed si recte examines, glossa est, nec ea satis apta. Sequitur enim ‘ ut ipsam Victoriam,’ ubi illud ‘ ipsam’ positum emphatice ostendit, plus inesse hisce verbis, quam antecedd. At si Deus missus dicitur, qui possit esse minor, quam missa Victoria? Hoc igitur non dixit Justinus, sed simpl. Alcibiadem missum de cœlo, i. e. singulari gratia cœlorum tributum Atheniensibus. *Schef.*

§ 12 *Tantum in uno viro*] Isocr. Orat. ad Philipp. *Bongars.* Sic Liv. VI. 8. 5. de Camillo: ‘ Quocumque se intulisset, victoriam secum haud dubiam trahebat.’ Add. eund. Liv. II. 43. 8. et IV. 28. 9. et XXXIX. 49. 5. Probum fin. Epamin. *Bern.*

§ 13 *Onerant*] Quod e Mss. in variantibus lectt. adfertur *honerant*, esse legitimum, et pro *honorant* antique dictum, pertendit Acidalius ad Vell. II. 124. 5. *Bernec.* Non placet conjectura Acidalii, *honerant*, quod in Mss. quibusd. est, esse pro *honorant.* Est enim potius pro *onerant.* Neque novum est rebus quoque bonis atque acceptis *onerari* quosdam dici. Phædr. V. 86. ‘ Multis onerare laudibus.’ Cujus generis plura in lib. de Latinit. vulgo fere neglecta congessimus. *Vor.*

§ 14 *Ipsos illi*] F. rectius *ips. illos.* Freinsh.

Ipsos illi Deos] Admonent hæc verba loci, qui habebatur sup. cap. 1. 3. ubi vulgo legitur, ‘ Etiam diris per omnium sacerdotum religiones devotum cognovit.’ Videtur enim ex collatione huj. l. restituend. quod occurrit in Ms. *Etiam Diis iratis per*, &c. Nam ‘ devotus exsecrationibus Deorum’ et ‘ devotus Diis iratis’ idem; non vero ‘ devotus diris.’ *Schef.*

§ 15 *Omnem humanam opem interdixerant*] Suet. Ner. 52. ‘ Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris:’ et Domit. 7. ‘ Interdixit histrionibus scenam.’ Nep. Hamilc. 3. ‘ Quod moribus eorum non poterat interdici socero gener.’ Noster quoque XLI. 3. ‘ Quamobrem feminis non convivia tantum virorum, verum etiam conspectum, interdicunt.’ *Gron.*

§ 18 *Nunquam mediocribus, nec in offensa, nec in favore, studiis*] Junt. quoque cum Mss. *offensam* et *favorem.* Græv.

CAP. V. § 1 *Lysander*] Post Xen. vid. Plut. et Probum in ejus Vita, Diod. XIII. 70. qui eum Sardis ad Cyrum profectum scribit. M. Cic. in Cat. Maj. c. 17. ex Xen. Œconom. *Bong.*

Cyrum Ioniæ Lydiæque præposuit] Cum Cyro minore Darii filio Lysander, qui classi belloque præfectus a Lacedæmoniis fuit, amicitiam coluit, Sardibus eum visitavit, magnamque pecuniæ vim ab eo accepit. Vid. Diod. XIII. 70. *Vor.*

§ 2 *Oppressere*] Non Alcibiadem, sed Antiochum, qui quidem erat ἀγαθὸς κυβερνήτης, ἀνόητος δέ τ' ἄλλα καὶ φορτικός. Plut. Alcib. c. 66. et Paus. Bœoticis. *Bongars.* Add. Diod. XIII. 71. *Bern.*

§ 4 *Erat*] Cod. 1. Voss. *esset.* Gron.

§ 6 *Eis*] Hoc referend. ad Athen. *Bern.*

§ 7 *Morum luxuria*] S. Maximus Taurinensis Homil. IX. ‘ Dolendum plane est istos morum abjicere nolle luxuriam.’

CAP. VI. § 1 *Conon*] Ejus vitam descripsit Probus, qui eum prælio ad Ægos fl. quo Atheniensium imperium concidit, non interfuisse scribit, contra quam Xen. II. Hist. Gr. Plut. Lysandro, Diod. XIII. 106. *Bongars.* Quibus testis accedit Isocr. in Evagora, et ad Philippum: item Aristot. Rhet. II. 23. In Orat. Demosthenis adv. Leptinem, res gestæ Cononis præcipuæ commemorantur. *Bern.*

Exornat] Vett. quidam typis expressi *adornat.* Et perinde est ‘ exornare,’ ‘adornare,’ itemque simplex ‘ ornare;’ idem quoque sunt quod, instruere. Cujus generis itid. varia in prædicto libello congessimus. *Vor.*

§ 4 *Atheniensium deletum, &c.*] Hinc ‘ Athenienses tot cladibus exstinctos’ criminatur Piso ap. Tac. A. II. 55. *Bern.*

§ 5 *Servis libertatem*] Sup. III. 5. 6. *Id.*

§ 6 *Ex qua, &c.*] Ita Ms. rectius, opinor, quam quomodo Bong. et alii ediderunt, *eaque.* Seqq. verba ordini suo restitui; cum in aliis edd. ita confunderentur: *Eaque in coll. hominum, dom. an. Græciæ, conscr. exercitu, vix lib. t.* Idem.

§ 8 *Ut, cum paullo ante salutem desperaverint, nunc non desperent victoriam*] Non tentarem hunc l. nisi in opt. notæ codice Leid. longe aliter hæc exarata invenirem: nempe h. modo: *ut paul. a. salutem, post speraverint vict.* Venusto et recto sensu. Primo de salute, mox de victoria, certavere. Non aliter Tac. Ag. de Britannis: ‘ Tum de salute, mox de victoria, certavere.’ De salute certat, qui tantum hoc agit, ut diutius non sit sub victore; de victoria, qui cum victore mutare fortunam contendit, talemque sibi esse vult, qualis ipsi victus fuit. *Boxh.*

Nunc non desperent victoriam] Miror, retinuisse h. lect. editos, cum sine dubio legend. sit *desperarent.* Quanquam mihi longe elegantior videatur lect. quæ occurrit in quibusd. Mss. *ut, cum paul. a. salutem desperaverint, post speraverint vict.* Schef.

§ 9 *Nomen*] Perizon. editionis Bernecceri margini adscripserat: ‘ *Nomen,*’ i. e. dignitatem. Sic Virgil. II. Æn. 89. ‘ Et nos aliquod nomenque decusque Gessimus.’ Hinc Sall.

'Vulgus sine nomine.' *Tueretur.* Ita Cic. XIII. ad Att. 49. 'Erat enim in consulatus petitione per te mihi pollicitus, si quid opus esset: quod ego perinde tuebar, ac si usus essem:' et Catil. III. 12. 'Illud perficiam profecto, ut ea, quæ gessi in consulatu, privatus tuear atque ornem.''

§ 10 *Solus*] Sc. e ducibus ac trierarchis. *Bern.*

Cum octo navibus] Plut. At Diod. XIII. 106. Τῶν μὲν οὖν τριηρῶν δέκα μόνον διεξέπεσον, ὧν μίαν ἔχων Κόνων ὁ στρατηγὸς, τὴν μὲν εἰς Ἀθήνας ἐπάνοδον ἀπέγνω, &c. *Bongars.* H. pugnam præter Diod. egregie describit Xen. Hist. Gr. II. Vid. Paus. III. p. 180. *Bern.*

CAP. VII. § 3 *Recepit*] Melius *recipit*, et mox *relinquit*, ut congruat præced. 'mittit.' *Freinsh.* Vid. not. ad v. 9. 11. *Bern.*

§ 4. 5. 6. &c.] Epitomatorem professo minime conveniens, et affectatione prope putida hypotyposis. *Id.*

§ 6 *Fortunam publicam questibus iterant*] H. e. denuo conquerebantur de fortuna publica. Sed an *iterare questibus fortunam* commode dicatur, hæreo. Certe non tam fortuna ipsa iteratur, quam ejus memoria, ut saltem genus hoc sit paulo durius et insolentius. In Ms. quodam legitur *fenerant*, ex quo prope venio in h. sententiam, scripsisse Just. *questibus onerant.* Esset profecto h. lect. elegantior, et suetior Latinis. Sic enim et 'laudibus,' 'contumeliis,' 'injuriis,' 'maledictis,' 'probris onerare' passim legitur. Add. quod re vera querelas non iteraverint, cum de fortuna publica prius non fuerint conquesti, sed tantum anxii et dubii. *Schef.* Angli *onerant*; quod egregie firmat conjecturam nostram, quam in notis proposuimus. *Id.*

§ 7 *Cum privatis casibus querelam publicam miscent*] Pro, cum querela de casibus privatis querelam publicam miscent. Cujus generis plura ad I. 7. 14. et II. 14. 10. notavimus. *Vor.*

§ 8 *Judicantes*] Angl. *judicant.* Nec displicet. *Vor.*

§ 9 *Sibi*, &c.] Saxo X. p. 203. f. 'Ut jam sibi victoriam ante oculos præponentes (leg. *prop.*) in prælium prosilirent.'

Superbum victoremque hostem proponentes] Ejiciendæ e textu scriptoris hæ duæ voculæ *que hostem*; quod me pene pudet admonuisse, ita res clara est et manifesta. Legend. *s. victorem prop.* Fab.

§ 11 *Feliciores urbis ruinas ducentes*] Angli *dicentes*, quod et ipsum rectum videtur. Proponuntur enim hic eorum lamentationes et querelæ per suas partes. At illud 'ducere' ad secretum animi refertur judicium. Sic Noster alibi, ut XXIV. 4. 9. 'Actum de Macedonia dicens, si egeat.' Et XI. 5. 4. 'Se quoque non debere melius sperare dicentes.' *Schef.*

Taxatæ sint] H. e. constiterint, æstimatæ fuerint. Sen. ad Marc. c. 19. 'Tanti quodque malum est, quanti illud taxavimus.' *Bern.* Plin. XXXV. 11. 'Talentum Atticum XVI. M. taxat Varro.' Vid. et Flor. I. 12. 8. et II. 6. 18. Est autem 'taxare' idem quod æstimare. *Vor.*

§ 12 *Pridem*] Sup. II. 12. 16. *Bern.*

CAP. VIII. § 1 *Sic defletæ*] Ea notione vox usurpata, ut Suet. Calig. c. 38. 'Diplomata ut vetera et obsoleta deflebat:' ubi male rescribunt alii *difflabat.* Nam 'deflendi' voce in eod. sensu utitur Suet. Calig. 30. 9. Ita verbum 'deplorare' ponitur ap. Liv. XLIII. 7. 4. Ita Sen. ad Marc. 26. pr. Curt. VIII. 6. 10. Vell. II. 119. 1. *Bernec.* Vid. Diod. XIII. Xen. Hist. Gr. II. Plut. in Lysand. et Alcib. Ælian. IV. V. H. Thucyd. I. Strab. IX. *Ox.*

Obsidione circumdata obsessos fame urgent] Junt. *obsid. circumdatos f. u.* Sic scripsit Just. *Obsessos* est interpretatio τοῦ *obsid. circumdatos*, quæ

postea ipsis Justini verbis fuit immista. Mox *Pyræum* Junt. et hic et ubique recte scribunt. *Græv.* Quanquam hoc sit satis Latinum, *obsidione circumdata obsessos*, nam dicimus 'circumdare urbem obsidione' et 'circumdare urbi obsidionem;' tamen validius placet, quod in opt. illa Junt. ed. qua usus est doctus amicus noster J. Græv. *Faber.* Bech. atque aliæ antiquiores edd. sic: *obsid. circumdatos et obsessos f. u.* Junt. autem, ut Græv. testatur, *et obsessos* ut supervacuum plane omittit. Si genuinum sit *obsid. circumdata*, erit id simile illi, quod supr. vidimus, 'munitionibus circumdatis.' *Vor.*

§ 2 *Copiis*] Abest a plerisque Mss. unde suspicor ex glossa natum. Sed sic mox, pro *novæ*, *nova* fuerit scribend. plane sicut in quibusd. antiquis scriptum reperitur. *Scheff.*

§ 3 *Quibus malis Athenienses*] Ita Mss. et Auctor etiam alibi, ut III. 7. 1. et V. 4. 4. Bong. et alii: *Q. m. rebus Ath.* Berneccer. Bong. ex suis, *q. m. r. A.* Alterutrum horum glossatoris est, non Justini. Berneccerus stat pro voce *malis*, quoniam et alibi sic Noster. Mihi potior videtur vox *rebus*, quoniam ipsa opus habebat explicatione per glossam, non altera, quæ per se intelligitur. *Id.*

§ 4 *Cum multi*, &c.] Huc spectat fragmentum Lycurgi ap. Suid. v. Μηλόβοτος χώρα. Κεῖται δὲ τυδνομα καὶ τῷ (leg. ex Ms. Leid. καὶ παρὰ τῷ) Λυκούργῳ ἐν τῷ κατ' Αὐτοκλέους· Ἀλλὰ καὶ μηλόβοτον τὴν Ἀττικὴν ἀνῆκε· βουλευομένου δὲ ὅπως τῇ πόλει χρήσεται, Ἀθηναῖοι μὲν μηλόβοτον ἀνεῖναι συνεβούλευον. Φωκεῖς δὲ ἀντεῖπον σῶσαι. Pro Ἀθηναῖοι Kusterus corrigit Θηβαῖοι, et pro ἀνεῖναι Ms. Leid. dat ἀεῖραι.

Multi] Lysander et Agis. Paus. in Lacon. *Bongars.* Præcipue vero Corinthii ac Thebani, aliique Græci non pauci. Xen. II. Hist. Gr. *Bern.*

Ex duobus Græciæ oculis] Ne sc. illa fieret ἑτερόφθαλμος, lusca, ut notat Plut. in Præc. politicis. Ea de re consultus etiam Apollo respondit, τὴν κοινὴν ἑστίαν τῆς Ἑλλάδος μὴ κινεῖν. Ælian. IV. V. H. 6. Haud absimili figura Cimon Spartanis subveniendum arbitrabatur cont. Messenios, 'adhortatus eos, ne Græciam claudam reddi, neu Urbem socia destitui, sinerent.' Plut. in ejus Vita. *Id.*

§ 5 *Si demissa Piræum versus*] Ὥστε τὰ μακρὰ σκέλη καὶ τὰ τείχη τοῦ Πειραιῶς περιελεῖν, inquit Diod. XIII. 107. Plut. Lysandro: quos vid. et Xen. Hist. Gr. II. Et ita bello Peloponnesiaco finis impositus, quod Thucyd. I. 1. 1. ἀξιολογώτατον τῶν προγεγενημένων et μακρότατον vocat. In annum enim XXVI. protractum est. *Bongars.* Ms. *dimissa*, quæ nec ipsa lect. mala est. Vid. Non. in *Dimittere.* Berneccer. *Piræum* scribend. est, non *Piræum*, non *Pyræum*; denique non aliter scribend. Ita Græci omnes. Et ita Muret. monuerat ad Terent. *Faber. Demissa* idem quod, deducta. *Piræus* scribend. non, ut quidam scribunt, *Piræus.* Græci enim Πειραιεὺς scribunt. 'Brachia' vocat quæ muri partes in longitudinem porrectæ erant. Nec aliter inf. v. 9. 12. *Vors.*

Muri brachia] Hæc erant 5000. passuum. Plin. IV. N. H. 7. 'Brachium' autem in ædificiis notat omne id, quod extra ordinariam ædificii lineam et rectum ordinem excurrit. Stat. v. Th. 279. 'Gemini qua brachia muri Littus eunt.' Liv. IV. 9. 'Consul muro Ardeæ brachium injunxerat:' et XXII. 52. 'Brachio flumini objecto eos excludit.' Frontin. III. Strat. 17. 4. 'Brachiis a latere ductis.' Strab. XIV. p. 654. vocat σκέλη. *Gron.*

Navesque, quæ reliquæ forent, traderent] Exceptis 10. quas, nec plures, illis possidere licuit. Diod. XIII. 107. *Bern.*

Ex semet ipsis] H. e. Atheniensibus. Quod non putassem notatu dignum, nisi hic etiam Hispanicus Auctoris interpres impegisset. Posset autem

et aliis accidere, quod illi potuit. *Id.*

§ 7 *Insignis hic annus*] Is fuit quartus Olymp. 93. ab U. C. 348. *Id.*

Exsilio Dionysii] Orbis literarii phœnix Jos. Scaliger insigniter Auctorem et tempore et persona hic errare demonstrat, v. de Emend. Temp. p. 224. Tempore, quod 48. annis illud exsilium post acciderit: persona, quod non Dionysius senior, Hermocratis fil. in exilium actus sit; sed Dionysius junior huj. filius. Sed Justinus habebat in animo, eo anno Dionysium victum a Carthaginiensibus fuisse: propterea cladem acceptam illius Dionysii cum filii exilio confuderit. *Id.*

§ 9 *Triginta rectores*] Vid. præter citatos ad § 5. Diod. init. lib. XIV. *Bong.*

Triginta, &c.] Sen. Ep. 104. 'Viginti et septem annis pugnatum est: post finita arma triginta tyrannis noxæ dedita est civitas, ex quibus plerique inimici erant.'

§ 10 *Quippe, &c.*] Vincent. III. 63. 'Adunatis sibi tribus millibus satellitum et septingentis millibus de exercitu victoriæ.' Leg. *et s. militibus de e. victore.* Oros. II. 17. 'Qui primo se tribus millibus satellitum stipant: mox etiam septingentos milites victoris exercitus lateribus suis circumponunt.'

§ 12 *Cædes deinde civium ab Alcibiade auspicantur*] De morte Alcibiadis, ad cujus cædem 30. tyranni Lysandrum impulerunt, vid. Plut. Diod. Prob. Cic. de Divin. II. 62. Val. M. I. 8. *Bong.*

§ 14 *Vivus crematus, &c.*] Non vivus, sed mortuus jam et barbarorum telis confixus, juxta Prob. et Plut. in Alcib. *Berneccer.* Contra habent Plut. et Nep. ut jam vidit cl. Bernecc. Verba Cornelii in mendo cubant: 'Illi, cum eum ferro aggredi non auderent, noctu ligna contulerunt, circa domum samenam, in qua quiescebat; eam succenderunt,' &c. Non attinet, virorum doctorum super hunc l. conjecturas apponere. Lege *circ. dom. Sanisenam.* Sanisene appellatur tractus in confinio Phrygiæ et Galatiæ. *Vos.*

CAP. IX. § 1 *Hoc ultoris metu*] Angli *ult. hujus m.* Græv.

Miseras, &c.] Saxo XIV. p. 258. 'Bona eorum, qui ad Canutum concesserant, rapinis exhauriunt.'

§ 2 *Theramenī*] Uni de 30. Vid. Xen. H. Gr. II. et Cic. Tusc. I. 40. *Bongars.* Item Plut. in Nicia et Consol. ad Apollon. cap. 9. *Bern.*

Ipsum quoque ad terrorem omnium] Angli rectius *i. q. ad documentum ceterorum et terr. o.* Ubi *documentum ceterorum* videtur intelligend. quod docere ceteros debet, qui nimirum ita grassabantur cædibus, ne et ipsis hoc inciperet displicere. At h. modo nescio, an facile ullibi reperias. 'Documentum alicujus' est, quod quis edit. Ita 'documenta egregii principis' ap. Suet. Galb. cap. 14. per quæ docet se talem futurum. Hæreo igitur, nec satis scio, an hoc admittendum sit augmentum. *Schef.*

§ 4 *Quod etiam ipsum auxilium cum miseris eriperetur*] Mss. nonnulli cum Junt. *q. cum etiam i. a. unicum mis. e.* Græv.

§ 6 *Thrasybulus*] Θρασύβουλος ὀνομαζόμενος. Diod. XIV. 33. Vid. Xen. H. Gr. II. Paus. Atticis. *Bongars.* Huic 'neminem præferre se fide, constantia, magnitudine animi, in patriam amore,' scribit in ejus Vita Probus. *Bern.*

Nobilis] Prob. 'Multi eum nobilitate præcucurrerunt.' *Bong.*

Audendum, &c.] Saxo XIV. p. 258. 53. 'Audendum aliquid cum periculo ratus:' p. 357. 7. 'Pro patria difficilia audere solitus.'

Etiam cum periculo] Δράσαντάς τι καὶ κινδυνεῦσαι δεῖ. Thucyd. I. 4. 5. et III. 9. 4. Quod dictum ad ancipitem febris hecticæ curam accommodat Galenus Meth. Med. X. 10. Et proverbio jactatum patet ex Æsch. Choëph. 303. Δράσαντι παθεῖν, Τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ. *Bern.*

Castellum Phylen] Steph. de Urb. Χωρίον vocant Xen. et Diod. *Bong.*

§ 7 *Crudeles, &c.*] Bong. et alii *crudelis* ediderunt. Prætuli, quod Mss. codd. ipso referente Bong. probant, cum præsertim Auctor alibi quoque 'miserari' cum accus. jungat: ut VIII. 5. 13. XII. 5. 8. XXVII. 1. 5. XXVIII. 4. 12. *Beneccer. Crudelis* Bernecc. in *crudeles* mutavit; quod vereretur, ne *crudelis* pro casu secundo num. sing. haberetur. Verum, si maxime *crudelis* legatur, potest id nihilominus pro vocabulo quarti casus et pluralis numeri haberi. *Vor.*

§ 9 *Lysias*] Paulo aliter Plut. in Vitis Rhetorum, quem vid. *Bong.*

Exul tunc] Non improbo; tantum relinquo cogitand. cum in Mss. sit *exultans*, utrum non Just. scripserit et distinxerit: *et Lys. Syr. orator, exul, tamen q. m. &c.* Efficacius sane esset. Tantum miseratus est Athenas, ut, licet esset exul, atque adeo ipse opus haberet subsidio aliorum, tamen tot miserit eis in auxilium. *Schef.*

Patriæ communis eloquentiæ] Cic. de Orat. I. 4. 'Athenis summa dicendi vis et inventa est et perfecta.' Id. in Bruto cap. 10. 'In ea urbe et nata et alta est eloquentia.' Add. Vell. I. fin. et Nostr. II. 6. 6. *Bern.*

§ 10 *Securius pugnaretur*] Maluit Sich. olim legere *incurius pug.* credo quod ita in vett. libris (neque enim solebat temere aliquid in classicis scriptoribus immutare) hunc l. legi deprehendisset, et probam eam vocem censeret, et ad quem modum Apuleius 'agnum incuriosum' dixit pinguem, quasi curæ expertem; quod, qui cura vacant et solicitudine, citissime pinguescant. Neque novum sane videri debet hoc: cum et Lucret. 'intactus' dixerit, et Ov. 'inambitiosus,' et Sen. 'inperpetuum,' et Tertull. 'inbonus,' et Arnob. denique 'inodor.' *Mod.* Accurata illa Sich. ed. Basil. habet *incurius*, ex quo Freinsh. facit *incuriosius.* Berneccer. Caussa non est, ob quam τὸ *securius* in *incurius* vel *incuriosus* debeat mutari. *Secure*, i. e. segniter; non serio pugnat ille, qui alienæ dominationis conatus bello cogitur promovere. Et ita loquuntur optimi Scriptores. *Boxh.*

§ 11 *Refugerunt*] Sebis. *refugiunt*, ut tempora congruant. Sed Auctorem talium incuriosum passim deprehendas. *Berneccer.* Angl. *refugiunt.* Probo, quia præcedit 'vincuntur,' item quia sequitur 'spoliant,' similibus temporibus. *Schef.*

Exhaustam cædibus suis, &c.] Hæc seq. modo videntur distinguenda: *exh. cædibus, suis etiam armis spoliant.* Gron.

§ 14 *Accitis*] Sebisius *acceptis* legit. *Berneccer.* Hoc *accitis* vix est sanum. Magis probo *acceptis:* nisi quis putet scripsisse Just. *excitis.* Et usurpat Noster alibi quoque tali sensu. Vid. II. 4. 22. *Schef.*

§ 15 *Critias*] Τὴν ἡγεμονίαν ἔχων, Diod. XIV. 34. 'Dux tyrannorum' Prob. 'Crudelissimum omnium tyrannorum' vocat Lactant. III. de Falsa Sap. *Bong.*

Hippolochus] Ita habent Vett. omnes. Ejus Diod. et Prob. non meminerunt. Xen. II. H. Gr. 'Hippomachum' vocat, quomodo habet Ed. vulg. *Bongars.* Ita sane Codd. Mss. omnes, quos quidem Bong. vidit. Sed legend. tamen f. *Hippomachus*, ut Xen. II. H. Gr. vocat. Habet ita Ed. Colon. et in marg. Ed. Sichardi. Paulus quoque Leopardus ita legend. censuit. Pari modo IV. 5. 7. *Eurylochus* erat pro *Eurymedon.* Vor.

CAP. X. § 1 *Major pars Atheniensium*] Lucan. X. 403. 'Pars maxima turbæ Plebis erat Latiæ.' Liv. XXIII. 35. 'Ea maxima pars volonum erat.' Id. XXIV. 16. 'Et ea major pars

eqnitum,' &c. et XXVII. 9. ' Et erant major pars Latini nominis sociorumque.' *Gron.*

Magna voce Thrasybulus] Non Thrasybulus, sed Cleocritus *κήρυξ μάλιστα ἔμφωνος ὤν.* Xen. H. Gr. I. *Bongars.* Quo l. refertur hæc oratio. *Bern.*

§ 3 *Admonet deinde*] Mss. *Admonens d.* Sine dubio legend. *Admonens d. cognationis, &c.* nam *Admonet, orat,* non satis commode cohærent. *Schef.*

Sacrorum communium] Ita Curt. IX. 10. 28. ' Sacrorum societatem ' vocat Plin. Paneg. c. 37. pr. Tac. II. A. 65. 5. *Bern.*

Tum vetusti] Hoc *tum* ignorant Mss. et videtur natum ex similitudine litterarum, in fine vocis præced. *Schef.*

Si tam patienter ipsi serviant] Mss. quidam *si tam servitutem pati, nec eripi si serviant.* Inde colligo lect. veram huj. l. esse, *si tamen servitutem patiantur ipsi, nec eripi se sinant, serviant, reddant sibi patriam, aut patriæ acceptam libertatem.* Vulgatæ sane non cohærent. Quis enim quæso sensus horum verborum, *si tam patienter ipsi serviant, accipiant libertatem?* Cur enim acciperent? qui libenter serviunt, libertatem negligunt, manentque potius in servitute; frustra igitur libertas his offertur. At in nostra emendatione omnia sunt elegantia et emphatica, et convenientia rei. Nec in ea insolens aliquid. *Tamen* ipsum *tam* est, compendiose scriptum; *patiantur* est ex *patienter*, iisd. pæne literis: *sinant* omissum videtur tanquam superfluum propter seq. *serviant* a librario indocto, cum ne litteræ quidem multum sint dissimiles. *Aut* absumsit antecedens *m* totidem constans lineis. *Patriæ* in plerisque Mss. reperitur. *Schef.*

§ 4 *His, &c.*] Saxo XIV. p. 290. 50. ' Cujus excellenti virtute tantum promotum est ut deinceps Sclavi,' &c.

Substitutis decem] ' Prætoribus,' Probus in Thrasyb. *Bongars.* Vid. Maussaci Notas in Harpocrat. p. 153. *Bern.*

Qui rempublicam regerent] In Mss. est *qui rem reg.* quod non displicet, vel propterea, quia simile quid occurrebat sup. cap. 3. ubi vid. quæ notavi. *Schef.*

§ 6 *In bellum Athenienses exarsisse*] Longe politius Britanni ex vetere cod. *bell. Athenis ex.* quod maxime probo. *Græv. Bell. Athenis ex.* non displicet. *Schef.*

Comprimendum] ' Comprimere bellum,' ut *comprimere motum* in Inscript. Plautiana ap. Grut. p. 453. MOTUM ORIENTEM SARMATARUM COMPRESSIT.

Pausanias] Et ante eum Lysander cum 40. navibus. Diod. XIV. 34. Hic autem pacem fecit non misericordia, sed *φθονῶν Λυσάνδρῳ*, et *θεωρῶν τὴν Σπάρτην ἀδοξοῦσαν*, &c. Vid. Diod. et Xen. H. Gr. II. *Bong.*

§ 7 *Permotus patriam*] Probo conjecturam docti viri, Bong. puto, qui legit, *p. et p.* item mox *Eleusina emigrare;* quoniam in Ms. est *p. set p.* item *Eleusinæ em.* Schef.

§ 9 *Per insidias comprehensi*] Manca est oratio; legend. *et per ins. comp. &c.* Fab.

§ 10 *Tantum*] An f. *tandem* legend.? *Freinsh. Tandem* pro eo quod quidam edidere, *tantum*, legend. censuit Freinsh. Habentque ita Sich. et Colon. edd. *Vor.*

Tandem] Ita recte Vorst. ex conjectura Freinshemii, et edd. vetustioribus. *Schef.* Receperant *tandem* Angli quoque ex Mss. et sic etiam Junt. *Græv.*

§ 11 *Discordiarum oblivionem*] *Ἀμνηστίαν.* M. Tull. Phil. II. 1. Val. M. IV. 1. Plut. Cic. *Μὴ μνησικακεῖν.* Xen. Et ita Siculos inter se pacem fecisse refert Thucyd. IV. 12. 33. *ἔχοντας ἃ ἕκαστοι ἔχουσι. Bongars.* Itemque Lacedæmonios cum Atheniensibus. Id. IV. 23. 7. In Dione XLIV. extat

Oratio Ciceronis, qua, Thrasybuli exemplo, Romanis ' Amnestian ' s. ' Oblivionis legem ' (ita Probo in Thras. vocatam, Floro IV. 6. 4. ' Abolitionem ') suasit. Add. Suet. Claud. c. 11. pr. Vell. II. 58. 4. Flor. III. fin. Vopisc. in Aureliano cap. 39. *Bern.*

CAP. XI. § 1 *Darius*] Diod. XIII. 108. De Cyri (cognomento Minoris) *ἀναβάσει*, i. e. ut Hieron. loquitur, *ascensu*, Xen. Diod. XIV. 20, &c. Plut. in Artaxerx. *Bongars.* Oros. II. 18. *Bern.*

Artaxerxe] Qui ante regnum ' Arsicas,' vel, ut Ctes. ' Arsaces,' dicebatur: post ' Mnemon ' est cognominatus. *Bongars.* Alius sup. III. 1. 4. *Bern.*

§ 2 *Regnum Artaxerxi*] Quippe natu majori, etsi patre adhuc privato genitus esset. Contr. Xerxes sup. II. 10. 2. Ubi citatis auctoribus add. H. Grotium de J. B. et P. II. 7. 28. *Id.*

Civitates] Lydiam et maritimas civitates. Plut. *Id.*

§ 3 *Judicium*] H. e. testamentum; quod et ' supremum judicium ' dicitur in libris Juris, ut etiam ap. Suet. Aug. 66. 8. ' Amicorum suprema judicia morosissime pensitavit.' Causa est, quod, si unquam homo, tunc certe, quando testamentum condit, ad ' judicii ' lancem omnia exigit. Quam in rem videatur egregius locus ap. Sen. IV. Benef. 11. item I. fin. *Berneccer.* Add. Cic. XIII. Fam. 46. ' Hominem probum existimares, qui patroni judicio ornatus esset.' Idem pro Domo 19. ' Denique etiam ille novicius Ligur, cum M. Papirii, sui fratris, esset testamento et judicio improbatus, mortem ejus se velle persequi dixit.' Et ' suprema judicia ' Plin. VII. Ep. 20. et 31. *Gronov.* Vocabulo ' judicii ' testamentum designat, cujus ante mentio facta. Sic et Valerio VII. 7. 4. ' suprema judicia ' nihil aliud sunt, quam testamenta. Vid. et Suet. Aug. 66. 8. *Vorst.*

§ 4 *Dissimulatione belli*] Explicari possunt, quod negaverit a se bellum ullum esse paratum. Mihi tamen ex glossa irrepsisse videntur. *Schef.*

Compedibus aureis] Ne sc. familiæ regiæ honos non haberetur. Qua causa quoque Darium Bessi et Nabarzanis conspiratione prehensum, aureis compedibus catenisque vinctum fuisse scribit Curt. V. 12. 26. et Noster XI. 15. 1. Vid. Chrysost. Orationem ult. Appianum p. 214. Gebhard. in Catull. p. 185. m. *Bern.*

§ 5 *Cæpit: auxilia*] Suspicor ob litterarum similitudinem hic excidisse *et.* Schef.

Auxilia undique contrahit] Justinus meo quidem judicio, quantulumcunque in his rebus est, scripsit, *auxiliis u. contractis.* Qui verborum collocationem sentiunt, et qui rhetorice sapiunt, non adversabuntur. *Faber.* Hoc nimis longe recedit a scriptura veteri. Propior est emendatio, quam jam indicavi in Notis. *Schef.*

§ 6 *Enixe se ejus opera*] F. *enixa.* Plin. IX. N. H. 3. ' Enixioris operæ conscii sibi.' *Gron.*

§ 8 *Fors prælii*] *Ἡ τύχη.* Diod. XIV. 24. *Bongars.* Ex antiquioribus edd. *sors* lego; non *fors*, ut Bernecc. et alii. *Vorst.* Junt. cum nonnullis aliis *sors*, quod perperam probat Vorst. *Fors prælii* est, fortuna prælii. Sensus est: Cum forte in prælio frater in fratrem incidisset. Liv. XXXI. 4. ' Castra quo fors tulisset loco, sine ullo discrimine aut cura muniendi, posita.' Curt. IV. 15. ' Plura simul abrupta a ceteris agmina, ubicunque alium alii fors miscuerat, dimicabant.' *Sorti* hic nullus locus est. *Græv.*

Utrumque fratrem] Propter obscuritatem narrationis, quæ inest lectioni vulg. adducor, ut existimem scripsisse Nostrum *utrinque fr.* Schef.

§ 9 *A cohorte regia*] ' Cohors ' h. l. non milites notat, sed comites, regique proximos, qui regem comitaban-

tur. Liv. XXVIII. 5. ‘Ibi exercitu omni relicto, cum cohorte regia Demetriadem se recepit.’ Id. XL. 6. ‘Proxima est regia cohors custodesque corporis.’ Proprie enim *cohors* notabat provincialium magistratuum domesticos comitesque honoratiores, unde Horat. I. S. 7. ‘Laudat Brutum, laudatque cohortem:’ et Juv. VIII. 127. ‘Sit tibi sancta cohors comitum.’ *Gron.*

§ 10 *Decem millia*] 14000. numerat Frontinus IV. Strat. 2. 7. et 8. *Berneccer.* Dux eorum Xenophon fuit. Vid. Ælian. III. V. H. 17. *Vor.*

In auxilio] Mss. habent *aux.* rejecta præp. quam lect. puto præferendam vulgatæ. *Schef.*

LIBER VI.

CAP. I. 1 *Quo plura habent, eo ampliora, &c.*] Sen. II. Benef. 27. ‘Eo majora cupimus, quo majora venerunt: multoque concitatior est avaritia in magnarum opum congestu collocata, ut flammæ infinito acrior vis est, quo ex majore incendio emicuit.’ *Berneccer.* H. sententiam planam esse non ignorabam. Sed hoc non planum est, quam belle dicatur, *Lacedæmonii eo ampl. cupientes, non contenti.* Ista duo participia sic jungi sine interposita copula non recte posse, qui Latine doctus est, et animum advertet, facile videbit. Sed si illa verba conjungas, *more ingenii hum. quo plura habet, eo ampl. cupientis,* omnia liquida erunt et sana. Lacedæmonii non contenti accessione Atheniensium vires sibi duplicatas, totius Asiæ imperium affectare cœperunt, *more ingenii hum. quo plura habentis, eo ampl. cupientis.* Sic enim legend. nunc censeo. Nec offendi debemus hac locutione, quod *ingenium humanum* dicatur *habere multa:* sensum enim respexit ut millies et hic Noster et alii; ac si scripsisset, More hominum, quo plura habentium, eo ampliora cupientium. *Græv.* Sunt qui hic aliquid corruptum esse existimant; non ego. Nam nulla opus mutatione est, cum hæc sententia sit plana et perspicua: Lacedæmonii quo plura habent, eo et ampliora cupientes, more ingenii humani, sc. &c. Deinde non satis ex usu bellæ Latinitatis videtur, ut dicas, *ingenium, quo plura habet, eo etiam et plura cupit.* Fab. Non aspernor emendationem Boxhornii, *Quo plura habet eo ampl. cupientis;* quam et cl. Grævio placere video. Altera tamen lectio jam ævo Orosii fuisse videtur. Habet enim et Exscriptor ille III. 1. sic: ‘Quo plura habeant, eo ampl. cupientes.’ *Vorst.* Græv. *quo plura habet, eo ampl. cupientis,* nihilque ait esse certius. Ita olim et Boxhorn. Ego temere nil mutem, quia in isto *habent* non tam adtendit ad ingenium humanum, quam, quod in animo erat, ipsos homines. Et occurrunt talia alibi. Vid. quæ notamus passim ad Hygin. *Schef.* ‘More ingenii humani’ etiam dixit Hegesipp. I. 36. et 37.

§ 2 *Hercyllides*] Δερκυλλίδας Xen. III. Diod. XIV. 39. Plut. in Artaxerx. quos vid. Huc spectat Trogi Fragmentum ap. Priscian. VI. cujus etiam Mss. habent, ‘ab Herculide.’ Oros. III. 1. vocat ‘Hercilidem.’ ‘Dercyllidæ’ meminit et Plut. in Apoph. Lacon. *Bong.* Leopard. contendit legend. esse *Dercyllides.* Et sane auctores Græci Xen. Diod. Plut. ita eum vocant. Quia tamen ipsius Trogi Fragmentum ap. Priscian. VI. in

manu exaratis codd. itemque qui Just. exscripsit Orosius III. 1. habet ‘Hercilidem,’ ac præterea antiquus quoque Prologus in hunc lib. ‘Herculide,’ nihil ausim mutare. Quod si non ipse Trogus, aut Just. ita appellaverit, mendum saltem antiquum id fuerit. *Vor.*

Maximarum, &c.] Saxo XIV. p. 255. 48. ‘Quorum viribus succinctus:’ p. 256. 39. ‘Canutus magnis orientis viribus succinctus:’ p. 271. 43. ‘Alienorum viribus succinctus.’ p. 282. 42. ‘Rex magnis viribus succinctus.’

Pacificari, &c.] Prudentiæ hnj. exempla alia vid. inf. VII. 6. 5. et XXIX. 2. 8. Thucyd. I. 10. 18. Pachymer. I. Hist. Byzant. 3. Apophthegma Imp. Rudolphi I. ‘Quicumque tres lites habet, duas, si poterit, componat,’ refertur a Lipsio Miscell. Ep. III. 77. *Ber.*

§ 3 *Cyri quondam regis*] Mala hæc aut lectio aut scriptio. *Freinsh.* At ego non video quid desiderari hic jure possit. Intelligitur utique Cyrus Minor, Darii Nothi fil. qui sane quondam pro rege sese gesserat. *Vorst.* Sed tamen rex non fuit, verum regiam dignitatem affectavit. Puto igitur verba *quondam regis* esse glossam, quæ a mala interpolatrice manu irrepserunt hominis, cujus menti obversabatur Cyrus ille Magnus, non hic Minor. *Græv.*

§ 4 *Criminatur*] Oros. III. 1. ‘Defert ut proditorem.’ Ms. P. Danielis *differt.* Vid. Nonium Tac. I. A. ‘Pars multo maxima imminentes dominos variis rumoribus differebant.’ Petron. ‘Alioqui mille causæ nos quotidie collident, et per totam urbem rumoribus different.’ Ita malo, quam *deferent.* Bong. Ita Tac. III. A. 12. et IV. 25. ‘Differri per externos, per manipulos.’ Suet. Aug. 14. 2. ‘Rumore ab obtrectatoribus dilato.’ Planissime respondet nostrati Aufztragen h. e. divulgare. In illo tamen Orosii loco retinend. *defert* non dubito. *Bern.*

Aluerit] Notator Angl. ait in Ms. uno legi *adjuverit.* Puto glossam esse, nam alterum elegans et receptum. Cic. Parad. ‘Neminem esse divitem, nisi exercitum alere possit sine fructibus.’ *Schef.*

§ 5 *Merceturque ab his, quæ differant bella, quam gerant*] Plauto familiaris locutio: subintelligend. *potius,* quod in uno Cod. reperitur, aut magis. Plaut. Rud. IV. 4. 70. ‘Tacita bona est mulier semper, quam loquens.’ Terent. Eun. Prol. ‘Qui placere se studeat bonis Quam plurimis.’ *Bong.* Sall. Cat. 8. 1. ‘Fortuna res cunctas ex lubidine quam ex vero celebrat.’ Tac. III. A. 32. ‘Nobilitatem sine probro actam honori quam ignominiæ habendam ducebat.’ Græcismus est. Ita Thucyd. II. 18. 10. Τῇ δυνάμει πίσυνοι ἢ τῇ γνώμῃ ἐτέρχονται. Nazianzenus: Θέλω τύχης σταλαγμὸν, ἢ φρενῶν πίθον. Sic inf. XII. 8. 14. Vid. B. Rhenani Thes. Locut. in Tac. p. 19. *Berneccer.* Ms. et Junt. *quæ g.* Leg. cum Gronov. *m. ab h. q. d. bella, quæ g.* Recte vidisse τὸν πάνυ Ms. Anglicanus ostendit, ex quo receperant hanc lect. Oxonn. Mox opt. ex eod. Ms. iid. *a Tissaferne alienatum.* Græv. In Mss. legitur, *ut diff. potius bella, quam g.* Quod jam aliquantulum lucis huic l. affert; sed et sic tamen aliquid vitii in eo superest; non quod necessarium videri debeat iis, qui Latine sciunt, isthuc *potius.* Ut ut sit, legerem, *ut differat, potius bella, quam gerat.* H. sensu: Deberet ipse bella gerere, non differre. At nihil tale ab ipso fieri video; imo et numerato pretio mavult dilationem emere, s. timore præpeditus, s. id perfidia impulsus faciat. Sic igitur l. integer legeretur: *m. ab iis, ut differat potius bella quam ipse gerat.* Aliter Gronov. *m. ab his, quæ differant bella, quæ gerant.* Quod elegantiss. est; utrum verius sit, nescio. *Faber.* Vera lect. hæc est, *ut differant bella, quam gerant:* ac nihil mutand. videtur. Subaudi-

end. autem *potius*: quod in uno Ms. ut Bong. testatur, et diserte additum fuit. Frequens sane ellipsis vocum 'potius' et 'magis;' eaque imitatione Græcorum ita facta videtur. Vid. Hellenol. Vechneri I. 5. *Vorst.* Angl. *quæ gerant.* Placet admodum hæc lect. Nam vulgata habet eum sensum, quasi effecerint, ut bella gererent nulla, cum tamen pax spectarit ad solum Tissafernem. *Schef.*

Tanquam non ad unius summam imperii, &c.] Hoc *summam* mihi admodum suspectum fateor. Scio quomodo exponi posset, sed scripsisse ita Just. vix mihi persuaderi patior. Deliberent sagaciores. *Idem.* Non video, cur hæc cuiquam debeant esse suspecta: sensus et verba sunt elegantissima: Quasi non clades et damnum, quod hic vel ille præfectus regius faciat, pertineat ad salutem unius imperii. Augustus in Epistola ad Tiberium ap. Suet. Tib. 21. 'Te rogo, ut parcas tibi, ne, si te languere audierimus, et ego et mater tua exspiremus, et de summa imperii sui populus Romanus periclitetur.' 'Summa reipublicæ' est res, quæ spectat totam remp. ejusque salutem aut dignitatem: pro quo et sæpe dicitur *summa respublica.* Liv. XXIV. 10. 'Cujus imperio consilioque summam rempublicam tuendam commiserunt.' Cic. v. ad Att. 'Rogatus ego sententiam multa dixi de summa republica.' De hoc loquendi genere plura notavi ad ipsum Tullium. *Græv.*

§ 7 *Tissaferni alienatum*] Angl. *a Tissaferne.* Ita Noster VII. 19. 'Et uxorem, veluti tradito alii amore, a se alienavit.' Nep. Alcib. c. 5. 'Neque vero his rebus tam amici Alcibiadi sunt facti, quam timore ab eo alienati.' Ubi poterat omittere illud 'ab eo,' si probasset, quod nunc vulgo ap. Nostr. legitur. *Schef.*

Hortatur, ut in locum, &c.] Ita et Diod. XIV. 40. Paus. Atticis id Evagoræ Cyprio regi tribuit. Vid. Probum Conone. *Bong.*

Amissa bello patria] Quid est, *patriam amittere bello?* Num, in bello, an, ex bello, s. ob bellum? Neutrum satis historiam declarat: nam primum falsum; nec secundum sic simpliciter verum, quia non ob bellum, sed ob bellum male gestum, exulabat. In impresso quodam reperitur *amisso,* quam lect. puto esse veram, ejecta voce *Cypri,* quam ex glossa natam liquet etiam ex eo, quia sunt, qui pro ea *Cypro* habent. Ceterum 'amissum bellum' est, amissum prælium; jam 'amittere prælium' est dictum, ut, *amittere causam, amittere litem,* ap. optimos scriptores. *Schef. Amissa bello patria* est, quia patriam propter prælium infeliciter gestum amiserat: nam post cladem illam Conon sibi ipse voluntarium indixerat exsilium: vide fin. cap. 6. lib. superioris. *Græv.*

§ 8 *Fractæ sint opes*] Angl. *f. s. res et opes.* Non solet ita Noster. Ita alterutrum ex glossa natum. *Græv.*

Navalem usum] Hinc etiam Polyæn. v. Strat. p. 392. describit Lacedæmonios τὰς Ἀττικὰς ἐμπειρίας διαδιόντας. *Gron.*

CAP. II. 1 *Hercynione*] Vett. hic variant: quidam *Mercinioni,* alii *Mercimoni,* alii *Inercinioni.* 'Hercynione' habet etiam Oros. III. 1. Eum Diod. XIV. 80. vocat Νεφρέα. *Bong.* Quomodo fere Euseb. in Chron. 'Nepherites.' *Bern.*

§ 3 *Tanto exercitui*] Ita sup. II. 10. 21. *Id.*

§ 4 *Ducem*] Non agnoscunt libri Mss. plerique, nec est dubitand. quin ex glossa irrepserit in textum. *Schef.*

Responsum oraculi] Quod exstat ap. Paus. Lacon. et Plut. Agesilao. Vid. etiam Xen. III. H. Gr. et in Agesil. Vid. et Prob. ibid. *Bong.*

§ 5 *Cum regium claudicasset imperium*] Hoc oraculum, quod an ab aliquo ex gente Grammaticorum explicatum usque adhuc fuerit haut equidem scio, id ego sic interpretor: Lacedæmonii duos reges habebant ex duabus familiis Heraclidarum, perpetua et non interrupta serie; idque eo fine (de duobus loquor) ut eo minus reges essent, quam si singulares illi fuissent. Quo enim plures fuerint reges in uno aliquo imperio, eo et infirmiores sint necesse est. At si unus tantum fuisset, tum vero grave et exitiale reipublicæ periculum imminebat, ut putabant. Qui enim sine consorte rerum potitus esset, is et facile tyrannus evadere potuisset. Idque adeo oraculum præmonens Lacedæmoniis cavend. esse dixit, ne quando ipsorum regnum claudicaret. Illi autem quod de rege claudicante aliquando dictum fuisse volebant, id ego non de rege, sed de regno, dictum fuisse arbitror. *Faber.* Mss. plerique habent *cum rege:* an scripsit Just. *cum in rege?* Sed f. nihil mutand. quia mox ponuntur tanquam diversa et contraria claudicatio regis et claudicatio imperii. *Schef.* Angl. *quam imperatore regnum.* Oppositio haut apta, nec habet sensum idoneum. *Id.* Saxo XI. p. 207. 47. 'Suenonis regnum ante admodum claudicaverat.'

§ 7 *Non facile, &c.*] Saresb. VI. 14. init. 'Cujus [militaris disciplinæ] quanta sit utilitas, non facile dixerim.'

§ 11 *Militum . . . . poscentibus*] Videri possit legend. *poscentium.* Sed de h. l. et aliis similibus dictum est ad II. 3. *Fab.*

§ 13 *Adorare*] Probus: 'Venerari, quod προσκυνεῖν illi vocant.' *Bongars.* Add. Curt. VI. 6. 3. et VIII. 5. 11. et VIII. 5. 42. De Persico hoc adorationis ritu plura Brisson. I. de Regno Pers. *Bern.*

§ 14 *Dilabi*] Bong. *del.* Prætuli quod etiam in Ms. exstat. Ita Sall. Ju. 10. 8. 'Discordia res maximæ dilabuntur,' h. e. sensim dissolvuntur, pessum eunt. *Id.*

§ 15 *Ministrum impensæ*] Ταμίαν Diod. XII. 12. *Bongars.* Male alii *ministerium,* et ad ipsum Cononem referunt. Nep. Con. c. 4. *Bern.*

§ 16 *Multa fortiter, multa feliciter, agit*] Ubi hæc egerit Conon, Just. non indicat: at verba, quæ hic mox subjunguntur, perinde sonant atque: Conon in Europam venerit in Laconum imperium, ita ut Lacones coacti fuerint revocare ex Asia Agesilaum. Verum non ita multo post Conon ex Asia revertitur ad populandos Lacedæmoniorum agros, ut hic Auctor scribit. Locus est bene perpendendus: non enim ab omnibus ἀντιλογία hæc percipitur. *Glar.*

CAP. III. 1 *Pisandrus*] Ita Mss. omnes: vulgo *Lysander,* cont. historiam. Græcis est Πείσανδρος. Xen. IV. Plut. Agesilao, et Probus. Diod. XIV. 84. est Περίαρχος, ut alii notarunt, mendose. *Bongars.* Ita dicitur *Pisandrus* pro, Pisander; ut 'Menandrus' pro, Menander; 'Euandrus' pro, Euander, et alia ejus commatis. *Fab.*

§ 2 *Magna*] Non male Mss. *ex m.* Ita Flor. I. 9. 5. *Berneccer.* Mss. plerique habent *et m.* vel *ex m.* Vera scriptura *ex m.* videtur. Omiserunt præp. qui Latinis putarunt insuetum apponi. Atque tali modo ipse Cic. vel quisquis alius est Auctor librorum ad Herennium: III. 'Putamus oportere ex ordine hos locos habere, ne quando perturbatione ordinis impediamur.' Hic 'ex ordine,' quod vulgo sine præp. 'ordine.' Sic paulo post: 'In locis ex ordine collocatis eveniet, ut in quamlibet partem, quoto quoque loco libebit, imaginibus commoniti dicere possimus id quod locis mandaverimus.' *Schef.*

§ 3 *Non tam ducum in eo prælio, quam militum*] Cum omnes et Bongarsii et mei Mss. habeant *non duc. tantum in eo pr. &c.* et videatur illud *tantum* adjectum ab eo, qui alioqui parum plenam hanc locutionem puta-

bat, legerim *non duc. in eo pr. q. m. æm. fuit*. Insane bene: enim subaudimus in hisce τὸ *tam*, qua de re multi multa, et nos in Novantiquis nostris dicere meminimus. *Modius.* Freinshemio, hæc ita transponenti, *non tam mil. in eo pr. quam duc.* suffragatur n. sequens, et magis antecedd. duo. Mod. legend. censet *non d. in eo p. q. m.* ut subaudiatur τὸ *tam*. Quomodo Curt. VII. 7. 39. 'Nec me ars mea quam benevolentia perturbat.' Et Just. ipse XXVII. 3. 10. 'Non amicus dedito quam hostis factus.' Cum omnia exputo, mens Auctoris, quicquid ipse scripserit, ita legi postulat: *tam duc. in eo pr. quam mil.* vel, *non tantum duc. i. e. p. sed et mil.* Nam ecce mox subjicitur assertionis ratio, primum de utroque duce, Conone et Pisandro; deinde n. 9. de militibus ipsis. *Berneccer.* Pugnant seqq. in quibus et ducum et militum par alacritas extolluntur. Quomodo alii hæc aut transposuerint aut correxerint, ap. alios videatur. Non dubito quin scribend. sit *non tantum duc. in eo pr. etiam mil. æmulatio fuit*. Boxhorn. Junt. quoque ut omnes Mss. *non duc. in eo pr. quam mil. æm. fuit*. Pro *quam* mallem cum Berneccer. rescribere *sed et*, si Mss. eo inclinarent. *Græv.* Freinsh. legebat *non tam mil. in eo pr. quam duc. &c.* Faber. Omnes Mss. quos Bong. et Mod. videre, habent *non duc. tantum in eo pr. quam mil.* Nec aliter antiquiores typis expressi Junt. et Bech. At Major edidit *non tam duc. in eo pr. quam:* eumque Bong. et alii videntur secuti. Verum lect. ea neque his, quæ antecedunt, neque his, quæ sequuntur, consentanea est: pluribus enim Auctor exponit, quantam curam duces adhibuerint. Quod considerans Bernecc. conjecit legend. esse, vocula *non* omissa, *tam duc. quam:* vel, *non tantum duc. sed et mil.* Mihi τὸ *non duc. tantum*, quia in tot Mss. et antiquioribus quoque typis expressis reperitur, omnino retinend. videtur. Sed pro *quam* legend. tum *sed etiam;* quod ad τὸ *quam* paulo propius accedit, quam quod Bernecc. volebat *sed et*. Et fortasse *scd* ab Auctore plane omissum fuit, et scriptum modo *etiam;* quomodo XXIV. 8. 6. 'Nec oculis tantum hæc se perspexisse, audisse etiam stridorem arcus,' pro, sed etiam audisse: atque ita facillimus ad τὸ *quam* transitus fuit. *Vorst.* Omnes Mss. miro consensu habent *tantum*. At huic non respondet *quam:* itaque pro eo scribunt *sed et*, vel *sed etiam*, quod tamen quam recedat longe, videt quilibet. Mihi vitium in *tam*, aut *tantum*, esse videtur, proque eo, ut compendiose scripto, ponend. *tantorum*, ut oratio sit elliptica, omissumque intelligatur non *tam*, sed, magis; quasi scripsisset: Summa igitur non magis tantorum ducum in eo prælio quam militum æmulatio fuit. Quod si pro *non* scriberetur *nec*, adhuc melius oratio se haberet. 'Magis' alias omitti ap. opt. scriptores in priori membro, notum. *Schef.* Angli *Summa igitur in eo prælio tam duc. quam mil.* Accommodate ad sensum. Sed hanc esse genuinam scriptionem vix crediderim, cum recedant Mss. fere omnes. *Id.*

§ 6 *Eo speciosius*] Tac. Ag. cap. 35. 'Ingens victoriæ decus citra Romanum sanguinem bellare.' *Bern.*

Alieni imperii viribus dimicet] Junt. *alienis vir. dim.* Græv.

§ 8 *Conjunctione Agesilai*] Erat uxoris ejus frater. *Bongars.* 'Conjunctionem' pro affinitate cognationeve sumit et Nep. in Vita Attici: 'Ipsum Pompeium conjunctum non offendit.' Quam lect. infeliciter alii lacessunt, assertam a Jano Rutgers. Var. Lect. II. 8. *Bern.*

Ne a rebus gestis ejus, &c.] Videtur Auctor scripsisse, *ne reb. g. ejus et gloriæ splendore decederet*. Ita Horat. II. Od. 6. 14. 'Ubi non Hymetto Mella decedunt.' *Gron.*

§ 9 *Eadem militum et omnium regum cura erat*] Quinam sunt isti reges? Spartanorum? an Persarum, aut alii? Nugæ. Torsit me, fateor, hic l. donec ingeniosiss. Sebis. suggessit pro *regum* legend. esse *remigum*. Ita rursus Auctor VI. 9. 5. 'milites' et 'remiges' conjungit. Confirmat emendationem Oros. III. 1, ubi Nostrum, ut solet, secutus, hac ipsa de re, 'Milites,' inquit, 'et remiges, ipsique ductores uno pariter in mutuam cædem ardore rapiuntur.' Geminum huic mendum detexit Lips. in Vell. II. 84. 2. 'Vigebat in hac parte miles atque imperator: illa marceant [ita Freinsh. optime, cum esset antea *illam arcebant*] omnia: hinc remiges [male *reges*], firmissimi: illinc inopia affectissimi.' *Berneccer.* Junt. *Eadem militum et omnium civium cura.* Probo Sebisii emendationem certissimam. *Græv.* Ingeniose, ut solebat, Sebis. legebat *remigum*. Tamen cum addat Just. 'quos major [*s. eo major*, ut Bernecc.] solicitudo cruciabat, non tam ne ipsi quæsitas opes amitterent,' &c. et cum tam nobilis tamque heroica solicitudo duces multo attingat propius quam remiges, vile hominum genus, et ad poscam et porcinam natum, hic l. et commode et ex mente Justini sic mihi legi posse videtur: *E. m. et o. ducum c. e.* Faber. Nulla mihi religio fuit in textum recipere emendationem Sebisii, pro *regum*, quod vulgo legitur, rescribend. judicantis *remigum*. Quippe *regum* per se nihili hic est. Remiges autem in hac historia cum militibus conjungit et exscriptor Justini Oros. III. 1. Sed et ipse Just. inf. VI. 9. 5. et scriptores item alii 'milites' et 'remiges' subinde conjungunt. *Vorst.* Sebis. pro *regum*, quod hic est ineptum, legit *remigum*. Viri doctiss. certissimam hanc vocant emendationem, alii et in textum recipiunt. Nempe et alibi 'milites' et 'remiges' aiunt jungi. At Mss. optimi vocem *militum* non agnoscunt, alii pro eo habent *civium*, ut Græv. testatur. Quæ res manifestissimo est indicio vocem eam non Justini esse, verum glossatoris. Manet ergo unica vox *regum:* de qua ecce, quæ sit mea sententia: existimo pro ea *gregariorum* legend. Vox est l. huic, si quæ ulla, accommodata, cum nil crebrius, quam duces et gregarios sibi mutuo opponi. Et docent glossæ *militum*, item *civium*, sic enim illud *gregariorum* putabant, nec inepte, posse explicari. Porro vitium ex eo natum, quod quis scripserat *gregum* per compendium, imposita in capite lineola, et, quia scriba indoctus ejus sensum assequi non potuit, mutaverat in *regum*. *Remiges* seorsum hic nil faciunt. *Schef.* Angli *et omn. civium*. Græv. *Militum* uncinis includit Ed. Bong.

Quos major solicitudo cruciabat, non tam, &c.] Scribend. vel *q. m. s. c. ne ipsi:* vel potius *q. s. c. non tam ne ipsi, &c.* aut male cohærebit oratio. *Berneccer.* Verum *non tam* abesse non potest. *Major* autem et ipsum tolerari potest, si credamus positum id pro, magna: id quod frequenter sane fit. Nep. XXV. 4. 4. 'Si qua res major acta est.' Noster XIII. 2. 11. 'Valetudo major' pro, val. magna. Vid. et Gifan. Obs. L. L. *Vorst.*

§ 11 *Victi Lacedæmonii*] Ad Cnidum. *Bong.*

§ 12 *Eripitur*] Ov. XV. M. 284. 'Nisi vatibus omnis Eripienda fides.' Et Cic. IX. ad Att. 8. 'Eripe mihi hunc dolorem.' X. 4. 'Me libente, eripies mihi hunc errorem.' *Gronov.*

CAP. IV. § 1 *Lacedæmoniis habendæ*] Isocr. Orat. ad Philipp. de Conone: Λακεδαιμονίους ἐξέβαλον ἐκ τῆς ἀρχῆς, &c. Oros. III. 1. 'Magnitudine atque atrocitate belli istius, inclinatus ex hoc semper in posterum Lacedæmoniorum status. Prona namque ex illo fluere, et retro sublapsa referri

spes Spartanorum visa est.' Ita locus ille ex Ms. P. Danielis legendus est. *Bong.*

3 *Thebani*] Et alii ad id pecunia Persarum inducti. Paus. IV. *Id.*

§ 4 *Ex infimis incrementis*] Ita quidam impressi, recte: alii *infinitis.* Mss. *finitimis.* Bong. L. hic mihi quidem admodum suspectus est, nec scio satis, an *infima incrementa* recte dicantur. Sane, ubicunque incrementa, ibi factus jam processus est ex infimo. Add. quod Mss. omnes consensu miro pro *infimis* habeant *finitimis.* Quid autem commodum possit substitui, quod ab illo *finitimis* non longe recedat, hactenus me, fateor, non excogitasse. Nisi hoc obstaret, mallem pro *ex infimis* facere *eximiis incrementis.* Schef.

Epaminondæ] De quo præter cett. Plut. in Pelopida, et Probus in ejus Vita. Non vult Just. eum prœlio interfuisse, quod Oros. III. 2. putavit; sed ejus virtute auctam rem Thebanam. *Bong.*

§ 6 *Bello*] Angl. non agnoscit. *Schef.*

Lysander] Ap. Haliartum. Xenoph. III. Plut. et Prob. Lysandro: Diod. XIV. 82. Paus. Lacon. *Bong.*

§ 8 *Potiti victoriæ*] Sic Angl. Alii *p. victoriam.* Utrumque Nostro usurpatur. *Schef.*

§ 9 *Ex Asia, qui ibi*] Paus. III. et IV. De pugna ad Coronæam vid. supr. citatos auctores: qui Agesilaum non supervenisse pugnæ, sed ab initio interfuisse, referunt. *Bong.*

Qui ibi magnas res] Angl. *ubi m. r.* Bene. *Schef.*

§ 12 *Sed victis, &c.*] Sic inf. XI. 13. 19. Tac. III. H. 1. 'Quamquam atrociter loquuntur, minor est apud victos animus.' Et XIV. A. 36. 'Hostes statim cessuros,' Paullinus ait, 'ubi ferrum virtutemque vincentium toties fusi agnovissent.' Add. eund. v. H. 16. Sall. Ju. 106. 3. Liv. II. 6. 15. 11. 65. 10. IV. 32. 1. VIII. 16. 6. XXXIV. 20. 7. Vid. tamen, quomodo Nicias suos ex clade consternatos erigat, ap. Thucyd. VII. 11. 9. In primis autem VII. 17. *Bern.*

§ 13 *Indurato*] Sen. de Prov. 4. 'Deus quos probat, quos amat, indurat, recognoscit, exercet.' Inf. IX. 3. 'Assiduis bellis indurata virtute Macedonum vincuntur.' Diod. Ξυνήθης τῇ κακοπαθείᾳ. *Gron.*

CAP. V. § 2 *Iphicratem*] De quo præter superiores Probus in ejus Vita. Hoc autem bellum, quia circa Corinthum gerebatur, 'Corinthium' est appellatum, Κορινθιακὸς πόλεμος. *Bong.*

§ 5 *Non imperatoriæ, &c.*] Talis Alexandri M. pater; inf. IX. 8. 12. Cato ap. Plin. VII. 27. Cæs. ap. Suet. cap. 51. Plures alios eloquentia simul ac imperatoriis artibus excellentes memorat Auctor Dialogi de Oratoribus cap. 37. et Marcellin. XXX. 11. Rara copula. Nam fere 'viri, nati militiæ, factis sunt magni, ad verborum linguæque certamina rudes.' Liv. X. 22. 6. 'Auctoritas viro militari pro facundia,' Tac. XV. A. 26. Huc respicit Hercules, Ov. IX. M. 29. 'Melior mihi dextera lingua est.' *Bern.*

Artes fuere] Ms. *art. magnæ fuerunt.* Mod. & Bern.

§ 9 *Prædarum sumptu et exercitu Persarum restituit*] Libentissime fateor, me non capere, quid sit *prædarum sumptus.* Mss. inter se variant. Revoco lect. veram: *Itaque, quæ incensa fuerant pridem, sum. et ex. P. r.* Vulg. quoque lect. reprobat Xenophon, qui nihil de præda. Error autem ortus est ex scripturæ compendio. *Voss.* Hunc l. optime emendavit. Voss. Opt. inquam, et ex fide historiæ. Add. quod *prædarum sumptus* res Latina non est. *Fab.* Non placet Vossio *prædarum sumtu;* proque, *prædarum* legi ille vult *pridem.*

Verum nihil id opus. Confirmatur lect. vulg. eo quod mox sequitur 'ex spoliis Lacedæmoniorum restituerentur.' *Vorst.* Nullam huic l. controversiam moveo renuentibus libr. omn. antiquis. *Suntus prædarum* est, qui contrahitur ex vendita præda. Latine proprie 'manubias' dici contendit Favorin. ap. Gell. Sed 'manubias' fuisse pecuniam ex vendita præda imperatori victori a Senatu in præmium virtutis donatam, quam tamen plerique impendebant in opera publica, Asconio Pediano potius credo, idque alibi docebo pluribus. *Prædarum sumtu et exercitu Persarum* statim his verbis exponit, 'Persarum manibus et spoliis Lacedæmoniorum.' *Græv.*

§ 10 *Manibus*] Recte. Vulgo *manubiis,* contra libros et mentem Auctoris. Oros. 'Persis ædificantibus.' Legendi Xen. IV. Diod. XIV. 86. Paus. Atticis. *Bongars.* 'Manubiis' retinet et confirmat Justus Rycquius Cent. II. Ep. 25. *Manibus* tamen rectius videtur ex illis verbis n. præc. 'Exercitus Pers. rest.' *Bern.* Legend. omnino *manibus;* non ut Rycq. vult, et in antiquioribus typis expressis est, *manubiis.* Firmat et hanc lect. contextus, quodque antecedit, 'quæ incensa fuerant, exercitu Persarum restituit.' Sed et codd. Mss. ita habent. *Vorst.*

Ex spoliis, &c.] Simile oraculum ap. Esaiam XLIX. 17. Καὶ ταχὺ οἰκοδομηθήσῃ, ὑφ' ὧν καθῃρέθης. *Gron.*

CAP. VI. § 1 *Artaxerxes*] 'Pax Antalcidæ' dicta, quod esset ejus opera impetrata. Xen. V. Diod. XIV. 111. Plut. in Agesilao et Artaxerxe. *Bongars.* Similem, sed effectu dissimili, Tarentinorum legationem refert Liv. IX. 14. 1. Add. App. p. 10. 2. Tac. A. I. 23. 7. Liv. XLIV. 14. 7. *Bern.*

Jubet, &c.] Saxo XV. p. 369. init. 'Plebs ab armis se discessuram promittit.'

§ 2 *Assiduisque bellorum internecivis odiis*] Non satis aptum videtur illud *assiduis internecivis od.* Rarissime profecto adjectiva sic junguntur sine copula. In Mss. *interne civis,* ex quo impressi quidam fecerunt *inter cives.* At ego censeo Just. scripsisse *intervenecivis* per tmesin, non insolitam optimis scriptoribus figuram. Conjunctionem *ve,* quæ hic valet idem ac, que, absumsit *ne,* quod in *necivis* sequitur. *Schef.*

§ 3 *Ægyptio bello*] Κυπριακὸν πόλεμον commemorat Diod. in quod pace constituta incubuerit Artaxerxes. Nisi hæc de ea pace accipias, de qua Diod. XV. 38. Ἀρταξέρξης μέλλων πολεμεῖν πρὸς Αἰγυπτίους, καὶ σπεύδων ξενικὴν δύναμιν ἀξιόλογον συστήσασθαι, διέγνω συλλύσασθαι τοὺς κατὰ τὴν Ἑλλάδα πολέμους, &c. quæ compara cum Justini verbis. Sed de Ægyptio bello vid. Gemistum, et Plut. Artaxerxe. *Bong.* Lacedæmonii ab Hercyniono Ægypti rege auxilia navalis belli petierant, ab eodemque 100. triremes et 600. M. modiorum frumenti impetrarant. Vid. sup. VI. 2. 1. *Vorst.*

Detinerentur] Junt. *distin.* quod præferend. esse vulgato, nemo non videt paulo humanior. Tac. XIV. A. 26. 'Quæ facilius proveniebant, quia Parthi Hyrcano bello distinebantur.' Et IV. H. 56. 'Omnes exercitus suis quemque bellis distineri.' *Græv.* Melius certe et haud paulo elegantius in ed. Junt. quam habuit J. Græv. *distin.* Fab. Mihi placet lect. vulg. 'Distineri' non ita nude et sine vocabulo quarti casus poni solet. *Vorst.*

§ 5 *Hic annus*] Is fuit secundus Olympiadis 98. ab U. C. 366. *Bern.*

Urbs Romana] Strab. ext. lib. VI. *Bong.* Polyb. I. 6. Liv. V. 41. Flor. I. 13. Plut. Camillo, et plures. *Bern.*

§ 6 *Lacedæmonii securis insidiantes, &c.*] Lubet ex Ms. voces aliquot Orosio III. 2. restituere. 'Lacedæmonii,' inquit, 'inquieti magis (quam strenui, et furore potius) quam virtute intolerabiles, post bella posita, ten-

tant furta bellorum.' *Bongars.* Impressus quidam *securi insidiantes*, quod fortasse non repudiand. Veterem esse lect. hanc observo ex Auctore Fori Romani, quippe qui pro auctoritate vocis 'insidianter' adducit hunc ipsum 'Justini l. Sed et sententia videtur elegantior. Cum, inquit, Lacedæmonii facti essent securi, bello per regem Persarum sublato, non potuerunt manere quieti, sed speculati sunt, quos adorirentur; ceterum exhausti, cum aperte magnaque vi agere non possent, per insidias hoc faciunt. Estque hoc id ipsum plane, quod Oros. ait: 'Lacedæmonii inquieti magis, quam strenui, et furore potius quam virtute intolerabiles, post bella posita tentant furta bellorum.' Sane ipse Noster ostendit invasionis causam Lacedæmoniis non fuisse Arcadum securitatem, sed absentiam, quia tenebantur bello cum Eleis. Absentes autem propter bellum non possunt dici *securi*. Quia tamen vix invenies *insidianter* ap. alios scriptores probos, nolo certi quid hic definire. *Schef.* Securi, quibus insidiabantur Lacedæmonii, non soli erant Arcades, sed omnes finitimi populi, qui, sibi non metuentes, securi erant. Primos autem invaserunt Arcades, tum absentes. Et h. e. quod dicit Oros. quod 'post bella posita tentarint furta bellorum,' h. e. quod insidiati sint securis, et absentes invaserint. *Græv.*

Castellum] Κρῶμνον Xen. H. G. VI. Civitas est Peloponnesi Steph. De h. bello vid. Xen. *Bong.*

§ 7 *Amissa bello*] Locus suspectus. Mss. habent *amisso b.* vel *amissum bellum*. Credo Just. scripsisse *amissum, bello*, ut *amissum* referatur ad 'castellum,' *bello* autem significet, prælio; nam sequitur *in eo prælio*; quod ostendit de prælio ante locutum. Et sunt Mss. qui hic quoque *bello* habent; id quod rectius videtur. *Schef.*

§ 9 *Qui cum cædi suos jam ut victos*] Qui cæduntur, nil novi est si cædantur ut victi, neque enim ut victores, puto. Lego itaque: *qui cum jam cedere suos ut victos videret, &c. Cedere*, i. e. terga vertere, non ut interdum facere illi solent, qui ex arte militari fugam simulant, quo gravius incautos et exsultantes successu persecutores impetant; sed ut ii faciunt, qui ex animo fugiunt, et qui, se nisi victos fatentur, tales certe ex validissima et strennissima cursura se ostendunt, dum totis fugiunt viribus. *Fab.* Angli *cædi suos jam et victos*, sc. esse. Proba lect. Vulgata *victos jam* dicit *cæsos*, quasi primum sit victoria prælio, post cædes. *Schef.* Potest defendi vulg. lect. cujus est sententia: Cum cædi suos pro victis videret, s. tanquam jam plane victos. Cæduntur in præliis multi etiam, si acrius pugnatur, in victorum exercitu. Verum qui cæduntur ut victi, s. ut Cæsar loquitur, pro victis, non pugnantes cæduntur, sed aut terga dantes, aut ordinibus perruptis jam incompositi, ut adversarios victores esse plane appareat. Verior est lect. librorum Angl. *cum cædi suos jam et victos videret*, quibus suffragatur ed. Junt. *Græv.*

§ 10 *Hoc est enim signum*] Diod. XVII. 68. αἴτησιν τῶν νεκρῶν ait περιέχειν ἥττης ὁμολόγησιν. *Bong.* Id. XIX. 31. 'Eumenes ad cæsos regredi proposuerat, tollere eos maturans, ut ancipitem hactenus victoriam certo sibi assereret.' Unde laudandi Niciæ sumpta materia Plutarcho in ejus Vita cap. 13. Nam licet in more positum esset, ut, qui cæsorum corpora per inducias recepissent, renuntiare victoriæ viderentur, adeoque ne tropæum quidem erigere rite possent: (victores enim sunt, qui prævalent: nec prævalere videntur, qui petunt quod suis viribus capere non possunt:) maluisse tamen Niciam profundere lauream et decus, quam duos cives inhumatos relinquere. Quale quid etiam de Atheniensibus memorat Thucyd. IV. 9. 18. *Bern.*

CAP. VII. § 1 *Tacito consensu inducia*] Quæ 'induciæ tacitæ' dicuntur Livio II. 18. 24. et XXIII. 46. 5. *Bong.* Eæ sunt quæ, sine pacto, mutuo velut consensu fiunt. *Bern.*

§ 2 *Principio noctis*] Vid. Plut. Agesilao: Frontin. I. Strat. 11. *Bong.*

§ 4 *Et adversus, &c.*] Lector cogitet, num bene habet numerus *centum effætæ ætatis virorum*, qui XV. M. Thebanorum a Spartæ mœnibus arcuerint. *Glar.*

§ 7 *Ante diem*] Ms. Bong. *dies.* Quod malo; nam sic Jul. Capitol. in Pertin. 15. 'Stellæ etiam juxta solem per diem visæ sunt clarissimæ ante dies, quam obiret:' et Julian. JCtus in L. 17. D. de Manum. Testam. § 1. 'Post annos liber esse jussus.' Noster XX. 5. 'Ante menses:' et XXXVI. 1. 'Interjectis mensibus:' et XLIV. 4. 'Post dies.' Ut et I. Reg. XVII. 74. Ἐγένετο μεθ' ἡμέρας, et D. Lucas in Evang. XXI. 11. Κατὰ τόπους. *Gron.*

§ 9 *Nec bellum diu dilatum*] Prælium ad Mantineam, de quo Xen. VII. Diod. XV. 84. Plut. Agesilao, et Apoph. Lacon. Probus Epaminonda: Paus. Bœoticis: Strab. VIII. Præter quos de Epaminondæ morte legendus Cic. Fam. V. 12. Val. M. III. 2. Ælian. XII. V. H. 3. Paus. Atticis et Arcadicis, quem sequitur Oros. III. 2. Huc usque Xen. cujus historiam prosequitur Diod. XV. et Gemistus Pletho. *Bong.*

§ 10 *Teneri non potuit*] Pro, tenere se non potuit. Passivum pro activo cum pronomine reciproco: ut 'exerceri luctando,' pro, exercere se: 'lavari,' pro, lavare se. Cic. XVI. ad Fam. 24. 'Vix teneor quin accurram.' Ov. IV. Pont. 1. 'Non potuit mea mens, esset quin grata, tenerì.' *Vor.*

§ 12 *His ex dolore metus, et, &c.*] Dele istud *et*; nam inelegans est, ac præter usum honestæ Latinitatis. *Fab.* Rectiss. Faber, cui adstipulatur Juntina. *Græv.*

Ex placito consensu] F. *tacito*, ut est et hoc ipso cap. n. 1. *Bern.* Mihi secus videtur, atque illud *placito* tanquam glossa τοῦ 'consensu' penitus ejiciend. 'Placitum' pro, consensu frequens ap. novissimi ævi scriptores. *Schef.*

CAP. VIII. § 1 *Post paucos deinde dies, &c.*] Imo non post paucos dies, sed statim ut e prælio ad castra relatus est animam efflavit. Quod ex omnium consensu constat. *Voss.* Leg. *Post paulo deinde Epam. &c.* Nec ullus erit Auctoris nostri ab aliis dissensus. Eademque locutione utitur Liv. XXII. 60. 'Annibalem post paulo audistis.' *Gron.* Nepos et alii significant statim a prælio, et quam primum renunciatum esset vicisse Bœotios, animam exspirasse. *Vor.*

Cum quo vires, &c.] Adeo vere Tac. G. cap. 30. 'Plus reponendum in duce quam exercitu.' Curt. X. 6. 13. 'Militaris sine duce turba corpus est sine anima.' Flor. II. 18. 15. 'Tanti est exercitus, quanti imperator.' Vid. Val. M. III. 2. 5. Ext. *Bern.*

§ 2 *Præfregeris*] Ita Ms. rectius, opinor, quam hactenus editi, *perfr.* Ita Liv. VIII. 10. 4. et XXXII. 17. 11. 'hastas præfringere.' *Id.*

Reliquo ferro] In Ms. est *ferrum*, quod efficit, ut hoc quoque suspicer ex glossa natum. Sane 'reliquo' intelligend. est de 'telo,' at id non est ferrum totum, sed mucro solum. Igitur *reliquo ferro* Justinus scribere non potuit, cum demto mucrone teli reliquum sit lignum. *Schef.*

Sic illo, velut mucrone teli, &c.] Idem translationis genus Tullio placuit, ut pro Cæcina 29. 'Hic est mucro defensionis tuæ:' et pro Cluent. 44. 'Ne censorium stilum, cujus mucronem multis remediis majores nostri retuderunt, æque posthac atque illum dictatorium stilum pertimescamus.' *Gron.* Demades in Orat. p. 180. Τῷ Ἐπαμινώνδου σώματι συνέθαψε τὴν δύνα-

μων τῶν Θηβαίων ὁ καιρός. Hæc Jensius. Saxo x. p. 200. 35. ‘ Hebetatis pristinæ militiæ nervis.’ xvi. p. 376. f. ‘ Militaris roboris nervos otio hebetari.’

Sic illo velut mucrone teli ablato duce Thebanorum, rei quoque publicæ] Distingue: *sic illo, v. m. teli, ablato duce, Thebanorum rei q. p. v. h. sunt.* Græv. Isthæc verba *v. m. teli* hinc exturbanda, non modo quia non sunt necessaria, sed quod et insulse addita, cum in prima parte periodi dixerit Just. ‘ Secuti telo si primam aciem præfregeris, reliquo ferro,’ &c. Quare legend. est: *sic, illo abl. duce, Th. quoque reipublicæ vires heb. sunt.* Fab. *Duce* nescio an sit Justini; deinde ‘Thebanorum’ puto cum seqq. non præcedd. jungend. *Schef.* Notator Angl. docet verba hæc [*vel. muc. tel.*] a Fabro expungi, tanquam nata per glossemata ex superioribus. Non improbo. *Id.*

Cum illo interiisse] ‘ Unus homo pluris quam civitas fuit:’ Probus Epam. fin. *Bern.*

§ 4 *Vir melior, an dux*] Quæ duo juncta non nimis frequenter invenias. ‘ Antonius Primus, pace pessimus, bello non spernendus,’ inquit Tac. ii. H. 86. ‘ Tarquinius injustus in pace rex; dux belli non pravus.’ Liv. i. 53. 1. ‘ C. Marius, vir, si examinentur cum virtutibus vitia, haud facile sit dictu, utrum bello melior an pace perniciosior fuerit.’ Id. Epist. lxxx. Et quidem Aristot. Politic. v. 9. in legendo duce, militaris peritiæ majorem quam virtutis aut morum rationem habendam esse tradit. *Idem.*

§ 5 *Nam et imperium non sibi semper*] Sebis. *semper non sibi*, alio et vero sensu. *Idem.*

Nam et imperium non sibi semper, sed patriæ quæsivit] Vult Sebis. *semper non sibi.* Possumus sententiam juvare sola distinctione mutata, commateque non post ‘ semper,’ sed post ‘ sibi,’ collocato. Nec trajectio hujusmodi Nostro plane incognita; præcedit quippe paulo ante, ‘ hunc ante ducem,’ pro, ante hunc ducem, simili ratione. *Schef.* Vitiosiss. est et corruptiss. quoque hoc, *imp. non sibi semper, sed patriæ*, &c. ut multa alia in hoc Scriptore. Si enim *non semper* sibi imperium quæsivit, ergo ‘ interdum’ sibi quæsivit, quod tanto viro indignum est ac planissime culpandum, et id tamen Justini consilium non esse intelligimus. Sebis. quidem, vir acri ingenio et acuto, conjecit legend. *sibi non semper;* quæ lect. Berneccero placet, mihi autem minime. Quid enim mox addit Justinus? ‘ Recusanti omnia imperia ingesta sunt.’ Si recusavit omnia, nunquam igitur omnino quæsivit; quamobrem sic a Just. hunc l. conceptum fuisse mihi persuasum est: *Nec sibi imp. unquam sed patriæ semper q.* Nihil a me verius excogitatum arbitror, ex quo has literas, pessimo meo fato, tractare cœpi. *Faber.* L. hunc esse contaminatum recte monuit acutiss. vir, T. Faber, et ante illum Sebis. qui pulchre vidit *semper* esse trajectum, conjecitque legend. esse: *Nam et imp. semper non sibi*, (non ut amicus noster scribebat, *sibi non semper:* hæc enim longe alius sunt sententiæ) *sed patriæ q.* Quorum verborum ead. mens est, quæ emendationis viri docti, qui contra librorum fidem intrusit *unquam.* Sed vera huj. l. lect. est in Junt. in qua venuste: *Nam et imp. non sibi sed patriæ semper q.* Vides voculam hanc excidisse suo loco, quæ nunc in illum reposita omnes nebulas discussit. Facile enim, qui Latine docti sunt, vident hanc ejus esse sedem genuinam. *Græv.*

§ 6 *Et pecuniæ adeo parcus*] I. e. adeo non cupidus, adeo acquirendæ non studiosus. Sequitur mox: ‘ Gloriæ non cupidior, quam pecuniæ.’ Ita ‘ Parcus somni,’ qui parum dormit, xi. 13. 2. ‘ Parcus in cibum,’ pro, parcus cibi, i. e. qui modico cibo contentus est xli. 3. 9. ‘ Parcus vini,’ ap. Suet. Cæs. 53. 1. et Aug. 77. 1. *Vor.*

Ut sumtus funeri defuerit] Id. de Aristide Plut. in ejus Vita, c. 52. et de P. Valerio Liv. ii. 16. 7. deque Menenio ii. 33. 13. *Bern.*

§ 7 *Recusanti omnia imperia, &c.*] Imp. Trajan. ‘ Præfectum prætorii non ex ingerentibus sed ex subtrahentibus legit.’ Plin. Paneg. c. 86. Sed et de ipso Trajano c. 5. ‘ Recusabas enim imperare; recusabas, quod bene erat imperaturi.’ Add. Lamprid. in Alex. Severo c. 19. Item L. 31. Cod. de Episc. et Cler. ‘ Sæpius’ tamen ‘ recusare ambiguam ac potius illam interpretationem habet, tanquam minorem [h. e. muneri imparem] te putes,’ Plin. ib. c. 59. *Id.*

§ 8 *Sed dare ipsi dignitati videretur*] Angl. *ipsis dignitatem.* Liquet ex diversitate lectionis vocem *dignitati* ex glossa irrepsisse. Scripsit Just. ut existimo, *ut ornamentum non accipere sed dare ipsis vid. Dare ipsis* sc. honoribus. *Schef.*

§ 9 *Litterarum studium*] In quo præceptorem habuit Lysidem Tarentinum Pythagoreum. Cic. de Orat. iii. 34. Diod. xvi. 2. Diogenes Laërt. in Pythagora: Probus in Epam. *Bern.*

§ 10 *Hoc vitæ proposito*] *Propositum* auctoribus certa vivendi ratio est. Phædr. præf. lib. iii. ‘ Mutandum tibi propositum est et vitæ genus.’ Sen. Ep. 68. ‘ Aliud proposito tuo nomen impone.’ Ubi ‘ propositum’ vocat institutum Lucilii in secessu vivendi. *Vor.*

§ 11 *Id unum a circumstantibus requisivit*] De Philopœmene non dissimilia Liv. xxxix. 50. 9. *Berneccer.* Ita, ut Just. cett. quoque omnes id narrant. Ælian. tamen longe aliter xii. V. H. cap. 3. cujus verba emendata apponam: Ἐπαμινώνδας, ὅτε ἐτρώθη ἐν Μαντινείᾳ καιρίαν, εἰς τὴν σκηνὴν κομισθεὶς ἔτι ὕμνους Δαΐφαντον ἐκάλει, ἵνα ἀποδείξῃ στρατηγόν. οἱ δὲ ἔφασαν τεθνᾶναι τὸν ἄνδρα· εἶτα Ἰολαΐδαν καλεῖν διὰ ταχέως ἠξίου. Ἐπεὶ δὲ καὶ αὐτὸς ἐλέχθη τεθνᾶναι, συνεβούλευσε διαλύσασθαι πρὸς τοὺς πολεμίους, καὶ φιλία θέσθαι, ὡς μηκέτι στρατηγοῦ καταλιμπανομένου ἐν Θήβαις. Vulgo, ὡς μ. στ. καταλαμβανομένου ἐν Θ. Male. Vid. quoque Plut. in Apoph. Epaminondæ, qui Ἰολαΐδαν, perperam, ut puto, vocat Ἰολλίδαν. *Voss.*

§ 12 *Allatumque velut laborum, &c.*] Magis placet, quod in antiquioribus typis expressis est, *allatum v. l. soc. osc. est;* omissa sc. *que.* Vor.

Cap. ix. § 2 *Amisso, cui æmulari consueverant*] Alii libri *quem æ. c.* et utroque modo loquitur Cic. illo ii. Tusc. inquiens: ‘ Obtrectare alteri, aut illa vitiosa æmulatione, quæ rivalitatis similis est, æmulari, quid habet utilitatis?’ isto pro Flacco, dum ait: ‘ Omnes ejus urbis instituta laudare facilius possumus, quam æmulari.’ Volunt autem litteratores inter utramque locutionem hanc esse differentiam, quod cum accusativo in bonam partem, in malam cum dativo, accipiatur. Grammaticum acumen mihi vide. *Mod.* Ea nimirum de causa Scip. Nasica Carthaginem servandam, nec ex sententia Catonis excidendam, pronuntiavit, ‘ ne, metu ablato æmulæ urbis, luxuriari felicitas Urbis inciperet.’ Flor. ii. 15. 8. *Idem.*

§ 3. 4. 5] Junge Plut. de Gloria Atheniens. cap. 10. et 11. *Idem.*

Non ut olim classem] Has delicias tam arcte sunt amplexi, ut capitis pœnam indicerent, si quis de pecunia publica ad militiæ priscum usum revocanda verba facere unquam auderet: quod Liban. refert in Argumento Olynth. i. Demosth. Conatum tamen esse Demosthenem apparet ex prima ejus tertiaque Olynth. *Idem.*

§ 4 *Cum actoribus nobilissimis poëtisque*] Junt. *cum act. nobilissimisque poëtis.* Mox iid. cum aliis edd. *versificatores oratoresque meliores.* Græv.

Theatra celebrant] Pro, sæpe ad

theatra eunt. Cic. pro Mur. ‘ A quibus si domus nostra celebratur, diligenter adiri videmur.’ Et pro Sext. ‘ Viæ multitudine legatorum undique missorum celebrabantur.’ Sic et ‘ celebris via,’ ‘ celebris locus,’ proque eo ‘ celebritas’ dicunt. *Vor.*

Versificatoresque meliores] I. e. qui meliores versificatores quam duces essent. *Idem.*

§ 5 *Cum urbano populo dividi*] Sebis. *urbano populo dividi*, in casu dandi. Bene. Cic. ad Attic. I. ‘ Nummos vobis dividere solebat,’ h. e. distribuere. Διενέμοντο τὰ χρήματα, inquit Liban. in modo citato loco Demosth. Sic inf. XII. 1. 1. et XIV. 4. 20. *Berneccer.* Illud frustillum vocis *cum* delend. esse putat Sebis. idem et ipse puto. Intelligit autem Just. quod popello dabatur ex ærario ad cicercula frixa, nuces, ficus aridas, et alia id genus obrodenda, ut in ædilitiis ludis fieri Romæ solebat. Horat. Cic. et Plut. in Vita Catonis Uticensis, &c. *Faber.* Sebis. malit *urbano populo*, casu tertio. Idque probat Bernecc. et aliud verbi cum casu tertio constructi exemplum profert. Verum nihil mutand. Minime insolens est *dividere cum aliquo.* Inf. XXV. 2. 11. ‘ Regnum cum eo diviserunt.’ Et XXXVII. 4. 3. ‘ Paphlagoniam cum socio dividit.’ Sic et *partiri aliquid cum aliquo* dicunt. Val. M. IV. 7. Ext. 2. ‘ Tam paucis verbis se cum comite suo partitus est.’ Vid. et Librum de Latinitat. falso susp. p. 233. Quid quod plane aliud est ‘ dividere populo,’ aliud ‘ dividere cum populo?’ Illud dicitur, si populus id quod dividitur capiat totum: hoc vero, si ejus modo partem capiat. *Vorst.* Angl. *est* non exhibet. Et abest elegantius, quoniam mox sequitur, ‘ effectum est.’ *Schef.* Sic et Junt. *Græv.*

§ 7 *Philippus obses*] Thebis ab Alexandro fratre datus. Oros. III. 12. *Ber.*

Epaminondæ] Diod. XVI. 2. Aliter Plut. in Pelop. cap. 47. *Idem.*

Asiæ cervicibus] Ita Curt. VII. 7. 1. *Idem.*

LIBER VII.

CAP. I. § 1 *Macedonia*] Dicta a Macedone Osiridis fil. Diod. I. alias Jovis filio et Deucalionis nepote. Steph. de Urb. Solin. cap. 14. Eustath. in Dionys. ap. quem et Hesychium ‘ Macetia’ dicitur, et Maccab. I. 1. 1. ‘ terra Cethim.’ Est autem Cethim Genes. X. 4. filius Javan, et Danielis XI. per ‘ Javan’ Græci intelliguntur. Inde ‘ Macetæ’ sunt Macedones. Auson. in Clar. Urb. ‘ Macetumque attollite nomen.’ *Bongars.* Macedoniæ descriptionem ampliorem vid. ap. Plinium IV. Nat. Hist. 10. quo auctore illa olim complexa fuit populos 150. Add. Liv. XLV. 29. *Bern.*

Ante nomine] Mss. *antea n.* quod Sebis. recte dividit: *ante a n.* Idem.

Nomine] Legend. f. *a nom.* vel *ex nom.* Vorst. Posses legere *ante e nom.* cum *e* videatur absumpta per litteram præced. *Schef.* Angli *ante a nom.* rectiss. Nam si ipso Emathionis nomine fuisset dicta, non ‘ Emathia,’ sed ‘ Emathion,’ debuisset nominari. *Idem.*

Emathionis] Ita Probus in I. G. Virgilii: ‘ Emathium’ vocat Solin. cap. 9. quem facit ‘ genuinum terræ,’ i. e. αὐτόχθονα. *Bong.*

Emathia] Antonin. Liberal. 9. ex Nicandro: Ὑπὸ δὲ τὸν χρόνον τοῦτον ἐβασίλευσε Πίερος αὐτόχθων Ἡμαθίας.

Periegetes anonymus, qui sub Nicomede vixit: Μετὰ δὲ ταῦτα Μακεδόνων ἀπὸ τῆς Μακίσσης Ἡμαθίας τε λεγομένης. Ex Nostro emendandus est Rabanus Maurus XVI. de Serm. Propr. 2. ubi vitiose editum est: ‘ Macedones a nomine Macionis regis antea Emarci nuncupati sunt: postea Macedones dicti.’ Ap. Val. M. IX. 11. 4. et Marcian. Capell. VI. p. 211. *Emathia* quoque legend. pro *Æmath.* Ptolemæus III. Geog. 13. ΜΑΤΙΑΣ Εὔρωπος. Ἡμαθιας Τύρισσα. Leg. ex Ms. Flor. et Coislin. Ἡμαθιας Εὔρωπος, Τύρισσα.

§ 3 *Regio Bœotia dicebatur*] Peyrared. vir doctus, putabat legend. *Pæonia*, non *Bœotia.* Optime. Confirmant ejus lectionem Polybii Excerpta et Livius XL. 3. *Voss.*

Pæonia] Sic scribi jussi, non, ut alii, *Bœotia.* Est autem emendatio Peyraredi, quæ vel ex ipso Just. potest confirmari, qui mox scribat: ‘ In regione Pæonia, quæ nunc portio Macedoniæ est:’ Portio, inquit, quia successu temporis longe latiores fines habuit Emathia, quam quos a primordio habuerat. Deinde et Homerus, omnis literaturæ princeps, Macedonas sæpe vocat Pæonas, quæ res ab Interpp. Græcis observata fuit et notata. Præcipue autem vid. Il. XX. ubi Asteropæus loquitur. *Faber.* Adstipulor Peyraredo pro *Bœotia* legend. esse *Pæonia.* Quod paulo post sequitur, ‘ in regione Pæonia,’ id non ita nude positum fuisset, nisi mentio *Pæoniæ* ab Auctore jam ante facta esset. *Vor.*

§ 4 *Subactis primo finitimis*] Ita Ninus supr. I. 1. 8. et Romani Flor. I. 9. 11. *Bern.*

§ 5 *Pæonia*] A qua olim Macedonia *Pæonia* dicebatur. Liv. XL. 3. 1. *Bongars.* Antiquiores typis expressi *In regione Pæoniæ*, qualia et ipsa non rara. Foret enim dictum, ut ‘ urbs Antiochiæ.’ *Vorst.* Recte; sic et Junt. *Græv.*

Telegonus pater Asteropæi] In utroque nomine error est vulgatis codd. Πηλεγὼν est et Ἀστεροπαῖος in Græcis. Telegonus Ulyssis fil. errori ansam dedit. Sed adducamus Homeri locum ex Iliad. Φ. ubi Achilles Asteropæum aggreditur: Τόφρα δὲ Πηλέος υἱὸς ἔχων δολιχόσκιον ἔγχος Ἀστεροπαίῳ ἐπᾶλτο κατακτάμεναι μενεαίνων Υἱέι Πηλεγόνος, &c. Fieri tamen potest ut Just. ex genitivo Πηλεγόνος fecerit nominandi casum *Pelegonus* auctoritate Latinorum, qui multa alia ad eund. modum corruperunt. *Glar.*

Telegonus] Πηλέγων Homero Iliad. Φ. ut notavit Glareanus. Vett. omnes *Telegonus*, quod est Ulyssis filii nomen, ab h. l. alienum. *Bong.*

Pelegon] Vel *Pelegonus.* Monitu Pauli Leopardi XVII. Emendation. 10. et Joan. Hartungi Locor. Memorabil. Decur. II. 2. 3. reddidi Auctori suam vocem. Is enim est ‘ pater Asteropæi,’ teste Homero Il. XXI. 140. et Strab. Epit. VIII. Vett. Mss. omnes (teste Bong.) et hactenus editi *Telegonus* habent, quod est Ulyssis filii nomen, alienum ab h. l. *Berneccer.* Hunc l. pridem restituit P. Leopardus, vir doctiss. Emendat. XVII. 10. legens *Pelegon.* Sed diu ante Leopardum Juntæ ediderunt *Pelegonus*, cum tamen Bong. omnes codd. manu exaratos et vett. edd. *Telegonus* habere testetur. Ex quo bonitas et præstantia editionis Junt. facile poterit æstimari. *Græv.* In Mss. omnibus teste Bongarsio, itemque in antiquioribus typis expressis, est *Telegonus.* Sola vetus Junt. ed. teste Græv. habet *Pelegonus:* quomodo legend. esse pridem Leopard. et Hartung. monuerant ex Homeri Il. XXI. Malo autem *Pelegonus*, quam quod Berneccerus edidit *Pelegon;* quia prior ista vocis terminatio in omnibus codd. et in ipsa quoque ed. Junt. observata est. *Vor.*

§ 6 *In Europa regnum Europus, &c.*] Macedonis filius, a quo ‘ Europus’ Macedonica urbs. Steph. *Bongars.*

Europa est pars Thraciæ ad Hæmum montem. Sed illa nihil huc facit, cum de Macedonia sola loquatur. Puto legend. *in Europia*. Europia est portio Macedoniæ, in qua Europus civitas; ubi Europum, Macedonis filium, regnum tenuisse penes auctores fides est. *Voss.* Geographorum quidam hanc regiunculam in Thracia statuunt, alii in Macedonia. Et res hodie pervulgata et contrita est. Tamen malim scribere *Europia*, ut cl. Voss. quam *Europa*. Faber.

Europus nomine] Sic amat loqui Noster, ut II. 9. 2. XIII. 2. 7. XXI. 1. 1. Vell. II. 5. 2. Ita 'naves ducentæ numero,' sup. II. 10. 20. Ceterum Europus ille Macedonis fil. fuit, a quo 'Europus' Macedoniæ urbs. Steph. in Urb. et Thucyd. II. 21. 36. At Eustath. in Lycophronem, eund. cujusd. Himeri facit filium, a quo nominatam Europam credibile est. Quanquam etymon Europæ mortalium nemini compertum tradit Herod. IV. 45. *Bern.*

§ 7 *Caranus*] Solin. cap. 9. et ita emendandus Euseb. ex Mss. *Bongars.* Ap. quem est *Cramaus*. Vell. I. 6. 5. hunc 'generis regii' fuisse dicit: Suid. tantum 'unum ex Herculis posteris.' Auson. Ep. XIX. 'Et Caranum, Pellæa dedit qui nomina regum.' Vid. Scalig. Canon. Isagog. p. 334. f. *Bern.*

§ 8 *Regni sedem statuit*] Lego, una parvula vocula addita, *ibi reg. s. st.* Faber. Nihil inculcand. cunt. librorum fidem, sed repetend. *ἀπὸ κοινοῦ Edessam: Edessam reg. s. st.* h. e. regiam facit sedem Edessam. *Græv.*

§ 10 *Edessam*] Ptolemæus III. 13. Αἰδέσσαν commemorat. *Bong.*

Ædessam] Et hic Juntæ rectius scribunt *Edessam*. Græcis enim Ἔδεσσα dicitur non Αἴδεσσα, quod Is. Voss. ad Melam II. 3. docuit, qui et ibi ostendit bene in Mss. esse *Ægeades*. Αἰγειάδης enim dici dialecto Macedonica pro Αἰγειάτης. *Græv.*

Ægeas] 'Ægas' vocat Plin. IV. N. H. 9. et Solin. cap. 9. Ptolem. III. 13. Αἴγαλα. *Bongars.* Salmas. ad Solin. 156. A. 1. tradit, in Plinii libris Mss. haberi 'Ægiæ,' quod est Græcum Αἴγειαι: nam utroque modo dici, et Αἴγαι, et Αἴγειαι. Latine 'Ægiæ' vel 'Ægeæ,' quasi 'Caprarias' dixeris: et a dissyllabo quidem esse gentile Αἰγαῖος, a trisyllabo Αἰγεάτης, quomodo et hic rescripsimus, *Ægeatas* (quomodo et Tac. A. II. 47.) cum hactenus editi omn. *Ægeadas* habeant. *Berneccer.* Antiquiores typis expressi et Mss. *Ægeadas:* Bernecc. tamen maluit *Ægeatas*. Sed rectum esse *Ægeadas*, idque dialecto Macedonica dici pro *Ægeatas*, docet Is. Voss. in Notis ad Melam. *Vor.*

§ 11 *Pulso deinde Mida, nam, &c.*] Brygorum Midam regem fuisse testatur Herod. Βρίγοι autem, et Βρύγες, et Φρύγες, sunt iid. Strabo XII. Ὁμοίως δὲ καὶ Βρίγοι, καὶ Βρύγες, καὶ Φρύγες, οἱ αὐτοί. Male vulgo Βρέγοι et Βρέγες. Vid. quoque Eustath. ad Dionys. Macedones enim τὸ φ mutant in β. Non autem pulsum esse Macedonia a Carano, Conon ap. Phot. inquit, sed, ὅπως αὐτῷ χρυσὸς ἐγίνετο τὰ εἰς τροφὴν παραθέμενα ἅπαντα, καὶ ὡς, διὰ τούτων πείσας τὸ ὑπήκοον ἀπ' Εὐρώπης διαβῆναι τὸν Ἑλλήσποντον, ὑπὲρ Μυσίαν ᾤκησε, Φρύγας ἀντὶ Βρίγων βραχύ τι παραλλαγείσης τῆς λέξεως μετονομασθέντας. *Vos.*

Pulsis] Abundare videtur. *Berneccer.* Bernecc. putat hoc *pulsis* abundare, quoniam præcedit 'Pulso deinde Mida.' Sed hoc *pulsis* agnoscunt Mss. non item alterum *Pulso*. Itaque illud potius delend. *Schef.* Angl. hoc *pulsis* non agnoscit. Itid. bene, quoniam proxime præcessit 'Pulso deinde Mida.' *Idem.* Sic quidem unus cod. Angl. ceteri tamen cum Junt. aliisque pro vulgata stant. Ille tamen unicus ceteris præferendus. *Græv.*

§ 12 *Adunatis gentibus variorum populorum*] Mela I. 19. 'Una gens, aliquot populi.' 'Gens' enim notat ipsam regionem, 'populus' vero frequentiorem vicum. Vid. Not. ad Liv. V. 34. *Gronov.* Vid. Avum ad Liv. V. 34.

Veluti unum corpus] Flor. I. 1. 16. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Perdicca*] Herod. VIII. 139. Περδίκκης, ὁ κτησάμενος τὴν ἀρχὴν, inquit, quia primus rex in Macedonia nominatus est. Solin. cap. 9. Euseb. hunc quartum facit. Quomodo hic ad regnum pervenerit, vid. Herod. VIII. 37. Meminit et Thucyd. II. 21. 8. *Bong.*

Mortis] F. *morientis*. Fr.

§ 2 *Argæo*] Eusebio 'Archeus' est: Herod. VIII. 139. Ἀραῖος. *Bongars.* Recte Justino dicitur 'Argeus.' Unde in Nummis exstat ΑΡΓΕΙΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ. Vid. Jos. Scalig. ad Euseb. p. 122. *Gron.*

§ 3 *Regnum in familia mansurum*] Mss. multi habent *reg. familiæ*. F. scripsit Just. *reg. ei familiæ mans.* h. e. ipsam servaturam, habituram, regnum. *Schef.*

§ 4 *Hac superstitione*] Mss. multi habent *hanc superstitionem*, quod facit ut putem in aliquibus fuisse *per* vel *ob hanc superstitionem*. Videtur autem ex hac ipsa variatione liquere, quod sit neutrum Justini, verum glossatorum. Sane superstitionem appellare hoc, Christiano magis convenit, quam ethnico aut Justino, quam præsertim paulo ante cum oraculo comparaverit. *Idem.*

In Alexandro stirpem] Præfero, quod habent quidam scripti, *in Alexandri stirpe*. Habuit enim, sed qui patri succedere non potuit. *Scheff.* Nihil muta. Nam quamvis Alexander filius filium habuerit, non tamen rex fuit Macedoniæ. Stirps itaque regiæ Macedonum familiæ in Alexandro fuit deleta. *Græv.*

§ 5 *Philippum, qui immatura morte raptus*] Euseb. ait hunc Philippum 38. regnasse annos: non igitur 'immatura morte raptus' videri potest. Porro ejus filium Herod. VIII. 'Aëropum' vocat, non *Europum*. Hoc etiam lector perpendat, quam ἀκολούθως dicat Auctor: cum Macedones ob assidua cum Thracibus et Illyriis certamina indurati essent, ut gloria bellicæ laudis finitimos terrerent; igitur Illyrios, qui infantiam regis pupilli contemnerent, movisse Macedonibus bellum. *Glarean.* Quomodo 'immatura morte raptus,' cum annos 38. regnarit? *Voss.*

Europum] Herod. VIII. 139. Ἀέροπον vocat, ut Diod. XIV. 38. Et ita in Euseb. legend. ex vestigiis veteris scripturæ, non *Europs*. Bongars. Junt. *Aëropum*, ut Herod. et Diod. quibus dicitur Ἀέροπος. *Græv.* Bong. ex Herod. et Diod. *Aëropum;* optime. *Faber.* Editur vulgo *Europum*. Sed Herod. VIII. Ἀέροπον vocat. Et ed. Junt. ut Græv. testatur, itid. *Aëropum* habet. Quare non dubito genuinam hanc nominis scriptionem esse: quæ et Panegyrico Nazarii reddenda sit, ubi vulgo legitur: 'Illyrici quondam despicientes Eropi regis infantiam Macedones bello lacesserunt.' *Vor.*

Parvul adm.] Saxo VIII. p. 154. 20. 'Jarmericus cum sororibus adm. parvulis:' XIV. p. 275. 15. 'Filia adm. parvula:' p. 331. 57. 'Waldemarus adm. parvulus.'

§ 6 *Quorum armis*] Ita Flor. verum longe venustius, II. 3. 5. *Bern.*

§ 8 *Rege suo in cunis prolato*] Marcellin. XXVI. 26. *Bongars.* Paneg. Nazarii cap. 20. 'Illyrici quondam, despicientes Eropi [scrib. *Europi*] regis infantiam, Macedones bello lacesserunt. Et prima quidem congressio secundum illos fuit: verum Macedones, cum bellum reficerent, regem suum in cunis ad aciem detulerunt. Cum illos ira, hos miseratio, illos signorum cantus, hos pueri vagitus, accenderet, mutata est ratio certaminis: vicerunt, qui amore pugnabant.' Eod. exemplo Franci pro Clothario contra Childebertum strenue pugnarunt, cum viderent Clotharium adhuc in cunis, et a matris Fredegundis uberibus

pendentem, agmen præcedere. Aimoin. de Gestis Francor. lib. III. cap. 81. Limnæi Notitia Franciæ I. 8. *Bern.*

§ 9 *Antea*] Omittit Saresb.

§ 10 *Ex superst. &c.*] Saresb. 'quod ex sup. vel fide animum v. c.'

§ 11 *Simul de*] Id. 'Nam et miseratio infantis eos tenebat: quoniam, si victi essent,' &c.

Captivum de rege facturi] Ita Flor. II. 6. 50. 'Fecerant de servitute Romanos.' *Freinsh.*

§ 13 *Huic Amyntas*] 'Alcetam' interponit Herod. VIII. 139. et Euseb. in Chron. *Bongars.* Mira est auctorum dissensio super successione regum Macedonum. Vid. omnino Scaligeri Canon. Isagog. lib. III. *Bern.*

§ 14 *Tanta omnium virtutum natura ornamenta data sunt*] Lego *orn. a nat. d. s.* Hoc tamen scio legi ap. Cic. Dial. de Orat. 'Natura datum,' sed eum l. in vitio esse arbitror. Recte enim, fateor, et Latine dixeris: 'Titius et Mævius natura boni sunt et modesti;' sed non itid. dicere possis: Hoc mihi datum natura est, sed, a natura. *Fab.*

Vario ludicrorum genere] Puta cursu, saltu, jactu disci, jaculatione, et luctatione. Πένταθλον 'quinquertium' vocant. *Bern.*

CAP. III. § 1 *Turpi ab Scythia fuga summotus*] Sic de eod. Dario et sup. II. 3. 2. 'Darium turpi ab Scythia summoverunt fuga.' *Vorst.*

Megabazum] Herod. v. 17. est 'Megabyzus,' a quo hæc narratio petenda est. *Bongars.* Junt. *Megabyzum* cum Herod. *Græv.* Herod. est Μεγάβυζος. Quare suspicor lect. veram Justini esse *Megabuzum.* Nisi malis *Megabyzum* cum Junt. *Schef.*

§ 2 *In pignus*] Præp. ista videtur abundare, quam ipse etiam Auctor omisit, XI. 15. 'In quam rem, unicum pignus fidei regiæ, dextram se ferendam Alexandro dare:' et Liv. XXXVI. 40. 'A quibus obsides abduxerit pacis futuræ pignus.' Id. XLIII. 10. 'Ut nec ex iis, qui venerant, quemquam retineret, nec obsides, pignus futuros furto et fraude agendæ rei, posceret.' *Gron.*

§ 3 *Adhibitis in convivium suum filiis et uxoribus*] *Filiis* dixit pro, filiabus. Ennius: 'Filiis propter te objecta, sum innocens Nerei.' Legitur et 'Diis,' pro, Deabus. Vid. Priscian. VII. *Bongars.* Hic ego ut non negaverim ap. scriptores quosd. inveniri 'filiis' pro, filiabus, quemadmodum 'Diis' pro, Deabus; ita hic legend. omnino existimo *adh. in conv. suis ac filii ux.* quo pacto et disertim in duobus opt. meis Mss. legitur, et vero legend. conjecit ex Ms. scriptura, quæ referebat *suis hac filii ux.* Bong. *Mod.*

Adhibitis in convivium suis ac filii uxoribus] Ita disertim in duobus opt. suis Mss. legi scribit Mod. et vero legend. conjecit in libello Var. Lect. Bongarsius, qui tamen edidit *adh. in conv. suum filiis et ux.* et *filiis* ait esse pro, filiabus: sicut et 'Diis' pro, Deabus, legitur. Priscian. VII. Sed quod est in seq. n. 5. et 6. 'mulieres' et 'matronali habitu' ad filias virgines aptari non potest. *Bernec.* Junt. *adh. in conv. suis ac filii ux. ac filiabus.* Græv.

Id apud Persas, &c.] Contrarium Plut. adstruere videtur I. Sympos. cap. 1. 'Persas' sc. 'non cum uxoribus, sed pellicibus, inire convivia solere.' Noster ipse XLI. 3. 2. de Partho-Persarum moribus: 'Feminis non convivia tantum virorum, verum etiam conspectum, interdicunt.' Ita Vaste, ab Ahasuero ad cœnam proceribus Persicis instructam evocata, venire detrectavit, Persicum morem causata, quo mulieres virilibus conviviis arcebantur, unisque se conjugum oculis conspiciendas præbebant. Joseph. Ant. Jud. XI. sub init. cap. 6. Vid. Curt. V. 1. 67. *Bernec.* Libentius legerim *id enim apud Persas.* Fab.

§ 4 *Temperaturum jocos*] Hinc ap. Sen. Vit. Beat. 14. 'Temperatores voluptatis:' et Varr. 'Modimperator convivii:' et Plaut. Stich. V. 4. 2. 'Omnibus modis temperare certum est nostrum hodie convivium:' et Martial. IV. 8. Temperat ambrosias cum tua cura dapes.' *Gron.*

§ 5 *Cultius exornaturus, gratioresque reducturus*] Angl. *c. exornatas g. redituras.* Hic illud *exornatas* puto genuinum. Nec enim verisimile Alexandrum promisisse ipsum, se exornaturum eas, quod vult lect. vulg. At in voce *redituras* hæreo, quanquam f. melius ut credamus, promisisse eas redituras, quam se reducturum. *Sch.*

§ 8 *Tam fædæ gentis*] Angl. *t. sordidæ g.* quæ mea sententia lect. est genuina, cum altera sit ex glossa. Ubique Noster ita amat loqui: de ipsis hisce Macedonibus VI. 9. 'Sordidum et obscurum antea Macedonum nomen.' *Schef.*

§ 9 *Bubares*] Βουβάρης. Herod. filiam Amyntæ vocat Γυγαίην V. et VIII. *Bong.*

CAP. IV. § 1 *Successori Alexandro*] Solin. cap. 9. tamen Perdiccæ successisse vult hunc Alexandrum: cujus errorem convincit in absolutissimis ad illum Auctorem Exercitationibus cl. Salmasius 156. A. 2. *Bern.*

§ 3 *Per ordinem*] Eum ordinem vid. ap. Euseb. Legendus ad h. l. Solinus cap. 9. et inprimis Diod. XIV. et XV. quorum varietatem explicare non est hui. l. *Bong.*

Menelai] Euseb. 'Archelai.' *Bernec.* Μενέλαος ὁ Φιλίππου πάππος, Ælian. XII. V. H. 43. *Gron.*

§ 5 *Tres filios*] Duorum, Perdiccæ et Philippi, meminit Probus Iphicrate: legendus Georg. Gemistus. *Bong.*

Alexandri Magni Macedonis] Dele istud *Macedonis;* putidum enim est, puerile, et ex oscitantia ac dormitatione scriptoris librarii natum. *Fab.*

Euryonem] Junt. *Eurynoem:* leg. *Eurynoen.* Mox in ead. ed. pro *Cygnæa* legitur *Gygæa,* ut scribend. censuit Is. Voss. et pro *Archideum,* uti et Euseb. ac Oros. *Aridæum.* Confirmat editio Vind. nisi quod scribat *Aridæum.* Græv.

Cygnæa] Præclare Is. Voss. *Gygæa.* In quibusd. impressis, quod non longe a vero est, legitur *Cygæa.* Paulo ante leg. ut in ed. Junt. *Eurynoen,* Græv. monente, nisi f. legend. *Eurynomen,* quod ego verissimum puto; nam hoc nomen in puellis Græcis frequens est. *Fab.*

Cygnæa] Scrib. *Gygæa.* Voss. Ipsumque illud in vetere ed. Junt. reperit deinde Græv. Sed et Bong. observarat, codd. quosd. typis expressos *Cygæa* habere. Herod. VIII. et 'Gygæam,' Amyntæ filiam, quæ Bubari Persæ nupserit, commemorat. *Vors.*

Archideum] 'Aridæum' legunt Euseb. et Oros. *Bernec.* Græcum non est; legend. itaque vel *Aridæum* (nomen est Macedonicum) vel *Arideium;* sed ego suspicor Macedonas dixisse *Arridæum,* et verum est. *Faber.* Euseb. Oros. Junt. probante Græv. *Aridæum.* Puto in aliis fuisse *Arrhideum:* sed r unum, adspectum pro c, peperisse *Archideum.* Schef.

§ 7 *Insidiis, &c.*] Saxo XIV. p. 259. 42. 'Invictum foro insidiis occupant.'

Pellicatum] Hanc vocem usurpavit Saxo IV. p. 58. 20. 'Indignum tamen aiebat maritali gratiæ pellicatus odium anteferri.' Vetus Interp. Levitici XVIII. 18. 'Sororem uxoris tuæ in pellicatum non accipies.' Adhelm. de Laud. Virg. 53. 'Perfidi pellicatus stupro deceptus.'

CAP. V. § 3 *Prima pueritiæ rudimenta deposuit*] Sic inf. IX. 1. 8. 'Ut sub militia patris tirocinii rudimenta deponeret.' Et XII. 4. 6. 'Si non solum tirocinia, verum et incunabula, in ipsis castris posuissent.' Est autem 'ponere' et 'deponere rudimenta' et 'tirocinia' nihil aliud quam, exuere et finire, ut deinde ad majora adspirare possis. Deinde 'prima rudimenta' dictum, ut paulo ante 'prima initia;' per pleonasmum quendam. *Vorst.*

In domo Epaminondæ] Diod. XVI. 2. Thebani, inquit, τῷ Ἐπαμινώνδου πατρὶ παρέθεντο τὸν νεανίσκον. A quo dissentit Plut. in Pelopida cap. 47. Vid. præter hos Gemistum. *Bong.*

§ 4 *Insidiis Eurydices*] Interfectus a Ptolemæo Alorite, qui post eum regnavit annos 3. Diodorus XV. 77. mendose habet ἔτη τριάκοντα, legend. enim ἔτη τρία. Eum deinde interemit Perdicca: cui, cum adversus Illyrios cecidisset, successit Philippus, cum adhuc Thebis esset, ut Diodorus. Just. enim, quem sequitur Oros. III. 12. triennium tantum obsidem fuisse scribit. Accurate hæc Gemistus. *Bon.*

§ 7 *Scelerum*] Sebis. emendavit, *a scelerum.* Bene quidem, sed nihil necesse fuit mutare quidquam. Qui enim dicunt 'liberari supplicio' et 'liberari a supplicio,' tam bene illi, quam illi, loquuntur. *Faber.* Probo Sebisii conjecturam, quoniam et alias sic Scriptor noster solet. *Scheff.* Angl. *a scelerum.* Rectiss. Atque sic conjiciebat quondam Sebis. *Id.*

§ 9 *Non regem, sed tutorem, pupilli egit*] Impressus quidam habet *non se regem.* Suspicor Just. scripsisse *non regem se, sed,* idque *se* per similitudinem litterarum subseqq. tanquam supervacuum, deletum. *Scheff.* Male. 'Regem,' 'patrem,' 'principem agere,' frequentissima sunt Tac. Suet. Just. aliisque. *Græv.*

CAP. VI. § 1 *Ut est ingressus imperium*] *Ingredi* pro, incipere, frequenter Cic. fuit in usu, ut Orat. pro Cæcin. 28. 'Cum istam disputationem mecum ingressus esset:' et Topic. I. 'Majores nos res scribere ingressos:' et Suet. Octav. 92. 'Ingrediente se longinquam peregrinationem:' quum tamen Auctor B. Afr. 22. addita præp. dixerit 'ingredi in rempublicam.' *Gron.*

§ 2 *Cui spei, &c.*] Saxo v. p. 93. 48. 'Quem solum ex tanto sociorum agmine fortuna residuum fecit.'

§ 3 & 4] Planus intellectu locus, quem in vulg. edd. interstinctio prava, et *bellaque* pro *bella quæ* positum, obscuravit. *Bern.*

Regni] Mss. *rerum.* Ergo alterutrum est glossatoris, non Justini. Magis autem inclino eo, ut lect. veram putem *rerum.* Schef.

Inopia continui belli] F. legend. *continuis bellis exhausti regni, immaturam ætatem tyronis urgerent, et bella quæ, &c.* Bong.

§ 4 *Dispensanda*] Sup. Not. ad VI. 1. 2. *Bernec.* Ut non omnia bella uno impetu ac momento, sed per partes ac vices, gereret. Proprie enim hoc verbum usurpatur de patrefamilias, qui, ut sibi constaret ratio accepti et expensi, sumtus dispensare solet, nec omnia uno tempore simul et semel effundit. Liv. XXVII. 5. 'Dispensarique lætitia inter impotentes ejus animos potuit:' et Ov. VI. M. 279. 'Ordine nullo Oscula dispensat natis:' et Stat. VI. Th. 766. 'Doctior hic differt animum, metuensque futuri Cunctatus vires dispensat.' Sen. Ep. 88. 'Temperantia voluptatibus imperat; alias edit atque abigit, alias dispensat.' Id. VI. Benef. 16. 'Tum ingenium latens et pigrum, injecta (ut ita dicam) manu, extraxit: nec, quæ sciebat, maligne dispensavit:' et III. N. Q. 27. 'Ad originem rerum parce utitur viribus, dispensatque se incrementis fallentibus.' *Gronov.* 'Dispensare' pro, partiri, distribuere: ut bella alia gerenda suscipias, alia quocunque modo declines. Quæ verbi significatio et præcipua est. *Vors.*

§ 5 *Alia, &c.*] Saxo VI. p. 104. 14. 'Nuper se ejus societati, interp. p. subduxerat:' X. p. 187. 45. 'Ter regem a piratis captivum, interp. munerum p. receperat.'

Contemtum sibi, &c.] Malim *cont. sui hostibus dem.* Bongars. Ad quem modum Liv. XXV. 37. 'Ultro inferendo arma contemtum sui demturum.' *Vor. & Bern.*

§ 6 *Cum Atheniensibus certamen*] Diod. XVI. 2. Regem Macedoniæ Argæum facere volebant Athenienses,

misso Mantia duce cum exercitu. De victis Illyriis vid. eund. sub anno secundo Philippi. *Bong.*

§ 7 *Multa millia*] Ultra 7 M. Diod. XVI. 4. *Bern.*

Urbem nobilissimam Larissam capit. Hinc Thessaliam] Just. ita Larissam Illyriis subjungit, quasi Larissa Illyriorum, non Thessalorum, urbs fuerit; rursus Thessaliam Larissæ subnectens, quasi Larissa non sit Thessalorum urbs: sed duo hi errores eod. fonte manant, quod pro *Lysso* legerunt *Larissa.* Est autem Lyssus prima Dalmatiæ urbs post Dyrrhachium ad Mare Adriaticum, cujus ap. magnos auctores frequens est mentio. *Glar.*

Larissam] Vett. *Lariseam.* 'Larissas' plures recensent IX. et XIII. Strabo et Steph. de Urb. nullam, quæ huic l. conveniat, nisi legas *Larissam in Thessalia:* et ea lect. uno Ms. confirmatur: habet is *Larissam hinc in Thessaliam.* Ceteri *Larissam capit, hic in Thessaliam.* Glareanus *Lissum* legit, quæ est urbs Illyriæ. Ptolem. Steph. Thessaliam aggressus est Philippus, cont. tyrannos vocatus. Diod. XVI. 14. *Bongars.* Junt. ut pridem conjecit Bong. *Larissam in Thessalia non prædæ cupiditate.* Quæ lect. non est sollicitanda. Nam, Larissa capite Thessaliæ subjugata, ceteri cogebantur nolentes volentes jugum servitutis subire, et equites, quos imperabat Philippus, præstare. Paullo post iid. Juntæ, itid. ut conjiciebat Bong. *tutore virginis Arrymba.* Græv. Scio quid ad hæc docti dixerint, et in primis Bong. V. cl. sed hoc mihi persuasiss. est, Glareanum, hominem Helvetium, cujus ego libros Musicos et Animadvv. in Livium pene puer legi, virum acutissimum fuisse. Ille non *Larissam* legit, sed *Lissum.* Opt. si quid in his sapio. Erat enim Lissus inter primarias Illyriæ urbes, ad mare sc. Scio et hoc, multa quoque contra posse afferri. Sed uno verbo, dico iterum, Glareanus homo bonæ mentis fuit; et legend. *Lissum;* cetera plana sunt. Bong. mihi non satisfacit, h. in l. sc. nam alibi vir mihi magnus et præstantiss. videtur. 'Hinc' autem, i. e. postquam Lissum ad Mare Adriaticum cepit, in Thessaliam se confert, &c. Si de Larissa vellem aliquid, hoc dicerem, Larissam Thessaliæ nobilissimam urbem fuisse, vel hoc nomine tantum, quod Achilles dicitur Larissæus, vel quod Larissa a Livio caput Thessaliæ fuisse dicatur. Sed hæc nil ad Lissum Glareani, qui meo judicio valde sapiebat. *Faber.* Unus Cod. Ms. quem Bong. vidit, *Larissam hinc in Thessaliam.* Unde ille legend. censet *Larissam in Thessalia.* Atque ita manifeste ed. Junt. habere testatur Grævius. *Vorst.* Lect. vitiosa; nulla enim Larissa in Illyrico, nec videtur emendatio Bongarsii juvare, legentis, *urbem nobilissimam Larissam in Thessalia, &c.* An enim verisimile, Philippum ex una illa urbe tantum exspectasse equitatum? Quare plus propendeo in sententiam Glareani, qui existimat corruptum esse nomen urbis non Thessaliæ, sed Illyrici. Et quid, si Just. scripsit, *urbem nobilissimam Illyrici, Issem capit?* Potest vitium esse ortum, quod pro *Illyrici* vetusta ratione scriptum esset litteris minusculis et per compendium *inliri.* Sic enim primæ duæ litteræ *in* absumtæ per præc. *m* totidem lineolis constans. Ceteræ connexæ vocabulo seq. unde factum *liriissam*, ex quo peritior geographiæ sc. fecit *Larissam.* De Isse, Illyrici urbe, videndus est Plin. II. 21. et Steph. de Urb. in ea voce. *Schef.*

§ 8 *Hinc Thessaliam*] Mss. habent, *Hinc in Th.* quæ lect. videtur proba, sed repudiata ab illis, qui non observabant ex superioribus hic quoque verba 'bello translato' esse intelligenda. Liquet autem simul, emendationem Bongarsii recte a nobis in præcedentibus rejectam esse. *Schef.*

Robur, &c.] Sen. Phœn. 627. 'Licet omne tecum Græciæ robur trahas.' Saxo I. p. 12. f. 'Orientalium

robore debellato:' IV. p. 60. 30. 'Omne virtutis Sueticæ robur:' XIV. p. 280. f. 'In eam classem Danicum penitus coisse robur.'

Metuentem improvisus] Legend. distinguendumque: *metuentem. Eam improvisus expugnat, unumque, &c.* Pronomen abstulere litteræ similes ante et post ipsam. *Schef.*

§ 9 *Exercitus facit*] Sic Angl. quod præfero, quia præcedit 'expugnat.' *Id.*

§ 10 *Quibus, &c.*] Saxo XIV. p. 252. 16. 'Rebus in Scania parum f. p.'

Olympiada Neoptolemi regis Molossorum] 'Olympias' etiam lib. XVII. sub finem Neoptolemi filia dicitur. Ceterum eod. in l. Arymba Neoptolemi pater nominatur, ac proinde avus Olympiados ac Alexandri Epirensis. Atqui h. l. Olympiados patruelis frater vocatur. Rursus sub finem lib. VIII. Alexander Epirensis Arymbæ privignus proditur: duos igitur Arymbas intelligere oportet, avum Olympiados, ut lib. XVII. alterum sororis Olympiados, nempe Troados, maritum, Nec tamen satis claret, quomodo Alexander Epirensis fuerit Arymbæ privignus, ut lib. VIII. sub finem habetur. Sed lector tres hosce locos secum etiam atque etiam comparet. *Glar.*

Neoptolemi] 'Euruchæ' habet Oros. III. 12. *Bern.*

§ 11 *Altore*] Vett. *auctore*, f. *tutore*. De h. l. dicam XVII. 3. 9. *Bongars.* Angl. *tutore virginis.* Alterum horum est ex glossa. Puto tamen in vulgato nihil mutand. ut quod docet, non modo tutelam ejus habuisse, quod glossator innuebat, sed et educasse ipsam domi suæ. *Schef.*

Arruba, rege Molossorum] Hunc VIII. 6. 4. 'Arrybam regem Epiri' vocat Auctor: quomodo 'Sulla' et 'Sylla,' 'Purrhus' et 'Pyrrhus,' indifferenter dixerunt. *Bernec.* Græcis promiscue appellatur Ἀρύβας et Ἀρύμβας. Sæpe enim inseritur τὸ μ, ut, 'Sybaris' 'Symbaris,' Thynias' 'Thymnias,' 'Senones' 'Semnones,' et 600. alia. Ap. Frontin. male vocatur *Harridas*, pro *Arubas*, aliquoties II. 5. *Voss.* Inf. 'regem Epiri' vocat: quod et rectius videtur. Nam qui ei successit Alexander, Olympiadis frater, itid. rex Epiri fuit. Scribitur autem *Arruba* pro, Arryba; ut inf. vocatur: quomodo 'Sulla' pro, Sylla. Bech. tamen et hic *Arryba* habet. *Vorst.* Vorst. putat rectius *rege Epiri*, ut inf. Sed hoc nimis abit, nec necesse est, cum Molossi pars sint Epiri. *Schef.*

Troadam in matrimonium habebat] *Troadem* potest ferri, sed tamen *Troada* prætulerim inflexione Græca sc. Ita alibi 'Olympiada' pro, Olympiadem. Sed tamen, cum in memoriam redeo, nunquam memini me legere *Olympiadam;* legi tamen 'Crotonam;' sed mihi dubium est. *Faber.* Ab accusativo Græco Τρωάδα fit ejusd. terminationis nominativus: unde deinceps accusativus *Troadam* formatur. *In matrimonium habebat* non quidem sine exemplo; sed testatur tamen Bong. codd. suos Mss. habere *in matrimonio.* Vorst. Opt. Faber *Troada*, et paullo post *acquisiturum se sperat* legend. esse contendit, applaudente Junt. *Græv.*

Quæ causa illi exitii malorumque omnium fuit] Manu exaratorum codd. alii, ut quidam profitentur, habent *Illi exitium malorumque omn. causa f.* alii *Illi malorum omn. exitium f.* quibus vitiosis quamvis scripturis confirmor magis, ut probem lectionem duorum Fuld. libr. membran. in quibus absque ulla litura est *quæ causa illi exitii malorumque omn. initium f.* Mod. Ea lect. non longe discedit a vestigiis aliorum Mss. quos variantium libellus exhibet. Bongarsii et aliorum edd. *omn. f.* Bernec. *Initium* adjecit Bernecc. quod duos Codd. Fuld. ita habere testatus esset Modius. Antiquiores edd. et ipsa quoque Bongarsii vocem non habent. *Vor.*

§ 12 *Acquisiturum sperat*] Lego *acq. se sp.* Et ita in quibusd. impressis scriptum. Istud *se* omissum est ob initium vocis seq. 'sperat.' *Faber.* Antiquiores edd. *acq. se sp.* Ceterum pronomen reciprocum omitti, ac subaudiend. relinqui, nihil novi. *Vor.*

§ 14 *Methonam*] Vett. *Mothanam.* 'Methana' Straboni VIII. Aliter est Μεθώνη. Præter Diod. sub anno VIII. vid. et Solin. cap. 14. et Plin. VII. 37. 'Sagittam autem jecerat Aster oppidanus inscriptam suo nomine, locoque vulneris, et nomine [i. e. nomine Philippi] quem petebat:' ut est ap. Solin. *Bongars.* In Prologo lib. VII. Historiæ Trogi 'Mothone' est, atque ita Latinos huj. urbis nomen scripsisse, plane sibi constare dicit Salmas. ad Solin. 153. A. 2. Quomodo quæ Græcis Κέρκυρα et Βερενίκη Latinis 'Corcyra' et 'Beronice' dicitur. *Bern.*

Sagitta jacta] Ab Astere Olynthio, teste Plut. Parall. min. c. 8. et Solin. c. 8. Hunc vs. inscriptum habuit sagitta: Ἀστὴρ Φιλίππῳ θανάσιμον πέμπει βέλος. *Aster letale Philippo mittit spiculum.* Plut. in Alexandro cap. 3. tradit, ab oraculo Delphico Philippo nuntiatum, ideo ipsum amisisse oculum alterum, quod, eum rimæ ostii admovens, Jovem Ammonem conspexisset serpentis figura cum Olympiade uxore sua concubantem. Commemorabilis hic adulatio Clisophi, qui in Philippi gratiam, altero privati oculo, ipse etiam alterum de suis oculum deligare voluit. Ælian. IX. H. Animal. 7. Athenæus VI. 12. *Id.*

LIBER VIII.

LIB. VIII. Justini omnium optimus et castigatiss. *Fr.*

CAP. I. § 2 *In mutuum, &c.*] Saxo XIV. p. 310. 49. 'In exitium suum ruentes.'

Omnibus perire quod] Ita Vett. omnes et Oros. nullo sensu, ut mihi quidem videtur. P. Pithœus sagaci corde et ingenio unico conjecit legend. *omn. perviæ*, proxime ad antiquam scripturam: nam, quod vulgo legitur, *ab omn. victæ periere*, nugæ. De hac civili Græcorum discordia Callisthenes ap. Plut. in Alexand. cap. 95. Ἐν δὲ διχοστασίῃ καὶ ὁ πάγκακος ἔλλαχε τιμῆς· *At per dissidium vel pessimus est in honore:* cum diceret, illam Philippo magnitudinis et potentiæ occasionem et causam exstitisse. *Bong.*

Omnibus perire quod] Prava distinctio, et *quid* pro *quod* positum, fecit, ut hunc l. (planum utique, modo syntaxin attendas) infelici curiositate viri magni tentarent. Nam quod pridem Grut. Suspicion. II. 12. monuit, hoc dicit Auctor, Græciæ civitates non ante persensisse omnes amittere quod singulis peribat, quam cum jam oppressæ essent. Id. de Britannis Tac. affirmat Agr. c. 12. 'In commune non consulunt: rarus duabus tribusve civitatibus ad propulsandum commune periculum conventus. Ita, dum singuli pugnant, universi vincuntur.' Hinc monitum Hermocratis ad Siculos suos ap. Thucyd. IV. 12. 31. 'Alienigenas arma nobis intentantes universi, si sanæ mentis sumus, communi consensu propulsabimus. Quippe, dum singuli cladibus afficiuntur, universi in periculo sumus.' Add. Nostr. XV. 2. 15. Acumen Senecæ in re dissimili simillimum Ep. 90. 11. 8. 'Societatem avaritia distraxit, et paupertatis causa etiam his, quos fecit locupletissimos, fuit. Desierunt enim omnia possidere, dum volunt propria.' Et n. 81. 'Avaritia, dum seducere ali-

quid cupit, atque in suum vertere, omnia fecit aliena: et, multa concupiscendo, omnia amisit.' *Bern.*

§ 3 *E specula quadam*] I. e. e loco alto, ut totum agrum detegere oculis posset, unde occasiones peterent. Quomodo hæc loquutio etiam aliis placuit, ut Cic. IX. ad Att. 10. 'In speculis esse.' Id. pro Deiot. c. 8. 'Reliqua pars accusationis duplex fuit: una, regem semper in speculis fuisse, cum a te animo esset alieno.' Liv. XXXIV. 26. 'Diem deinde unum in speculis fuit.' Quintil. Decl. CCLXXXI. 'In aliqua vos positos specula putate: illa quæ facta sunt videte.' Claud. B. Get. 570. 'Gentes pendere paratas In speculis.' *Gron.*

Auxilium inferioribus ferendo] Ita sup. v. 2. 12. et Philippus III. ap. Liv. XXXIX. 23. 11. *Bern.*

§ 4 *Thebani*] Hoc est initium belli Sacri seu Phocici, quod in annum 9. duravit. Diod. XVI. 21. sub anno 6. Philippi: decennium durasse scribit Paus. in Bœoticis et Phocicis. Vid. et Gemist. *Bongars.* Initium ejus incidit in Olymp. 105. annum quartum. *Bern.*

Secundam fortunam, &c.] Thucyd. III. 6. 25. 'Prope facilius esse dixerim propulsare adversa, quam tutari secunda.' Tac. H. I. 15. 7. 'Secundæ res acrioribus stimulis animum explorant; quia miseriæ tolerantur, felicitate corrumpimur.' Ov. II. de Arte 438. 'Non facile est æqua commoda mente pati.' Add. Sall. Cat. 10. 2. Sen. Ep. 51. 8. Probus pr. Timol. 'Id quod difficilius putatur, multo sapientius tulit secundam quam adversam fortunam.' Id. de Conone sub fin. 'Accidit huic quod ceteris mortalibus, ut inconsiderantior in secunda quam in adversa esset fortuna.' *Idem.* Liv. IX. 'Loquimur de Alexandro nondum merso secundis rebus, quarum nemo intolerantior fuit.' Vocantur tales et *impotentes.* Cic. in Epp. 'Victoria, quæ, etiamsi ad meliores venit, tamen eos ferociores impotentioresque facit.' *Vor.*

Græciæ concilium] Amphictyonum. Diod. XVI. 60. 61. Paus. Phocicis. Ælian. XII. V. H. *Bong.*

§ 5 *Arcem Thebanam*] Lib. VI. hic Auctor 'Arcadum' castellum vocavit. Hic ejus rei oblitus 'Thebanam' vocat 'arcem.' *Glar.*

§ 6 *Post arma*] Pro, postquam arma jam sunt sumta. Sic sup. I. 6. 12. 'Post necessitatem pugnandi.' Vid. et Notas. Cic. IV. Fam. 4. 'Sic fac existimes, post has miserias, id est, postquam armis disceptari cœptum est de jure publico, nihil esse actum aliud cum dignitate.' Ubi 'post has miserias' concise dictum pro, postquam in has miserias incidimus: idque verbis deinde pluribus exponitur sic: 'postquam armis disceptari cœptum est de jure publico.' *Vor.*

Legibus] C. Marii dictum, 'se præ armorum strepitu leges exaudire non posse.' Plut. Apoph. Rom. c. 29. Et Cæsaris: 'Non idem armorum ac legum esse tempus.' Id. in Cæs. c. 53. *Bern.*

§ 8 *Philomelo quodam duce*] Ap. Polyæn. v. male appellatur Φιλόμηδος pro Φιλόμηλος. *Voss.* Philomelus iste Theotimi fil. vir sine dubio fortiss. ac patriæ amantiss. nemine inter suos Phocenses dignitate inferior, ut ait, sed Græce, Paus. Quæ res facit ut eo magis mirer istud 'quodam,' quasi de opilione aliquo aut caprario ageretur. *Fab.*

§ 12 *Thebanos, &c.*] Saxo VI. p. 99. 26. 'Cum se gemina strage omnibus propemodum copiis exutum viderat.'

§ 13 *Dimicans cecidit*] Diod. XVI. 31. et Paus. Phocicis, præcipitem se e rupe dedisse referunt, anno Philippi septimo. *Bong.*

§ 14 *Onomarchus*] Ita Græci. In Vett. est Œnomenaus, aut Œnomaus, ut in Orosio Ms. *Idem.* Sichardus Œnomanus ad oram libri notavit. *Bernec.* Junt. Œnomaus cum Orosio

Ms. et aliis edd. vetustioribus. Sed rectius recentiores. *Græv.* H. l. pro *Onomarchus* Junt. ed. habet Œnomaus, cum Oros. et cum editoribus Justini. Sed et Oros. et Junt. errant. Nam a Paus. planissime dicitur 'Onomarchus,' idque duobus locis, p. 318. in Phocicis. Œnomaus autem, quem isti in animo habebant, bello Servili Romano cum Chryso et Spartaco inclaruit. *Fab.*

CAP. II. § 1 *Thessalique*] Non video, quid hic 'Thessali' faciant, qui jam ante victi erant a Philippo. Nec eorum ulla vel in præcedd. vel in seqq. fit mentio. An huc tractum ex sequenti cap. 4. Sed et ibi legunt 'Thebani.' *Schef.*

Non ex civibus suis, ne victoris potentiam ferre non possent] 'Non ex civibus suis,' subaudi, aliquem. Et 'victoris' est pro, si is victor fuisset. Sic Liv. IX. 18. 'Etiam victis Macedonibus graves, nedum victoribus,' i. e. etiamsi victi fuissent. Et v. 'Itaque, ne penes ipsos culpa esset cladis forte Gallico bello acceptæ, cognitionem de postulatis Gallorum ad populum rejiciunt,' i. e. si clades acciperetur, vel si accepta fuisset. Vid. et Gronov. ad Liv. IX. 18. *Vor.*

§ 2 *Externæ dominationi*] In discordia civili, 'pars, quæ domestico certamine inferior est, externo potius se applicat, quam civi cedit:' Liv. XXXIV. 49. 11. *Bern.*

Timuerunt] Leg. *timuerant.* Fab.

§ 4 *Insignibus Dei*] Quia laurus Apollini sacra. Plin. XII. 1. pr. Ov. M. I. Fab. 14. &c. *Bern.*

§ 6 *Ultorem religionum*] De magno quodam principe, qui colore religionis, quam omnibus actionibus suis semper prætexebat, ad ambitionem et inexplebilem propagandi imperii cupiditatem, mira et huic Philippicæ simillima calliditate fuit abusus, omnino videndi Thuanus I. Guicciardin. XII. Machiavelli Princeps cap. 21. *Id.*

Solum, qui piacula, &c.] Angl. sic distinguit et legit: *exstitisse. Dignum itaque, qui Diis proximus haberetur, per quem.* Quam lect. puto veriss. cunctisque præferendam. *Schef.* Certiss. est lect. et interpunctio libri Angl. quam merito probarunt Oxonn. et cl. Schef. cujus obitus rei litterariæ plagam ingentem inflixit. Quis enim in vulgatis intelligit, qui Latinam Linguam intelligit, *dignum extitisse, qui piacula exigeret?* Quid enim est: Ille dignus existit, qui scelera puniat? cum *dignus* nihil hic loci est. Sed si interpungas cum Angl. codice, nihil superest quod quenquam possit morari. Hoc enim dicit Just. Philippum solum extitisse, qui exigeret piacula, quæ orbis viribus debebant expiari; s. ad quæ vindicanda totus orbis debebat conspirare, ea solum Philippum puniisse. Nondum tamen perpurgatum hunc l. esse puto. Scribend. videtur *solum qui piaculum exigeret.* Id ostendunt verba præcedd. 'quod orbis viribus expiari debuit.' Nam si *piacula* scripsisset Justinus, scribend. etiam fuisset *quæ orbis viribus expiari debuerunt.* 'Piaculum' autem est, piaculare scelus, sacrilegium sc. illud. Si quis se vulgatam existimet posse tueri, ellipsi vocis, criminis, sceleris, facti, aut si quod aliud huic l. appositum intelligi queat, is, si rationem et consuetudinem emendate loquentium in consilium adhibuerit, facile suam damnabit sententiam. Fac scripsisse non neminem: Ille vindex est religionis, ille majestatis divinæ et sacrilegorum ultor, ille, quod orbis viribus expiari debuit, solus impietatem punit. Qui Latine sciunt, dicent illico scribend. fuisse: 'quæ orbis viribus expiari debuit.' Non alia est ratio huj. l. in Just. Aut scribend. *piaculum*, aut *quæ orbis viribus expiari debuerunt.* Græv. Saxo XII. init. 'Parricidii justa exegit piacula.'

§ 8 *Angustias Thermopylarum*] Ad quas occupandas Philippus contendebat. Diod. *Bong.*

Sicuti antea] Sup. II. 11. 2. Diod. XI. 4. *Bern.*

§ 10 *Cujus turpe erat alios vindices fuisse*] Quia quondam Athenienses ad se potissimum putabant pertinere, ut vindicarent scelera commissa in Deos. Videtur autem scripsisse Just. *cujus turpe erat alias, alios vindices fuisse.* Schef.

§ 11 *Illo Deo*] Apolline, cujus oraculum consuluerunt; sup. II. 12. 13. *Ber.*

Quod illo, &c.] Vid. Spanh. ad Callim. in Apoll. 55.

Tot bella victores inierant] Hoc non capio; quomodo enim victores inire possunt bella? 'Inire bella' est, ordiri, incipere. At nemo victor intelligitur, cum bellum incipit. Lego igitur *finierant*, sensu optimo. 'Finire bella' Noster alibi quoque usurpat. *Schef.* Non est interpolanda librorum omn. scriptura. Sententia est liquida: Illo nimirum Deo duce sæpe se bella suscepisse, in quibus fuissent victores. Si enim Deus auctor fuit belli, quis de victoria dubitet? *Græv.*

CAP. III. § 1 *Sed nec Philippus melioris fidei*] Philippi scelera egregie suis coloribus depingit Demosth. Olynth. II. *Bern.*

§ 2 *Civitates*] Vid. sup. IV. 3. 5. Notam. *Id.*

§ 3 *Conjuges liberosque omnium sub corona vendidit*] I. e. coronatos vendidit. Solebant enim, qui bello capti essent, coronati venire. Vid. et Gell. VII. 4. Eand. phrasin vid. et inf. XI. 4. 7. et XXXIV. 2. 6. *Vor.*

§ 4 *Hospitaliter*] Tanquam hospes et amicus; qua notione hoc adverbium valde amatum fuit Livio, ut VI. 26. 'Moti extemplo patres, vocari eos jam tum hospitaliter magis quam hostiliter jussere:' et XXII. 30. 'A notis ignotisque benigne atque hospitaliter invitati.' Item 54. 'Cetera publice ac privatim hospitaliter facta.' *Gron.*

§ 6 *In Cappadociam*] Nomen *Cappadociæ* h. l. suspectum mihi est. Nimis enim distat ea natio a Macedonia. Sed vid. num *Eubœa* pro eo legend. Et quamvis, quod subjungit, 'occisis finitimis regibus,' aliquem commoveat: tamen, cum recordor Alexandrum, cum exercitum in Asiam duceret, jaculum velut in hostilem terram jecisse, ut postea XI. ostendit Auctor, et Cappadocia longe ultra sita sit, non videtur mihi verisimile Cappadociam a Philippo hoc saltem tempore petitam. Certe Diod. anno Philippi XII. sub finem scribit Chalcidensium urbes bello a Philippo petitas ac vi occupatas. Est autem Chalcis in Eubœa velut caput. Tempus in Diodoro nobiscum est, nec minus et antea et postea facta. *Glarean.*

In Cappadociam] Hellesponti urbes Micybernam et Toronem Philippum anno XIII. occupasse refert Diod. XVI. 54. Putavi aliquando legend. *Chalcidem*, ex eod. Diod. XVI. 53. *Bongars.* Omnino ex Diod. leg. *Chalcidicam*, nempe Thraciæ partem, ubi olim floruit Diomedes. *Cappadocia* enim in Asia Minore sita est, quo nunquam penetravit Philippus. *Gronov.* Junt. *Thraciam.* Mox iid. *locare muros per civitates.* Græv. Hoc falsum est, et vidit Bongarsius: unde enim tam facile in Cappadociam Philippus, quæ fere in ultima parte maris Pontici posita est? Quare legit ipse *Chalcidem*, quæ Thraciæ portiuncula est ad mare Ægæum; at ego propius ad vestigia corruptæ lect. *Chalcidicam* lego; ita enim et illa regiuncula dicitur, quæ Macedoniæ confinis est. *Faber.* Junt. ed. uti Græv. testatur, *in Thracium.* Quod rescriberem, nisi de regibus Thraciæ oppressis in fine demum huj. cap. actum viderem. Vellem et *in Chersonesum*, nisi de Chersonensium multis urbibus expugnatis initio demum seq. libri mentio fieret. Bong. legend. putat *in Chalcidem*: quoniam Diod. XVI. 53. scribit, Philippum urbes Chalcidicas subegisse. Et juvat conjecturam hanc, quod in vetere quoque Prol. lib. VIII. Trogi mentio fit belli quod Philippus cum Chalcidoniis seu Chalcidicis urbibus, et inter ceteras Olyntho, gesserit. *Vorst.* Vocabulum corruptum, pro quo *Thraciam* et *Chersonesum* alii substituunt, sed recte a cl. Vorst. refelluntur. Quanquam nec placere possit *Chalcis*, quam ipse cum Bong. substituit, cum, quæ de Olyntho pro firmamento huj. lect. adducit, ap. Nostr. prodantur demum in seqq. Locus hic est emendatu admodum difficilis, quia nec historiæ, nec libri vett. nos multum juvant, quantum hactenus cognovimus. *Schef.*

§ 7 *Invidiæ famam*] Aut *perfidiæ famam* aut *invidiam famæ* scribend. judicio Freinshemii. Sic 'invidiam obtrectationis' dixit Auctor Præf. n. 6. *Bernec.* Freinshemio assentior legend. esse *invidiam famæ:* quomodo in Præf. 'invidiam obtrectationis' vocat. *Vorst.* Suspectum habent hunc l. sed f. sine causa, cum *fama invidiæ* possit explicari, fama de invidia, qua nempe dicebatur flagrare ap. civitates omnes. *Schef.* Merito præstantiss. Schef. nihil censet invitis libris novand. esse. *Ad abolendam invidiæ famam* est, ad famam odiosarum rerum, quas commiserat: ut in XII. 6. 'Reputabat deinde, quantum in exercitu suo, quantum apud devictas gentes fabularum atque invidiæ, quantum apud ceteros amicos metum et odium sui fecerit:' 'quantum fabularum atque invidiæ' est, quantum odiosorum sermonum. *Græv.*

§ 8 *Et fana et templa*] Angli *et fora et t.* Lectio, mea sententia, veriss. Nam 'fana' et 'templa' non sic differunt, ut tanquam in diversis illud 'et' debuerit repeti. Aliter se res habet cum 'foris.' Et fuit horum cura magna ap. Vett. Suet. Jul. 36. 'Forum de manubiis inchoavisti.' Item Aug. 29. 'Publica opera plurima exstruxit: forum cum æde Martis Ultoris.' *Schef.*

Susceptores] Qui et 'redemptores;' et in L. Un. Cod. de Monop. 'ergolabi' dicuntur. 'Magistri Comacini' esse videntur in legg. Longobardicis. Vid. Plin. XXXVI. 15. 23. *Berneccer.* Ov. XI. M. 200. 'Susceptaque magna labore Crescere difficili.' Vid. Henr. Vales. ad Amm. Marcell. XVII. 11. *Gronov.*

§ 9 *Proficiscebantur*] Angli *profugiebant.* Præfero vulgatam, cujus hoc existimo esse glossam. Vid. Nostr. V. 4. 8. *Schef.*

§ 10 *Olynthios*] Vid. præter Diod. XVI. 54. Demosth. Olynth. et Libanii Argumenta. *Bongars.*

§ 11 *Urbem antiquam et nobilem exscindit*] Non quidem vi captam, sed venditam et proditam sibi a Lasthene nescio quo. Vid. Serv. ad illa Virgil. VI. Æn. 621. 'Vendidit hic auro patriam, dominumque potentem Imposuit.' *Mod.* Diod. XVI. 54. proditam a Lasthene et Euthycrate ait. Unde 'callidus emptor Olynthi' Philippus dictus Juv. XII. 47. *Bern.*

§ 12 *Quasi omnia, &c.*] Vienn. ed. Camertis *quasi, quæ agit. omnia.* Id.

Auraria in Thessalia] Circa Pydnam fuisse χρύσεια μέταλλα, auctor est Diod. XVI. 8. e quibus Philippus annua talenta M. colligebat. De iis et Gemist. *Bongars.* Mss. *auri in Th.* Non multum pugnem, utro modo legas. *Mod.* Ceterum confirmat Modius esse in suis Mss. *auri in Th.* ut sequenti respondeat 'argenti;' me quidem judice, rectius. Quanquam 'auraria metalla' dixit et Plin. XXXVII. 12. 1. et 'argentaria ferrariaque' Liv. XXXIV. 21. 6. *Berneccer.* 'Auraria metalla' etiam dixit Plin. VII. N. H. 57. Hinc autem Philippus sibi nummos percussit, quos 'Philippos' vocat, Plaut. Pœn. I. 1. 38. et III. 5. 26. Ceterum etiam Bellonius I. Observat. 50. testatur Turcarum Imperatorem, deductis operarum impensis, hinc quotannis decies octies M. ducatos, nonnunquam 30. M. acci-

pere. *Gronov.* Quia Mod. in Mss. suis invenit *auri in Thess.* et hoc ei, quod sequitur, ' argenti metalla,' magis congruit: ita omnino legend. arbitror. Ceterum per se spectatum τὸ *auraria metalla* satis probum est: diciturque similiter ' argentaria,' ' ferraria metalla.' *Vorst.*

§ 14 *Duo reges*] Cotys Thraciæ rex filios 3. Berisaden, Amadocum, et Cersobleptem reliquit: Berisades mature obiit. Videtur igitur Just. de duobus illis loqui. Vid. Demosth. in Aristocratem. Diod. sub anno 5. refert, Philippum reges Thraciæ, Illyriæ, et Pæoniæ, imparatos oppressisse: et de Cersoblepte sub anno 8. et 18. *Bong.*

§ 15 *Non judicis more, &c.*] Philippus in dirimenda lite similis leoni Æsopico in partienda præda. ' Quadruplatorem ' et ' interceptorem litis alienæ ' vocat Liv. III. 72. 6. Ubi simile populi Rom. de Aricinorum Ardeatiumque controversis finibus judicium. ' Infame judicium ' id vocat Liv. IV. 11. 8. *Bern.*

Spoliavit] Etiam vita privatos scribit Oros. III. 12. *Id.* Oros. III. 12. et Frec. I. 4. 19. ' Inscios juvenes vita regnoque privavit.'

CAP. IV. § 1 *Legati*] De legatione hac Atheniensium ad Philippum pro Pace petenda, Demosth. in Orat. περὶ Στεφάνου. *Bern.*

§ 2 *Pax facta*] De qua passim in Oratt. Demosth. *Bong.*

§ 4 *Crudescente*] Junt. *recrud.* Et statim: *ut professum se adversum Phocenses ducem Græciæ exhibeat.* Græv.

Thebani Bœotiique] Quidam codd. habent *Thessali B.* Sunt enim Thebani Bœotii; paulo ante in hoc adeo libro Thessali Bœotiique simul Philippum ducem elegisse dicuntur. Verisimile igitur est, et h. l. hosce duos populos a Philippo petisse, ut Phocenses perderet. Sane anno 15. Philippi ap. Diod. hi duo populi etiam conjunguntur. *Glar.*

Thessali Bœotiique] Anno Philippi 14. Vid. Diod. XVI. qui hæc latius persequitur. *Bong.*

§ 6 *Adhib. &c.*] Oros. ' adh. secum Ath. et Lac.' ubi duo Florr. *adh. sibi.*

§ 7 *Græciam etiam nunc*] Sebis. *tunc.* Nam de Græcia, Justini quidem ævo, ista prædicari non possunt. Cic. jam tum suo tempore ' Græcos diuturna servitute ad nimiam assentationem eruditos ' ait, ad Q. Fr. I. c. 5. Nisi forte *nunc* eand. hic vim habet, quam, tunc: ut etiam inf. n. 9. *Bern.*

Græciam etiam nunc et viribus et dignitate terrarum orbis principem] Falsum id Justini ætate. Nec de sua ætate Auctor loquitur; adeo ut malo exemplo *nunc* in *tunc* mutaverint eruditi. Ego expungo τὸ *etiam*, ex præced. ' Græciam ' sine dubio natum, servato τῷ *nunc*. *Nunc* idem est quod, illo tempore. Mirum est, inquit, Græciam illo tempore, cum jam magnitudine virium par omnibus esset aut major, ad tam abjecta devenisse. *Boxhorn.* Sebis. vulg. lect. improbat, sed male; nam, ut Auctor noster, ita et loquitur Cic. in Bruto II. ' Regnante jam Græcia.' *Gronov.* Boxh. *etiam* expungi vellet; sed sine causa. Utitur Auctor voce *etiamnunc*, quasi de re suo tempore adhuc obtinente ageret. Sic et *adhuc*, quod est pro, ad hoc usque tempus, usurpat in eo quod sequitur, ' multarum adhuc urbium dominam.' Inepti fuerunt qui ex his talibus collegerunt Just. scripsisse tum demum, cum imperium Rom. Constantinopolim translatum fuit. Nec audiendus Sebis. qui legi vellet *etiam tunc;* quasi non et de tempore præt. usurpari *etiam nunc* posset. Sic et ' in præsenti ' et ' in præsentia ' usurpantur. Vid. Ind. in Nep. v. *Præsens. Vorst.* Recte illud *etiam nunc* vitiosum putant, cum Justini, add. etiam Trogi, ætate falsum fuerit, quod hic dicitur. Sed et mox sequitur, ' multarum adhuc urbium dominam,' quod non convenit, si

prior lect. retineatur. Docet enim id ' adhuc ' Justinum in præcedd. locutum de vetustiori tempore. Neque tamen probo, quod scribend. censent *etiam tunc*, nam ne in Philippi quidem ætatem convenire potest hoc elogium de Græcia. Mallem penitus expungere. *Schef. Etiam nunc* intelligend. de tempore, quo hæc agebantur. Sic Historici nonnunquam loquuntur quasi scriberent illo tempore, cujus gesta narrant. *Græv.*

§ 8 *Ut adulentur ultro sordidam paullo ante clientelæ suæ partem*] Mss. mei hic plane antiquarii habent: *ut adulent u. sordidæ p. a. c. s. parti:* ut dixit Lucret. ' Gannitu vocis adulant.' Accius Prometh. ' Sublime advolans Pennata cauda nostrum adulat sanguinem:' quo tamen l. posteriore non significat, blandiri, sed lambere instar canis. *Mod.* Quin et recentiores ita: Auson. Gratiar. Act. ad Gratian. ' Centurias non adulavi.' *Bernec.* Philippus ' clientelæ Thebanorum pars ' dicitur, quia a fratre Alexandro Thebanis obses datus, atque ita inter Thebanorum clientes, fuerat. ' Clientelæ ' pro clientibus satis notum. ' Sordidum ' idem hic quod, humile, vile: quomodo et ' sordes ' pro vilibus vestimentis dicitur. Sup. II. 11. 1. Macedones ' gens fœda ' dicuntur. In codd. Mss. Modii fuit *adulent sordidæ c. s. parti.* Et dicunt sane et ' adulare:' ipseque Cic. I. de Off. *adulari* ut passivum usurpat, quod scribit, ' Nec adulari nos sinamus.' *Vorst.*

Sordidam paulo, &c.] Unde et illos vocat Barbaros Demosth. neque aliter putavit Homerus, qui Pæonas, i. e. Macedonas, ut paulo ante dictum est, inter auxiliares Barbarorum copias numeravit. *Faber.* Saxo XIII. p. 234. 33. ' Sordidissimæ clientelæ frequentia.'

§ 9 *Antea inter se imperii, nunc Græcia, &c.*] Latet hic βοτρυλον aliquod ulcusculum, alio indigens Æsculapio. Hispanicus interp. cauto silentio transmisit. *Berneccer.* Hunc l. perditum restituit præclare Menso Alting. vir ampliss. levi mutatione: *nunc gratiæ imp. æ.* Qui antea de imperio contendebant, nunc de gratia Philippi certant, utri primum locum ejus gratiæ teneant. *Græv.* Ad h. l. scribit Bernecc. aliquid occulti ulceris latere; et verum est; sed, quodnam illud sit, non expedivit. Ego sic existimo, esse hic oppositionem debere, quæ sit hujusmodi: Antea Lacedæmonii et Thebani certabant inter se, utri Græciæ imperarent; nunc contra certare videntur, utri Græciam priores, jugo servitutis imposito, possint opprimere. Itaque, etiamsi nihil subsidii in Mss. codd. reperiatur, nec in libris impressis, legend. putem *nunc Græciæ servitutis æ.* Sed et operæ pretium est videre quod ap. amicum nostr. Græv. legitur: [vid. supr.] Ingeniosa quidem conjectura, fateor; hoc tamen fit ut mihi probetur minus, quod ea tempestate Philippus nondum imperitaret Græciæ, sed in animo tantum imperitandi consilium haberet. Dein mihi vox illa *Græciæ* necessaria videtur, pro qua substituit *gratiæ.* Faber. Non videtur χαριέστατος Faber hunc l. bene perpendisse et meam cepisse mentem. Etsi nondum Græciam subjugasset plane, tanta tamen Philippi erat auctoritas, ut ejus gratiam quærerent Græcarum civitatum legati, et tam contemtim haberentur in ejus aula, ac si essent vilissimi ant civium Philippi aut clientium. Itaque merito dicuntur æmuli esse gratiæ imperantis, qui certant, qui priores gratiæ ferat ap. Philippum, cum ante fuissent imperii Græciæ æmuli, h. e. de principatu certassent. *Græv.* Audacter amplissimi Altingii emendationem in textum recepimus. Est enim nimis evidens illa: τὸ *Græciæ* vero, quod adhuc toleratum fuit, nimis ineptum. Sic et supr. Sebisii *remigum*

propter evidentiam in textum recipiebamus. *Vorst.*

Gratiæ] Ante legebatur *Græciæ*. Schef.

§ 10 *Fastidium*] Impressi *fastigium*: recte. Nam hoc confirmant seqq. 'utros potius dignetur, æstimat:' item illud 'tantarum.' Vid. Freinshemii Ind. in *Agitare*. Berneccer. Etiam Junt. cum aliis edd. *fastig*. Sed lect. quam ex Mss. Bong. restituit, docte asserit Gronov. Obs. IV. 10. quem vid. *Græv.* Ita omnino legend. cum Bong. e Mss. Et mirum, Bernecc. in Notis posterioribus, et Freinsh. in Ind. præferre quod in antiq. typis expressis est, *fastig*. Vorst.

Cap. V. § 3 *Pacta salute se dedidерunt*] Ita huic decennali bello impositus est finis. Diod. XVI. 60. Paus. Phocicis, anno quarto Olymp. 108. quo anno Demosth. orationem de Falsa Legatione scripsit, sed non habuit: in qua suadet, ut Athenienses patiantur Philippum victorem locum Phocensium occupare in conventu Amphictyonico: id quod evenit. *Cangis.*

§ 7 *Ut pecora pastores*] Hac similitudine utitur et Flor. III. 10. 4. *Bern.*

Populos et urbes] Mss. multi habent *pop. ad u.* quam lect. puto esse veram. Est enim comparatio inter pecora et populos, inter saltus et urbes, et *transferre populos ad urbes* ita dicitur ut 'trajicere pecora in saltus.' *Schef.*

Transfert] Ad subtrahendam sc. rebellionis materiam. Id. de Philippo III. Liv. XL. 3. 2. affirmat: de Hellene ejusque liberis Thucyd. I. 1. 13. de Romanis Tac. A. IV. 46. 4. et XII. 39. 5. de Carolo M. Cranzius II. Saxon. c. 4. Add. Lips. Admirand. I. 7. et eruditas Chr. Forstneri ad Tac. Notas p. 324. ubi plura trajectionis et quasi transplantationis populorum exempla. *Bern.*

§ 8 *Miseranda, &c.*] Saxo IV. p. 38. 49. 'Stupenda siquidem illa facies erat, cum extincti raperentur ad prælia:' XIII. p. 246. 39. 'Calamitosa nimirum illa facies erat, cum,' &c.

§ 9 *Non quidem pavor, &c.*] Comparetur tota hæc periodus cum ea, quæ est ap. Liv. I. 29. de Albanis Romam migrare jussis: 'Non quidem fuit tumultus ille, nec pavor, qualis captarum esse urbium solet: cum effractis portis, stratisve ariete muris, aut arce vi capta, clamor hostilis et cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet, sed silentium triste, ac tacita mœstitia, ut præ metu obliti quid relinquerent, quid,' &c. *Mod.* Locus hic ex Liv. I. 29. expressus, et partim *αὐτολεξεὶ* descriptus, ubi de Albanis Romam traductis. Similem imaginem in re simili proponit Ammian. XXV. 30. fin. *Bernec.*

§ 10 *Verentibus*] Sebis. conjicit legend. esse *verentium*. Sed nihil opus. Non novum est Nostro ablativos participiorum solos ponere, et alios subaudiendos relinquere. Aliud exemplum ejus est XXX. 3. 2. Aliud XVIII. 1. 1. Vid. et sup. Notas ad II. 3. 16. *Vorst.*

Ne ipsæ lacrimæ] 'Nulla flendi major est causa, quam flere non posse:' Sen. IV. Controv. 1. *Bernec.*

§ 11 *Crescit dissimulatione*] Vell. II. 130. 8. de Tiberio: 'Abstruso, quod miserrimum est, pectus ejus flagravit incendio:' et Latin. Pacat. c. 25. m. 'Est aliquod calamitatum delinimentum dedisse lacrymas malis, et pectus laxasse suspiriis,' &c. *Id.*

Cap. VI. § 1 *In supplementis*] F. *in supplementa*. Freinsh. Recte Freinsh. *in supplementa*. Faber. Lego *supplementis urbium*. Est autem *supplementis urbium* pro, in supplementa; quomodo XII. 4. loquitur. Sæpe tertius casus pro quarto ponitur. Virgil. II. Æn. 'Ferri acies Stricta, parata neci.' Vid. et Nostr. XXV. 5. 2. et XXVI. 3. 4. *Vorst.* Mutant, *in supplementa*, vel *supplementis*. Sed f. non necesse est. Nam et alibi Noster præpositioni

'in' adjungere solet ablativum, ubi accusativum alii, et contr. Vid. quæ notavi ad II. 15. *Schef. Regni term.* uncinis includit Ed. *Bong.*

§ 3 *Captos*] An scripsit *deceptos?* Saltem illud *captos* ita debet intelligi, nec ad sequens trahi. *Schef.*

§ 4 *Arrybam*] Juntæ et hic et XVII. 3. *Arrymbam*. Hoc Plut. in Alexandro fratris Olympiadis nomen fuisse tradit. *Græv.* Vid. de hoc sup. VII. 6. 11. ex quo l. apparet nuptias Philippi cum Olympiade eum conciliasse. *Vorst.*

§ 5 *Alexandrum privignum*] Quomodo Arrybæ privignus sit Alexander, non video. Leg. quæ notavi ad XVII. 3. 9. et Diod. sub anno XIX. *Bongars.* Olympiadis uxoris Philippi fratrem vocat Oros. III. 14. *Bernec.*

§ 6 *Omnique studio sollicitatum spe regni, simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit*] Hæc non videntur recte distingui. Nam verborum istorum sensus, sicut nunc se habent, is est: Quasi Philippus simulaverit amorem. Atqui nulla in Philippo fuit simulatio, sed re vera perditeque ipsum amavit. Itaque l. totus ita distinguendus: *o. s. sollicitatum, spe regni sim. amore, ad s. c. p.* Sententia: Perpulit eum sollicitatum omni studio ad consuetudinem stupri, qui et ipse simulaverat se amare Philippum, quia speraverat hoc modo regnum sese adepturum; eam enim spem Philippus ipsi fecerat. Nisi malis ex Ms. pro *simulato* legere *stimulato*, quasi Philippus stimulaverit et accenderit eum ad amorem, dum spem ei facit regni, quod fortasse optimum. Quanquam ne sic quidem distinctio non sit immutanda. *Schef.* Angli *in spem regni.* Præfero vulgatam. Nec enim cohærent bene, *sollicitatum in spem, perpulit ad consuetudinem.* Aliud 'sollicitare in spem,' et rursum aliud 'perpellere ad consuetudinem.' Posterius tantum fecit Philippus. Altero usus est tantum ut instrumento et medio perveniendi ad propositum scopum. *Id.*

§ 7 *Arrybæ regnum puero admodum tradit*] 'In mercedem perpetrati stupri,' Oros. III. 14. *Berneccer.* Dissentit a Justino Diod. qui XVI. scribit, Philippum non Arrybæ, sed filio ejus Æacidæ, (hic pater Pyrrhi fuit,) regnum abstulisse. Sed f. hic l. ita erit restituendus: *ereptum regnum Arrybæ filio, p. adm. Alexandro t.* Gron.

Puero admodum] Hoc *adm.* mihi est suspectum. Nec enim admodum puer, qui est 20. annorum, ut Alexander ille fuit. *Schef. Puero adm.* est, qui fere puer erat, qui vix pueritiæ annos erat egressus: ut inferius, 'Bimus admodum.' Justino *adm.* est, circiter, præter propter. Sic Augustus 'puer' dicebatur post cædem Cæsaris, jam rebus gerendis admotus, cum ejusd. fere esset ætatis, qua hic Arrybas. *Græv.*

In utroque] Rectius *in utrumque*. Sebis. Verum *in utroque* est pro, in utraque re. *Vorst.*

§ 8 *Impudicum*] H. e. pathicum, muliebria passum, Tac. A. XI. 36. mollem, verbo D. Pauli I. ad Cor. VI. 10. Vid. Suet. Vespas. cap. 13. 3. Nisi f. satius est hæc ignorari penitus. *Bern.*

LIBER IX.

Cap. I. § 2 *Ad cujus emolumentum*] Amiciss. mihi Janus Palmer. cujus memoria, delectat, censebat reponend.

olim familiaris consuetudo, nunc me-

molimentum; neque ignoro hanc vocem aliis scriptoribus etiam ita usurpatam, dixisseque præter alios laudatos Ovidium: 'Magna tenent illud numen molimina rerum.' Quod pro eod. est. Scio, inquam, hæc: contr. libros tamen omnes omnino tam typis quam manu expressos nihil ausim hic mutare: maxime, cum *emolumenti* vox apprime huc conveniat, neque aliter dixerit Cic. 'Si id tibi esse emolumento sciam.' *Mod.* J. Mellerus Palmer. Spicil. fol. 220. b. hic reponend. censet *molimentum*, qua voce utuntur etiam Liv. XXXVII. 14. 8. Cæs. I. B. G. Sisenna. ap. Non. Verum contr. libros omnes [V. reliqua sup. usque ad 'conveniat']. *Bern.*

Byzantium] Id tentavit Philippus, quod Perinthiis, quos obsessos tenebat, Byzantini auxilia misissent. Cum ergo arbitrarentur optimos quosque Perinthum missos, cum parte copiarum προσέπεσεν ἄφνω τῷ Βυζαντίῳ. Diod. anno 20. et 21. De Byzantii appellatione vid. Eustath. in Dionys. et Steph. de Urb. Ante 'Lygos' dictum, Plin. IV. Cassiodorus in Chron. Tulli Hostilii temporibus conditum scribit. Vid. et Tac. A. XII. 3. *Bong.*

Receptaculum] Ita sup. II. 15. 3. Græcis apposite dicitur ὁρμητήριον, qua voce Diod. XX. 105. et alii utuntur. 'Urbem caput belli' vocat Flor. III. 10. 40. *Bern.*

Obsidione cinxit] Ad opem Byzantiis ferendam Demosthenes hortatur Athenienses Oratione Philippica IV. *Id.*

§ 3 *Hæc namque urbs, &c.*] Euseb. in Chronicis ait Byzantium conditum Olymp. 30. Lacedæmoniorum autem reges defecisse ante primam Olymp. Tu vid. ut hæc cum Just. congruant. Sed omnino puto vel semel lectori de hujusmodi Chronicis nostram aperire sententiam. Opus ipsum a D. Hieronymo versum proditur, dira præmissa execratione in eos, qui ipsius editionem describendo corrumperent. Verum, quam religiose id a describentibus observatum, res ipsa clamat. Vix enim est ullus codex hodie corruptior illo, in quo sæpe una res acta narratur, quæ plus 100. deinde annis rursus acta refertur. Quæ si alicui dubia sint, is videat, quæ de Perseo ac gestis ejus diversis locis narrat, ita de Europæ raptu. Urbes primum conditæ, ac post multos annos rursus primum condita Corinthus, Catana, Syracusæ. Vidi ego hercle codicem quemd. ex Fuld. Bibliotheca, ut puto, surreptum, ubi longe alius ordo erat. Multa omissa, quæ in nostris codd. sunt, post Eusebii præf. ea inquam omnia, quæ tempora promittunt totius seculi, regesque omnium gentium. Nam ita incipit eam commendationem, quisquis fuit ille: 'Multi sane Bedam aut Bedæ similem fuisse existimant.' Cæterum manca ea et egregie corrupta. Mirum vero neminem hac ætate nostra dignatum medicas adhibere manus tam sancto, tam utili, operi. Atqui non sunt πρὸς τἄλφιτα; alioqui jam pridem aliquis ei adfuisset. Hoc etiam eo in opere admonendum, numerum annorum mundi dubium esse, nec certum, Eusebiusne ipsum apposuerit, ut catenam omnium historiarum decadica illa ratione. In codice Fuld. non erat; f. quia de illo numero a mundi initio etiamnum disceptant docti, nec quicquam adhuc certi proditur, nec ab iis quidem, qui Hebraica tractant: cum tamen ejus numeri veritas ex Pentateucho pendeat. Sed admonitionis est plus satis. Deus pro nobis in sua clementia excitet aliquem ad hunc utilissimum, honestissimum, ac sanctissimum laborem, ut videamus hoc opus dignum authore suo, dignum interprete, sanctissimo eruditissimoque viro, D. Hieronymo. *Glar.*

Namque] Sebis. delet. Puto non id solum, sed et duo reliqua delenda. Scripserat Just. *condita primo;* ad

hoc notaverat quisquam *hæc nempe urbs.* Quod cum receptum esset in textum, illudque *nempe* liqueret esse ineptum, fuit alius, qui pro eo fecit *namque.* Schef.

Condita primo a Pausania] Alii non conditam a Paus. sed saltem expugnatam, tradiderunt, inter quos est, inquit Lips. ad illud Tac. A. XII. 'Byzantium in extrema Europa posuere Græci,' Æmilius Probus: quidquid id est. Spartanis adscribit originem huj. nobiliss. urbis in De Nugis Curialium Joannes Sarisberiensis, ubi ait: 'Infecto itaque negotio reversus est, dicens se nolle gloriam Spartanorum, quorum virtus constructo Byzantio clarescebat, hac maculare infamia, ut,' &c. Claudianus a Byzante nescio quo exstructam et denominatam innuere videtur, dum ait lib. II. in Eutrop. 'Hoc Byzas Constantinusque videbunt?' *Mod.* Consentit Isidorus Origin. XV. 1. Alii non conditam a Paus. sed solum expugnatam, tradunt: inter quos est Thucyd. I. 15. 29. Æm. Probus in Paus. At Tac. generatim A. XII. 63. 'Byzantium' [&c. V. sup.] J. Saresber. N. Cur. I. 5. 'Spartanorum virtus constructo Byzantio clarescebat.' Claudian. a Byzante quodam exstructam non obscure vult, in Eutrop. II. 43. Hæc fere Lips. Not. CXLIX. ad Tac. XII. A. Amm. Marc. XXII. 12. Atticorum coloniam facit Constant. Porphyrog. de Them. p. 82. f. Megarensium, ac Lacedæmoniorum, et Bœotorum. Vid. Hesych. libro singulari de Rebus Patriæ Constantinopoleos. *Bern.* Pausanias Byzantium condidit, s. coloniam fecit Spartanorum. Primo vero ab illo conditam esse, ut inquit Just. falsum est. Jam diu enim ante a Byzante exstructam, sutoribus et tonsoribus notum. Deinceps condita a Megarensibus Olymp. 30. anno 2. Inde a Milesiis deducta colonia. Tandem a Pausania. Atticorum quoque fuisse coloniam, probat quidam ex Ammiano, et Nepote, cujus verba ita legebat: 'Alcibiades, ubi hoc audivit, domum reverti noluit, et se Perinthum contulit, ibique tria castella communivit, Bornos, Byzantium, Macronticos,' cum vulgo legeretur, *Bornos, Byziam, Themeonticos.* Sed male. Legend. enim *Bornos, Bysanthen, Neontichos.* Βισάνθη oppidulum hoc l. Ptolemæo. Νέον τεῖχος Scylaci. *Voss.*

Hæc namque urbs, &c.] Falsum est, ut Lips. et Is. Voss. ostenderunt. *Fab.*

Nunc Atheniensium juris habita est] Semel quidem ab Alcibiade ejusque collegis Byzantium expugnatum fuit, ut ex Nep. VII. 5. 6. apparet. *Vor.*

§ 4 *Nemine quasi suam auxiliis juvante*] 'Nemo suum dicere potest, quem pereuntem contemsit:' L. Unusquisque Cod. de Infant. expos. &c. Add. Thucyd. I. 8. 10. *Bern.*

§ 5 *Pecuniæ commercium de piratica mutuatur*] Hoc mihi quidem admodum suspectum. Nam commercium esse pecuniæ alibi non recordor me legere. Potius existimo Just. scripsisse atque distinxisse ista hoc modo: *longa obsidionis mora exhaustus pecunia commercium de piratica mutuatur.* Est autem 'mutuari commercium de piratica,' ope piraticæ efficere, ut quis exercere commercia possit. Convenit, quod mox dicitur, merces navium 170. captarum distraxisse, atque sic exercuisse commercia. *Schef.*

§ 7 *Tereretur*] Leg. cum Junt. *teneretur*, h. e. detineretur, occuparetur. Superius III. 4. 'Itaque cum contra præsumptionem suam annis decem in obsidione urbis tenerentur:' et II. 5. 'Quippe conjuges eorum longa exspectatione virorum fessæ, nec jam teneri bello, sed deletos ratæ.' Cic. XV. Fam. 1. 'Septimum jam diem Corcyræ tenebamur.' *Græv.*

Ne unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneretur] Bong. et eum secutus Bernecc. maluere *tereretur.* Sed magis placet quod antiquiores edd. et

inter has, ut Græv. testatur, Junt. habent *teneretur:* idque est pro, detineretur. Sup. II. 5. 2. similiter scripsit 'teneri bello,' et III. 4. 3. 'annis decem in obsidione urbis teneri.' *Vorst.* *Tereretur*, ex antiquioribus et Junt. probante Vorstio restituit Græv. *Schef.* Angli, *ne in u. u. o. t. e. tereretur.* Recte se habere puto verbum *teneretur*, licet *tereretur* habeat ed. Bernecceriana quoque, eamque secutus sit Vorst. in Ind. Noster sup. III. 4. 'Cum contra præsumptionem suam annis decem obsidione urbis tenerentur.' Sane non perpetuum est, ut teratur qui obsessam habet, nunquam vero non tenetur. *Id.*

Multas Chersonensium urbes] Ms. *Chersonensi.* Leg. *Chersonesi:* aut cum Junt. *Cherronesi.* Græv. Malim legere *Chersonesi:* quoniam unus Ms. quem Bong. vidit, *Chersonnensi;* et vetus typis expressus Junt. ut Græv. testatur, prorsus recte *Cherronesi* habet. *Vor.*

§ 8 *Alexandrum, decem et octo*] 16. annos natum fuisse Alexandrum, cum Byzantium oppugnaret Philippus, scribit Plut. in Alexandro c. 14. *Bong.*

Ut sub, &c.] Saxo IV. p. 61. 26. 'Qui tirocinii rudimenta bellorum auspiciis ornari contendant.'

Rudimenta deponeret] Ita VII. 5. 3. *Bern.* Liv. XXXI. 11. 'Et eum ipsum rudimentum adolescentiæ bello lacessentem Romanos posuisse:' et Quintil. Decl. III. 'Ut sub te ponere rudimenta militiæ contingeret.' *Gron.*

CAP. II. § 1 *Atheas*] Ita e Mss. unus, et Oros. Ms. III. 13. et Frontin. II. 4. 20. Ceteri partim *Metheas*, partim *Mattheas*, vitio librariorum, qui literam *m* ex vocis 'Scytharum' extremo addiderunt. Straboni VII. est Ἀτέας, et Plut. in Apoph. c. 18. et de Fort. Alexandri Orat. II. 2. *Bong.* Et rursus in Commentat. Non posse suaviter vivi sec. Epicur. c. 29. ubi refertur, illum Scytharum regem jurasse, hinnitum equi cantu præstantissimi tibicinis Ismeniæ sibi jucundiorem videri. *Bern.*

Istrianorum] Quos Μιλησίων ἀποίκους fuisse testatur Herod. II. 33. Et Ἰστριανῶν πόλιν memorat Dion XXXVIII. p. 64. Aliis etiam 'Istropolitani' dicuntur. *Gron.*

§ 2 *Rex decedens*] Vett. *rex recedens.* Vulg. lect. et seqq. comprobant, et Oros. III. 13. sequitur. 'Istrianorum rege mortuo,' inquit, &c. *Bong.*

§ 4 *Meliores*] H. e. fortiores. Horat. I. Od. 15. 'Tydides melior patre.' Lucan. I. 128. Sall. H. I. 3. 31. 'Fortuna meliores sequitur.' Et Ju. 92. 10. 'Optumus quisque cadere, aut sauciari.' Græci eod. modo suum ἀγαθὸς et κρείσσων usurpant. *Bern.*

§ 5 *Ne inopia deserere bellum*] Ita v. 2. 10. et VI. 2. 14. *Id.*

§ 6 *Ne sumptum quidem viæ, non modo officii pretia, dederit*] Pro, non modo officii pretia, sed ne sumtum quidem viæ dederit. Deinde *non modo officii pretia* est pro, non modo non officii pretia. Ita enim unum 'non' omittitur, si 'ne quidem' sequatur. Cujus rei duo quoque alia exempla in hoc Auctore sunt. Vid. sup. II. 1. 6. et inf. XI. 8. 4. Denique *pretia* pro mercede est. *Vorst.* Junt. *non modo off. præmia ded.* quod incautior arriperet facile. Sed *pretium* ejusd. notionis est nonnunquam. Phædr. I. 8. 'Qui pretium meriti ab improbis desiderat, Bis peccat.' Flor. IV. 11. 'Hæc mulier Ægyptia ab ebrio Imperatore pretium libidinum Romanum imperium petit.' Id. I. 1. 'Puella pretium rem, quam gerebant in sinistris, petierat.' *Græv.*

Non modo] Pro, non modo non. Vid. Notam ad II. 1. 6. *Bern.*

§ 7 *Causatus*] Saxo II. p. 38. 20. 'Fortunam quoque causabatur:' III. p. 42. 49. 'Occultantis se regis inertiam causantur:' XIV. p. 272. 41. 'Competentium alimentorum causabatur inopiam.'

Alimentis exhibeat] 'Exhibere' est, alere, et alimenta præstare. Inf. XI. 10. 9. et XXII. 1. 3. L. I. § 1. D. de Offic. Præf. Urb. L. 56. de Negot. Gest. L. 5. de Liber. agnosc. *Bong.* Vid. Giphan. Obs. p. 87. f. *Bernec.* Antiquiores quæd. edd. habent *alimenta.* Sed Bong. edidit *alimentis:* eumque Bernecc. est secutus. Et credo Bong. in plurimis quos vidit codd. Mss. ita reperisse. Sane et Gifan. in Obs. L. L. libros Mss. ita habere confirmat. Esset autem 'exhibere' ita pro, sustentare, alere, tolerare. Quæ significatio sane XI. 10. 9. et XXII. 1. 3. observatur in phrasi 'vitam exhibere.' Reperitur quoque in antiquorum JCtorum verbis, quæ in Digestis sunt asservata. Ut in verbis Ulpiani 25. 3. 'Siquis a liberis ali desideret, vel si liberi, ut a parente exhibeantur,' i. e. alantur. Cujus generis ibid. et plura videas. Usus ita vocabulo et Cyprian. ut Gifan. in L. L. monuit. *Vor.*

§ 9 *Non opibus censeri*] Des. Heraldus ad Martial. I. 62. notat 'censeri' heic non vulgata sed elegantiori significatione accipi. Censebantur Romani ope sua, ut ait ille, quibus facultates suppetebant: quibus contra nihil præter paupertatem inerat, capite censebantur. Unde vox ad alia transfertur: ut Val. M. v. 3. 'Aristides, quo totius Græciæ justitia censetur.' L. I. D. de Just. et Jur. 'Videmus cetera quoque animalia istius juris peritia censeri.' Pulchre Sen. Benef. VII. 8. 'Quum animum sapientis intuemur potentem omnium et per universa dimissum, omnia illius esse dicimus: quum ad hoc jus quotidianum, si ita res tulerit, capite censebitur:' h. e. Sapiens ille, secundum philosophos, rerum omnium dominus, si jus commune respicimus, nihil in censum f. præter caput adferet, et inter proletarios censebitur. Errant, qui hunc l. aliter exponunt. Add. Tac. Ag. 45. 2. Nostr. XI. 11. 8. *Ber.* Plaut. Captiv. Prol. 15. 'Vos qui potestis ope vestra censerier:' et Plin. XXXVI. N. H. 5. 'Non vitibus tantum censeri Chium, sed operibus Anthermi filiorum:' et Min. Fel. in Octavo 37. 'Nos igitur qui moribus et pudore censemur,' &c. *Gron.* Saxo VII. p. 123. 14. 'Virtutum, non rerum, æstimatione censeri.'

§ 10 *Derisus*] Angl. *irrisus*, quod puto esse glossatoris. Vid. Phædr. passim. *Schef.*

§ 12 *Non modo ut, &c.*] Pro, non modo positum iri, verum etiam inviolatam mansuram. Sic sup. v. 3. 3. 'Sperans ut dux belli legeretur:' ad quem l. id genus plura notavimus. *Vor.*

§ 14 *Cum virtute et numero præstarent Scythæ*] Bech. ed. habet *v. et animo p.* Quod idem retinuerat et Bong. Sed Bernecc. cum sciret in uno eorum Mss. quos Bong. vidit, esse *numero animo præstatur*, et nonnullos quoque typis expressos habere *numero*, idem hoc resumend. putavit. *Id.*

Astu Philippi] Qui πανοῦργος, *veterator*, ex eo dictus a Demosth. Olynth. I. pr. *Bern.*

§ 15 *Fides inopiæ Scythicæ*] Propter quam 'Abii' dicti Scythæ. Βίος enim ut vitam, ita victum facultatesque, significat. *Idem.* Ergo ante Philippi ætatem Scythis non creditum, quando inopes se ferebant? At ego vix opinor tam diu hanc eorum latere alios conditionem potuisse, in tam diuturna eorum claritate. Et diversum vel ex Herod. potest constare. In Ms. pro *Scythicæ* legitur *Atheæ.* Suspicor scripsisse Just. *Eo p. f. i. Atheæ f.* Schef. *Fides* hic notat indicium vel argumentum, ut XXIV. 4. 4. 'Cui [Herculi] ea res virtutis admirationem et immortalitatis fidem dedit.' Liv. I. 15. 'Quorum nihil absonum fidei divinæ originis divinitatisque post mortem creditæ

fuit.' VII. 13. 'Pars maxima captivorum ex Latinis atque Hernicis fuit: nec hominum de plebe, ut credi posset mercede militasse, sed principes quidam juventutis inventi: manifesta fides publica ope Volscos hostes adjutos.' XLII. 45. 'Ut crimina delata ab Eumene fide rerum refellerent.' Tac. IV. H. 85. 'Præcipua victoriæ fides dux hostium Valentinus.' Saxo VII. p. 141. 13. 'Ad vulgandam victoriæ suæ fidem ipsa latronum cadavera patibulis ingesta latius inspectanda constituit.' Eodemque sensu πίστιν usurpant Græci. Soph. El. 893. Τίν' ὃ τάλαιν' ἰδοῦσα πίστιν; D. Luc. Act. Ap. XVII. 31. Πίστιν πάρασχὼν πᾶσιν. Vetus Interp. *Fidem præbens omnibus.* Jos. B. Jud. I. 20. Ἐπὶ τούτοις καὶ Βάθυλλος εἰς τοὺς ἐλέγχους συνέβραμεν, ἡ τελευταία πίστις τῷ Ἀντιπάτρῳ βεβουλευμένων.

§ 16 *Equarum*] His enim uti per bella Scythæ malunt, quoniam urinam cursu non impedito reddunt. Plin. VIII. 42. 25. *Bern.* Atqui in procreanda sobole major vis putatur maris, quam feminæ, unde hodieque ap. Turcas generosorum equorum originem ex solis maribus demonstrant. Itaque ignoro annon rectius legatur *equorum*, cum præsertim 'facere genus' equi dicantur accommodate proprieque magis quam equæ. *Schef.*

Ad genus faciendum] Γονῆς χάριν, (h. e. genituræ fœtusque suscipiendi gratia) ut est in L. 52. § 20. D. de Furtis. *Bern.*

CAP. III. § 4 *Bellum Atheniensibus*] Anno 22. Diod. Junxerunt se Atheniensibus Thebani, Demosthenis eloquentia persuasi. Diod. XVI. 86. Plut. in Demosth. c. 25. Gemistus II. *Bong.*

§ 5 *Ne victis Atheniensibus bellum, veluti vicinum incendium, ad se transiret*] Sic rescripsi cum Oxonn. ex libro Britann. Vulgata est ineptissima. *Græv.*

Ne, victis Atheniensibus, veluti vicinum incendium belli ad se transiret] Cod. aliquis Ms. τὸ *belli* non habet. Mihi videtur abesse non posse; sed mutatum tamen in *bellum*. Ut sensus sit: Ne bellum, veluti vicinum incendium, ad se transiret. Ipsum bellum utique ab aliquibus ad aliquos transire, veluti vicinum incendium, potest. Si legeretur *incendium belli*, ipsa comparatio non satis concinna videtur; cum, quid quomodo transiturum fuerit, non satis intelligi possit. Simile est quod XIV. 10. 6. legitur: 'Quarum excidio veluti vicino incendio territi Spartani.' Τὸ 'victis Atheniensibus,' pro, si Athenienses victi essent, simile est his quæ ad VIII. 2. 1. notavimus. *Vor.* Illud *belli* abest in quibusd. Et f. potest abesse, si verba 'ad se transiret' intelligamus de Philippo, qui incendio et igni, omnia vastanti, comparatur, non ineleganter, ut opinor. Quanquam et si servetur, locutio non videatur inconcinna: metuebant, inquit, ne incendium belli, h. e. fax, flamma belli ad se transiret, veluti vicinum, h. e. velut quod incendium vicinum esset, tanquam quod vicinum esset. Nam 'veluti' hic est idem atque, tanquam, quippe, neque comparationis notam continet. *Schef.* Angl. *Atheniensibus bellum, v. v. i. ad se.* Lect. elegantissima. Lect. vulgaris incommoda et mutila. Quid enim? transit ad eos incendium belli, velut vicinum. Potest quidem illud 'veluti' explicari per, tanquam s. quia. Verum magis est, ut credamus indicare similitudinem et referri non ad 'vicinum,' sed 'incendium,' quia optimi scriptores bellum comparare solent cum incendio. Ipse Noster XIV. 5. 'Quorum excidio, veluti vicino incendio, territi Spartani.' Locus huic simillimus. *Id.*

§ 6 *Legationibus, &c.*] Saxo XIV. p. 358. 43. 'Nec minus Absalon et Roskildienses leg. curiam fatigant:' XVI. p. 374. 25. 'Dubiis Absalonem leg. fatigant.'

Communem hostem] Thucyd. VI. 6. 12. et 13. 'Belli pericula cum vicinis communia nobis sunt: et pro certo habendum est, si nos vicini negligant, extemplo, postquam nos conflagraverimus, ad eos id incendium trajecturum.' Tac. Ag. c. 29. 'Commune periculum concordia propulsandum.' *Bern.* Saxo XIV. p. 263. 38. 'Publicum ruborem communibus armis summovendum existimans.'

§ 8 *Atheniensibus, &c.*] Saxo XIV. p. 256. 1. 'Waldemarus Suenoni se jungit:' et p. 277. 45. 'Ex Suenonis militia complures Waldemaro se jungunt.'

§ 9 *Prælio commisso*] Ad Chæroneam, quo victor Philippus κατέστη τῆς Ἑλλάδος κύριος. Præter Diod. XVI. 87. et Plut. in Alex. c. 14. ac Gemist. vid. Strab. IX. Paus. Achaicis et Bœoticis. Ælian. V. H. VI. 1. *Bongars.* Hac clade cognita, Isocrates inedia quatridui se ipse necavit, cum Athenas quartum ab hoste occupatas adspicere se posse negaret. Plut. in Vit. Rhet. *Bern.*

Bellis indurata virtute] Ita de ead. pugna Frontin. II. 1. 9. Noster VI. 4. 13. et VII. 2. 6. Flor. II. 3. 5. *Id.*

§ 10 *Adversis vulneribus*] Sall. Cat. 61. 3. Lucan. VI. 132. Tac. H. III. 84. 7. Sil. v. 669. *Id.*

§ 11 *Hic dies, &c.*] Elegans hic est loquendi modus, quo 'dies' usurpatur pro re, quæ illo die facta est: nec aliter loqui solet Cic. ut I. ad Att. 14. 'Hic dies me valde Crasso adjunxit.' Et X. Fam. 28. 'Hic dies, meaque contentio, atque actio spem primum populo Romano attulit libertatis recuperandæ:' et Tac. XII. A. 34. 'Enimvero Caractacus huc illuc volitans, illum diem, illam aciem, testabatur.' *Gron.*

CAP. IV. § 1 *Dissimulata lætitia*] Leg. Ælian. V. H. VIII. 15. *Bongars.* Sic Epaminondas, Leuctrica victoria potitus, postridie processit squalidus et humilis; quod diceret, castigare se immoderatum ex victoria gaudium. Plut. Apoph. c. 97. qui nec dissimilia de Annibale in Vita Marcelli c. 53. refert. Præcipit hanc moderationem Onosander Strateg. cap. ult. *Ber.*

Denique] Τοῦ 'Denique' usus non vulgaris: ut idem sit quod, breviter. Vid. Ind. in Nep. Flor. Curt. *Vor.*

Non coronas aut unguenta sumsit] Ita disertim habent Mss. nostri, sicque indubie legendum: quod enim in quibusd. est, *non coronam suam aut u. s.* fugit illos ratio, estque ea interpolatio boni patris alicujus, qui hoc solum videbat, dici hæc de rege. Cæterum coronas eas dicit, quas non tantum capiti inter vina Vett. imponebant, sed bibebant etiam, ut loculples testis mihi Plinius, cujus sunt hæc ex N. H. XXI. 3. 'Et apud Græcos quidem,' inquit, 'de coronis privatim scripsere Mnestheus atque Callimachus medici, quæ nocerent capiti, quoniam et in hoc est aliqua valetudinis portio, in potu atque hilaritate præcipue odorum vi surrepente fallaciter, scelerata Cleopatræ solertia. Namque apparatu belli Actiaci gratificationem ipsius reginæ Antonio timente, nec nisi prægustatos cibos sumente, fertur pavore ejus lusisse, extremis coronæ floribus veneno illitis, ipsaque capiti imposita, mox procedente hilaritate invitavit Antonium, ut coronas biberent. Quis ita timeret insidias? Ergo concerpta in scyphum incipienti haurire opposita manu, En ego sum, inquit illa, care Antoni, quam tu nova prægustantium diligentia caves: adeo mihi, si possim sine te vivere, occasio aut ratio deest. Inde eductum custodia bibere jussit, illico eo exspirante.' *Mod.*

Coronas] Convivales intellige, de quibus Car. Paschal. Coron. II. 3. et passim. Nam quod in Mss. quibusd. extat, *coronam suam*, haud dubie a manu interpolatoris est, qui veteris

ritus ignarus hoc solum videbat, ista de rege dici. *Berneccer.* Nimirum convivia Vett. coronati celebrabant, ut ex Plaut. Horat. aliisque notum. *Vor.*

§ 2 *Sed nec regem, &c.*] Ista Sosthenes inf. XXIV. 5. 14. Factum id invidiæ minuendæ caussa. Quo fine etiam Imp. Augustus, 'non regno, neque dictatura, sed principis nomine, constituit Rempub.' Tac. A. I. 9. 12. Et Imp. Fredericus I. teste Gunthero; 'Verba remittebat cartis odiosa superbis.' *Bern.*

§ 3 *Tacitam lætitiam*] Ms. *tantam*, quod præfero. Illud *tacitam* non est aptum, quia tacitæ lætitiæ non est moderatio, quoniam per id, quod tacita est, jam est moderata. *Schef.*

§ 4 *Bello consumptorum*] H. e. prælio: sic II. 12. 23. 'Inter primos duces bellum acerrime ciebat.' Qui tamen accuratius loquuntur, ista distinguunt. Liv. IX. 18. 8. 'Populus Romanus etsi nullo bello, multis tamen prœliis, victus.' Et cap. 19. 10. 'Unde prœlio victus Alexander bello victus esset.' Et XXX. 35. 8. 'Non prœlio modo, sed bello, victus Annibal.' Tac. A. II. 88. 5. 'Arminius prœliis ambiguus, bello non victus.' Curt. IV. 14. 25. 'Bello vicerimus, si vincimus prœlio.' *Bern.*

Corpora sepulturæ reddidit] In Ms. legitur *corporum*, unde verosimile Just. scripsisse *bello consumtorum corporum sepulturam dedit.* Sane de Atheniensibus est sermo, quid nimirum concesserit ipsis, et in verbis præcedd. proxime, et proxime seqq. At verba *reddere corpora sepulturæ*, sicut nunc leguntur, de Philippo sunt accipienda; quod non convenit. *Schef.*

Bello consumptorum corpora reliquiasque funerum] *Corpus* et *reliquias* conjunxit ita et alibi. Ut XII. 15. 15. 'Corpus regio more sepeliri, et reliquias ejus majorum tumulis inferri, jussit.' Item IX. 7. 11. 'Refixum corpus interfectoris super reliquias mariti cremavit.' *Vor.*

§ 6 *Porro*] F. *vero*, ut sit antithesis Athen. Vid. tamen XIV. 3. 7. et XLIV. 4. 22. *Bern.*

Sepulturam vendidit] Emendandus est Oros. III. 14. ex Ms. 'Mortuorum mortes, venditiones captivitatesque vivorum, unius regis fraus, ferocia, dominatus, agitavit:' a Ms. abest vox *mortes:* mortuorum venditionem hanc intelligit. *Bongars.* Vide sis adagium Erasmi, 'A mortuo tributum exigere.' *Bern.*

§ 7 *In exsilium redegit*] Dicend. est *in exs. egit;* nemo enim in exsilium redigi dicitur, nisi qui prius exsul fuerit, et inde ultro ante tempus reversus sit. *Faber.* Angl. *egit*, quod est glossatoris, qui notabat compositum usurpatum pro simplici. *Schef.* Sed recte Angli ex cod. suo rescripserunt *egit;* rationem reddidit Faber. *Græv.*

§ 8 *Pulsos, &c.*] Oros. et Frec. 'Pulsos dudum ['deinde' Frec.] a civibus per inj. rest.'

§ 9 *Quod se*] Pro *se* mallem scribere *ipsos.* Fab.

§ 10 *Quoniam rebus nequeunt ulcisci, &c.*] Melius Junt. *quam r. n. u.* Græv. Quod dicam, scio a multis minus probatum iri, sed mihi JCti favebunt; hoc igitur aio, verbum illud *ulcisci* non posse hic l. suum tueri; dicend. enim fuerat *vindicare;* quod quid valeat, nulli melius dicere possunt quam Juris interpp. Itaque meam ut sententiam aperiam, sic lego: *et quam rebus nequeunt, verbis us. lib.* ita ut verbum bis sumatur, quod, puto, elegantiæ est non vulgaris. *Faber.* Notarum Anglicarum Auctor docet Fabrum hic delere vocem *ulcisci*, quod valde placet. *Schef.* Assentior et ipse Fabro, quippe cui ad hanc emendationem præivit ed. Juntinæ scriptura, quæ pro *quoniam* exaratum habet *quam.* Græv.

CAP. V. § 3 *Et regem et leges c.*] Malo, ut est in nostris scriptis Codd. *et legem et regem cont.* nescio enim quomodo concinnior ea lect. videtur: et dixit supr. proxime: 'Ibi pacis legem universæ Græciæ pro meritis singularum civitatum statuit.' *Modius.* Bong. *et regem et leges.* Prætuli quod et vett. edd. habent, et in suis Mss. extare confirmat Modius: cum sit nescio quomodo concinnior ea lectio, dixeritque n. 2. 'pacis legem,' non *leges.* Bern.

Quæ non ipsis civitatibus conveniret] H. e. de qua non inter ipsas civitates conveniret. Sichardus enim aliter hæc accipere videtur; unde mox *pro victore* legit pro *a victore:* non bene. *Idem.* Cic. pro Cluent. 43. 'Judex qui inter adversarios convenisset.' Liv. I. 24. 'Tempus et locus convenit.' Id. XXIII. 9. 'Septunces auri in singulos pretium convenit.' Inf. XXX. 3. 10. 'Pax in Macedonia non conveniebat.' *Gron.*

§ 4 *Auxilia, &c.*] XVI. 3. 9. 'Cum rerum potirentur Athenienses, victisque Persis Græciæ et Asiæ tributum in tutelam classis descripsissent.' Liv. XXX. 37. 'Decem millia talentum argenti descripta pensionibus æquis in annos quinquaginta solverent.'

Duce illo] Erat enim declaratus στρατηγὸς αὐτοκράτωρ τῆς Ἑλλάδος, Diod. XVI. 90. G. Gemist. II. *Bong.*

§ 6 *Summa auxiliorum*] Filius Alexander cum multo paucioribus ad subvertendum imperium Persicum est profectus: inf. XI. 6. 2. *Bern.*

§ 7 *Barbaries*] Quid hoc ad exercitus? In Ms. legitur nunc *barbaricæ*, nunc *barbarorum*, nunc *barbarium.* Unde suspicor, hoc glossatoris esse, non Justini. *Confinis* autem scribit antique pro, confines, cum præsertim *confines* etiam in Ms. reperiatur. *Schef. Confinis domitarum gentium barbaries* sunt copiæ ex vicinis barbaris gentibus, quas subegerat, conscriptæ. Hæc vox non est repudianda omnino. *Græv.*

§ 8 *Amyntam*] Ejus Gemistus nullam mentionem facit, neque Diod. De Philippi morte vid. Diod. Cic. de Fato. Ælian. V. H. III. ext. Val. M. I. Ext. f. et Plut. Alex. et Paus. Arcad. *Bong.*

§ 9 *Cujus sororem*] Attalum Cleopatræ θεῖον, i. e. avunculum aut patruum vocat Plut. Alex. c. 15. Diod. XVI. 94. et Gemist. ἀδελφιδοῦν, i. e. ἀδελφοῦ υἱὸν, pro quo f. Just. aut Trog. ap. Græcum Auctorem legerat ἀδελφόν. *Idem.* Nomen ei Cleopatræ, ut ex IX. 7. 2. et 12. apparet. Quam, sublato Philippo, suspendio vitam finire coëgit Olympias. Ante hanc Philippus etiam alias superinduxerat, et inter ceteras quidem Medam, Thraciæ regis filiam, ut ex Athenæi lib. XIII. constat. *Vor.*

Nuper expulsa, &c.] Ead. Cæsari uxoris repudiatæ caussa; quod diceret, 'suos tam suspicione, quam crimine, carere oportere:' Suet. c. 74. 'Multis illustribus dedecori fuit, aut inconsultius uxor assumta, aut retenta patientius: ita foris claros domestica destruebat infamia: et ne maximi cives haberentur, hoc efficiebat, quod mariti minores erant:' Plin. Paneg. c. 43. *Berneccer.* Jam ante repudiarat Olympiada, superinducta Meda, Cithelæ, Thraciæ regis, filia. Postrema autem e 7. Philippi conjugibus fuit hæc Cleopatra, Attali soror. Vid. Athenæum XIII. *Voss.*

In matrimonium receperat] Antiquiores edd. *acceperat.* Sed 'recipere in matrimonium' et X. 2. 2. et alibi dixit. *Vorst. Acceperat* exstat quoque in Junt. *Græv.*

CAP. VI. § 1 *Nuptias Cleopatræ filiæ*] Cleopatram susceperat Philippus ex Olympiade; eamque Olympiadis fratri Alexandro, quem, cum satis eo abusus esset, expulso Arryba, regem Epiri fecerat, in matrimonium collocavit. *Vor.*

§ 2 *Collocantis filiam*] Cic. II. Off. 20. 'Utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti, filiam colloca-

ret:' et Lucas Euang. XX. 34. Οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου γαμοῦσι, καὶ ἐκγαμίσκονται. Hanc Philippi tragœdiam ex Clitomacho refert quoque Stobæus Serm. CCXLVIII. p. 814. *Gron.*

§ 3 *Ad quorum spectaculum Philippus*] Angl. *sp. cum Ph.* Docet hæc varietas vocem *Philippus* insertam hic esse ex glossa. Ita enim alii ante, alii post conjunctionem posuere, incerti sc. ubi esset collocanda. Sane *Philippus* hic et mox ingrate repetitur. *Schef.* Junt. *ad q. sp. Ph. sine.* Græv.

§ 4 *Pausanias*] De Philippi morte vid. Arist. v. Polit. 10. Diod. XXI. (qui nonnihil a Nostro variat) Cic. de Fato 3. Ælian. V. H. III. ext. Val. M. I. 8. Plut. Alex. c. 17. et Paus. Arcad. *Bongars.* Jos. XI. Ant. Jud. 8. Κατὰ δὲ τοῦτον τὸν καιρὸν καὶ Φίλιππος ὁ τῶν Μακεδόνων βασιλεὺς ἐν Αἰγαίαις [Ms. Busbeq. Αἰγαῖς] ὑπὸ Παυσανίου τοῦ Κεραστοῦ, ἐκ δὲ τῶν Ὀρεστῶν γένους, δολοφονηθεὶς ἀπέθανε. Nep. de Regg. 2. 'Philippus Ægis a Pausania, cum spectatum ludos iret, juxta theatrum occisus est.'

Diemque, &c.] Tac. XVI. A. 13. 'Tot facinoribus fœdum annum tempestatibus et morbis insignivere.

§ 5 *Hic Pausanias*] Angli non habent *Paus.* rectiss. Nam et hoc ex glossa. *Schef.*

Cujus] An legend. *cui?* Gron.

§ 6 *Perductum*] Ms. *productum:* verbum ad rem accommodatissimum: constat ex Plaut. et Petron. *Bongars.* Imo vero ego *perductum* longe esse accommodatius contendo; hinc enim 'perductores,' προαγωγεῖς, qui hoc differunt a lenonibus, quod 'lenones' sunt scortorum, 'perductores' etiam invitarum personarum, ut tradit Asconius in illud Cic. Verr. I. 12. 'Lenonum, perductorum:' in quo lepide lusit Plautus Most. III. 2. 157.: nam, cum senex senem inspecturientem ædes suas interrogasset: 'Vin' qui perductet?' respondet alter: 'Errabo potius quam perductet quispiam.' *Modius.* Add. Torrent. ad Suet. Vespas. 22. Pithœi Adv. II. 17. *Bern.*

Convivarum libidini, velut scortum vile subjecerat] Paulo nasutior viderit, hanc esse deformatam lect. In omnibus fere scriptis codd. legebatur *verum scortorum jure.* Unde ego veram lect. expiscatus sum: *conv. lubidini ebrium scortorum jure subj.* Scortorum jure, h. e. more. Flor. I. 17. de Fabio Max. 'Captis superioribus jugis, in subjectos suo jure detonuit.' Iterum III. 17. 'Peculabantur suo jure remp.' Hanc lect. confirmat Diod. Ἄτταλος, εἷς ὢν τῶν ἐξ αὐλῆς καὶ πολὺ δυναμένων παρὰ τῷ βασιλεῖ, ἐκάλεσεν ἐπὶ δεῖπνον τὸν Παυσανίαν, καὶ, πολὺν ἐμφορήσας ἄκρατον, παρέδωκεν αὐτοῦ τὸ σῶμα τοῖς ὀρεοκόμοις, εἰς ὕβριν καὶ παρουσίαν ἑταιρικήν. *Voss.*

Æquales] Antiquiores edd. *coæq.* quomodo XXXVII. 4. 1. Bong. et Bernecc. edidere. Sed *æq.* elegantius est: itaque rursus in l. altero ipsæ illæ antiquiores edd. habent. *Vor.*

§ 7 *Hanc rem, &c.*] Saresb. VIII. 5. p. 545. 'Pausanias cum Hermoclea percunctatus esset quonam modo subito clarus posset evadere, atque is respondisset, 'si occidisset aliquem virum illustrem, futurum ut in gloriam ejus id ipsum redundaret,' continuo Philippum interemit; et quidem quod petierat assecutus est. Nam et se parricidio notum posteris tradidit, et celebri supplicio patibuli, cui affixus est, corona aurea, quam Myrtalis, quæ et Olympias dicta est, capiti ejus pendentis imposuit, nullum dante solatium. In vindictam tamen pudicitiæ per injuriam prostitutæ, Philippo non puniente sed deridente injuriam, potest, auctore Trogo, aliquatenus sacrilegii crimen excusari.' Priora descripsit ex Val. M. VIII. 14. ext. 4. ap. quem legitur 'perconctatus:' et 'ut gloria ejus ad ipsum redundaret:' et 'tam enim se

parricidio, quam Philippus virtute, notum posteris reddidit.'

§ 8 *Cum variis frustrationibus differretur*] H. e. in aliud tempus rejiceretur. Ita Plin. Paneg. c. 26. 'Infantes ignari quid rogassent, donec plane scirent, differebantur.' Man hat ſie heiſſen warten. *Bernecc.* Sup. VIII. 3. 8. inverso vocum ordine, 'Frustratus variis dilationibus.' Notand. autem quod non tantum res, sed et personæ, 'differri' dicuntur. *Vor.*

Honoratum] Sup. IX. 5. 8. *Bern.*

Ducatu] Utitur Auctor hac voce II. 15. 14. et XXX. 2. 5. Suet. Tib. 19. 2. et Ner. 35. 13. Utitur et Suetonio antiquior Curtius, et in Gloss. veteri 'Ducatus' est ἡγεμονία. *Bongars.* Add. Liv. Epit. XCVI. et CXIII. Alio fere sensu Flor. III. 21. 2. 'Ducatum sceleri præbuisse.' *Bern.*

Iram in ipsum] Simile infortunium ex causa non dissimili Phalaris parum abfuit quin incurreret: de quo insigniter bene Ælian. II. V. H. 4. Lycurgi dictum est in Orat. cont. Leocrat. 'Delicta tantisper, dum judicata fuerint, apud auctores suos manent: simulatque sententia ac judicium de iis factum fuit, apud eos manent, qui ipsa jure non ulciscuntur ac vindicant.' *Id.*

CAP. VII. § 1 *Immissum ab Olympiade*] Sic et XXVI. 3. 6. in subsessorem alieni matrimonii percussores immissi. Ea vis nimirum est muliebris zelotypiæ: quam furori leonino recte comparat Ov. de Arte II. 373. Et instar miraculi sunt habenda, quæ Plut. Virt. Mul. c. 42. de Stratonica: Val. M. VI. 7. de Africani prioris uxore Æmilia: Suet. Aug. 71. 3. de Augusti Livia: Saxo lib. XII. de Erici II. Danorum regis Botilda, maritorum extraneos amores juvantibus, tantum abest ut impedientibus, memorant. *Id.*

Nec ipsum Alexandrum] Mss. mei non agnoscunt τὸ *Alex.* et videtur posse abesse citra sententiæ interimentum. *Mod.*

§ 3 *Regni, &c.*] Saxo I. init. 'Regni æmulos ratus, quos dignitate pares habuerat.'

Ex noverca, &c.] Hæc usque ad verba *præparatos habuit* absunt ab opt. libris: habentur tamen in uno Cujacii codice, neque videntur rejicienda. Ad ea vid. Plut. Alex. *Bongars.* Ead. quoque absunt a Cod. I. Voss. *Gronov.* [Et uncinis includuntur in Ed. Bong.] Ex Cleopatra puta, Attali, cum quo in convivio Alexandrum jurgasse mox addit, sorore. *Vor.*

Actum] Iid. Mss. mei *fact.* quod præ vulgato placet. Sane etiam Bong. in Ms. *factam* pro *actum* se reperisse fatetur, quo magis confirmatur etiam nostrum illud. *Modius.* Rectius est *factum.* Sebis. Cod. aliquis Ms. *factam.* Und. legend. videtur *factum.* Vor.

Cum Attalo] Plut. Alex. c. 15. refert Alexandrum in ista contentione scyphum in Attalum conjecisse. *Bern.*

§ 6 *Precibusque*] Mallem illud *que* vel delere, cum præcedat proxime, vel mutare in *quoque.* Schef.

§ 7 *Subornabat*] Hic l. mihi valde suspectus est. Exponunt quidem *subornare* verbum per, instigare; verum an sic boni loquantur auctores, quæro adhuc, nec invenio. Considerent doctiores. *Id.*

§ 8 *Utrique*] Et hic Junt. non male *uterque.* Græv. Ed. Junt. teste Græv. *uterque:* id quod Grævio et placet. Verum nihil novi vocem pluralis numeri *utrique* de duabus personis singulis usurpari. Nepos XX. 2. 2. 'Utrique Dionysii,' pro, uterque Dionysius. Vid. et Indd. in Nep. et in Flor. *Vorst.* Nemo hic quicquam movisset, nisi ed. Junt. ex præstantiss. codd. expressa, et ex qua tot loca Justini pessime habita sunt emendata, lect. elegantiorem objecisset. *Græv.*

§ 10 *Titulo officii*] Inf. XXIII. 2. 8. est 'Exequiarum officium implere.' Tacitus absolute Annal. III. 32. 'Officio fungi:' zur Leich dienen. Alias *officii* vox generatim ea significat, quæ cultus, honoris, et studii causa superioribus aut amicis exhibemus. Ejus generis Tertullian. lib. de Idololat. plura simul enumerans, 'Circa officia,' inquit, 'privatarum et communium solennitatum, ut togæ puræ, ut sponsalium, ut nominalium, nullum putem periculum.' Et post inter officia refert 'deductionem magistratuum,' 'candidatorum,' 'funeris:' 'salutationes:' item 'recitationes,' et alia. *Bern.*

Superstite Philippi filio] Quippe inquisituro et vindicaturo. *Id.*

§ 12 *Cleopatram*] Pausaniæ Arcad. non convenit cum hac narratione. *Bong.*

Filia interfecta] Legend. f. *filio interfecto.* Certe ex IX. 7. 3. apparet, Philippum ex Cleopatra et filium suscepisse; quem ut regni æmulum Alexander timuerit. *Vorst.* Mallet Vorst. *filio interfecto.* Et sane filium cum ipsa interfectum ait et Pausanias, licet in aliis dissentiat. *Schef.*

Ultionem] Ita quidem ex Mss. edidit Bong. Antiquiores edd. *ultione.* Et perinde sane est: et utraque constructio satis usitata. *Vor.*

Parricidium] H. e. Philippi cædem. *Fr.*

§ 13 *Gladium quo rex percussus est*] *Percutere* pro, occidere, non infrequens. Suet. Calig. 3. 'Hostem cominus sæpe percussit.' Epit. lib. LXXXIII. Livii: 'Ipse se percussit.' Aur. Victor Tarquin. Pr. 'Quod in prælio hostem percussisset.' Inde 'percussores' dicti, qui ad aliquem obtruncandum immittuntur. *Vor.*

Sub nomine Myrtalis consecravit] Sic et Alexander Pheræus, (ut est ap. Plut. in Pelopida c. 53.) tyrannus ille omnium immanissimus, cum avunculum suum Polyphrona peremisset, hastam, qua facinus patraverat, coronatam sacravit, eique ut Deo rem divinam fecit, 'Tychona' appellans, f. quod ictu non fuisset frustratus, παρὰ τὸ τυγχάνειν. Atque hic mos a Græcis ad Romanos transiit: Suet. Calig. 24. 10. 'Tres gladios in necem suam præparatos Marti ultori, addito elogio, consecravit.' Id. Auctor Vitell. 10. 8. 'Pugionem, quo se Otho occiderat, in Agrippinensem Coloniam misit Marti dedicandum.' Dio in Antonino Caracalla sub fin. Καὶ τὸ ξίφος, δι' οὗ τὸν ἀδελφὸν ἀπεκτόνει, ἀναθεῖναι τῷ Θεῷ ἐτόλμησε. Huc igitur respexit gravis scriptor Tertullian. dum ait in De Resurrect. Carnis: 'Gladius bene de bello cruentus, et melior homicida, laudem suam consecratione pensabit.' Vid. eruditiss. Lips. ad Tac. XV. A. Not. 160. *Modius.* Leg. *Sub nomine Myrtales consecravit. Hoc enim nomen ante Olympiadi parvulæ fuit.* Nam Μυρτάλη prius appellata est Olympias. *Voss.* Omnino scribend. *Myrtales.* Unde ΜΤΡΤΑΛΗ in Inscript. Grut. p. 794. 4. *Gron.*

§ 14 *Ne facinus ab ea commissum non probaretur*] Ex interpunctione, quam post vocem 'commissum' inserunt edd. pleræque, paucis intellectum hunc l. apparet. Verbum *probare* huj. obscuritatis causa est, quod Just. pro, convincere, accepit, h. sensu: omnia ita palam egisse, quasi metueret, ne non ab ea commissum appareret. Ceteri *probare* pro, approbare, intellexerunt. *Freinsh.* H. e. non convinceretur, inquit Freinsh. Sed et hoc loquendi genus nescio, an occurrat alibi. Et quid? si Just. scripsit *proderetur*, i. e. divulgaretur, enunciaretur, sed contr. maneret in occulto. Sententia longe aptior toti loco. *Schef.*

CAP. VIII. § 2. *Genuit, &c.*] Saresb. IV. 12. 'Quis Alexandro major in Græcia? Ei tamen non suus legitur successisse, sed filius saltatricis.'

'Saltatricem' fidicinam scenicam interpretatur Avus in notis ad Sen. Ep. 121. eamque Φιλίνναν appellatam fuisse refert Athenæus XIII. 5. p. 578. Φιλίνην Arrian. de Rebus gestis post Alex. ap. Phot. cod. XCII. init. Ὁς [Ἀρριδαῖος] ἐκ Φιλίνης τῆς Θεσσαλῆς Φιλίππῳ τῷ Ἀλεξάνδρου πατρὶ ἐγεγέννητο.

§ 3 *Partim fato, &c.*] Sic XXXIX. 4. 7. 'Spiritum non fato, sed parricidio, dedit.' Ita Tac. A. II. 71. 2. 'Fato concedere' et 'intercipi' inter se opponit: quorum illud 'sua morte defungi' est Suet. Cæs. 89. 1. h. e. ex naturæ communi lege obire. Alio quam noster Auctor sensu Liv. IX. 18. 13. 'suo fato mori' de eo dixit, qui quidem in prælio, proindeque violenta morte, sed sine reipubl. discrimine occumbit. *Bern.*

§ 4 *Fuit rex*] Locum h. adducit Sarisberiens. Policratici v. 12. et Mss. lectionem comprobat. *Bong.* Ms. *F. tam r.* Quare credo Just. scripsisse *F. autem r.* Conjunctionem *autem* compendiose *am* scriptam, et mox ex præcedentis vocis fine præfixam illi litteram *t*, errorem peperisse. *Schef.*

Apparatibus studiosior] Casu dandi, quomodo et Plaut. Mil. III. 1. 205. 'Adulterio studiosus.' Et Amphit. I. 1. 12. 'Servitus opulento homini,' h. e. quam quis servit opulento. Sall. H. III. 5. 10. 'Facta consultaque Alexandri æmulus.' Casus verbi tribuitur nomini, ut notat Turneb. Adv. XXX. 34. Vid. Vechner. Hellenolex. 141. f. *Berneccer. Studiosior* omittit Saresb. v. 12.

§ 7 *Perfidia*] Notat Paus. Arcad. et Plut. Pelopid. *Bong.*

§ 8 *Qui plura promitteret*] Plut. in Æmilio c. 11. tradit, Antigonum regem populari joco dictum fuisse 'Dosonem,' (quasi 'Dabonem' dicas) eo quod esset promissor quidem, at non effector, pollicitorum. Sed et ob eand. caussam cum Atheniensium ducis 'Charetis pollicitationes' in proverbium abiere, tum etiam Imp. Pertinax 'Chrestologus,' h. e. verbis munificus, est appellatus, teste Capitolino in ejus Vita cap. 13. Titus tamen a domesticis admonitus, quasi plura polliceretur, quam præstare posset, 'Non oportere,' ait, 'quemquam a sermone Principis tristem discedere.' Suet. Tit. 8. 3. *Bern.*

In seria et jocos] Quod et in artibus Sullæ numerat Sall. Ju. 9. 6. 3. *Id.*

§ 9 *Amicitias utilitate*] Ov. Pont. II. 3. 8. 'Vulgus amicitias utilitate probat.' Addendi Cic. de Amicit. cap. 21. m. Sall. Cat. 10. 5. Noster XXII. 7. 3. *Id.*

Gratiam fingere in odio, instruere inter concordantes odia] Junt. *G. f. in o. in gratia offensam simulare, inst. i. c. o.* Quod non temere spreverim, si Mss. accedat auctoritas. In aliis vetustioribus edd. hæc verba *in gratia offensam simulare* paullo superius post 'insidiosus' leguntur. Ibi vero C. Barth. ad Claudian. ex Ms. legit *Blandas per iram et in gratia.* Græv. Ed. Junt. teste Græv. additum hic habet *in gratia offensam simulare:* id quod huic l. apprime et quadrat. Habentque id. et Bech. aliæque edd. vett. sed alieno tamen l. i. e. paulo ante, post verba *Blandus pariter.* Vorst.

Concord.] Ap. Saresb. vitiose editum est *cord.*

§ 10 *Eloquentia insignis, &c.*] Demosth. ipse Philippum 'sub sole hominum eloquentissimum' appellat in Orat. de Fals. Legat. et Polyæn. IV. Strategem. non minores eum res oratione quam prælio confecisse scribit, et pluris æstimasse verbis quam armis partas victorias. Harum enim partem sibi vendicare milites existimabat: illas ad suam unius laudem pertinere. Add. Notam ad VI. 5. 5. Plut. Alex. 6. m. 'Sophistarum more facundiam suam ostentasse,' ait. *Ber.*

Eloquentia, et insignis oratio] Angl.

el. insignis, or. acuminis et solertiæ plena. Longe melius, quam quod vulgatur. *Schef.* Hæc et seqq. longe correctius et plenius ex antiquo cod. iid. Oxonn. ediderunt, nimirum: *Inter hæc el. insignis, or. ac. et sol. pl. ut nec ornatui facilitas, nec facilitati inventio, nec inventionibus deesset ornatus.* Opt. et certiss. Priora *Inter hæc el. insignis, or. ac. et sol. pl.* firmat quoque Junt. Mallem tamen *nec inventioni d. o.* Mox expunxi eod. cod. jubente in his verbis *Itaque vincendi ratio τὸ Itaque.* Græv.

Inventionum] Saresberiensis, ubi hæc citat, i. e. v. 12. numero singulari, *inventionis*, quod et concinnius videtur; quia aliquot ejusd. numeri voces antecedunt. *Vorst.*

§ 12 *Hic aperte, ille artibus, bella tractabat*] Antiquiores edd. *aperta vi.* Cui consonat quod codd. quidam Mss. quos Bong. vidit et Saresberiensis, habent, *aperta.* Vorst. Vorst. etiam hic ex eod. mallet *aperta vi.* Ego suspicor illud *vi* esse glossam vocis *aperte.* Schef. Angl. *Hic aperta vi.* Suspicor Just. scripsisse *Hic vi, ille artibus, b. t.* Hæc enim oppositio idonea, quæ est inter vim et artes. Postea venisse, qui per glossam *aperte* illud *vi* exponeret. Qua transsumta in textum, cum liqueret *aperte vi* non cohærere, accessisse correctorem, ac fecisse *aperta vi,* quod in Anglicanam est derivatum. *Idem.* Juntinæ, ut aliæ vetustiores, nec non codd. Britann. et Sarisburiensis: *Hic aperta vi, ille artibus, b. t.* Unde Scheff. non male colligit Just. scripsisse: *Hic vi, ille artibus, bella tract.* Sed non frustra in tot libris *aperta* legitur. Mihi videtur Justini manus esse *Hic aperte et vi, ille artibus, bella tract.* 'Artes' sunt strategemata, quæ 'furta belli' dicuntur. Hinc 'furtiva victoria' XI. 6. est artibus et strategemate parta: cui opponitur, quæ aperte et vi est parta. Plaut. Amphit. 'Id vi atque virtute militum victum atque expugnatum est oppidum.' Seqq. Justini verba hæc explicant: cum decipiuntur hostes, artibus bellum tractatur, s. ut l. XI. loquitur, 'astu agitur,' cui bello convenire ibid. dicit occulta consilia; cum palam fundantur hostes, aperte et vi bellum geritur. *Græv.*

§ 14 *Hic ubi*] Probo et hic Junt. lect. *huic u.* Græv.

Nec dilatio ultionis nec modus erat] Angl. *non dilationem ult. nec modum adhibere.* Etiam hoc tribuo glossatori. *Schef.*

§ 15 *Patri mos erat etiam de convivio in hostem procurrere*] Angl. *Pater de conv. in h. pr.* Præfero hanc lect. vulgatæ, *Patri mos erat etiam de, &c.* quam puto natam ex eo, quod quis crederet mutilum illud 'procurrere,' et explend. per *mos erat.* Idem. Fœdum centonem, quem hic scioli assuerant Justino, resecuerunt Oxonn. optimarum membranarum subsidio, quos ego sequor, et merito laudat Scheff. Sic autem illi: *Pater de conv. in h. pr.* Mox iid. *Alexander in amicos hostium more sævire.* Sed quia in seq. periodo habetur 'in amicos regna exercebat,' non est vero simile eand. vocem in tam paucis versibus iterari a scriptore cultissimo. Itaque ab aliorum codd. scriptura hic minime discedend. mihi esse putavi. *Sævire* tamen recepi ex Angl. libris cum Oxonn. *Græv.* Saxo XIV. p. 342. 51. 'Avide in hostem procurrunt.'

Periculis, &c.] Hegesipp. II. 11. 'Nam præ ceteris sese offerre solebat periculis:' v. 12. 'Cum ipse toties pro exercitu periculis offerre se non dubitavisset.'

§ 16 *Amicorum interfector*] Angl. *amicis interfectis.* Videtur hoc rectius respondere præcedenti, 'vulneratum.' *Græv.*

§ 17 *Cum amicis, &c.*] Est hæc ea species amicitiæ, quam Aristot. Eth. VIII. 7. *φιλίαν καθ' ὑπεροχὴν* appellat, qualis inter imperantem ac subditum. De his Plin. Paneg. c. 85. 'Cum plurimis amicitiis fortuna principis indigeat, præcipuum est principis opus amicos parare.' Et Tac. H. IV. 7. 'Nullum majus boni imperii instrumentum, quam boni amici. Non enim exercitus, neque thesauri, præsidia regni sunt, verum amici,' Mc. ipsa judice ap. Sall. Ju. 10. 5. Alia regiæ amicitiæ exempla sunt, inf. XXX. 1. 3. et XXXIV. 3. 3. Porro de his 'amicis comitibusque' Principum exactissime, ut omnia, Salmas. ad Spartiani Hadrian. cap. 18. Junge Lips. Not. 29. ad VI. A. Taciti. *Ber.*

Nolebat] Sebis. vult *volebat*, ut sibi constet antithesis. *Berneccer.* Optime. Philippus consiliariis et ducibus suis multum tribuebat, illorumque consilium et auctoritatem in gerenda republica sæpe sequebatur; Alexander vero solus omnia administrabat, superbeque ac crudeliter in eos, ut Clitum, Parmenionem, Philotam, aliosque, consulebat. *Græv.*

Volebat] Hic sensus Justini est per oppositionem: Philippus, qui civilis princeps esset, cum amicis potestatem participabat; Alexander contra, qui comitatis Macedonicæ oblitus esset, merus rex erat, durus homo, et qui apologum illum Æsopi de leone nimis studiose legerat. Aliter hunc l. legebat Sebis. vir, ut pluries dixi, ingeniosus; sed explicatio nostra omnem mutationem excludit. Legebat ille *nolebat.* Faber. Sebis. legend. putat *volebat:* idque adeo probat Græv. ut receperit in textum. Nimirum sensus ipsis est visus hic esse, quod Philippus non solus, sed una cum amicis, regnare voluerit, et amicos in regni quasi societatem susceperit. Mihi tamen rectius videtur *nolebat*, quod in antiquioribus est, et ab ipso Bong. ut in Mss. quoque observatum, retentum est. Vult sane Auctor Philippi et Alexandri morum diversitatem exponere. Cum ergo de Alexandro per affirmationem scribere vellet, 'Hic in amicos regna exercebat,' de Philippo videtur scribere voluisse per negationem, *Regnare ille cum amicis nolebat.* Sed observand. 'cum amicis' esse pro, apud amicos; et sensum esse, quod Philippus ap. amicos, i. e. consiliarios suos, regnare noluerit, neque potentiam suam regiam ap. eosd. ostentaverit, aut quemquam eorum interfecerit. *Cum* pro, apud, usitatiss. Ut 'queri cum aliquo' pro, queri apud aliquem. *Vorst. Volebat* Angli quoque probant. *Græv.*

§ 20 *Parcendi victis filio animus et promtior et honestior*] Sich. et Colon. edd. additum habent, *Ille nec sociis abstinebat:* ut adeo hic quoque patri et filio diversa tributa sint. *Vorst.* Junt. *Parcendi victis filio animus et promtior et honestior, ille nec sociis abstinebat:* quod et in Sich. et Colon. ed. legi auctor est Vorst. Et sane requirunt hoc patris et filii virtutes et vitia perpetuo sibi collata et opposita. *Græv.*

LIBER X.

CAP. I. § 1 *Artaxerxi*] Qui 'Mnemon' dictus est. Ejus vitam scripsit Plut. quem vid. et Ælianum fin. lib. IX. Justitiæ eum fama flornisse Probus et id. Plut. auctores sunt. *Bon.*

Ex pellicibus] Quarum 360. Artaxerxi tribuit Plut. in ejus Vita cap. 43. Totidem Dario Curt. III. 3. 36. ipsique Alexandro Persicis moribus corrupto, id. VI. 6. 8. ut et Diod.

XVII. 77. qui addit, hunc tantum numerum (Curt. VI. 2. 2. 'gregem' appellat) eos ideo affectasse, ut accederent ad numerum dierum anni. Ceterum Ioniam regi Persico tot pellices suppeditasse tradit Maximus Tyr. Serm. 33. *Bern.*

Darius, Ariarates, et Ochus] Tres hosce filios justo matrimonio susceptos asserit Auctor: cum Plut. quartum adjiciat 'Arsamem,' ultimi Darii patrem. Porro Just. ultimum Darium Codomannum quendam vocatum ait, et regem postea factum ob pristinæ virtutis memoriam; Darium autem vocatum, ne quid regiæ majestati deesset. Quid aliud voluit quam obscurum genere fuisse, et proxime post regem Ochum rexisse? cum Diodorus, post Ochum veneno sublatum, Arsen aliquot annos regem fuisse scribat, ac post eum Darium Arsamis filium, de quo singulare certamen in Cadusiis factum refert, nihil de Codomanno memorans. *Glar.*

Ariarates] Vett. *Aralratus.* Plut. in Artax. cap. 48. 'Ariaspes.' *Bongars.* Junt. *Ariarchus.* Non longe abeunt Mss. in quibus *Aralractus* et *Aratratus.* Vindob. *Ariaractos.* Græv. In ed. Junt. *Ariarchus.* Ed. Vienn. *Ariaractos.* Mss. quidam *Aralratus, Aralractus.* Nugæ. Barbara nomina sunt, et non tanti ut examinentur in statera aurificis, sed in trutina populari. *Ariarathes* quidem mihi Cappadocicum nomen videtur, sed tamen et Persicum esse potest. *Fab.*

§ 2 *Per indulgentiam*] Simul etiam ne se mortuo regnum novis bellis fratrumque certaminibus implicaretur. Plut. in Artax. cap. 41. Cohibentur pravæ aliorum spes, si successor non in incerto sit. Tac. A. III. 56. *Bern.*

Pater regem, &c.] Hoc *pater* mihi est suspectum, glossatorisque, non Justini, videtur. *Schef.*

Regem virus fecit] Inconsulte. Vid. sapientiss. Syracidem XXXIII. 20. et seqq. Feliciore tamen successu Ptolemæus, inf. XVI. 2. 8. *Bern.*

§ 3 *Existimans*] Mss. habent *æstimans*, quod notandum. Solent quippe alii quoque ita loqui, ipseque Noster alicubi. Vid. sup. IV. 7. *Schef.*

Gaudium ex procreatione, &c.] Apoll. Rhod. I. 973. Παίδεσσιν ἀγαλλόμενος μεμόρπτο. Et Cic. V. de Fin. 23. 'A procreatoribus diliguntur nati.' 'Procreatio' Platoni de Legg. est ἐπιτελείωσις παίδων. *Gron.*

§ 6 *Ostenti prorsus genus, ubi in tanto populo sileri parricidium potuit*] Freinshemius in Notis ad Curt. VIII. 6. 12. legend. putat *uti potuerit.* Vulgaris loquendi ratio esset: Ostenti genus est, quod parricidium sileri potuit. Jam notum quidem est, 'ut' poni interdum pro, quod; ejusque rei exempla sup. ad V. 3. 3. ex ipso Nostro congesta sunt: sed nescio tamen, an retinend. hic potius sit *ubi*: quia et omnes codd. ita habent, et verbum non conjunctivi sed indicativi modi subjunctum est, et ipsum denique 'ut' sequitur. Ceterum *ubi* pro, si aut quia, non insolens. Cæcina in Ep. ad Cic. quæ est 7. lib. VI. 'Ubi hoc tu omnium patronus facis, quid me sentire oportet?' Val. M. V. 3. Ext. 2. 'Quid aliæ faciant urbes, ubi etiam illa tam ingrata extitit?' *Vorst.* Illud *ubi* explicant per, si vel quia. Mihi tamen locus videtur corruptus, cumque Freinsh. scribo *uti*, vel potius *ut*, cum illud *i* ex seq. voce huic adhæserit. Ceterum illud *ut* non puto positum pro, quod, sed usurpatum pro, quomodo, qua ratione. Ut sup. I. 5. 'Scribit ei, ut ablegatus in Persas ab avo fuerit, ut occidi eum parvulum avus jusserit, ut beneficio suo servatus sit.' Qui locus huic est prorsus similis, cujus exemplo etiam mox *potuerit* pro *potuit* scribend. *Schef.*

In tanto populo] H. e. in tanta multitudine filiorum, audaci satis metaphora, qualis est etiam ap. Gregoram

III. 1. Ὁ δῆμος μειρακίων. Ita Sen. Benef. VI. 33. 'Populus amicorum.' Flor. I. 1. 17. 'Populus virorum.' Audacius Manil. 'Aërei populi,' de avibus: et 'Populos exponere captos,' de piscibus. Colum. IX. 13. 'Duo populi conjungi debent,' de apibus. Apul. VI. 'Sepedum populorum undæ,' de formicis: de quibus et Proverb. XXX. 25. 'Formicæ populus infirmus.' Audacissime Sidonius VI. 1. 'Scelerum populus,' pro, copia peccatorum: ubi plura id genus exempla notavit Savaro. *Berneccer.* Ov. XI. M. 635. 'At pater e populo natorum mille suorum Excitat,' &c. Et Sen. Ep. 105. 'Habet unusquisque aliquem cui tantum credit, quantum ipsi creditum est: ut garrulitatem suam custodiat, et contentus sit unius auribus, populum faciet.' Id. I. N. Q. 5. 'Sunt quædam specula ex multis minutisque composita: quibus si unum ostenderis hominem, populus apparet.' Et Plin. XXXV. N. H. 2. 'Semper defuncto aliquo, totus aderat familiæ ejus, qui unquam fuerat, populus.' *Gron.*

§ 7 *Adeone*] Angli sine interrogatione *Adeo.* Probo. *Schef.*

CAP. II. § 2 *Fraterno bello*] I. e. fratris, Artaxerxis, bello. Est autem 'fratris bellum,' id quod cum fratre geritur; quemadmodum 'bellum Atheniensium' dicitur id quod geritur cum Atheniensibus III. 6. 10. et 'Alexandri,' quod cum Alexandro XIII. 5. 9. Sic et paulo post 'jurgia patris' sunt jurgia cum patre, vel in patrem. *Vorst.*

Supra] Fine lib. V. *Bern.*

§ 3 *Cedere*] Sich. mallet *credere.* Non bene. Vid. Notam ad I. 10. 12. *Id.*

Darius postulaverat] Lex erat ap. Persas, δωρεὰν αἰτεῖν τὸν ἀναδειχθέντα, καὶ διδόναι τὸν ἀναδείξαντα πᾶν τὸ αἰτηθὲν, ὅτιπερ ἦ δυνατόν. Plut. Artax. c. 42. *Bong.*

Pro indulgentia sua in liberos] Postrema duo vocabula pro glossematis habeo, ac propterea puto delenda. *Schef.*

§ 4 *Solis eam sacerdotio præfecit*] Plut. Artax. c. 43. Dianæ quæ est Ecbatanis, ἣν Ἀνείτιν καλοῦσιν. *Bongars.* Simillima ratione in India occidentali, toto Pervano tractu, priusquam sacris Christianis imbuerentur, 'crebra et magna templa dicata Soli, et in iis virgines sæpe ducentas fuisse,' Lips. Syntagm. de Vesta cap. 15. refert: 'e quibus si qua corpus polluisset, morte luebat, nisi tamen e Sole se concepisse [ride superstitiosam credulitatem] sancte adjurasset.' *Ber.*

§ 5 *In jurgia*] Quidam Mss. *in injuriam.* 'Injuria' etiam verbis fit, ut JCti docent. Tertull. 'Omnis injuria, s. lingua, s. manu, incussa.' *Bong.*

Deprehensus] Conjurationem prodente quodam eunucho. Plut. Artax. c. 45. *Bern.*

§ 6 *Conjuges quoque omnium cum liberis*] Marcellin. XXIII. 31. 'Leges apud Persas impendio formidatæ, inter quas diritate exuperant latæ contra ingratos et desertores, et abominandæ aliæ, per quas ob noxam unius omnis propinquitas perit.' Exempla sunt ap. Herod. III. 119. et in Epist. Artaxerxis ap. LXX. Interpp. cap. VIII. 11. Esther. Neque mitior lex Macedonum, 'qua cautum erat, ut propinqui eorum, qui regi insidiati essent, cum ipsis necarentur.' Curtius VI. 11. 28. Quomodo et Impp. Arcadii et Honorii constitutione pœna in partem ad filios extenditur, quorum parentes læsæ majestatis reatum incurrerunt. L. 5. Cod. ad L. Jul. Maj. *Id.*

§ 7 *Morbo ex dolore contracto*] Ὑπὸ λυπῆς καὶ δυσθυμίας, Plut. Artax. In libello περὶ Φιλαδελφίας mendose legitur Ξέρξης pro Ἀρταξέρξης. *Bongars.* Inf. XXXII. 3. 4. 'Morbo ex ægritudine animi contracto:' et XXXVIII. 2. 2. 'Ex ægritudine collecta infirmitate.' Nam 'ægritudo' et 'ægri-

tudo animi' nihil aliud quam, dolor. *Vorst.* Saxo II. p. 28. 43. 'Suanhuita parvo post et ipsa morbo ex mœstitia contracto decedit:' XIV. p. 283. 6. 'Languore ex molestia contracto.'

Rex quam pater felicior] Ita de Augusto Suet. et Tac. III. A. 24. 2. *Bern.*

CAP. III. § 1 *Ocho*] Qui et ipse 'Artaxerxes' dictus est. Diod. XV. est. *Bong.*

Cognatorum] Barn. Brisson. I. de Regno Persico, censet, Auctori sermonem hic esse de cognatis Regis honorariis, qui hoc sine re nomen tenuerunt. Et sane tributum ap. Persas id nomen iis quoque, qui nulla sanguinis cognatione regem attingerent, apparet ex III. Esdr. IV. 42. et Josepho XI. Antiq. 4. Ubi rex Darius, inter cetera victoriæ præmia, tribus satellitibus hoc quoque proposuit: 'Et cognatus meus vocaberis.' Alexandrum etiam hoc honore Persas quosd. affecisse, Arrianus VII. p. 153. f. memorat. Add. Diod. XVII. 20. &c. Curt. III. 3. 20. et IV. 11. 1. Instar moris huj. et in aulam Imperatorum Orientis postea translatum est, ut quidam honoris causa Βασιλεοπάτορες, *Imperatoris patres*, dicerentur, quo de Meursii Glossarium. Verumtamen h. l. de 'cognatis' proprie dictis esse sermonem apparet cum e subjecta voce 'sanguinis,' tum quod addit Auctor, 'Ochum innocentiorem fratribus parricidis non fuisse, paremque conjurationem timuisse.' Hæc enim ad honorarios illos cognatos referri non possunt: quales cum fere plurimi fuerint, ('decem et quinque millia cognatorum' Dario tribuit Curt. III. 3. 20.) quis tantam multitudinem, in quam conjuratio cadere nulla potest, ab Ocho sublatam credat? Qui tamen eorum sublati, hos addita vox 'principum' complectitur. *Bern.*

Et strage principum] Hic quoque metuo, ne vox *principum* glossatoris sit, non Justini, qui cum 'cognatos' de principalibus viris usurpari ap. Persas legisset alicubi, præcedens 'cognatorum' ita putavit explicand. quanquam ea explicatio h. l. sit inepta. *Schef.*

§ 2 *Veluti purificato regno*] Allusio ad morem castrorum, post cædem ducum et militum. Hom. I. II. et alii, tum et Just. ipse, post mortem Alexandri M. *Fab.*

Cadusiis] Ita Ms. unus: ceteri *Adusis:* alii *adversis.* Vulgo male *Armeniis*, quia in seqq. legerant Codomannum Armeniis præfectum. Sed *Cadusiis* legend. constat ex Diod. XVII. 6. a quo hæc petenda. *Bong.*

§ 3 *In eo cum adversus provocatorem hostium Codomannus quidem omnium favore processisset, hoste cæso*] Freinsh. exigua mutatione multo concinniora hæc facit: *In eo adv. pr. h. C. quidam cum omn. f. processit, et h. c.* Bern.

Provocatorem hostium] Seb. non male *hostem.* Idem. Aut *hostem* cum Sebis. legend. aut *hostium* prorsus delend. quod f. melius. Sane *provocator hostium* esset, qui hostes provocat, ad certamen puta singulare. Jam vero etiam sine illo *hostium* hoc intelligitur. *Schef.*

Omnium favore processisset] Antiquiores edd. *cum omn. f. p.* quod magis placet. *Vor.*

§ 5 *Post mortem Ochi*] Ab eunucho Bagoa veneno necati, Diod. XVII. 5. Cadaver ipsius Bagoas felibus objecit, et ossa quædam illius exprobrandæ crudelitatis causa convertit in manubria gladiorum. Ælian. VI. V. H. 8. *Bern.*

Post mortem Ochi regis rex a populo constituitur] Codomannus puta. Præteritur autem Ochi filius Arses, qui et ipse aliquandin rex fuit. Ochum nimirum ob crudelitatem Bagoas veneno sustulit, inque ejus solio filium Arsen collocavit. Arses vero tribus modo annis imperium tenuit, ab eodemque Bagoa una cum prole et ipse interemptus est. Cumque ita stirps regia prorsus exstincta esset, in fastigium istud idem Bagoas evexit Codomannum. Videsis Diodorum Siculum XVII. 5. *Vor.*

Rex a populo] Cum prius fuisset Ἀστάνδης, s. Ἀσκάνδης, i. e. ἡμερόδρομος, ut Hesychius interpretatur. Plutarchus Alexandro c. 29. et de Fortun. Alex. Orat. I. 1. et II. 18. *Bong.*

Darii, &c.] Tac. II. H. 89. 'Sic Capitolium ingressus atque ibi matrem amplexus Augustæ nomine honoravit.'

Honoratus] Mss. habent *ornatus*, quod præfero; alterum puto esse glossatoris. *Schef.*

§ 6 *Alexandro Magno*] Cur Alexander, cur Pompeius, Magni potius dicti sint, quam Maximi, docere et causam dicere videtur ad illud Virgilii ex divina Æneide Servius; non ignobilis ille, qui vulgo circumfertur, sed membranaceus noster longe doctissimus; his verbis: 'A Magno demissum nomen Iulo:' 'Sicut Alexander; sicut Pompeius. Græci enim omne magnificum magnum vocant; ut, 'mater magna,' 'Dii magni.'' Mod. Senec. Epist. 91. 40. 'Alexander, Macedonum rex, discere Geometriam infelix cœperat, sciturus quam pusilla terra esset, ex qua minimum occupaverat. Ita dico, infelix, ob hoc, quod intelligere debebat, falsum se gerere cognomen: quis enim esse MAGNUS in pusillo potest?' Vid. eund. Brevit. Vit. cap. 14. et Modium h. l. *Bern.*

Diu variante fortuna] Imo fere semper adversa. *Idem.* Mallem illud 'diu' ad præcedd. referre, et a seqq. commate distinguere. Sic enim omnia melius convenirent historiæ, cum bellum quidem gesserit diu, fortuna vero cito cœperit variare, ac in Alexandri inclinare partes. *Schef.*

LIBER XI.

CAP. I. § 1 *In exercitu Philippi, sicuti variæ gentes*] Duobus lib. XI. et XII. Alexandri Magni, Philippi F. res gestæ continentur: quas libris 8. Arrianus Nicomediensis complexus est. Exstat de iis etiam Q. Curtii Rufi Historia manca et lacera: eam emendatam, et quantum potest ex Vett. Codd. restitutam, ederc in animo est. Ero ideo in horum 2. libr. explicatione brevior. Legend. præter illos Diod. XVII. et Plut. Alex. et Oratt. duæ de Fort. vel Virt. Alexandri, et Ælian. V. H. III. *Bongars.* Præter commemoratos, Cicero, Plin. Val. M. Zosimus, Apul. Oros. aliique multi, hinc inde de Alexandro Magno alius alia in litteras retulerunt. Gualterus etiam, poëta non contemnendus, hoc argumentum peculiari poëmate tractavit, quod ad exemplum Maronis et Statii 'Alexandreida' nominat. *Bern.*

§ 4 *Nonnulli facem, &c.*] Simili allegoria sed inversa usus Val. M. IX. 1. 9. 'Ex rogo filii maritalem facem accendit.' *Vorst.* Ov. Ep. VI. 41. 'Heu! ubi pacta fides? ubi connubialia jura? Faxque sub arsuros dignior ire rogos?'

§ 6 *Et Thracas*] Angl. non agnoscit *et.* Schef.

Barbaras gentes, &c.] Liv. XXII. 22. 7. 'Talia sunt barbarorum ingenia: cum fortuna mutant fidem.' Et XXVIII. 17. 5. 'Barbaris ex fortuna pendet fides.' *Bern.*

Resisti nullo modo posse] Mss. *sisti*

n. m. p. h. e. salvos esse non posse. Probat hoc dicendi genus et vindicat Gronov. ad Liv. IV. 12. quem vid. *Græv. Sisti* in collectione Mss. Codd. legitur, non autem *resisti*. Quam lect. acriter et copiose probat doct. ille Gronov. ad Liv. *Sisti non potest* idem valet, ac si dicas: Nullus saluti locus est: tanta clades, tanta calamitas, non potest sisti. *Faber.* Codd. quidam Mss. teste Bong. *sisti n. m. p.* Quod probat Gronov. ad Liv. IV. 12. et bene Latinum esse adductis variis Livii et aliorum locis demonstrat. Liv. II. 'Totam plebem ære alieno demersam esse, nec sisti posse, nisi omnibus consulatur.' Ubi 'nec sisti posse' idem est quod, nec rem salvam esse posse. Item: 'Qualicumque urbis statu, manente disciplina militari, sisti potuisse,' i. e. rem servari, rem salvam esse, potuisse. Rursus III. 'Si quem similem ejus priore anno inter morbum bellumque irati Dii tribunum dedissent, non potuisse sisti,' i. e. actum fuisse, pereundum fuisse. Plura id genus prædicto Notarum Gronovii ad Liv. loco vid. *Vorst.* Ms. *sisti nullo m.* quod probant Gronov. Græv. Vorst. Mihi Just. scripsisse videtur, *si pariter deficiant, res sisti nullo modo posse.* Sic *rem sistere* Virgil. VI. Æ. 858. 'Hic rem Romanam, magno turbante tumultu, Sistet eques.' *Schef.* Angl. *sisti*, quod Notator non sine ratione probat. Hoc voluit: Futurum ut undique impetum faciant. Tac. H. v. 21. 'Vadam Civilis, Grinnes Classicus oppugnabant: nec jam sisti poterant.' *Idem.* Rectius hunc l. exposuit Gronov. et eum secuti Vorst. et Faber. Græv.

§ 7 *Queis rebus*] Angl. *His r.* ex glossa. *Schef.*

Veluti medela] Adspectum principis in calamitate populo solatium esse, fuse Grut. Diss. 21. ostendit, ad illud Taciti A. XV. 36. 'Sueti adversus fortuita adspectu Principis refoveri.' *Bern.*

§ 8 *Pro conc. &c.*] Saxo XIV. p. 277. 28. 'Suenonisque dolum pro concione causatus.'

Vulgus omne consolatus hortatusque pro tempore est] 'Hortari,' pro, bonum animum habere jubere. Quod apparet ex eo quod sequitur, 'spe omnes impleret.' Ita fere et XI. 3. 1. 'In transitu hortatus Thessalos fuerat.' Et XI. 9. 13. 'Ad quas visendas hortandasque cum Alexander venisset.' Deinde 'pro tempore' idem quod, ut tempus fert et postulat, et ut Cic. VI. Fam. 13. loquitur, 'pro ratione temporis;' vel, ut Suet. in Cæsare, 'pro conditione temporis;' vel denique, ut Plancus in Ep. quæ est 10. lib. IX. Epp. Cic. 'ad tempus.' Vid. et Lib. de Latinit. mer. Susp. cap. 11. *Vor.*

Pro tempore] H. e. 'pro conditione temporum,' ut inquit Suet. Cæs. 16. 2. Ita Sall. Cat. 30. 5. 'Pro tempore atque periculo exercitum comparare.' Tac. A. XII. 49. 4. 'Pro tempore rebus turbidis consulere:' longe alio sensu, quam hodie doctos etiam hac uti phrasi videas. Ita Liv. XXX. 10. 6. *Bern.*

Et spe omnes impleret] Bong. edidit *et in spem o. impelleret.* Sequor scriptos libros. Venustior est oppositio, *demere, implere.* Et 'spe implere' phrasis est Justino familiaris. Impressi quidam etiam addunt *spe sui.* Idem. Juntæ non abeunt a Mss. et edd. aliarum lectione: *in spem sui o. impelleret. Sui* tamen non agnoscunt Mss. sed assentior Berneccero. *Græv.*

§ 9 *Moderate*] De Agricola Tac. in ejus Vita cap. 18. 10. 'Ipsa dissimulatione famæ, famam auxit, æstimantibus, quanta futuri spe tam magna tacuisset.' *Berneccer.* Hoc 'moderate' non ad proximum 'multa,' sed sequens 'pollicitus est,' referend. Dicitur autem 'moderate polliceri,' qui hoc facit verbis paucis, citra jactantiam et ostentationem sui. *Schef.*

CAP. II. § 1 *Prima illi cura*] Diod. XVII. 2. Πρῶτον μὲν τοὺς φονεῖς τοῦ πατρὸς τῆς ἁρμοζούσης τιμωρίας ἠξίωσε, &c. *Bongars.* Causa traditur inf. XI. 15. 12. *Bern.*

Ad tumulum patris occidi] Imp. Augustus 'trecentos ex dedititiis electos, ad aram D. Julio [patri] extructam, Idibus Martiis [qua patrata cædes ejus] hostiarum more mactavit.' Sueton. Aug. 15. 2. Quo l. plura huc pertinentia Casaubon. Add. Grut. ad Hist. Aug. tom. I. p. 72. f. 1. *Bern.*

§ 2 *Lyncistarum*] Populus est Macedoniæ, qui Λυγκήσται dicitur Thucyd. II. 21. 26. Plin. IV. N. H. 10. Ptolem. III. 13. Strab. vero VII. Λυγκισταί, quomodo habent hic vett. libri. *Bongars.* Leg. *Lyncestæ pepercit.* Alexander enim ille, qui ex Lyncestia regione vicina Macedoniæ erat, 'Lyncestes' dicebatur. Unde ap. Ov. XV. M. 329. 'Lyncestius amnis.' *Gron.*

Soli Alexandro Lyncistarum] Nihili est hæc lect. Scrib. cum Junt. et aliis antiquis libris et hic et inferius *Lyncistæ.* Græv. Leg. *S. A. Lyncestæ G. Antipatri pepercit.* Iste Alexander Lyncestas, s. Lyncistes, a regione Macedoniæ dicebatur, quæ Lyncestis sive Lyncistis a Geographis vocatur. Sed quid isthuc, *G. Antipatri?* Id vero est, *Genero Antipatri.* Nam quemadmodum F. ponitur pro, Filius, P. pro, Pater, A. pro, Avus, ita et G. pro, Gener. At hæc nihil sunt, dices, nisi hiberna somnia. Imo autem; nam Alexander iste Lyncista re vera Antipatri gener erat, ut appareret ex cap. 7. 'Insidias ei ab Alexandro Lyncista, genero Antipatri, qui præpositus Macedoniæ erat.' I nunc, et nega nos bene legere. Et tamen isthæc ridendo dicimus, quanquam ridendo et paucis vera proloqui licet, ut ait Magister ille noster. *Faber.* Editur vulgo *Lyncistarum fratri.* Solus cl. Græv. cum in vetere ed. Junt. legisset *Lyncistæ fratri*, ita omnino et rescribend. putavit. Jam non video quidem, cur Alexander ille *frater*, et cujus frater, dicatur: sed rectius tamen videtur *Lyncistæ fratri*, quam *Lyncistarum fratri.* At librarii, quod et ipsi non caperent, cur Alexander iste *frater*, et cujus frater dicatur, siquidem *Lyncestæ* legatur, pro *Lyncistæ* videntur scribere voluisse *Lyncestarum:* parique modo 7. 1. et XII. 14. 1. ubi τὸ *frater* non est additum. Sed *Lyncistarum frater* quid tamen erit? Λυγκησταὶ vel Λυγκιστὰι, *Lyncestæ* vel *Lyncistæ*, populum fuisse Macedoniæ, ipsamque illorum terram Λυγκηστίδα, *Lyncestidem*, vocatam, ex Thucyd. Strab. Plin. et Ptolem. scire licet. Sed non video, qui totius alicujus populi, Lyncestarum exempli gratia, aut Thessalorum, frater dici aliquis possit. Potius nomine gentili appellandus aliquis fuerit, dicendusque Lyncestes, Thessalus. Et sane Alexandrum istum, cui Alexander rex pepercisse dicitur, ab auctoribus Λυγκιστὴς, *Lyncistes* vel *Lyncestes*, vocatur. Videsis Diod. Arrian. et Curt. Quidni igitur et a Nostro sic appellatus credi possit? Præsertim cum Junt. ed. ut dixi, manifeste sic habeat *Alexandro Lyncestæ fratri*, et alteris item locis, *ab Alexandro Lyncista* et *Alexandrum Lyncistam.* Ipse quoque Bong. in var. lectt. monet, quosd. typis expressos codd. habere *Lyncestæ.* Qui codd. cum ex codd. Mss. et ipsi expressi sine dubio sint, perinde id est, ac si in ipsis codd. Mss. sic legeretur. *Vorst.* Emendant, *Alexandro Lyncistæ.* Atqui sic et cap. 7. 1. et XII. 14. 1. Non potuit tot locis idem vocabulum esse depravatum. Itaque nil muto; tantum post *Lyncistarum* pono comma. Nec enim cohærent *fratri Lyncistarum*, sed *Alexandro Lyncistarum:* i. e. Alexandro illi, qui fuit ex familia sic dicta. Nisi malumus ita vocatum, quod f. præfectus esset Lyncistis,

regioni sic dictæ, ut appellat Strabo, urbique Macedoniæ Lyncææ, cujus mentionem facit Hesychius, a Philippo patre. Fratri tamen simul Alexandri. *Schef.*

§ 4 *Gentes rebellantes compescuit*] Τὰ μὲν οὖν βαρβαρικὰ κινήματα καὶ τοὺς ἐκεῖ πολέμους κατέπαυσεν. Plut. Alex. cap. 19. Multa sunt in h. Auctore, quæ justum commentarium scribenti cum Græcis comparare operæ pretium esset. Ea hic annotare non est instituti nostri. *Bong.*

§ 5 *Exemplo patris*] Sup. IX. 5. 1. *Bern.*

§ 7 *Athenienses et Lacedæmonios*] Hæc est vett. libb. lect. Ex historia et seqq. pro *Laced.* legend. *Thebanos.* Non enim defecerunt Lacedæmonii, qui Philippi et Alexandri pacem semper spreverant. Sup. IX. 5. 3. et inf. XII. 1. 7. *Bongars.* In edd. priscis est *Athenienses et Thebanos:* quod certissimum; et ita in opt. illa Junt. ed. qua usus est Græv. noster, aperte legere est. Et hoc notissimum est, Thebanos male inter Græciæ populos audisse, quod Persis faverent; et ipse Just. alibi indicat. *Fab.*

Lacedæmonios] Just. *Thebanos.* Nec aliter legend. esse seqq. declarant. *Græv.* Bong. eumque secutus Bernecc. edidere *Athenienses et Lacedæmonios;* quod ita in codd. Mss. legeretur. Sed monet tamen Bong. pro *Laced.* legend. *Thebanos.* Deinde in var. lectt. et hoc notavit, quod codd. quidam typis expressi habeant *Athenienses, Thebanos, et Lacedæmonios:* id quod de antiquis etiam edd. Bech. Maj. et Sich. testari licet. Græv. autem testatur ed. Junt. habere planissime *Athenienses et Thebanos.* Quid ergo amplius tergiversaremur, neque *Thebanos* hic pro Lacedæmoniis substitueremus? *Vor.*

Athenienses et Thebanos] Sic ex Junt. et vett. edidit Vorst. probante Græv. *Schef.* Angl. *Athenienses, Thebanos, et Lacedæmonios.* Nihil in vulg. mutand. *Græv.*

Magno auri pondere] Δωροδοκία et ἀργυρόγχη Demosthenis ex Plut. in ejus Vit. cap. 35. Diod. XVII. 4. Agell. XI. 9. Dinarchi et Æschinis Oration. cont. Demosth. et aliunde nota est. Excusat tamen eum Paus. Corinthiacis. *Bern.*

§ 8 *A Triballis*] *Ab Illyriis* habet Arrian. I. *Bongars.* A Nostro stat Plut. in Vit. Alex. cap. 19. *Bern.*

Affirmaverit] Angl. *affirmaverat.* Servo vulg. *Schef.*

§ 9 *Præsidia*] Leg. *et pr.* Fab.

CAP. III. § 1 *Hortatus*] Peculiari notione pro, excitare: cui quodammodo affinis est XI. 9. 13. ubi 'hortari' pro, consolari, sumitur. Utrumque nostris est, Einem zusprechen. *Bern.*

Sub Æacidarum gente] Diod. XVII. 4. ἀφ' Ἡρακλέους. Erat autem Alexander paterno genere Ἡρακλείδης; materno Αἰακίδης. Plutarchus, alii. Erat Hercules Thebanus, non Thessalus. In eund. lapidem impingit Just. cum paulo post cap. 4. 5. ait, ab Hercule Æacidarum gentem originem trahere. *Bong.*

Sub Æacidarum gente] Ms. Junt. et vett. edd. aliæ *ab.* Hanc lect. postulat Latinæ linguæ genius. Quid enim est *necessitudo sub Æacidarum gente?* inepte quoque interpreteris, sub Æacidarum imperio. Mox Junt. *increpitis.* Græv. Impressi pro *sub* habent *ab* Æacidarum gente, vera lectione; sensus est: Vel usque ab ultima gente Æacidarum necessitudinem inter eos fuisse. *Faber.* Antiquiores edd. Bech. Maj. et, ut Græv. testatur, Junt. *ab.* Sed et Ms. quidam teste Bong. ita habet. Atque eam lect. genium Lat. linguæ plane postulare censet Græv. *Vorst.* Rectius *ab.* Littera *s* ex fine præc. vocis male huic adglutinata est. Nescio tamen, annon scripserit Just. *ob Æ. gentem.* Potuit ultimæ litteræ

vocis *gentem* accidisse contrarium, et absumta esse per *n* subsequens. *Schef.* Angl. *ab Æ.* Videtur lect. hæc præferenda vulgatæ. Nam *necessitudo ab aliqua gente* intelligitur ea, quæ ab ea gente oritur, quod vult Noster. Non sic *necessitudo sub gente.* Possunt enim necessitudines inter se plurimum existere etiam sub gente peregrina. Ita *ab* adhæsit littera *s* a voce præc. Ita natum *sub.* Schef.

§ 2 *Exemplo patris*] Sup. VIII. 2. 1. *Bern.*

§ 4 *Pueritiamque Alexandri spretam*] Demosth. Alexandrum 'puerum et margiten,' h. e. fatuum, inertem, vocabat. Plut. in Demosth. cap. 32. et Alexand. cap. 19. *Id.*

§ 7 *Nec deprecatione*] Anglicanus hæc omittit. *Schef.*

§ 8 *Socii*] Diod. XVII. 14. Ξύνεδροι. *Bong.*

§ 10 *Odium*] Sich. *odio* mallet. Sed illud rectum est: sicut contr. 'amor deliciæque' pro homine amato. Ita formosas 'dolores oculorum' dixit Alexander, Plut. in ejus Vit. c. 36. Uxor 'desiderium oculorum' Ezechiel, XXIV. 16. *Bern.*

Jurejurando se obstrinxerint, ut, &c.] Pro, victis Persis Thebas se diruturos esse. Cujus generis plura ad v. 3. 3. et IX. 2. 12. notavimus. *Vor.*

CAP. IV. § 1 *Cleadas*] Liber ἀνώνυμος de Vita Alexandri, quem mihi ex bibliotheca reginæ matris utendum dedit doctiss. Fr. Pithœus, refert Ismeniam quend. Thebanum, τῆς ἀβλομελοδίας ἔμπειρον ἄνθρωπον καὶ σοφὸν τῇ γνώμῃ τυγχάνοντα, in Thebanorum gratiam ap. Alexandrum dixisse. *Bongars.* Junt. *Eleadas.* Græv.

Non a rege se defecisse] Leg. *defecisse SE, quem, &c.* Faber. Istud *se* in 4. codd. invenerunt Oxonn. meritoque probante Schef. reposuerunt, adstipulante Junt. *Græv.*

§ 2 *Credulitatis*] 'Quæ error est magis, quam culpa; et quidem in optimi cujusque mentem facillime irrepit:' Planc. ad Cic. Fam. X. 23. Vid. et Polyb. VIII. 2. *Bern.*

§ 3 *Ut nihil amarius umquam sint passi*] Angl. *amarius, quam sint passi, deprecentur, nec jam.* Valde placet. Pulchre quippe respondet sequens 'orare,' quod alias non haberet, quo satis commode referatur. Illud *deprecari* Noster quoque alibi sic usurpat, ut II. 6. 'Dum Darii corpus sepeliant, dilationem mortis deprecantur.' Sic alibi. *Schef.* Non possum h. l. probare codicis Angl. et qui eam laudant, scripturam. Plane hæc adversantur sententiæ huj. orationis, quæ hæc est: Fæminas et senes ita stupris et contumeliis vexatos esse, ut nihil ullo tempore acerbius sint passi, nec jam pro civibus se tam paucis orare qui supersint, ut illis parcatur, sed pro patriæ solo. Hæc liquida sunt: illa non obscura solum, sed aliena cum ab h. l. tum ab ipsa Lat. lingua. Quis enim sic loquitur: Ita vexatus sum, ut nihil amarius, quam sum passus, deprecer? Aut, si quis ita loqueretur, a quo intelligeretur? *Græv.*

§ 4 *Quæ non viros tantum, verum et Deos, genuerit*] Bacchum nimirum, et Herculem. Hinc explica vv. illos Sophoclis, qui ap. Dicæarchum exstant: Θήβας λέγεις μοι, τὰς πύλας ἑπταστόμους, Οὗ δὴ μόνον τίκτουσιν αἱ θνηταὶ Θεούς. Quos vv. perperam corrigunt. Statim post leg. ex Ms. Biblioth. Lugd. *actæque Thebis a patre ejus Philippo pueritiæ.* Voss.

§ 5 *Actaque Thebis*] Sup. VII. 5. 3. *Berneccer.* Cum sc. a fratre Alexandro Thebanis obses datus in domo Epaminondæ vitam egit. Vid. VII. 5. Pro *acta pueritia* quidam codd. testibus Bong. atque Voss. habent *actæ pueritiæ:* quam lect. iid. et probant. Mihi tamen altera lect. magis placet: ut *acta Thebis a patre ejus pueritia* sit, propter actam Thebis pueritiam, vel

quod pueritiam Thebis pater egisset; quemadmodum 'deprecatur superstitione' est pro, deprecatur per vel propter superstitionem. Si legatur *actæ pueritiæ*, oportebit id referri ad vocem, quæ præcedit, 'superstitione.' Atqui hoc non potest: non enim pro superstitione haberi potuit quod pueritiam Philippus Thebis egerat, quemadmodum quod Hercules, quem pro Deo colebant, ap. Thebanos genitus fuerat, pro superstitione haberi poterat. *Vor.*

§ 7 *Urbs diruitur*] Præter Arrian. I. Diod. XVII. 13. et 14. Plut. in Alex. c. 19. et 20. vid. Ælian. V. H. XIII. 7. Paus. Arcad. et Strab. IX. qui Thebas suo tempore vix tueri scribit, *οὐδὲ κώμης ἀξιολόγου τύπον*. *Bong.*

Captivi] Quorum erant 30. M. Ceciderant autem 90. M. Plut. Alex. c. 20. Ælian. V. H. XIII. 7. *Idem.* Ælian. de captivis consentit: occisorum autem circiter 90. M. corrupto f. numero, refert. Iid. et Arrianus I. addunt Pindari domum, ejusque stirpem, ab Alexandro, poëtæ nobilissimi reverentia ducto, sartam tectam conservatam: sacerdotibus item utriusque sexus et Macedonum hospitibus parcitum fuisse. De Pindari familia consentit etiam Plin. VII. 29. *Bern.*

Sub corona venduntur] Non quod corona militum, custodiæ causa, captivorum venalium greges circumstaret: sed quia jure belli captos coronatos vænire mos erat. Vidend. Agell. VII. 4. *Bern.*

§ 8 *Extenditur*] Ut tanto pluris sc. vænirent, quanto cupidius ab inimicis emerentur. Hisp. interp. exiguo pretio venditos ait, quasi per contemptum. Sed verbum 'extenditur' hanc significationem non admittit. Diod. XVII. 14. e captivorum distractione talenta 440. redacta scribit, opinor Attica; quæ si singula 600. coronatis æstimentur, uni captivo e 30000. illis evenerint coronati prope 9. *Idem.*

§ 9 *Aperuere*] Reddentes vicem beneficii, quale et ipsi acceperant. Sup. V. 9. 4. et 5. *Idem.*

§ 10 *Ut oratores, &c.*] Quorum nomina referunt Arrian. I. et Plut. Alex. c. 32. *Idem.*

§ 11 *Ne cogantur*] Ms. Bong. *ne hæc cog.* Optime. Porro sic distingue: *paratisque Ath., ne hæc cogantur, subire bellum, eo res, &c.* Gron.

Retentis oratoribus] Demosthenes recitato in concione, de lupis ab ovibus deditionem canum postulantibus, Apologo, obtinuit ne dederentur: Plut. in Alex. cap. 33. excepto tamen Charidemo, qui, ex oratoribus unus exulare jussus, in Asiam ad Darium profugit. Arrian. I. *Bern.*

§ 12 *Ad Darium profecti*] Arrian. solum Charidemum nominat. *Bong.*

CAP. V. § 3 *Et*] Hoc *et* ex præc. vocabulo repetitum nullius usus videtur. *Fr.*

Reges stipendiarios] In exercitu Alexandri 'Pythagoram regem Cypriorum' memorat Curt. IV. 3. 19. an et alios, jam non occurrit. Frontin. Strat. II. 11. 3. scribit 'Alexandrum, devicta perdomitaque Thracia, reges eorum præfectosque secum in militiam Asiaticam velut honoris causa traxisse.' Hi tales fuerint, quales Romanorum auspiciis et arbitrio regnarunt, precarii et vix reges. Freinshemium add. ad Surium p. 515. *Ber.*

Conspectioris ingenii] 'Quibus videbatur inesse cura detractæ libertatis,' ait Frontin. ib. Exempla plura Principum, qui suspectos aut æmulos per speciem honoris abstraxerunt, referuntur a Grut. Diss. 36. ad Tac. Add. inf. XII. 14. 5. *Idem.*

Ad commilitium secum trahit] Tibullus I. 11. 'Nunc ad bella trahor.' Ceterum *trahere* sæpe id. est quod, ducere. Val. M. V. 4. 1. 'Volumniam uxorem ejus et liberos secum trahens castra Volscorum petiit.' *Vor.*

§ 4 *Adunato*] Ita Ms. et quidam

impressi, rectius, opinor, quam quomodo Bong. edidit, *Adornato:* maxime cum et alibi sic loquatur Auctor iis locis, quæ Freinshemii monstrat Index. *Bern.*

Duodecim aras Deorum] Scribi volui, *Duodecim aras Deorum*, per literas majusculas; neque id temere, (in hac enim ed. nihil somniculose executi sumus,) non autem sunt duodecim aræ, sed aræ 'Duodecim Deorum.' Qui autem illi Duodecim Dii sint, facile ex his duobus Ennii vv. discas: 'Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Saturnus, Jovis, Mercurius, Neptunus, Apollo.' Hi 12. Dii ab Ovidio dicuntur *Dii nobiles*, ad distinctionem Semideorum, Nympharum, Faunorum, Satyrorum, et Sylvanorum: I. M. 'Dextra lævaque Deorum Atria nobilium valvis celebrantur apertis.' Alibi vocat, plebeios Deos, s. de plebe Deos. Notiss. autem est et decretum illud Lacedæmoniorum super Alexandro, qui se inter 12. Deos referri volebat; ita illud genus, ubi se hominem esse obliviscitur, ridiculum est et ineptum. Verum Arrian. 3. tantum Deos h. l. commemorat, queis Alexander rem sacram fecerit. Ita est; sed nunc non ad Arrian. scribimus, imo, ad Just. *Faber.* Singulis nimirum majorum gentium Diis unam. Duodecim Deorum nomina disticho inclusit Ennius hoc modo; 'Juno, Vesta, Minerva, Ceres, Diana, Venus, Mars, Mercurius, Jovis, Neptunus, Vulcanus, Apollo.' Vid. Commentarium Merulæ ad lib. I. Annal. Ennii. Athenis Euphranor, nobilis pictor, 12. Deos pingere conatus est; sed in ipso opere defecit. Vid. Plin. XXXV. 11. Paus. Atticis et Val. M. VIII. 11. Ext. 5. Herod. quoque in Erato 12. Atheniensium Deos nominat; et in Euterpe scribit, Ægyptios primos 12. Deorum nomina in usu habuisse, et ab illis Græcos fuisse mutuatos. *Vor.*

Aras Deorum] Jovi Descensori, et Minervæ, et Herculi structas aras ait Arrian. I. *Bern.*

§ 6 *Littore excederet*] Junt. *cederet.* F. *littori accederet.* Mox iid. et Ms. *longinquæ a domo militiæ.* Græv. Suspicantur viri doctiss. *litore accederet.* Sed puto, agi h. l. de abitu Alexandri ex Europa, in quo pariter, ut in aditu ad Asiam, sacrificia fecit. Arrian. I. 'Ferunt altaria struxisse Jovi descensori, et Minervæ, et Herculi ibi, unde ex Europa solvit, et in eo Asiæ loco, in quem descendit.' Sane et quæ proxime præcedunt de divisione patrimonii inter amicos, non in Asia, sed Europa, facta sunt. *Schef.*

§ 7 *Quibus longa, &c.*] Sed quot annorum illa ratio est? Crederes enim, 12. aut 13. seculorum. At nil tale est; nam a Cyro imperii Persici conditore ad Darii mortem anni sunt 230. non plures. Sic Nereus, ap. Horat. regnum Priami *vetus* appellat: 'Conjurata tuas rumpere nuptias, Et regnum Priami vetus:' et tamen a Dardano et Teucro ad finem Priami non possunt esse plus quam 300. *Fab.*

§ 8 *Præsumptio*] I. e. persuasio, fides, fiducia, opinio. Sic III. 4. 'Itaque cum, contra præsumtionem suam, annis decem in obsidione urbis tenerentur;' i. e. contra quam sibi proposuerant, vel præter animi opinionem. Cum autem 'præsumere' et 'præcipere' sint fere idem, huc quoque sine machinatione istum Virgilii vs. trahas: 'Omnia præcepi, atque animo mecum ante peregi.' *Faber.* Plin. IX. Ep. 3. 'Alium ego beatissimum existimo, qui bonæ mansuræque famæ præsumtione perfruitur:' vid. ibi Buchner. *Græv.*

§ 9 *Longinquæ domo militiæ*] Ms. *a domo*, quod præfero, habetque sic Junt. *Schef.*

§ 10 *Jaculum*] Δόρυ. Diod. XVIII. 17. *Bong.*

Tripudianti similis] Membranæ meæ *tripudiantis:* quo modo dixit Plaut. Asinar. 'Hic quæstus noster aucupii

est simillimus :' et Plin. H. N. XII. 17. ' Mastiche tertia in Ponto bituminis similior.' *Mod.*

§ 11 *Precatur*] Leg. *precatus*. Fab. *Ne se regem, &c.*] Virgil. fine Georg. de Imp. Augusto : ' Victorque volentes Per populos dat jura.' Ita Demosth. in Philipp. ἑκόντων ἦρξαν Ἑλλήνων, quam summam laudem gubernatoris esse, Xen. ait in Œconom. Videsis Ælian. XII. V. H. 9. de Timesia, ultro imperium abdicante, quod omnibus odio se esse videret. At non hodie tantum aut heri, ' ostentandæ per terrores potentiæ dira, sed frequens magnis imperiis, gloria.' Sen. de Clem. I. 1. *Bern.*

§ 12 *Heroum*] Palmaria correctio, cujus inventæ laudem ingenio Sebisii transcribo : temeritatis, si qua est, culpam, qui nulla Mstorum auctoritate comprobatam in textum ausus sum admittere, mihi servo. Faciebat audacem et vocum affinitas, cum ex *eorum*, quomodo hactenus omnes edd. habebant, in *heroum* facilis sit transitus : et vero consensus auctorum. Nam et Plut. in Alex. c. 24. et Diod. XVII. 7. Alexandrum Ilii *heroum* tumulos in transitu veneratum scribunt. *Berneccer.* Nunc præfero vetus *eorum*. Nam non tantum ad heroum tumulos parentavit Alexander ; sed et ceterorum Trojano bello cæsorum, uti citato l. diserte addit Diod. *Idem.* Admisi conjecturam Sebisii, qui legit *heroum*. Notiss. autem est illa tempora dicta fuisse heroica. In omnibus tamen libris scriptum est *eorum*. Faber. Illud *heroum* in posterioribus edd. Ultrajectina, Lugdunensi, ipsaque Argentoratensi servatum video. Merito autem Bernecc. repudiavit rursus. Nam nec in ullo cod. Ms. aut antiquiore typis expresso repertum illud fuit ; et Diod. XVII. 17. scribit, Alexandrum non ad tumulos heroum tantum, sed et ceterorum, qui Trojano bello perierunt, parentasse. *Vorst.* Merito Bernecc. hanc emendationem Sebisii probavit, sequentesque editores, ut et recentissimi Faber et Oxoniensis, quia nihil certius non tam bello Trojano cæsorum (quot enim homines nihili ceciderunt?) quam eximiorum heroum manibus parentasse Alexandrum. *Græv.*

CAP. VI. § 1 *Milites*] Ms. *militem*, quod est elegantius, et f. alterum glossatoris est, non Justini. *Schef.*

Parcendum suis rebus] Ita Crœsus Cyro suadens, ne Lydiam populandam militi daret, ' Non meam,' inquit, ' urbem, non res meas, diripies, nihil enim ad me jam ista pertinent : tua sunt : tua illi perdent.' Herod. I. 88. Add. monitum Quintii Flaminii ap. Plut. in ejus Vita c. 7. Alexandri Ætolorum principis ap. Liv. XXXII. 33. 11. Athenionis in Excerpt. Diodori XXXVI. p. 847. pr. Nam, ut inquit Jocasta ad Polynicem, Sen. Theb. act. IV. ' Quæ corripi igne, quæ meti gladio, jubes, Aliena credis.' ' Nullum desperationis [Persarum] majus indicium [Alexandro fuit] quam quod urbes, quod agros suos, urerent : quicquid non corrupissent, hostium esse confessi :' Curt. IV. 14. 2. Add. Plut. Demetr. c. 8. f. Pertinet huc expositio Freinshemii ad Curt. V. 6. 12. *Bern.*

§ 2 *In exercitu ejus*] Plut. in Alex. c. 23. scribit, quosd. Alexandro tribuere τρισμυρίους πεζούς, (et tot edit Diod. XVII. 17. et Arrian. I.) alios τετρακισχιλίους καὶ τρισμυρίους. Equitum autem illi 5. M. hi 4. fuisse tradiderunt. Diod. in numero equitum consentit cum Justino : navibus autem longis 60. trajecisse Hellespontum refert. Frontin. IV. 2. 4. solis hominum 40. M. orbem terrarum aggressum scribit. *Bong.*

§ 3 *Utrum admirabilius vicerit, an aggredi ausus fuerit, incertum est*] Legitur vulgo *utr. sit admirabilius, vicerit, an.* Putarunt enim librarii ' admirabilius ' esse nomen, eique necessario verbum substantiv. addi oportere. Verum verba ' vicerit ' et ' ausus fuerit,' quæ conjunctivi modi sunt, et propter voculas ' utrum ' et ' an,' quæ talem modum requirunt, posita ita sunt, satis declarant *sit* hic locum non habere. ' Admirabilius ' est adverbium comp. gradus : cujus positivo *admirabiliter* usus Auctor est I. 8. 14. quod scripsit ' admirabiliter insignis.' Ceterum toti structuræ periodi similis est illa, quæ V. 4. 13. apparet : ' Certant secum ipsi, utrum contumeliosius ipsum expulerint, an revocarint honoratius.' *Vor.*

Utrum admirabilius vicerit, an aggredi ausus fuerit, incertum est] Sic rectissime Junt. ut ante legend. esse viderat doctiss. Vorst. Vulg. est insulsissima. *Græv.*

§ 6 *Principia castrorum*] De militia Macedonica loquitur Auctor more Romanorum, quibus ' principia ' locus castrorum princeps et sacer, et quia in iis aquilæ et signa, i. e. Dii militares : item in iis, aut juxta illa, Tribuni, Præfecti, honestissimi Decurionum et Centurionum. Plut. in Galb. c. 17. Ἀρχαῖα, ἃ πρηγκίπια Ῥωμαῖοι καλοῦσι. Statius etsi in re Græca circumscribit X. 171. ' Ventum ad concilii penetrale, domumque verendam Signorum.' *Initia* vocat Sidon. Apollin. I. 11. si recte locum capio : ' Quem inter initia cognosci, claritas vitrici magis quam patris fecit.' *Berneccer.* ' Principia ' h. l. metonymice usurpavit Auctor pro ipsis principibus, qui alias ' optimates castrorum ' dicuntur. Vid. IV. Obs. 10. *Gronov.* Quæ sint principia in castris, diligentissime ostendit Lips. in Libb. de Militia. *Fab.*

§ 8 *Affirmans suis, occulta consilia victoriæ furtivæ convenire*] Sapor ap. Marcellin. XVII. ' Illud apud nos numquam acceptum fuit, quod adseritis vos exsultantes, nullo discrimine virtutis ac doli prosperos omnes laudari debere bellorum eventus.' Diod. ἀνάξιον id ait τῆς Περσῶν μεγαλοψυχίας. *Bongars.* Secuti sumus Gruteri judicium in Notis ad Liv. I. 11. 8. censentis locum ita restituend. auctoritate Mss. ejecta *non*. Id. enim Darius dicit, quod Alexander ap. Curt. IV. 13. 8. ' Latrunculorum et furum ista solertia est, quam præcipitis mihi, quippe illorum votum unicum est fallere.' De Parthis rex eorum Sapor ap. Ammian. XVII. 10. ' Illud apud,' [&c. V. sup.] Quanquam et Romanis, nimirum antiquis, hanc animi magnitudinem tribuit Liv. XLII. 47. 5. &c. Tac. A. II. 88. 2. Atheniensibus Thucyd. II. 8. 24. Achæis Polyb. XIII. 11. Helvetiis Cæs. B. G. I. 13. Verum ista plerumque jactantius dicuntur, quam fiunt. *Berneccer.* Recte Bernecc. negativam voculam expunxit, neque, ut Bong. edidit, *victoriæ furtivæ non convenire*. Voculam eam et ab ed. Becharii abesse video. *Vor.*

Victoriæ furtivæ] Thucyd. V. 2. 5. strategemata vocat apposite κλέμματα, h. e. interprete Sall. H. I. 4. 13. ' furta belli.' Huc respicit et Tac. A. III. 74. 2. ' Tacfarinas furandi bonus.' Alexandri celebre dictum est ap. Plut. in ejus Vit. cap. 57. *Οὐ κλέπτω τὴν νίκην, Non furor victoriam.* Bern.

§ 9 *Hostem regni finibus arcere*] An præstet, bellum domi excipere, an vero in hostilem agrum inferre, disputatur in Liv. XXXI. 7. Add. Nostr. I. 8. 2. XXII. 5. 4. et 5. *Idem.*

§ 10 *In campis Adrastiis*] Steph. de Urb. Ἀδραστείας πεδίον, per quod fluit Granicus fl. a quo hoc prælium dicitur ' ad Granicum.' Strab. XIII. *Bongars.* Ms. *Adrasties.* Junt. *Adrastiæ :* ut Græcis, Ἀδραστείας πεδίον. *Græv.* Legend. *Adrastiæis*, nam urbs ipsa dicebatur ' Adrastia.' *Faber.* Junt. teste Græv. *Adrastiæ.* Quod magis congruit cum Græco Ἀδραστείας πεδίον, quod habet Steph. *Vor.*

§ 11 *In acie Persarum sexcenta millia militum fuere*] Quis non miretur tam impudens mendum a nemine hac-

tenus quod sciam reprehensum? Quis non credat duplo majorem exercitum ducum Darii fuisse, quam ipsius regis, quando ad Amanicas Pylas pugnaturus cum Alexandro venisset, ubi a Just. 300. M. peditum narrantur? Hic vero, si Diis placet, 600. M. Atqui quomodo hunc l. emendemus, non est certum, cum nec aliud in exemplaribus legatur, et ap. huj. historiæ scriptores tam varius prodatur numerus, ut pudor sit legentibus. Diod. verisimiliter 100. M. peditum, 10. M. equitum, habuisse Persarum duces scribit. Arrianus, cum Alexandri milites non multo pauciores quam Just. scripsisset, hostium peditatum minorem fuisse Macedonum peditatu inquit. Fuere autem Macedonum peditum 32. M. ut Just. paulo ante dixit. Quænam igitur erit huj. l. emendandi ratio? Ego, si conjectura satis sit, Just. arbitror scripsisse *In acie Persarum* c. *millia fuere*. Sicut et Diodorus. Lector quod placuerit sequatur. Mox *novem pedites de Alexandri exercitu cecidisse* leguntur, ubi quidam codd. *noningenti* habent. Quid si *nonaginta* legamus? Cum Arrianus primo impetu 25. deinde 30. cecidisse dicat. Verum enim vero si pergam ostendere, quoties in talibus varient inter se auctores, res nunquam finem reperiet. Multa hic nobis transilienda ac dissimulanda. *Glar.*

In acie Persarum] Diod. XVII. 19. peditum 100. M. equitum 10. qui hoc prælio Persarum peditum 10. M. equitum 2. M. cecidisse auctor est: Plut. c. 26. peditum 20. M. *Bongars.* 'Sed quis aut in victoria, aut in fuga, copias numerat?' Curt. III. 11. 30. *Bernec.* Cl. Blancard. in Notis ad Arriani lib. I. existimat in grandi illo 600. M. numero grandem errorem commissum, et scribend. esse *sexaginta millia*. Nam si in primo certamine, quod absente Dario cum ejus ducibus fuit, 600. M. fuissent, nullam idoneam afferri rationem, cur Darius in prælium Issicum cum 400. M. peditum ac 100. M. equitum processerit, ut ipse Just. huj. ejusd. lib. cap. 9. scripserit; et ingenio Darii institutisque gentis id refragari. Deinde esse et aliam causam, cur non legi hic possit *sexcenta:* quia nimirum Auctor inf. cum Darium 500. M. in aciem eduxisse scribit, addat, 'movisse hanc multitudinem hostium respectu paucitatis suæ Alexandrum:' nunc vero, ubi de primo prælio agit, nihil hujusmodi adjiciat. Aguosco sane et ipse, numerum *sexcentorum millium* huic l. minime convenire: an vero *sexaginta millium* scripserit Just. adhuc dubitari posse videtur. Quid si dicamus pro *sexcentorum* legend. esse *centum* aut *ducentorum?* Diod. certe XVII. 19. 100. M. peditum, et supra 10. M. equitum, in acie Persarum tunc fuisse scribit. *Vorst.*

§ 12 *Novem pedites*] Id. ex Aristobulo refert Plut. c. 26. et confirmat Oros. III. 16. et IV. 1. ne quis cum Glareano mendum hic esse suspicetur. Arrianus ex Macedonum auxiliis 25. cecidisse: ex reliquis equites 60. pedites 30. Plut. ex Aristobulo c. 26. τριάκοντα νεκροὺς γενέσθαι τοὺς πάντας. *Bongars.* Matthæus: 'In exercitu vero Alexandri 900. cecidere pedites et 120. equites.'

§ 13 *Impense ad ceterorum exemplum humatos*] Diod. μεγαλοπρεπῶς. *Bong.* Diod. XVII. 21. 'Rex suos magnifice sepulturæ tradit, excitatiores ad discrimina pugnarum reddere cupiens milites ejusmodi honestamentis.' Nostris moribus, nemo conqueri poterit, paucos esse viros fortes, qui impigre et intrepide in hostem vadant: quando nec vivi meritis præmiis, nec mortui dignis honoribus, afficiuntur. Add. inf. XII. 1. 1. *Bern.*

Ad ceterorum exemplum humatos] Antiquiores edd. Bech. et Maj. *ad cet. solatia.* Vorst.

Statuis equestribus] Τούτων χαλκαῖ εἰκόνες ἐν Διῷ ἑστᾶσιν. Arrian. *Bongars.*

Æneas statuas in templo Jovis erectas, quas Lysippus statuarius Alexandri finxit, refert Arrian. I. *Bern.*

§ 14 *Post v.*] Vincent. IV. 27. 'Post hanc vict.'

Major pars Asiæ] Ἡ ἐντὸς τοῦ Ταύρου καὶ Εὐφράτου. Strab. *Bong.*

§ 15 *Terrore nominis, &c.*] Sic Dolabella 'terrore nominis Romani' solvit Numidarum obsidium. Tac. A. IV. 24. 2. Pro belli initiis ducem aut timeri aut sperni, prolixe Grut. ostendit ad Tac. Diss. 8. *Bernec.* Saxo VII. p. 139. 40. 'Regnorum omnium motus nominis sui terrore cohibuit.'

CAP. VII. 1 *Indicio, &c.*] Id. XIV. p. 359. 39. 'Quod Absalon captivi cujusdam indicio expertus.'

Lyncista] Secutus rursus sum ed. Junt. quæ teste Græv. sic habet. Vulgo editur *Lyncistarum.* De quo quid sentiend. videatur, dixi supr. XI. 2. 2. *Vors.*

§ 3 *Post hæc*] Aliter Curt. III. 1. 16. &c. qui ante prælium hæc facta memorat. *Bern.*

Gordien] Ita vett. omnes: Græci Γόρδιον: et ita f. librarius scripserat, ut inf. multis locis *Crateron: τοῦ o* facilis est in *e* mutatio. Stephanus vocat Γορδίειον. Hic initium habent quæ ad nos pervenerunt Q. Curtii Fragmenta. *Bongars.* Videtur Auctor scripsisse *Gordium.* Ut Liv. XXXVIII. 19. 'Postero die ad Gordium pervenit:' et Curt. III. 1. 'Gordium nomen est urbi.' *Gronov.* Junt. *Gordieum.* Steph. Γορδίειον, aliis Γόρδιον. Dein *jugum plaustri Gordii* ap. eosd. *Græv.* Alii *Gordieum;* alii *Gordien,* quod minus probem. *Faber.* Omnes Mss. quos Bong. vidit, habent *Gordien.* Sed agnoscit id. scriptionem eam minus recte se habere. Neque novum est unum idemque mendum in omnes, aut in plurimos, libros Mss. irrepere. Mirum igitur quod Bong. et secutus eum Bernecc. ita edidere. Est autem legend. vel, ut Bong. conjicit, *Gordion,* ex Græco Γόρδιον; vel, ut ed. Junt. teste Græv. habet, *Gordieum,* ex Græco Γορδίειον; quod habet Steph. vel denique, ut quidam typis expressi habent, et nunc nos edimus, *Gordium.* Vors.

Quæ posita est inter Phrygiam Majorem et Minorem] Falsum. Non enim inter Phrygiam Majorem et Minorem sita urbs Gordium, sed inter Phrygiam Majorem et Cappadociam. Stephanus: Γορδίειον πόλις τῆς μεγάλης Φρυγίας, πρὸς τῇ Καππαδοκίᾳ, ἀπὸ Γορδίου τοῦ πατρὸς Μίδου. Alii tamen similiter in Phrygia Minore ad Sangarium ponunt. Sed inepte. Ineptiunt quoque illi, qui eand. ac Sardes faciunt. Celænas enim Alexander jam ceperat. Neque quisquam prodidit eum regressum in Phrygiam Hellespontiacam. *Voss.*

§ 4 *Non tam propter prædam*] Illud *tam,* quod prius positum est, satis probat legi debere *quam quod,* pro *sed quod.* Faber.

Jugum Gordii] Malim quod in quibusd. impressis est *jugum plaustri Gordii,* sicut etiam inf. n. 15. *Bern.*

Jugum plaustri Gordii] Ita antiquiores typis expressi, Junt. puta teste Græv io, Becharii, Majoris. Et mirum Bong. τὸ *plaustri* expunxisse, eumque alios esse secutos. Certe XI. 7. 15. diserte legitur 'jugum plaustri.' Arrian. quoque II. scribit, Alexandrum videre voluisse τὴν ἅμαξαν τοῦ Γορδίου, καὶ τοῦ ζυγοῦ τῆς ἁμάξης τὸν δεσμόν. *Vors.*

§ 6 *Vicinæ urbis*] Omnino scribo *Telmisinæ,* non *vicinæ.* Nihil enim minus quam vicina fuit hæc urbs Phrygiæ. Telmisenses autem fuisse σοφοὺς τὰ θεῖα καὶ τὴν οἰωνοσκοπικὴν ἐξηγεῖσθαι, nec bardi et bambaliones ignorant. Confirmat hanc conjecturam Arrian. II. quem consule. Abit ille paullulum ab Justino in hac narratione. Sed non possum omittere, quid sit quod maxime hic mirer. Cum enim supr. dixerit, et nos etiam ex aliis ostenderimus, Midam cum Phry-

gibus ex Europa in Asiam trajecisse, quomodo pater ejus Gordius in Phrygia Asiatica regnare potuerit? Aut quomodo Phryges ante Midam in Asia? Non tamen hoc unus Justinus, sed et Arrianus et alii produnt. *Voss.* Voss. legend. censet *Telmisinæ*. Nec multo aliter Blancard. *Telmissi urb.* Hanc enim lect. firmare Arrianum, qui Telmissensium vatum hic meminerit, et puellæ, quæ ex vatum progenie, et oppidi in quo Jovi sacrificari jusserit. Verba Arriani II. sunt: Ἰέναι [τὸν Γόρδιον] ποιώσοντα ὑπὲρ τοῦ θείου παρὰ τοὺς Τελμισσέας τοὺς μάντεις· εἶναι γὰρ τοὺς Τελμισσέας σοφοὺς τὰ θεῖα ἐξηγεῖσθαι. Ceterum Telmissus non vicina Gordio, ut secundum vulgarem lect. Nostri statuendum esset; sed in extremis Lyciæ ad mare posita fuit, ut ex Ptolemæo et Mela demonstrat Blancardus. *Vors.*

§ 8 *Tam pulcra conditio, &c.*] 'Conditio' hic usurpatur pro matrimonio, ut Plaut. Stych. I. 2. 81. 'Quin vos capitis conditionem ex pessuma primariam?' Id. Truc. IV. 3. 75. 'Dicam ut aliam conditionem filio inveniat suo:' et Trinum. I. 2. 122. 'Habeo dotem unde dem, Ut eam in se dignam conditionem collocem.' *Gronov.* Proprie loquitur. Inde formula perpetua renuntiandi sponsalibus, CONDITIONE TUA NON UTOR. Est igitur 'conditio' nil aliud quam nuptiarum pactio. *Faber.*

§ 10 *Regem discordiis opus esse*] Cic. ad Att. XV. 20. 'Video mihi opus esse viaticum.' Vid. Non. Hic vulgo *rege*. Bongars. Vulgo *rege*, non protritæ phraseos ignorantia. Plaut. Truc. 'Quid isti suppositum puerum opus pessimæ?' Lucret. V. 235. 'Nec crepitacula eis opus est.' Vid. Non. Ad rem facit illud Tac. A. I. 9. 11. 'Non aliud discordantis patriæ remedium, quam ut ab uno regatur.' Et Hist. I. 1. 2. 'Ad unum omnia referri, pacis interest.' *Bernec.* Antiquiores quidam typis expressi, et aliquis item Ms. *rege*. Sed Bong. ex codd. credo Mss. edidit *regem*. Bernecc. porro et Freinsh. aliquid phraseos non protritæ hic esse credunt; quod videl. *opus* non modo dativum, sed et accusativum, adsciscat. Mihi vero ex his quidem Justini id probari posse non videtur, sed *regem* esse accusativum, qui verbum *esse* antecedat. Quomodo dicitur: 'Dux et auctor opus est,' ita plane et *Rex opus est*. Deinde quia ap. Just. præcedit 'responderunt,' non mirum quod loco nominativi ponitur accusativus, diciturque, *responderunt regem esse opus*. Nimirum post verbum dicendi, quomodo alias, ita nunc quoque, ponitur accusativus cum infinitivo. Ad *discordiis* subaudi, tollendis, vel simile quippiam. *Vorst.* Quid vult illud *discordiis?* an, quod discordiæ postularent, tanquam sibi necessarium? Hunc sane sensum alias habet hæc locutio, ut cum dicitur, Opus mihi pecunia, Opus tibi est consilio. At vero hæc Justini mens non potest esse. Itaque vir doct. putat illud *discordiis* explicand. ita, ut subaudiatur, tollendis, vel quid simile. Sed in tali formula hujusmodi quid omitti, quod subaudiri debeat, non puto posse ullo alio exemplo confirmari. Quare certus sum illud *discordiis* non Justini esse, verum glossatoris. *Scheff.* *Regem discordiis opus esse* nihil aliud est quam, discordias requirere regem, quod idem est ac, discordias sopiri non posse sine rege; sicuti dicimus, Reipublicæ dictatorem opus esse, s. desiderare dictatorem. *Græv.*

§ 11 *De persona regis*] Ms. habet *rege:* unde colligo vocem *regis* quoque irrepsisse ex glossa. Just. scripserat: *Iterato quærentibus de persona.* Post voci 'persona' adjecta est glossa *rege* in capite, quasi vellet, quærentibus de rege. Tum cum alius recepisset hoc in textum, scripsissetque *quærentibus de persona rege*, alius putavit emendand. in *de persona regis*. Glossam esse id etiam docuerit, quod mox sequitur, 'jubentur eum regem observare.' Nam hic voce *regem* non fuisset opus, si præcessisset *regis*. *Scheff.* Nunquam 'persona' simpliciter sic usurpatur bonis scriptoribus. Sed 'de persona regis consulentibus' est, quærentibus cui personam regis sint imposituri. Sicut 'persona consulis' est, consulis dignitas et munus. *Græv.*

Euntem plaustro] Sic XLI. 3. 4. 'equis incedere,' 'super equos ire.' *Vors.*

§ 13 *Vehenti*] Passive hoc est accipiend. eod. sc. sensu, quo Cic. dixit de Cl. Orator. cap. 97. 'Adolescentia per medias laudes quasi quadrigis vehens:' et de N. D. I. 28. 'Maritimus Triton pingitur natantibus invehens belluis,' pro, invectus, herein fahrend. Add. Liv. XXII. 49. 7. Suet. Cæs. 37. 3. et 78. 3. et Claud. 28. 3. et notata Rubenio Elect. I. 4. *Bern.*

Regnum delatum] Ms. quidam habet *r. ei d.* unde possit suspicari aliquis Just. scripsisse *quo vehente;* nam et vehicula vehere dicebantur, ut ex Ovid. pridem docui lib. I. Rei Vehic. cap. 17. *Schef.*

Majestati Regiæ consecravit] Quæ veluti Dea ap. illos Vett. erat, unde et tam frequens Deorum Regalium mentio. Æschylus autem assessores Jovi facit BIAN et KPATOΣ, *Vim* et *Robur*, s. *Potestatem.* Faber.

§ 14 *Post hunc filius Mida regnavit*] Atqui VII. 1. 11. scribit, Midam in Europa partem Macedoniæ tenuisse, indeque pulsum fuisse. Quæ quomodo non repugnent, cum Vossio non intelligere me fateor. Arrianus quoque lib. II. Midam Gordio in Phrygia procreatum scribit, et a Phrygibus, cum hi seditione laborarent, et ab oraculo moniti essent currum illis regem allaturum qui seditionem tolleret, regem constitutum esse. *Vors.*

Ab Orpheo sacrorum solemnibus initiatus] Fuit enim theologus Orpheus. Unde Horat. Epist. II. 3. 'Silvestres homines sacer interpresque Deorum Cædibus et victu fœdo deterruit Orpheus: Dictus ab hoc lenire tigres rabidosque leones.' Vid. Servium ad illud Virgil. Æn. VI. 645. 'Nec non Threicius longa cum veste sacerdos.' *Mod.* Conon ap. Phot. Narrat. I. refert, quod Midas Ὀρφέως κατὰ Πιέρειαν τὸ ὄρος ἀκροατὴς γενόμενος, πολλαῖς τέχναις Βριγῶν βασιλεύει. *Voss.*

Religionibus implevit, quibus, &c.] Lactant. de Ira I. 12. 'Religio et timor Dei solus est, qui custodit hominum inter se societatem.' Cic. de N. D. I. 2. 'Pietate adversus Deos sublata, fides etiam et societas humani generis, et una excellentissima virtus justitia tollitur.' Causam aperit Liv. I. 21. 1. et 2. item I. 19. 4. Unde Plut. adv. Colotem 47. 'Urbem citius sine solo, quam rempubl. sine opinione de Diis, aut constitui aut constitutam servari posse' scribit: et 48. 'Religionem vinculum sive coagulum' vocat 'omnis societatis, et justitiæ firmamentum.' De falsa ille quidem: sed quanto magis id verum de vera? *Bern.*

§ 16 *Violentius oraculo usus*] Vix persuadeo mihi sic Just. scripsisse. Quodnam hoc loquendi genus, *violenter uti oraculo?* quid est *uti oraculo?* Pro *usus gladio* libri Mss. habent *universa uris gl.* Unde puto scriptum a prima manu fuisse: *violentius oraculo universa, usus gladio, loramenta cædit.* Ut *violentius oraculo* sit idem, ac violentius, quam oraculum, puta exigebat, vel dicebat. *Schef.*

CAP. VIII. § 2 *Quingenta, &c.*] Liv. XXVII. 45. 'Postquam jam tantum intervalli ab hoste fecerat.'

3 *Cydni*] Ψυχρὸν δέ φασι καὶ ταχὺ τὸ ῥεῦμα τοῦ Κύδνου. Eustath. Vid. præter Plut. Alex. cap. 29. Val. M. III. ult. Diodorus XVII. 31. causam morbi nullam affert. *Bong.*

In præfrigidam undam] Malim *in*

præfrigidam, nudum. Id.

§ 4 *Interclusa voce*] XII. 15. 12. 'præclusa voce.' Deinde 'non spes modo remedii' est pro, non modo non spes remedii. Vid. Not. ad II. 1. 6. *Vorst.*

§ 5 *Remedium polliceretur*] Mallem *pollicetur.* Schef.

Parmenionis epistolæ] Sen. II. de Ira c. 23. 'Alexandrum epistola matris admonitum fuisse, ut a veneno Philippi medici caveret,' sed tamen 'acceptam potionem non deterritum bibisse' scribit. *Vorst.*

§ 6 *Ingenti pecunia*] Et promissis filiæ nuptiis. Plut. Alex. c. 30. *Bern.*

§ 7 *Indubitato morbo*] Sebis. *indubitata morte:* vix dubia correctio. Sic enim et XII. 15. 1. *Bernec.* Amplector emendationem Sebisii. Sic XII. 15. 1. 'Indubitatam mortem sentiens.' *Vorst.* Sebis. *indubitata morte*, quod viri doctiss. vehementer probant. Mihi tamen nulla opus emendatione videtur, quia illud *indubitato* non est adjectivum h. l. sed adverbium, nec cohæret cum *morbo*, sed 'perire.' Porro *perire indubitato* est, certo et citra dubium mori. Si quis tamen mallet *indubitate*, adversum me non haberet. *Schef.*

§ 8 *Epistolas medico tradidit*] Rectius *epistolam;* unica enim tantum fuit, nec plures legere potuit interea, dum Alexander bibebat. *Schef.* Cave quicquam mutes. Nam *epistolæ* Justino sæpius accipitur, ut litteræ, pro, epistola. In cap. 12. ter occurrit: 'Darius, cum Babyloniam profugisset, per epistolas Alexandrum deprecatur.' Loquitur autem de epistola prima. Mox: 'Interjecto tempore aliæ epistolæ Darii Alexandro redduntur.' Dein: 'Scribit itaque et tertias, et gratias egit,' h. e. tertiam epistolam. Lib. I. c. 7. 'Lectis ille epistolis.' Atqui unam tantum fuisse epistolam caput præc. ostendit. *Græv.*

Inter bibendum, &c.] Cogitand. an non scripserit Just. *inter bibendum, dum oc. in v. leg. intendit, ut s. c.* Ita melius videntur cohærere. *Schef.*

Oculos in vultum legentis intendit] Tac. A. III. 3. 1. 'vultum scrutari' dixit. *Bern.*

§ 9 *Ut, &c.*] Dissentit a Just. Zonaras IV. 9. Καὶ ὁ μὲν ἔπιεν, ὁ δὲ ἀνεγίνωσκεν, ἐνορῶντες ἀλλήλοις, ὁ μὲν Ἀλέξανδρος ἐν ὄψει χαριέσσῃ καὶ ἱλαρᾷ, ὁ δὲ Φίλιππος περιδεεῖ καὶ τεθορυβημένῃ. Curt. III. 6. de Philippo refert: 'Ille, epistola perlecta, plus indignationis quam pavoris ostendit.'

CAP. IX. § 1 *Cum quadringentis millibus*] 600. M. habet Arrianus I. quem numerum Persas prima congressione habuisse scripsit Just. h. lib. cap. 6. 11. vereor ut recte: qui enim jam moveretur Alexander, 600. M. primo prælio superatis? Vulgo hic legitur *CCCtis mill.* quod probat Oros. III. 16. *Bongars.* Atque ita etiam expressit interp. Hisp. *Bern.*

In aciem procedit] Mss. plures, *in acie*, quod f. non est negligend. 'In acie' vel, omissa præp. 'acie procedere,' est, procedere copiis instructis ordinatisque, ad conflictum certo modo dispositis. Ita *suggredi acie* usurpavit Tac. IV. A. 47. 'Quos dux Romanus, acie suggressus, haud ægre pepulit.' *Schef.*

§ 2 *Respectu, &c.*] Saxo XVI. p. 374. 37. 'Ut absque p. s. r. in hostem contenderent.'

Interdum] H. e. interim, ut ap. Vell. II. 74. 2. et in Apuleio sæpius. *Bern.*

§ 3 *Ne desperatio suis cresceret*] Locus hic nonnihil est suspectus mihi Certe si timebat Alexander, ne desperatio cresceret, necesse est, ut jam aliqua fuerit ap. ejus milites. At diversum ex historia colligitur. Deinde ne oratio quidem satis decens, quia illud *suis* et mox *suos* repetitur ingrate. Mallem ergo pro *suis cresceret* legere *succresceret.* Dicitur 'succrescere desperatio,' quando paulatim oritur. Ita Plaut. *mores succrescere* dixit Trin. I. 1. 'Sed, dum illi ægrotant, interim mores mali Quasi herba irrigua succreverunt uberrime.' *Schef.* Num igitur jam in desperationem inciderant? Nam, si tum nulla fuit desperatio, quomodo potuit crescere? Præterea valde ingrata est isthæc repetitio *suis, suos*, in tam paucis verbis. Adstipulor igitur præstantiss. Scheffero. *Græv.*

Singulas] Est geminus huic l. locus ap. Liv. XXX. 33. 8. in hæc verba: 'Varia adhortatio erat in exercitu inter tot homines, quibus non lingua, non mores, non lex, non arma, non vestitus habitusque, non causa militandi eadem esset. Auxiliaribus et præsens et multiplicata merces ex præda ostentatur. Galli proprio atque insito in Romanos odio accenduntur. Liguribus campi uberes Italiæ deductis ex asperrimis montibus in spem victoriæ ostentantur. Mauros Numidasque Masanissæ impotenti futuro dominatu terret: aliis aliæ spes ac metus jactantur. Carthaginiensibus mœnia patriæ, Dii penates, sepulchra majorum,' &c. *Mod.*

§ 5 *Nec inventos illis toto orbe pares viros*] Ita jam pridem hic emendand. docui ad illa Curtii mei ex lib. IV. 'Macedones virtute assecutos, ne quis toto orbe locus esset, qui tales viros ignoraret.' *Mod.* Opt. in antiquis edd. legitur *inventas . . . vires.* At sic non modo Auctor XXXI. 1. 'Ne uno tempore duplici bello vires Romanæ detinerentur,' sed et Liv. I. 30. 'Ut omnium ordinum viribus aliquid ex novo populo adjiceretur.' Sed X. 14. 'Ibi integræ vires sistunt invehentem se jam Samnitem:' et Val. M. I. 1. 15. 'Majore Romanarum virium parte:' (ubi Pighius legi vult *Romanorum virorum.* Sed contr. libros script.) et Frontin. IV. Strat. 7. 6. 'Naturam Romanarum virium per hoc vobis exemplum ostendi:' et Euseb. in Chron. p. 184. 'Romanæ vires.' *Gronov.* Junt. ante Modium *inventos . . . viros.* Sed probat Gronov. aliarum edd. scriptionem: *inventas . . . pares vires:* h. e. exercitum, qui illis par sit: ut superius: 'Ne Lacedæmoniis illæ vires accederent,' h. e. copiæ. Nec infrequenter ead. notione in aliis locis usus est Noster. Postea *haberi et salutari ut reginas* Ms. Junt. et aliæ edd. *Græv.*

Nec inventos . . . viros] Ita ex Mss. edidit Bong. Et habet quoque ita Junt. At aliæ vett. edd. Bech. puta et Maj. habent *inventas vires:* quam lect. Gronov. alteri præfert. Mihi tamen *inventos viros* magis placet. *Vorst.* Gronov. verissime. Sensus est: Nullum exercitum, quantumvis magnum, parem esse illis. 'Vires' vero in h. sensu ap. Just. frequenter admodum occurrit. *Græv.*

§ 7 *Consuescant oculis, &c.*] Est huj. l. nota fabula de vulpe ad primum leonis conspectum exterrita, eund. postea minus minusque formidante. 'Quæ ex usu sunt, non timentur,' Vegetius III. 12. fin. 'Subita conterrent hostes: usitata vilescunt,' Id. III. 26. *Bern.*

§ 8 *Nec Darii segnis opera in ordinanda acie fuit*] Ita antiquiores typis expressi. Et retinuit eam lect. Bong. At Bernecc. quod a Bong. in Mss. quibusd. observatum sciret, *Nec D. regis o. in ord. acie defuit*, hoc ipsum pro altero substituit. Mihi τὸ *regis* tanquam supervacuum suspectum est; et per hoc ipsum quoque τὸ *defuit.* Quid opus erat addi *regis*, cum toties tum Darius, tum Alexander, nominatus, neque tamen quod reges fuissent additum esset? *Vorst.* Optime Junt. *Nec Darii segnis opera*, cum Bong. Vorst. et Schef. *Græv.*

Imperiique perpetuæ a Diis immortalibus datæ possessionis admonere] Quomodo et sedem quondam Imperii

Romam 'Urbem æternam' jactant, præter Inscriptiones antiquas et Impp. Constitutiones, Ammian. XIV. 14. Liv. XXVIII. 28. 12. Flor. 1. 7. 10. &c. immemores, 'omnia mortalium opera mortalitate damnata esse, et inter peritura nos vivere:' Sen. Ep. 91. 'Urbium, imperiorum, gentium, nunc floret fortuna, nunc senescit, nunc interit:' Vell. II. 11. 6. Τὸ εἱμαρμένον ὥσπερ ἐμψύχοις, οὕτω καὶ πόλεσιν ἄφυκτον. Pachymer. Hist. Byzant. II. 27. *Bernec.* Scrib. *dati possessionis.* Ait imperium perpetuæ datum possessionis. *Voss.* Perpetuam possessionem vocat, quæ nullam interruptionem passa fuerat. Vir doctiss. aliquid in hoc loco vitii esse putavit, quod non video, nec quidquam esse arbitror. *Fab.*

§ 9 *Prælium ingentibus animis committitur*] Ἐν Ἰσσῷ τῆς Κιλικίας. Diod. XVII. 32. et seqq. M. Cic. Fam. II. 10. Hoc prælio 110. M. cæsa. Plut. ut Diod. XVII. 36. peditum 12. myriades, equitum 10. M. *Bong.*

In eo, &c.] Matthæus: 'In eo prælio uterque vulneratus est, et tam diu c. a. fuit, quoad aufugeret Darius.'

§ 10 *Pedestres centum triginta*] Miror Fr. Fabricium diligentiss. hominem notare ad Oros. cum Justino facere Diodorum, quia τριακοσίους habet, i. e. trecentos. *Bong.*

§ 13 *Hortandasque*] H. e. consolandas: quo sensu 'alloqui' et 'alloquium' usurpari notavit Varro VI. de L. L. sicuti παρηγορεῖν et παρηγορία Græcis: add. sup. Not. ad XI. 3. 1. *Bernec.* 'Hortari' quid hic sit, intelligitur optime ex eo, quod Curt. III. 12. 26. scribit: 'Rex bonum animum eas habere jussit.' Vid. et sup. XI. 1. 8. et inf. XIV. 3. 4. *Vor.*

§ 14 *Non mortem, sed dilationem mortis, deprecantur*] Malim *vitam*, ut quidam ediderunt contr. librorum Mss. fidem. 'Deprecari' enim h. l. est, valde precari. Vid. Gell. VI. 16. inf. XII. 2. 'Auxilia adversus Bruttios deprecantibus.' Quamvis et ap. h. Auctorem diversam significationem habeat. *Bongars.* Commune verbum 'deprecari' ad duo ista, *mortem*, et *dilationem mortis*, diverso plane sensu refertur: illam, ne inferatur; hanc, ut concedatur: quomodo etiam III. 1. 9. *vindicare* duplici simul significatione sumitur: 'Et eædem patris, et se ab insidiis, vindicavit.' Exempla duo regulæ, quam Schol. Soph. ad Elect. 138. refert: Πολλάκις τὸ κατὰ κοινοῦ λαμβανόμενον διαφόρως νοεῖται: *Sæpe verbum, quod ad communionem assumitur,* (ut loquitur Papinian. in L. 77. §. 22. D. de Legat. 2.) *diversa significatione accipiendum est:* et in exemplum adducit ex Homeri Il. XI. 328. cui fere simile est illud Ciceronis pro Murena cap. 10. 'Tu caves ne tui consultores, ille ne urbes aut castra, capiantur.' Ita Terent. Eunuch. IV. 7. 19. 'Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.' Ov. Tr. 1. 2. 77. 'Non peto, quas quondam petii studiosus, Athenas,' &c. Sidon. Apoll. IV. 1. 'Nisi cui ingenium sibique quis defuit.' Huj. l. crediderim illud esse Plinii Paneg. cap. 20. 'Adsuescat Imperator cum imperio calculum ponere,' h. e. sepositа imperatoria dignitate, rationem expensarum reddere. Den Kaiſer auff ein ſeit ſetzen und Rechnung thun. Ubi 'ponere' habet utramque significationem, et apponendi, respectu calculi; et deponendi, respectu imperii. Sicut eod. Paneg. cap. 65. opponuntur, 'hic suscipere, hic ponere, magistratum,' h. e. deponere. Qui me nunquam nisi doctiorem ab se dimittit, vir et in sua Jurisprudentia et in his quoque litteris eximie magnus, Casp. Bitschius, Antecessor Acad. quem honoris et observantiæ causa nomino, docuit me, observationem hanc ad multa etiam loca Juris

civilis utilem esse. Juris enim auctores frequenter ita loqui, ut simul et negligentiam s. culpam, et diligentiam vel custodiam, 'præstandam' esse dicunt; illam quidem ut absit, hanc ut adsit: illam, ut de ea s. ob eam quis teneatur; hanc ut ad eam quis teneatur; vel certe ob hanc omissam, et illam admissam. Ut L. 5. §. 2. D. Commodati, L. 1. D. de Tutel. et Rat. distrah. L. 17. D. de Jure dot. &c. Sic L. 25. D. de V. S. 'pars,' relatum ad 'servitutem,' intelligitur de parte generis: ad 'dominium' vero, de parte integri. Item L. 1. C. Ubi de Crim. ag. oport. vocabulum 'criminis,' relatum quidem ad verbum 'commissum,' significat delictum, aut ipsum factum criminosum: ad 'inchoatum' vero, accusationem criminis. *Bernec.* Id h. l. potest observari, istud 'deprecantur' in diversa significatione sumtum esse. Qui enim mortem deprecatur, orat NE sibi mors afferatur; qui deprecatur dilationem, orat, UT sibi concedatur dilatio. Ita deprecatur bellum, qui bellum timet; deprecatur pacem, qui pacem cupit. Sed in eod. unius alicujus periodi membro si quis ita loquatur, vitiosum puto, et ab hujusmodi imitatione refugiendum. Quamvis itaque in sensu diverso recte dicatur, 'ulcisci patrem,' et 'ulcisci inimicum patris,' non ideo tamen, si de filio loquaris, qui, dum patrem defendere studet, illius inimicum interficit, non, inquam, recte feceris, si dices, 'Ille et patrem et illius hostem ultus est;' quia sc. geminam eid. verbo significationem, idque in eod. membro orationis, tribueres, quod non modo obscuritatem affert, sed et contr. judicium est. *Faber.* Edd. Bech. et Sich. habent *non vitam, sed dilationem mortis, deprecantur:* ut verbi 'deprecari' ad diversa relati una eademque notio sit. Et sane 'deprecari vitam' dicit Auctor XVI. 1. 1. Sed præfero tamen lect. alteram. Nec est adeo insolens, ut uni eidemque verbo, prout ad diversa refertur, duplex subjecta sit notio. Estque manifestum ejus exemplum I. 9. 12. s. ibi *remittunt*, s. *permittunt*, legas. Vid. Notas ad eum l. *Vor.*

§ 15 *Haberi ut reginas*] Add. XXXVI. 1. 6. et XXXVIII. 9. 3. *Haberi et salutari* ex fide cod. Maffæani legit Just. Rycquius Centur. II. Epist. 43. *Bernec.* Antiquiores Junt. Bech. et Maj. edd. una voce auctius habent *haberi et salutari ut reginas.* Sed et codd. quidam Mss. ut Bong. et Rycq. testantur, ita habent. *Vorst.*

CAP. X. § 2 *Barsinen captivam diligere*] Mirum est etiam in Alexandri uxoribus nomina variata. Tres ejus numerantur uxores. 'Barsine' Darii filia, de qua h. l. et lib. XIII. Ejus filius Hercules, qui una cum matre a Cassandro Macedonum rege occiditur, ut postea lib. XV. narrat Auctor: Diod. 'Statyram' hanc vocasse videtur, et nisi codd. fallant, etiam Just. XII. postquam Babyloniam redierat ex India Alexander. Altera 'Rhoxane' Oxyartis Bactriani filia, de qua etiam libro XIII. Tertia 'Parysatis' Ochi filia, quam Susis duxerat, ut initio fere lib. VII. narrat Arrianus. Lector ipse cogitet quid sequend. *Glar.*

Barsenen] Barsinen Darii filiam commemorat Arrianus VII. quam devicto Dario Alexander in uxorem duxit: de ea inf. XIII. 2. 7. *Bongars.* Add. Plut. Alex. c. 36. *Bernec.* Junt. *Barsinen* cum Arrian. et Plut. Dehinc *Abdolonymus.* Mox *applicito*, ut supra, iid. *Græv.* Bong. et Bernecc. edidere *Barsenen;* cum tamen XIII. 2. 8. scripserint *Barsine.* Vetus Junt. ed. teste Græv. et hic *Barsinen* habet. Fuit non Darii, ut ex Arriano constare posse Bernecc. putat; sed Artabazi filia, et Memnonis dum vi-

veret conjux: quæ Damasci capta ante nuptias consuetudinem cum rege habuit. Vid. Notas Blancardi ad lib. VII. Arriani. *Vor.*

§ 3 *A qua*] F. *e q.* Gron.

§ 6 *Obvios cum infulis, &c.*] Regiæ dignitatis insignibus. Ita Pollio in Gallienis duobus cap. 10. 'Odenatus rex obtinuit totius Orientis imperium, quod se fortibus factis dignum tantæ majestatis infulis declaravit.' *Infulæ* proprie quidem sacerdotibus, victimis, rebusque sacris tribuuntur, quanquam et regum persona sacra habetur: et alioquin etiam ea vox generalius accipitur. Ut ap. Spartian. in Adriano cap. 6. 'infulis ornatus Pannoniæ,' h. e. titulo præfecturæ Pannonicæ. Sen. ad Helv. 13. 'Vir constans ipsas miserias infularum loco habet.' Et Ep. 14. 'Literæ etiam apud mediocriter malos infularum loco sunt,' h. e. dignitatis. Quædam edd. non bene *cum infulis.* 'Infulæ' supplicum insigne sunt ap. Liv. XLV. 26. 2. Eæd. dicuntur 'velamenta supplicum' Curtio VII. 5. 51. Cæs. B. C. II. 12. nec alio sensu accipiendus h. l. Justinus. *Freinsh.* Puto respicere Justinum ad memorabilem illam historiam, quam Josephus de Jaddo, summo Judæorum sacerdote, narrat. Vid. eum XI. Antiq. 8. *Voss.* 'Infulæ' hic non insignia dignitatis regiæ; sed insignia supplicum sunt, velatis manibus orantium: unde et 'velamenta supplicum' ab auctoribus dicuntur: ipsaque vocabula *infularum* et *velamentorum* etiam conjuncta reperiuntur. Liv. XXXVII. 'Teii, cum in oculis populatio esset, oratores cum infulis et velamentis ad Romanum miserunt.' Tac. I. H. 'Velamenta et infulas præferentes.' Rursus Liv. XLV. 26. 'Tota multitudine cum infulis obviam effusa.' *Infulæ* victimarum itidem velamenta fuere, ut vel ex his Varronis VI. de L. L. apparet: 'Infulas dictas apparet in hostiis, quod velamenta e lana.' *Vor.* Hunc l. illustrat Avus Obs. in Script. Eccles. 6.

§ 8 *Abdalonimus*] Diod. XVII. 46. Βαλλώνυμον vocat, non Sidonis, sed Tyri regem constitutum. Vid. Curt. IV. 1. 28. Vett. nostri mire variant. *Bong.*

Sidoniæ] Puta, urbis. Sidoniam urbem dixit etiam Virgilius. Quia tamen Mss. habent *Sidona* vel *Sidone*, cogitandum, an non id, quod aliis est Sidon, terminatione Latina nominare voluerit *Sidonam.* Quanquam, cum ipse Noster XVIII. 3. nominet *Sidona*, non *Sidonam*, aut *Sidoniam*, f. optimum sit hic etiam legere non *Sidoniæ*, sed *Sidonis.* Schef.

§ 9 *Oblocare*] Impressi quondam habuerunt *ablocare*, quod est rectius opinione mea. Nam 'ablocare' ac 'elocare' idem. *Ablocare* sensu simili usurpavit Suet. Vitell. 7. 'Domum in reliquam anni partem ablocaret.' *Id.*

Misere vitam exhibentem] Putabam *exigentem*, sed hoc rectum est. Ita Noster XXII. 1. 3. 'Vitam stupri patientia exhibuit:' add. notam ad IX. 2. 7. *Bernec.* XXII. 1. 3. 'Vitam stupri,' &c. Ex quo apparet, 'vitam exhibere' id. esse quod, tolerare, sustentare.' Nec tantum dicunt 'vitam exhibere;' sed et 'exhibere aliquem,' pro, tolerare, alere. Vid. Not. ad IX. 2. 7. *Vor.*

§ 10 *Coronam auream*] Athenæus XII. ex Charete refert, 'post victum Darium, missas Alexandro coronas partim a legatis gentium, aliisque, æstimatas decem millibus ac quingentis talentis.' Obvia talia gratulationis exempla sunt et in Romana historia. Ut in Liv. XXXVIII. 37. 4. cum Cn. Manlius Gallogræcos vicisset, eoque terrore Asiam liberasset: 'Missæ undique legationes non gratulatum modo venerunt: sed coronas etiam aureas pro suis quæque facultatibus attulerunt.' Videndus omnino Lips. de Magnit. Rom. II. 9. *Bern.*

In titulum gratulationis] Illud etiam Romanis usitatum, neque coronæ solum ipsæ mittebantur, sed aurum ut pecunia ad coronas, atque id proprie aurum coronarium. *Idem.*

Grate munere accepto] XXXI. 7. 6. 'Gratum se munus accipere.' Et XII. 11. 2. 'Nec a debitoribus magis quam a creditoribus gratius excepta munificentia.' *Vorst.*

§ 11 *Id eum in Tyro vetere*] Vett. *deum Tyro:* legend. arbitror *id eum in Tyro vetere, antiquiore templo:* sine copula. Dicebatur enim locus ille Παλαίτυρος. Vid. Curt. V. 2. Arrian. II. Diod. XVII. 40. et Plut. in Alex. 41. *Bongars.* Scribi curavi *in Tyro-vetere*, utraque voce per lineolam copulata; ut intelligeretur esse compositam. Hæc Tyrus, Palætyros, i. e. Tyros Vetusta, a Græcis dicebatur; distabat autem ab altera Tyro stadiis 30. teste Strabone; eratque in continenti; at altera, celebratissima illa et decantatissima Tyros, insula erat, cum obsideri ab Alexandro cœpta est. Ceterum, ubi mox dicitur *et antiquiore templo*, recte vidit Bernecc. expungend. esse illud *et*, hoc sensu, per ablativum abstractum: Rectius id in Vetere Tyro facturum, antiquiore templo, i. e. cum Palætyri templum multo esset antiquius quam id quod in Nova Tyro conspiciebatur. *Faber.* In continenti fuit Παλαίτυρος, *Antiqua Tyrus*, ubi Herculi sacra facere Alexander potuisset. Ap. Curt. legati respondent, 'esse templum Herculis extra urbem in eam sedem quam Palætyron ipsi vocant: ibi regem Deo sacrum rite facturum.' In antiquiore illo Palætyri templo occisus fuit Sichæus a Pygmalione: quod ex eo colligitur, quod Dido, cum ad Pygmalionem in regiam se venturam simularet, naves conscendit, atque ita aufugit. *Vorst.*

§ 12 *Non minus animosis*] Mss. habent *animosos Tyrios*, et mox *excipit*, quod f. non est negligend. Quia tamen illud genus Nostro alibi quoque passive magis, quam active usurpatur, ideo suspicor scripsisse Nostrum: *confestimque exercitu insulæ applicato, a non minus animosis Tyriis fiducia, &c.* Nisi malis ista verba, *non minus animosis, &c.* putare seorsum posita significare causam, quare bello fuerit exceptus. Cum præsertim alibi quoque illud *excipi* sic absolute ponat. Ut II. 5. 1. 'Scythæ servili bello domi excipiuntur;' non dicit, 'a quo,' sed simpliciter, 'excipiuntur bello.' Sic XLIII. 1. de Ænea: 'Statimque bello exceptus.' *Schef.*

§ 13 *Ducentes*] Scrib. *ducentibus;* ut referatur ad præcedens '*Tyriis,*' non ad 'animos.' *Gron.*

§ 14 *Non magno*] Imo satis magno, si ætatem Alexandri spectes, et ceteras res ab eo gestas: septem quippe menses in hac obsidione consumti. Plut. in Alex. 41. Curt. IV. 4. 30. *Fr.*

Per proditionem capiuntur] Nemo dixerit, per proditionem esse captam Tyrum. *Voss.* Bis peccat Justinus; nam et tempus obsidionis longum fuit; et per proditionem capti non fuerunt Tyrii. *Faber.* Septem tamen menses in obsidione Tyri consumti, ut ex Curtio notum. De 'proditione,' qua capta sit Tyrus, nihil prodidere alii. Ipse Noster XVIII. 3. scribit, 'expugnata urbe.' *Vorst.*

CAP. XI. § 1 *Inde Rhodum*] Oros. III. 16. et 17. hanc lect. sequitur, quæ mihi propter Mss. varietatem suspecta est: eorum plerique habent *Inter hæc dum Alexander Æg. Cil. s. cer. recipit, ad Jovem Hammonem, &c.* Bong.

Ciliciamque] Ciliciam? non opinor. hanc enim inter primas habuit. F. *Cyrenen.* Fr.

Ciliciamque] Atqui Cilicia jam diu erat capta. Scrib. itaque *Syriamque*,

Sic quoque nonnulli inter Justini compilatores legerunt. *Voss.* Istud *Ciliciam* vitiosum esse jam alii viderunt: nam pridem perdomita fuerat hæc provincia. Universum hunc locum sibi suspectum ait esse Bongarsius. Quidam ap. Bernecc. legebat *Cyrenen*; Is. Vossius *Syriam*; vere, ni fallor. *Faber. Ciliciam* Alexander occuparat jam ante. Quam ob causam pro *Ciliciam* Freinsh. legend. putat *Cyrenen*. Sed neque hoc potest. Nam Cyrenen obtinuit demum Ptolemæus, ut ex XIII. 6. 10. videre est. Rectius igitur videtur, quod Vossius legend. putat, *Syriamque*. Vorst.

§ 3 *Ex serpente*] Liv. XXVI. 19. 6. 'P. Corn. Scipio rettulit famam in Alexandro Magno prius vulgatam, et vanitate et fabula parem, anguis immanis concubitu conceptum,' &c. Ead. fere Agell. VII. 1. Similia de Augusto Suetonius 94. 8. Fabula illa de Scipionis ortu peperit aliam fabulam de specu in Linternino, ubi manes ejus custodire draco traditur, Plin. XVI. 44. pr. *Bern.*

§ 5 *Stupri compertam*] Ita Liv. VII. 4. 4. 'Nullius probri compertus.' Et f. ejus imitatione Tac. A. I. 3. 6. 'Nullius tamen flagitii compertus.' *Bernec.* Liv. XXII. 57. 'Dum Vestales stupri compertæ.' Aliud est 'stupro comperta;' quo Sulp. Severus utitur Hist. S. 1. 38. Vid. nostras in illum Notas. *Vorst.*

§ 6 *Originem divinitatis*] F. *originis divinitatem*. Gron.

§ 7 *Ingred. &c.*] Ælian. XII. de Nat. Anim. 6. Καὶ Ὀλυμπιὰς δὲ ἔκειτο γυμνὴ, ἡ τεκοῦσα τὸν τοῦ Διὸς, ὡς ἐκόμπαζεν αὐτὴ, καὶ ἐκεῖνος ἔλεγε.

Ut Hammonis filium] Τὸ *ut* videtur expungend. *Sebis. Hammon*, rectius *Ammon*, Jovis in Libya cognomentum est, ab arenis ei inditum, quarum ingens isthic copia. Mela I. 8. Olympiadis festivum rescriptum, quo filii jactantiam, 'genitum se Jove,' retudit, Agellius XIII. 4. refert. Corinthios Alexandro statuam Jovis ornatu intra Altim dedicasse, tradit Paus. v. longius a fin. *Bernec.*

§ 8 *Censeri*] Vid. notata ad IX. 2. 9. *Id.*

§ 9 *An omnes interfectores parentis*] Homo insigniter fatuus, qui se bipatrem haberi postulet. At boni illi nugivenduli, Hammonis Antistites, magis sapiebant, et, si quid bonæ mentis in cerebro Alexandri fuisset, hominem ad sanitatem revocassent, qui intimas Africæ solitudines penetrasset ut se lactandum et deludendum somniorum venditoribus propinaret. *Fab.*

§ 10 *Tertiam interrogationem poscenti*] Est qui *Tertia interrogatione* legend. ex Ms. censet: quomodo fere Tac. An. III. 16. 4. Alius et sequentia mutat ita: *Tertia interrogatione poscenti victoriam omnium bellorum, possessionem terrarum dari respondetur:* ne phrasis ista non offendat. 'Interrogatio' namque non hic ἐρώτησις, sed ἐρώτημα, h. e. non actus interrogandi, sed caput interrogationis est. Τὸ ζητούμενον appellat Diod. XVII. 51. ubi fusius hæc explicatur historia. Ceterum Atticismus est, cum verba regunt accusativos vel suæ originis, ut 'cœnare cœnam,' 'pugnare pugnam,' 'somniare somnium,' Plaut. 'jurare jusjurandum,' Cic. &c. vel cognatæ significationis, ut 'lucere facem,' 'cereum:' 'garrire nugas,' Plaut. 'pugnare prælia,' 'garrire libellos,' Horat. 'quiescere somnum,' 'substrepere verba,' Apul. Sic ἐρωτᾶν ἐρωτήματα, h. e. *interrogare* (s. cum Nostro *poscere*) *interrogationes*, dixit Æschines in Ctesiph. et Plut. in Colot. Add. Vechneri Hellenolex. p. 154. *Bernec.* Videtur Auctor scripsisse *Tertiam interrogationem ponenti*, ut Cic. I. de Orat. 22. 'Mihi nunc vos, inquit Crassus, ... quæstiunculam, de qua meo arbitratu loquar, ponitis?' Id. IX. Fam. 26. 'Quod tu unum ζήτημα Dioni philosopho posuisti:' et Phædr. Fab. 53. 'Nec quæstionis positæ causam intelligit.' *Gronov. Tertiam interrogationem poscenti*, pro, tertiam interrogationem interroganti. Verbis adjiciuntur non raro nomina ejusd. originis; ut 'ridere risum,' 'pugnare pugnam:' interdum et cognatæ modo significationis; ut 'pugnare prælia,' 'garrire nugas.' Quæ Latina, et ejusd. generis Græca, quid discrepent a phrasi N. T. χαίρειν χαρὰν μεγάλην, et id genus aliis, in cap. 35. libri de Hebraismis N. T. docuimus. *Vorst.* In Ms. legitur *Tertia interrogatione*, quod sine dubio rectissimum. Sed sic mutanda etiam distinctio, locusque totus ita scribendus: *Tertia interrogatione poscenti victoriam omnium bellorum possessionemque terrarum, dari respondetur.* Eleganter. Non poscebat interrogationem, sed interrogatione poscebat victoriam bellorum. Est autem *interrogatione poscere* id. ac, quærere utrum non sis habiturus victoriam. Curtius sic extulit: 'An totius orbis imperium fatis sibi destinaret pater.' *Schef.*

§ 11 *Comitibus quoque suis responsum*] Leg. *ipsius* pro *suis*. Fab. Pro, Comitibus ejus. Cujus generis varia in cap. 5. de Lat. fals. susp. congessimus. *Vor.*

§ 13 *Alexandriam condidit*] Eodemque tempore Parætonium. Adi Scalig. Animadv. in Euseb. p. 117. b. Annum Alexandriæ conditæ prodit Liv. VIII. 24. 1. *Bern.*

Et coloniam Macedonum] *Coloniam Macedoniam* est in Mss. et recte. Vid. Vechneri Hellenolex. p. 54. m. et 86. m. *Bernec.* Mss. omnes quos Bong. vidit, excepto uno, *coloniam Macedoniam*. Idque Bernecc. in Notis posterioribus rectum putat. Foret autem simile ei quod Sallustius dicit, 'mulieres Galliæ,' et multis id genus aliis, quæ Vechner. Hellenol. I. 8. collegit. *Vor.*

Caput Ægypti] Sic XI. 14. 10. Liv. XLII. 47. 11. 'Caput Thessaliæ Larissa.' Curt. V. 8. 1. 'Ecbatana caput Mediæ.' *Bern.*

CAP. XII. § 1 *Babyloniam profugisset*] Mss. habent *perfug.* quod videtur rectius, quoniam 'profugere' magis respicit locum ex quo, contra 'perfugere' locum ad quem. *Schef.*

§ 2 *In pretium*] Ms. Bongarsii præp. ignorat, quam et melius abesse opinor. *Gron.*

§ 4 *Sua sibi dari*] Xen. V. de Inst. Cyr. 'Lex est sempiterna inter homines, capta hostium urbe, eorundem res atque pecunias victori cedere.' Aristot. Polit. I. 4. pr. 'Lex velut pactum quoddam commune est, quo bello capta capientium fiunt.' *Bern.*

§ 5 *Cum quadraginta millibus peditum, et centum millibus equitum*] Quis credat equitum numerum sesquialterum fuisse ad peditum numerum? Ego pro XL. legam CCCC. quod est longe verisimilius: cum Arrianus peditum numerum faciat decies centenum millium, πεζοὺς δὲ ἐς ἑκατὸν μυριάδας. Curtius autem duplum ad eum, qui fuit ad Issum. *Glar.*

Quadringentis millibus] Ita Vett. omnes: antea mendose legebatur *quadraginta m.* Et in hoc numero dissentiunt scriptores. Videndus Curtius. *Bongars.* Nam Plutarchus in Alexandro, 54. m. 'millena millia militum' habet: probabilius quam Noster. Nam et Curtius IV. 9. 5. dimidio ferme majorem Darii fuisse ait exercitum, quam in Cilicia fuerat: (de quo sup. XI. 9. 1.) et vero credibile non est, minoribus copiis instauraturum fuisse pugnam, qui majoribus victus erat. *Bern.*

§ 6 *Ejusque mortem illacrymatum Alexandrum*] *Morti* f. rectius. Ita Suet. Vespas. 15. 4. 'Suppliciis illacrymavit et ingemuit,' et Curt. III. 12. 8. 'Pietati earum illacrymasse.'

Bern.

Mortem illacrymatum] Alii construunt cum casu tertio, dicuntque ‘ morti illacrymare.’ Unde Bernecc. conjicit et hic f. rectius ita legi. Nobis nihil mutand. videtur; est enim constructio facta vi præpositionis, ex qua verbum est compositum, quæque casum quartum requirit: diciturque *illacrymare mortem*, pro, illacrymare in mortem. Inf. XI. 15. 4. dicit, ‘ mortem lacrymis prosequi.’ *Vor.*

Humanitatis causa] Jure τῆς φιλανθρωπίας et pro necessitudine illa societateque, quæ inter homines intercedit. ‘ Communis humanitatis jus ’ Ciceroni dicitur pro Flac. 11. pr. ‘ Humanitatis negotium gerere ’ dicitur, qui cadaver sepelit: L. 14. §. 7. D. de Religios. quia memoria humanæ conditionis id facit. L. 27. D. de Condit. instit. Inde Quintilian. Decl. VI. corporis projecti ‘ Cadaver,’ inquit, ‘ ab incursu avium ferarumque tantum miserantium corona custodit. Convenerunt etiam alieni complorantes: totus in spectaculum populus effusus est, et ignoto quoque corpori publica humanitas quasi quasdam fecit exequias.’ Vid. et Sen. Benef. v. 20. m. Lactant. Inst. VI. 12. Hanc humanitatem ut auctores alii ‘ misericordiæ ’ ac ‘ pietatis,’ ita Capitolinus in M. Antonino Philosopho cap. 13. ‘ clementiæ ’ vocabulo designat: ‘ Tantaque clementia fuit,’ inquit, ‘ ut et sumptu publico vulgaria funera juberet efferri.’ *Bern.*

§ 7 *Filiasque ejus parvulas*] Qui *parvulæ* potuerant dici, cum ‘ adultas ’ dicat Curtius, Plutarchus θυγατέρας παρθένους, quarum alterutram, quam nimirum eligeret ipse, Alexandro Darius obtulit, ut observavit ampliss. vir Gisbertus Cuperus Obs. IV. 10. Censet is, aut Justinum errasse, aut librarios oscitasse, et fœdam mendam huic loco adspersisse, Justinum vero scripsisse: *cum matrem, filias, filiumque ejus parvulum frequenter consolaretur.* Hunc Curtius nondum sextum ætatis annum, cum caperetur, egressum esse scribit, IV. 14. eique Ocho nomen fuisse: vid. in laudatis illis Obss. plura, quibus hic locus illustratur. Inter alia ostendit Curtium sentire cum Justino, cum Darii uxorem visam semel tantum ab Alexandro tradit, quamvis in alia sit sententia Plutarchus et Appion Plistonices, qui tradant ex Epistola Alexandri, nunquam ab Alexandro visam fuisse Darii uxorem; quæ Epistola si genuina sit, merito ei potius credendum esse quam aliis auctoribus, vere ait Cuperus. Sed alii viro summo non possum adstipulari, qui ‘ frequenter ’ hic positum existimat pro, multis præsentibus, cum τῷ ‘ frequenter ’ hic non opponatur ‘ solus,’ sed ‘ semel.’ *Græv.*

Frequenter consolaretur] ‘ Frequenter,’ pro, præsentibus multis, præsente turba regia. Liv. I. ‘ Romam inde frequenter migratum est, a parentibus maxime ac propinquis raptarum.’ *Vorst.* Minime gentium. Hic ‘ frequenter ’ est, sæpe, ut constat ex oppositione τοῦ ‘ semel.’ *Semel tantum eam Alexandro visam, cum matrem filiasque ejus parvulas frequenter consolaretur.* Græv. ‘ Neq.’ idem valet quod, multis præsentibus, ut interpretantur Avus cap. 41. Obs. in Script. Eccl. p. 147. et Tennulius ad Frontin. Strat. III. 9. 2. vel, cum ingenti frequentia, quomodo loquitur Petron. 65. ‘ Inter hæc triclinii valvas lictor percussit, amictusque veste alba cum ing. freq. comissator intravit.’ Id. etiam *cum modica frequentia* dixit, 97. ‘ Intrat stabulum præco cum servo publico aliaque sane mod. fr.’

§ 8 *Gratumque sibi esse*] Quonam ista referenda? num ad superius ‘ ratus? ’ sic sane postulat ratio sermonis: at sententia est nulla. Quid

enim, *ratus est, sibi gratum esse?* Nescio igitur, an non hic scripserit Justinus, *gratum, inquit, sibi esse.* Cum præsertim Curtius testetur, in hujusmodi voces Darium, tensis ad cœlum manibus, prorupisse, IV. 10. Et ex voce *inquit* perire duæ primæ litteræ potuerunt facile propter præcedens *m*, totidem lineolis constans; post reliquum *quit*, quod sensum habebat nullum, mutari in *que.* Schef.

Gratumque, &c.] Accius in Armorum Judicio: ‘ Si autem vincas, vinci a tali nullum est probrum.’

§ 10 *Offert deinde*] De oblatis hisce conditionibus cum consultaretur, et Parmenio diceret: ‘ Ego, si Alexander essem, acciperem oblata;’ subjecit Alexander: ‘ Et ego, si Parmenio essem.’ Diod. XVII. 54. Plut. Alex. 51. Sc. juxta Pedonem: ‘ Non eadem vulgusque decent, et culmina rerum.’ *Bern.*

Pro reliquis captivis XXX. *millia talentorum*] In nostris Annotationibus in Q. Curtium de hoc numero multa scripsimus, quam mire sit ap. auctores variatus. Diodorus 3. M. talentum: Plut. et Arrian. 10. M. talentum (quamquam eam rem ab Arriano omissam, quia ante Gazæ oppugnationem ab eo descripta fuit, falso opinatus eram): Valerius VI. 4. ‘ centena millia,’ sed codex errat. Legend. enim X. *millia.* In Curtio summæ omnino corruptæ, maxime oppositione auri, quando duodecuplo sic augeatur. Ego 10. M. malim quam 30. M. mortua jam uxore. Verum, ut jam diximus, non est nostri negotii, tot ac tam diversas narrare auctorum opiniones. *Glar.*

§ 11 *Ad hæc Alexander, gratiarum, &c.*] Id. Curt. ‘ Nuntiate Dario,’ Alexandri verba sunt, ‘ me, quæ fecerim clementer et liberaliter, non amicitiæ ejus tribuisse, sed naturæ meæ. Bellum cum captivis et femixis gerere non soleo. Armatus sit oportet, quem oderim.’ Ita enim eum locum ante multos annos emendavimus turpiter ex Justino et inepte interpolatum: ut et alia multa quæ ap. eund. scriptorem proxime sequuntur, de quibus tum dixi. *Mod.*

§ 12 *Nec quod in dubios belli exitus, aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret*] Quomodo ‘ Vitellius, respectu suarum necessitudinum, nihil in Domitianum atrox parabat,’ Tac. H. III. 59. 10. Add. quæ habet Gruter. in Notis ad Panegyr. p. 601. f. item notata ad Tac. I. H. 7. 2. 5. *Bern.*

§ 13 *Adversus vires hostium, non adversus calamitates*] Pro *calamitates* putabam legend. *caritates*, sc. matrem, uxorem, filiasque Darii. ‘ Caritates ’ pro liberis dixit etiam Marcellin. XXII. 19. pr. ‘ Liberos et affectus ’ ait Vulcatius Gallicanus in Avidio Cassio cap. 7. ‘ necessitudines ’ Tac. III. H. 59. 10. Curt. IV. 10. 30. ipseque Noster XII. 15. 9. Sed Freinsh. meus pertendit, rectum esse *calamitates*, et locum explicat: Adversus hostem validum et potentem, non adversus fractum et calamitosum. Te, lector, amicæ litis arbitrum constituimus. Meam conjecturam juvat non dissimilis locus Livii v. 27. 8. ‘ Arma habemus non adversum eam ætatem, cui etiam captis urbibus parcitur: sed adversus armatos,’ &c. A Freinsh. stat id. Auctor XLII. 8. 7. ‘ Claram victoriam vincendo oppugnantes, non sæviendo in afflictos fieri.’ Et magis Curt. IV. 11. 28. qui tamen e Nostro, aut Noster forsan ex Illo, et hic et alibi a mala manu interpolatus esse videtur. Itaque mens Alexandri fuerit: Non aggressurus sum hostem ea parte, qua *calamitas* et infortunium obnoxium eum injuriæ fecit, ut sævitiam, libidinem, et si quid aliud victori licet, in captos exerceam; hoc enim vilis est et degeneris animi; sed unde arma et aciem ostentat. *Bern.*

§ 14 *Præstaturum se ea Dario*] Mss. *præsentaturum*. Unde Gronov. *polliceturque repræsentaturum*. Vid. lib. I. de Pecun. Vet. c. 8. *Græv.* Codd. Mss. quos Bong. vidit, *præsentaturum se ea Dario*. Unde Gronov. in lib. de Pec. Vet. conjicit legend. esse, *repræsentaturum se ea Dario*. Est autem verbum elegans *repræsentare*, pro, statim facere: neque adeo rarum ap. auctores. Suet. Aug. 'Quam summam repræsentari jussit.' Sen. Ep. 95. 'Petis ut, quod in diem suum dixeram debere differri, repræsentem, et scribam tibi.' Cic. v. Fam. 16. 'Quod est dies allatura, id consilio anteferre debemus, neque exspectare temporis medicinam, quam repræsentare ratione possimus.' Cujus generis plura in lib. de Latinit. vulgo fere neglecta. *Vor.*

§ 15 *Ceterum neque mundum posse duobus solibus regi*] Plut. in Apoph. 38. Diod. XVII. 54. Curt. IV. 11. 39. Ita Serinus ap. Stob. Serm. XLV. 'Omnium in terra bonorum auctor Sol: at, si gemini Soles forent, periculum immineret, ne omnia conflagrantia pessum irent. Ita et regem unum quidem accipiunt Lydi, et servatorem esse credunt; duos vero simul tolerare non possent.' Hausit Alexander hanc sententiam ex Homero suo, quem semper cum pugione sub pulvino repositum eum habuisse scribit Plut. in Vit. 13. Sic enim ille Iliad. II. 204. 'Nec multos regnare bonum: rex unicus esto.' *Bern.* Hæc et proxime seqq. adeo gemina sunt his quæ Curt. IV. 11. 22. habet, ut alteruter imitatus videri possit alterum. *Vor.*

Neque orbem, &c.] Eurip. Andr. 471. Οὐδὲ γὰρ ἐν πόλεσι Δίπτυχοι τυραννίδες Μιᾶς ἀμείνονες φέρειν· Ἄχθος δ' ἐπ' ἄχθει, καὶ στάσις πολίταις. Tac. XIII. A. 17. 'Plerique hominum insociabile regnum æstimantes.' Lucan. I. 92. 'Nulla fides regni sociis, omnisque potestas Impatiens consortis erit.' Pro *regni* Heinsio legend. videbatur *regnis*, ut ap. Stat. I. Th. 139. 'Sociisque comes discordia regnis:' ubi Avus malebat *regni*, idemque exhibent Ed. Roth. a. 1713. et Paris. 1618. Barth. quoque margini editionis Bernartii ascripsit: '*Regni* Ms.' Scholiastes Ms. Statii hunc l. ita interpretatur: 'Quia duo in uno et eodem regno nunquam potuerunt esse concordes.' Unde Sen. (Thyest. 444.) 'Non capit regnum duos:' et Ovid. (III. Art. 564.) 'Non bene cum sociis regna Venusque manent.'

CAP. XIII. § 1 *Tum repente*] Mss. quos vidit Bong. habebant *Cum repente*. Neque mihi dubium, quin sic scripserit Justinus. Ita enim solent optimi auctores. Cic. I. de Orat. 'Vix annus intercesserat ab hoc sermone, cum iste accusavit Norbanum.' Curt. VI. 16. 'Jamque non pugna, sed cædes erat, cum Darius quoque currum suum in fugam vertit.' Ipse Noster XIV. 1. fin. 'Omnes igitur operam suam certatim ad custodiam salutis ejus offerunt. Cum igitur Antigonus cum exercitu supervenit.' *Schef.*

Somnus arripuit] Ita Suet. Aug. 16. 3. *Bern.*

§ 2 *Cum etiam in otio semper parcior fuerit*] Legend. f. *cujus*. Bong. Rescripsi cum Junt. *cujus*, uti et legend. conjecerat Bong. Suet. Cæs. 'Vini parcissimus.' *Græv.* Optima lect. a Bong. est; antea scribebatur *cum*, pro *cujus*. Faber. *Cujus* legend. conjecit Bong. Et in Junt. manifeste ita scriptum reperit Græv. Unde et rescribere ita nulla mihi religio fuit. *Parcus somni* dictum, ut 'parcus pecuniæ,' VI. 8. 6. pro non adeo appetente seu cupido pecuniæ; et 'vini parcissimus' a Suet. Cæs. 53. et Aug. 77. *Vor.*

§ 3 *Æstu*] Alii *metu*, male. *Æstum* vocat animi fluctuationem, ducta

metaphora a motu et agitatione fluctuum, qui proprie *æstus*. Virgil. Æn. VIII. 19. 'Vario curarum fluctuat æstu.' Et Plin. Ep. 'Explica æstum meum.' *Mod.* Noster I. 10. 15. Æstuante rege.' *Bern.*

Veritum] Leg. *Veritumque*. Fab.

§ 4 *Utraque acies hostibus spectaculo fuit*] *Ostendere aciem* dicuntur imperatores, terrendi hostis causa. Liv. XXIX. 'Ad terrorem hostium aciem ostendisset.' Vid. et Gifan. in Obs. L. L. *Vor.*

§ 9 *Cum iisdem se, &c.*] Veget. I. 13. f. 'In fugam versi, victoribus ultra pares esse non audent.' Et III. 1. m. 'Qui effugerint, ut semel territi, postea formidant conflictum.' Add. sup. Notam ad VI. 4. 12. *Bern.*

Nec meliores factos putarent fuga] 'Meliores' pro, fortiores: ut IX. 2. 4. et, ut Græci dicunt, κρείσσονες. Notum illud Hesiodi: Ἄφρων ὃς κ' ἐθέλοι πρὸς κρείσσονας ἀντιφερίζειν. Et, Ἔχει νύ σε πολλὸν ἀρείων. Latinorum quoque alii sic locuti: ut Vechner. in Hellenol. notavit. *Vorst.* Ms. quidam habet *tunc semel*. Cogitand. utrum non Justinus scripserit *num se meliores f. p. fuga?* Figura interrogationis valde est emphatica h. l. ad arguendam timoris absurditatem. Illud *se* de Macedonibus est intelligend. Et sic solet usurpari etiam aliis. *Schef.*

Cædium suarum] F. *cædis suorum*. Gronov. Lego *cladium*, ut VIII. 4. 5. 'Obliti cladium suarum, perire ipsi, quam non perdere eos præoptarent.' *Fab.*

Tantum sanguinis] Legend. f. *tanti s.* ut referri possit ad vocem, quæ præcedit, 'memoriam.' Non enim ipsum sanguinem duobus prœliis fusum secum in aciem ferre potuerunt; sed sanguinis ejus memoriam. Est autem *memoria tanti sanguinis fusi*, pro, memoria tot interfectorum. Ceterum, casu primo si utendum sit, dicitur potius *tantum sanguinis fusum est*, quam *tantus sanguis fusus est*. Vid. XI. 14. 2. Quod si *tantum sanguinis* retinend. hic videatur, oportebit tamen id. per metonymiam quandam intelligi de memoria tanti sanguinis, quam, ut dixi, secum in aciem ferre potuerunt. *Vor.*

§ 10 *Turbam hominum*] Sen. Benef. VI. 31. de Xerxis copiis: 'Demaratus Lacedæmonius dixit, ipsam illam qua sibi placeret multitudinem, indigestam et gravem, metuendam esse ducenti: non enim vires, sed pondus habere: immodica nunquam regi posse.' Videndi Veget. III. 1. Piccart. Obs. II. 2. *Bern.*

Sic vivorum sibi] Recte non minus hic quam XI. 9. 5. judicasse videtur Bong. quod videl. legend. sit *virorum*; non ut edd. quædam vett. habent, *virium*. Præcedit enim 'majorem turbam hominum.' *Vir* pro homine forti notum. Tac. VI. A. 'Hinc viros, inde prædam ostendere.' *Vor.*

§ 11 *Hortatur, spernant illam aciem*] Notator Angl. docet in quibusd. Mss. legi *spectent*. Verum nil mutand. Nam, quia victoria non paratur armorum decore, quod ut caussa hujus dicti subjicitur, ideo non spectanda illa acies auro fulgens, sed spernenda. *Schef.*

Auro et argento fulgentem] Macrob Sat. II. 2. ex Agell. V. 5. refert, Annibalem Antiocho exercitum auro argentoque politum ostentanti, quærentique, 'sufficerent ne hæc Romanis?' respondisse: 'Hercle vero sufficiunt, etiamsi avarissimi sint Romani.' Quo dicterio vanitatem hominis irrisit, qui non animadverteret ista hosti plus animi additura ad prædam, quam suis ad pugnam. Ejusmodi monita sunt ap. Liv. IX. 40. 5. Curt. III. 2. 22. et III. 10. 15. Tac. Ag. 32. 7. *Bern.*

Armorum] Leg. *ornamentorum*. Gron.

CAP. XIV. § 1 *Post, &c.*] Zonar. XI. 14. Τῇ δ' ἐπιούσῃ τῆς μάχης συγκροτη-

θείσης, ὡς μὲν τινές φασιν, ἐν Ἀρβήλοις, ὡς δ' ἕτεροι, ἐν Γαυγαμήλοις, οἱ βάρβαροι ἐνέκλιναν, καὶ ἦν αὐτῶν διωγμός. Add. Strab. xv. p. 737. et Fabricium ad Oros. III. 17. init.

Prælium committitur] Ἐν Γαυγαμήλοις πρὸς ποταμῷ Βουμάδῳ, ἀπέχων Ἀρβήλων τῆς πόλεως ὅσον ἑξακοσίους σταδίους. Arrian. III. Inde dicta pugna ad Arbela. Oros. III. 17. nescio quo auctore ap. Tarsum pugnatum scribit. Tac. A. XII. 13. 3. vocat 'castellum insigne fama,' suppresso nomine. *Bongars.* Amni 'Boumello' nomen esse tradit Curt. IV. 9. 20. Non ap. Arbela, ut multi tradiderunt, sed *ap. Gaugamela* commissum hoc prælium ait Plut. in Alex. 56. eamque vocem denotare 'domum cameli,' quod rex quidam olim, qui hostes effugerat camelo dromade, eum h. l. locaverit, certis vicis vectigalibusque ad curam ejus attributis. *Bernec.*

In ferrum cum contemtu tot ies a se victi hostis ruebant] Sumtum fere ad verbum ex Marone, cujus est illud Æ. VIII. 648. 'Æneadæ in ferrum pro libertate ruebant.' *Mod.* Ov. II. Art. 333. 'In ferrum flammasque ruit.' Liv. XXVIII. 22. 'Cum cœci furore in vulnera ac ferrum vecordi audacia ruerent.'

§ 4 *Ut pons Cydni fluminis interrumperetur*] Habet Curt. IV. 9. 19. et præcipue IV. 16. 8. quod magis placet. *Bernec.*

Ut pons Cydni] Non puto mutand. quidpiam: quamvis Arrian. et Curt. 'Lycum' hic habeant. Cydnus et Lycus vicina sunt flumina; utraque in Tigrim labuntur. Ut credam cund. esse Cydnum ac Gyndem, facit Tibullus in Paneg. ad Messalam: 'Nec qua vel Nilus, vel regia lympha Diaspes Profluit, aut rapidus, Cyri dementia, Cydnus.' Nihil hic mutand. 'Diaspes' pro, Idaspes. Idaspem vero Romani appellarunt etiam Choaspem. Virgil. IV. G. 'Aut Medus Idaspes.' Quem locum male interpretatur Junius Philargyrius de Idaspe Indiæ. Curt. V. 'Benigne juvenem excepit rex, et eo duce ad Idaspem amnem pervenit, delicatam, ut fama est, vehentem aquam.' De Choaspe loqui, nemo non viderit. Adi quoque Lactant. I. et Ammian. XVIII. Ex huj. alveo quidam veterum prodiderunt Cydnum s. Gyndem profluere. Unde error Solini emanasse videtur, dicentis, Cydnum Ciliciæ e Choaspe derivari. Ubi confundit Cydnum Ciliciæ cum hoc Persiæ. *Voss.* Acidal. pro *Cydni* legend. putat *Lyci*; quia Arrian. et Curt. hic de Lyco prodiderunt. At Voss. nihil mutand. censet: quia Lycus et Cydnus vicina flumina sint, utraque in Tigrim labentia. Porro pro *intercluderetur* Acidal. legend. censet *intercid.* Et sane vel sic, vel *interscind.* nobis quoque legend. videtur. 'Reditum intercludi' sup. II. 5. 10. et 13. 5. dicit; quod h. l. 'iter impediri.' Verum ipsum *pontem*, per quem iter et reditus faciendus, *intercludi*, dici posse vix videtur. Prædictis locis ipse Noster 'pontem interrumpi' dicit: et alii, 'pontem rescindi,' 'interscindi,' 'recidi,' 'intercidi.' *Vorst.*

Intercluderetur] Acidal. pulchre vidit hanc lect. ferri non posse, et acute conjecit legend. esse *interciderctur*: quod, cum in Junt. nunc reperierim, nullus dubitavi recipere in ipsum context. Pro *Cydno* legend. esse *Lyco* docti quoque viri præceperunt. *Græv.*

Ut tot millia sociorum] Et hic conjectura Acidalii placet pro *sociorum* legentis *suorum*. Reges et imperatores militem suum 'suos' vocare notissimum. Vid. XII. 5. 2. *Vorst.* Emendant, *tot millia suorum.* Sed videntur socii hic accipiendi de sociis fugæ. Quomodo nempe ap. Cic. aliosque 'socii consiliorum,' 'periculorum,' et ejusmodi leguntur. Sic

'societas fugæ' est ap. Suet. Vit. Neronis. Adi inf. XII. 11. *Schef.*

§ 5 *Ingerebat*] Ita antiquiores edd. Bong. maluit *immergebat:* quem tamen Bernecc. hic secutus non est. *Vorst.*

§ 6 *Asiæ, &c.*] Saxo IV. p. 60. 30. 'Totius Daniæ imperium rapturus,' et XIV. p. 250. 32. 'Jamque vacantem Daniæ possessionem nemo aut petere aut rapere præsumebat.'

§ 8 *Recognovit*] Sen. Ep. 83. 'Et, quod est utilissimum, diem meum recognoscam:' et 110. 'Et alia quæ res suas recognoscens summi imperii fortuna protulerat.' *Gron.*

§ 9 *In urbe clausa*] Lego *Susa* ex Diod. princ. posterioris partis l. XVII. ubi agnoscit eund. pecuniæ numerum. *Bong.*

Susa] Pro *clausa*, quod omnes edd. habent, ita legend. hariolatus est Bong. idque propter evidentiam correctionis in textum admisi, maxime subscribente Curtio V. 2. 13. Plut. Alex. 66. et Diod. XVII. 65. *Berneccer.* Leg. *Susis.* Propert. 'Non tot Achæmeniis armantur Susa sagittis.' *Gronov.* Junt. *Susis.* Optime. Sic enim meliores scriptores Græci et Latini. *Græv.*

In urbe deinde Susa] Huj. loci emendatio auctorem sui habet illustrem illum Bongarsium; nam in Mss. legebatur *clusa.* Pessime. In ed. quidem Junt. qua usus est summus meus Græv. aperte legitur *Susis*, sed, ut opinor, ab aliquo emendatore, qui crederet non posse dici *Susa, Susæ*, cum ex Græca inflexione *Susa, Susorum*, dicend. esset. Sed hoc nihil est, cum frequentissimi sint hujusmodi metaplasmi, ut a Grammaticis dicuntur. Igitur, *Susa, Susæ; Hierosolyma, Hierosolymæ; Hierosolyma, Hierosolymorum*, ut *Megara Megaræ*, quantumvis Græci dicant, *Megara, Megaron.* Faber. Antiquiores edd. *in urbe clausa.* Sed Bong. ex Diod. XVII. conjecit legend. esse *Susa:* quod Bernecc. deinde in textum recepit. Sed rectius fecisset, si plane *Susis* scripsisset, ut manifeste in vet. ed. Junt. esse testatur Græv. Sic enim scriptores quoque alii loquuntur. *Vorst.*

Quadraginta millia talentum] Totidem Diod. XVII. 66. et Plut. 66. At Curt. V. 2. 18. et Arrian. III. 'quinquaginta millia' habent. *Bernec.*

§ 10 *Persepolin caput Persici regni*] Ita et Stephanus. Straboni XV. Περσαίπολις. ἦν δὲ ἡ Περσαίπολις ἔχουσα βασίλεια ἐκπρεπῆ, καὶ μάλιστα τῇ πολυτελείᾳ τῶν κειμένων. *Bongars.* Ita Curt. IV. 5. 13. Plin. VI. 26. pr. 'Metropolin' vocat Diod. XVII. 70. *Bernec.*

Refertamque, &c.] Urbem hanc omnium sub sole ditissimam prædicat, ejusque regiam egregie describit Diod. XVII. 70. et 71. Add. Curt. V. 6. 5. *Id.*

§ 11 *Octingenti*] 'Ad quatuor fere millia' Curt. V. 5. 8. fuisse refert. Nostri numerum confirmat Diod. XVII. 69. *Id.*

Admodum] H. e. propemodum, fere, circiter. Sic XVII. 2. 4. XXIV. 1. 6. et 7. Liv. XXXI. 39. 10. 'Phalanx nullius admodum usus.' Et XLIII. 11. 8. 'Exacto admodum mense Februario.' Curt. IV. 12. 8. 'Equites mille admodum.' *Id.*

Qui pœnam captivitatis, &c.] Supplicii genus ap. Asiaticos usitatum, de quo sæpe vett. historici. Ex more tam crudelis lanienæ nuper locum insignem emendavi in Epistola ad Hebræos, ubi pro ἐπειράσθησαν, i. e. *tentati fuere*, ostendi legend. esse ἐπηρώθησαν, quod est, *mutilati et truncati fuere.* Sed liber exstat. *Faber.*

Truncata corporis parte] Ita ut aliis manus, aliis pedes, nonnullis aures et nares amputata essent, inquit Diod. XVII. 69. Add. Curt. V. 5. 9. Frequens Persis hoc fuisse supplicii genus, patet ex Sen. de Ira II. 20. Tac. A. XII. 14. 8. Curt. III. 8. 26. et

VII. 5. 62. Ammian. XXX. 227. Facit huc historia Zopyri sup. I. 10. 15. *Bernec.*

CAP. XV. § 1 *A cognatis suis*] Besso et Nabarzane. Curt. V. 10. *Id.*

Aureis compedibus] Vid. notam ad V. 11. 4. *Idem.*

In vico Parthorum Tanea vincitur] Curt. VI. ait Darium post ad Gaugamela pugnam Ecbatana venisse: deinde iter molitum in Bactra. Arrian. ait per Caspias portas in Parthiam venisse eum: Justinus in Parthorum vico Tanea vinctum. Alexander autem cum audisset Darium Ecbatanis esse, ex Persepoli primum in Mediam motum, mox iter mutasse ad famam fugæ Darii, ac venisse Rhagas, cum Arriano scribit Curtius. Addit Curt. Rhagas oppidum esse in Parætacene Ultima, sed locus Curtii corruptissime legitur. Nos in annotationibus nostris satis luculenter errorem aperuimus. De *Tanea vico* nihil dicere possumus ap. alios lectum auctores. *Glarean.*

In vico Parthorum Thara] *Dara* omnino scribend. est. Etymol. Magnum: Δάρας παρὰ τὸ ἐν τῷ αὐτῷ χωρίῳ συλληφθῆναι Δαρεῖον ὑπὸ Ἀλεξάνδρου· ὑπὸ δὲ Ἀναστασίου κτισθὲν, ἐκλήθη Ἀναστασιούπολις. 'Darieum' Plinio et aliis. Sed errat Etymologus, quod hanc Anastasiopolim dictam putet, cum illa sit alia. *Voss.* Memini me aliquando legere ap. Petr. Vallensem Nobilem Romanum, hunc vicum hodieque nomen retinere; dicitur enim *Darabghierd; Darab* vero ap. Persas ille ipse est, qui nobis Darius vocatur. Ait autem id. scriptor hanc vocem *Darabghierd* significare *Darius condidit.* Abhinc uno et altero seculo dicebatur *Darab-Kera, urbs,* aut *vicus, Darii.* Ipse viderit, nam scire Persice debuit. Vol. III. Epist. XVI. et XVII. Hæc non invitus leget cl. Voss. Illius enim sententiam confirmant, cum dicit *Thara* corruptum esse, legend. enim *Dara.* Faber.

§ 2 *Judicantibus*] Ita Mss. omnes, ipso teste Bong. qui tamen cum aliis edidit *vindicantibus.* Sed istud verbum omini de successuris in imperio Persis magis convenit. Freinsh. *indicantibus.* Bernec. F. Trogus scripsit *indicantibus, qui successuri imperio essent, cum in terra eorum, &c.* Ut Liv. I. 55. 'Inter principia condendi hujus operis, movisse numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos.' *Gronov.* Lego *ita indicantibus.* I. e. Ea re satis ostendebant, et indicio satis claro significabant, Parthos, in quorum finibus Darius rex Persarum perierat, post Persas esse regnaturos. *Faber.* Hoc *judicantibus* mihi valde suspectum est. Vult certe Noster ostendere, quare Darius vinctus fuerit in Parthis, et non alibi locorum. At hoc non efficit vox *judicii;* deinde addendum fuisset, quid Dii judicaverint; nec enim sensus in his: Dii ita judicabant, ergo vinctus est in Parthis. Quare mallem *dictitantibus,* vel *incitantibus.* Dii *incitare* crebro dicuntur ap. Vett. Porro *n* et *u,* item *c* et *t,* in Mss. literæ simillimæ, ut, qui legit *jucicantibus,* facile id emendando sc. formare potuerit in *judicantibus.* Schef. Varie hic locus sollicitatur a viris doctis. Nolim tamen Mss. fidem impugnari. Sententia hæc est: Ita Dii immortales judicaverunt s. decreverunt, ut finiretur Persicum regnum in terra eorum, qui successuri erant imperio. Fuisse sc. hoc singulare Dei judicium et decretum, ut Darius in Parthorum agro interficeretur. *Græv.*

§ 5 *Multa millia*] Mss. quos vidit Bong. habent *plura millia,* quod præfero, quia præcedit 'multa,' quod hic ingrate repetitur. Et *plura,* pro multis, frequens ap. bonos scriptores. Plin. IX. c. 2. 'Aquatilium tegmenta plura sunt.' Sic *plures* pro multis est ap. Phædr. nostrum IV. 19. 'Vulpis cubile fodiens, dum terram eruit, Agitque plures altius cuniculos.' *Schef.*

Respirandi] Gronov. in Notis ad Sen. Herc. Œt. A. v. pro *respirandi* legend. conjicit *strigandi,* i. e. interquiescendi. Mihi tamen hic non liquet. *Vorst.*

Unus ex militibus] Cui Polystrato nomen fuit. Curt. V. 13. 32. Plut. Alex. 77. qui nonnihil variat. *Bernec.*

§ 6 *Applicito captivo*] Locus absque dubio mendosus: legend. arbitrabar *applicito capite.* Vett. cum vulgatis consentiunt. *Bongars.* Credo sanum esse locum. Ille miles Macedo fuit, ut scribit Curt. V. 13. 32. itaque captivorum quendam applicuit, Darii civem, quo interprete Darium loquentem perciperet. *Bernec.* I. e. admoto, adducto captivo. Adductus autem ille fuit a milite Macedone, cujus in superioribus mentio fit verbis, 'unus ex militibus.' Quod ipse miles, qui Darium invenit, Macedo fuerit, ex Curt. V. 13. 32. scire licet. *Vorst.*

§ 7 *Maximorum illi debitorem mori*] Mss. Bongarsio visi habent *illi se deb.* quæ lect. firmatur per alios, qui habent *illi,* cum illud haud dubie ex voce *se* præc. accreverit. Quod si lect. hæc vera, dubitari potest de pronomine *se,* quod præcedit. Ego sane mallem totum locum ita legere: *Perferri hæc Alexandro jubet; sine ullis in eum meritorum officiis, maximorum illi se debitorem mori.* Et esset conquerentis oratio paulo efficacior, cum plus sit *sine ullis,* quam *se nullis.* Schef.

§ 8 *Quibus et vitam et regna dederit*] Per 'vitam' Freinsh. ut ex Indice apparet, intelligit, victum: quomodo eand. vocem XXVIII. 2. in phrasi, 'vitam sectari,' intelligit Gronov. *Vorst.*

§ 9 *Quam ipse victor volet*] Legend. f. *vellet:* ut magis congruat orationi quam format indirectæ. Sed non insolens Nostro, ut in oratione quoque indirecta verbum indicativi modi usurpet. Exempli causa mox, 'quam solam moriens potest,' pro, possit. *Id.*

§ 10 *Referre se, quam solam moriens potest, gratiam*] Similis locutio in his Ov. Pont. II. 10. 'Te tamen intueor, quo solo pectore possum.' Ita Virginius, filiam transfigens, ap. Liv. III. 46. 6. 'Hoc te uno, quo possum,' ait, 'modo, filia, in libertatem vindico.' *Bernec.* Qualem gratiam referre se posse judicaverit Darius, apparet ex seqq. quibus ipsius quædam precatio continetur. Nimirum sola precatione gratiam referre posse credidit, et, ut Sen. IV. Benef. 11. loquitur, 'debitores Deos Alexandro delegando, precandoque ut illi pro se gratiam referrent.' *Vorst.*

Gratiam] Hoc *gratiam* mihi a glossatore hic intrusum videtur. Deliberent alii. *Schef.*

Regales Deos] Θεοὺς βασιλείους, καὶ γενεθλίους. Plut. Alex. c. 54. pr. *Bongars.* Imo regiæ Majestatis vindices et tutores. *Græv.*

§ 11 *Justam magis, quam gravem*] F. *justæ m. q. gravis.* 'Gravis,' i. e. sumptuosæ. Ita legerunt medii ævi scriptores. *Voss.*

§ 12 *Jam non suam, sed exempli, communemque, &c.*] Œdipus, regis Laii cædem vindicaturus, ap. Soph. sic ait: 'Nam, quisquis ille est, Laium qui occiderit, Is dextra eadem me quoque ausit aggredi. Cum vindico igitur hunc, me ipsum munio.' Et ap. Sen. in ejusd. argumenti Tragœdia: 'Regi tuenda est maxime regum salus.' Unde Vitellius interfectores Galbæ, quantumvis hostis sui, conquiri omnes et interfici jussit, 'non honore Galbæ, sed tradito Principibus more, munimentum in præsens, in posterum ultionem,' ut inquit Tac. H. I. 44. Adi Clapmar. de Arcan. Imper. III. 17. Amirat. Dissert. in Tac. XVII. 7. *Bernec.* Scrib. *eam non suam, sed exempli, &c.* Gronov.

§ 13 *Pignus fidei regiæ dexteram*] Probus in Datame: 'Fidemque ea de re more Persarum dextra dedis-

set.' Diod. XVI. 43. Καὶ τὴν δεξιὰν ἔδωκε τῷ Θετταλιῶνι· ἔστι δὲ ἡ πίστις αὐτὴ βεβαιοτάτη παρὰ τοῖς Πέρσαις. Gemistus lib. II. *Bongars.* Diod. XVI. 43. 'Hæc certissima fidei apud Persas arrha est.' Unde lumen accipit quod Curt. VI. 4. 23. scribit, Alexandrum 'fidem, quo Persæ more accipiebant, Nabarzani dedisse.' Similiter et ap. Parthos, Josephus Antiq. XVIII. 12. tradit, 'id esse fiduciæ certissimum argumentum. Nam post datam dextram apud eos nec fallere fas esse, nec diffidere, cessantibus omnino suspicionibus.' Add. Virgil. Æ. III. 610. Plin. H. N. II. 45. m. Tac. XV. A. 28. Camerar. Hor. Subs. II. 46. *Bernec.*

Se ferendam Alexandro dare] Nescio an satis apte hoc dicatur. Dextram sane ad Alexandrum ferre non debuit, sed pignus aliquod fidei. Malo igitur legere *ferendum*, ut sit ordo: Dare se dextram, pignus fidei, ferendum Alexandro. *Pignus ferre ad aliquem* usu est receptum, non ita *ferre dextram.* Schef.

Porrecta] Plut. Alex. 77. Λαμβανόμενος τῆς τοῦ Πολυστράτου χειρὸς, ἐξέλιπεν. Pene fugerat me notare in Mss. Δαρεῖον esse *Darcum*, ει in *e*, ut ap. Horat. et Auctorem nostrum 'Alexandrea,' et inf. 'Cassandrea' XXIV. 2. 1. Græcis Ἀλεξάνδρεια et Κασσάνδρεια. Et 'balneum' iisd. est βαλανεῖον. *Bong.*

§ 15 *Corpusque, &c.*] Plut. Alex. p. 1266. Τότε δὲ τοῦ Δαρείου τὸ μὲν σῶμα κεκοσμημένον βασιλικῶς πρὸς τὴν μητέρα ἀπέστειλεν.

Reliquias ejus majorum tumulis inferri jussit] *Reliquias ejus* Blancard. inducend. existimat, 'quia apud Persas moris fuerit cadavera cera oblita humari, non rogo imponi et cremari.' Vid. Notas ejus ad Arrian. III. Addit item, 'aut παρόραμα fuisse Justini, aut certe librariorum ejus, Persarum sepeliendi morem e ritu externæ gentis perperam interpretari cupientium.' Credidit nimirum Vir cl. per *reliquias*, non ipsum corpus, sed, quæ ap. Romanos post cremationem legebantur, ossa intelligenda esse. Verum per *reliquias* Justinum nihil aliud quam ipsum corpus denotare, intelligi potest ex eo quod præcedit, 'corpus regio more sepeliri jussit.' Quoniam ipsum corpus sepultum fuisse significat, non potest *reliquiarum* voce, quæ sequitur, designare sola ossa, quæ post cremationem remanserint; sed necesse est vocem eam superiori 'corporis' ἰσοδύναμον esse. Et ne insolens hoc videatur, reputetur illud, quod sup. IX. 4. 4. *corpus* et *reliquias* itid. conjunxit, scripsitque, 'Bello consumtorum corpora sepulturæ reddidit, reliquiasque funerum ut ad sepulcra majorum deferrent, ultro hortatus est.' Ad quem l. itid. Notas vid. *Vorst.*

LIBER XII.

CAP. I. § 1 *Magnis funerum impensis extulit*] Hoc postea fecit et Philippus ap. Liv. XXXI. 34. 1. ubi etiam causa facti redditur. Add. Notas ad XI. 6. 13. *Bern.*

§ 2 *Qui superfuerant*] Mss. Bongarsio visi habebant *supera fuerant.* Inde colligo, vulgatam glossatoris, veram Justini lect. esse *superaverant.* De verbo 'superare' pro, superesse, nota omnia. *Schef.*

§ 3 *Pecunia omnis* CLIII. *millia talentorum ex victoria nuper congesta*] Nimis magnus hic videtur numerus.

Curt. non ita longe ab init. lib. VII. de hac re loquens, ita scribit: 'XXVI. millia talentum proxima præda redacta erant, e queis XII. millia in congiarium militum absumta sunt. Par huic pecuniæ summa custodum fraude subtracta est.' In Diod. triplo minor summa. Hæc ideo adduco, ut videamus quam nihil pensi habuerint Romani scriptores quid narrarent. Nam init. huj. lib. nec loci meminit, ubi hæc acta, nec ubi ea pecunia inventa, ubi divisa, quo seposita. Ego in Parthis hæc acta puto. *Glarean.*

Ecbatana] Ex vestigiis scripturæ veteris odoratus sum leg. *Ecbatana congesta.* Vett. enim habent *et batanu congesta:* quidam *ex ebatanu:* alii aliter. Diod. XVII. 10. Parmenioni commissos refert τοὺς βασιλέως θησαύρους ἐν Ἐκβατάνοις, ἔχοντας ταλάντων ὀκτωκαίδεκα μυριάδας. Vid. et Strab. XV. *Bongars.*

Ecbatana nuper congesta] 'Ex vestigiis scripturæ veteris odoratus sum,' inquit Bong. 'leg. *Ecbatana congesta.* Vett. enim habent *et batanu congesta:* quidam *ex ebatanu:* alii aliter.' Ita, inquam, de h. l. Bong. cui persagaci hic ne quis dubitet credere; scire licet nostras membranas disertim ejus conjecturam confirmare; neque in hoc tantum, sed in illo etiam quod τὸ *nuper* delend. omnino censet: nusquam enim ejus vocis aut vola aut vestigium in nostris Mss. comparet. *Mod.* Persagacem Bongarsii conjecturam Modii membranæ disertim confirmant. Vid. et Curt. V. 8. 1. Freinsh. ostendit mihi locum Plin. VI. 14. 'Ecbatana a Seleuco rege condita;' qui gestis hisce multo posterior fuit. Alterutrum igitur esse falsum oportet: nisi 'condere' Plinio idem sit quod, instaurare. Sic Auctor XVIII. 4. 1. *Bernec.* Nam θησαυροφυλάκων regum Mediæ et Persiæ ait fuisse Batanis Isidorus Chatacenus. Batana autem vocat Ecbatana, ut et Curt. IV. 'Se quoque, cum transisset mare, non Ciliciam, aut Lydiam (quippe tanti belli exignam hanc esse mercedem), sed Persepolim, caput regni ejus, Bactra, deinde Batana, ultimique Orientis oram, imperio suo destinasse.' Sic leg. Nam Ms. habebat *Batava.* Et sic f. et alibi scripsit Curt. Sane Pseudo-Callisthenes de Rebus gestis Alexandri (quem utendum habeo ex Bibliotheca Lugd.) Βάτανα semper vocat. Sed de eo ad Ptolemæum. *Voss. Ecbatana* legend. odoratus est Bong. e vestigiis scripturæ veteris, cum ante lectum pro eo esset *ex victoria nuper.* Post autem Modius in suis membranis τὸ *Ecbatana* manifeste scriptum reperit. Plin. VI. 24. 'Ecbatana' a Seleuco demum condita scribit. Verum antiquiorem urbem eam esse vel ex Tob. III. 7. colligi posse videtur. *Vorst.*

Congesta] Hactenus editi *nuper congesta.* Sed delend. *nuper* et Bong. in variantibus censuit, et Modius nec vestigium ejus in suis Mss. comparere dicit. *Bernec.*

§ 4 *Bellum Sopyrionis præfecti ejus, in Scythia*] Junt. *Zopyrionis præfecti ejus in Scythia mors continebatur.* Græcis Ζωπυρίων appellatur. *Græv.* F. *Scythia ac mors.* Conjunctionem abstulit similitudo litterarum. *Schef.*

§ 5 *Exercitus suscepit*] Quidam codicum Mss. pro *suscepit* habet *cepit;* quod puto revocand. Nam *capere dolorem, lætitiam*, receptum usu est. Noster ipse simillima ratione VI. 5. 'Plus tamen tristitiæ ipse ex incensa et diruta a Lacedæmoniis patria, quam lætitiæ ex recuperata post tantum temporis cepit.' At *suscipere dolorem*, nescio an legatur alibi. Et videtur plane illud *sus* adhæsisse vocabulo, *cepit*, ex ultima *tus* vocabuli, quod proxime præcedit. *Schef.*

§ 6 *Græcia*] Diod. XVII. 62. Curt. VI. 1. *Bongars.*

Recuperandæ] Mss. *recip.* de qua voce cum dixerim, parcam ulterius admonere. *Mod.*

Auctoritatem, &c.] ‘ Auctoritas ’ h. l. notat consilium, ut ap. Cæs. I. B. C. 35. ‘ Debere eos Italiæ totius auctoritatem sequi potius, quam unius hominis voluntati obtemperare.’ Id. B. Afr. 40. ‘ Animadvertit mirifica corpora Gallorum Germanorumque, qui partim ejus auctoritatem erant ex Gallis secuti.’ Liv. XXXVII. 12. ‘ Multis nobilibus secutis inter cetera auctoritatem Pausistrati, quæ inter suos merito maxima erat.’ Cic. X. Fam. 10. ‘ Legionesque duæ de exercitu Antonii ad ejus se auctoritatem contulissent.’ Id. XIII. 12. ‘ Secutus auctoritatem.’ M. Sen. Controv. IX. f. ‘ Ego te genui, ego divitias docui contemnere; sequere auctoritatem meam.’ Curt. IX. 7. ‘ Non tam imperii cupidine, quam in patriam revertendi cum iis, qui auctoritatem ipsius sequebantur.’ Ceterum paullo post legend. videtur *et pacem, &c.* Gronov.

§ 7 *Pacem*] Angl. *et pacem*, cum emphasi. *Schef.*

Soli spreverant] Sup. IX. 5. 3. *Ber.*

§ 8 *In ipso ortu*] Liv. XXIX. 31. 4. ‘ Nisi orientem ignem opprimamus, ingenti mox incendio, cum jam nullam opem ferre possumus, ardebimus.’ Curt. VI. 3. 17. ‘ Parva sæpe scintilla contemta magnum excitavit incendium.’ *Idem.*

§ 10 *Agis rex*] De huj. militari robore Diod. XVII. 63. et Curt. VI. 1. ubi scribit cecidisse Lacedæmoniorum 5. M. et 350. ex Macedonibus haud amplius 3. M. Quo de numero variat nonnihil Diod. ib. *Idem.*

Ut Alexandro felicitate, non virtute inferior] Angl. *Ut Al. si non felicitate par, virt. non inf.* Vulgatam lect. puto genuinam. *Schef.*

CAP. II. § 1 *Alexander rex Epiri*] Vid. Liv. VIII. 24. Strabo VI. contra Messapios et Lucanos evocatum scribit. *Bongars.* Eid. cognomentum fuisse Molosso, tradit Agell. XVII. 21. et addit, in Italiam transeuntem dixisse, ‘ se quidem ad Romanos ire quasi in ἀνδρωνίτην, h. e. *virorum domicilium:* ‘ Alexandrum Magnum isse ad Persas quasi in γυναικωνίτην,’ *domicilium mulierum.* Fuerit igitur Alexandri Molossi expeditio posterior expeditione Alexandri Magni. At Plut. priorem facit in Comment. de Fortun. Rom. cap. ult. *Bernec.*

§ 2 *Quam ille in Asia et in Persis habiturus*] Diodorus, quo tempore in Italiam trajecit Alexander, quem Molossum vocat Agellius, sive Aulus Gellius est, ubi de ead. hac re agit, Philippum Alexandri M. patrem adhuc in vivis fuisse, et adhuc Græciam bello arsisse, nondum in Asiam translato, scribit. *Mod.*

§ 3 *Huic responsum Dodonæi Jovis urbem Pandosiam amnemque Acherusium prædixerat*] Liv. VIII. ‘ Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat, caveret Achernsiam aquam Pandosiamque urbem; ibi fatis ejus terminum dari:’ responsum autem oraculi, s. ut Liv. ait, dictio, his duobus Græcis versibus continetur: Αἰακίδη, προφύλαξο μολεῖν Ἀχερούσιον ὕδωρ, Πανδοσίαντε, ὅτι τοι θάνατος πεπρωμένος ἐστί. *Mod.* Modius h. l. oraculum producit, haud scio, an γνήσιον. Diversum ab hoc oraculum referunt Strab. VI. et Steph. in Πανδοσία. *Bernec.* Error est, ut mihi quidem videtur, plane manifestissimus, neque is tamen a quoquam antehac animadversus. Verba ipsa, et sententia verborum, si non negligenter spectentur, rem brevi probaverint: Ut oracula Delphica insidias Alexandro M. in Macedonia prædixerant, ita huic alteri Alexandro Jovis Dodonæi oracula prædixerant Acheronta amnem et Pandosiam urbem. Hoc, si quid unquam fuit, plane ridiculum est, quod in puerum magis conveniat, quam in virum. Itaque sic, ut dicam, totus iste locus emendandus est; dein correctionem singulatim probabo: *sicut Alexandro Magno Delphica oracula insidias in Macedonia, ita huic responsum Dodonæi Jovis* circa *urbem Pandosiam amnemque Acherusium* cavendum *prædixerant.* Sed duo, inquies, a te addita verba fuere; *circa* et *cavendum.* Fateor; sed et sic quidem, hoc fidenter dicam: Qui me temeritatis in hac emendatione accusabunt, eos ego negligentiæ accusavero, et reos ad prætorem peregero; qui, sc. id minus animadverterint, in Collectione Variantium Lectt. planissime scriptum esse CAVENDUM. At quod ad illam alteram voculam attinet, CIRCA, ibi vero non mecum, sed cum Ratione ipsa pugnandum; partes enim partibus non respondebunt, nisi ita legas: Ut huic in Macedonia, ita et huic CIRCA Pandosiam, &c. At unum superest tamen, CAVENDUM, sc. quod e codice Ms. Pelerini a me eductum fuit, non convenire cum ‘ insidias,’ si bellam orationis Latinæ consuetudinem sequi velimus. Imo autem, nam ita optimus quisque Veterum loquebatur, ut Plaut. Terent. Lucret. et Cic. interdum. Quis autem non debet observasse illud Lucretii? ‘ Æternas quoniam pœnas in morte timendum.’ Ad quem l. multa a nobis exempla congesta sunt, et plura, si memini, ap. Popmam reperies. *Faber.* Sequor Anglos, qui hic ex codd. antiquis reposuerunt: *ita huic responsum Dodonæi Jovis circa urbem Pandosiam amnemque Acherusium prædixerat*, sc. insidias, quod ἀπὸ κοινοῦ repetend. In vulgata nullus est sensus, quod et elegantissimus Faber animadvertit, et acute *circa* inserendum esse conjecit, quod postea Angli in suis membranis invenerunt. *Græv.* Angl. *Dodonæi Jovis, circa urbem Pandosiam.* Placet, quoniam illud *circa* respondet præcedenti ‘ in.’ *Schef.*

Amnemque Acherusium] Strabo II. τὸν Ἀχέροντα: et ita in seqq. Mss. Plin. III. 11. Oraculum exstat ap. Strab. et Steph. *Bongars.* Adjective, quomodo et Live VIII. 24. 3. ‘ Acherusiam aquam.’ Statim inf. n. 14. ‘ Acheron ’ est, ex quo accolæ dicti ‘ Acherontini,’ Plinio III. 5. sub finem cap. *Bernec.* ‘ Amnem Acherusium ’ pro, amnem Acheronta, ut XII. 2. 14. ‘ flumen Acheronta.’ Dictum ut ‘ Parnassia rupes,’ pro, rupes Parnassus; et ‘ urbs Romana,’ pro, urbs Roma. Nimirum ex nominibus propriis fiunt adjectiva, et hæc deinde vocabulis latioribus adjiciuntur. *Vor.* Quid est *prædixerant amnem?* Non puto illud *prædicere* sic absolute usurpari ap. alios scriptores, verum hic deesse quidpiam. Et vidit Bongarsius Ms. cod. in quo fuit *Acherusium cavendum.* Convenitque Livius, quando VIII. 24. ait hac de re: ‘ Accito ab Tarentinis in Italiam data dictio erat; caveret Acherusiam aquam, Pandosiamque urbem.’ *Schef.*

§ 4 & 14] Simili ambiguitate prædictæ mortis exempla habent Thucyd. III. 15. 12. de Hesiodo: Paus. in Arcad. et Suid. de Epaminonda: Herod. III. 64. de Cambyse: Plut. Pyth. Orac. 26. de Lysandro: et in Flaminio 34. de Annibale: Ælian. III. V. H. 45. de Philippo Macedone: Joseph. XIII. Antiq. 19. de Antigono: Zonar. tom. III. de Impp. Constante, Juliano, et Valente: Pontificum Rom. Suetonius de Sylvestro II. in ejus Vita. Sc. ‘ mos oraculis, per ambages respondere,’ inquit Tac. II. A. 54. 8. quorum de fallaci vanitate vere Thucyd. V. 16. 30. Add. Th. Zwing. XIV. 11. et seqq. Similia recensent de Satyro et Eumelo Diod. XX. 26. de Seleuco Appian. p. 129. B. de Valente Marcellin. XXXI. 42. Collegit etiam quædam exempla Garzonius nella Piazza Universale. *Bern.*

§ 7 *Brundusium*] Vett. *Brundisium:* Græci, Βρεντήσιον: unde a poëtis ‘ Brenda ’ dictum, (Festus,) aut potius ‘ Brenta,’ η in α: voce duabus syllabis truncata, quod est Ennio familiare. De eo Strab. VI. et Steph. In Mss. pro *Ætoli* legitur *Æsculi*, aut

Estuli, aut etiam *Eteoli*. Habitatum a Cretensibus Brundusium auctor est Strabo, et Lucan. II. et V. *Bong*.

Tum fama rerum] Pro *tum* legend. est ex Mss. *dudum*. Faber. Recte: sic et Junt. *Græv*.

§ 8 *Locum quem repetissent*] 'Repetissent' pro, repeterent, vel repetituri essent. Plusquam perfectum pro imperfecto non insolens; ut contra inperfectum pro plusquam perfecto. Vid. et Notas ad XIII. 2. 11. et XIII. 2. 14. *Vor*.

§ 9 *Cum belli comminatione*] Antiquiores typis expressi *sub b. c.* ut XVII. 3. 20. At Bong. e Mss. credo, edidit *cum* pro *sub*. Idem.

§ 10 *Interfectos legatos in urbe sepelierunt*] Quam inhumanitatem prædixit Cassandra ap. Lycophr. 1056. et seqq. *Bern*.

Sepelierant] Freinsh. *sepelierunt*. Id.

Atque ita defuncti responso] Imo autem defuncti responso non erant, sed Deum illuserunt, cujus illud responsum erat, quod ipsi cæde facta interpretati fuerant. Legi itaque debet *utque, ita*, hoc sensu: Utque defuncti responso, (i. e. et quasi responso defuncti essent) ita (dum legatos cæsos sepeliunt, &c.) *Fab*.

§ 12 *Pediculis*] Italiæ populi. Plin. III. 5. Strab. VI. Ποιδίκλους vocat. In Mss. legitur *Pedituli*. Inde, qui libros impressos emendarunt, fecerunt *Rutuli*, longe petita conjectura. *Bongars*. Ap. Appian. etiam Civ. I. p. 381. corrupte legitur Ποδίκλους pro Ποιδίκλους. Et ap. Val. M. VII. 6. 1. pro *Fidiculis* esse scribend. *Pæciculis* bene monuit Ph. Cluverius Ital. Ant. IV. 10. Ceterum *Pæciculorum* (hæc enim vera scriptura est) oppida enumerat Plin. III. 11. m. *Bern*.

§ 14 *Flumen Acheronta*] Bechar. et alii edidere *flumen Achernsiam*; ut paulo ante 'amnem Acherusium' dixit. *Vor*.

Fuisse sibi periculosam mortem] *Periculosa mors* quid sit nemo dixerit. Mortui omnibus periculis sumus defuncti. Quod morte nos afficit, aut propius admovet morti, periculosum est, ut Cæsar, iter, expeditio, prælium, lucta, morbus, et quæ sunt mille alia. Sed ipsa mors non potest dici periculosa. Unius litteræ perversio hunc locum turbavit, qui restitutus erit, si legas: *moriensque non in patria fuisse sibi periculosam sortem*, h. e. periculosum oraculum, periculum quod cecinerat oraculum, non in patria sibi impendere. In principio capitis dixit *fatorum pericula*. 'Ad declinanda,' inquit, 'fatorum pericula peregrinam militiam cupidus elegerat.' Jam vero in Italia didicit, non in patria fuisse illa fatorum pericula, sed in Brutiis sortem illam sibi fuisse periculosam. 'Sors' est oraculum: proprie tabula in cista condita, cui litteræ erant inscriptæ, quæ a consulentibus extrahebatur, quales erant Prænestinæ sortes, de quibus Cic. II. de Divin. 41. 'Ex illa olea arcam esse factam, in eaque conditas sortes, quæ hodie Fortunæ monitu tolluntur.' Dein *sors* pro quovis oraculo, s. responso oraculi. Cic. eod. lib. 'Sors illa edita est Crœso: 'Crœsus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.'' Suet. Vespas. 'Apud Judæam Carmeli Dei oraculum ita confirmavere sortes.' Claud. de B. Getico: 'O semper tacita sortes ambage malignæ.' Τὸ *sors* autem in aliis quoque locis in *mors* transisse vitio et inscitia librariorum docuit summus noster Heins. ad Fastos Ovid. magno rei litterariæ detrimento menses ante aliquos nobis ereptus, quem merito luget orbis eruditus. Ei hanc emendationem me probasse memini, qui etiam in notis ad Ovidii Fastos ostendit in antiquis membranis confundi *mors* et *sors*. Græv.

§ 16 *Zopyrion*] De quo et XXXVII. 3. 2. *Bern*.

§ 17 *Pœnas temere illati belli*] Lucan. VII. 343. 'Causa jubet Superos

melior sperare secundos.' Id quod justa dissertatione confirmat Gruterus, quæ est ad Tac. quinquagesima tertia. *Id*.

CAP. III. § 1 *Triduum*] Sebis. *tridui*. Vid. notam ad II. 10. 12. *Bern*. Junt. cum Ms. aliisque edd. *triduo*: cap. 4. 'Ob hæc illi quatriduo perseverata inedia est.' Sed nec *triduum* improbandum. *Græv*. Antiquiores edd. Bechar. Maj. et, ut Græv. testatur, Junt. *triduo*: ut II. 11. 4. 'Triduo ibi dimicatum:' et XII. 6. 15. 'Illi quatriduo perseverata inedia est.' *Vor*.

§ 2 *Exspectantibus*] Cod. Ms. ut Bong. testatur, *spectantibus*. XIII. 1. 8. 'Regnum et imperia spectare,' 'thesauros spectare.' Sed putant quidam *exspectare* poni etiam pro, spectare. Vid. Notas ad XIII. 1. 10. *Id*.

Liberos suos animo jam quodammodo complectentibus] Codex Ms. ut id. Bong. testatur, *animo* omittit: et recte meo judicio. Quia 'quodammodo' sequitur, non opus erat addere *animo*: videturque ex marg. ubi explicandi causa adscriptum fuit, irrepsisse in textum. Ipse Auctor, si *animo* addere voluisset, omittere potuisset 'quodammodo.' Addunt et alii *animo*, cum cogitationem et desiderium denotare volunt: ut Nepos XXIII. 1. 3. 'Animo bellare cum Romanis:' et Sall. Jug. 'Totum ejus regnum animo jam invaserat:' sed non addunt illi et 'quodammodo.' Vorst. Illud *animo* delet Vorst. ut natum ex glossa. F. additum *quodammodo* ad mitigationem verbi 'complecti,' hoc enim proprie fit ulnis et brachiis. *Schef*.

§ 4 *Mardosque*] Quidam h. l. legerunt *Medos*, quomodo et in Eusebio editum est, contra libros. *Bong*.

§ 5 *Thalestris*] Straboni lib. XI. est Θαλήστρια. *Bongars*. De ea II. 4. 33. XIII. 3. 9. Add. Plut. Alex. 81. *Bern*. Non videtur Justinus, ut alii, Amazonum gentem in Hyrcania ponere, sed ad Mæotim et Tanaim. Nam, inquit, 25. dierum itinere confecto in Hyrcania occurrisse Alexandro. Rectius sane. Neque enim ullus Geographorum Amazones alibi collocare, quam ad Mæotim, unquam dubitavit. Eaque etiam de causa Mæotidas et Tanaitidas appellari nemo nescit. Sen. Hippol. 'Qualis relictis frigidi Ponti plagis Egit catervas, Atticum pulsans solum, Tanaitis, aut Mæotis, et nodo comas Coëgit emisitque, lunata latus Protecta pelta; talis in silvas ferar.' Ita leg. ex Ms. Vulgo pessime *Aut Tanais, aut Mæotis*. Curt. tamen lib. VI. Hyrcaniæ finitimam facit Amazonum gentem. Sed male. 'Erat (ut supra dictum est) Hyrcaniæ finitima gens Amazonum, quondam circa Thermodonta amnem Themiscyræ incolentium campos. Reginam habebant Thalestrim, omnibus inter Caucasum montem et Phasim amnem imperitantem.' Ita leg. Vid. quoque Diod. ad An. 4. Olymp. 112. Causa erroris hæc est: quod Iaxartem s. Orxantem, Tanaim esse crederent milites Alexandri. Adi Arrian. VII. *Voss*.

Thalestris sive Minithea] Dele cum Junt. *s. M.* Eod. modo Junt. II. 4. 'Harum Thalestris regina.' *Græv*. Sive *Minithea*, sive *Minithæa*, sive etiam *Minythea* scribatur, additamentum esse videtur. In Mss. Codd. tamen apparet, at non in optima illa ed. Junt. qua nuper usus est Græv. *Fab*. II. 4. 33. 'Minithya sive Thalestris.' Junt. ed. nomen *Minithææ* utrobique omittit. *Vor*.

Amazonum regina cum ccc. millibus mulierum] Luculentum mendacium in numero, quanquam et historia fabulosa est, ut inquit Strab. XI. Error inde venit, quod Tanain et Iaxartem eund. fl. crediderunt, et Sogdianam continuatam terram Sarmatiæ Europææ: cum distent plus 8. M. stadiorum. Tantum refert scire Geographice. Quidam aiunt in aliis codd.

legi *ccc. mulieribus:* sed res in fabula non est tanti. *Glar.*

Cum trecentis mulieribus] Sic edidi, unius Cod. fidem sequutus; et Diod. XVII. 77. *Bongars.* Ita et hunc l. emendavi ante plures annos, quum prius passim legeretur *cum trecentis millibus mulierum*, ad illa Curtii mei ex VI. 5. 26. ' Protinus facta potestate veniendi, cæteris jussis subsistere, CCC. feminarum comitata processit.' *Mod.* Firmat et Curt. VI. 5. 26. Prius passim legebatur *cum trecentis millibus mulierum*, absurde. *Bern.*

Confertissimas] Edd. quædam, *infestissimas:* quod probabilius est. *Id.*

Inter infestissimas gentes] Ita ex edd. antiquioribus legere malo, quam ut Bong. edidit, *confertissimas gentes.* Quod idem probabilius et Berneccero visum. *Vor.*

§ 6 *Propter insolitum feminis habitum*] Mss. multi habent, *insolitus regibus Macedonicis habitum.* Quæ, quia nimirum ab editis recedunt, efficiunt apud me, ut et ipsa, et quod est in vulgatis *feminis*, pro adjectamentis glossatorum habeam. Et ista, *insolitus regibus Macedonicis*, manifeste huc sunt tracta ex seqq. *Schef.*

§ 7 *A rege*] Alii hoc omittunt; nec est necessarium. *Bern.*

§ 8 *Post hæc, &c.*] Lucian. Dial. Mort. p. 294. *Σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν, κάνδυν, ὥς φασι, μετενέδυς, καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ Μακεδόνων ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἠξίους, καὶ τὸ πάντων γελοιότατον ἐμιμοῦ τὰ τῶν νενικημένων.*

Habitum regum Persarum] Sic et Curt. VI. 6. 4. At medium inter Persicum et Medicum habitum sumsisse, auctor est Plut. Alex. 79. *Id.*

Diadema] ' Diadema' fascia alba s. candicans fuit, ut allatis plurimis auctorum locis Lips. ad VI. A. Tac. docet. Alexandri tamen diadema ' purpureum distinctum albo' fuit, ut ex lib. VI. Curtii apparet: quale sc. ipse Darius habuerat. *Vor.*

§ 9 *Longam vestem auratam*] Quam Curt. III. 3. 28. ' pallam auro distinctam:' Plut. ibid. ' stolam barbaricam' appellat. *Bern.*

§ 10 *Ut luxum*] Bene monente Freinsh. puncto hæc a præcedd. separavi, quibus commate hactenus adnexa male hærebant. *Idem.* Ante ' ut' f. excidit partic. *et.* Gron.

Inter, &c.] Vincent. V. 42. ' inter pellicum regium gregem.'

§ 11 *Ne jejuna et destructa luxuria videretur*] Interpp. hic silent. Vellem tamen quod docuissent quid sit *destructa luxuria.* Magnus is mihi erit Apollo, qui tam abstrusam notionem eruerit. Sed erui non potest, quæ non est. Interpolarunt hanc vocem. Justinus aut Trogus scripsit: *ne jejuna et restricta luxuria videretur. Restricta* est, parca, cum nulli sumtus fiunt in voluptates, epulas, delicias. Tac. XV. 48. ' Sed procul gravitas morum, aut voluptatum parsimonia; lenitati, ac magnificentiæ, et aliquando luxui indulgebat. Idque pluribus probabatur, qui in tanta voluptatum dulcedine summum imperium non restrictum nec perseverum volunt.' ' Imperium non restrictum' est, voluptatum abstinens, quod nullos sumtus facit in voluptates. Cic. III. Fam. 8. ' Si de tua prolixa beneficaque natura limavit aliquid posterior annus propter quandam tristitiam temporum, non debent mirari homines: cum et natura semper ad largiendum ex alieno fuerim restrictior, et temporibus, quibus alii moventur, iisdem ego movear.' Ubi vides ' restrictior' esse, parcior. In hoc sensu legitur et *adstrictus* ap. Just. XLIV. 1. ' Dura omnibus et adstricta parsimonia.' Propert. II. El. 23. ' Differet hæc nunquam, nec poscet garrula, quæ te Adstrictus ploret sæpe dedisse pater.' ' Adstrictus pater' est, attentus ad rem, nimis diligens. *Græv.*

CAP. IV. § 1 *Patriæ nomen ejuraret*] Quomodo patriæ nomen ejurarit Alexander, non capio: a moribus quidem patriis discessisse manifestum est: non ideo tamen Persa haberi voluit. Quid si legamus *patris nomen?* Jovis enim filium se, non Philippi, dicebat. Plerique Mss. *patriæ nomine juraret.* Simili mendo infectus Gellius I. 2. ' Sanctissimæ disciplinæ nomine mentirentur.' Leg. *nomen ementirentur.* Bongars. Contra Acidal. ad Vell. II. 68. 4. *patriæ nomen* rectum esse contendit. Nam certum, de luxu regis et mollitie tantum, non de superbia, querelam hic esse, ut qui, quos armis subegerat, eorum vitiis succumberet. Adstipulatur Noster mox XII. 5. 2. Hoc igitur ægre exercitus ferebat, masculum Macedonum nomen, belli fama orbe toto celebre et terribile, moribus effœminatis Persarum corrumpi, et ipsum velut effœminari. Cæterum *nomen patriæ* dixit Autor pro, patriam: sicut Liv. I. 10. 4. ' nomen Ceninum' pro, Ceninenses: et Agell. I. 2. passimque Liv. ' nomen Latinum' pro, Latinos. Quod loquendi genus de Græcorum fontibus profluxisse docet Guil. Canterus Nov. Lect. II. 10. *Bern.* Lego *patriæ morem.* Nihil planius, aut cum historia convenientius. Ipse Just. paullo post eod. modo: ' Maxime indignabatur carpi se sermonibus suorum, Philippi patris patriæque mores subvertisse.' Proxime sequentia, *quos propter tales mores vicerat*, quin a mala Glossatoris manu sint, noli dubitare. *Boxhorn.* Boxhorn. legend. putat *patriæ morem ejuraret.* Sed non est verisimile hoc propter id, quod sequitur, ' moresque Persarum.' Quid autem sit *nomen patriæ ejurare*, intelligitur fere ex ipso illo quod sequitur, ' mores Persarum assumere:' nimirum nihil fere aliud quam quod XII. 5. 2. dicitur ' patriæ mores subvertere.' *Ejurare* quidem vel *ejerare* dicunt pro, non agnoscere, rejicere, detestari. Cic. II. de Orat. ' Cum ei M. Flaccus multis probris objectis P. Mutium judicem tulisset, Ejero, inquit, iniquus est.' *Vor. Ejurare nomen patriæ* id. est quod Tac. dicit IV. H. 29. ' ejurare patriam;' sic et ' ejurare liberos ac parentem' Sen. dixit ad Marc. *Nomen patriæ* est patria, ut ' nomen agelli' ap. Valer. Cat. in Diris, et inferius XIII. 6. ' Philippi Alexandrique nomina' est, Philippus et Alexander: et multa sunt huj. generis alia exempla. *Græv.*

§ 4 *Laborem militiæ*] Tac. III. 34. 5. ' Bella plane accinctis obeunda: sed revertentibus post laborem, quod honestius quam uxorium levamentum?' Disputatur eo loco, An magistratum in provinciam euntem comitari uxor debeat. *Bong.*

§ 6 *Posuissent*] ' Ponere' pro, deponere. Quod vel ex eo intelligitur, quod alibi ipso composito in talibus utitur: ut VII. 5. 3. ' pueritiæ rudimenta deponere;' et IX. 1. 8. ' tirocinii rudimenta deponere.' *Vor.*

§ 7 *Quæ consuetudo in successores quoque Alexandri mansit*] Mihi vehemens suspicio est legi debere *in successores* USQUE *Alexandri mansit*, et ita scripsisse Justinum puto. Nam illud ' mansit in successores' durius est et insolentius, nisi addas *usque.* Latini homines judicabunt. *Faber.* Bong. ex Mss. edidit *in successoribus.* Sed Bernecc. maluit *in successores:* quomodo in antiquioribus typis expressis est; et in aliquo item Ms. observavit Bongarsius. *Vor.*

§ 8 *Præmia statuta*] Liv. I. 20. ' Stipendium de publico statuit:' et Tac. XIII. 34. ' Aurelio Cottæ et Haterio Antonino annuam pecuniam statuit princeps:' et Apul. VII. M. ' Nec mihi misero statuta cibaria pro tantis præstabantur laboribus:' et Matth. Euang. XXVI. 15. *Ἔστησαν αὐτῷ τριάκοντα ἀργύρια. Gron.*

§ 11 *Epigoni*] Quo nomine et eo-

rum, qui ad Thebas cum Polynice occubuerant, posteri censebantur. *Bongars.* Vid. Diod. IV. 68. pr. item Cælium Rhodig. iis locis, quæ monstrat Index. *Bern.*

§ 12 *Parthis, &c.*] Frec. 'Post hæc Parthorum pugnam aggressus, quos diu obtinentes delevit.' Leg. *obnitentes* ex Leid. 1. et Oros.

Andragoras] Conferenda hæc cum XLI. 4. 9. *Bern.*

CAP. V. § 1 *Hostili odio*] Angl. *hostili more.* Placet mirum præ vulg. lect. Nec enim sat commode *regium odium* dicitur. Probat quidem vulgatum cl. Vorst. per locum Livii II. 5. 4. Nostri XVII. 1. 4. sed exempla illa non satis videntur convenire. Nam est oppositio inter patres et plebem, quæ inter regem et cives nulla, et Justinus de more patrio agit, non de odio. *Schef.*

§ 2 *Carpi se sermonibus suorum*] Viennensis ed. vetus *se* omittit. Sebis. trajiciend. censet ita, *carpi sermonibus suorum, se patris.* Bernec. Junt. æque ut Vindobonensis omittunt *se*, et rectius abest. *Græv.* Vett. edd. Junt. Bechar. et Vindob. *se* omittunt: quod Græv. rectum putat. *Vorst.* Libri quidam illud *se* non agnoscunt, quod putant esse rectum. At in Mss. quos vidit Bong. legebatur *carpere*, unde illud *carpi se* videtur ortum. Quod si *carpere* Justini est, cogitandum, an non scripserit, *maxime indignabatur, carpere sermonibus, suorum mores subvertisse.* Mihi sane *Philippi patris patriæque* huc translata ex superioribus a glossatore videntur. *Schef.*

§ 3 *Parmenio*] Parmenion annorum 70. vir militiæ domique clarus necatur cum filio Philota, cujus de cæde Curtius eleganter et copiose VII. 2. *Bernec.* Codex Ms. teste Bong. *Parmenio:* quomodo istiusmodi Græca nomina Latinos scripsisse Pithœus II. Advers. 13. et Gronov. Notis in Liv. monent. *Vor.*

§ 5 *In Macedoniam*] Mss. multi habent *Macedonia*, quod præfero, quia verbum 'divulgare' significat id, quod fit in loco, non vero, quod pertinet ad locum. *Schef.*

§ 7 *Fasces epistolarum*] Non absimili commento Glos, in Cypro bellum gerens, militum in se animos deprehendit. Polyæn. Strateg. VII. p. 504. et seq. *Bern.*

§ 8 *Durius opinati*] H. e. maledice locuti. Ita verbum hoc usurpat et Suet. Aug. 51. 4. 'Inter cætera crimina objiciebatur, quod male opinari de Cæsare soleret.' Et 67. 2. 'Servum gravissime de se opinantem compedibus coërcuit.' Eod. sensu *existimare* usurpat Sen. de Ira III. 22. 'Quod homines et periculosissime et libentissime faciunt, de rege suo male existimabant.' Et Nazarius Paneg. 5. 'Existimare de Principibus, nemini fas est.' Id. Sen. Ep. 71. 16. 'Aderunt qui de facto tuo male existiment.' 'Clandestinæ existimationes,' obtrectationes, Plin. Pan. 62. f. Sen. Ep. 31. 12. 'Multi de Deo male existimant et impune.' Id. Ep. 107. 13. 'De ordine mundi male existimant.' 'De ingeniis nostris male existimare,' Quintil. Dial. de Orat. 1. 3. *Idem.* 'Durius opinari' hic id. est quod, durius scribere. Et potest quoque id. esse quod durius loqui. Nimirum 'opinari' et 'existimare,' quæ verba proprie aliquid internum et absconditum notant, transferuntur etiam ad externa significanda. Nepos X. 7. 3. 'Non æquo animo ferebat de se ab iis male existimari, quorum paulo ante in cælum fuerat elatus laudibus.' *Vor.*

§ 9 *Inde Dracas, Euergetas, Parymas, Paropamissadas*] Pro *Dracis* legend. puto *Daas*, quorum meminit Ptolemæus in Margiana, et Strabo item, qui eos Medis vicinos facit. 'Evergetum' meminit Diod. ad fin. anni 7. et Curt. VIII. Pro *Parymis*, *Arios* legerim; in hoc enim tractu

sunt, nec postea uspiam eorum meminit. Quod autem subjungit, 'cæterosque populos, qui in radice Caucasi morabantur, subegit,' non est de Caucaso, qui Colchis, Iberis, et Albanis est ad septentrionem, intelligendum. 'Macedones enim,' inquit Strab. XI. 'omnes montes, qui post Arios sequuntur, Caucasum vocaverunt.' Et, quanquam fere Alexandri historici Tanaim putarunt Jaxarten, tamen h. l. paullo post, ubi Author dicit 'urbem Alexandriam super amnem Tanain Alexandrum condidisse,' ego legend. puto *super amnem Arium.* Nam eam ita etiam Ptolemæus in Aria descripsit, et Arrian. in III. Octo autem in his regionibus condidisse urbes scribit Strabo jam dicto lib. quasdam etiam diruisse: sed Justinus in Bactrianis et Sogdianis 12. eum urbes condidisse mox subjungit. *Glar.*

Euergetas] Qui dicti ante Agriaspæ. Arrian. III. Ἀφικνεῖται ἐς τοὺς πάλαι μὲν Ἀγριάσπας καλουμένους, ὕστερον δὲ Εὐεργέτας ἐπονομασθέντας, ὅτι Κύρῳ τῷ Καμβύσου ξυνελάβοντο τῆς ἐς Σκύθας ἐλάσεως. Curt. VII. 3. 'Iter pronuntiari jubet in Agriaspas, quos jam tunc mutato nomine Euergetas appellabant; ex quo frigore victusque penuria Cyri exercitum affectum tectis et commeatibus juverant.' Utrobique tamen legend. *Ariaspas* non male judicabat Blancard. Notis in III. Arriani. Atque ita magis nomen congruet cum eo quod Diod. illis tribuit, τῶν Ἀριμασπῶν puta. Verba huj. XVII. 71. sunt: Ἀνέζευξε μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τοὺς πρότερον μὲν Ἀριμασποὺς, νῦν δὲ Εὐεργέτας ὀνομαζομένους. Addit quoque Diod. eand. appellationis rationem, quam Arrian. et Curt. prodidere. Non tamen putem ipso Græco vocabulo 'Euergetas' dictos fuisse a Persis; sed Persico potius ejusd. significationis 'Orosangas.' Herod. VIII. Φύλακος δὲ εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη, καὶ χώρη οἱ ἐδωρήθη πολλή. Οἱ δὲ εὐεργέται τοῦ βασιλῆος Ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί. *Vor.*

Parimas, Parapammenos, Adaspios] Ex Diod. XVII. 81. et aliis legend. arbitror *Paropamisadas. Adaspii* qui sint, non invenio; quod vulgo legitur *Hydaspii*, nomen est ab Hydaspe Indiæ fl. confictum. Nec placet, quod *Caspios* quidam ediderunt. Quid si *Arios* legamus? Omnino arbitror, duas syllabas priores τοῦ *Adaspios* ex voce *Paropamisadas* adhæsisse sequenti vocabulo, unde factum sit *Adasarios.* Inde *Adaspios.* Sed his vocibus restituendis divino est opus. *Bongars.* Ego me divinatorem non profiteor: ausim tamen affirmare, pro *Parimas* legend. *Arimaspos*, idque copulandum (aut f. a glossatore aliquo copulatum) cum præc. vocabulo 'Euergetas.' Asserit enim Diod. XVII. 81. Cyrum 'Arimaspos,' quod exercitum suum, fame graviter adfectum, commeatibus juvissent, cum aliis muneribus affecisse, tum, abrogato nomine pristino, 'Energetas' eos nuncupasse, h. e. *Beneficos*, s. Persica lingua 'Orosangas.' Quod cognomentum ap. Persas iis tribui solitum esse, qui regem regnumve insigni aliquo beneficio demeruissent, et ne cujusquam meriti memoria intercideret, Orosangarum seu Beneficorum nomina in regios commentarios relata fuisse, clarum est ex Estheræ lib. VI. 2. et 3. Joseph. Antiq. XI. 6. Herod. III. 140. et VIII. 85. Xen. VIII. Pæd. Æliano H. V. XII. 40. Huc refero locum ex Epistola Xerxis ad Pausaniam, ab interpp. non bene intellectum, ap. Thucyd. I. 22. 8. *Bern.*

Parapammenos] Sic et XIII. 4. 21. Diod. tamen XVII. 81. Arrian. V. et Curt. VII. 3. 'Parapamisadas' vocant. Et hoc quidem rectius. Dicti enim sunt ita a 'Parapamiso' monte, ut ex Arriani lib. V. manifeste apparet. *Vor.*

§ 10 *Perducitur*] Tac. I. H. 25. 'E

libertis Onomastum futuro sceleri præfecit, a quo Barbium Proculum tesserarium speculatorum, et Veturium optionem eorundem, perductos pretio et promissis onerat.' Cæs. VIII. B. G. 38. 'Guturvatus, omnium cura quæsitus, in castra perducitur:' et Curt. III. 3. 'Quod Alexandrum, deposita regia veste, in Persico et vulgari habitu perductum esse vidisset.' Id. VIII. 13. 'Triginta elephanti simul capti perducuntur.' Liv. Epit. CXXXI. 'Antonius Artuasdem, fide data perductum, in vincula conjici jussit.' Cod. Theod. VIII. Tit. V. L. 53. 'Nisi animalia perducta fuerint.' *Gron.*

§ 11 *Quem, &c.*] Vincent. V. 44. 'Quem Alexander in ult. proditionis fr. D. dedit cruciandum.'

Exeruciandum fratri Darii tradidit] Exemplo simili, nobilissimi Pœnorum captivi liberis Reguli a Senatu Rom. traditi sunt ad supplicium: Agell. VI. 4. ultioni simul et solatio. De supplicii Bessi genere variant auctores. *Bern.*

Fratri] Quem 'Exathrem' Plut. Alex. 78. Curt. autem VII. 5. 62. et Diod. XVII. 77. 'Oxatrem' vocant. *Id.*

§ 12 *Alexandriam*] Add. Curt. VII. 6. 46. *Id.*

Tanain] *Tanaim* Leid. 1. Freculphi pro vulg. *Danaim:* 2. *Thanaim.*

Eo trium civitatium] Mss. habent *earum civ.* id quod puto rectius. Arrian. nominat unam Cyropolin a Cyro conditam, caput gentis; ei adjungit alias sex minores, quæ fortassis illius alterius coloniæ fuerunt, omnes captas ab Alexandro. *Schef.*

CAP. VI. § 1 *Solenni die amicos in convivium vocat*] Curt. IX. ait Clitum Sogdianæ Bactrianæque prætorem ab Alexandro creatum, ac ei convivium præparatum Maracandæ, urbe Bactrianæ, cujus etiam Ptolemæus meminit, quamvis Arrian. eam Sogdianæ regiam dicat lib. III. sub finem. Ibi occisus est ab Alexandro Clitus; in Græcis est Κλεῖτος, quanquam quidam per *y* scribunt. *Glar.*

Amicos in convivium vocat] Mss. mei *in c. convocat:* neque aliter unus Bongarsii: ego tamen nihil muto, qui memini sollemnem esse illam vocem et præcipuam conviviis. Doctissimus Catullus: 'Mei sodales Quærunt in triviis vocationes.' Cic. Verr. VI. 'Deinde ipsum regem ad cœnam vocavit.' Unde 'vocatores,' κλήτορες, dicti sunt, quibus invitandi datum est negotium; s. qui per se vocant ad cœnas. Plinius avunculus XXXV. 14. 'Non fuerat ei [Apelli puta] gratia in comitatu Alexandri cum Ptolemæo: quo regnante, Alexandriam vi tempestatis expulsus, subornato fraude æmulorum plano regio invitatus, ad regis cœnam venit: indignantique Ptolemæo, et vocatores suos ostendenti, ut diceret a quo eorum invitatus esset, arrepto carbone exstincto e foculo, imaginem in pariete delineavit, agnoscente vultum plani rege, ex inchoato protinus.' *Mod.* Mss. Modiani *convocat:* neque aliter unus Bongarsii. Modius tamen nihil mutand. censet, cum solemnis sit illa vox et præcipua conviviis. Cic. Fam. IX. 20. '*Ut* Verrium vocare sæpius audeamus,' h. e. ad cœnam invitare. Catull. Epig. 48. 'Mei sodales,' &c. Ita Plin. H. N. Ptolemæus rex Apelli, a plano quodam per ludibrium ad regiam cœnam invitato, 'vocatores suos ostendit, ut diceret, a quo eorum invitatus esset.' Suet. Calig. 39. 5. Videnda Guilielmi Verisimilia I. 18. et Plautin. Quæstion. in Amphitr. 8. *Bern.*

§ 2 *Præferre se patri*] De Alexandri jactantia Plut. 40. *Id.*

§ 3 *Ut telo, &c.*] Sen. III. de Ira 17. 'Dabo tibi ex Aristotelis sinu regem Alexandrum, qui Clitum carissimum sibi et una educatum inter epulas transfodit, et manu quidem sua, pa-

rum adulantem et pigre ex Macedone ac libero in Persicam servitutem transeuntem.'

§ 5 *Postquam satiatus cæde animus conquievit*] Sic a Nerone, 'perfecto demum scelere [matris occisæ], magnitudo ejus intellecta est.' Tac. XI. 26. X. 1. 'Scelus, inter ancipitia probatum, veris mox pretiis æstimatur.' Id. II. 26. 5. 'Cum scelus admittunt, superest constantia: quid fas Atque nefas, tandem incipiunt sentire, peractis Criminibus.' Juv. XIII. 237. Similia Menander ap. Stob. Serm. IV. post pr. *Bern.*

Æstimatio] Ex vett. edd. restituit *existimatio* Gronov. Vid. eum ad Liv. XXXIV. 2. *Græv.*

Existimatio] Ita antiquiores typis expressi. Nec mutavit Bong. At Bernecc. quod a Bong. monitum videret codd. quosdam Mss. habere *æstimatio*, ita omnino scribend. putavit. Rursus Gronov. contendit τὸ *existimatio* genuinum esse. Terent. Heaut. Prol. 'Arbitrium vostrum, vostra existimatio valebit.' Liv. XXXIV. 2. 'Utrum e rep. sit, nec ne, id quod ad vos fertur, vestra existimatio est.' Ad quem l. Notas quoque Gronovii vid. *Vor.*

Existimatio] Sic veteribus, Gronovio, et Græv. volentibus, restituit Vorstius. Bernecc. malebat *æstimatio.* Vid. quæ notavi III. ult. in fine. *Schef.*

§ 6 *Iracunde*] Non male Vienn. *iracundum.* Bern.

Occisum, &c.] Hegesipp. II. 12. 'Inter mensas et pocula circumventus.'

§ 7 *Quo pridem*] Mss. quidam *pridie*, quod præfero. *Pridem* sane nescio, an reperiatur usurpatum de tam brevi temporis intervallo; et paucas intercessisse horas etiam ex Curt. est notum. Vid. cum VIII. 2. Arrianus παραυτίκα, i. e. *statim*, post confectam cædem, secutam ait pœnitentiam. *Schef.*

In iram versus] Liv. XXV. 36. 'Toti a patiendo exspectandoque eventum in impetum atque iram versi:' et Liv. Epit. L. 'Versus in senectam:' et ipse Auctor XXVI. 2. 'Non in timorem, sed in furorem versi:' et XXVII. 2. 'Versi in misericordiam naufragii.' *Gron.*

Vulnera tractare] Id enim censebant officium esse erga defunctos et vulneratos. Stat. III. Th. 154. 'Quæ vulnera tractem, Quæ prius ore premam?' Id. XI. 624. 'Hei mihi quos nexus fratrum, quæ vulnera tracto?' *Idem.*

§ 10 *Accesserat enim ad pœnitentiam*] Ita antiquiores typis expressi. Bong. maluit *Accesserat pœnitentiæ.* Vor.

Nutricis suæ et sororis Cliti recordatio] Duæ personæ videntur esse, nutrix ac soror Cliti, quod falsum est; quare aut delend. istud ET, aut, quod magis probem, ita legend. *Accesserat pœnitentiæ et nutricis suæ, sororis Cliti, recordatio.* Fab. In nonnullis edd. abest *et* recte. *Græv.*

§ 11 *Tum, &c.*] Saxo XV. p. 370. 6. 'Tam fœdam educationis suæ mercedem exsolvit.'

§ 12 *Fabularum*] Rumoris et sermonum. Ita Suet. Aug. 70. 1. 'Cœna ejus secretior in fabulis fuit,' h. e. hominum sermone traducebatur. Tibull. I. 4. fin. 'Ne turbis fabula fiam.' Propert. I. Eleg. 15. dixit 'historiam fieri,' Juv. X. 167. 'declamationem.' *Bern.*

§ 14 *Tunc Am. cons.*] Filius Perdiccæ. Vid. Freinsh. ad Curt. VII. 2. 9.

Eurylochus] Ita quoque legend. ap. Frec. pro vulg. *Eutilochus.*

§ 15 *Perseverata*] *Perseverare* active etiam usurpavit Liv. XXII. 38. 'Quo id constantius perseveraret.' Add. notam Avi. Sen. VI. Benef. 23. 'Quia, quicquid desinere non possunt, perseverare voluerunt.' Symmach. I. Ep. 37. 'Qui amicitiam stabili diligentia perseveras.'

Ne ita mortem unius doleat] Codd. quidam Mss. teste Bong. *morte unius doleat:* quod æque recte dicitur. *Vor.*

Plerique Mss. Bongarsio visi habent *morte*. Unde ergo illud *mortem?* Suspicor Justinum scripsisse *ne ita morte in unius doleat*. Cic. Bruto: 'In tam gravi vulnere dolendum est.' *Schef.*

Perdat] F. *prodat*. Ut XIX. 3. 'Sed ne hos, quibus nefanda lues peperceraat, inter hostium exercitus relictos, morte sua proderet:' et Musonius ap. Stob. Serm. CLVIII. *Τοῖς μέντοι φίλοις καὶ νῦν συνείημεν ἂν τοῖς γε ἀληθινοῖς, καὶ ὧν προσήκει ποιεῖσθαί τινα λόγον· οὐ γὰρ ἂν οἵτοι προδοῖεν ποτὲ ἡμᾶς.* *Gron.*

§ 17 *Callisthenis*] Anaxarchum addit Plut. 93. *Bern.*

Condiscipulatu apud Aristotelem] Plerique Mss. habent *quondam discipulatu*. Puto utrumque scribendum, *quondam condiscipulatu;* nam vocem *quondam* exigit quod sequitur 'et tunc,' tanquam relativum: *condiscipulatu* autem agnoscunt etiam alii codd. Vitium ex eo natum, quia pro *quondam* ratione veteri scriptum fuit *condam*, et quia mox seqnebatur *cond* in voce *condiscipulatu;* ideo hæ litteræ perperam videbantur repetitæ. *Schef.*

Familiaris illi [Alexandro] *et tunc ab ipso rege ad, &c.*] Dele istud *rege:* est enim glossema, cum dicat Justinus, in ead. linea, *familiaris illi*, Alexandro. Quare nihil relinquitur. *Fab.*

Acta] Pro rebus gestis. Sic XII. 7. 13. 'Herculis acta superare.' Notat et Grotius ad principium Actorum Apostolicorum, Ciceronem, quidquid quisquam egit, id modo 'acta,' modo 'actus' vocare; et leges Sempronias dicere esse 'acta Gracchorum.' *Vor.*

§ 18 *Chorasmios et Dracas*] Ego h. l. pro *Dracis*, *Sacas* legerim. Sunt enim 'Chorasmii' vicini Sacis. *Dracæ* si uspiam est populus, quod non memini, Indorum erit longius ab hoc tractu. Unde f. *Oxydracæ*. Ceterum in corruptis codd. fere pro *Dacis Dracas* legitur. Item sæpe *Datæ*, quod magis mirum. 'Daæ' sunt celebres in Margiana populi: 'Daci' in Europa ad Danubium; Dracas non memini, ut jam dixi, usquam me legisse. *Glar.*

Chorasmos] Arrian. IV. *Χωρασμένοι.* Strab. XI. *Χωρασμουσίνοι.* Plin. IV. 16. 'Chorasmii.' *Dahæ* Græcis sunt *Δάαι*, pro quo hic quidam *Sacæ* reposuerunt. Curt. VII. 4. 6. Chorasmios, Dahas, et Sacas conjungit, ut Solin. 51. *Bong.*

Dahas] Ita quoque legend. ap. Frec. pro *Dachas*. Vincent. 'Daas.'

CAP. VII. § 1 *Primo*] In Mss. esse notarunt *in primo*, quod scrib. junctim, *inprimo*. Vetus adverbium, nec dubium, quin a Trogo usurpatum: e quo, 'priscæ,' ut ipsemet ait Præf. n. 1. 'eloquentiæ viro,' Autor desumta antiquaria verba sparsim Epitomæ suæ inseruit. Eand. vocem in Sallustio et Plauto alicubi Palmer. reposuit. Hæc Acidal. ad Vell. II. 68. 4. *Bernec.* Recte Mss. *in primo*. Vid. Not. ad Liv. X. 14. *Gronov. In primo* recte legi in Mss. Gronovius contendit, exemplisque affirmat. *Græv.*

Ne omnia pariter invidiosiora essent] Aut deest aliquid huic l. aut scribend. est *invidiosa*, quod in quodam et Bongarsius reperit. Nam *pariter invidiosiora* nec consuetudini, nec rationi sermonis Latini respondet. *Schef.* 'Pariter' non pertinet ad *invidiosiora*, sed ad 'omnia.' Ne omnia, simul s. eod. tempore immutata in moribus patriis, majus erga Alexandrum concitarent odium. *Græv.*

§ 2 *Callisthenes*] Cujus adversus adorationem Alexandri verba graviter libereque facta commemorant Arrian. IV. p. 85. et Curt. VIII. 5. Non fuit præcepti memor ab Aristotele sibi dati, 'ut cum rege, aut rarissime, aut quam jucundissime loqueretur:' Val. M. VII. 2. 'Contumacia non facit ad aulam,' Sen. de Tranquil. 4. *Bern.*

Sub specie insidiarum] Hoc *insidiarum* non concoquo. Quid enim *species insidiarum*, et quæ insidiæ hic intelligendæ? num quas facit aliquis, an quas patitur? Res in se quidem clara, sed oratio admodum ambigua. Itaque vix dubito, quin Justinus scripserit *sub specie insidiatorum*, postea vocabulum *insidiatorum* compendiose scriptum exhibuerit lectionem quæ nunc vulgatur. Equidem et I. 5. 'sub specie venationis' habeat pro, sub sp. venatoris, et V. 8. 'sub obtentu liberationis' pro, sub obt. liberatoris: sed in illis locis nulla ambiguitas, quæ non evitatur hic, si receptam lect. servamus. *Schef.* Nec hic quicquam ambiguitatis et obscuritatis. *Sub specie insidiarum* est, sub falso prætextu insidiarum, quas fingebantur struxisse Alexandro. Hoc crimen ipsis impingebatur. *Græv.*

Interfecti] Dissentit Autor a se ipso XV. 3. 6. et a Plut. Alex. 98. De morte Callisthenis add. Diogen. Laert. in Vita Aristot. *Bern.*

§ 3 *Explosa*] Pro *explosa* in quodam vet. est *exfossa*. Mallem legere *expolsa*, vel, ut hodie scribunt, *expulsa*. Schef.

§ 4 *Ultimo Oriente finiret imperium*] 'Finire' pro, terminare. Virgil. I. Æn. 'Imperium Oceano, famam qui terminet astris.' Ita ille de Cæsare. At de Alexandro Sen. VI. Q. N. 23. 'Imperium ex angulo Thraciæ usque ad Orientis terminos protulit.' *Vor.*

§ 5 *Inducit*] Vincent. 'obduxit.'

Ab argenteis clypeis] Curt. VIII. 5. 4. 'Scutis argenteas laminas addidit.' Quod id. paulo ante Noster 'argento inducere' dixit: Ammianus vero XVI. 'auro imbracteare.' *Vor.*

Argyraspidas] H. e. argenteis parmis insignes, quorum meminere præter alios Curt. IV. 13. 41. et Liv. XXXVII. 40. 7. Imp. Alex. Severus, Alexandrum Magnum imitandi, imo vincendi studio, cum Argyraspidas, tum etiam Chrysoaspidas instituit: Lamprid. in Vita, 50. Quale quid jam priscis reip. Rom. temporibus factum tradit Liv. IX. 40. 2. ubi de Samnitibus cum Romanis pugnam instruentibus inquit: 'Duo exercitus erant: scuta alterius auro, alterius argento cælaverunt.' *Bern.*

Appellavit] Sebis. *appellat*. Id.

§ 6 *Cum ad Nysam urbem*] 'Nysa' Indiæ urbs est frequens in ore omnium, sed locum ejus commonstrat nemo. Ego puto eam 'Nagoram' dici Ptolemæo, quippe qui et 'Dionysopolim' appellatam tradit. In Indiæ cis Gangem descriptione, in hoc sane tractu, ubi felix hic prædo heluatus est, 'sita est Nysa' (inquit Curt. IX.) 'sub radicibus montis, quem Meron incolæ appellant.' Hæc Curt. Meminit utriusque et Strabo XV. non ita longe ab init. Ubi interpres *femur* traduxit, quod non oportuit, cum sit proprium. Nec Plinius VI. 21. vertit, sed 'Merum' appellat, ubi et 'Nysæ' meminit. *Glar.*

Nysam] Ita Steph. et Strab. XIV. Arrian. *Νύσσαν*. *Bong.* Sic quoque Arrian. V. cui tamen adversatur Curtius. Statim post puto legend. *Cleophis.* Voss.

§ 7 *Sacri montis*] Qui 'Meros' dicitur Curtio VIII. 10. 20. ubi Bacchum enutritum fabulatur antiquitas. Plinio VIII. 39. 'Nysa' vocatur, exscriptorum f. vitio. Nam Plin. ipse VI. 21. 'Merum montem Libero patri sacrum' a 'Nysa' vicina urbe distinguit. *Bern.*

Vite hederaque non aliter vestiti] Cic. pro Dom. 38. 'Ager vestitus frumento:' et II. N. D. 39. 'Terra floribus vestita.' Ib. 53. 'Montes vestiti atque sylvestres.' Hinc 'Vestitus montium densissimi,' ib. 64. et Sall. Ju. 48. 'Collis vestitus oleastro, ac myrtetis, aliisque generibus arborum:' et Sen. III. Benef. 29. 'Tolle radicem, nemora non surgent; nec tanti montes vestientur.' *Gron.*

§ 8 *Impetu*] In Ms. legebatur *instinctu*, non *impetu*. Quod facit subdubitare, latuisse hic aliquod verbum minus ab librariis intellectum, vel quod insolitum quid ipsorum auribus sonaret. F. scriptum fuit *repentino incitu mentis, &c. Incitu* pro incitatione dixerit Justinus. Sic Plin. II. 45. 'Qui sive assiduo mundi incitu et contrario siderum occursu nascuntur, sive hic est ille generabilis rerum naturæ spiritus,' &c. *Voss.* Vossius, quod in Cod. quodam Ms. pro *impetu* est *instinctu*, conjicit legend. esse *incitu*. Verum ipsum *impetu* satis commodum. Ipse Cic. 'Impetu quodam animi potius quam cogitatione facere,' itemque, 'Impetu quodam mentis et voluntate,' dicit. *Vor.*

Non tam oppidanis se parcendo] Recepi hanc lect. ex Mss. et Junt. ed. in qua tamen desideratur *se*. Liquet ex præcedd. 'Cum ad Nysam urbem venisset oppidanis non repugnantibus, fiducia religionis Liberi patris, a quo condita urbs erat, parci jussit.' *Græv.*

Non tam oppidanis parcendo quam exercitui suo se consuluisse] Ita antiquiores edd. Bechar. Junt. et aliæ. Bong. maluit *non tam oppido se p. q. ex. suo cons.* Paulo ante dixerat 'oppidanis non repugnantibus.' *Vor.*

Oppido se] *Oppidanis*, ex vett. et Junt. volente Græv io, Vorstius. Et Mss. et impressi quidam habent *oppidanis;* quod, quia convenit superioribus, et rectius opponitur sequenti 'exercitus,' idcirco præfero vulgatæ lect. *Schef.*

§ 9 *Dedisset*] Ita quidam Mss. sed scribi oportuit *dedidisset*, ut in quibusd. impressis. *Faber.* Vincent. 'dedisset.'

Potuerat] Mss. plerique Bong. habent *poterat*, quod, ut convenientius, f. repudiari non debuit. *Schef.*

§ 11 *Propter, &c.*] Vincent. 'Prostrata pudicitia sc. r. ab I. deinceps e. a.'

§ 12 *Peragrata India, cum ad saxum miræ asperitatis*] Annotationibus nostris in Q. Curt. quinque aut sex Petras, quas aliquando Rupes vocat, et Curtio descriptas ostendimus. Quapropter hic de iis multum dicere noluimus. *Glar.*

Saxum] Πέτρα Ἄορνος, s. Ἄορνις, ut habet Diod. XVII. 85. et Curtii Mss. VIII. 11. 2. *Bongars.* Inde dicta, quod præ altitudine ad eam aves evolare non possent. Add. Strab. XV. Plut. de Fort. Alex. I. 2. Lucian. Hermotimo, sub init. *Bern.*

Miræ asperitatis et altitudinis] Antiquiores edd. *miræ magnitudinis et asp.* Petra illa Ἄορνος dicta, quod præ altitudine aves evolare ad eam haud possent. *Vor.*

CAP. VIII. § 1 *Unus, &c.*] Hellad. Crestomat. Πῶρος δὲ ὁ βασιλεὺς Ἰνδῶν κουρέως υἱός.

Viribus corporis] Erat enim statura 4. cubitorum et palmi, sic ut corporis eminentiam et molem elephanto, cui insidebat, equitis proportione responderet. Plut. Alex. 106. *Bern.*

§ 3 *Privatum hostem*] Exponunt, unum eum separatim. Recte quidem; sed, num vox 'privatus' alibi occurrat ita usurpata, ego dubitem plurimum. Quare pro *privatum* censeo legend. *privatim.* Plin. XXIV. N. H. 7. de pice: 'Adversatur privatim cerastæ morsibus.' *Schef.*

§ 4 *Cum præceps ad terram decidisset, concursu satellitum servatur*] Curt. aliter, VIII. Inquit enim, equum Alexandri multis vulneribus confossum procubuisse, posito magis rege, quam excusso. Historiam fusius narrat Agell. ex Charete (ita legend.) v. 2. Adi quoque Arrian. Plut. et alios. Persæ historiam hanc de Poro et Alexandro longe aliter narrant. Vid. Petrum Teixeram I. 22. *Voss.*

In terram cecidisset] Ita rursus antiquiores edd. At Bongarsius *ad t. decid.* Vor.

§ 5 *Porus, &c.*] Cedren. p. 152. Ὁς [Πῶρος] καὶ εἰς χεῖρας ἐλθὼν Ἀλεξάνδρου πολλούς τε τῶν Ἰνδῶν ζημιωθεὶς, καὶ τρωθεὶς τὸν ἀγκῶνα, σὺν τῷ ἐλέφαντι κατέπεσε, πολλῆς τε θεραπείας τυχὼν σύμμαχος Ἀλεξάνδρου γέγονεν.

§ 6 *Cum veniam ab hoste invenisset*] Admisi hoc ex Junt. et edd. pristinis, pro vulg. *accepisset. Invenire* enim eleganter sæpe sic usurpatur. III. 7. 'Atque, unde periculum quæsitum fuerat, ibi maximam gloriam invenit.' Terent. Andr. 'Ita facillime sine invidia laudem invenias.' Heauton. 'Labore inventa mea cui dem bona.' Similiter ap. Græcos, cum sacros, cum τοὺς ἔξω scriptores εὑρίσκειν. *Græv.* Optime et Latinissime *ab hoste invenisset*, ex edd. pristinis, et Junt. etiam. Itaque ex Grævii nostri judicio, eam lect. quæ germanissima est, in context. recepi. *Faber.* Junt. et aliæ vett. edd. pro *accepisset* habent *invenisset.* Quod adeo placet Grævio, ut id rursus in textum receperit. Assentirer et ipse, si pro *ab hoste* legeretur *apud hostem.* Ita enim *invenire veniam apud aliquem* dictum esset, ut 'quærere gratiam apud aliquem' IV. II. 7. *Vor.*

Ægreque, &c.] Non ergo semper illud Petronii verum: 'Nemo invitus audit, cum cogitur aut cibum sumere aut vivere.' *Bern.*

§ 7 *Quem, &c.*] Mamertin. Paneg. 10. 'Nam ille quidem Magnus Alexander jam mihi humilis videtur, Indo regi sua regna reddendo, cum tam multi reges, Imperatores, vestri clientes sint.'

Ob honorem virtutis] Erat Alexander 'virtutis etiam in hoste mirator:' Curt. IV. 6. 38. et VIII. 14. 75. 'Habet hoc virtus, ut viros forteis species ejus et pulchritudo etiam in hoste posita delectet.' Cic. in L. Pisonem 32. *Berneccer.* [Vid. Ov. Tr. I. 4. 39. 40.]

§ 8 *Nicæam*] A victoria illic parta sic dictam. Diod. XVII. 95. *Idem.* Junt. *Niceam:* et pro *Bucephalen* iid. ut Plut. *Bucephaliam.* Græv.

Bucephalen] 'Bucephalon' vocat Curt. IX. 3. 37. ut et Agell. V. 2. 'Bucephalam' Plin. VI. 20. et Diod. XVI. 95. 'Bucephaliam' Plut. Alex. 107. qui addit Alexandrum et in memoriam canis sui, 'Peritæ' nomine, cognominem urbem erexisse. Consulatur omnino Phil. Camerar. Hor. Subc. I. 21. et Kirchmann. de Fun. Rom. 707. pr. *Idem.* Junt. teste Græv. *Bucephaliam:* quomodo et Plut. Alex. appellat. Cui proximum quod Plin. VI. 20. 'Bucephalam' vocat. Curt. IX. 3. 23. eand. urbem 'Bucephalon' dicit. *Vor.*

§ 9 *Inde Adrestas, Strathenos, Passidas, Gangaridas*] Hæc nomina suspecta sunt omnia. Ap. Diod. 'Andrastæ' nominantur; Arrianus 'Assacenos,' qui hic 'Stratheni.' 'Pasidas' ap. neminem invenio. 'Gangaritas' adire voluit, sed militum lacrymæ eum detinuerunt, ut est ap. Diodorum. *Euphitæ* qui sunt, mihi non est notum. Nec puto facile hos locos emendari posse absque vetusto aliquo exemplari. Tanta est non modo nominum, sed temporis in hac historia variatio, ut quid cui præponendum, quid subjiciendum, nemo satis dispicere queat. *Glar.*

Adrestas, Gesteanos, Præsidas, &c.] Mss. plerique *Arestas.* Arrian. V. Ἀδραίστας vocat: Diod. XVII. 91. Ἀνδρέστας, ut hic quidam ediderunt. *Gesteami* (ita habent Mss. aut *Gestani*) in Ms. Orosio sunt 'Catheni.' Fabricius ex Arrian. edidit *Cathæi*, eos Καθαροὺς vocat Diod. XVII. 91. *Præsidæ* s. *Præsidiæ* Curtio IX. 2. 4. sunt 'Parrhasii. Id. ib. habet 'Gangaridas,' ut hic edidi ex Mss. Græcis Γανδαρίται, et Γανδαρίδαι, de quibus ad Curt. plenius. *Bongars.* Plenissime Salmas. ad Solin. 992. *Bernec.* Mss. omnes *Arestas.* Et sic quoque Lucan. III. 'Tunc furor extremos movit Romanus Arestas.' 'Præstos' vocat Curtius, male. Sed variis modis Indicæ illæ gentes ab auctoribus appellantur. Sic, quos Aristobulus

Γλαυκανίκας vocat, Ptolemæus Γλαύσας: et trecenta ejuscemodi, in quibus verum nomen nullus εἰ μὴ ὁ θεὸς εἰδείη. *Voss.* In Junt. scribitur *Andrasteas, Assacenos, Prasios, Gandarias.* 'Assaceni' populus Indiæ inter Cophem et Indum fluvios, teste Strab. et Arrian. Τὰ ἔξω Ἰνδου ποταμοῦ, inquit hic, τὰ πρὸς ἑσπέραν ἐπὶ τὸν ποταμὸν Κωφῆνα Ἀστακηνοὶ καὶ Ἀσσακηνοὶ ἔθνεα Ἰνδικὰ ἐποικέουσιν. Assacenorum caput erat Massaga. Pro *Prasios* scribend. *Præsios.* Sic a Plut. appellantur. Pro *Gandarias* vero *Gandaritas.* Græcis Γανδαρῖται. *Græv.*

Adrestas, Gesteanos, Præsidas, Gangaridas] Junt. sic, *Andrasteas, Assacenos, Prasios, Gandarias.* Et Bechar. *Adrestas, Stathenos, Passidas, Gangaritas.* Et primum quidem horum vocabulorum in ed. Junt. congruit cum eo quod Diod. XVII. 91. eosd. Ἀνδρίστας vocat. Deinde qui in ead. ed. *Assaceni* dicuntur, populus sunt Indiæ, Straboni et Arriano memoratus. Porro quos ead. ed. *Prasios,* Plutarchus Πραισίους et Πραισιαίους appellat. Postremum denique *Gandaridas,* aut *Gandaritas,* legend. videtur: quippe Diod. Γανδαρίδας, et Plut. Γανδαρίτας eos vocat. *Vorst.* Junt. *Andrasteas, Assacenos, Prasios, Gandarias.* Non displicet Vorstio, nisi quod, pro *Gandarias, Gandaritas* putet scribend. F. et pro *Andrasteas, Andrestas* rectius, propius certe a vulgato. *Schef.*

Gangaridas, cæsis eorum exercitibus, &c.] De Gangaridis, s. Gandaridis, negat Diodorus, Olympiad. 114. Αν. Μέγιστον τὸ τῶν Γανδαριδῶν ἔθνος, ἐφ' οὓς, διὰ τὸ πλῆθος τῶν παρ' αὐτοῖς ἐλεφάντων, οὐκ ἐπεστράτευσεν ὁ Ἀλέξανδρος. Vid. quoque Plut. qui Γανδαρίτας, et alibi Γανδρίδας perperam vocat. *Præsidas* vero Πραισίους et Πραισιαίους. *Voss.*

§ 10. 11. 12. *&c.*] Judicio Sebisii, desumpsit hæc Autor ex Lucan. v. 271. &c. similia certe quidem, ac prope gemina sunt. *Bern.*

§ 10 *Cuphites*] Hic, ut ceteris locis omnibus, Mss. librorum secutus sum lectionem. Orosius Ms. *Cofides,* quo loco Fr. Fabricius arbitratur accipienda hæc esse de Sophite, de quo Curt. IX. 1. 39. sed Sophiten Strabo, quem Σωπείτην ille vocat, Catheæ præfuisse lib. XV. scribit, quam jam ante devictam esse ab Alexandro, patet ex superioribus, si pro *Gesteanos* legamus *Cathenos,* aut *Cathæos,* ut in Orosio Fabricius. Ista ad Curt. pluribus. *Bong.*

Ubi eum hostium ducenta millia equitum] Hoc *equitum* mihi admodum suspectum est. Et vix est verosimile, omnes equites fuisse. Suspicor vel deesse quippiam, vel alterutrum horum, *equitum* aut *hostium,* delendum. *Schef.* Odoratus est Schefferus vitium hnj. loci inveteratum. Id vero Juntinæ subsidio tolles, si cum illa legeris *ubi eum CC. millibus equitum hostes operiebantur.* Sane *hostium* et *equitum* non possunt hic in eod. l. morari recte. In fine capitis blanditur quidem conjectura Schefferi, *quorum munitionibus* legentis pro vulg. *q. molitionibus;* id tamen rescribend. non est, verum exponendum: Quorum castrorum structura, vel, ut Latinius dicam, operibus. 'Moliri castra' pro, ponere, metari, non insolens veteribus: sicut 'moliri urbem' ap. Virg. pro, condere. *Græv.*

Finem tandem bellis faceret] Exstat ap. Curt. Alexandri ad milites oratio. Et rursus Pœni, qui militum nomine expeditionem, ad quam contra Gangaritas rex eos ante fuerat hortatus, deprecatur. Et hæc e Lucan. v. 274. desumta. *Bernec.* Codex Ms. teste Bong. *finem bellis faceret,* non male. Liv. I. 44. 'Is censendo finis factus est.' Val. M. v. 6. Ext. 1. 'Ita finem ei fore.' *Vor.*

§ 12 *Ostendere alius canitiem, &c.*] Tac. I. 18. 1. 'Hi verberum notas, illi canitiem, plurimi detrita tegmina et nudum corpus exprobrantes.' *Bongars.* Add. ib. I. 34. 4. *Berneccer.* Non potest dici: Alius ostendebat 'corpora sua' ætate consumta; nemo enim plus uno corpore habet; ergo legend. *membra,* non *corpora.* Mox, *cicatricibus exhausta;* nescio an dici possit aliquis cicatricibus exhaustus. Puto legend. *distincta cicatricibus,* quod est valde Latinum; 'distinctus' enim est, interpunctus, ut alicubi in libris oratoriis loquitur Tullius. *Faber.* 'Alius' hic intelligend. perinde ac si 'alii' scriptum esset, ut 'miles' pro militibus, et mille talia. Alii igitur ostendebant canos, alii vulnera, alii senilia, alii vulneribus, quorum signa cicatrices erant, exhausta corpora. Sic hic locus explicandus, ne ab omnium scriptorum editorumque librorum lectione recedamus. Posset etiam auctoritate firmari aliorum scriptorum, si res exigeret. *Græv.*

§ 14 *Quorum non tam studiis deficiatur, quam annis*] Mss. nostri omisso τῷ *tam; quorum non studiis deficiatur, quam annis;* phrasi non solum aliis scriptoribus, ut optimus quisque est, solenti, sed etiam JCtis nostris familiari, ut docui et exemplis adductis confirmavi in Novantiquis meis: præter quas videatur et Bong. ad h. l. in Variis Lectt. *Mod.* Hactenus editi *non tam studiis,* sed et Modiani Mss. et Bongarsiani præter unum omnes *tam* omittunt, phrasi optimis quibusque scriptoribus familiari. Tac. I. 58. 3. 'Pacem quam bellum probabam.' Curt. VII. 7. 89. 'Nec me ars mea, quam benevolentia perturbat.' Val. M. I. 1. 'Masanissa animo, quam Punico sanguine conveniens.' Liv. XLII. 3. 'Non plebis, quam patrum.' Noster iterum XXVII. 3. 11. et VI. 1. 4. ubi vid. Not. *Bernec.* De ista dicendi ratione, 'defici studio et amore alicujus,' dixi aliquid ad Phædrum. Qui autem exstimarint deesse *tam,* errant, nam ita alii scriptores. Græci quoque in suo sermone ita loqui solent. *Fab.*

Quorum non studiis] Pro, *q. non tam st.* Voculam *tam* codd. Mss. quos Bong. et Modius inspexerunt, præter unum omnes omittunt. Et putant viri docti ellipseos ejus exempla et ap. alios reperiri. Abest et ab antiquioribus typis expressis Becharii et Majoris; sed in illis sequitur *sed annis:* ut nulla voculæ *tam* sit ellipsis. 'Defici studiis, annis' est pro, destitui. 'Defectus annis' habet et Phædrus: pro quo male Sciopp. *Defessis annis* reponend. putat. *Vor.* Particulam s. conjunctionem *quam* et impressi vett. et Mss. omnes omittunt. Editi nonnulli pro ea habent *sed.* Unde colligo, neutrum esse Justini, sed glossatorum. Justinus mea sententia sic scripsit: *quorum non studiis deficiatur, ut annis.* Conjunctionem *ut* absumsit antecedens syllaba *tur:* eam postea alii per *quam,* alii per *sed,* conati sunt explere. Respicit autem *ut* omissum 'ita' ante 'deficiatur,' de qua ellipsi et aliunde notum et docuit Sanctius jam olim in Minerva sua. *Schef.* Angl. *non tam studiis,* supplementum glossatoris. Omittunt enim illud *tam* etiam optimi scriptores. Plaut. Rud. IV. 3. 'Non ædepol pisces expeto, quam tui sermonis sum expetens.' *Idem.* 'Commeatibus defici' etiam dixit Saxo XIV. p. 280. 50. et 'pane defecti' XIII. p. 161. 4. Cf. notam Avi ad Sen. Ep. 30.

§ 15 *Ac si*] Junt. *At si.* Græv.

Vel ipsi sibi parcat] Ita malo e Mss. quos Bong. vidit, quam *vel ipse sibi:* quia præcedit 'si non militibus' alius dativus puta. *Vor. Vel ipsi sibi* emendavit ex Mss. Bongarsianis Vorstius. *Schef.* Cave hic viros doctissimos audias. *Ipse sibi parcat* minime est interpolandum. Sic enim semper fere Cic. optimique scriptores loquuntur, ut ad ipsum Tullium pluribus ostendi, et ante me alii quoque, pro quo vulgus dicit *ipsi sibi parcat.* Græv.

Ne fortunam, &c.] Prudens consilium, quod et Scipioni Hannibal inculcat ap. Liv. XXX. 30. 25. 'Non statuentes tandem felicitati suæ modum, nec cohibentes efferentem se fortunam; quanto altius elati erant, eo fœdius corruunt.' Add. Curt. III. 8. 34. Vell. II. 70. 2. Suet. Cæs. 60. 2. et maxime Plut. Lucull. 80. Add. Flor. IV. 2. 79. et not. l. *Berneccer.* Ead. ratione Lactant. ad Stat. II. Th. 689. 'Parce Deis. Nam, qui immoderate sua felicitate utitur, faventes sibi Deos fatigat.' M. Sen. Controv. I. 8. 'Quid fatigatæ felicitati molestus es?' et Quintil. Decl. CCLXI. 'Fortuna solet fatigari:' et Curt. V. 3. 'Ne victoriæ indulgentiam fatigaret:' et Eurip. Rhes. 584. Ἡμῖν δ' οὐ βιαστέον τύχην. *Gron.*

§ 16 *Castra solito magnificentiora*] Curt. IX. 3. 30. Plut. Alex. 108. *Berneccer.* Mirum quod Justinus nihil hic de 12. aris addit, quas Alexander tum erexerit; quarum tamen Curt. IX. 3. 19. et Arrian. V. mentionem faciunt: et παράδραμα hoc Justini esse censet Blancard. Inf. tamen XII. 10. 6. separatim 'ararum' mentionem facit. *Vor.*

Quorum molitionibus] Quænam h. l. *molitiones castrorum*, et quomodo eæ terrent hostem? Scio 'terrenam molitionem' ap. Colum. XI. 2. et 'moliri terram,' in ejusd. operis præf. ubi et 'agrorum solique molitionem' usurpat. Verum castra plurimum a terra, solo, agris differunt, nec ulla inter hæc similitudo. Quare mihi quidem vix est dubium, quin scribend. sit *munitionibus.* Curt. de re ead. IX. 3. 'Munimenta quoque castrorum jussit extendi.' Vitium ex eo natum, quia ratione veteri, pro *munitionibus*, *monitionibus* fuit scriptum, quod deinde in *molitionibus* mutarunt. *Schef.*

§ 17 *Cæsis hostibus, cum gratulatione, &c.*] Vix omitto rescribere *cæsis hostiis*, quomodo nobiliss. Sebis. emendand. censet hunc locum, volentibus etiam Curt. IX. 3. 29. Arrian. sub finem libri et Plut. Alex. 109. Verum quia Mss. non addicunt, et vero *hostibus* etiam qualitercumque consistere potest, abstineo manum. *Berneccer.* Credo ego cum Sebis. et Bernecc. legend. *esse cæsis hostiis;* quoniam, ut dixi, aras quoque 12. tum temporis erectas esse ex aliis sciri potest, et ipsarum hostiarum cæsarum alii diserte mentionem faciunt. Ipsa phrasi 'hostias cædere' sup. XI. 5. 6. et 11. utitur. *Vorst.* Inclinant omnes eo, quod pro *hostibus* legend. sit *hostiis:* at repugnant Mss. omnes. Et videtur aliud voluisse Justinus, quam quod censent, respexisse nempe gratulationem, de qua sequitur, ac, qualis illa fuerit, verbis hisce explicasse, nimirum qualis victorum esse consuevit. Solebant enim cæsis hostibus ac profligatis a pugna redire cum gratulatione, i. e. faustis clamoribus. Suet. Galb. 19. 'Oppressos, qui tumultuarentur, advenire frequentes ceteros gratulabundos et in omne obsequium paratos.' Vulgo gratulantes hi sunt ovantes. Festus: 'Ovantes, lætantes, ab eo clamore, quem faciunt redeuntes ex pugna victores milites.' Habes ecce consuetudinem solemnem militum victorum ex pugna revertentium clamandi, quem clamorem alii 'ovationem,' alii 'gratulationem' appellant. Cum ejusmodi ergo gratulatione dicit Justinus reversos in castra milites Alexandri, tanquam re confecta, profligatis omnibus hostibus, et nunc reversuri domum. Legend. ergo ap. eum: *Itaque, ut cæsis hostibus, cum gratulatione in eadem castra revertuntur.* Conjunctio *ut* periit, per similitudinem litterarum duarum in vocabulo proxime præc. *que.* Schef.

In eadem reverterunt] Sebis. *via eadem:* recte, aut valde fallor: ita enim et Curt. IX. 2. 31. 'Repetens qua emensus erat.' *Berneccer.* Vulgata

proba, juvatque caput sequens. *Fr.* Puto verius, *indidem reverterunt.* Voss. Istud, *in eadem*, nullo modo placere potest. Sebis. legend. putabat *eadem via;* quod nec placet; sed nihil videre hic quidem possum; nisi *in eadem* plane delend. sit, quod puto; est enim et falsum et ineptum. Pro *hostibus* autem, idem libenter cum Sebisio sentio, legend. *hostiis;* qui enim in illa castrorum molitione hostes erant? nulli. *Faber.* In molitione castrorum nulli erant hostes; sed, cum jam moliti essent castra, ex illis in hostem prodierunt, et post victoriam, hostibus cæsis, cum magna gratulatione in illa reverterunt. Qui poterant dici *in castra revertisse*, nisi ex iis in hostem moventes prodiissent? Acuti Sebisii conjectura, quæ multos in suspicionem corruptionis adduxit, non est admittenda. *Græv.*

CAP. IX. § 2 *Ibi Gessonas Asibosque, quos Hercules condidit*] Et hic locus non minus corruptus est, quem tamen ex Strab. Curt. ac Diod. hoc pacto legend. puto: *Ibi Agalassas Sibasque, quos Hercules condidit, in deditionem accepit. Hinc ad Mallos et Oxydracas navigat.* Idque ex varia locorum et temporum conditione in hac historia diligenti adhibita cura colligi potest, salva semper melius sentientium opinione. Ceterum mox dicit Alexandr. solum, saltu de muro facto, ab hostibus conspectum, cum tamen urbs esset a defensoribus deserta. Mirum unde eum tam cito cognoverint. Et mox Alexander in deserta urbe cum tot millibus unus pugnat. Suspicor mendam in codicibus esse; maxime cum dicit, urbem a defensoribus desertam. *Glar.*

Hiacensanus Sileosque] Quidam Ms. *Agesinas Syrosque.* F. *Acesinas Sibosque*, ut illi sunt fluvii Acesinis accolæ: hi sint, quos 'Sobos' vocat Curt. IX. 4. 1. Strab. XVI. et Steph. et Arrian. in Indicis 'Sibas:' Diod. XVII. 96. mendose Ἴβους. *Bongars.* Junt. cum Ms. *Gesonas Sibasque.* Græv. Antiquiores edd. Junt. Bechar. Maj. *Gesonas Sibasque*, aut *Asybosque.* Et Bong. testatur cod. quendam Ms. habere *Agesinas Syrosque.* Conjicit autem id. legend. esse *Acesinas Sibosque.* Curt. quoque IX. 4. 2. 'Sobiorum' mentionem hic facit. *Vor.*

§ 3 *In Ambros et Sugambros*] *Mandros et Subagras* habet Orosius Ms. Fabricius emendavit, *Mallos et Oxydracas*, ut h. l. quidam ediderunt. Plin. XII. 6. 'Sydracas' vocat expeditionum Alexandri terminum. Curt. IX. 'Sudracas:' quomodo et Justinus, et Orosius, et Diodorus emendandi. *Bongars. Mallos et Oxydracas* in hac historia memorant et Arrian. VI. init. et Curt. IX. 4. 24. Et quidem urbem illam Alexandro pœne fatalem 'Mallorum' fuisse præter eosd. confirmat quoque Plut. Alex. 110. *Bern.*

Ambros] Diod. *Ambritas.* Voss.

In Ambros et Sugambros] Hi sunt, credo, quos Arrian. VI. et Curt. IX. 4. 15. 'Mallos' et 'Oxydracas' vocant. Quæ nomina Fabricius et ap. Oros. qui Nostrum excerpsit, III. 9. audacter restituit; secutus, ut ipse ait, vestigia depravataæ lect. antiquæ in Orosii et Justini libris. *Vor.*

§ 5 *Quam, &c.*] Hunc l. illustrat Freinsh. ad Curt. IX. 4. 2.

§ 6 *Si possint*] Mss. *si possent*, quod magis est ex usu sermonis Latini. *Schef.*

In uno capite] Panegyrista Constantino Constantii filio: 'Cladem suam, quamvis multi pereant, vulgus ignorat: compendium est devincendorum hostium, duces sustulisse.' Facit huc Iphicratis comparatio exercitus cum humano corpore ap. Polyæn. III. et Sil. X. vs. 309. *Bern.*

§ 7 *Resistit*] Lego *resistit* pro vulg. *restitit.* Faber. Sic plane, ut Faber conjecit, optima Juntina. *Græv.*

§ 9 *Ubi, &c.*] Oros. et Frec. 'Ubi

se obrui a circumfusa multitudine persensit.' Duo Mss. Flor. Orosii *obrui circumf.*

Qui propter murum] Expunxi *tum*, quod Bong. ante *propter* posuerat, utpote supervacuum et in antiquioribus edd. non apparens. Pro *propter* antiquiores edd. habent *prope*. Vor.

§ 10 *Amici*] Peucestes, Timæus, Leonatus, Aristonus, aliique. Vid. Curt. IX. 5. qui hæc eleganter et copiose narrat. *Bern.*

§ 11 *Dejectis*] Est qui *dejectus* mallet. Quomodo Liv. quoque V. 21. 10. 'Dejectis ex muro undique armatis.' Sed illud rectum est. Nam et Curt. IX. 5. 30. 'Dolabris perfregere murum,' &c. Sic etiam Oros. III. 19. *Berneccer.* Junt. *dejectus.* Quod mihi arridet, quamvis alii tradant muros fuisse perfractos dolabris. *Græv.*

§ 12 *Sagitta*] 2. cubitorum, Curt. IX. 5. 12. *Bern.*

CAP. X. § 1 *Polyperchonta*] Nuper a me per epistolam quæsitum est, unde isthuc nomen formatum esset, et quæ ratio compositionis foret. Id autem, quia non ita multis cognitum, hic paucis dicendum arbitror; et res digna est quam audias. Primum, quamquam ex Paus. didici, Ætolum quemdam fuisse qui Polysperchon diceretur, id ego scio nihil ad Polyperchontis originationem pertinere; nam σπέρχω suum sigma amitteret, quod non potest. Deinde, nec ab ὑπάρχω oriri potuit, cum illud Alpha non mutetur in E. At f. ab ὑπερέχω est. Imo etiam, Græce enim non dicitur ὑπέρχω, sed ὑπέρχομαι. Ex nullo igitur trium illorum natum est τὸ 'Polyperchon.' Sed unde? Et tibi, 'Polyperchon' nomen est concisum, et quod syncopen passum fuit. Prius enim dicebatur Πολυπερέχων; mox dixere Πολυπέρχων. Quanquam autem, ex quo Græce cœpi legere, isthuc verbum περβέχω in iis scriptoribus non legerim qui hodie supersunt, fuisse tamen olim usitatum, mihi certissimum est, cum etiamnum in Glossis Hesychii et occurrat, et explicetur. Περβέχειν, inquit, est ὑπερέχειν. Itaque περβέχειν est *excellere, præstare;* quare Polyperchon, *Excellens* et *Eximius.* Sed nova quæstio exoritur; unde isthuc περβέχω? nam novum quiddam auribus nostris affers. Nihil apertius; περβέχω est περιέχω, ut Πέρφιλα, nomen mulieris, olim ap. Sosibium, pro Περίφιλα, *Amabilis,* ut Pamphila illa Terentiana. Ita et περβεθήκατο dicebant pro περιεθήκατο, nam pro περὶ illis erat περβί; aliquando autem dimidiam vocis partem exterebant, et pro περὶ dicebant περ, ut in πέρ σε, quod ab Hesych. explicatur πρός σε; mendosa tamen scriptura; nam scribi oportet περί σε. Sed qua Dialecto? Macedonica, ut opinor; quamquam et geminatio τοῦ P apud Græcos Æolici generis frequens erat. *Fab.*

Polyperchon] Ita sane scribitur hoc nomen, non tantum in hoc opere, sed et in Curt. et Nep. Tantum Bechar. ed. h. l. habet *Polysperchon.* Et sic sane scribend. merito esset. Græce enim ab Arrian. et aliis scribitur Πολυσπέρχων. Et notum est, quæ nominis vis sit, et unde sit compositum; nimirum a πολὺ et σπέρχων: quorum hoc idem est, quod *urgens, premens, festinans.* Mentio Viri et XII. 12. 8. et alibi. *Vor.*

§ 2 *Urbem*] Cui nomen Hamatelia. Diod. XVII. 109. *Bern.*

Ambigeri] F. is est, quem 'Sambum' vocat Diod. XVII. 102. 'Samum' Curt. IX. 1. 20. 'Ambyram' Oros. III. 19. *Bongars.* Vid. Reinecc. P. III. p. 192. *Berneccer.* F. rescribend. *Ambisari.* De quo vid. Arrian. v. Voss. Blancard. in Notis ad Arrian. suspicatur legend. esse *Ambi,* vel *Sambi regis;* et τὸ *geri* transpositis literis fabricatum e voce subsequente: quæ enim de veneno, de Ptolemæo vulnerato, et remedio regi per quietem monstrato Justinus subjungit, ea a Diod. et Curt. in historia 'Sambi' memorari; quamvis prior horum 'Sabum' vocet. 'Sambum' vocat et Arrian. VI. Ceterum literam S multis nominibus modo præmitti, modo non præmitti, dicique exempli gratia 'Androcottus' et 'Sandrocottus,' 'Indica' et 'Sindica,' monet Voss. in Notis ad lib. I. et XV. Justini. Conjecturam Blancardi, quod τὸ *geri* eliminandum, legendumque sit *Ambi,* et illud firmat, quod, ut Bong. in V. L. monet, unus Cod. Ms. habet *Ambiregis* pro *Ambigeri regis,* et quidam typis expressi *Ambiani regis.* Vor.

Gemino mortis vulnere] Acidal. ad Vell. II. 68. 4. locum ita censet emendand. *geminæ m. v.* Non enim duplex vulnus erat, inquit; sed in vulnere vis geminæ mortis, qua ab ipsis sagittis, qua ab superindito veneno. Juvat Lucanus III. 751. ubi de eo, qui et gladio confossus, et postea in mare præcipitatus periit: 'Festinantem animam morti non tradidit uni;' sed nimirum geminæ: quomodo 'simplicem mortem' dixerunt etiam Suet. Cæs. 74. 3. Sall. v. Hist. Curt. VIII. 7. 8. ipseque Noster XLIV. 4. 6. Ego vulgatam lect. retineo, tueorque tum consensu Mss. tum vero gemino exemplo Claudiani Stil. I. 351. 'Æthiopum geminata venenis Vulnera.' Ov. Pont. I. 2. ita de Getis: 'Qui, mortis sævo geminent ut vulnere causas, Omnia vipereo spicula felle linunt.' Ceterum, an veneno grassari liceat in hostem, eam quæstionem Alb. Gentilis de J. B. II. 6. copiose H. Grotius in ejusd. argumenti opere III. 4. 15. et 16. breviter ac nervose discutiunt. *Berneccer.* Acidal. mallet *geminæ.* Mihi *gemino,* quod est in Mss. omnibus, ortum primo ex compendio scripturæ videtur, quo quis vocem geminato expresserat. Et huc facit illud Claudiani, quod a Bernecc. laudatur. *Schef.*

§ 3 *Per quietem monstrata herba*] Medicinæ per quietem ostensæ nobile exemplum est in Vespasiano Xiphilini et Suetonii cap. 7. 5. Quo fine ægrotos olim in templis somnum captasse, patet ex Plaut. Curcul. II. 1. 1. et Cic. de Divin. I. 43. Plura Jan. Wowerius ad illud Petronii: 'Medicinam somno petii,' &c. *Bern.*

Per quietem, &c.] Oros. 'Ac post herba per somnium sibi ostensa et in potum sauciis data cum reliquis subveniretur, urbem expugnavit et cepit.' Ita etiam uterque Ms. Leid. Freculphi, ap. quem vulgo legitur *Ac post herbam....ostensam....datam.* Strab. XV. p. 723. Ἐν δὲ τοῖς Ὡρείταις τὰ τοξεύματα χρίεσθαι θανασίμοις φαρμάκοις ἔφασαν, ξύλινα ὄντα καὶ πεπυρακτωμένα· τρωθέντα δὲ Πτολεμαῖον κινδυνεύειν· ἐν ὕπνῳ δὲ παραστάντα τινὰ τῷ Ἀλεξάνδρῳ δεῖξαι ῥίζαν αὐτόπρεμνον, ἣν κελεῦσαι τρίβοντα ἐπιτιθέναι τῷ τρωθέντι· ἐκ δὲ τοῦ ὕπνου γενόμενον, μεμνημένον τῆς ὄψεως, εὑρεῖν ζητοῦντα τὴν ῥίζαν πολλὴν πεφυκυῖαν, καὶ χρήσασθαι καὶ αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους.

§ 4 *Oceano, &c.*] Saxo XVI. p. 377. 19. 'Armis, non precibus, Deo libamenta daturus.'

§ 5 *Curru circa metam acto*] Quod solebant qui ad metam pervenerant; inde Horat. I. Od. 1. 'Metaque fervidis Evitata rotis.' Vett. plerique *curru certamine jam acto,* aut *peracto.* Sed et Oros. III. 20. et unus Ms. vulgatam lect. tuentur. *Bongars.* Vid. Gebhard. in Catull. p. 211. m. *Bern.*

Quatenus] S. antique, *quatinus,* h. e. quousque. Ab ingenio Freinshemii est hæc, aut omnia me fallunt, omnino certa emendatio: quam proinde non sum veritus in textum admittere. Hactenus omnes editi *qua sinus* absurde. *Berneccer.* Antiquiores typis expressi pro *quatenus* habent *qua sinus.* Nec indicavit Bong. in Codd. Mss. se quicquam aliud reperisse. Freinsh. demum conjecit legend. esse *quatenus* aut *quatinus.* Idque propter evi-

dentiam primus in context. recepit Berneccerus. *Vor.*

§ 6 *In monumenta*] Scrib. *monum.* omissa præp. Plaut. Curcul. III. 69. 'Ibi nunc statuam volt dare auream Solidam faciundam ex auro Philippæo, quæ siet Septempedalis, factis monumentum suis;' et Liv. I. 55. 'Ut Jovis templum in monte Tarpeio monumentum regni sui nominisque relinqueret.' *Gronov.*

Barcen condidit] Nulla *Barce* ab Alexandro in ostio Indi condita. Βαράχην ibi invenio; et sic rescribend. *Salm.*

Relicto, &c.] Vincent. 'vel uno ex amicis lit. Ind.' omissa voce *præf.*

§ 7 *Cum, &c.*] Vincent. 'cum ar. l. in itinere invenienda dic.'

Babyloniam redit] Μνημονικὸν Justini ἁμάρτημα. Inquit enim paulo post cap. 13. 3. 'Hac ex causa Babyloniam festinanti.' Et, quæ sequuntur, Susis magnam partem acta esse ex Diod. Arrian. et ceteris constat. *Bong.*

§ 8 *Præfectos suos*] Ex his fuere Cleander, Sitalces, Agathon, et Eracon. Curt. init. lib. X. *Bern.*

§ 9 *Filiam post hæc Darii regis Statiram*] Hanc pater Darius adhuc superstes Alexandro collocare voluerat. Imo petierat ab eo ut nuptiis sibi illam adjungeret, uti Curt. III. 5. 1. scribit. Verum tum quidem temporis Alexander recusavit. Arrian. VII. filiam Darii, quam Alexander matrimonio sibi junxit, 'Arsinen' aut 'Arsinoën' vocat. Ἀρσίνην enim vel Ἀρσινόην legend. ibi esse, non ut editum est Βαρσίνην, bene docuit Blancard. *Vor.* Στάτειραν eand. quoque appellant Plut. Alex. p. 703. et Zonar. IV. 14.

§ 10 *Sed et, &c.*] Ælian. VIII. V. H. 7. Ἀλέξανδρος ὅτε Δαρεῖον εἶλε, γάμους εἱστία καὶ ἑαυτοῦ καὶ τῶν φίλων.

Optimatibus Macedonum] Διανέμων τὰς ἀρίστας τοῖς ἀρίστοις. Plut. Alex. 120. *Bong.*

Crimen regis] 'Crimen' h. l. non est quod in lingua nostra significat; sed id simpliciter, quod dicimus, *un reproche, un blâme*, opprobrium. *Fab.*

Levaretur] Ut XII. 3. 9. Ita de Semiramide Oros. I. 4. de Claudio Suet. 26. 9. *Bern.*

CAP. XI. § 1 *Se æs, &c.*] Vincent. 'se æs al. ad omnia imp. pr. sol.'

Domum] Ita antiquiores typis expressi. Bong. maluit *domos.* Vorst.

§ 2 *Non summa tantum*] Angli una voce auctius *non summa tantum commendata.* Schef.

Nec a debitoribus magis, quam a creditoribus gratius excepta] 'Magis' comparativo junctum. Priscian. lib. III. Plaut. 'magis majores nugas' dixit. *Bongars.* Add. Notam sup. III. 2. 27. *Berneccer.* 'Magis gratius' pro, gratius. Abundat enim 'magis' ad comparativum. Nec est res sine exemplo. Noster III. 2. 7. 'Magis clarior.' Multa item id genus Vechner. in Hellenolex. congessit. 'Grate munus accipere' dixit sup. XI. 10. 10. *Vor.*

§ 3 *Viginti millia talentum*] Alii *tria et viginti millia talentorum.* Curtius IX. 2. de decem millibus talentum tradit, quæ quidem ipsa non tota expensa fuerint. *Modius.* Curtio consentit omnino Plut. Alex. 120. *Bern.*

§ 5 *Nec annos, sed stipendia sua numerari*] I. e. non annos ætatis, sed annos stipendiorum factorum. 'Vicena stipendia meriti' dicuntur, qui viginti annorum stipendia meriti sunt. *Vor.*

§ 6 *Nec, &c.*] Saxo XIV. p. 262. 16. 'Non tam redargutione sed convicio agebat.' Vincent. 'Nec hoc jam prec. sed c. agebant, dicentes.'

Cum patre inire bella] Dixit, ut Arrian. VII. μετὰ τοῦ πατρὸς στρατεύεσθαι. Vulgo *finire*, minus recte. *Bong.*

Jubentes eum solum cum patre suo Hammone inire bella] Ita locum jam olim emendavi ad illa Curtii mei IV. 16. 24. 'Quippe non universæ acies, quam hæ tumultuariæ manus vehementius iniere certamen.' *Mod.*

Quatinus] Ita Vett. Est autem *quatinus*, quoniam. Festo et Frontino. *Bongars.* Sic et elegantissimo Floro II. 15. 28. III. 8. 1. IV. 11. 1. et IV. 12. 29. *Id.*

Quatinus] Ita in Codd. Mss. extare testatur Bong. Antiquiores typis expressi nullo sensu *ut milites suos fastidiat. Quatinus* est pro, quia, quando. Festus: 'Quatenus significat, qua fine, ut *hactenus*, hac fine: *quatinus* vero, quoniam.' *Vor.*

§ 8 *Ad postremum cum verbis nihil proficeret*] Junge Curt. X. 2. et 3. Lucanus de Cæsare militarem seditionem cohibente v. 316. 'Stetit aggere fulti Cespitis intrepidus Vultu, meruitque timeri Non metuens.' Quod locum adspicit in referendo simili Avidii Cassii facto Vulcatius Gallicanus cap. 4. *Bern.*

Ad supplicia] Mss. quos vidit Bong. habuerunt *in supplicium*, quod rectius videtur. Puto enim ista plurimum differre; quoniam, qui ducitur *ad supplicium*, is ita ducitur, ut eat illuc, ubi de eo sumendum est supplicium, quod statim cogitur subire. At vero *duci in supplicium* est, duci eo fine, hoc proposito, ut de eo aliquando supplicium sumatur, licet fiat post temporis aliquod intervallum. Id quod magis convenit historiæ. Nec enim Alexander ipse manu sua eos adducebat ad carnificem, qui tum statim capitali eos afficeret pœna, sed tantum adduxit, ut servarentur. Curt. manifeste X. 2. 'Notatos quoque, qui ferocissime oblocuti erant, singulos manu corripuit; nec ausos repugnare, tredecim adservandos custodibus corporis tradidit.' *Schef.*

CAP. XII. § 4 *Formatam in disciplinam Macedonum*] Mss. Bong. habebant *disciplina.* Ita legend. fuerit *formatam disciplina Macedonum*, quod convenientius videtur. Disciplina etiam est, quæ format, non ob quam quis formatur, vel informatur. *Id.*

§ 5 *Jactantes, hostes suos in officium suum subjectos*] 'Jactare' non modo idem quod, gloriari, sed et idem quod, dicere. Virg. 'Ibi hæc incondita solus Montibus et silvis studio jactabat inani.' Ipsum quoque primitivum 'jacere' idem est quod, dicere. Pro *subjectos* alius *sublectos*, alius *subactos* mavult. Verum *subjectos* ipsum satis commodum. I. 9. 9. 'Prostrato Mergide fratrem suum subjecit Oropasten.' *Vor.*

Subjectos] H. e. suppositos. Freinsh. mallet *sublectos*, quæ vox comparet et III. 3. 2. Prætulerim quod est in ed. Vienn. *subactos*, quod et Hispanicus interp. expressit: *suffectos* aut *subfectos* legit Gronov. *Bern.*

6 *Orant suppliciis suis potius saturet se, quam contumeliis*] Mss. quidam mei *orant suppliciis suis saturet se, quam contumeliis:* ut dixit Plaut. 'Tacita mulier bona est, quam loquens.' Vid. et hic Novantiquas meas. *Modius.* Modius *potius* a Mss. quibusd. suis abesse scribit; nec requiram. Vid. Notam ad XII. 8. 14. *Bern.*

§ 7 *Undecim millia militum veteranorum*] Arrian. VII. Ἐγένοντο ἐς τοὺς μυρίους, *decem circiter millia fuere.* Cui consentit Diod. Ἀπέλυσε τῆς στρατείας ὄντας ὡς μυρίους. *Vor.*

§ 8 *Polydamas, Amadas*] Omnino *Amyntas* legend. non *Amadas.* Voss. Isacus ille Voss. legit *Amyntas*, optime; quanquam sæpe in nominibus Macedonicis Thracia sæpe barbaries est, quia utraque regio confinis. *Fab.* Ab antiquioribus edd. nomen hoc *Amadas* abest. Voss. pro eo legend. putat *Amyntas.* Blancard. autem ex præc. 'Polydamas' incepisse credit, vitio librariis familiarissimo. Vid. Notas hnj. ad VII. Arriani. *Vor.*

§ 10 *Revertentibus*] Sc. in patriam. *Bern.*

§ 11 *Ephæstion decedit*] Ecbatanis. Præter sæpe citatos auctores, vid.

Ælian. V. H. VII. 8. Eum ut heroem coluit Alexander. Arrian. VII. *Bong.* Et Curt. X. 4. 24. et Plut. Alex. 123. *Bern.*

Obsequiis] Si Viennensem Camert. ed. secuti distinguamus ita, *dotibus primo formæ, puerilitæque mox obsequiis*, ad obsequia impudica pertinuerit oratio. Sed hæc potius de obsequiosis aulæ ministeriis accipienda videntur. Vid. Curt. III. 12. 23. 'Bassus Silvanum specie obsequii regebat' ap. Tac. III. H. 50. *Id.*

§ 12 *Tumulumque ei duodecim millium talentorum*] Sic et Curt. X. 4. 25. sed Plut. Alex. 124. 'decem millia' habet, usus sc. rotunditate numeri 'myriadis,' parum excedentia rejiciens. *Idem.*

Tumulumque, &c.] Lucian. in Calumn. non temere cred. tom. II. p. 419. Ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐβουλήθη προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοίπῃ μεγαλουργίᾳ, καὶ Θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα· εὐθὺς οὖν νεώς τε ἀνέστησαν αἱ πόλεις, καὶ τεμένη καθιδρύετο, καὶ βωμοὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ Θεῷ ἐπετελοῦντο. Zonar. IV. Annal. 14. Ἐν Ἐκβατάνοις δὲ γενομένου αὐτοῦ ὁ Ἡφαιστίων ἐπύρεττε, καὶ ἐξ ἀκολάστου διαίτης τῆς νόσου κρατυνθείσης ἐξέλιπεν. Οὐκ ἤνεγκεν οὖν λογισμῷ τὸ πάθος Ἀλέξανδρος, ἀλλὰ τὸν μὲν ἰατρὸν ἀνεσταύρωσεν· ἵππους δὲ κεῖραι καὶ ἡμιόνους προσέταξε, καὶ τὰς ἐπάλξεις περιεῖλε τῶν πόλεων, καὶ μουσικὴν καὶ αὐλοὺς ἐν τῷ στρατοπέδῳ πολὺν χρόνον κατέπαυσεν. Cf. Plut. in Pelopid. p. 296.

Eumque post mortem coli ut Deum jussit] Arrian. VII. scribit a plerisque proditum esse, Alexandrum Hephæstioni *ὡς ἥρωϊ, ut heroi*, parentari jussisse: item, venisse ab Jove Ammone, qui ad eum missi essent, dicentes, Ammonem dixisse, *ὡς ἥρωϊ ὅτι θύειν θέμις, quod ut heroi sacrificare ipsi fas esset.* Tantundem et Plut. prodidit. Heroës autem ut *ἡμίθεοι, semidei*, habiti, ita et cultus illorum a divinis nonnihil discrepavit. Vid. et Notas Blancardi ad lib. VII. Arriani. *Vor.*

CAP. XIII. § 1 *Hispaniarum*] Notat in variantibus Bongarsius esse in uno Ms. *Spaniarum*, atque ita in optimis exemplaribus Curtii (forte X. 1. 22.) scriptum se repperisse. Certe D. Hieronymus ad Esaiæ caput 64. 'Spaniam' vocat: et vetus in Juvenalem Glossographus Tagum 'Spaniæ' facit fluvium: et Galenus VI. Simplic. 4. 'Spanum' vocat oleum ex Iberia (sic Hispaniam nuncupat) advectum. Consonat denique hodierna appellatio nostratium Italorumque: nec abeunt Hispani Gallique. Nam *Espana* et *Spania* scriptione tantum differunt; cum illi vocibus Latinis, quibus ab S litera initium, E præponere, suasque facere consueverint. Vid. Gruter. in Capitolini Antoninum cap. 1. et Merulæ Cosmogr. p. 275. A. Ita *Spaniensis* XLII. 5. 11. in Variantibus. *Bern.*

Ex Italia] Erant in his Bruttii, Lucani, Tusci. Num et Romani? Asserunt hoc aliqui: diserte negat Arrian. VII. Imo dicit Liv. IX. 18. 5. 'Alexandrum Magnum ne fama quidem populo Rom. cognitum fuisse:' quod vix credi queat. Legationis a Romanis ad Alexandrum missæ meminit Plin. III. 5. 30. *Bern.*

§ 3 *Quidam ex magis*] Vid. Sen. Suasoriam IV. In ea censeo legend. 'Babylone excluditur, cui patuit Oceanus.' Vulg. *Babylone cluditur*: nisi mavis *Babylon ei cluditur*. Bong.

Hunc, &c.] Vincent. 'hoc ei fatale f.'

§ 4 *Ob hoc omissa Babylonia in Byrsiam urbem*] Birthæ meminit Ptolemæus ad Tigrim supra Babyloniam. Byrsiam haud scio an idem locus. Arrianus Alexandrum ait, egressum Babylone, per Euphratem venisse ad Pallacopam fl. 800. stadiis a Babylonia distantem, inde Babylonem regressum. *Glar.*

Byrsiam] Huj. loci nemo præter hunc meminit. *Bongars.* Non puto locum hunc esse sanum. Mss. aliqui præferebant *Burbesiam.* Arbitror scribend. esse *Borsippam.* Locus ille non videtur usque adeo celebris fuisse ævo Alexandri. Persæ hoc oppidum vocant *Kermes.* Sed errant, cum dicunt, in eo Alexandrum mortuum esse. *Voss.* Is. Vossius ὁ πάνυ conjecit εὐστόχως corrigend. *Borsippam.* Sic sane legitur ap. Junt. *Græv.* Præclare Voss. *Borsippam.* Neque enim, eo quidem in loco, ulla *Bursia* erat. *Faber.* Mss. quidam pro *Bursiam* habent *Burbesiam.* Voss. legend. conjecit *Borsippam.* Ipsumque illud in ed. Junt. reperit deinde Græv. *Vor.*

Immutabilia] Tac. H. I. 18. 2. 'Quæ fato manent, quamvis significata, non vitantur.' Val. M. I. 6. 10. 'Dirum omen, quemadmodum timemus, ita vitare non possumus.' Liv. XXV. 16. 3. 'Nulla providentia fatum imminens movere potest.' *Bern.*

§ 7. 8. 9.] In his et seqq. dissentit aliquantum a Nostro Plutarchus Alex. 127. et deinceps. *Idem.*

§ 7 *Medicus Thessalus*] In omnibus libris etiam scriptis mendum est: legend. enim *Medius*; Μήδιος ὁ Θέτταλος Arrian. VII. Diod. extr. lib. VII. Plut. Alex. 127. *Bongars.* Hæc Bong. et pridem Paulus Leopard. Emendation. XVII. 10. m. *Bern.*

Medius Thessalus] Ita Athenæus X. p. 434. Ὅτι παρὰ Μηδείῳ τῷ Θεσσάλῳ δειπνῶν Ἀλέξανδρος, εἴκοσιν οὔσιν ἐν τῷ συμποσίῳ, πᾶσιν προὔπιεν, &c. et Plut. Demet. p. 896. Μήδιος Ἀντιγόνου φίλος. Id. de Discr. Adul. et Amici p. 65. Ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἷον ἔξαρχος. Vid. eund. de Animi Tranq. p. 472. *Gronov.* Pridem Leopard. et Bong. hunc l. emendarunt, approbantibus Juntis, qui scribunt *Medius.* Sic enim Arriano, Plut. et Diod. dicitur. *Græv.* Bong. ut erat homo doctus, facile vidit legend. esse *Medius*, non *medicus.* Hic autem *Medius* ille ipse est, quo cum, paucis ante mortem diebus, alea lusitabat Alexander; eratque ille Medius genere Thessalus, et inter principes cohortis regiæ. Plut. Hic vero facile est probare Justinum errasse, et exemplar Trogi Pompeii perperam legisse. Nam *Thessalus*, quod gentis nomen est, putavit esse hominis proprium cap. 14. 'Præmonito filio, ne alii, quam Thessalo crederet.' Et mox: 'Hac igitur ex causa apud Thessalum paratum repetitumque convivium est.' Sed et alibi sæpius erravit Justinus; id quod hactenus satis patuit, et inferius patebit. *Faber.* Perperam vulgo editur *medicus Thessalus.* Legend. enim *Medius.* Et manifeste hoc rursus Græv. in ed. Junt. reperit. Græce est Μήδιος. Et scribit Arrian. VII. enm τῶν ἑταίρων τοῦ Ἀλεξάνδρου πιθανώτατον fuisse. 'Thessalus' vocatur a gente, ex qua oriundus fuit: atque inf. XII. 14. 7. simpliciter dicitur 'Thessalus.' Fuit et *Medius* Larissæ in Thessalia princeps, qui cum Lycophrone Pheræorum tyranno bellum gessit, ut ex Diod. XIV. 83. constat. *Vor.*

Instaur. &c.] Saxo XIII. p. 245. 37. 'I. c. crebris custodes poculis attentabat.'

Invitat] Firmat hoc notam nostram ad I. 6. 5. *Bern.*

§ 8 *Veluti telo*] Ὅπερ λόγχῃ πεπληγώς. Plut. Alex. 127. qui hæc conficta scribit, neque Alexandrum veneno interiisse: quod et Arrian. VII. *Bong.*

§ 10 *Re, &c.*] Saxo XIV. p. 267. init. 'Re autem v. Canuto Suenonis filiæ postulandæ negotium fuit.'

Oppressit] F. *suppressit.* Gron.

CAP. XIV. § 1 *Qui cum carissimos*] Illud *qui* hic plane supervacuum est: vel certe non est plena oratio. *Vorst.*

Pro *Auctor ins.* habet Vincent. ‘Actor insidiarum.’

Antipater fuit, qui cum, &c.] Delent illud *qui*, ut otiosum. Mihi Justinus sic scripsisse videtur: *Antipater fuit, idque cum.* In vocabulo *idque* duæ primæ litteræ perierunt propter similitudinem proxime præcedentium; post *que* mutatum est in *qui*. Schef. In Junt. desideratur *cum*. Sed præstat *qui* delere cum Vorst. Pendet alioqui oratio. *Græv.*

Alexandrum Lyncistarum] Rescripsi ex Juntis *Alexandrum Lyncistam*. Ap. quos tamen *Lyncisten* hic conspicitur formatione Græca. *Græv.* Scripsi rursus, ut in Junt. esse testatur Græv. Vulgo inepte *Alexandrum Lyncistarum:* de quo quid habend. dixi ad XI. 2. *Vor.*

§ 2 *Non tam gratum apud regem, quam invidiosum*] Ita v. 2. 4. Eod. animo fuisse patrem Alexandri patet ex hisce Demosth. in Orat. contr. Epist. Phil. ‘Eum ita gloriæ cupiditate inflammatum dicunt, ut omnia præclara facinora sua esse videri velit: et magis indignetur ducibus atque præfectis qui aliquid laude dignum gesserunt, quam illis qui prorsus infeliciter rem administrant.’ Et in universum Sall. Cat. 7. ‘Regibus boni quam mali suspectiores sunt: semperque his aliena virtus formidolosa est.’ Quod dictum pluribus explicatur a Grutero Diss. 34. ad Tac. *Bern.*

§ 3 *Variis se criminationibus*] Illud *se* factum ex littera finali præcedentis, et initiali sequentis vocabuli, ac delendum. Præcedit enim ‘se magnis rebus,’ &c. *Schef.*

§ 4 *Supplicia*] De quibus XII. 10. 8. *Berlec.*

§ 5 *Ad pœnam*] Vid. XI. 5. 3. et ibi notam. *Idem.*

§ 6 *Ad occ. r.*] Ita quoque legend. ap. Vincent. pro *Ad occ. regnum.*

§ 7 *Cujus veneni*] Mallet Bong. *ejus v.* Mihi propius vulgatæ videtur, si legamus *hujus v.* Schef.

Ut non, &c.] Vincent. ‘nec ferro nec t.’

Ungula equi] Sic et Paus. in Arcadicis. Plut. autem Alex. 129. et Ælian. H. An. X. 40. ‘ungulam asininam.’ Arrian. VII. Plin. XXX. fin. et Vitruv. VIII. 3. ‘mulinam’ habent. Curt. X. 10. 25. ‘jumenti ungulam’ dicens, rem in medio reliquit. De veneno illo (*Stygos hydor* appellant) indicatis modo locis add. Herod. VI. 74. Sen. III. N. Q. 25. Plut. de Prim. Frig. 25. et Strab. sub finem lib. VIII. Add. Philandr. in Vitr. p. 332. pr. *Bernec.* Alii in ungula mulæ venenum illud servatum scribunt. Arrian. VII. ἐν ἡμιόνου ὁπλῇ. Plin. XXX. 16. ‘Ungulas tantum mularum repertas, neque aliam ullam materiam quæ non perroderetur a veneno stygis aquæ, cum id dandum Alexandro M. Antipater mitteret, memoria dignum est, magna Aristotelis infamia excogitatum.’ Vitruv. VIII. 3. ‘Est in Arcadia Nonacris nominata terræ regio, quæ habet in montibus e saxo stillantes frigidissimos humores. Hæc autem aqua στυγὸς ὕδωρ nominatur, quam neque argenteum, neque æneum, neque ferreum vas potest sustinere, sed dissilit et dissipatur. Conservare autem eam et continere nihil aliud potest, nisi mulina ungula. Quæ etiam memoratur ab Antipatro in provinciam, ubi erat Alexander, per Jollam filium perlata esse, et ab eo ea aqua regem esse necatum.’ *Vor.*

§ 9 *Prægustare ac temperare potum regis soliti*] Plut. Alex. 125. vocat ἀρχιοινοχόον. Hieronymo οἰνοχόος dicitur ‘minister vinarius.’ *Bongars.* Qui mos a Persis est; Xen. I. Παιδείας. Οἱ τῶν βασιλέων οἰνοχόοι, ἐπειδὰν ἐνδιδῶσι τὴν φιάλην, ἀρύσαντες ἀπ’ αὐτῆς τῷ κυάθῳ, εἰς τὴν ἀριστερὰν χεῖρα ἐγχεάμενοι, καταβροφοῦσι, τοῦ δὴ, εἰ φάρμακα ἐγχέοιεν, μὴ λυσιτελεῖν αὐτοῖς. Transiitque mox ad Romanos, simul unus omnia apud illos posse cœpit. Tac. XIII. ‘Quia cibos potusque ejus dilectus ex ministris explorabat.’ Plin. XXI. 3. ‘Antonio timente nec nisi prægustatos cibos sumente.’ ‘Prægustatos’ dixit, ut Noster ‘prægustare,’ proprie plane: qui enim hoc faciebant, ‘prægustatores’ dicebantur. Lapis Romæ, teste Lipsio ad Tac.

GENIO
CAELI. HERODIAN
PRAEGVSTATOR
DIVI. AVGVSTI
IDEM. POSTEA. VILLICVS. IN
HORTIS. SALLVSTIANIS
DECESSIT. NONIS. AVGVSTIS
M. COCCEIO NERVA
C. VIBIO RVFINO COSS.

Et alia item Inscriptio: TI. CLAVDIVS. FLAMMA. CLAVSVS. TI. AVG. PRAEGVSTATOR. *Modius.* De prægustatoribus veterum, Lipsius ad Tac. XII. Not. 162. et plura Meurs. Exerc. Critic. part. 2. c. 3. *Bern.*

In aqua frigida] Ita factum et Britannico, ab ead. causa et cautione. Tac. XIII. 16. *Idem.* Imo aqua frigida, et frigidissima, venenum ipsum fuit, ut ex Vitruvii modo allatis apparet. Pari modo scribit Plut. τὸ φάρμακον ὕδωρ εἶναι ψυχρὸν, *venenum aquam esse frigidam.* Vorst. Nil mutand. hic. Nam, licet venenum ipsum aqua esset frigida, tamen addenda fuit alia frigida, saltem ut serviretur speciei externæ. Nam veneni quidem per se copia non potuit esse tanta, quanta poculis vulgo admisceri de aqua frigida solebat. *Schef.*

CAP. XV. § 1 *Quarto die*] Quia ‘impletæ cibis vinoque venæ minus efficacem in maturanda morte vim veneni fecerunt,’ ut Liv. XXVI. 14. 5. de Campanis loquitur. Exemplo est et Claudius ap. Tac. XII. 67. At vitalia citius petit, quicquid vacuis venis immittitur. *Bern.*

Indub. &c.] Saxo III. p. 43. 38. ‘Qui cum indubitatum fatum sibi imminere sentiret.’

Agnoscere se fatum domus majorum suorum ait: nam plerosque, &c.] Hic quoque vitium est, quod ostendisse sit satis. Lego *agnoscere se fatum domus suæ; nam plerosque, &c.* Illud autem, *majorum suorum*, nihil aliud est quam glossema, ut vocant, superadditum huic voci, ‘Æacidarum,’ qui revera Alexandri Magni majores fuerant. *Faber.* Vincent. v. 65. ‘agn. se f. d. suæ, ait, et m. s.’

Æacidarum] Fuit Alexandri mater Olympias, filia Neoptolemi regis Molossorum; qui genus a Pyrrho Neoptolemo, Achillis filio, duxit. Achilles ‘Æaci’ ex Pelope nepos. *Bern.*

§ 2 *Perisse*] Sic in uno Ms. haberi scribit in Var. Lect. Bongarsius; rectius opinor, quam quod id. edidit, *perire.* Facit Curtius X. fin. cap. 4. *Idem.*

§ 3 *Quibusdam*, et mox, *dederit*] Ita Camertis ed. rectius quam alii *quibus*, et, *dedit.* Idem.

§ 4 *Invictus animus*] Vix dubito scribend. *invictus animi.* Tac. ita sæpicule: ut A. I. 32. 6. ‘Ferox animi.’ Et I. 69. 3. ‘Ingens animi,’ &c. Virg. Æn. IV. 529. ‘Infelix animi.’ Statius, ‘Eximius animi.’ *Idem.*

§ 5 *Videanturne, &c.*] Curt. X. 5. 3. Hæc interrogatio non extat in Græcis Scriptoribus: ex iis desumtam apparet, quorum scripta cum tempore interierunt. *Idem.*

§ 6 *Sibi parentatura*] Diod. XVII. 117. et XVIII. 1. ἀγῶνα ἐπιτάφιον vocat. *Bongars.* Sicut et Arrianus lib. VII. Allusio metaphorica. Defunctis enim gladiatorum sanguine parentare mos erat, ludosque funebres ex antiquissimo ritu fieri: sicut ex Virgil. de Anchisæ parentalibus, et ex Statio de Archemori exsequiis, tum etiam ex Homero Patrocli inferias prosequente, &c. notum est. Ob-

servat Jac. Nicol. Loënsis Miscell. Epiphil. v. 18. Eunapium, in lib. de Vitis Sophistarum, dictum hoc ridicule satis ad Julianum Sophistam transtulisse, de cujus exitu sic scribit: 'Vitam finiit Athenis, magnum certamen funebre (*μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα*) sodalibus suis relinquens,' præclare mehercule imitatione maximi regis, et loquacis rhetorculi, cum paribus nugatoribus. Intelligit autem per *ἀγῶνα, commissiones*; quas ita vocat Plin. Paneg. 54. et Suet. Aug. 89. 8. *ἀγῶνα τῶν ῥητόρων* Thucyd. III. 6. 35. *Berneccer.* 'Parentare' est in honorem parentum, aut aliorum, justa celebrare. Fiebatque illud variis rebus; et inter cetera ludis quoque funebribus et munere gladiatorio. Nam, ut Tertullian. lib. de Spectac. scribit, 'olim, quoniam animas defunctorum humano sanguine propitiari creditum erat, captivos vel malo ingenio servos mercati in exequiis immolabant: postea placuit impietatem voluptate adumbrare. Itaque quos paraverant armis, quibus tunc et qualiter poterant eruditos tantum ut occidi discerent, mox edicto die inferiarum apud tumulos erogabant.' Dio XXXIX. *ἀγῶνας ἐπιταφίους, certamina sepulcralia*, appellat. Et quomodo Noster, ubi cædes, quæ mortem Alexandri consecuturæ essent, ipsum hunc prædicentem inducit, verbo 'parentare' usus est; ita Diod. ibi ead. de re agit, i. e. XVII. 117. et XVIII. 1. *ἀγῶνα ἐπιτάφιον* eam vocat. *Vor.*

§ 7 *Templo*] Mss. omnes, quos vidit Bong. habent *templum*. Nec repudio, quia pluribus in locis similia occurrunt, quæ alibi notata. *Schef.*

§ 8 *Dignissimum*] Diod. XVII. 117. *τὸν κράτιστον. Bong.* Et XVIII. 1. *τὸν ἄριστον.* J. N. Loënsis eo quem modo dixi loco non perfunctorie perstringit Trogum, vel nostrum potius Epitomatorem, quod non bene sententiam Alexandri hic expresserit. Non enim illud volebat dicere, se heredem constituere, qui maxime dignus imperio foret: sed regnum suum fore in potestate occupantis, 'fortioris' sc. quod et eventus docuit. Neutra enim vox, s. *κράτιστος*, s. *ἄριστος*, 'dignissimo' convenit. Nam *κράτιστος potentiam* significat, s. *violentiam*, ut ex Æschyli Vinct. Prometh. liquet: *ἄριστος* autem, ut nominis etymon ostendit, proprie *Marte præstantissimus* est: unde *ἀριστεύειν, omnium fortissime se gerere: ἀριστεὺς, omnium fortissimus: ἀριστεία, forte facinus: ἀριστεῖον, fortitudinis præmium.* Id. ergo dixerit Alexander, quod Pyrrhus, alioqui etiam Alexandro comparatus a Plut. Vitæ cap. 14. a filiis interrogatus, 'cuinam relicturus esset regnum?' respondit, 'Ei qui vestrum acutissimum habuerit gladium.' Ib. 17. Eo pertinet, quod prævidere se dixit Alexander, grave de regno certamen inter illos oriturum, ut proinde sit necesse, rem ad eum inclinare, qui plus possit. Aliquanto melius hoc expressit Curtius X. 5. 7. 'Ei relinquere se regnum, qui esset optimus:' quam vocem ad fortitudinem quoque refert Sall. Ju. 92. 10. 'Optumus quisque cadere aut sauciari.' Junge huic Notam ad IX. 2. 4. *Ἀγαθὸς τὰ πολέμια*, Thucyd. IV. 25. 84. 'Bonus militia,' Tac. I. *Berneccer.* Eod. quoque modo ap. Stob. Serm. CXLIX. *Κότυς ὁ τῶν Θρακῶν βασιλεὺς ἐρωτηθεὶς, Τίνι καταλιμπάνεις τὸ βασίλειον; ἔφη, Τῷ δυναμένῳ. Gronov.* Non placet J. N. Loënsi, quod sententiam Alexandri Justinus sic expressit: non enim hoc voluisse Alexandrum, heredem regni se constituere qui maxime dignus eo esset; sed qui esset fortissimus ac potentissimus: idque sibi velle vocabula *κράτιστος* et *ἄριστος*, quibus auctores Græci, Diod. XVII. 117. et XVIII. 1. et Arrian. VII. in hac historia usi sint. Consentit quoque Blancardus Notis in Arrian. VII. Sciendum tamen Justinum, etsi non 'fortissimum,' aut 'potentissimum,' sed 'dignissimum' scripserit, ad fortitudinem tamen et potentiam, quam Alexander designatum iverit, et ipsum respexisse. Subdit enim: 'Prorsus quasi nefas esset viro forti alium quam virum fortem succedere.' *Vor.*

§ 9 *Roxanen*] Filiam Cohortani Satrapæ. Curt. VIII. 4. 31. Sed Arriano VII. Oxyartis Bactrii, quem Diod. XVIII. 3. regem appellat. Quin ipse Curt. alibi, sc. X. 3. 13. Oxatris Persæ filiam eam appellat. *Bern.*

§ 11 *Malum discordiæ*] Pomum Eridis. *Idem.* Alluditur ad fabulam *τοῦ μήλου τῆς Ἔριδος, mali a Discordia missi.* Et 'malum' hic est per metaph. At XVI. 3. 1. 'discordiæ malum' dicitur, ut 'pervigilii malum' XXIV. 8. *Vor.*

Ita omnes] Pro *ita* aliquando *ira* legend. arbitrabar. Judicent alii, an recte. Paullo post, pro *ambitione vulgi*, quod sine dubio aut transpositum aut corruptum, vid. an non legend. *a. multi.* Boxh.

Et ambitione vulgi tacitum favorem militum quærunt] Sebis. ita: *et amb. tacita vul. mil. fav. q.* Berneccer. Quid si legamus, *amb. vul. mil. tacitum fav. quærunt?* sane 'vulgus' et 'milites' hic uni iidemque. Et XIII. 1. 8. duo ista conjunguntur, legiturque, 'Vulgus militum thesauros spectabant.' *Vorst.* Emendant, *amb. tacita vul. mil. fav.* vel *amb. vul. mil. tacitum fav.* In Ms. quodam pro *tacitum* legitur *tanti cum.* Unde videbatur scribend. *et amb. vulgari tanti tum fav. mil. q.* Possis quoque retinere *vulgi*, et *ambitionem vulgi* explicare eam, qualis est in vulgo, qualem vulgus adhibet. Hanc ambitionem tanquam rem indecentissimam notat in *tantis*, i. e. tantæ dignitatis viris. Sententia, nisi fallor, eleganti. *Schef.* Non capiunt, quid sit *ambitio vulgi.* In libro seq. cap. 3. vocatur 'adulatio vulgi,' qua sc. vulgi favorem s. popularem auram captant proceres, qui prensant et ambiunt dignitates: cujus et meminit I. 1. cum ait antiquissimis temporibus bonos ad regiam dignitatem non evexisse popularem ambitionem, sed spectatam moderationem. Quid autem hic sit *tacitus favor*, non intelligo. F. scripsit Just. *tacite.* Adulabantur vulgo principes, nec tamen præ se ferebant verbis, regiam dignitatem ac successionem se ambire, sed blandis verbis ac donis quoque tacite, vel taciti, favorem militum quærebant, qui desiderabatur ad id consequendum, quod postea palam essent ostensuri. Id. est, ac si scripsisset Justinus: Omni studio nituntur militum favorem sibi comparare clam et tacite, h. e. sine professione illius caussæ, cur tantopere illorum animos sibi velint conciliari. *Græv.*

§ 12 *Anulum*] Quem una traditi imperii vel heredis instituti tesseram esse, non tamen nimis certam, hoc ipso et aliis exemplis confirmat eruditiss. Kirchmann. in De Annulis, 22. *Bern.*

§ 13 *Nuncupatus*] Nuncupativum testamentum quid sit, explicant JCti. Eo utebantur, cum urgente vi valetudinis non sufficerent ad obsignandas testamenti tabulas. Suet. in Vita Horatii, in qua nomen Consulis emendand. est, ut pro *C. Mario Censorino* legamus *C. Marcio Censorino*, ex Cassiod. et Dione. *Bong.*

Judicio] Vid. Not. ad V. 11. 3. Sebis. *indicio* mallet, quod id 'voci' opponatur. *Berneccer.* Mihi pro *judicio, indicio*, quod malebat Sebis. et exhibent impressi quidam, legend. certo videtur. *Schef.* Sebisii conjecturam hic minime possum laudare. Nam *judicium* hic est, extremum judicium, extrema voluntas. Sententia hæc est: Etsi voce non esset heres declaratus, videbatur tamen hæc esse voluntas extrema Alexandri, Perdiccam suum debere heredem esse, cui annulum regium tradiderat. Sic V. 11. 3. 'Cyro judicium patris injuria videba-

tur,' h. e. extrema patris voluntas, s. tabulis scriptis, s. voce, s. signo data. Hunc l. jam dudum attulit Bernecc. et alia ad eum notavit, ut mirer postea quoque Viros doctos hic hæsitasse. *Græv.*

Cap. xvi. § 1 *Annos tres et triginta*] Cic. Phil. v. 17. Ceteri annos 32. menses 8. *Bong.*

Mensem unum, annos tres et triginta natus] Rectius scripsisset *annos duos et triginta*, uti Blancard. Notis in lib. vii. Arriani demonstrat. Ipse Arrian. scribit vixisse Alexandrum annos 32. menses 8. ut auctor fit Aristobulus. Cic. Phil. v. 'tertio et trigesimo anno mortem obiisse' ait. *Vorst.* Non totum illos tres et triginta explevisse annos, constans omnium est sententia. In Mss. legitur non *mensem unum*, sed *mense uno*. Cogitand. igitur an non scripserit Just. *Dec. Al. demto mense uno annos.* Et sane per syllabam *der* in 'Alexander' facile perdi potuit syllaba *dem* in *demto*, post illud *to* ut nullius sensus ac precii deleri. *Schef.*

§ 2 *Cum ingenti serpente*] Qua causa Sidon. Apollinar. C. ii. 80. Alexandrum 'draconigenam' appellat. Add. sup. xi. 11. 3. *Bern.*

Volutari] Mss. *voluptari*, unde Freinsh. *voluptuari*. Berneccer. Mss. æque ut Junt. *voluptari*. Sic et Quintil. Decl. iii. quæ inscribitur Miles Marianus: 'Tribunus inter scorta voluptabitur.' Sic Ms. Lipsii; vulg. *volutabitur*. Et Apul. ix. M. 'Cum suis adulteris voluptatur.' Sic Mss. et primæ edd. ut notarunt viri eruditi, ubi quoque in vulgatis *volutabitur*. Probo tamen ubique lectionem editorum librorum. Nam 'volutari' sæpe de rebus Venereis dicitur, ut exempla docent ap. Cuper. iv. Obs. 10. *Græv.* Mss. habent *voluptari*, quod id. est ac, oblectare se, et amori operam dare: vox est invidiosa, et in probri loco posita. Sed *volutari* longe mihi arridet magis, cum agatur de serpente, quo se bona illa et frugi mulier Olympias implicitam prædicabat, per imaginariam Venerem, cum abesset Philippus. Hoc autem non abs re fuerit meminisse, (nam ex nihilo, ut aiunt, nihil,) reperiri in Macedonia serpentes, qui tam facile mansuefieri possint, ut ex iis olim et puellæ et matronæ sibi armillas, sibi monilia facerent, vel ut animulas suas oblectarent, vel ad corpusculum frigerandum. Huj. rei auctorem ciere possum Lucianum in Alex. s. Pseudomanti. *Faber.* Ms. *voluptari*, quod est rectum, nec in *voluptuari*, quod Freinsh. volebat, mutand. Docent Fabius et Apul. quos pro lect. ista vir cl. Græv. laudavit. *Schef.*

Opus] Scrib. *onus*. *Onus* enim dicitur sæpissime onus uteri, fœtus. Ovid. 'Tendit onus matrem.' Exempla sunt obvia, et vel sexcenta ap. solum Ovid. reperias. *Græv.* Præclare vero ap. Græv. nostrum *onus*. Nil melius poterat. *Onus uteri* est, fœtus. Ita ap. Phædr. 'Onus naturæ melius quo deponeret.' *Faber.* Græv. emendat, *onus*, quod probo. *Schef.*

§ 3 *Regna patris, &c.*] Talis Archedice regina, cujus monumentum Thucyd. vii. 9. 36. tale refert. 'Extulit hæc animum nunquam, patremque virumque Fratresque et gnatos imperitare videns.' Minus ergo caute Tac. xii. 42. Agrippinam 'Imperatore genitam, et sororem ejus, qui rerum potitus sit, et conjugem, et matrem fuisse, unicum ad hunc diem exemplum esse' scribit. Nec vere Plin. vii. 41. 'Una feminarum in omni ævo Lampido Lacedæmonia reperitur, quæ regis filia, regis uxor, regis mater fuit.' *Bern.*

§ 4 *Prodigia*] Do quibus Plut. in ejus Vita, 4. *Bongars.* Dianæ Ephesiæ templum nascente Alexandro conflagrasse referunt Cic. i. de Divin. 25. et Plut. Alex. p. 665. ubi ait: Ἐγεννήθη δ' οὖν Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, ὃν Μακέδονες Λῶον κα-

λοῦσιν, ἕκτῃ, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς· et paulo post: Φιλίππῳ δὲ ἄρτι Ποτιδαίαν ἡρηκότι τρεῖς ἦκον ἀγγελίαι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον· ἡ μὲν, Ἰλλυρίους ἡττῆσθαι μάχῃ μεγάλῃ διὰ Παρμενίωνος· ἡ δὲ, Ὀλυμπιάσιν ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι· τρίτη δὲ, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου γενέσεως· ἐφ' οἷς ἡδόμενον, ὡς εἰκὸς, ἔτι μᾶλλον οἱ μάντεις ἐπῆραν, ἀποφαινόμενοι τὸν παῖδα τρισὶ νίκαις συγγεγενημένον ἀνίκητον ἔσεσθαι.

§ 5 *Præpetes*] Scio tradere Hygin. 'præpetes' eas aves dici ab auguribus, quæ opportune prævolant, aut idoneas sedes capiunt: non possum tamen, maxime cum Bong. in uno suo Ms. repererit *perpedes* pro *præpetes*, contemnere plane et extra numerum habere scripturam Fuld. membranarum, in quibus disertim est *perpetes*, ut dictum est a Plaut. Amph. i. 1. 124. 'Quievi in navi noctem perpetem.' *Modius.* Optime membranæ Fuld. *perpetes*. Sup. lib. v. 'perpeti nocte.' Cum tamen viri docti tuentur vulgatam, velim mihi explicent, quid sibi velint hic *præpetes*. Sed *tota die perpetes* est: Tota die perpetuo sederunt in illo culmine, ut nusquam se hinc moverent. Plaut. Amph. i. 1. 'Neque ego hac nocte longiorem me vidisse censeo, Nisi item unam, verberatus quam pependi perpetem.' *Græv.* Bong. in uno Cod. Ms. observavit *perpedes*; et Modius in Mss. Fuld. manifeste *perpetes*: quod id. hic non plane contemnend. judicat. Sed et Grævio mirifice illud placet; cum ipse Noster lib. v. dixerit 'perpeti nocte.' Nobis tamen non liquet; ideo quidem quod præcedit 'tota die:' quod id. est quod, perpeti die. *Vor.*

§ 6 *Alterius, belli Illyrici*] F. legend. *nuntios pater ejus d. vict. accepit; alterum b. Illyrici, alterum, &c.* Gronov. Mss. quidam habent *alteræ*, quam lect. firmant alii multi, in quibus est *alteræ*. Porro *alteræ* pro, alterius, non est repudiand. in Nostro, qui secutus est Trogum, priscæ eloquentiæ virum, ut ipse eum nominat, vestigiaque plurima in Nostro testantur. Sane Vett. *altera, alteræ, alteræ* inflexisse, argumento Plauti locus est in Rud. iii. 4. ubi ait: 'Nam, huic alteræ patria quæ sit, profecto nescio.' Atque sic et ap. Terent. legitur. Ut autem 'alteræ' in tertio, ita et in secundo casu dixisse per naturam inflexionum necesse est. Ut adeo id hic sit notand. *Schef.*

§ 7 *Puer acerrimis*] Junt. *acerrimus*, optime. Flor. iv. 4. 'Antonius, prælatum sibi Octavium furens, inexpiabile contra adoptionem acerrimi juvenis susceperat bellum:' h. e. sollertissimi. *Græv.* Junt. *acerrimus:* nec displicet: vulgatum sane vix Latinum est. *Schef.*

§ 8 *Sub Aristotele*] Plut. Alex. 11. qui et 8. præceptores Alexandro tribuit Leonidam et Lysimachum Acarnana. De doctrina et studiis Alexandri locus insignis est Orat. 1. de Fort. Alex. 4. et 5. ejusd. Plut. *Ber.*

Doctore inclyto omnium philosophorum] Ridicule, neque isthuc a Justino est, quod legis. An Aristoteles doctor fuit omnium philosophorum? sit satis, suæ familiæ; aliarum, minime. An docuit Anaximenem, Anaximandrum, Thaletem, Democritum, Pythagoram, Parmenidem, Archelaum, Socratem, Platonem, &c. qui ante ipsum fuerunt? An etiam eos docuit qui postea vixere, Epicurum, et totam illius domum? &c. Unde igitur isthæc intrusa? Ab inepto aliquo discipulo Alberti Magni, qui ad oram Justini sui hoc adscripserat, admirans sc. angelum Naturæ; sed hoc parum est; Deum ipsum Naturæ, volueram dicere. *Faber.* Hoc *omnium philosophorum*, quomodo cum 'inclyto' cohæreat, non video. Puto glossatoris esse, non Justini. *Schef.*

§ 10 *Ut illo, &c.*] Vincent. v. 65. 'Ut i. p. nullos hostes nec arma etiam inermes timerent.'

§ 12 *Victus, &c.*] Tac. II. A. 73. de Germanico: 'Et erant qui formam, ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum, in quibus interiit, Magni Alexandri fatis adæquarent. Nam utrumque corpore decoro, genere insigni, haud multum triginta annos egressum, suorum insidiis externas inter gentes occidisse.' Vincent. 'Victus tamen ad extremum est.'

LIBER XIII.

Cap. I. § 2 *Sed nec . . . . . credidérant*] Hic Noster (et jam antea dictum a me fuit) habet stylum sæpe rhetoricum, et, ubi se materia offert, ostendit satis quid illo genere possit. Lego itaque, nam hoc dicere voluit: *ut invictum regem* senserant (vel experti fuerant), *ita immortalem esse crediderant*. Cur ita existimem, hæc ratio est, quod nunquam Alexandrum invictum (i. e. ut hodie loquimur, invincibilem) crediderant: si enim talem esse illum credidissent, nunquam, profecto, contra illum arma sumpsissent. Hoc ad judicii exercitationem facere poterit. *Fab.*

Quod ut invictum regem, ita immortalem esse crediderant] Nihil poterat dici rotundius, nil vennstius. Illæ devictæ gentes, cum Alexandrum ex omnibus prœliis et periculis victorem ac sospitem evasisse audirent, crediderant utique invictum esse regem, et nulla humana vi posse superari: et quia illum invictum esse persuasum habebant, putabant quoque immortalem esse, et ne a morte quidem subigi posse. Non hoc credebant gentes, cum illis bellum inferret Alexander; alioquin manus cum eo non conseruissent; sed postquam ab illo devictæ audierant eum ubique invictum esse, nusquam offendisse. Nihil in hoc acumine quod reprehendant vel κριτικώτατοι Rhetores reperient. *Græv.*

§ 3 *Præsenti morte*] Antiquiores typis expressi *præsenti morti*. Et dicitur sane utrumque. Altera constructio fit vi præpositionis; quemadmodum sup. 'illacrymare mortem.' *Vor.*

§ 5 *Mater quoque Darii*] Sysigambis mater Darii inedia mortua quinto, postquam mori statuerat, die. Curt. x. 5. 39. *Bern.*

Sibi ipsa conscivit] Vulgus diceret 'sibi ipsi.' Sed ut Trogus, ita et optimi quique locuti fuerunt: Cic. in Bruto 12. 'Cum se ipse defenderet:' et de Opt. Gen. Orat. 3. 'Quoniam se ipse consulto ad minutarum genera causarum limaverit.' Cæs. VII. B. G. 70. 'Se ipsi multitudine impediunt:' et Liv. VI. 2. 'Ut vallo se ipsi, vallum congestis arboribus sepirent.' Id. XXX. 15. 'Sibi ipsa consuleret.' *Gron.*

§ 7 *Contra Macedones versa vice*] Vides hæc duo, *contra* et *versa vice*. Alterutrum glossema esse dico; alterum enim alterius explicatio est. Ipse quidem h. l. *contra* amplecterer, at *versa vice* rejicerem, et hinc amolirer. *Faber.* Nescio an non illud *contra* glossatoris sit habendum. Id. enim *contra* et *versa vice*. Schef. Testatur hic Notator Anglicanus Fabrum *versa vice* tanquam otiosa delere. Mallem illud *contra* glossatoris credere. Sed vid. XXXVII. 1. 9. *Græv.*

§ 9 *Et in annuo vectigali tributo* CCC. *millia*] Legend. XXX. *millia* pro CCC. *millia*, auctore Budæo lib. IV. de Asse. Ubi non convenit, inquit, ut 300. millia annua essent, et 100. millia in conditis pecuniis. *Glarean.* Hunc loquendi modum illustrat Perrenonius II. Animadv. 30.

Quinquaginta millia talentum] Nostra voce et ratione numerandi fuerint milliones triginta. Illa vero *tricena*, s. ut Budæus lib. IV. de Asse p. 165. m. legit, *triginta millia vectigalis annui*, constituunt milliones octodecim. Vid. Agricolam de Pond. et Mens. p. 116. f. et p. 318. *Berneccer.* Junt. ut placebat Budæo, *triginta millia*. Græv. Budæus, ut aiunt, legit *triginta*, sed nil necesse; nam 'tricena' et 'triginta' idem efficiunt; at 'trecena,' ter centum; quæ summa omnem fidem longe exsuperare videtur. *Faber.* Budæus in lib. de Asse citat *triginta millia:* quomodo et Junt. habere testatur Græv. Sed perinde rursus est; quod quidem ad sensum attinet. Nam *triceni* dicunt pro, triginta. Plinius, 'tricenos pedes,' 'tricenis diebus.' Aliud autem est 'treceni.' Porro *tributa* supervacuum videtur, et ex marg. ubi explicationis causa scriptum fuerit, irrepsisse in textum. Sane *vectigal* et *tributum* unum et id. sunt. Et XVIII. 5. 14. dicit modo, 'statuto annuo vectigali;' non, statuto annuo vectigali tributo. *Vor.*

Et in annuo vectigali tributo] Etiam hic metus, ne glossa irrepserit. Quis enim *vectigal tributum* junxit ex scriptoribus probatis? *Schef.*

§ 10 *Sed amici*] Vulgo legitur *Sed nec amici*. *Nec*, quod in uno tantum Ms. reperi, inducend. curavi. Frustra exspectabant regnum, cum omnes pares essent, et æqualitas discordiam augeret, ut paulo post XIII. 2. 3. et XVI. 3. 1. dicet. Æquales enim æqualibus imperare contra naturam est: et, qui in alios regnum exercere vult, ὡς Θεὸς ἐν ἀνθρώποις esse debet, ut Aristot. loquitur. *Bong.*

Sed nec amici] 'Nec, quod in uno tantum Ms. reperi,' inquit Vir doctus, et de hoc ipso Auctore optime meritus, 'inducendum curavi. Frustra exspectabant regnum, cum omnes pares essent,' &c. Hæc ille: a quo plane dissentio. Quid enim? annon et I. 10. 2. de Magorum interfectoribus legimus? 'Erant enim virtute et nobilitate ita pares, ut difficilem ex his populo electionem æqualitas faceret:' et tamen ex septem ita æqualibus unus sublatus in regnum fuit; unus cæteris rebus omnibus sibi paribus imperavit. Retineo igitur omnino τὸ *nec*, in quinque Mss. a me constanter inventum, hac sententia: Non frustra aut improbe spectasse et sperasse illos regnum, in quibus artes regiæ et omnia rege digna inessent; formæ pulchritudo, proceritas corporis, et virium ac sapientiæ magnitudo, quæque alia Justinus commemorat. *Modius.* In altero Voss. Ms. etiam τὸ *nec* apparebat. *Gron.*

Spectabant] Vulgo *exspectabant*. II. 12, 22. 'Rex velut spectator pugnæ.' Vett. plerique *exspectatæ pugnæ*. Cic. Ep. ad Cassium ea, quæ est 16. lib. XV. 'Longiores enim exspectabo, vel potius exigam.' Nonius in *Exigere* citat hoc modo: 'Longiores enim spectabo, vel potius exigam, quando hercle ego temere exigam.' Locum eo adscripsi, quia postrema verba in Ciceronis edd. nulla sunt: quæ Nonius tamen, ut Ciceronis, adfert. *Bongars.* Acidal. ad Vell. II. 14. 5. *exspectabant* hic legend. suspicatus: ut et sup. II. 12. 22. 'expectatæ pugnæ.' *Berneccer.* Becharii et aliæ antiquiores edd. *expectabant:* quod Acidal. et rectum putat. Scribit et Gifan. in Obs. L. L. 'expectare' ap. Vett. multis in locis in usu fuisse, vulgo fere depravatis. Vetus denique ed. Junt. teste Græv. pro *spectabant* habet *sperabant:* id quod omnium commodissimum hic videtur. *Vor.*

§ 11 *Eos ignoraret*] Verbum 'ignorare' hic respicit qualitates animi et

virtutes. Terent. Eun. v. 8. 59. 'Isti te ignorabant:' et Cic. IV. Acad. Q. 2. 'Majore enim studio Lucullus, cum omni literarum generi, tum philosophiæ deditus fuit, quam qui illum ignorabant:' et Liv. XXVI. 12. 'Productus primo satis constanter ignorare se mulierem simulabat.' Hinc et illustris noster Grotius in Proleg. ad Lib. de J. B. et P. eand. loquendi formulam respiciens ait: 'In carcerem conjectus sum ab iis, qui me ignorabant.' *Gron.*

§ 12 *Clarorum virorum proventu*] Ita Sen. de Tranquill. An. 7. 'Si inter Platonas, et Xenophontas, et illum Socratici cœtus proventum bonos quæreres.' 'Ανδρῶν σοφῶν φορὰν vocat Herodian. I. 1. 'Proventus filiorum' II. 10. 4. XLIV. 4. 3. *Berneccer.* Plin. I. Ep. 13. 'Magnum proventum poëtarum annus hic attulit:' et Quintil. XII. Inst. Orat. 10. 'Tum deinde efflorescat non multum inter se distantium temporum ingens oratorum proventus.' *Gron.*

§ 15 *Si non inter se concurrissent*] 'Concurrere' pro, pugnare, prælium committere, ut III. 5. 14. Vid. et quæ Freinsh. de hoc verbo in Ind. scripsit. *Vorst.* Saxo IV. p. 60. 15. 'Accidit ipsos agminum duces inter se ferro concurrere.'

CAP. II. § 2 *Nec minus milites quam invicem se timebant*] Antiquiores typis expressi pro *quam invicem se* habent *inter se.* Et puto ego hanc veram lect. esse; modo *quam* adjiciatur, legaturque, *quam inter se timebant. Inter se timere* dicitur, ut 'inter se amare,' 'inter se complecti,' 'inter se obtrectare.' Suntque talia elegantiora quam 'invicem se amare.' Vide Ind. in Nepotem a nobis locuplet. v. *Inter.* Vorst. Miror qui potuerit tam insulsa lect. tam diu ferri. Quid enim est: Duces non erant securi, nec minus milites, *quam* invicem se timebant? Illud *quam* quid ad rem facit? Merito itaque et cum Junt. veteribusque edd. aliis, nec non Ms. quem vidit Bong. illud *quam* expunxi. Digitum autem non verterim cum antiquioribus editis legas *inter se*, an cum Mss. *invicem se timebant.* Græv.

§ 3 *Æqualitas discordiam augebat*] XVI. 3. 1. 'Assiduum inter pares discordiæ malum.' Contrariam vocem Soloni tribuit in ejus Vita Plut. 18. Τὸ ἴσον πόλεμον οὐ ποιεῖ, 'Æqualia non faciunt bella.' Plin. Paneg. 45. 'In alio sua quemque natura delectat.' Sed nimirum, nisi sibi mutuo obstent. Nam, cum idem competunt, illud Senecæ valet de Ira III. 34. 'Quod vinculum amoris esse debebat, seditionis atque odii causa est, IDEM VELLE.' *Bern.*

Ut ei aliquis se summitteret] Mss. mei *ut ei se alius summ.* quod mihi nescio quomodo concinnius videtur. *Mod.* Antiquiores typis expressi pro *se submitteret* habent *submitteretur:* quod rursus genuinum puto. Solemne est Latinis pro verbo activo et pronomine reciproco uti verbo passivo. Sic dicunt 'lavari' pro, lavare se, 'exerceri' pro, exercere se, 'provolvi' pro, provolvere se; et infinita id genus alia, quæ dedita opera in Lib. de Latinit. vulgo fere neglecta congessimus. Jam si in Codd. quibusd. protrita sese offerant, in aliis vero abstrusiora observentur, priora fere suspecta nobis sunt, ac primo explicationis causa in margine posita fuisse, deinde vero in textum irrepsisse videntur. Græci quoque ὑποτάσσεσθαι forma passiva dicunt pro ὑποτάσσειν ἑαυτόν. Dicitque Grotius ad Eph. v. 21. sono passivum, sed sensu reciprocum illud esse. *Vorst.* Mss. Modii, *ut ei se alius summitteret*, quod concinnius Berneccero videtur. Ego nescio, an non utraque lect. debeat conjungi, hoc modo: *ut ei aliquis se alius submitteret.* Saltem omnia sic planiora evaderent. *Schef.*

§ 5 *Perdicca censet*] 'Censere' non tantum ad judicium, sed et ad voluntatem pertinet, (aliter enim dicendum fuisset, 'censet Roxanis expectandum esse partum,') estque etiam idem quod, suadere, decernere, præcipere. Salust. Ju. 'Velle et censere [Senatum populumque Rom.] eos ab armis discedere.' Cic. VII. 13. Fam. 'Treviros vites censeo.' Sed de hoc plura in Lib. de Lat. vulgo fere negl. *Vor.*

Roxanes] Ea erat Oxyartis Bactriani filia. Arrian. VII. Vid. Curt. IX. *Bong.*

Quæ exacto mense octavo] Valde suspectus mihi hic l. 'Maturam' certe sic absolute poni pro, vicinam partui, haud reperio. Quare puto, pro *quæ*, *cui* scribend. Vitium videtur ortum ex ignorantia scripturæ veteris; olim namque *quoi* pro *cui* scribebant, quod deinde mutatum est in *quæ*. Schef.

§ 11 *Maternas modo sordes*] Vid. Plut. ext. Vitæ Alex. *Bong.*

Larissæo scorto] Ex Philinna Larissæa, quam Ptolemæus ap. Athenæum saltatricem fuisse refert. *Bern.*

Nasceretur] 'Nasceretur' pro, natus esset. Imperf. pro plusquamp. Aur. Victor in Octav. 'Cunctis vulgo jactantibus, Utinam aut non nasceretur, aut non moreretur.' Val. M. VII. 3. Ext. 6. 'Nullam partem defensionis odio obseratæ aures reciperent,' pro, recepissent. Vid. nostras ad eum l. Notas. *Vorst.*

Propter valetudinem majorem] Sic Cic. in malam partem ea voce usus est in De Offic. 'Æsculapius potest præscribere per somnum curationem valetudinis:' et in Epist. 'Scripsit ad me te moleste ferre, quod me propter valetudinem tuam non vidisses.' Alii tamen malunt hic legere *propter invaletudinem maj.* quam lect. stabiliunt testimonio et exemplo ex eod. Cic. petito, quem scribere aiunt in Lælio, s. de Amicitia: 'Quod autem his nonis in collegio nostro non affuisses, invaletudinem respondeo causam, non mœstitiam fuisse:' quo tamen ipso loco plures et meliores Mss. habere etiam *valetudinem* pro *inval.* et alii monuerunt, et ego hisce oculis vidi. *Mod.* H. e. morbum comitialem, quem et Herculeum et sacrum appellant. Festo est 'morbus major,' in voce *Prohibere:* quem l. indicio Freinshemii nostri debeo. Plut. Alex. 16. et 130. 'mentis impotem' Aridæum fuisse tradit, non natura, sed pharmaco ab Olympiade propinato. Porro 'valetudinem' pro morbo dixit Autor etiam XIV. 5. 2. et XXI. 2. 1. Ita Cic. de Divin. II. 59. 'Curatio valetudinis.' Quintil. II. 16. 'Cibi attulerunt sæpe valetudinis causas.' Suet. Cæs. 49. 'Valetudine mentis liberius dicax.' Et 72. 'Subita valetudine correptus.' Vid. H. Steph. Thes. Gr. tom. I. col. 1644. b. c. *Bernec.* Antiquiores typis expressi *invaletudinem.* Dicitur utrumque: estque *valetudo* quoque id. quod *invaletudo:* idque ap. ipsum Nostr. XIV. 5. 2. et XXI. 2. 1. Deinde 'major' dicunt pro, magna: quomodo de cetero quoque gradus comparativus sæpe pro positivo usurpatur. Festus item in *Prohibere* 'morbus major' dicit pro, morbus magnus: designatque eund. illum quem Noster, i. e. quem comitialem, Herculeum, et sacrum appellant. *Vor.*

§ 12 *Subjiciantur*] Pro, subjiciant se, submittant se. Nimirum 'subjici' est hic pro, subjicere se, ut paulo ante 'submitti' pro, submittere se. *Id.*

§ 14 *Si puer natus fuisset*] Pro, si puer nasceretur. Ut paulo ante imperf. pro plusquam perfecto, ita nunc rursus plusquamp. pro imperfecto ponitur. Val. M. VIII. 7. Ext. 4. 'Quo magis vacuo animo studiis literarum esset operatus,' pro, operaretur. *Vorst.* Ergo constitutio tutorum fuit non in præsens, sed eventum, si natus esset puer. Quomodo igitur in tutores incertos et futuros juramento se obligant? Suspicor scripsisse Nostrum *Pl. it. Roxanis*

ex. partum. Tamen ut si puer natus fuisset. Vocem *Tamen* facile absumere potuit syllaba *tum* in fine vocis præcedentis: *et* vero pro *ut* est frequens in libris antiquis. *Schef.*

Tutores] Id. factum XVII. 3. 10. et 21. Item XXXIV. 3. 6. *Bern.*

CAP. III. § 1 *Pedites indignati*] Tac. I. 47. 'Postpositi, contumelia accenduntur.' Plut. in Nicia 5. 'Hic habetur a majoribus honos plebi maximus, quum non contemnitur.' *Bern.*

Aridæum, Alexandri fratrem, regem] Legend. Diod. init. lib. XVIII. et Curt. X. 7. Sen. Benef. IV. 31. 'Quid sibi voluit providentia, quæ Aridæum regno imposuit? Illi putas hoc datum? patri ejus datum est, et fratri.' *Bong.*

Tribu] Quæ est tandem ista *tribus*, ex qua hic satelles lectus? omnino legend. ut est in tribus meis Mss. melioribus, *turba*, quod inventum in uno Ms. etiam jure Bong. probat. *Mod. Turba*] Hoc inventum in uno Ms. jure Bong. in variantibus probat: atque ita etiam esse in tribus suis Mss. melioribus affirmat Modius; quo magis religio fuit Auctori suum non restituere. Hactenus edebatur *tribu*. Bernec. Antiquiores typis expressi *tribu*: quod et Bong. retinuit. Ait autem unum eorum Codd. quos ipse complures vidit, habere *turba*; idque se probare. Bernecc. deinde plane in textum recepit. Sed minime id probat Gronov. quia, ut ab aliis, ita et a Just. res exterorum vocabulis, quæ rebus Romanis dicata erant, propter τὸ ἀνάλογον sæpe vocitentur; cujus rei mox et alia exempla subjungit. Vid. IV. Obs. 10. *Vor.*

Nomine Philippi patris vocari jubent] Inde auctores, cum Aridæum designant, subinde 'Philippum' dicunt. Vid. Diod. XVIII. 16. et XIX. 4. Curt. X. 9. 18. Sulpic. Severus II. Hist. S. 17. utrumque nomen conjungit, et 'Arridæum Philippum' vocat. *Vor.*

§ 2 *Ad mitigandum eorum animos*] Sic Junt. cum aliis editis. Male mutarunt qui hanc syntaxin, de qua vid. Sanctium in Minerva, et Voss. in Aristarcho, ignorarunt. XXIII. 8. 'Ad persequendum belli reliquias.' *Græv.* Antiquiores edd. *ad mitigandum*, æque bene. Sic XXIII. 8. *Vor.*

Omissa legatione, militibus consentiunt] Non possum non legere *peditibus*; cum init. cap. dixerit 'Equites,' &c. 'Pedites indignati.' Et mox: 'Equites trepidi ab urbe discedunt, castrisque positis et ipsi pedites terrere cœperunt.' Nec quidquam attinet discrimen statui posse inter equites et pedites, a nobilitate aut alia quavis præstantia; nam utrique militant, et illos suo nomine appellat Justinus, equites, pedites. Quin paulo quoque inferius in hoc ipso cap. ita a Nostro scriptum fuit: 'Perdicca ultro ad pedites veniret.' *Faber.* Cave hic auscultes viro politissimo, qui pro *militibus* substituend. contendit *peditibus*. *Miles* sæpius accipitur pro pedite, et opponitur equiti. Cæsar: 'Tripartito milites equitesque in expeditionem misit.' Vid. Gronov. ad Liv. XXVIII. 1. et Hermann. Rhabodum Schelium ad Hygin. de Castrametatione Rom. p. 88. qui annotavit pulchre 'militem' poni pro *pedite*, quia in pedite præcipuum robur fuerit exercituum Romanorum, sicut contra posterioribus seculis sub Constantino et illis Imperatoribus, cum omnis vis exercitus in equitatu, 'equites' milites appellatos fuisse. *Græv.*

§ 3 *Statim, &c.*] Saxo XI. p. 220. init. 'Statimque impetus crevit, ubi caput et consilium habere cœpit.'

§ 4 *Ad delendum equitatum*] Hoc vero propositum peditibus fuisse vix crediderim, neque ulla docet historia. Imo sequitur 'et ipsi pedites terrere cœperunt,' per vicem sc. et quasi pedites ante terrorem incusserint equitibus. In Mss. est *ad deligandum*, vel *atalicandum*. Unde conjicias Just.

scripsisse f. *ad territandum*. Nisi putes ipsum illud *deligandum* accipiendum pro, ligandum, vinciendum, captum sc. Ac fuit longe major copia peditum ibi, quam equitum. Vid. Curt. X. 7. 16. *Schef.*

§ 5 *Terrere*] Ita Mss. H. e. mutuum metum incutere. Bong. *terreri*, sed illud haud dubie rectius est. *Bern. Terrere*] Sic Tac. I. de militibus: 'Nisi paveant, terrere.' *Box.*

§ 7 *Attalus ad interficiendum*] Meleagro id tribuit Curt. X. 8. 1. *Bong.*

§ 10 *Egregium hostibus*] Eand. hanc movendi rationem ab hostium affectu et voto decenter usurpat Homer. Il. I. 255. et ex eo Virgil. II. Æn. 104. 'Hoc Ithacus velit, et magno mercentur Atridæ.' Videsis Ov. Ep. IX. 7. et Tac. G. 33. Add. Joseph. XIII. 24. *Bern.*

Parentaturosque sanguine suo manibus hostium] Vid. quæ ad XII. 15. 6. notavimus. *Vorst.* Saxo XIV. p. 280. 5. 'Sanguine Ulvonis, ducis sui manibus parentandum putantes:' et p. 294. 11. 'Fratres mei paternis manibus nostro sanguine parentabunt.'

CAP. IV. § 5 *Castrorum, exercitus, et rerum cura*] 'Rerum cura' est, præfectura militiæ, s. imperium in bello. 'Res' enim κατ' ἐξοχὴν notat bellum, unde 'Dictator rei gerendæ.' *Cura* quoque vocabulum imperii est. Suet. Tib. 16. 'Sed nuntiata Illyrici defectione transiit ad curam novi belli.' Id. Vit. 2. 'Curam quoque imperii sustinuit, absente eo expeditione Britannica.' Hinc *curare* pro, imperare, præesse in bello ap. Sall. 'Marius ibi curabat.' *Gronov.* Existimo, neque necesse est proloqui, quæ me ratio impellat ut ita sentiam, scriptum a Just. fuisse, *castrensium rerum et exercitus cura, &c.* Quid enim hoc *Meleager curabat castra, exercitum, et res?* Dices per 'curam rerum' intelligi summam rerum administrationem et potestatem: posset, alibi, fateor; hic, non puto. Verum hoc abierit. *Faber.* Mallet et hic vir doctus ille *castrensium rerum et exercitus cura:* invitis sane Musis. *Res* ap. Nostr. aliosque Nostro meliores non infrequenter est, bellum. Superius XII. 2. 'Non minorum rerum materiam in Italia, Africa, Siciliaque, quam ille in Asia et in Persis habiturus.' Sic *res gerere:* Horat. 'Res gerere et victos ostendere civibus hostes.' Noster XIX. 2. 'Per hos res Carthaginiensium ea tempestate gerebantur:' h. e. bella: hinc mox Imperatores vocantur. Hoc igitur vult Justinus: Castrorum, exercitus, et rerum h. e. bellorum, earumque rerum, quæ ad bellum gerendum desiderantur, curam Meleagro et Perdiccæ fuisse assignatam. *Græv.*

§ 6 *Corpus Alexandri*] Quod ad id tempus insepultum fuerat. Ælian. ext. lib. XII. Alexandriam autem deportatum a Ptolemæo id. auctor est, et Strab. XVII. et Diod. XVIII. 28. *Bong.*

§ 7 *Lustrationem castrorum*] Lustrabantur milites cane discissa et ab utraque parte projecta. Curt. X. 9. 18. et Liv. XL. 6. 1. *Bernec.* Facta sine dubio lustratio sic fuit, ut discissæ canis viscera ultimo in campo, in quem exercitus deductus fuit, ab utraque parte abjicerentur: inter id spatium armati omnes starent, hinc equites, illinc phalanx. Sic enim reges Macedonum lustrare milites solitos fuisse prodidit Curt. X. 9. 12. Nec multum discrepat Liv. XL. 6. et 13. Lustrationem Curt. generali vocabulo 'sacrum,' Liv. 'solemne' appellat. At ex Hesych. constare potest peculiari nomine dictam fuisse Ξανθικὰ, quod fere mense Xanthico fieri soleret. *Vor.*

§ 8 *Consentientibus universis*] Freinsh. non consentit, mavultque, *non sentientibus universis*, quod evincit etiam subjunctum *occulte*. Vid. tamen Curt. X. 9. *Bernec.* Acute Freinsh. *non sentientibus universis.* Sed potest f.

illud *consentientibus universis* accipi de constitutione exercitus in illo campo, non evocatione singulari seditiosorum. Quanquam et consensisse in evocationem necemque seditiosorum Curtius doceat, ut nil mutari debeat. *Schef.*

Transit] Ut in lustratione fieri solet. Nam ad exercitum hoc referendum, non ducem. *Bern.*

Dum transit] Exercitus armatus, puta. *Vor.*

Supplicio tradi] Elephantis objici. Trecenti fere sic obtriti. Curt. x. 9. 28. *Bern.*

§ 9 *Inter principes provincias dividit*] Dissentit lib. I. Machab. 1. 6. &c. ubi refertur Alexandrum ante mortem regna distribuisse inter suos nobiles, omnesque sibi diademata post mortem illius imposuisse. Quem locum historicæ veritati conciliaturus Rabanus commentator 'distribuisse' interpretatur, diripiendas reliquisse. Acumen hominis mihi vide. De hac provinciarum distributione, legatur Appian. B. Syr. p. 120. f. et seq. *Bern.*

Ut et removeret, &c.] S. verbis Livii XXXV. 15. 5. 'Ut procul ab se per honorem eos ablegaret.' *Id.*

Munus imperii, beneficii sui faceret] Ita XXIV. 2. 4. *Beneficium* proprie est, ad altiora promotio. Tac. XV. 52. 5. 'Dilecto imperatore, sui muneris remp. facere.' Suet. Tib. 12. 4. 'Per quosdam beneficii sui centuriones.' Add. eund. in Cæs. 23. 3. Liv. I. 35. 10. Ammian. XXV. 27. fin. Lipsii notam 78. ad Tac. H. IV. Gruteri Suspicion. I. 13. Idem.

§ 10 *Primo*] Gronov. ex Mss. *Prima.* Græv. *Prima*] Ita editum ex Mss. approbante Gronov. In aliis Edd. *Primo.* Fab.

Arabicæque pars] Ms. unum et Orosium III. 23. expressi. Mss. enim ceteri *Asiæ Libyæque pars.* Bong.

Sorte venit] Lego *s. evenit*, sicut etiam mox seq. n. 16. et XIII. 5. 8. *Bernec.* Paulo post 'Leonato Minor Phrygia evenit.' Et XIII. 5. 8. 'Cui Græcia sorte evenerat.' Legend. igitur f. et hic est *sorte evenit.* Vorst. Vorst. mallet *evenit*, quia sic alibi Noster: placet. *Schef.* Bernecc. Vorst. Scheff. nobis volunt persuadere, libris omnibus adversantibus, scribend. esse *s. evenit*, quia alibi sic Just. loquatur. Sed nihil inde efficies. Nam et aliter potuit loqui secutus præstantissimorum scriptorum auctoritatem, quibus *venire* eleganter dicuntur bona, quæ aut heredes cernimus, aut sorte accipimus. Cic. pro Cluent. 'Res mihi venit hereditate.' Id. III. Verr. 'Hereditas mihi venit a patre.' Mart. 'Hereditatis tibi trecenta venit.' Flor. II. 20. 'Relictæ regiis hereditatibus opes, et tota insimul regna veniebant.' *Græv.*

§ 11 *Cui ad tradendam provinciam*] In his verbis non est sensus idoneus. Habuit quidem in Africa et Ægypto potestatem Cleomenes, sed vectigalium, non imperii. Alexandriam ùutem non ædificavit ipse, verum Dinocrates. Unde suspicor, deesse aliqua in his verbis. *Schef.*

Cleomenes] 'Dinocrates' dicitur Valerio M. I. 5. et Solin. 40. Cleomenes autem Africæ et Ægypti vectigalibus fuerat præpositus. Curt. IV. 8. 9. *Bong.*

§ 12 *Laumedon*] XV. 4. 3. 'Laudice' pro, Laodice. Vett. Latinos 'Laumento' pro, Laomedonte, dixisse, docuit nos J. Scaliger in Festum, quem vid. In Annal. Taciti XIV. 31. quæ 'Boodicea,' cod. statim 'Boudicea' dicitur, in Vita Ag. 'Voadica,' vitiose f. et ap. Petron. 'Laucoon' pro, Laocoon. *Bong.*

Ciliciam Philotas, Philo Illyrios accipiunt] Legend. *Ciliciam Philotas cum filio Illyrio accipiunt.* Fuit enim Philotæ filius, cujus mentio est ad huj. lib. fin. *Glar.* Corrupta hæc sunt. Lego ex mente Glareani *Philotas cum filio Illyrio.* Vid. Var. Lect. Bon-

garsii. Ibid. pro *Atropatos* e Græcis lege *Acropatus*, ut visum aliis: pro *Scyno* Scaliger legebat *Cæno.* Fab.

§ 13 *Mediæ majori Acropatos, minori Alceta, Perdiccæ frater, præponitur*] Mihi hæc prorsus suspecta: pro *Mediæ* ego legerem *Armeniæ.* Ducis huj. nomen non memini me legere. Ceterum h. l. regiones in occasum numerat; paullo post, quæ in ortu sunt. Quare pro *Medis* hic *Armenios* dixi legendum: in seqq. vero *Medos* pro *Armeniis*, sub Phrataferne. *Syni* ducis nulla mentio in hac historia, quantum memini. *Glarean.* Legend. ex Arriani VII. *Atropates*: lib. VI. Ἀτροβάτης. Is Diodoro Ἀτράπης mendose pro Ἀτροπάτης. Diligenter hic l. comparandus est cum pr. lib. XVIII. Diodori. Videnda et Curt. X. 10. et Appian. Συριακῇ. *Bongars.* Junt. *Atropatus*, quod propius accedit ad veram scriptionem. Legend. enim *Atropates* ex Arrian. ut bene monuit Bong. *Græv.* Vulgo editur *Acropatos.* Sed quia Arrian. Ἀτροβάτην, et Diod. Ἀτράπην, vel, ut Bong. emendand. putat, Ἀτροπάτην vocat; et in quibusd. item Codd. Mss. uti Bong. testatur, est *Adtropatos*; itemque in typis expresso Juntarum, ut Græv. testatur, *Atropatus*; omnino *Atropatos* vel *Atropatus* legend. censeo. *Vor.*

Minori socer Perdiccæ præponitur] Freinsh. in Notis ad Curt. X. 10. 1. existimat τὸ *minori* plane expungend. esse; quia Atropatos ille, de quo prædictum, ipse Perdiccæ socer fuerit, ut ex Arriani lib. VII. constare possit. Verum, quia in antiquioribus typis expressis pro *socer* est *Alceta frater*, τὸ *minori* non expungend. sed τὸ *socer* potius transponend. totusque locus legendus sic videtur: *Mediæ majori Atropatos socer, minori Alceta frater Perdiccæ præponitur.* Vor.

§ 14 *Scyno*] Auctore magno Scaligero Animadv. Euseb. ad An. 1693. scribend. *Cæno.* Fuit autem iste *Cænus* Polemocratis fil. unus ex ducibus Alexandri, Diod. XVII. 57. Arrian. V. Curt. IX. 3. Est purum nomen Macedonicum. Ita enim vocabatur et secundus a Carano, auctore stirpis regiæ Macedonum. Apparet vetustissimum mendum fuisse in Justino, quum in ejus descriptore Orosio III. 23. idem extet. Hæc ille. Videtur tamen aliud potius nomen reponendum, cum Cœnus ille prior Alexandro diem obierit. Curt. IX. 3. 32. *Bernec.* Junt. *Cyno.* Quod propius abest ab emendatione Scaligeri. Sed *Cyno* tuetur cl. Perizon. Animadv. Hist. 10. ubi ostendit scriptoribus posterioribus *æ* sæpe mutari in *y*; sic pro, Mœsia, scribi 'Mysia;' pro, Rœmetalces,' inveniri 'Rymetalces;' pro, Pœticus, quod est Sulpitiæ gentis cognomen, 'Pyticus.' *Græv.*

Phrygia major] Omnino emendand. *Phrygia major Ant. Phil. filio assignatur, cum Lycia et Pamphylia: Cariam, &c.* ex Diod. Appian. Curt. Τὸ *cum* mutarunt in *Nearco*, cum uni tot regiones assignari ægre ferrent. Inverso inde ordine legerunt *Lyciam et Pamphyliam Nearco.* Et mihi quidem ita videtur. *Bong.*

§ 16 *Leonato, &c.*] Diod. Λεοννάτῳ τὴν ἐφ' Ἑλλησπόντῳ Φρυγίαν.

Cappadocia, &c.] Nep. Vit. Eumenis 2. 'Hoc tempore Eumeni data est Cappadocia, sive potius dicta.'

Eumeni] Vid. mox XIII. 6. 14. *Bern.*

§ 18 *Stipat. &c.*] Dexipp. ap. Syncell. p. 265. Κάσανδρος ὁ Ἀντιπάτρου σὺν τῷ πατρὶ τὴν Ἀριδαίου καὶ Ἀλεξάνδρου διοικεῖ βασιλείαν ἐν Μακεδονίᾳ καὶ Ἑλλάδος κρατεῖ.

§ 20 *Terras inter*] *Seras* edidit in Orosio Fabricius, quomodo habet e Mss. nostris unus: ceteri *Terras*, quod malo. Nam et urbs Taxila, cui imperabat Taxiles, s. Taxilus, ut eum Strabo vocat, inter Hydaspem et Indum sita est, Arrian. v. Strab. XV. et Taxili regnum suum relictum Diodorus XVII. 86. refert. *Bong.* Junt. quoque cum Ms. *Seres*: alii *Sed res*: f.

scripserit Just. *Sedes*. Ut superius ‘ Ad novas sedes quærendas:’ et sic frequenter in aliis locis. *Græv.*

§ 21 *Pithon*] Mediam ei datam, Diod. XVIII. 39. et Curt. X. 10. 7. auctores sunt. *Bong.*

Parapomenos fines Caucasi montis Axiarthes accepit] Vid. num legend. *Paropamisadas fines Caucasi montis Oxyartes accepit, Daas et Arios Satagenos.* Sic enim lib. XLI. hic Auctor hunc ducem nominat. *Scythæus* dux ignotus. Mox cum inquit *Arthous Pelasgos*, utrumque nomen corruptum puto: ut autem emendandum, hercle nescio; destitutus exemplaribus illibenter gravo lectorem. *Glar.*

Parapammenos fines] Omnino legend. *Parapamisios, et fines Caucasi montis, Oxyarches accepit.* Ex Dexippo et Arrian. Statim post in Mss. legitur *Cedrosique*. Recte: nam et Græci non Γεδρώσσους tantum, sed et Κεδρώσσους vocant. Steph. Κέδρωσσοι ἔθνος Περσικὸν, &c. *Voss.* Junt. *Parapamisadas et fines.* Unde Voss. *Paropamisios.* Gronov. probat quod in Ms. reperit Bongarsius, *et finem*, h. e. qui in ultimo Caucasi fine degebant. *Græv.* Optime Voss. *Paropamisios, et fines Caucasi montis.* Pro *Extarches* vidit Bong. legend. *Oxyartes* ex Diod. unde hæc petenda et conferenda. Mox *Aracossi:* al. *Arachosii*, ut Græci. Pro *Archos*, *Archon;* sed istos *Pelasgos* ubi terrarum ponemus? In quibusd. Mss. est *Pellagas*. Opus est Œdipo. *Fab.*

Parapammenos fines Caucasi montis Extarches accepit] ‘ Parapammenos’ sane et XII. 5. 9. legitur. Sed putat tamen Voss. legend. esse *Paropamisios.* Et in Junt. uti Græv. testatur, est *Parapamisadas*, quomodo Diod. Arrian. et Curt. eos vocant. Sed et ipsum montis nomen ‘ Parapamisus’ in auctoribus istis apparet. Fuitque mons idem qui et Caucasus appellatur, ut ex lib. V. Arriani apparet. Et optime proinde congruit quod ap. Nostr. sequitur, ‘ fines Caucasi montis;’ vel addita copulativa, ut Junt. habet, *et fines Caucasi montis.* Pro *Extarches* Voss. legend. censet *Oxyarches;* credo quod a Diod. vocatur ‘ Oxyartes.’ Et affine ei est quod in antiquioribus typis expr. est *Axiarches.* Vor.

Extarches] Ὀξυάρτης, Roxanis pater, habet Diod. XVIII. 3. *Bongars.* Voss. *Oxyarches.* Diodoro convenientius foret *Oxiarthes.* Schef.

§ 22 *Aracossi*] Deerant hæc in impressis, quæ Mss. agnoscunt et Diod. Plutarchus in Eumene ext. habet Ἰβυρτίῳ mendose, pro Σιβυρτίῳ. Sed, qui hic ‘ Statanor,’ Diod. XVIII. 3. et Arrian. VI. est Στασάνωρ. Quæ sequuntur, variant ab iis, quæ Diod. scribit. Sed de istis plura ad Curt. *Bongars.* Abr. Ortelius in Thes. Geogr. pro *Aracossi* hic legend. censet *Arachosii*, suffragante Diod. XVIII. 3. Polyænus Strateg. IV. in Antigono n. 15. ‘ Sigyrtium’ habet pro Sibyrtio. *Bernec.* Junt. *Arachosii*, uti legend. olim Ortelius statuit ex Diod. Quod firmatur et a Polyæno. *Græv.* Legend. sine dubio *Arachosii*, ut Cod. Ms. quem Franc. Fabricius in Notis in Oros. se vidisse testatur, et vetus ed. Junt. teste Græv. habent. Sane et Curt. ‘ Arachosios’ appellat non semel. At Arrian. Ἀραχωτούς. *Vorst.* Legend. *Arachosii*, firmante Junt. et Ms. Fabriciano, ut est ap. Diod. et Polyæn. Vid. Græv. et Vorst. qui et de ceteris consulendum suadet Freinshemium in Notis ad Curt. X. 10. 1. *Schef.*

Stasanori] Editur vulgo *Statanori.* Et mirum non mutasse Bongarsium, aut Bernecc. cum scirent non modo ceteros tam Latinos quam Græcos, qui hac de re scripsere, ‘ Stasanorem’ vocare, sed et vett. quosdam typis expressos codd. sic habere, et cod. item Ms. optimæ notæ, quem habuit Franc. Fabricius. *Vorst.* Sane *Stasanor* præ se fert Junt. *Græv.*

§ 23 *Bactrianos Amyntas sortitur*] Adscribam, quomodo locum hunc legend. censeat Freinsh. in Notis ad Curt. X. 10. 1. *Bactrianos Amyntas sortitur; Sogdianos Philippus; Stagnor Parthos; Hyrcanos Phratafernes; Armenios Tlepolemus: Persas Peucestes; Babylonios Archon Pellæus; Arcesilaus Mesopotamiam.* Causæ vero huj. lect. ex ipsius ejus Notis cognoscantur. *Vor.*

Sogdianos Scythæus, &c.] Ms. Voss. 1. *Sordianus sulceos stagnos parcos.* Alter *Socdianos sulceos staganos parthos.* Leg. *Sogdianos Solius Stasanor, Parthos, &c.* Hanc lect. confirmat Diod. XVIII. p. 648. Τὴν Βακτριανὴν καὶ Σογδιανὴν Στασάνορι τῷ Σολίῳ, &c. Et Phot. Biblioth. LXXXII. ex Dexippo, Στατάνωρ ὁ Σόλιος. Ceterum paulo post Palmer. in Exercit. p. 139. ex Arrian. et Diod. legit *Phratophernes Armenios, Tlepolemus Carmanos, Persas Peucestes, Babylonios Archon Pellæus.* Gron.

Tleptolemus Persas] Junt. *Neoptolemus Persas:* cap. 6. huj. lib. ‘ Adjutores ei dantur cum exercitibus frater Perdiccæ Alcetas, et Neoptolemus.’ *Græv.* Antiquiores typis expr. inque his Juntinus, uti Græv. testatur, *Neoptolemum* vocant. Neque aliter in cod. aliquo Ms. est, quem Bong. vidit. *Vor.*

Archos] Diod. XVIII. 3. Ἄρχων. Et pro *Arcesilaus*, quod et Diod. et Vett. uno excepto omnes agnoscunt, Fabricius in Orosio legit *Arcelaus.* Bongars. Ms. *Archous.* Junt. *Arthous:* et pro *Arcesilaus*, iid. *Arcelaus*, ut Fabricius ad Oros. *Græv.* Pro *Archos*, non dubito legend. esse *Archon*, ut est ap. Diod. Sed et pro *Pelasgos* legend. esse *Pellæus*, uti vult Freinsh. perquam verisimile id. reddidit in Notis ad prædictum locum Curtii. *Vor.*

§ 24 *Hæc divisio*] F. legend. *hac divisione.* Gron.

Incrementorum materia] Miror vett. omnes pro *materia* habere *memoria.* ‘ Præfecturas’ vocat Satrapias. Σατράπης Persis, Latinis ‘ præfectus’ dicitur. *Bong.*

CAP. V. § 1 *Athenienses et Ætoli*] Lamiacum bellum, de quo Diod. XVII. 87. et XVIII. 8. et Strab. IX. Meminit et Plut. in Pyrrho cap. 1. et 10. et in Demosth. 38. et Pausanias Atticis. Ita appellatum, quod ad Lamiam, in quam se receperat Antipater, gestum sit. Justinus, aut memoria lapsus aut alios sequutus auctores, ‘ Heracleam’ pro Lamia vocat. *Bong.*

§ 2 *Epistolas*] Quarum exemplum est in Diod. XVIII. 8. *Bern.*

Præter cædis damnati] Ita Sall. Cat. ‘ præter’ pro, nisi. *Fab.* Antiquiores typis expr. *damnatos.* Sed mutavit Bongarsius; credo, quod in Mss. aliter reperiret. Ita vero ‘ præter’ non pro præpositione, sed pro adverbio habendum, et pro, præterquam, positum fuerit. *Vor.* Mss. habent *damnatis*, quæ lect. f. videri potest vera, hicque reponenda. Locus certe Sallustii, qui affertur a Freinsh. pro lect. vulgata, eam nihil juvat, quoniam et ipse in nonnullis corruptus. Optimæ edd. ita habent: ‘ Cæteræ multitudini diem statuit, ante quam liceret sine fraude ab armis discedere, præter rerum capitalium condemnatis.’ Quia tamen in his verbis Sallustii τὸ ‘ condemnatis’ regitur a verbo ‘ liceret,’ non a ‘ præter,’ quod, cum sit adverbium, casum regit nullum; ap. Nostr. vero verbum est ‘ restituebantur;’ itaque aut in respectu illius servanda lect. vulg. quoniam primum casum postulat, aut facta præpositione ex adverbio legend. non *damnatis*, sed *damnatos*, quod. et vett. impressi quidam habent. *Schef.* Nullum plane discrimen inter Sallustii et Justini locutionem. Nam ‘ condemnatis’ ibi neque pendet a ‘ præter,’ ut hic ‘ damnati.’ Si licet dicere: Nulli licet hoc facere præter condemnato: licet uti-

que et dicere: ‘ Omnes restituuntur præter damnati.’ Ead. est ratio. Nimirum ‘ præter’ ponitur nonnunquam pro, præterquam, ut cap. seq. ‘ Ut nihil hostis victor suarum rerum præter incendii spectaculo frueretur.’ *Græv.*

Cædis damnati] Et *ἱερόσυλοι*. Diod. *Bong.*

§ 8 *Heracleæ urbis*] Cum multæ sint Heracleæ, ne uno quidem verbo huj. urbis locum indicat. Ego quidem credo eum loqui de ea Heraclea, quæ ad Œtæ montis radices est, non ita longe a Thermopylis, quam oppido eleganter describit Liv. VI. dec. IV. Et, nisi fallor, eam Ptolemæus Phthiotidis Heracleam facit. Eand. M. Attilius Glabrio e manibus Ætolorum ceperat olim, post 136. annos, aut circiter. *Glar.*

Heracleæ] Imo Lamiæ, quæ Thessaliæ urbs est. *Bern.*

§ 9 *Harpalo*] Mss. *Harpago*. Librarios in errorem induxit Astyagis Harpagus, de quo I. 4. 6. De hoc leg. sup. notatos: et emenda Eusebii Chronicum, in quo legitur ‘ Harpalus fugit in Asiam;’ scribe *ex Asia*. De Demosthenis exsilio videnda. Plut. in Vit. 36. et Paus. in Corinth. *Bong.*

Quod civitatem] Legend. *quo*, h. e. ut. Causam enim largitionis Auctor exponit. *Freinsh.* Vix dubitand. quin cum Freinsh. legend. sit *quo:* ut notetur finis propter quem aurum receperit ab Harpalo. *Vorst.* Mallet Freinsh. legere *quo*. Sed f. nil mutand. Terent. in Phorm. v. 8. ‘ Vin’ primum hodie facere, quod ego gaudeam, Nausistrata, Et quod tuo viro oculi doleant?’ Hic *facere, quod* est, facere id, ob quod: quomodo et ap. Nostr. ‘ auri, quod’ est, auri ejus, ob quod. Add. Scioppii et Marianguli Auct. ad Sanct. p. m. 45. *Schef.*

§ 12 *Telo*] ‘ Telum’ pro lapide h. l. usurpat Auctor more JCtorum. Vid. L. 23. § 2. D. de Verb. Signif. et Institut. IV. tit. 18. § 2. Suid. *Λεωσθένης στρατηγὸς τῶν Ἀθηναίων. Οὗτος ἐν τῷ πρὸς Μακεδόνας πολέμῳ προθυμίᾳ χρησάμενος τοῦ καιροῦ προθυμοτέρᾳ, καὶ τῇ παραπεσούσῃ εὐπραξίᾳ* (Ms. Leid. *εὐπραγίᾳ*) *κατὰ τῶν πολεμίων ἐπεξιών, τήν τε ἐμβολὴν ἀφειδῆ ποιεῖται, καὶ λίθῳ πληγεὶς κατὰ τὴν κεφαλὴν ἀφυλάκτως ἐπὶ τῆς παρατάξεως πίπτει.* Diod. XVIII. 13. *Ὁ μὲν Λεωσθένης παραβοηθῶν τοῖς ἰδίοις, καὶ πληγεὶς εἰς τὴν κεφαλὴν λίθῳ, παραχρῆμα ἔπεσε, καὶ λειποψυχήσας εἰς τὴν παρεμβολὴν ἀπεκομίσθη. Τῇ τρίτῃ δὲ ἡμέρᾳ τελευτήσαντος αὐτοῦ καὶ ταφέντος ἡρωϊκῶς, διὰ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ δόξαν, ὁ μὲν δῆμος τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπιτάφιον ἔπαινον εἰπεῖν προσέταξεν Ὑπερείδῃ τῷ πρωτεύοντι τῶν ῥητόρων τῇ τοῦ λόγου δεινότητι καὶ τῇ κατὰ τῶν Μακεδόνων ἀλλοτριότητι.*

§ 14 *Equestri prælio*] Ducibus Antiphilo et Menone Thessalo. Plut. in Phocion. 33. Diod. XVIII. 15. *Bong.*

CAP. VI. § 1 *Ariarathi*] Regnabat is in Cappadocia: Diod. XVIII. 16. Plut. in Eumene 7. Erat enim Cappadocia Eumeni dicta, non data. Probus. Quæ hic de Cappadocibus narrantur, ea Diod. XVIII. 22. de Isauriis refert: a quo et eorum, quæ sequuntur, plenior narratio petenda est. *Bongars.* Angl. una voce auctias, *bello innoxio Ariarathi*. Schef. Just. confundit hic bellum Cappadocium cum Isaurico. Hoc enim Isauricum fuit, ut constat ex Diod. XVIII. 22. *Innoxio* Justino quoque legitur. *Græv.*

§ 2 *Quippe hostes, &c.*] Non absimilia desperatæ rabiei huj. et inhumanæ necessitatis exempla referunt Xen. IV. Exp. Cyri, de Taochoris: Polyb. XVI. 16. de Abydenis: Liv. XLI. 11. 4. de Istris: Plut. Bruto 46. de Xanthiis in Lycia: Appian. in Illyric. de Metulliis: Liv. XXI. 14. de Saguntinis: et XXVIII. 22. de Astapensibus: Flor. II. 15. 28. de Carthaginiensibus: et II. 18. 26. de Numantinis. Judæos quoque templum

Hierosol. et flagrantem urbem lætis vultibus adspexisse, quod ita nihil essent hostibus relicturi, scribit Joseph. VI. B. Jud. 38. *Bern.*

Copiis] H. e. annona s. commeatu. Tac. XV. 16. ‘ Parthi inopes copiarum.’ Et G. 30. ‘ Catti militem supra arma ferramentis quoque et copiis onerant.’ Cæs. II. B. G. 10. ‘ Domesticis copiis rei frumentariæ uti.’ *Bern.*

§ 3 *Eodem congestis etiam servitiis et semet ipsos præcipitant*] Elegantius et rotundius Junt. *serv. semet ipsi præc.* Sic malunt Vett. loqui, quam, quod vulgo nunc placet, *semet ipsos*. Bene quoque Junt. XVI. 4. ‘ Proinde consulant sibi ipsi.’ Ubi vulgati libri *sibi ipsis*. Græv.

Eodem congestis etiam servitiis] Hoc non intelligo. Quid enim hic *congerere servitia?* num servos et mancipia eo modo, ut aliam suppellectilem, gestare, ac in ignem conjicere potuerunt? At quomodo fieri hoc potuit? In quibusd. impressis pro *servitiis* legitur *opibus*. Num scribend. *Eod. cong. etiam opibus, servitia et semet ipsos præcipitant?* Nam ‘ copiæ,’ de quibus præcedit, annonam significant. *Schef.*

Spectaculo frueretur] Plerique Mss. mei, ut etiam in uno exstare profitetur Bong. *spectaculum*, ut IX. 7. 12. de Olympiade dixit, si Mss. credimus, ‘ Ultionem potita:’ et XII. 7. 10. ‘ Regnum Indorum potitus.’ Vid. notas Bongarsii ad I. 2. 10. *Mod.* Modius plerosque Mss. suos dicit habere *spectaculum:* ut etiam in uno profitetur extare Bong. et congruit præcedenti ‘ nihil.’ *Bernec.* Quia codd. quidam Mss. ut Bong. et Modius testantur, habent *spectaculum;* et alia quarti casus vox antecedit; puto *spectaculum* et legend. esse. Neque vero ista verbi *frui* cum casu quarto constructio sine exemplo est. Plaut. Asin. ‘ Fruitur hanc alternas noctes.’ Et verbum similis constructionis ‘ vesci’ ipse Noster XLIV. 4. 11. cum casu quarto construit. Sed et propter τὸ ‘ præter,’ nisi pro adverbio habendum hoc sit, sic ut dixi legi possit. *Vor.*

§ 4 *Auctoritatem regiam*] Vid. notam ad I. 10. 14. *Bern.*

§ 10 *Alienatis rebus*] I. e. mutato priori rerum statu, inquiunt. Verum ego vellem exemplum similis locutionis videre ap. alium aliquem probatum scriptorem. Suspicor scripsisse potius Just. *alienatis reliquis;* scriptioni vulgatæ autem præbuisse occasionem compendium, quo vocabulum *reliquis* fuit notatum. *Schef. Alienatis rebus* est, remotis omnibus aliis curis et negotiis, pro quo Terent. dixit *relictis rebus*, Andr. ‘ Herus operam rebus relictis dari jussit.’ Sic Just. XVIII. 3. ‘ Cum velut occisos alienasset,’ h. e. removisset e medio. *Græv.*

§ 14 *Paphlagonia, et Caria, et Lycia, et Phrygia*] Ex his nominibus duo in accusandi casu legenda sunt, reliqua tria nominandi casu, expuncta conjunctione *et* ante ‘ Caria.’ Ut totus contextus ita legatur: *Eumeni præter provincias, quas acceperat, Paphlagoniam ac Cappadociam, Caria, Lycia, et Phrygia adjiciuntur.* Nam superius ipse Just. dixit, ‘ Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni datur.’ Pro *Phrygia* tamen *Pamphylia* malim. *Glar.*

§ 15 *Frater, &c.*] *Ἀλκέτας ὑποστράτηγὸς Ἀλεξάνδρου.*

§ 17 *Discurrentibus ducibus*] Etiam hoc suspectum mihi est, mallemque *distrahentibus.* Ita Tac. IV. 40. ‘ Si matrimonium Liviæ, velut in partes, domum Cæsarum distraxisset:’ et I. 4. ‘ Qui rempublicam interim premant, quandoque distrahant. *Schef.*

§ 19 *Ægyptios insigni*] *Τοῖς μὲν ἐγχωρίοις φιλανθρώπως προσεφέρετο, &c. συνέτρεχε δὲ καὶ φίλων πλῆθος πρὸς αὐτὸν διὰ τὴν ἐπιείκειαν.* Diod. XVIII. 14. ap. quem leg. qua ratione Cyrenem acquisierit Ptolemæus. *Bong.*

§ 20 *Non tam timeret, &c.*] Liv. II. 12. 8. 'Metuendus magis quam metuens.' *Bern.*

CAP. VII. § 1 *Cyrene autem condita*] Vid. Herod. IV. 150. Paus. Laconicis et Phocicis, Strab. I. et XVII. Excerpta ex Heraclide περὶ Πολιτειῶν, Ammian. XXII. 40. Callimachi Hymnos, Eusebium, Solin. 30. Sall. Jug. 19. 4. et Pindar. IV. Pyth. *Bongars.* Add. Steph. de Urb. Eustath. in Dionys. p. 32. b. et maxime Diod. IV. 83. *Bernec.* Dionys. Perieg. 214. Κυρήνη τ' εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν. Eustath. Ἀποικία δέ ἐστιν ἡ Κυρήνη νησιωτῶν Θηβαίων (leg. Θηρ.) τῶν ἐκ Λακεδαίμονος ἀνέκαθεν μετοικησάντων· ὁ Θήρας γὰρ ἐκεῖνος ὁ στείλας (leg. ἡ Θήρα γὰρ ἐκείνη ἡ στείλασα) εἰς αὐτὴν ἀποικίαν Λάκων (leg. Λακωνική) ἄνωθεν ἦν, ὡς καὶ Πίνδαρος. Respicit ad Pythia v. 99. Τὸ δ' ἐ-Μὸν γαρύοιτ' ἀπὸ Σπάρ-Τας ἐπήρατον κλέος· Ὅθεν γε-γενναμένοι Ἵκοντο Θήρανδε φῶ-Τες Αἰγείδαι. Strab. X. p. 484. Θήρα ἡ τῶν Κυρηναίων μητρόπολις, ἄποικος Λακεδαιμονίων: et XVII. p. 837. Ἔστι δὲ [ἡ Κυρήνη] Θηραίων κτίσμα, Λακωνικῆς νήσου.

Aristæo] Hic a Callimacho Hymno in Apollinem 'Aristoteles' dicitur, et ab Heraclide, et in Mss. Eusebii libris. *Bongars.* Etiam a Schol. Apollonii ad IV. 1750. *Bernec.* Legend. *Aristotele*, monentibus Bong. Bochart. Græv. et aliis. *Schef.*

Battos] Mss. *Bactos*, ut XIII. 6. 1. 'Ariaractes,' et XV. 4. 13. 'Sandrococtus.' Duplex *t* in *ct* frequens in vernacula Italorum lingua mutatio. *Bongars.* Non est tamen credibile, Italismum in hoc quidem nomine committi. Nam et Græcis auctoribus Cyrenarum iste conditor Βάττος dicitur. Ovid. in Ibin *Blæsum* interpretatur, disticho 270. 'Conditor ut tarde Blæsus cognomine Cyrrhæ.' Sic enim Paulus Leopard. Emend. III. 11. versum correxit, pro quo vulgares edd. *Cognitor ut tarde læsus cognomine Myrrhæ.* Bernec. Non video cur Græcam terminationem retineat, cum paullo post recte 'Battus' scribatur. Vera est lect. Juntinæ, in qua habetur *cui nomen Batto fuit.* Vid. quæ notavi ad XXIX. 1. *Græv.*

§ 2 *Cirnus*] Herod. IV. 150. transpositis litteris Γρῖνος. Facit autem non regis, sed Polymnesti, filium Battum IV. 155. *Bongars.* Ut et Pindar. IV. Pyth. *Bernec.* Legend. puto *Crinus*, propterea quod Herod. IV. Γρῖνον appellat. *Vor.*

Theramenis] Nomen huj. insulæ ceteris omnibus est 'Thera,' Spartanorum colonia: quo omnium auctorum consensu moveor, ut pro *Theramenis* legam *Theræ:* unde negligentes librarii primum fecerunt *Theræ*, inde *Therame*, tandem *Theramenis.* Bongars. Et Ortelius Thes. Geogr. in *Thera.* Meminit Auctor iterum XXX. 4. 1. *Bernec.* Vidit Bong. et Ortel. legend. *Theræ insulæ.* Quod ipsum extat in Junt. ut nullus in posterum scrupulus sit ulli relictus. Pro *Cirnus* vero legend. esse *Grinus*, qui tamen non ejus pater, sed cognatus fuit, et, pro *Aristæo*, *Aristotele*, ostenderunt viri doctiss. Bong. in notis ad h. l. Bochart. in Geogr. Sacra, et Jonsius de Scriptoribus Historiæ Philosoph. *Græv. Theræ insulæ*, lectio ab omnibus probata et recepta. Mox *Cirnus* pro *Grinus* positum. Dein *Speo* pro *Hypseo* Vossius, et ita edit. quædam vett. Sed vid. omnino Schol. Callimachi. *Faber.* Pro *Theræ* editur vulgo *Theramenis.* Verum, quia *Theramenis*, ut nomen insulæ (nam ut viri nomen satis notum est) per se ineptum est; *Theræ* vero, ut Bongarsius fatetur, vett. quidam typis expr. interque hos teste Græv. Juntinus habet, et ceteri item omnes 'Theram' eam insulam vocant; cum Bong. atque Gron. ita et legend. censeo. *Vorst. Theræ* edidit Vorst. volentibus Ortel. Bong. Græv. et aliis. *Schef.*

Cyrenen] Glossa est: nomen enim urbis non ab oraculo, sed a monte Cyra, aut fabula illa, originem habuit. Hæc Sebis. *Bernec.* Istud *Cyrenen* glossa est, ut acute vidit Sebisius; non enim ab oraculo nomen urbi impositum est; sed a monte Cyra, aut a fabula Cyrenes puellæ. Jussus itaque est Battus urbem condere in Africa; hoc tantum; de nomine, nihil respondet oraculum. *Fab.*

§ 3 *Propter similitudinem Theramenis insulæ*] Nihil dicam de varia huj. s. fabulæ s. historiæ traditione, ut videre est ap. Herod. IV. et Strab. ult. Certe hunc l. corruptum puto, nec, quo pacto emendetur, facile dixerim. Boccatius Florentinus lib. V. Geneal. Deorum cap. 13. legit *propter solitudinem Coramis insulæ*, non minus in obscuro manente sensu. 'Theramenis insulæ' rursus ap. hunc Auctorem mentio est lib. XXX. ubi de terræ motu in mari facto. At eo in loco ex Strab. et Plin. *Thera* legend. non *Theramene.* Nos lectorem duntaxat admonitum volumus, si vel ap. Græcos vel Latinos aliquid invenerit, quod hunc l. juvare queat, diligenter consideret. *Glar.*

§ 4 *Velut contumaces*] Similia Liv. II. 36. *Bern.*

Quorum, &c.] Saxo XVI. p. 376. 27. 'Quarum [navium] insignis paucitas,' &c.

§ 5 *Cyran*] Non ignoro nonnullos casus accusandi hnj. inflexionis sic formari, ut ostendi ad Suet. Sed hic sequor jure Juntinam, quæ *Cyram* scribit, ut et statim *fontium ubertatem.* Græv.

Fontium ubertatem] Angl. similiter. Observat tamen Notator in Ms. uno legi *uberem copiam.* An scribend. *fontium uberem copiam?* Schef.

§ 7 *Ab Apolline raptam*] Vid. Callimach. et ejus Schol. *Bong.*

Quatuor pueros peperisse, Nomium, Aristæum, Authocum, Argæum] Aliter Pindar. IX. Pyth. et Diod. IV. 83. Qui Cyrenes filium unum referunt Aristæum: Nomium vero et Agrium (ita enim legend. non *Argæum*, ut hic) Aristæi cognomina faciunt, ideo sic dicti, quod venationi et pascendo pecori esset addictus. Nam ἀγρεὺς est *venator*, et νόμιος a νέμειν, *pascere*, dicitur. *Bern.*

Aristæum] Cujus Sallustium mentionem fecisse indicat Servius in Virgil. I. G. Quare ap. Probum Catholicis Sallustii fragmentum ita leg. arbitror: *Apollinis F.* (i. e. *filius;* vulgo *filia*) *et Cyrenes;* ut Aristæum intelligat. *Bong.*

§ 8 *A patre Speo*] E Diod. IV. et Apollonii Schol. patebit legend. esse *Hypseo*, non *Speo.* Apum quoque et mellis usum invenisse, testatur id. Scholiastes. Videsis etiam Heraclidem Ponticum in Ceorum Republica. *Voss.* Junt. *Hypseo.* Et sic legend. esse ex Diod. et Apollonii Scholiaste pridem observavit Isaac. Voss. *Græv.* Mirum quod Bong. maluit *Speo*, cum sciret antiquiores typis expr. Junt. Bech. aliosque habere *Hypseo*, ut a Diod. et Scholiaste Apollonii is vocatur. Si maxime in codd. Mss. repererit *Speo*, non video tamen cur istos codd. hic debuerit sequi. Siquidem vett. illi typis expr. qui aliter habent, codd. Mss. utique referunt. Notum quoque, quam codd. Mss. in manifestis mendis non raro congruant. Quæ etiam causa fuit, quod non paucis locis ipse Bong. non codicum Mss. sed typis expressorum auctoritatem secutus est. *Vor.*

§ 9 *Recepisse*] Ita Mss. referente in Var. Lect. et probante Bong. Sed editi *cepisse.* Bern.

§ 10 *Aristæum in Arcadia*] Virgil. G. IV. 283. 'Arcadici memoranda inventa magistri.' Hic ob tot merita generi humano præstita in numerum Deorum receptus est: quem proinde Virgil. inter ceteros invocat, G. I. 14. Ceterum auctorem colligendi mellis alium, Gargorem Curetum regem, ipse Just. XLIV. 4. 2. refert.

De inventis Aristæi Paus. x. 4. 59. m. Add. Plin. xiv. 4. 10. *Bern.*

Lactis ad coagula] Acidal. ad Vell. ii. 130. 8. rescribit *lactis adeo coagula*: quod verius, dubitare nemo potest, qui et sensum et litteras intentius aspicit. *Bern.* Ms. *ac coaguli*, male; eum enim docuisse lactis usum non dicit Justinus, quippe esset falsum et contra omnem antiquitatem: sed ostendisse hominibus, qua arte coagulum ex lacte confici conformarique posset. Addere et hoc visum est ad superiora. Non docuit usum lactis, non docuit usum mellis; nam Jupiter, pater ille hominumque Deumque, melle nutritus est ac lacte; sic enim Theologi, i. e. Poëtæ Græcorum, canunt; ergo aliud docuit Aristæus, sc. coagulum fieri ex mixtura, s. ut Græci vocant, cramate mellis et lactis. Hunc l. a nemine hactenus intellectum arbitror. *Faber.* Emendant, *et lactis adeo coagula.* Sed particulæ *adeo* hic locus vix conveniens videtur, s. per, etiam, s. alio modo explices. In Mss. est *ac coaguli*, in editis quibusd. *et coaguli*, quare arbitror Just. scripsisse *ut lactis et coaguli.* Subaudiend. autem, usum tradidisse. *Schef.* Olei quoque usum reperisse Aristæum auctor est Aristot. ap. Schol. Theocriti ad Idyll. v. 53, ubi narrat nymphas nutriisse Aristæum, et docuisse olei et mellis colligendi usum, Aristotele teste. Ceterum pro *lactis ad coagula* scribitur in Junt. *lactis coagulandi*, quod longius recedit a vestigiis ceterorum libr. quos sequuntur merito editores. *Lactis usus ad coagula* est, ratio lactis coagulandi, et ex coagulo caseos premendi. Nam butyrum veteribus Græcis et Romanis fuit ignotum, ut constat ex scriptoribus Rei Rusticæ, qui illius conficiendi nullam faciunt mentionem, et vetustissimis Græcorum scriptoribus, qui Scythas lac hac ratione coagulare tradunt, et, quod ejus nomen ignorabant, butyrum vocant ἔλαιον γάλακτος, *oleum lactis*, de quo alibi plura. *Græv.*

Solstitialesque ortus sideris, &c.] Atqui nusquam mihi lectum est, solstitia invenisse Aristæum. Quod si esset, ne sic quidem ita recte exprimeretur. Solstitia enim invenisse ac primum observasse diceretur. Aristæum reperio primum observasse ortus sirii s. caniculæ, et Ceos docuisse, ad ejus ortum attendentes, ei sacrificare. De hoc inter omnes convenit. Ut id. narretur a Justino, puto in eo corrigend. *et solstitialis ortus sideris.* Per *solstitiale sidus* putem intelligi sirium, quia non longe post solstitium oritur: et ‘ solstitium’ Vett. non pro puncto ipso quo committitur, interdum acceperunt: sed et totum mensem ei tempori dederunt. Poterat etiam legi *solstitiales ortus sirii.* Salm.

Sideris] H. e. solis, ἑξαιρέτως: quo significatu Plin. Paneg. 29. ‘ Quod terra genuit, quod sidus aluit, quod annus tulit.’ Et 80. ‘ Velocissimi sideris more, omnia invisere,’ &c. Add. Lips. ii. Physiol. Stoic. Diss. 12. *Bern.* Salmas. olim Grotio dixit existimare se scriptum a Just. fuisse *solstitialisque ortus sideris*, et per *sidus solstitiale* intelligi Sirium, qui non longe post solstitium oritur; itaque et posse legi etiam *Sirii* pro *sideris.* Fab.

§ 11 *Quibus auditis, Battus, virginis nomine ex responsis agnito, urbem Cyrenen condidit*] Hunc vero l. esse corruptum nemo usque adhuc suspicatus fuit, et sic est tamen. Primum, illud falsum, Battum puellæ nomen ex responsis cognovisse; idque satis ostendunt hæc verba, ‘ Quibus auditis.’ Ergo hæc vetus fama in ore Afrorum erat. Dein apertissime dixit Just. ‘ Cum venissent in Africam,’ &c. ‘ opinionem veteris fabulæ accipiunt;’ (quænam illa fabula erat?) ‘ Cyrenen eximiæ pulcritudinis virginem,’ &c. Itaque error h. in l. sit necesse est; at non ille quidem Justini, sed eorum qui, cum sensum Scriptoris minus intelligerent, et mancam ac mutilam esse sententiam existimarent, hanc vocem, *agnito*, necessariam esse putarunt, illamque bellissime addiderunt; quæ tamen hinc prorsus deturbanda est, et locus sic legendus, sic explicandus: *Battus virginis nomine ex responsis urbem Cyrenen condidit.* Condidit urbem ex responsis, i. e. ut oraculum jusserat, urbem exstruxit; neque hoc melius et magis Latine possis dicere, *ex responsis*, ut ‘ ex senatus consulto,’ ‘ ex sententia senum,’ et alia id genus ap. bonos scriptores. Urbem autem illam condidit, sed quo, aut cujus nomine? Virginis nomine. Illud itaque *agnito* funditus delend. est. *Faber.* Faber delet vocem *agnito.* Suspicor in illo esse mendum, et pro eo scribend. aliud quid, quod nunc non occurrit. *Schef.*

Battus] Cujus posteri per 200. annos ibi regnum tenuerunt, quod semper a patre descendit ad filium, sic tamen ut Batti et Arcesilai alternis dicerentur. Vid. Vales. ad Excerpta Peiresc. Diodori p. 40. *Gron.*

Cap. viii. § 2 *Odium arrogantiæ*] Cic. Divin. in Cæcil. 13. ‘ Omnis arrogantia odiosa est;’ in tantum quidem, ut ea unica ‘ contubernalis’ sit ‘ solitudinis,’ (ἡ αὐθάδεια ἐρημίᾳ ξύνοικος,) ut cum Platone censet Imp. Manuel Præcepto educat. reg. 52. Pulchre Latinus Pacatus Paneg. 20. m. Ap. Thucyd. i. 22. 13. nostro simillimum est exemplum Pausaniæ, cujus arrogantia socii Spartanorum offensi, plerique ad Athenienses transierunt. De Prisco item Enagrius vi. Eccles. Hist. 4. *Bern.* In Mss. legitur *odium et arrogantia*, unde adducor ut lect. veram ap. Just. putem esse *odium ex arrogantia.* Schef.

Gregatim profugiebant] Leg. *certatim*, non *gregatim.* Sic xi. 6. 14. ‘ Cert. ad Seleucum deficiunt:’ xxii. 8. ‘ Cert. ei se tradunt.’ Sic optimi quique loquuntur. *Fab.*

§ 3 *Prodere partium exercitum voluit*] Nob. Peyrared. legebat *partem exercitus*, idque a seqq. confirmari aiebat. Judicet lector. *Voss.*

§ 5 *Polyperchonta*] Imo *Crateron.* Vid. mox notam ad n. 7. *Bern.*

Mansionibus] G. Major in ed. Colon. *transitionibus* mallet: non bene. ‘ Mansiones’ Plinio xii. 14. Suet. Tit. 10. 3. Lamprid. in Alex. Sev. 48. &c. sunt habitationes, ad quas viatores interventu noctis se recipiunt. Σταθμοὺς τῆς ὁδοιπορίας appellat Herodian. in fine lib. ii. Aufzſpann, Nachtlager. Hinc ‘ mansionarius’ ap. Hincmarum, qui Græcobarbare δηριγενομονὸς, quasi τὰς μονὰς, h. e. *mansiones dirigens*, nobis ein Forirer, *metator.* Sunt qui has ætate posteriori *mutationes* (ἀλλαγὰς) dictas putent. Sed differunt, quod isthic quiescitur et pernoctatur: hic equi aut jumenta mutantur, ut ostendit V. C. Casp. Barthius Advers. xlv. 5. pr. Ead. est hæc phrasis Auctoris cum istis Liv. xxviii. 19. 5. ‘ Quintis castris ad Illiturgim pervenit.’ Curt. iv. 9. 24. ‘ Undecimis castris pervenit ad Euphratem.’ Lucan. v. 374. ‘ Decimis castris.’ *Id.*

§ 6 *Sed res Eumenen non latuit*] Nescio an præferri debeat, quod in Ms. reperitur, *Eumeni.* Vid. Voss. de Constr. 35. *Schef.* Sane, si ceteri libri consentirent, aut hic ceteris esset vetustior, *Eumeni* præferend. esset *Eumenem.* Sicut enim Latine dicitur: Hæc res patet mihi, sic et: Hæc res latet mihi. Et sic Tullius et optimi quique sunt locuti. Cum vero legitur ‘ hæc res latet me,’ est Græcismus: τοῦτο λανθάνει με. *Græv.*

Securis in itinere, et pervigilio noctis fatigatis occursum est] Hic quoque maculam eluendam habeo. Leg. *securis iis, et itinere et pervigilio noctis*

fatigatis, occursum est. Faber. Ratio orationis postulat quid tale. Mallem *iis securis in itinere.* Schef.

Et pervigilio noctis] Est ex impressis, qui habent *et pervigilia.* Unde cogitand. num legend. fuerit *et per vigilia.* Nam Vett. 'vigilium' dixere. Unde 'pervigilium,' quod occurrit sæpe. *Id.*

§ 7 *In eo prælio Polyperchon occiditur*] H. l. Polyperchon occiditur; seq. vero libro Macedoniam redire scribitur. Nisi igitur sit hysteron proteron, quo pacto locus excusari queat, nescio. Ad fin. autem huj. lib. Eumenes hostis declaratur cum tribus hisce, Phytone, Illyrio, et Alceta fratre Perdiccæ, idem postquam Perdicca ab exercitu cæsus est; Argyraspides enim occiderant eum, ut Eumenes seq. lib. ipsis exprobrat. Distinguend. igitur est post 'exercitum,' et totus locus ita legendus est: *Ad postremum tamen, Perdicca occiso ab exercitu, hostis cum Phytone, Illyrio, ac Alceta fratre Perdiccæ appellatur* (sc. Eumenes), *bellumque adversus eos Antigono decernitur.* Glar.

Polyperchon] *Crateros* legend. esse, præterquam ex Diod. XVIII. 30. Plut. in Eumene c. 9. et Probo in Eumene, etiam ex XIV. 5. 1. constat: 'Ut Polyperchonta a Græcia redire in Macedoniam cognovit:' non igitur hoc prælio ceciderat, quamvis eand. illam lect. sequutus sit Oros. III. 23. *Bongars.* 'Craterum' etiam huj. libri Prologus habet: quo minus est de hac emendatione dubitand. *Berneccer.* Ipsum Trogum non de *Polyperchonte*, sed de *Cratero* tunc occiso scripsisse ex vetere Prologo huj. lib. scire licet. Habet enim sic, 'Bellum quo Eumenes Neptolemum et Craterum occidit.' Vix tamen adducor ut credam in ipso Just. mendum esse, et pro *Polyperchon* legend. esse *Craterus.* Video enim *Polyperchontis* nomen et antecedere, atque ita in cap. hoc bis apparere; et Orosium quoque, qui, ut notum, Justinum exscripsit, non aliter habere. Fuerit igitur lapsus memoriæ, et quidem crassior. Proxime enim seq. libri c. 5. de Polyperchonte tanquam adhuc vivo scribit; eum videl. a Græcia rediisse in Macedoniam. *Vor.*

§ 10 *Perdicca occiso*] De huj. morte dissentientes opiniones Diodori XVIII. 36. et Probi in Eumene, vid. ap. ipsos Auctores. Vid. et Paus. Atticis, et Oros. III. 23. *Bong.*

Phitone et Illyrio] Horum non meminit Diod. Plut. vero et Appian. in Syriaca Hist. Eumenem solum commemorat. 'Phiton' is est, qui XIII. 4. 21. 'Pithon,' Diod. XIX. 95. Πίθων. *Bong.*

Pithone] Ita scribend. non *Phitone*, aut *Phytone*, ut vulgo editur. Legitur ita et XIII. 4. 21. nec non et ap. Curt. X. 10. 7. Et Diodoro item XIX. 95. est Πίθων. *Vor.*

LIBER XIV.

CAP. I. § 1 *Eumenes*] Legenda ejus vita ap. Plut. et Probum. Historiæ autem series petenda est e Diod. *Bong.*

Ultro ea militibus suis, &c.] Ita Galba quasdam defecisse legiones ultro suis asseverat, 'ne dissimulata seditio in majus crederetur.' Tac. I. H. 18. qui et III. H. 54. Vitellium arguit, quod fractis ap. Cremonam rebus,

stulte cladem dissimulando, et læta omnia fingendo, 'remedia potius malorum, quam mala distulerit: cum contenti consultantique superfuturæ adhuc fuerint spes viresque.' Add. exemplum Niciæ ap. Thucyd. VII. 2. 17. Cæsaris ap. Suet. 66. 1. Sen. Œd. act. III. vs. 7. 'Iners malorum remedium ignorantia est.' Et in ejusd. Agamem. III. 28. Clytæmnestra: 'Clades scire qui refugit suas, Gravat timorem: dubia plus torquent mala.' Quomodo Martial. III. Epig. 42. 'Quod tegitur, majus creditur esse malum.' *Bern.*

§ 2 *Fama aut rem in majus extolleret*] Tac. III. 44. 'Cuncta, ut mos famæ, in majus credita.' Et H. IV. 50. 'Vera et falsa, more famæ, in majus innotuere.' *Id.*

§ 3 *Simul ut circa se animati essent*] Angl. *simul ut quomodo circa se animati essent cognosceret.* Rectissima: nec potest aliter per rationem sermonis. Nisi putamus scripsisse Just. *simul ut, ut circa*, alterumque *ut* tanquam superfluum esse omissum, et illud *quomodo* esse glossam. Solet sane illo *ut* alibi sic uti. Sic v. 'Scribit ei, ut ablegatus in Persas ab avo fuerit, ut occidi eum parvulum jusserit,' &c. Vid. simile quid XXXVIII. 6. 8. *Schef.*

§ 4 *Habere eum discedendi potestatem*] Sic XXII. 4. 5. *Bern.*

§ 5 *Ut ultro bellum omnes hortarentur*] Assentior Gronovio, qui ad Epist. Senecæ 12. hanc Mss. lect. probat; quem vid. Ov. 'Cupio non persuadere quod hortor.' *Græv.*

Ut ultro omnes illum hortarentur] Gronov. pro *illum* legend. censet *bellum*, ut in codd. quibusd. Mss. esse testatur Bong. Et adsciscit sane τὸ *hortari* non accusativum personæ tantum, sed et rei. Cic. I. Cat. 'Quod te jamdiu hortor.' Et pro C. Corn. 'Legem dedit, an tulit, an rogavit, an hortatus est?' *Vor.*

§ 6 *In Ætoliam*] Impudens mendum. Legend. *in Æoliam*, non *in Ætoliam.* Hæc enim omnia acta sunt in Asia, ubi Æolia est, cum Ætolia sit in Europa; ac mox Sardes proficiscitur ad Cleopatram. Quæ sequuntur per aliquot versus multam accipiunt cavillationem, sed nos alia agimus. *Glarean. In Ætoliam*] Inepte. In Cappadocia enim hæc gesta esse, patet cum ex Diod. XLIX. tum etiam ex aliis. Hanc difficultatem viderunt alii, qui *Æoliam* conati sunt reponere. Frustra. Scrib. *in Ætuliam. Ætuliam* vocat, quam alii 'Ætulanen.' Ea est Armeniæ minoris portio, in Cappadocia. Ptolemæus: Ἀρμενίας μικρᾶς ἡ μὲν ἀρκτικωτάτη καλεῖται Ὀρβαλισηνή· ἡ δὲ ὑπ' αὐτὴν Αἰτουλανή. Εἶτα Αἰρετική, καὶ ὑπ' αὐτὴν Ὀρσηνὴ, καὶ μεσημβρινωτάτη μετὰ τὴν Ὀρσηνὴν, Ὀρβισηνή. Sic leg. *Voss.* Quomodo *in Ætoliam*, cum hæc in Asia Minori agantur? Præclare igitur Is. Voss. qui *Ætulanam* s. *Ætuliam*, ex Ptolemæo emendavit. Est autem Armeniæ Minoris portio *Ætulana.* Itaque bene ad Cappadociam, in qua tunc erat exercitus. Addo hoc etiam, *Ætuliam* in Ms. Cod. aperte legi, quod ad fulturam emendationis non parum facit. *Faber.* Non intelligenda Ætolia in Europa, sed in Asia; quæ est pars Cappadociæ. Et quia in quibusd. Mss. ut Bong. testatur, est *Ætuliam*, ita prorsus et legend. Ptolemæus enim, ut Is. Voss. observat, Αἰτουλανὴν appellat. *Vor.*

§ 7 *Inde Sardis*] Mss. habent *Sardes*, quod non video, cur repudiaverint. Saltem illud *Sardis* habend. est pro *Sardes* vel *Sardeis*, antiqua scriptione, qua idem innuitur, ea tantum differentia; quod in altero Græca, in altero terminatio sit Latina. *Schef.* Sed Vett. scribebant 'Sardis' pro, Sardes, ut Sall. 'omnis' pro, omnes; 'tris' pro, tres; et mille talia. *Græv.*

Ut ejus voce centuriones principesque confirmarentur, &c.] Plane solœcismus

est. Leg. *confirmaret;* Eumenes sc. Ita et in Ms. legas. Quod cur ab aliis præteritum fuerit, non video, nisi si non viderunt. *Faber.* Deprehendit hic turpem mendam ab editoribus prætermissam T. Faber, et verissime vidit legend. esse *confirmaret*, et sic plane olim Junt. *Græv.*

Unde soror Alexandri staret] H. e. quibuscum sentiebat Alexandri soror Cleopatra. Liv. XXI. 10. 'Eventus belli, velut æquus judex, unde jus stabat, ei victoriam dedit.' XXIV. 45. 'Qui aliunde stet semper, aliunde sentiat, infidus socius:' et XXV. 15. 'Nec satis fido animo unde pugnabat stantem extemplo in fugam averterunt:' et Auctor v. 4. 'Unde stetisset Alcibiades, eo se victoria transferebat.' *Gron.*

§ 9 *Ad Antigonum*] In Mss. est *Antigono.* Sequitur ergo alterum horum glossatoris esse, non Justini. Mihi vera lect. Mss. videtur. *Schef.*

§ 10 *Fidei sacramento*] Mss. mei *fidei sacramenti:* atque ita etiam habere suos Mss. Bong. testatur. Ego tamen, etsi ita commodo sensu legi posse video, nihil demuto. *Mod.* Mss. omnes Modii et Bongarsii *fidei sacrament.* Quod merito Gronov. IV. Obs. 17. amplectitur hoc sensu: Qui propter spem præmiorum mallet sanguine ducis se cruentare, quam fidem sacramenti servare. *Fides sacramenti* dicitur, ut 'religio sacramenti,' 'religio jurisjurandi.' *Græv.* Al. edit. *fidei sacramenti.* Faber. Non *sacramento*, sed *sacramenti*, legend. esse assentior Gronovio. Habent ita Mss. Modiani, et quidam etiam e Bongarsianis. Ipseque positus verborum ita legend. arguit. Si enim *sacramento* legeretur, 'fidei' esset secundi casus; duoque ejus casus vocabula concurrerent. Sed et per se rectius videtur 'fides sacramenti,' i. e. jurisjurandi, quam 'sacramentum fidei.' Cic. III. Off. 'Est autem jus bellicum, fidesque jurisjurandi sæpe cum hoste servanda.' Dicitur quoque 'religio sacramenti,' 'religio jurisjurandi.' Vid. Gronov. IV. 17. Obs. *Vor.*

§ 11 *Callide*] Hujusmodi calliditatis exempla nonnulla Frontinus habet Strateg. II. 7. *Bern.*

§ 12 *Exemplum pessimum*] Vid. notam ad XI. 15. 12. *Id.*

§ 13 *In præsenti labantium animos deterruit*] Nolim hoc *in præsenti* damnare, nam Latinum est, ut 'in præsentia;' tamen aliter scripsisse Just. credo; *in præsens*, sc. quum mox addat 'in futurum.' *Faber.* Junt. *retinuit.* Quod sane vulgato prætulerim. Suet. Jul. 4. 'Nutantes et dubias civitates retinuit in fide:' et cap. 17. 'Ad retinendam Pompeii necessitudinem ac voluntatem.' Cic. I. Fam. 7. 'Virum excellentem, et tibi tua præstanti in eum liberalitate devinctum, non nihil suspicantem propter aliquorum opinionem cupiditatis suæ te ab se alienatum, illa epistola retinuisti.' In ead. Ep. 'Quos favendo in eadem causa retinere potuerunt, invidendo abalienaverunt.' Terent. Adelph. 'Liberalitate retinere liberos.' Potest tamen et *deterruit* ferri, ut sit, in aliam sententiam perduxit, fidos sibi reddidit. *Deterrere* enim sæpe est, sine ullius terroris et minarum respectu dehortari, dissuadere, rationibus compellere et perducere ne quid facias. Plaut. Mil. II. 3. 'Me homo nemo deterruerit, quin ea sit in ædibus:' h. e. mihi nemo hoc persuaserit. Cic. II. de Orat. 'Nam neque is, qui optime potest, deserendus est ullo modo a cohortatione nostra, neque, qui aliquid potest, deterrendus.' Plura exempla sunt in promptu, sed jam modum excessimus harum notularum. Id tamen, quod ap. Junt. extat, hic est efficacius et aptius. *Græv.*

Deterruit] In Junt. *retinuit.* Bene illud quidem, sed nec *deterruit* malum est, ut 'ceteros a scribendo deterrere,' Cic. de Cæs. et alia infinita. *Faber.* Fateor retineri posse *deterruit.* Sed illud *retinuit* longe hic est efficacius: est enim proprium in hac re verbum, cum sc. amicum a me alieniorem, et jam amicitiæ renuntiaturum, aliquo officii genere mihi reconcilio. Vid. notas meas. Præterea qui poterat hæc vox in mentem venire editoribus Italis, nisi eam in optimis suis membranis invenissent? Sane, si in iis lectum fuisset *deterruit*, nunquam repudiassent. *Græv.*

CAP. II. § 2 *Qui victus*] Longe melius, opinione mea, *quo v.* Schef.

Victus in munitum quoddam castellum] Victus proditione Apollonidæ Eumenes Noram confugit, quod est castellum Phrygiæ, ut Probus; situm in Cappadociæ et Lycaoniæ finibus, ut Plut. Eum. 18. *Bongars.* Strab. XII. non longe a pr. Eumenis hanc Noram suo tempore 'Neroassum' appellatum ait. Add. Diod. XVIII. 48. *Bern.*

§ 4 *Quod solus par Antigono*] Angli *qui solus.* Probo, et vulgatum *quod* habeo pro glossemate. *Schef.*

Auxilia Eumeni] Plutarchus, Antigono Noram obsidente, vita excessisse Antipatrum testatur, aliamque ob causam hanc fuisse dimissam obsidionem. *Id.*

§ 6 *Optimum visum est*] J. Pricæus ad Apul. I. M. p. 37. legit *optimum factum visum est.* Gron.

§ 8 *Commilitones suos*] Alexander ipse militum suorum 'alumnum' se 'commilitonemque' dicere non est veritus. Curt. IX. 2. 44. Ejusmodi blanditias tribuit Suetonius Cæsari quoque 67. 3. et Galbæ 20. 1. Nec ipsum adeo Augustum, antequam imperium adeptus esset, iis abstinuisse, patet ex Appian. IV. et V. B. Civ. 'Sed post bella civilia nullos militum commilitones appellabat, sed milites: ambitiosius [h. e. blandius] id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque suæ majestas postularet,' Suet. Aug. 25. 1. *Bern.*

Nunc periculorum et operum Orientalium] Ms. Bong. *periculi et opum.* Impressi *periculorum et operum.* Placet *periculi et operum.* Ex *operum* per compendium in Ms. *opum.* Cæterum non possunt *opera* hic commode omitti, quoniam vel præcipue ad laudem Argyraspidarum, et sic obtinendam gratiam eorum pertinebant. *Schef.* Cur, cum sæpius 'nunc' et ante et post repetatur, omissum hoc est ante *periculorum Orientalium socios?* Reposui id ex Juntina, addito ex ead. vocabulo *operum*, quod in nonnullis quoque Mss. habetur, ut Scheff. quoque vidit et probavit. *Græv.*

§ 12 *Paulatim imperium, &c.*] Tacito I. 2. hoc est 'paulatim insurgere.' *Bern.*

Usurpat: nihil] Mss. habent *usuriam nihil*, vel *usuri an*, vel *uspiam.* Ex quibus omnibus constare potest veram huj. lectionem esse *blande corrigendo usurpat. Jam nihil in castris.* Illud *jam* valde elegans et oportunum est. *Schef.*

CAP. III. § 1 *Esset, compellit eos in aciem*] Plerique Mss. ex eis, quos tractavit Bong. habent *pellit.* Vix dubito quin vera lect. sic se habuerit: *nunt. esset, etiam pellit in aciem descendere.* Valde emphatica hic est conjunctio *etiam*, ut appareat Eumenis summa auctoritas ap. Argyraspidas, locumque hunc egregie illustrat. Perierunt autem ex ea primo litteræ initiales duæ propter similitudinem præcedentium, post ex *jam pellit* temere junctis ab emendatore factum est *compellit.* Schef.

2 § *Dum ducis imperia contemnunt*] 'Nam non parere se ducibus, sed imperare postulabant:' Probus. De hac pugna vid. Diod. XIX. 42. Plut. et Probum. Victus est autem Eumenes solo equitatu, cum ceteris copiis superior esset. *Bong.*

§ 3 *Longa militia*] Præfero, quod

et impressi quidam et Ms. habent, *longæ militiæ*, moxque illud ‘ parta ’ refero ad omnia, præmia inquam et gloriam. Ita mox,‘ cum præmiis tot bellorum.’ *Schef.*

§ 4 *Sed Eumenes*] Ita Mss. Edit. habent *Sed et Eumenes*. Bern.

Victos hortabatur] I. e. bonum animum eos habere jubebat ; ut XI. 9. 13. ad quem l. et Notas vid. *Vorst.*

§ 7 *Post damna matrimoniorum, et post conjuges amissas*] Nihil ambigo hæc, *et post conjuges amissas*, esse a manu interpolatoris, explicantis præcedentia, ‘ post damna matrimoniorum.’ Vid. quæ notavi ad III. 3. 8. *Bernecc*er. *Post damna patrimoniorum*] Ita omnino legend. Vell. II. 120. ‘ Sunt tamen, qui, ut vivos ab eo vindicatos, ita jugulatorum sub Varo occupata crediderint patrimonia :’ et Quintil. Decl. CCCVIII. ‘ Alioquin potest grave videri etiam ipsum patrimonium, si non integram legem habet.’ *Gronov. Post damna matrimoniorum, et post conjuges amissas*] Hæc inepta est ταυτολογία. Itaque *et post conjuges amissas* tanquam interpretationem præcedentium exscindendam censet Bernecc. Sed legend. cum Junt. *post damna patrimoniorum.* Hæc sunt, quæ paulo ante dixit ‘ præmia longa militia parta,’ et paulo post ‘ præmia tot bellorum,’ et ‘ felicis militiæ quæstus.’ Quid enim aliud militibus patrimonium? *Græv. Post damna patrimoniorum*] In optima illa Junt. ed. quam huic Auctori emendando adhibuit Græv. legitur *patrimoniorum.* Itaque *patrimonium* in latissima significatione sumptum fuerit pro bonis. Quod Juris interpp. ostenderint. *Faber.* Ita e Junt. legend. assentior Græv io. Si legatur, ut vulgo editur, *matrimoniorum*, erit inepta ταυτολογία. Sequitur enim ‘ post conjuges amissas ;’ et *matrimonium* hic non aliter quam de conjuge intelligi posset. *Patrimonia* autem quæ hic dicuntur sunt ipsa, quæ post vocantur ‘ præmia bellorum ’ et quæstus militiæ.’ Nec modo, quæ hereditate ad aliquem devolvuntur, *patrimonium* ejus sunt, sed et quæ ipse sua opera et labore sibi quærit. IX. 2. 7. ‘ Terra non patrimoniis ditat Scythas.’ *Vorst. Damna patrimoniorum* edidit, volentibus Junt. et Græv., Vorstius. *Schef.*

§ 8 *Post tot annos emeritorum stipendiorum*] Pro, tot annis post emerita stipendia, ut XXXVIII. 8. 1. ‘ Post annos tres et vig. sumpti regni,’ pro, annis XXIII. post sumptum regnum. ‘ Emeritus miles ’ est, qui stipendia mereri desiit : diciturque ita active. At ‘ emerita stipendia ’ dicuntur passive pro stipendiis finitis. Sic et ‘ emeritam militiam ’ dixit Suet. Calig. 44. *Vorst.*

CAP. IV. § 1 *Ostendit*] Mss. ἀμφατικώτερον *ostentat.* Bern.

§ 2 *Cernitis, milites*] Cf. hanc orationem cum ea, quæ ap. Plut. exstat in Eum. 32. *Bong.*

Hoc etiam solatio foret] Plerique Mss. *etiam in solatio foret*, quod puto non esse contemnend. Plaut. Amphit. II. 2. ‘ Et domum Laudis compos revenit ; in solatio est.’ Ita enim habent ibi vett. edd. Saltem ablativum non regi, nisi a præp. probarunt dudum viri docti, ut mirum esse non debeat, si alicubi apponatur. *Schef.*

§ 3 *Vos, &c.*] Saxo X. p. 192. init. ‘ Captivus ex rege factus.’

Quater] ‘ Ter ’ habet Probus Eum. *Bongars.* F. et hic legend. *qui ter.* Bern.

Obstricti estis] Pro, obstrinxistis vos ; verbo passivo posito pro activo cum pronom. recipr. Sic et V. 10. 11. At XI. 3. 10. ipso activo usus dicit ‘ obstringere se.’ *Vor.*

§ 4 *Sed ista*] Acidal. ad Vell. II. 130. 8. monuit ita scribend. Abrumpitur enim hic oratio. Hactenus editi *Et ista.* Bern.

§ 7 *Solvo vos jurejurando, quo toties vos sacramento mihi devovistis*] Gronov. legit *qui toties.* Græv. Expungend. puto *sacramento*, aut hoc in locum τοῦ *jurejurando* substituend. At Gronov. ut utrumque servari possit, mallet *qui toties ;* ut ipse per literas aliquando mihi significavit. *Vorst.* Vox *jurejurando* per glossatorem huc ex seqq. traducta, et delenda. Quæ alii huic l. afferunt remedia, duriora videntur. *Schef.*

§ 10 *At vos*] Particulam *at* Vett. usurpare solent, si irati inchoënt orationem, idque præsertim amant Poëtæ ; ut Virgil. II. Æn. 535. ‘ At tibi pro scelere (exclamat), pro talibus ausis, Dii, si qua est cœli pietas, quæ talia curet, Persolvant grates dignas :’ et Ov. Ep. Heroid. XII. ‘ At tibi Colchorum, memini, regina vacavi :’ et III. Amor. 6. 105. ‘ At tibi pro meritis opto,’ &c. et VIII. M. 279. ‘ At non impune feremus :’ et Horat. Epod. V. ‘ At o Deorum quicquid in cœlo regit Terras et humanum genus.’ *Gronov.*

Talesque vobis] In Mss. pœne omnibus Bongarsio visis legebatur *vilesque vobis.* An scripsit Just. *similesque vobis?* Ita puto. Illud *tales* glossatoris esse videtur. *Schef.*

§ 12 *Ipsum, &c.*] Saxo XIV. p. 349. 17. ‘ Horum itaque eventuum miraculis liquere, mortali manu regem perire non posse.’

Quod maximum erat] Freinsh. ad Flor. emendat, *q. proximum e.* Græv. Freinsh. ad Flor. II. 6. 8. legend. putat *q. prox. e.* id quod sane per est verosimile. Ita Liv. XXXIII. 15. ‘ Ad rebellandum neque vires neque ducem habebant : proximum bello quod erat, in latrocinium versi.’ Ut hic dicitur ‘ seditionibus agitare,’ ita Flor. I. 8. 7. ‘ Injuriis agitatus populus.’ *Vor.*

§ 13 *Has vobis diras*] Nec illas irritas. Nam, ut Plut. in Eum. 34. et Polyæn. IV. Strateg. tradunt, Argyraspidas Antigonus ipse, cui maxime profuerant, ob perfidiam exsecratus, Sibyrtio Arachosiæ præfecto (de quo sup. XIII. 4. 22.) tradidit, omnibus modis atterendos conficiendosque. Sed et ducem eorum Antigenem, in caveam æneam inclusum, vivum combussit, ut est ap. Diod. XIX. 44. Præclare Cic. Verr. I. 15. ‘ Omnium est communis inimicus, qui fuit hostis suorum. Nemo unquam sapiens proditori credendum putavit.’ Plut. in Romulo 29. refert ejusd. Antigoni dictum, ‘ amare se prodentes ; odisse cum prodiderint :’ et subjungit, ‘ eo fere in sceleratos animo esse illos, qui eorum operam requirunt, ut veneno et felle maleficarum bestiarum qui opus habent. Quippe operam eorum, dum ex usu est, amplectuntur : exsecrantur scelus, ubi voto potiti sunt.’ Add. Thucyd. III. 2. 3. Tac. I. 85. 3. et II. H. 101. 2. et III. 31. 10. Val. M. IX. 6. Claudian. de Gild. 260. &c. *Bern.*

§ 14 *Agatis*] Mss. *agitetis*, quod perorantis calori magis convenit. *Ber.*

Arma vestra] Angl. *arma ista.* Etiam hoc probo tanquam elegantius, et emphasin demonstrationis exhibens. *Schef.*

§ 15 *Plenus iræ*] Mss. mei et unus item Bongarsii *Plenus ira*, ut Plinius junior dixit in Epist. ‘ Plenus annis obiit.’ *Mod.* Sed tamen et Liv. VI. 18. 3. ‘ Animorum irarumque plenior :’ et III. 25. 5. ‘ Plenus prædæ.’ *Bern.*

§ 16 *Sequitur exercitus prodito imperatore suo, et ipse captivus*] Istud *captivus* satis ostendit, ei saltem, qui sensum vel mediocrem rhetoricæ habuerit, hic vitium esse ; et re ipsa est ; legend. enim : *Sequitur exercitus proditor imperatoris sui, et ipse captivus.* Nonne vides? *proditor*, et *captivus?* Ita XXII. 8. ‘ Exemplum flagitii singulare, rex exercitus sui desertor, filiorumque pater proditor.’ *Faber.* Faber, ut Notator Anglicanus ait, putabat legend. *proditor imperatoris sui ;* non inconcinne. Vix tamen persuadeor Just. sic scripsisse. Puto

tantum mutandam distinctionem hoc modo: *Sequitur exercitus prodito imperatore suo et ipse captivus;* ut in verbis *prodito imperatore suo* intelligatur caussa, quare non imperator magis, quam exercitus captivus fuerint. *Schef.*

§ 17 *Una secum victori tradentes*] Imo *tradens.* Nam præcedit 'Sequitur exercitus,' item 'ducit;' omnia in singulari. Syllaba *es* adhæsit ex sequenti 'et.' *Schef. Tradens* sane in Junt. quoque reperitur. Potest tamen vulgata defendi. Sensus respicitur, ut in illo, 'Pars in frusta secant.' *Græv.*

§ 19 *Tanto pulcrior hæc*] Ipsa ratio linguæ postulat, ut scribatur *pulcriora*, ut impressi quidam habent. Miror in recentioribus edd. omnibus hoc neglectum esse. Nam, qui referebant ad, pompam, debebant observare, verba, 'ne quid deesset pompæ,' per epicrisin et in parenthesi velut interseri, ac propterea non ut principale posse attendi. *Schef.* Nescio quid hic viro doctissimo mentem obnubilarit. Quid enim clarius vulgata? *Tanto pulcrior hæc Antigono* sc. victoria fuit, *quam tot Alexandro victoriæ fuerunt.* Rationem addit cur hæc unica victoria Antigono fuerit pulcrior et gloriosior, quam tot victoriæ Alexandro. Quia nimirum illos vicit, quibus illas victorias consecutus erat Alexander. *Græv.*

§ 20 *Exercitui suo dividit*] 'Quo tutissimo remedio consensus multitudinis extenuatur,' Tac. IV. H. 46. 'Rumor incesserat fore, ut Thraces (qui montium editis inculti atque eo ferocius agitabant) disjecti, aliisque nationibus permixti, diversas in terras traherentur:' Id. IV. A. 46. Porro de Argyraspidarum ferocia, non alio modo domanda, Probus in Eum. *Bern.*

Redditis eorum quæ in victoria ceperat] Optime Junt. cum aliis edd. *redditis q. in v. c.* Græv. Emendavi ex impressis, *redditis q. in v. c.* Faber.

Redditis eorum, quæ, &c.] Antiquiores edd. ut Junt. et aliæ, omittunt *eorum.* Adjecit Bongarsius; e Mss. credo. Et potest sane tolerari. Subaudiend. autem alterum pronom. demonstr. *illis*, quod sane relativum non raro subauditur. Vid. Ind. in Nep. v. *Ellipsis.* Vorst.

§ 21 *Eumenen, &c.*] Saxo XIV. p. 354. 45. 'Quem rex præteritæ amicitiæ verecundia consurgere jussum,' &c.

Assignari custodibus præcepit] A quibus jugulatus est. Plut. Probus. *Bongars.* Mira locutio, *præcepit assignari*, quasi non ipse assignaverit. Cogitand. an non scripserit Just. *asservari custodibus præcepit.* Non multum dissimile illud Cic. X. ad Att. 18. 'Majore impedimento fuerunt quam custodiæ, quibus asservor.' *Schef.*

CAP. V. § 1 *Ut Polyperchonta*] Hic Polyperchon in Græciam redit, qui sub finem præc. libri occiditur: nisi igitur sit ὕστερον πρότερον, non excusabitur hic locus. Sed, ut jam diximus, multa nobis hoc in libro et in aliis dissimulanda sunt. *Glarean.*

Arcessitam Olympiada] Diod. XVIII. 57. *Bong.*

§ 2 *Muliebri æmulatione perculsa*] Val. M. diceret 'æmulatione instincta.' Ita enim ille IX. 2. Ext. 8. Et alibi pari modo, 'arrogantia instinctus,' 'errore instinctus.' Vid. I. 5. Ext. 1. et III. 8. Ext. 3. *Vorst.*

Valetudine] H. e. morbo, de quo Nota ad XIII. 2. 11. *Bern.*

§ 6 *Vicino incendio*] IX. 3. 5. *Id.*

Armis, non muris] Hinc illud Senecæ rhetoris Suas. II. 'Ibi muros habet [Sparta], ubi muros non habet.' Ita vett. Romani existimaverunt, 'Romanum esse, non munitionibus, sed armis suaque virtute securitatem sibi et opes parare, neque viros muris, sed muros viris defendere,' teste Strab. V. p. 162. 20. *Id.*

Veterem] Ita Ms. Editi *veterum*, non recte. *Id.*

Murorum præsidio] Liv. XXXIV. 37. 'Fuerat quondam sine muro Sparta: tyranni nuper locis patentibus planisque objecerant murum.' Paus. Achaicis. *Bong.*

§ 8 *Cassandrum*] Diod. XIX. hæc late persequitur. *Id.*

§ 9 *Mater Alexandri Magni regis*] Rem putidam! Totum isthuc dele; neque enim a Justino est. *Fab.*

Epiro] Ita Mss. cum editi habeant *ab Epiro.* Familiare Auctori nomina regionum ut propria urbium construere: ut III. 3. 12. VI. 1. 7. XV. 2. 7. XXIII. 2. 6. XXIV. 3. 9. XXXIII. 2. 6. XLIV. 3. 4. Ita Liv. XLII. 44. 9. 'Peloponnesum proficisci.' Suet. Aug. 17. 'Recepit se Samum insulam.' *Bern.*

Prohiberique, &c.] Vincent. 'Prohibita est a finibus Macedoniæ ab Eur.'

§ 10 *Magnitudine filii*] Τῶν εὐεργεσιῶν ἀναμιμνησκόμενοι τῶν Ἀλεξάνδρου, Diod. XIX. 11. *Bong.*

Indignatione, &c.] Saxo VI. p. 98. 46. 'Hujus rei ind. permoti.'

Olympiadem] Junt. *Olympiada.* Mox iid. *cujus j. et E. occiditur, et rex Aridæus sex annis post Al. potitur regno.* Græv.

CAP. VI. § 1 *Muliebri magis*] Τὴν εὐτυχίαν οὐκ ἤνεγκεν ἀνθρωπίνως. Ideo Antipater καθάπερ χρησμῳδῶν, ἐπὶ τῆς τελευτῆς παρεκελεύσατο, μηδέποτε συγχωρῆσαι γυναικὶ τῆς βασιλείας προστατῆσαι. Diod. XIX. 11. Vid. Paus. in Att. *Bong.*

§ 2 *Audito Cassandri adventu, diffisa Macedonibus*] In Macedoniam Olympias accita erat a Polyperchonte, ut ex XIV. 5. 1. apparet. At Polyperchontem a Cassandro in Macedonia tunc victum, ex vetere huj. lib. Prol. sciri potest. Habet enim sic, 'In Macedonia Cassander victo Polyperchonte.' *Vor.*

Cum nuru Rhoxane et nepote Hercule in Pictuam] *Pictuam* urbem nescio: vid. num legend. *Pythæum*, quod est Pelasgorum oppidum ap. Ptolem. Et hic 'nurum' vocat Rhoxanen Herculis matrem, ut etiam prorsus ad fin. huj. lib. Cum Herculis mater Barsine fuerit, non Rhoxane, ipso Just. bis appellante. *Glar.*

Nepote Hercule] Barsines hic filius erat: Roxanes Alexander vocabatur, Paus. Att. et Bœot. quo de hic agitur, ut patet ex Diod. XIX. 52. Videtur ergo hic Just. lapsus memoria. *Bongars.* Hercules non ex Roxane, sed ex Barsine nepos Olympiadis fuit, ut ex XIII. 2. 8. et XV. 2. 3. apparet. F. ergo pro *Hercule* legend. *Alexandro;* quod nepotis ex Roxane nomen fuisse ex Pausania scitur. *Vorst.* Mihi *Hercule* inepti glossatoris videtur, et propterea delend. *Schef.*

Pydnam] Macedoniæ urbem in Pieria regione. Quidam editi *Pyctuam*, pro quo est qui *Pactyam* malit, refragante historia. 'Pydnam' Olympiade mactata nobilem asserit et Diodorus XIX. 35. *Bern.*

§ 3 *Deidamia, Æacidæ regis filia*] Pyrrhi soror, Demetrii uxor. Plut. Demet. 1. et 30. qui etiam 42. scribit, morbo eand. extinctam. Quo minus assentiri possum Jano Parrhasio lib. de Rebus per Epistolam quæsitis Epist. 48. statuenti hanc esse eand. cum ea Deidamia, de qua Paus. in Messen. et Polyæn. Strateg. VIII. Nec enim istæ aliæque circumstantiæ huic aptari possunt. *Berneccer.* Æacides ille rex fuit Epirotarum, et pater Pyrrhi, ejus qui cum Romanis bellum gessit, ut ex Diod. XIX. 35. intelligitur. *Vor.*

Thessalonice privigna, et ipsa clara Philippi, &c.] Mss. et Junt. *Thessalonica.* Græv. Diodorus, quia Aridæum quoque Philippum vocat, ne Thessalonice filia Aridæi regis fuisse putaretur, Philippum Amyntæ vocat eum cujus filiam comitem fuisse Olympiadis Noster scribit. *Vor.*

§ 4 *Statim*] Hoc *statim* glossam

mihi sapere sequentis, ' citato cursu,' videtur. Examinent sagaciores. *Schef.* Saxo XIV. p. 314. 10. ' Ad locum, cui nomen Ostrozno, citata navigatione profectus.'

§ 5 *Tradidit*] Vincent. ' reddidit.'

§ 9 *Sed Olympias*] Conjunctio adversativa mihi plane otiosa hic videtur; nihil certe habet, ad quod commode possit referri. Suspicor autem natam ex postrema syllaba vocis præc. *Schef.*

Veste regali] Hoc exemplo Cleopatra ' maximos induta cultus ' ad mortem se paravit: Flor. IV. 11. 20. Sed et Romani proceres, urbe a Gallis occupata, ' augustissime vestiti, hostium adventum obstinato ad mortem animo exspectant:' Liv. V. 41. 2. Et Varus, ' cum se insignibus honorum velasset, jugulatus est:' Paterc. II. 71. 5. Ita de Philocle Atheniensi Plut. in Lysand. 23. Quin etiam viri militares in aciem ad extremum discrimen ituri morem hunc observarunt, ut olim Persæ, de quibus Curt. V. 9. 2. et patrum memoria Serinius heros fortissime ad Sigethum occumbens: Thuan. XXXIX. p. 382. Socrates tamen, hausturus cicutam, oblatum ab Apollodoro talem cultum animo magno vereque philosophico respuit: Ælian. V. H. I. 16. *Berneccer.* Morituros curavisse ut honeste caderent, pluribus exemplis ostendit Magius Miscell. II. 21. *Vor.*

§ 10 *Percussores attoniti*] Similia Noster XXXII. 1. 7. de Philopœmene. Plut. in Artax. c. 47. de Dario. Curt. X. 8. 6. de Perdicca. Val. M. II. 10. 6. de Mario. Suet. 79. 2. de Augusto. Quibus ex historia recentiori nonnulla Piccartus adstruit Obs. VI. 1. *Bern.*

§ 11 *Non refugientem gladium, &c.*] Οὐδεμίαν ἀγεννῆ καὶ γυναικεῖαν προεμένην ἀξίωσιν: Diod. XII. 51. cum quo hæc comparanda, et quasi ex adverso ponenda sunt. *Bongars.* Utrique contrarius Paus. in Bœot. p. 553. 30. lapidibus obrutam tradit Olympiadem. Constantiæ similis exemplum observavit in Troade Sen. act. V. Sebisius. Horat. I. Od. 37. de Cleopatra: ' Quæ generosius Perire quærens, nec muliebriter Expavit ensem.' *Bern.*

Nec vulnera, aut muliebriter vociferantem] Junt. *nec ante vuln. mul. v.* Græv. Concinne Junt. *Vorst.* Ms. *sed et vulnera haud.* Mallem *sed nec ad vulnera muliebriter.* Non enim non ante vulnera tantum, sed et dum vulneratur, inque ipsa morte, fortiter se gessit. *Schef.*

Ut Alexandrum posses etiam in moriente matre cognoscere] In Mss. legebatur *in moriente patre, et matre.* Unde nescio, an vere conjecerim *ut Alexandrum posses etiam in moriente, ut pariente, matre cognoscere.* Sensu optimo et verissimo. *Voss.* Ov. Ep. 99. 151. ' Tu quoque cognosces in me, Meleagre, sororem:' et XII. M. 620. ' Ipse etiam, ut cujus fuerit cognoscere possis, Bella movet clypeus.' *Gron.*

§ 12 *Insuper exspirans capillis et veste crura, &c.*] Mss. *Compsisse insuper, &c.* Inde Sebis. rescribit: *Composuisse insuper exspirans capillos, &c.* ingeniose, et, ut puto, vere. De Augusto Suet. 99. ' Supremo die, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi præcepit.' Notus Euripidis de Polyxena versus, quem refert Plin. IV. Ep. 11. Corneliæ virginis Vestalis supplicium narrans: Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχημόνως πεσεῖν. Ov. F. II. 833. de Lucretia: ' Tunc quoque jam moriens, ne non procumbat honeste, Respicit: hæc etiam cura cadentis erat.' Quod genus exempla plura collegit Hieron. Magius Miscell. II. 21. Add. Plut. Cleomene 53. *Berneccer.* Quis dubitet legend. esse, ut in Mss. quibusd. esse testatur Bong. *Compsisse insuper exspirans capillos?* Certe capillis crura tegere non potuit. *Vorst.* Mss. quidam

habent: *Compsisse insuper exspirans,* id quod probant. Sed an ista trucidatione tempus habuerit comendi capillos, ego nescio, multum certe dubito. Alii libri habent *conpresse,* alii *coperuisse.* Mihi vera lect. videtur: *Cooperuisse insuper exspirans capillis os, et veste.* Capillis non crura texit, verum os et vultum, ne in eo tristior morientis habitus conspiceretur contra decus mascule occumbere volentis. Ita plane Julius ap. Suet. 82. ' Toga caput obvolvit, simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata.' Ut honeste caderet, duas partes putavit velandas, inferiores et superiores, s. quod idem est, crura atque caput. Similiter Pompeius ap. Lucan. ' Ubi vidit cominus enses, Involvit vultus.' Vett. ap. Nostr. habuisse *os* constat, quod in quibusd. legitur, non *capillis,* sed *capillos:* id enim factum, quia junctim scripserant imperiti librarii *capillisos,* quod alii per emendationem factum credidere, ac pro *capillis* scribend. *capillos.* Schef. Quomodo capillis crura teguntur? Mss. *capillos.* Unde Schef. *exspirans capillis os, et veste.* Nescio, cur os texerit. F. scripsit Just. *exspirans papillas veste et crura.* Græv.

§ 13 *Thessalonicen, regis Aridæi filiam*] Thessalonice erat Philippi τοῦ Ἀμύντου filia, et Alexandri ἀδελφὴ ὁμοπάτριος: Diod. XIX. 35. Paus. in Bœot. et Auctor eam XIV. 6. 3. ' Olympiadis privignam ' vocavit. Justino imposuit, quod Trogus f. ' regis Philippi filiam ' scripserat: et Aridæus ' Philippus ' post mortem Alexandri cognominatus est. *Bongars. Thess. &c.*] Falsum hoc vel illud arguit, quod paulo ante ' claram Philippi patris nomine ' fuisse scribit; quodque Diod. filiam Philippi Amyntæ XIX. 35. et Alexandri sororem XIX. 52. vocat. Error igitur non ipsius Justini, sed eorum qui expositionis causa aliquid in margine adjecerunt, fuisse videtur. Cum Just. ut sup. scripsisset ' regis Philippi filiam,' commentatoresque scirent Aridæum et Philippum vocatum fuisse, Aridæum hic designari crediderunt; cumque id in marg. primum notatum esset, irrepsit tandem in context. *Vor.*

LIBER XV.

CAP. I. § 1 *Perdicca et fratre ejus*] Antiquiores edd. addunt *Alceta:* nec male, ut videtur. Sequitur enim mox ' Eumene.' Et, nisi *Alceta* diserte adjectum fuerit, frater Perdiccæ fuisse videri possit Eumenes. Alcetæ mentio et XIII. 6. 16. et 8. 10. *Vor.*

Eumene et Polyperchonte, &c.] Victum fuisse Polyperchontem a Cassandro, cum hic in Macedoniam venit, ex vetere Prol. proximi superioris libri sciri posse paulo ante diximus. Diod. XIX. 36. scribit majorem ejus militum partem largitionibus corruptam fuisse, cum Callas a Cassandro missus proxime eum castra in Perrhæbia posuisset, et XIX. 52. cognito interitu Olympiadis cum exiguo comitatu in Ætoliam concessisse; et XX. 28. Herculem Alexandri M. ex Barsine filium Pergamo in regnum Macedoniæ reducere voluisse, verum a Cassandro solicitatum et spe magna impletum interfecisse eum, cumque

Cassandro amicitiam ac societatem iniisse, cujus beneficio aliquot millium exercitum ab eo obtinuerit. Quia tamen Noster occisum scribit, conjicere licet, tandem rursus offensum Cassandro, atque ita ab eod. interfectum fuisse. *Vor.*

§ 2 *Postulantibus*] Legatione missa, de qua Appian. B. Syr. p. 121. E. *Bern.*

Capta] Hoc suspectum mihi. An enim pecunia in præda esse potest non capta? Puto plane vocem *capta* glossatoris esse, quæ explicabat antecedentes 'pecunia in præda.' *Schef.*

Antigonus negavit, &c.] Fabius, 'quam arborem conseruisset, sub ea fructum alios legere, indignum esse' dixit: Liv. x. 24. 8. Nec aliter Pompeius ap. Strab. xii. p. 384. 30. *Bern.*

In cujus periculum] Angl. *pericula*, quod respondet elegantius præcedenti 'præmia.' *Schef.*

§ 3 *Et ut honestum, &c.*] Lepidus ap. Sall. Hist. iii. 4. 17. 'Dicta alia: sed certatum utrinque de dominatione.' Polyb. egregie iii. 6. m. *Bern.*

Alexandri filium cum matre obsidione Amphipolitana liberare] Filius ille Alexandri et ipse Alexander vocatus fuit: et primo cum Olympiade avia et Roxane matre Pydnam delatus; deinde occisa avia cum matre Roxane in arcem Amphipolitanam custodiendus missus fuit a Cassandro, ut ex xiv. 6. 2. et 13. intelligi licet. Ea igitur custodia et captivitate liberare Antigonus eum voluit. Ipsam captivitatem et custodiam Noster 'obsidionem' dicit: quomodo et xxxix. 1. 1. *Vor.*

§ 6 *Asiam et partem*] Mss. mei *et partes:* quomodo amat loqui Justinus: sic enim et i. 7. 7. 'Crœso et vita, et patrimonii partes, et urbs Barce concessa sunt.' *Modius.* Mss. Modiani et unus Bongarsii *et partes;* quod placet præ hactenus edito, *partem.* Sic enim Auctor etiam i. 7. 7. et alibi loquitur. *Bern.*

Apud Gamalam] Legend. *Gazam* ex Diod. xix. 94. Plut. in Demetr. c. 6. Appian. in Syriaca, et huj. lib. Periocha. Meminit huj. prœlii Paus. in Att. quo l. Ptolemæi res gestas breviter et accurate recenset. *Bongars.* Bong. legit *Gazam* ex Diod. et aliis. Puto tamen Just. scripsisse *Gamalan.* Proxima enim est urbs hæc Gazæ. Quippe in Idumæa est. Noli hanc confundere cum Gamala Phœniciæ. Etiam Gabala s. Gebala appellatur, ut testatur Steph. Unde portio Idumææ dicta est Gabalene. Sexcentis autem nominibus τὸ μ in β mutatum est, et contra: ut 'Amantes' 'Abantes,' μύρμηξ βύρμηξ, τέρμινθος τερέβινθος. Sic quoque e Græco βουνὸς Latini fecere 'mons.' *Voss.* Præclare Voss. *Gamalan* emendavit. Quod stabilitur a Juntis, in quibus plane *Gamalam.* Græv. Bong. *Gazam.* Voss. *Gamalan,* quæ olim ad Gazam erat. Id firmat ed. Junt. quam clariss. ille Voss. non viderat, cum Notas suas scriberet. Tamen in minori Epitome plane legitur 'Gazam.' Minorem Epitomen voco Prologos illos, s. periochas Trogi Pompeii. *Faber.* Editur vulgo *Galaman.* Vorst. *Gamalam* Vorst. recepit in textum. *Schef.*

§ 7 *Major Ptolemæi moderationis gloria*] Thrasybulus 'insignem victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit:' Val. M. iv. 1. Acilius Cos. 'multo modestia post victoriam, quam ipsa victoria laudabilior:' Liv. xxxvi. 21. 3. Quia præsertim alias 'victoria natura insolens et superba est:' Cic. pro Marcell. 3. 'Regi frænis nequit Et ira, et ardens hostis, et Victoria, Gladiusque felix, cujus infecti semel Vecors libido est:' Sen. Troad. 278. &c. *Bern.*

§ 8 *Non solum cum suis rebus dimisit, verum etiam a. i. m. honoravit*] Ita rectissime antiquiores typis expr. Bongarsius τὸ *honoravit* expunxerat, inque ejus locum τὸ *dimisit* transtulit: eumque secuti sunt alii. Illud 'non solum' argumento est non unum, sed duo verba oportere sequi. *Vorst. Dimisit* non est in Junt. sed *honoravit.* Verum cum nec in suis membranis Bong. nec Angli id vocabulum invenerint, vereor ne sit pannus male adsutus. *Græv.*

Privatum omne instrumentum] Τὴν βασιλικὴν ἀποσκευήν, Diod. xix. 25. *Bong.*

Adjecto, &c.] Cic. x. Fam. 13. 'Nihil prætermisi in ornando, quod positum est aut in præmiis virtutis aut in h. v.' Liv. xxviii. 4. 'Scipio, collaudato fratre cum quanto poterat h. v.' &c. xxxvii. 37. 'Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos præferentibus.' Suet. Aug. 66. 'Amicorum suprema judicia morosissime pensitavit, neque dolore dissimulato, si parcius, aut ultra honorem verborum; neque,' &c.

§ 9 *Præmia corripuisset*] 'Corripere' h. l. notat, malis artibus intervertere. Cic. pro Balbo 25. 'Pecuniam L. Cornelii, quæ neque invidiosa est, et, quantacunque est, ejusmodi est, ut conservata magis quam correpta esse videatur:' et Suet. Ner. 6. 'Correptis per coheredem Caium universis bonis:' et Domit. 12. 'Bona vivorum et mortuorum usquequaque quolibet et accusatore et crimine corripiebantur.' *Gronov.* Val. M. ix. 4. Ext. 'Anxiis sordibus magnas opes corripere.' Et iv. 8. Ext. 2. 'In eroganda potius, quam corripienda pecunia occupatus.' Sic enim legend. ibi in Notis ad eum l. docuimus. Tac. quoque viii. 'corripere pecunias' dicit. *Vor.*

Cap. ii. § 1 *Cassander ab Apollonia*] Mirum quam multa in h. lib. cavillationibus pateant, si quis studiosus reprehensor existat; cum paullo superius prædæ meminerit, et dividendarum provinciarum, nec addit de qua præda loquatur, nec de quibus regionibus; hic vero, cum tot sint Apolloniæ, non dignatur dicere, a qua Apollonia redierit, aut ubi Abderitæ ei obviam venerint. Nec minus mirum, quomodo Cassander unam civitatem a ranis devictam, ne Macedoniam occuparet, timuerit, cum tantus ipse terror Græciæ esset, ut Lacedæmonii Spartam muro cinxerint, ut superiore scripsit lib. Item hic Herculem ac Barsinen, quam superiore lib. Roxanem nominavit, terra obruerit Cassander, ne 'cædes sepultura proderetur,' inquit, quasi sepultura non sit. *Glar.*

Ab, &c.] Saxo ii. p. 21. 25. 'Inde profectus in Trannonem Rutenæ gentis tyrannum incidit.'

Abderitas] Hi videntur esse, quos Diod. xx. 19. pr. 'Autariatas' vocat, a Perdicca juxta Orbitaum Pæoniæ montem collocatos. *Freinsh.* Vid. Phot. 1358. Appian. pr. Illyr. *Bern.*

Abderitas] Sic quidem et Oros. corruptis Justini codd. deceptus. Sed legend. cum Freinsh. *Autariatas.* De iis enim hoc refert non solum Diod. sed et Phænias, Aristotelis discipulus, amicus Theophrasti, ap. Eustath. ad Iliad. i. et Heraclides Lembus ap. Athen. viii. 2. Autariatarum sedes fuit in finibus Dardaniæ et Pæoniæ: vid. Strab. xvii. Abderitas vero coactos fuisse ranarum vi migrare, patriamque relinquere, nemo veterum tradidit. Quin Abdera diu post floruit, veteribus incolis, imprimis Democrito, illustris. *Græv.*

Ranarum muriumque multitudinem] Plin. viii. 29. ab ranis civitatem in Gallia pulsam memorat, si modo locus mendo caret. De muribus x. 65. *Bongars.* Id. Plin. viii. 57. ex insula Gyaro fugatos a muribus incolas, ex Theophr. refert. Pontan. Progymn. iv. 26. Scalig. Exercit. 188. 2. *Bern.*

§ 3 *Hercules*] Quem reducere in regnum tentabat Polyperchon: eum tamen a Cassandro corruptus intere-

mit, annos natum ἑπτακαίδεκα: Diod. XX. 20. et 28. quomodo hic reponend. arbitror. Jam enim annos quindecim desierat esse Alexander M. et ex XVII. quinarii nota male juncta, aut negligenter expressa, levi errore fit XIII. Paus. in Bœot. Herculem et Alexandrum, Alexandri M. filios, a Cassandro veneno sublatos refert. *Bong.*

Occidi eum tacite cum matre Barsine jubet] Alter Alexandri M. filius, et ipse Alexander, ut cum matre Roxane obtruncaretur, Glauciæ præfecto custodiæ Cassander imperavit, ut ex Diod. XIX. 105. scire licet. At Herculem cum matre Barsine occidi jubere non potuit; sed, ut hoc fieret, prius magnis pollicitationibus Polyperchontem, qui Herculem in regnum Macedoniæ restituere studebat, solicitare atque inducere necesse habuit: ut ex Diod. XX. 28. constare potest. *Vor.*

Cædes sepultura proderetur] Hæsit hic aqua Glareano, sed per 'sepulturam' hic intelligitur exustio cadaveris in rogo, ut pluribus ostendit ampliss. et clariss. Cuper. Obs. I. 7. *Græv.*

§ 5 *Alterum quoque filium cum matre Roxane*] Factum hoc jam ante fuerat, ut ex serie historiæ, quam modo ex Diod. ostendimus, constare potest. *Vor.*

§ 6 *Navali prælio iterato*] Fuit ergo et superius prælium navale. At hoc Noster non dicebat, et contrarium testatur Diod. XIX. Corruptus igitur locus et distinctione sanandus, hoc modo: *prælio, iterato congreditur.* 'Iterato' non ad 'prælio,' sed 'congreditur' referendum. Est autem 'iterato congredi,' secunda vice, altero prælio pugnare. Ita sæpe Noster, ut v. 4. 'Cum bellum Lacedæmonii a mari in terram transtulissent, iterato vincuntur.' *Schef.*

Amissa classe] Plut. in Demetr. 18. Diod. XX. 50. et seqq. *Bong.*

§ 7 *Filium, &c.*] Athenæus XIII. 5. p. 576. Αὕτη ἡ Θαΐς καὶ μετὰ τὸν Ἀλεξάνδρου θάνατον καὶ Πτολεμαίῳ ἐγαμήθη τῷ πρώτῳ βασιλεύσαντι Αἰγύπτου, καὶ ἐγέννησεν αὐτῷ τέκνον Λεοντίσκον καὶ Λάγον, θυγατέρα δὲ Εἰρήνην.

§ 8 *Et ut appareret*] Mss. *et* non agnoscunt. Sed et in ceteris distinctio videtur parum apta. Vellem eam fieri hoc modo: *Ægyptum remittit, ut appareret, eos non odio, sed dignitatis gloria accensos. Donis muneribusque inter ipsa bella contendebant, tanto honestius, &c.* Schef.

§ 9 *Tanto honestius tunc, &c.*] Epiphonema simile II. 10. 11. *Bern.*

§ 10. 11. 12.] Probus in Eum. fin. 'Nemo Eumene vivo rex appellatus est, sed præfectus: iidem post hujus occasum statim regium ornatum nomenque sumserunt.' Leg. Plut. in Demetr. 20. Diod. XX. 54. et Appian. Syriac. p. 122. m. *Bongars.* Horum exemplo Agathocles se quoque ultro Regem nominavit, quod potentiæ suæ præter eum titulum nihil deesse videret: Diod. XX. 55. Is quippe jure gentium Rex est, qui superiorem non agnoscit. Quod autem jure communi obtineri potest, frustra ab alio petitur. Quod qui faciunt, male consulunt suæ majestati, fascesque submittunt alienæ potentiæ, ut apparet ex Tac. II. 2. et XI. 16. et XII. 14. *Bern.*

§ 15 *Carpi se singulos*] Vid. Notam ad VIII. 1. 2. *Id.*

Non commune universorum bellum ducunt] Hic 'bellum ducere' simpliciter est pro, bellum gerere: ut in illo Virgil. IX. Æn. 'Qui bellum assidue ducunt cum gente Latina.' Vid. et libellum nostrum de Latinit. f. susp. 14. Sæpius tamen id. est quod, bellum extrahere; et quidem ap. optimos Latinitatis auctores. *Vorst.* Explicant, bellum gerunt. At mihi 'ducere' hic id. videtur ac, putare, credere. Ut sit sententia: Carpi ab Antigono, quia singuli perperam habeant persuasum, bellum, quod gerit

cum altero, ad se nil pertinere, ideo nec necessum esse ut auxilium alteri ferat. *Schef.*

§ 16 *Tempus, locum*] Angl. *tempus et locum.* Placet. *Id.*

CAP. III. § 1 *Lysimachus*] Agathoclis fil. unus e custodibus Alexandri. Vid. Paus. in Att. Plin. VIII. 16. Curtius VIII. 1. 22. quæ hic (n. 8.) de Lysimacho leoni objecto referuntur, 'fabulam' vocat. *Bongars.* Plinius tamen d. l. verisimilia putat: ac pro veris narrat Sen. de Ira III. 17. et de Clement. I. 25. Anno certe Chr. 1262. Hermannus Grun, Consul Coloniensis, leoni per insidias a Canonicis objectus, eod. fere modo salvus evasit. Munst. Cosm. *Bern.*

Illustri, &c.] Saxo I. p. 8. 'Ringo splendido Sialandiæ l. n.' XIV. p. 293. 42. 'Quidam claro Saxonum l. n.'

§ 2 *Philosophia ipsa*] Prætulerim, quod habent Mss. Bong. *philosophiam ipsam:* non infrequente bonis auctoribus hyperbole. *Bern.* Ego quoque cum cl. Bernecc. e Mss. *philosophiam ipsam* puto scribendum; intelligend. autem de Callisthene, qui ferre calamitatem suam adeo non potuit, ut præbitum sibi a Lysimacho venenum mallet sumere, quam diutius cum tanta miseria vivere. *Schef.*

§ 3 *Conscium fuisse iratus finxisset*] Gronov. in lib. III. Obs. mallet *ratus vinxisset*, i. e. in vincula conjecisset: id quod vero nec absimile est. *Vor.*

§ 3. 4. 5. 6.] De morte Callisthenis variat Plut. Alex. 98. et Arrian. IV. itemque Diogenes Laërt. in Aristot. *Bern.*

§ 4 *Abscisisque*] Ita vett. libros habere confirmat Oh. Giphanius in Obs. L. L. pro quo vulgati *abscissisque.* Liv. XXXI. 34. 4. 'Brachiis abscisis.' Val. M. VIII. 3. fin. 'Hereditas abscisa.' *Bern.*

§ 5 *Insuper, &c.*] Suid. Καλλισθένης Δημοτίμου, οἱ δὲ Καλλισθένους, Ὀλύνθιος, μαθητὴς Ἀριστοτέλους καὶ ἀνεψιαδοῦς, ὃν ἔδωκεν ἕπεσθαι Ἀλεξάνδρῳ τῷ Μακεδόνι· ὁ δὲ ἐν γαλεάγρᾳ σιδηρᾷ βαλὼν ἅμα Νεάρχῳ τῷ τραγικῷ, διότι αὐτῷ συνεβούλευε μὴ ἐπιζητεῖν ὑπὸ Ἀθηναίων καλεῖσθαι δεσπότης. De morte Callisthenis alii alia tradunt. Vid. Freinsh. ad Curt. VIII. 8. 21.

§ 6 *Tunc Lysimachus audire*] Post 'Lysimachus' ponend. comma. Non enim tunc audiebat eum, cum esset clausus cavea, sed jam olim liberum adhuc, et in exercitu versantem. *Schef.*

Libertatis pœnas pendentis] 'Libertas' pro libertate loquendi. Sic sæpe et alii. Vid. Notas in Val. M. VI. 1. *Vor.*

§ 7 *Ferocissimo*] In Mss. est *perferocissimo.* Num Just. scripsit *perferoci*, aliusque id dein per, ferocissimo, exposuit? Ita mihi quidem videtur. *Schef.*

§ 8 *Arreptaque*] Cod. uterque Voss. *abreptaque.* Gron.

§ 9 *Admiratio in satisfactionem*] Nihil temere muto. Dicam tamen, videri verba 'tantæ virtutis,' quæ post sequuntur, h. l. collocanda, cum præsertim *constantia virtutis* non satis commode dicatur, quia constantia ipsa virtus est, nec pro virtute habendum, in quo nulla est constantia. *Schef.*

§ 10 *Veluti parentis*] 'Ut parentum sævitiam, sic patriæ, patiendo ac ferendo leniendam esse,' dixit Marcus Liv. ap. Liv. XXVII. 36. 12. Pub. Syrus: 'Ames parentem, si æquus est: si aliter, feras.' Quod præceptum pulchre diffundit Epictetus Enchirid. 37. Vid. Arnisæum de Republ. I. p. 276. f. *Bern.*

§ 11 *Exturbata*] Bene Ms. *extirpata.* Idem. Placet lect. vulg. Liv. VI. 21. 'Hæc nova injuria exturbavit omnem spem pacis:' et Sen. Hippol. 129. 'Nefanda casto pectore exturba ocyus.' *Gronov.* Magis placet quod in Cod. quodam Ms. esse testatur Bong. *extirpata.* Vorst. Præferunt *extirpata*, me invito; est enim Plautinum genus hoc loquendi, quod Jus-

tinus utitur. Plaut. ita habet Curcul. II. 1. 'Ausculites mihi, Atque istam exturbes ex animo ægritudinem.' *Schef.*

Cursus comes] Fallor, aut Just. scripsit *cursu comes*. Hoc enim singulare in Lysimacho, et simile fratri Philippo: pedum celeritate æquabat equum Alexandri. De Philippo clare Curt. VIII. 2. ubi habet historiam, quam Just. tangit: 'Is pedes, incredibile dictu, per D. stadia vectum regem comitatus est: sæpe equum suum offerente Lysimacho.' Lysimachum peditem fuisse docent et sequentia. Nam, si fuisset in equo, quid ita eum vulnerare potuisset rex in fronte, cum desiliret equo demum, et non ante?' 'Hastæ cuspidem' enim intelligere non ferramentum debemus quod est in capite, et quo pugnari solet, verum quod in imo manubrii, ut, cum necesse est, erecta possit defigi in terra. *Id.*

§ 12 *Quod idem, &c.*] Conferenda hæc sunt cum Appiani narratione de B. Syr. p. 129. et seq. *Bern.*

Expiraverat] Vincent. 'expiravit:' et paulo post: 'claudi non posset, quam ut diadema sibi d. r. a. vulneris cura capiti,' &c. et: 'Quod a. p. futuræ regiæ m. L. f.'

§ 13 *Cludi, &c.*] Pro, claudi: *au* in *u*, ut 'defraudo,' 'defrudo,' ap. Terentium: a 'causa' 'excuso' et 'accuso.' *Bongars.* Videtur Auctor scripsisse *ut sanguis ante cludi non posset*. Gron.

Quam diadema] Legend. f. *quam si diad.* Vorst. Propius abiret *quam ut diadema:* potuit *m*, totidem constans lineolis, *ut* absumsisse. *Schef.*

Diadema] Regium insigne. Id fuisse, contra quam vulgo persuasum, non nisi fasciam e panno linteove, cum originatio nominis arguit, *παρὰ τὸ διαδεῖν*, a *nectendo, ligando*, s. *obligando* dicti: tum allatis et hoc nostro et pluribus aliis auctorum locis ostendunt viri in literis magni, Brisson. de Regno Pers. I. Lips. not. 99. ad Tac. VI. Paschal. de Coronis IX. 3. *Bern.*

Alligandi vulneris] 'Alligare vulnus' pro, obligare. Cic. II. Tusc. Q. 'Quiesce igitur et vulnus alliga.' Liv. VII. 24. 'Consul vulnere alligato revectus ad prima signa.' Ad quem l. et Notas Gronovii vid. Scribonius Largus dicit quoque 'alligata pyxis,' 'alligatum vas.' Vid. Lex. Scribonianum Rhodii. *Vor.*

§ 14 *Auspicium primum*] Commate hæc duo male dividuntur, quæ per se connexa sunt. Habuit enim et alia auspicia futuræ magnitudinis: quod ex seqq. apparet; sed hoc fuit primum. *Schef.*

§ 15 *Ferocissimæ gentes*] Thraces et Pontici Maris accolæ: XIII. 4. 16. *Bern.*

CAP. IV. § 4 *Anulum*] Qui esset instar gnorismatis ac monumenti, de quo genere videnl. omnino Meurs. Exerc. Crit. I. 3. *Bern.*

Jussaque] Mendum: leg. *jussamque*. Fab.

§ 5 *Figura anchoræ*] Leg. Appian. in Syriaca Hist. Auson. de Antiochia: 'Illa Seleucum Nuncupat, ingenuum cujus fuit anchora signum: Qualis inusta solet generis nota certa, per omnem Nam subolis seriem nativa cucurrit imago.' Hic Seleucus, cum esset in bellis *ἐπιτυχέστατος*, 'Nicator' dictus est. Appian. Syr. 124. *Bong.* Sic et Ammian. XXIII. 16. 'Nicatori Seleuco victoriarum crebritas hoc indiderat cognomentum.' Unde intelligitur quid id. sibi velit XIV. 26. 'Seleucus efficaciæ impetrabilis rex, ut indicat cognomentum.' Nam 'impetrabilis' *ἐνεργητικῶς* hic est, omnia impetrans ac pervincens. Sicut 'impetrabilis orator' Plaut. Mostell. v. 2. 40. Hinc fanum s. *ἡρῶον*, Seleuco a filio Antigono consecratum, dictum fuit *Νικατόρειον*. Appian. in Syriac. 129. d. In numismatis tamen et alibi 'Nicanor' Seleucus hic cognominatus. Alius est inf. XXVII. 1. 1. *Bern.*

§ 6 *Edocto, &c.*] Saxo XIV. p. 278. 32. 'De hostium insecutione edocti.'

§ 8 *Antiochiam*] Non unam, sed ipsas sedecim a patre denominatas 'Antiochias' Seleucum condidisse scribit Appian. Syriac. 124. d. ex quibus ætate sua adhuc extare eam, quæ est sub Libano monte, super Oronte fl. Syriæ metropolis, de qua Nostro hic haud dubie sermo. *Bern.*

Campos vicinos urbi Apollini dicavit] Inde, credo, 'Daphne' appellati fuerunt campi isti; a Daphne videlicet, Apollini adamata, et in laurum conversa. XXVII. 1. 4. 'Daphnæ se claudit.' *Vorst.*

§ 9 *Notam generis naturalem*] 'Ingenuum signum' vocat Auson. allato paullo ante loco: 'genitivam notam' Suet. Aug. 80. 1. *σημεῖον σύμφυτον* Aristot. in Art. Poët. De quibus haud protrita quædam observavit Mich. Piccartus dec. 1. cap. 7. Ita Marcellin. XVI. 7. fin. dicit 'genuinam lenitudinem,' h. e. ingenitam; angebohrne milte. *Bern.*

§ 11 *Babyloniam cepit*] Diod. XIX. 101. Appian. Syriac. *Bong.*

Auctis ex vict. vir.] I. 1. 9. *Bern.*

§ 13 *Sandrocottus*] Vett. *Sandrococtus.* Arrian. v. *Σανδρόκοπτος.* Plut. Alex. *Ἀνδρόκοττος.* Appian. *Ἀνδρόκοτος.* Oros. Ms. *Andracoto.* Fabricius *Sadrocottus* edidit ex Strab. XV. *Bong.* Judicio Freinshemii, Just. *Androcottus* scripsisse videtur, eique voci, ex præc. 'libertatis,' literam *s* adjectam errore librariorum: veluti multis in auctorum locis animadvertere est. Exempli causa, Sisenna lib. II. quem l. citat Macrob. VI. 4. 'Scutis projectis, tectis, saxa certatim manibus conjiciunt in hostes,' pro *Scutis objectis tecti, saxa, &c.* Sic ap. Nonium in *Focillatur*, ex secundo Varronis de Vita P. R. corrupte legitur 'propter secundas sublato metu,' pro *p. secunda s. m.* Bern. Nihil mutand. Sæpe enim prior illa litera demitur. Ita [dicitur *Ἀλμυδησσὸς* et *Σαλμυδησσὸς*, *Ἐλμάντικα Σελμάντικα*, *Ἐξιτανία Σεξιτανία*, *Ἰνδικὴ Σινδικὴ*, *Ἀρδιαῖοι Σαρδιαῖοι*, *Ἀκχηνοὶ Σακχηνοὶ*, et alia plura. *Voss.* Freinsh. mallet *Androcottus*, ex Plut. et Appian. Vossius nihil mutand. censet: multa enim hujusmodi esse, quibus S ab initio modo præponatur, modo non præponatur. Arrian. quoque lib. v. *Σανδρόκοτον* vocat. *Vor.* Ita Saxo X. p. 103. 8. 'Haraldus domesticæ libertatis auctor.'

Titulum libertatis, &c.] Tac. H. IV. 73. 9. 'Libertas et speciosa nomina prætexuntur, nec quisquam alienum servitium et dominationem sibi concupivit, ut non eadem ista vocabula usurparet.' In quam sententiam egregie de Corcyræorum seditione Thucyd. III. 13. 14. *Bern.*

§ 14 *Vindicaverat*] Vincent. 'liberaverat.' Et pro 'detersit' § 17. habet 'abstersit.'

§ 18 *Hoc, &c.*] Saresb. 'H. p. p. ad s. r. majestate (marg. *majestatemque*) ominis impulsus est.' Vincent. 'contracta manu latronum;' qui in § 19. pro 'Molienti' habet 'Moventi.' Saresb. omittit 'ferus,' pro 'excepit' habet 'cepit' male, et inter 'præliator' et 'insignis' interponit 'postmodum.'

Ad novitatem regni] Hoc admodum suspectum est. Supra certe dicebat, Sandrocottum hunc auctorem Indis extitisse libertatis; quomodo ergo hic eos sollicitat ad regnum? Ego non dubito, quin vocula *regnum* hic a glossatore sit intrusa, quam ex præcedd. desumsit, in quibus legitur 'ad spem regni impulsus.' Putavit enim 'novitatem' istam de regno intelligendam, quod Sandrocottus affectabat: cum 'novitas' hic significet res novas. Sic Noster ipse XXII. 6. 'Etiam urbes nobilissimæ novitatem secutæ.' *Schef.*

§ 19 *Veluti domita mansuetudine*] Mirum epitheton. Num enim man-

suetudo etiam indomita? Suspicor scripsisse Nostrum *domitus a mansuetudine.* Post librarium per compendium fecisse *domit a mansuetudine.* Atque ita natam lect. vulg. *Id.*

Duxque belli et prælitator insignis] De elephantorum arte bellica videnda. Plin. VIII. 7. Ælian. de Animal. VII. 26. XIII. 22. *Bern.*

§ 21 *Factaque pactione*] Strab. XV. p. 498. 20. scribit, Seleucum adsitas Indo fl. regiones Sandrocotto, contracta cum eo affinitate, dedisse, ac pro iis quingentos elephantos accepisse. A quo nonnihil discrepat Plut. Alex. 108. *Id.*

Bellum Antigoni] Leg. Plut. in Demetr. 35. &c. Paus. in Att. Dimicatum autem est ad Ipsum. Appian. *Bong.*

§ 23 *In duas factiones diducuntur*] Ita omnino scribend. Petron. 67. 'Totiusque navigii turbam diducit in partes:' et Tac. II. H. 68. 'Iis, qui ad spectandum convenerant, in studia diductis:' et Plin. II. Ep. 19. 'Diductum in partes audientium studium:' et Noster XLI. 4. 'Diductis Macedonibus in bellum civile.' *Gron.*

Deducuntur] Ms. et Junt. *diducuntur*, h. e. dividuntur, scinduntur. H. e. *diducere*, non *deducere*. Tac. IV. 2. 'Instabat quippe Sejanus, incusabatque, diductam civitatem, ut civili bello:' h. e. in duas partes s. factiones divisam. In eod. lib. *diductus miles.* Probavit hanc lect. Gronov. *Græv.* Vulg. *deducuntur.* Sed Junt. teste Græv. *diducuntur:* quod alteri et præfero. *Vorst. Diducuntur* ex Junt. Græv. quod recepit Vorst. *Schef.*

LIBER XVI.

CAP. I. § 1 *Post Cassandri*] Legend. Pausan. Bœot. Plut. in Demetr. et Pyrrho. *Bong.*

§ 2 *Propensior fuisse pro Alexandro*] Meo judicio barbarismus hic est, *propensus pro Alexandro;* legend. *propensiorque in Alexandrum.* Ab aliis edd. abest *pro.* Faber. Ab antiquioribus typis expr. abest *pro.* Et recte meo judicio. Dicitur autem *propensus Alexandro*, pro, propensior in Alexandrum. Subinde casus 3. pro 4. cum præp. usurpatur. Ita dicunt 'invitare aliquem tecto,' 'domo,' 'hospitio,' 'poculis,' pro, in domum, in tectum, in hospitium, ad pocula. Item 'paratus neci,' pro, ad necem; et multa id genus alia. *Vorst.* Vorst. delend. putat *pro*, suadentibus antiquioribus. Ego nolim, quia alias subintelligi debet. *Schef.*

§ 4 *In parricidio nulla, &c.*] Spartianus refert, Bassianum, occiso fratre, Papiniano mandasse, ut in Senatu pro se et apud populum facinus dilueret. Illum respondisse: 'Non tam facile parricidium excusari, quam fieri.' Fuit illa Principis JCti Cygnæa vox: quam miror hominem, si Diis placet, politicum et JCtum, et Christianum, in libris suis de Republica, reprehendere pessimo exemplo. Recte enim et ordine fecit Papinianus, et viri boni officium functus est, qui mori præoptavit, quam tyranno impia et iniqua imperanti parere. Idem ille in eo peccat, quod Papinianum Imperatoris consanguineum facit, contra quam Spartianus, quem ille auctorem laudat. JCtus cognationem et affinitatem nescit distinguere. Facit quod rhetores solent, quibus concessum est in historiis ementiri aliquid, ut dicere videantur argutius. *Bong.* Recte sane et ordine fecit [&c. Vid. sup. usque ad 'parere.'] *Berneccer.* Antiquiores typis expr. rursum præpositionem omittunt, habentque *parricidio prætexi.* Estque ea plane vulgaris verbi constructio. Virgil. IV. Æn. 'Novis prætexere funera sacris.' *Vorst.* Vorst. etiam hic ex dicta causa illud *in* vult expungi. Sed, cum regula sit certissima non regi ablativum, nisi a præpositione vel tacita, vel expressa, cur reperta deleri debeat? Omittit sane consuetudo, sed ea non est perpetua. *Schef.* Hic Junt. et ex Ms. Britanni rectius quam vulgatæ, quæ *satis* præ-termittunt. *Græv.*

§ 5 *Ob hæc igitur Alexander*] Mss. omnes habent *Post hæc*, quotquot Bong. vidit. Videturque longe melior hæc lect. vulgari. Nempe sequitur 'in ultionem maternæ necis,' cui non recte præmittitur *Ob hæc*, quia dicit idem, atque adeo est otiosum. Quid enim *Ob hæc* quam, ob factum parricidium, ne sc. impunitum maneret? *Schef.*

6 *Demetrius*] Qui et 'Poliorcetes' dictus, h. e. *urbium obsessor:* cujus cognominis vanitatem arguit Plut. in Demetr. 52. *Bern.*

§ 8 *Interfecit*] Leg. *interficit.* Fab. Sic et Junt. *Græv.*

§ 9 *In concionem*] Dele *in.* Fab.

§ 10 *Occupasse insidias*] Juxta illud Tyronis ap. Agell. VII. 5. 'Beneficia promissa opperiri oportet, neque ante remunerari quam facta sunt. Injurias autem imminentes præcavisse justum est magis, quam expectavisse. Summa enim professio stultitiæ est, non ire obviam sceleribus cogitatis, sed manere opperirique, ut, cum admissa et perpetrata fuerint, tum denique, ubi, quæ facta sunt, infecta fieri non possunt, puniantur.' Quod pancis Thucyd. I. 7. 11. Δεῖ προεπιβουλεύειν μᾶλλον ἢ ἀντεπιβουλεύειν. Unde Jugurtha, æque tamen simulate ac Noster, 'Adherbalem dolis vitæ suæ insidiatum' ait: 'quod ubi comperisset, se ejus sceleri obviam isse, ac proinde populum Rom. neque recte neque pro bono facturum, si ab jure gentium sese prohibuerit:' Sall. Ju. 22. 5. *Bern.*

§ 12 *Socium in omni militia fuisse*] Alii *socium domi militiæque fuisse:* sed contra mentem Auctoris, qui hoc dicere vult: Antipatrum affluentem delitiis, otiosumque, et socordem domi sedisse, et Macedoniæ gravem fuisse; interea dum sub Philippo et Alexandro Magno ejus filio graves militiæ labores pertulit Demetrii pater Antigonus. *Mod.*

§ 15 *Nec cessasse, quoad omnem stirpem regiæ subolis deleret*] 'Deleret' pro, delevisset. Imperfectum pro plusquamperfecto subinde poni notavimus ad XIII. 2. 11. *Vor.*

§ 17 *Si quis manium sensus est*] Nota formulam, 'si quis manium sensus est,' qua aut simili fere usi Veteres in memoria defunctorum. Serv. Sulpitius IV. Ep. 5. 'Quod si quis etiam inferis sensus est, qui illius amor in te fuit,' &c. Cic. Phil. X. 'Si quis in morte sensus est.' Id. pro Sext. 'Quod certe, si est aliquis sensus in morte præclarorum virorum, cum omnibus Metellis,' &c. Sen. in De Consol. ad Polyb. 'Quid itaque juvat dolori intabescere, quem, si quis defuncti sensus est, finiri frater tuus cupit?' Quintil. Decl. CCCXXXII. 'Si quid inferi sentiunt, cognosce animum meum.' Inscriptio vetus Hispaniensis: SI MANES POST FATA ALIQUID SENTIUNT. Et in Epigrammate antiquo: 'Suscipe nunc, conjunx, si quis post funera sensus.' Cui geminum illud Ov. de Pont. 'Et ne, si superest aliquis post funera sensus, Terreat ut manes Sarmatis umbra meos.' Id. alibi: 'Hoc pater ille tuus primo mihi cultus ab ævo, Si quid habet sensus umbra diserta, petit.' Plura vid. ap. ampliss. Brisson. lib. de Formul. VIII. p. 840. *Mod.* Ita Serv. Sulpi-

tius in Epist. quæ est inter familiares Ciceronis IV. 5. 'Quod si quis etiam inferis sensus est, hoc certe illa te facere non vult.' Quem ad l. observat P. Manutius, hac aut simili fere formula in memoria defunctorum usos et Græcos esse. Latinorum exempla plura collegit Briss. de Formul. VIII. p. 840. 'Si quis mortuis inest sensus,' Polyb. VIII. 9. 'Si quis inferis sensus est,' Sen. de Brev. Vit. 18. 'Si est aliquis defunctis sensus,' Id. Consol. ad Polyb. 27. 6. Propert. IV. 6. 83. 'Gaude, Crasse, nigras, si quid sapis, inter arenas.' Val. M. IV. 6. 3. 'Si quid modo exstinctis sensus inest.' Lucan. VIII. 749. 'Si quid sensus post fata relictum est.' Cic. Phil. IX. 6. *Berneccer.* Malim *si quis manium sensus esset.* Faber. Cic. V. Fam. 16. 'In morte si resideat sensus.' Et VI. 3. 'Si non ero, sensu omnino carebo.' *Vor.*

§ 19 *Doricetis*] *Dromichætis* legit Fabricius in Oros. ex Plut. Demetr. 52. Paus. in Att. Strab. VII. qui eum Getarum regem faciunt. Ego contra libros nihil muto: neque novum est Historiarum scriptores in barbaris nominibus variare. *Bongars.* Notavit Bong. quosdam typis express. habere *Dromichætis*, ut Strab. et Plut. eum vocant. Quia tamen in codd. Mss. reperit *Doricetis*, nihil mutand. putavit. Mihi cum Gronov. in lib. IV. Obs. τὸ *Doricetis* suspectum est; quod videam, veterem quoque Prol. huj. lib. habere 'Dromichete,' ipsumque Trogum sic scripsisse arguere. *Vor.*

Adversus eum] Ms. et I. bene *adv. Demetrium.* Add. VI. 1. 2. Not. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Cum Asiam occupare statuisset, iterato, &c.*] Vereor, ne huic f. loco acciderit, quod illi, qui est XV. 2. Equidem et hanc Ptolomæi cum cæteris conjunctionem non fuisse primam, verum. At nimis longe abest, quod huic 'iterato' debet respondere secundum lect. vulg. 'pacta societate.' Mallem ego comma scribere post 'iterato,' ut sententia sit: Asiam denuo voluisse occupare, quam sc. possessam antea amiserat prælio cum Seleuco, de quo Noster XV. 5. 4. *Schef.*

Ptolomæus, Seleucus, et Lysimachus] Plut. in Demetr. et Pyrrho: Paus. in Att. quos in hac historia consule. *Bong.*

§ 4 *Interfecit*] Leg. *interficit.* Faber. Angl. *interficit*, quod rectius respondet sequenti 'tradit.' *Schef.* Sic et Junt. *Græv.*

Querelarum] Codd. Mss. ut Bong. testatur, *querellarum:* prorsus ut in antiquis lapidibus est. *Vorst.*

§ 7 *Ptolemæus*] Regum Ægypti seriem vid. ap. Strab. XVII. Quædam ap. Paus. in Att. *Bong.*

Moriturus, contra] Sebis. præfert, quod editi quidam habent, *moritur. Is contra.* Suadet quod mox sequitur, 'ante infirmitatem.' *Berneccer.* Antiquiores typis expr. *moritur. Is contra.* Et cum Sebis. præfero hoc ei quod Bong. maluit, *moriturus, contra.* Suadet id quod sequitur, 'ante infirmitatem.' Quia fecit ante infirmitatem, non fecit moriturus. *Vorst. Moritur. Is*, restituit ex antiquioribus Vorst. *Schef.* Adstipulantur Juntæ. *Græv.*

Contra jus gentium, &c.] Unde Perseus ap. Liv. XL. 9. 8. fratrem incessens: 'Regnare utique vis,' inquit, 'huic spei tuæ obstat ætas mea, obstat GENTIUM JUS: obstat vetustus Macedoniæ mos,' &c. Vid. quoque notata superius ad II. 10. 2. et V. 11. 2. *Bern.*

Minimo natu ex filiis] Ptolemæo Philadelpho, nato ex Berenice. Nati autem ex Eurydice regno excludebantur, vehementer dissuadente Demetrio Phalereo, ut scribit in ejus Vita Diogenes Laërt. *Idem.* Lucian. Macrobiis p. 470. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη· ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Leg. ἀδελφῶν νεώτερος. Istum enim comparativum absorbuisse videtur sequens nomen Φιλαίτερος in easd. literas desinens, pro quo Φιλεταῖρος legend. esse recte monuerunt viri docti.

§ 9 *Officium regi inter satellites fecerat*] Ov. II. A. A. 388. 'Officium faciat nulla puella mihi.' Horat. I. Ep. 17. 21. 'Officium facio.' Propert. IV. 9. 47. 'Idem ego Sidonia feci servilia palla Officia, et Lyda pensa diurna colo.' Et M. Sen. Controv. Præf. 4. 'Non facis mihi officium.' Hinc et emendanda est Historia Apollonii Tyrii: 'Nam dulcis juvenis iste naufragus est, et gymnasio mihi officio gratissime fecit:' leg. *gymnasii mihi officium.* Gron.

CAP. III. § 1 *Inter pares discordiæ*] Vid. notata ad XIII. 2. 3. *Bern.*

§ 3 *Ac deinceps Heracleæ*] Hanc Heracleam Ptolem. Plin. ac Strab. Ponticam vocant: et a Milesiis, non a Bœotiis, conditam asserit Strabo. *Glar.*

§ 4, 5, 6] XIII. 7. 4. &c. *Bern.*

§ 7 *In Pontum*] Ita omnino legend. est ex uno Cujacii codd. Est enim Heraclea h. l. πόλις Θρᾴκης ἐν τῷ Πόντῳ, Stephanus: de qua Strab. XII. et Eustath. in Dionys. Ceteri omnes et impressi et scripti *Metapontum*, turpi errore. 'Metapontum' et 'Heraclea,' Italiæ urbes, librarios in errorem induxerunt. Ex eod. lib. scripsi *Lamachus*, non *Malachus*, quomodo alii vett. habent. *Bong.*

In Pontum] Ita optime Bong. ex uno Cod. Ms. restituit, cum alii tam Mss. quam typis expr. haberent *Metapontum.* Et congruum id est ei quod antecedit, 'coloniam in Ponti regione sacram Herculi conderent.'

In Metapontum] Impudens mendum. Cum hæc Heraclea sit in Asia, Metapontum in Italia; sed legend. *in Dextra Ponti.* Sunt autem *Ponti Dextra* a Chalcedone per Bithynos, Mariandynos, Paphlagonas, Halym, ac Cappadocas, et reliquos in Colchidem usque, ut inquit Strab. XII. *Glar.*

In eas sedes delati] Mss. habent *inter eas*, quod efficit, ut suspicer, in antiquis libris fuisse *in terras eas delati*, post vocabulum *sedes* irrepsisse ex glossa. Certe *in sedes deferri* haud ita commode videtur dictum, cum non sint sedes, ante quam quis delatus jam occupaverit, domiciliumque ibi constituerit. *Schef.*

§ 8 *Multæ etiam domesticæ dissensiones fuere*] Antiquarum edd. ut et Junt. lectio est: *Multa enim d. d. mala fuere:* non damnaverim. Alludit Ms. *dissensionis multa belli fuere.* Pro *mala* scriptum est *multa. Belli* ex præcedd. irrepsit. *Græv.* Antiquiores typis expr. *Multa etiam d. d. mala fuere.* Vorst. Editi vetustiores optimi habent *Multa etiam d. seditionis mala fuere;* quod viri docti amplectuntur. Id vero si concedimus, rejiciend. haud videtur, quod præcedit in Ms. *belli*, locusque totus sic legendus: *Multa deinde hujus urbis adversus finitimos belli, multa etiam domesticæ seditionis mala fuere.* Schef.

§ 9 *In tutelam classis*] *Tueri domum, tueri classem* dicitur pro, sartam tectam servare. Plin. Paneg. 'Tam parcus in ædificando, quam diligens in tuendo.' Pari modo igitur dicunt 'tutela classis.' *Vor.*

Descripsissent] Hegesipp. I. 9. 'Tributa quoque Moabitis et Galaditis jure victoriæ ascripta:' ubi *descripta* legit Avus 6. Obs. in Script. Eccles.

Collationem abnuerant] Et res et vox ead. in Suet. Ner. c. 44. 'Omnem collationem palam recusarent.' *Bern.*

§ 10 *Lamachus*] Cognominem huic Atheniensium ducem memorat Plut. in Pericle c. 39. et Noster IV. 4. 3. Mss. tamen et quidam impr. *Malachus* hic habent, ex quo, per contractio-

nem, Syrorum 'Malchus' natum suspicatur Gevart. in Papinian. Lect. III. 4. 'Malachus' autem et 'Malchus' regem Syris notat. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Passi sunt inter plurima, &c.*] Ἐτυραννήθη χρόνους τινὰς, Strab. De Clearcho tyranno Diod. XV. et XVI. Plut. II. de Fort. Alex. *Bong.*

§ 2 *Cum plebs et novas tabulas, et divisionem agrorum divitum*] Liv. XXXII. 38. duas hasce leges, alteram novarum tabularum, qua debitores ære alieno liberantur (χρεωκοπίαν et σεισάχθειαν appellant), alteram agrorum viritim ex æquo dividendorum, ait esse 'duas faces novantibus res ad plebem in optimates accendendam.' Videatur et Sall. Cat. 21. *Berneccer.* Dele *etiam* et *divitum.* Faber. Faber, teste Notatore Anglicano, vocem *divitum* expungit. Quod existimo recte fieri. Plebs enim suorum postulare divisionem non poterat, quos habebat nullos. *Schef.* Junt. *cum plebs et novas tabulas, et divisionem agrorum divitum:* recte. Non omnium agrorum divisionem, sed illorum qui latifundia possidebant, plebs flagitabat. Quasi vero non multi ex plebe agros possederint. *Græv.*

Divitum, &c.] F. *divites.* Nam *flagitare* utrumque accusativum tam rei quam personæ adsciscit. Cic. pro Planc. 2. 'Dicendum est id, quod ille me flagitat.' *Gron.*

§ 3 *Diu re in senatu tractata*] Mss. mei *tracta*, ut dixit Sall. Jug. 22. 2. 'Adherbal, ubi intelligit penuria rerum necessariarum bellum trahi non posse.' Sed nihil muto. *Mod.* Sed hæc similia non sunt. Nam 'bellum trahere' est, bello moras addere: hic vero *rem trahere* est, rem tractare, s. de re disputare. Convenientius est exemplum Sallustii Jug. 93. 1. 'Trahere cum animo suo, omitteretne inceptum,' pro, tractare, deliberare. Sicuti 'tractus' pro tractatu, 'affectio' pro affectatione, 'ostentio' pro ostentatione, &c. bonis auctoribus dicitur, indice cl. Salmas. ad Hist. Aug. p. 109. D. 2. *Berneccer.* F. *diuque re in sen. tractata, exitus rei non inv.* Gron. *Tractata*] Sic optimi libri, et quidem recte. In membranis, quas Modius vidit, ultima syllaba earund. literarum perierat, ut sæpe factum. *Tractare in senatu* est, deliberare. Suet. 'Cepit amicos, cum quibus de rep. tractaret.' *Græv.*

Otio lascivientem] Sen. Ep. 56. 'Nunquam vacat lascivire districtis: nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.' Quæ posteriora verba ipsa habet et Curt. VII. 1. 5. *Bern.*

§ 4 *Quem ipsi in exilium, &c.*] Ita de Coriolano et Camillo Liv. II. et V. *Bern.*

§ 5 *Calamitatium*] Hoc suspectum mihi est. In Ms. quodam legitur *aulamantium.* Num scripsit Noster *auxilia vocantium*, idque deinde per compendiosam scripturam factum primo *aula vocantium*, et mox junctis vocabulis duobus id, quod legitur in Ms.? An, pro *aulamantium*, *lamentantium* scribendum? Potest enim in vocabulo *aulamantium* initialis littera ex præced. vocabulo adhæsisse, *lamantium* autem compendium esse vocis *lamentantium.* Schef.

10 *Ex defens. &c.*] Saxo I. p. 5. 27. VIII. p. 155. 42. 'Ex rege privatus evasit:' et p. 8. 'Ex hoste procus evasit:' XI. p. 220. 13. 'Blacco ex speculatore sceleris hortator evasit.'

§ 13 *Pares*] Validos satis ad resistendum. Sup. VII. 6. 4. 'Pares bellis.' *Bern.*

Arbitrarentur] Scribe *arbitrentur.* Faber.

§ 15 *Proinde consulant sibi ipsis: jubeant abire se, si malint, vel causæ populares socium remanere*] Hic l. est contaminatus. Quid hic *si malint?* Cod. manu exaratus Bongarsii *an sibi malint.* Rescrib. cum Junt. *Proinde consulant sibi ipsi. Jubeant abire se, an malint socium causæ popularis remanere. Si* natum est ex præced. 'se.' Cum et *an* in aliis libris reperiretur, mutatum est in *sibi*, sed, cum hiaret oratio, additum *vel.* Græv. Multum debemus optimæ illi Junt. ed. quam studiose legit Græv. noster. In ea ed. ita conceptus hic locus est: *Proinde consulant sibi ipsi* (bene) *jubeantne abire se, an causæ populari socium remanere.* Nil melius, nil rotundius. *Fab.*

Consulant sibi ipsi] Ita antiquiores typis expr. Bechar. et, ut Græv. testatur, Junt. Alii *consulant sibi ipsis.* Sed alterum elegantius. *Vorst.* Locum pro contaminato habent, quod f. non necesse est. Nam illud *si malint* facile intelligitur. Dicit enim Clearchus: Si sic malint, si hoc putent rebus suis conducibilius, debere eos jubere se abire, vel, si malint illud, remanere. Quod si tamen quid mutandum, quia legitur in Bongarsiano *an sibi malint*, et in Junt. est *vel*, puto locum sic formandum: *Proinde consulant sibi ipsi. Jubeant abire se, aut, si malint, causæ populari socium remanere.* Schef. *Jubeant* legitur in Junt. non *jubeantne.* Sed *ne* commode intelligitur, ut alibi non infrequenter. *Græv.*

Jubeant abire se, si malint, vel causæ populari socium remanere] Grævius locum h. contaminatum putat, et ex ed. Junt. sic legend. *Proinde consulant sibi ipsi, jubeant abire se, an malint causæ populari socium remanere.* Sed et Cod. quidam Ms. Bongarsii habuit *an sibi malint.* Ita ergo ante 'jubeant' subaudiend. erit, utrum. Et minus ego hæsitarem, si *sibi* plane abesset, legereturque, *Proinde consulant, utrum jubeant abire se, an malint.* Ita enim 'consulant' esset pro, consultent, deliberent. Nunc, quia pronomen adjectum est, nondum satis liquet. 'Consulere sibi' notum idem esse quod, prospicere sibi. Quid si voce, utrum, non subaudita legatur sic: *Jubeant abire se; vel, si malint, causæ populari socium remanere?* Vor.

§ 17 *In fugam dilapsi*] Codd. quidam Mss. quos Bong. vidit, *fuga dilapsi:* quod magis placet. *Idem.*

§ 18 *Potissimum*] G. Major *potissimo* vult. Non placet. *Bern.*

Conversum esse] Scrib. *esset.* Et ita in quibusd. Editt. *Faber.* Malim legere *esset*, ut in antiquioribus typis exp. est: ut ad voculam 'quod,' quæ præcedit, et hoc referatur. *Vorst.* Imp. quidam habent *esset*, quod hic plane videtur necessarium, propter antecedens 'quod.' Idem Vorstio est visum. *Schef.* Sic sane Junt. *Græv.*

§ 19 *Cariora eorum pretia*] Quibus sese studebant a morte liberare. Sed illud *eorum* mihi admodum suspectum est; videtur enim, si hoc dicere voluisset, scribere *sua pretia* debuisse. Cogitent, qui ingenio plus valent. *Schef.*

CAP. V. § 5 *Per ora civium trahit*] In publica quasi pompa, ut omnibus conspicuus esset. Ennius ita de se dixit, 'Volito vivus per ora virum.' Sall. Ju. 31. 12. 'Incedunt per ora vestra magnifici.' Tac. III. H. 36. 'In ore vulgi agere:' ubi pluscula Lipsius Nota 46. Noster iterum XXXVI. 1. 5. 'Traductus per ora civitatium, populis in ludibrium favoris ostenditur.' *Berneccer.* Inf. XXXVI. 1. 5. 'Traductus per ora civium.' Ubi 'ora' pro oculis, conspectu. *Trahere* idem quoque quod, ducere. Virgil. II. Æn. 'Avo puerum Astyanacta trahebat.' Curt. III. 'Feminæ pleræque parvos trahentes liberos ibant.' *Vor.*

§ 6 *Nullus, &c.*] Tertull. de Carn. Chr. 5. 'An ideo passiones a Christo non recidisti, quia ut phantasma vacabat a sensu earum?' Ita Ed. Fran. Rhenanus male ediderat *vocab.* Hegesipp. I. 32. 'Judæa ab hostili tumultu vacabat,' et 38. 'Vacare enim mentem Herodis ab odio filiorum Antipatri non patiebatur.'

§ 8 *Interdum enim ex successu, &c.*] Angl. *enim* non agnoscit. Non probo.

Locus alias est vitiosus. Repetitio namque vocis 'interdum' requirit membra rerum diversarum. At hominem se oblivisci, et dicere se filium Jovis, sunt eadem. Mallem ita legere et distinguere: *Accedit sævitiæ insolentia, crudelituti arrogantia interdum. Dum enim ex successu.* Schef. Angli et Junt. recte omittunt *enim*. Aliud est sane nimia felicitate oblivisci fragilitatis humanæ, aliud jactare se Deorum filium. *Græv.*

Ex successu] Curt. IV. 14. 34. 'Fragilitatis humanæ nimia in prosperis oblivio est.' Sen. Suas. II. 'Nunquam in solido stetit superba felicitas: et ingentium imperiorum magna fastigia oblivione fragilitatis humanæ collapsa sunt.' *Bern.*

§ 9 *Eunti per publicum....utebatur*] Horum pleraque fuere principatus insignia posterioribus temporibus etiam ap. Romanos: nisi quod Imperatoribus eorum, exemplo Regum Persicorum, non aquila aurea, sed ignis præferebatur, ut luculenter docet elegantiss. Lips. ad Tac. Annales Excurs. I. *Mod.*

§ 11 *Ceraunon*] H. e. *Tonitru.* Plut. de Fort. Alex. II. 13. 'Clearchus Heracleæ tyrannus gestavit fulmen: unumque filiorum Tonitru appellavit.' Fulmen, sc. ut ipse Jovem referret, cujus personam ridicule sumebat. Ita namque Budæus illum l. est interpretatus: cum in Græcis vulgo impressis pro σκηπτὸν, *fulmen*, mendose legatur exponaturque σκῆπτρον, *sceptrum*. Talium cognomentorum stultitiam ridet Plut. ad Princ. indoct. 5. *Bern.*

§ 12 *Duo nobilissimi juvenes Chion et Leonides*] Vid. Memnonis Eclogas de Historia Pontica: unde apparebit, legend. esse *Leon*, non *Leonides*. Voss. Unius horum, et prioris quidem, epistolæ adhuc extant. Inter quas una est ad ipsum Clearchum scripta: et una item ad Platonem, præceptorem, qua quasi ad cædem tyranni sese parat. Μετὰ παιᾶνος ἂν, inquit, καὶ νικητηρίων ἀπολείποιμι τὸν βίον, εἰ καταλύσας τὴν τυραννίδα ἐξ ἀνθρώπων ἀπελεύσομαι. Pro *Leonides* legend. esse *Leon*, ex Eclogis Memnonis intelligi posse monet Voss. *Vorst.* Voss. scribit *Leon*, et potest adhærens *ides* natum esse ex seq. 'eadem.' *Schef.*

§ 13 *Discipuli Platonis*] Præter hos nostros alii plures enumerantur a Diog. Laërt. in Vita Plat. et Athenæo XI. fin. quo l. satis maligne de discipulis institutisque Platonis judicat Athenæus. Quin ipsum Platonem ob ἔρωτα τυραννίδος haud obscure perstringit Xen. Epist. ad Æschinem fin. p. 1000. d. Ut mirum sit, quare hos Platonis ex doctrina factos tyrannidis osores dicat Auctor. *Bern.*

Veluti clientes, et mox, *veluti ad regem*] Glossemata sunt, Sebisii judicio et meo. *Idem.*

§ 14. 15. 16] Simillima referuntur a Liv. I. 40. *Idem.*

§ 14 *More j.*] Saxo XIV. p. 274. 15. 'Subornat ex suis qui j. m. rem in strepitum seditionemque converterent.'

§ 15 *Qui jure familiaritatis admissi*] F. *quibus j. f. admissis.* Gron.

§ 18 *Frater Clearchi Satyrus*] Diod. XVI. 36. filium Timotheum ei successisse refert: qui et eum interfectum ait, Διονυσίων ὄντων, ἐπὶ θέαν βαδίζοντα. Consule Memnonis Excerpt. *Bongars.* Item Athenæum III. 7. et XII. 12. et rursus Diod. XX. 78. Quibus auctoribus inter se collatis pensitatisque, Freinshemii nostri sententia verisimilis mihi redditur, Auctorem ista suo more confundere, et duos Clearchos, avum atque nepotem, in unum conflare. Res ita habet. Clearcho, qui tyrannidem Heracleæ primus invasit, successere filii, Timotheus primo, deinde Dionysius: Dionysio item filii Zathras, (qui f. Justino 'Saturus' s. 'Satyrus' est,) et Clearchus alter. De Satyro Pontico Dionys. in fine Isocratis. *Bern.*

Eadem via] Qua? qua Clearchus invaserat. Jam vero is invaserat juvando primum Senatum, mox plebem contra eum, et faciendo cetera, quæ ap. Nostr. leguntur. Qualia nec fecit Satyrus, nec necesse habuit, pridem cæsis hisce omnibus, aut in exsilium ejectis. Quare puto ap. Nostr. *eadem vi* legend. esse, ac intelligendam vim satellitum, qua Chion et Leonides erant obtruncati. *Schef. Eadem via* est, æque ut frater. Non quidem eod. modo. *Græv.*

Multisque annis] In Memnonis Excerpt. legimus Heracleotas partim a tyrannis, partim a Lysimacho, privatos libertate fuisse annos 84. *Bern.*

Heraclienses sub regno tyrannorum fuere] Ms. *H. regnum t. f.* Ita loquuntur optimi quique scriptores, et ipse quoque Just. Sic XVII. 3. 'Quæ et ipsa genus Æacidarum erat.' Ita enim ex Mss. legend. *Voss.* Recte Mss. *H. regnum t. f.* Virgil. Æn. I. 'Hoc regnum Dea gentibus esse, Si qua fata sinant.' Liv. I. f. 'Gabios regnum Tarquinii' vocat. Id. XXIX. 32. 'Masæsylorum fines, id Syphacis regnum erat:' et XXX. 11. 'Masæsyli regnum paternum Masinissæ.' *Gronov.* Angl. *H. regnum f.* Unde Is. Voss. [At vid. Voss. sup. et Græv. inf.] *H. sub regnum f.* Scio quartum casum aliquando jungi præpositioni huic pro ultimo. Sed nil tale suetum Nostro. Mallem retinere *sub regno*, quod est in vulgatis, et delere *tyrannorum*, tanquam quod adjectum fuerit ex glossa. Nec illud *regnum* in Anglicano aliud quam alterius *sub regno* glossa et interpretatio. *Schef.* Voss. legit *H. regnum t. f.* Angli vero in suis libris invenerunt *H. sub regnum t. f.* Sic et in Junt. legitur. Sed aut Vossii emendatio amplectenda, aut a vulg. non discedend. *Græv.*

LIBER XVII.

CAP. I. § 2 *Lysimachia*] Prius Cardia dicta. Steph. Paus. in Att. Eam suo tempore deletam fuisse scribit Strab. X. *Bongars.* Strab. X. p. 460. Ἴχνη δὲ αὐτῆς [Ὠλένου] λείπεται μόνον ἐγγὺς τῆς Πλευρῶνος ὑπὸ τῷ Ἀρακύνθῳ· ἦν δὲ καὶ Λυσιμαχία πλησίον ἠφανισμένη καὶ αὐτὴ, κειμένη πρὸς τῇ λίμνῃ τῇ νῦν μὲν Λυσιμαχίᾳ, πρότερον δ' Ὕδρᾳ.

§ 3 *Quod portentum....portendebat*] Vix dubium, quin Auctor scripserit *prodigium*, &c. eod. plane modo, ut XL. 2. 'Quod prodigium mutationem rerum portendere aruspices responderunt.' *Gronov.* Non possum isthuc ferre, nec a Just. esse puto. Legi potest *portentum....significabat*; ut alibi. *Fab.*

Ac regni ruinam] Mss. multi habent *ad regni ruinam*, quod non puto contemnend. *Ad* est, una cum ruina. Terent. Andr. 'Ad hæc mala hoc mihi accedit etiam.' *Schef.*

§ 4 *Agathoclem*] Leg. Paus. in Att. et Strab. XIII. qui Lysimachum ait, κακοῖς οἰκείοις περιπεσόντα, filium necasse. Per κακὰ οἰκεῖα domesticas calamitates intelligit, quæ hic et ap. Paus. recensentur, non improbos familiares, quod putavit doctiss. Fabricius. *Bongars.* De Agathoclis ipsiusque Lysimachi cæde addendus Appian. Syriac. p. 130. *Bern.*

Perosus] Sunt hæc firmanda nostratium adagio: 'Novercam habens, habet et vitricum:' adeo blanditiæ muliebres, amorque novellus superveniens, naturales etiam affectus evertunt. Simile exemplum extat XXXIV. 4. 1. *Bern.*

§ 6 *Quod occisum juvenem, &c.*] Tac. Ag. c. 45. ‘ Præcipua sub Domitiano miseriarum pars erat, videre et aspici: cum suspiria nostra subscriberentur: cum denotandis tot hominum palloribus sufficeret sævus ille vultus.’ Quem ad l. egregie, ut solet, vir et amicus magnus Mich. Virdungus. *Bern.*

§ 7 *Superfuerant*] Pro, supererant. Quod apparet ex eo quod sequitur, ‘ qui exercitibus præerant.’ Plusquam perfectum poni pro imperfecto non insolens est: quomodo contra imperfectum ponitur pro plusquam perfecto. Vid. Notas ad XIII. 2. 11. itemque Gronovii ad Liv. XXXIV. 11. *Vorst.*

10 *Lysimachus quatuor et septuaginta annos natus erat*] 80. annorum facit Lysimachum Hieronymus, cum occumberet in prælio adversus Seleucum. Vid. Lucian. de Longævis. *Voss.*

§ 11 *Juveniles*] Mss. *juvenales:* quod reperi multis etiam locis in membranis Livii et Senecæ; et dixit Horat. in Arte: ‘ Nec nimium teneris juvenentur versibus umquam.’ Sed de hac re plura cum Deo ad ipsum Livium. *Mod.*

§ 12 *Angustiis sibimet*] Junt. *angustis sibi metis.* Græv. Juntina non displicet. *Schef.*

CAP. II. § 1 *In eo bello Lysimachus*] Præter Paus. et Strab. vid. Appian. Syriac. *Bong.*

Non instrenue] Mss. omnes, ut et Junt. *non strenue.* Ab omnibus tamen dicitur in prœlio occubuisse in campis Cori. Sic paulo post rursus Junt. cum omnibus Mss. *ambitiosus ad populares esset.* Quod mirum cur spreverint. *Ad* enim pro, apud, infinitis locis ap. priscos scriptores ponitur. Liv. XXIV. 48. ‘ Q. Statorio nomen fuit, qui ad regem remansit.’ Cic. v. Fam. 10. ‘ Ad Cæsarem meam causam agas.’ Id. x. ad Att. ‘ Ad me bene mane Dionysius fuit.’ Et sic Terent. Cæs. aliique maxime idonei Latinæ linguæ auctores. *Græv.*

§ 2 *Lætus, &c.*] Memnon 13. Σέλευκος δὲ, τοῖς κατωρθωμένοις κατὰ Λυσιμάχου ἐπαρθεὶς, εἰς τὴν Μακεδονίαν διαβαίνειν ὥρμητο, πόθον ἔχων τῆς πατρίδος, ἐξ ἧς σὺν Ἀλεξάνδρῳ ἐστρατεύετο, κἀκεῖ τοῦ βίου τὸ λεῖπον διανύσαι, γηραιὸς ἤδη ὤν, διανοούμενος, τὴν δὲ Ἀσίαν Ἀντιγόνῳ (leg. Ἀντιόχῳ) παραθέσθαι τῷ παιδί.

De cohorte Alexandri] Ea ‘ cohors regia’ fuit, ut v. 11. 9. appellatur. *Vorst.* ‘ De c.’ i. e. ex proximis, familiaribus, ut interpretatur Avus IV. Obs. 10. p. 158.

§ 3 *Fragilitatis humanæ*] Cujus admonens Cyrum Crœsus: ‘ Humanarum rerum circulus est,’ inquit, ‘ qui rotatus, semper eosdem fortunatos esse non sinit.’ Herodot. I. 207. *Ber.*

§ 4 *A Ptolemæo*] Cerauno. Erat hic filius Ptolemæi Soteris, et Eurydices Antipatri filiæ. Appianus, qui Seleucum 73. annos vixisse scribit, quod cum iis, quæ Just. sup. retulit, non congruit. *Bongars.* Seleuci Nicatoris a Ptolemæo Cerauno occisi meminit et Plin. VI. H. N. 11. *Bern.*

In matrimonio habuerat] Antiquiores typis expr. *in matrimonium h.* De quo genere antiptoseos agit Gell. I. 17. itemque Vechner. Hellenol. I. 16. *Vor.*

§ 6 *Cum et in gratiam, &c.*] Mallem legere *cum et gratia m. m. P. patris, tum favore ult., &c.* Gron.

Apud populares] Etiam hic Mss. plures habent *ad pop.* genere loquendi optimis scriptoribus sueto ac recepto. Cic. Phil. ‘ Etiam ad inferos pœnas parricidii luent.’ Quare suspicor illud *apud* in vulgatis non Justini esse, verum glossatoris. Hæc scripseram, cum vidi postea, etiam Grævium esse in hac sententia. *Schef.*

§ 7 *Ptolemæus nuptias Arsinoës sororis suæ*] De Ptolemæo isto, cognomine Cerauno, deque nuptiis ejus cum sorore Arsinoë, pluribus agit inf. XXIV. 1. et 2. *Vor.*

§ 10 *Omnique arte adulatur Eumeni et Antigono*] Oppido obscurus est hic l. quem ego ita puto legend. *Omnique a. a. E. et A. Demetrii filiis, quibuscum bellum habiturus erat. Antiocho item Seleuci filio, ne tertius hostium accederet.* Mirum vero quam regionem Eumenes atque Antigonus habuerint post patris Demetrii deditionem Seleuco factam, cum Ptolemæus Ceraunos Macedonum regnum invaserit. Sed et init. lib. XXIV. ubi postea hæc historia hic interpolata repetitur, Antigonus, Ptolemæus, et Antiochus bello inter se dissident. Porro in eod. lib. XXIV. Antigonus a Ptolemæo pulsus dicitur, nec additur, unde pulsus. Suspicor Eumenem ac Antigonum aliquam Macedoniæ partem obtinuisse post turpem patris deditionem; Cassandreiæ certe imperium obtinuisse Arsinoën, Ptolemæi Cerauni sororem ejusdemque uxorem, ut antea Lysimachi, eod. libro proditur. *Glar.*

Adulatur Eumeni, &c.] Sebis. hæc ita transponenda censet: *adulatur Antiocho filio Sel. ne Eum.* (cujus tamen Plut. in Demetr. nullam mentionem facit) *et Antig. D. f. cum quibus, &c. tertius, &c.* Berneccer. Locus vehementer corruptus; cujus haud scio an verba ipsa, sententiam f. repræsentavero. Scribend. est: *Omnique a. a. Nicomedi, ne cum Antigono Demetrii, Antiocho Seleuci filiis bellum habituro tertius sibi hostis accederet.* Nullum circa hæc tempora invenio Eumenem, quem vereri poterat Ptolemæus. Sed Nicomedem Bithynum, Antigoni amicum, hostem Antiochi invenio ap. Memnonem in Excerptis Photianis: cujus illi haud dubie potuit utilis esse gratia, si nihil aliud, ad morandum Antiochum. Nam cum duobus istis simultates erant inexpiabiles, quorum alter Macedoniam, velut paternum regnum, vindicabat, alterius patrem ipse interfecerat. [Fuit hic Antiochus Soter, Seleuci Nicatoris filius. *Græv.*] Et *Eumenes* pro *Nicomede* bis etiam habetur in vulgatis exemplaribus XXVII. 3. Sic et XXXIII. 1. ‘ Et Eumeni regi Bithyniæ denuntiatum.’ Immo, vel Eumeni regi Pergami, vel Prusiæ regi Bithyniæ. Nec melius XXXII. 4. Eumenis Pergameni, qui cum Prusia Bithyno bellum gessit, milites *Pontici* vocantur. ‘ Id ridiculum Ponticis visum,’ immo Pergamenis. *Gron.*

Omnique arte adulatur Eumeni et Antigono, Demetrii filiis, Antiocho filio Seleuci] Locum h. conclamatum mihi εὐστόχως pro solertia sui ingenii restituisse videtur Gronov. cui tot alia loca restituta debet omnis antiquitas. *Grævius.* Nemo ita in veteri historia peregrinus est, quin facile hæc corrupta esse videat. Sebis. quidem hoc, quod sentio, ut acuto homine dignum est, olfecerat; sed unus Gronovius rem constituit. Emendationem probo. *Faber.* Inf. XXIV. 1. scribit Ptolemæum Ceraunum, Antiochum, et Antigonum reges in Græcia bello dissedisse. Quare non apparet, quomodo id. Ptolemæus Antigono et Antiocho adulatus fuerit; et sunt sine dubio hic menda quædam. Gronovius igitur restituit. *Vorst.*

§ 11 *Ingens momentum*] Taciti illud simile est H. I. 59. ‘ Batavorum cohortes, prout inclinassent, grande momentum, sociæ aut adversæ.’ Lucan. IV. 819. ‘ Momentumque fuit, mutatus Curio, rerum.’ Add. sup. v. 4. 12. de Alcibiade. *Bern.*

§ 13 *Naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petit*] Melioris temporis scriptores dicerent, ‘ naves mutuas petit:’ et id postulat Latinæ linguæ genius. Posterioris tamen ætatis scriptores hic recesserunt a via, majoribus et priscæ eloquentiæ viris trita. *Græv.*

Qui, &c.] Saxo VI. p. 98. 10. ‘ Ne alienis quam propriis viribus instructior videretur.’

§ 14 *Cui nulla*] F. *cum nulla.* Sebis. *Berneccer.* Mallet Sebis. *cum*

nulla. Requirit sane quid hujusmodi sequens *esset.* Et quid si scripsit *Ptolemæus ut cui nulla?* potuit illud *ut* excidisse propter proxime præcedens *us.* Schef.

§ 15 *Vindicem regni reliquit; ne, abducta in Italiam juventute, prædam hostibus regnum relinqueret*] Auctius membranæ meæ dictionibus aliquot hoc modo: *vindicem cum regni reliquit: pacificatus cum omnibus finitimis, ne, abducta in Italiam juventute, &c.* mea sententia non male. Sed doctorum esto judicium. *Modius.* Junt. non secus ac Modii membranæ vocibus aliquot auctis legunt *vindicem, &c.* Inferius XXIII. 'Agathocles rex Siciliæ pacificatus cum Carthaginiensibus.' Et VI. 2. 'Pacificari cum altero statuit.' *Græv.*

CAP. III. § 1 *Quoniam ad Epiri mentionem ventum est, de origine regni pauca, &c.*] Similis excursus totidem prope verbis inchoatur XVIII. 3. 1. *Bern.*

Quoniam ad Epiri mentionem ventum est] Ubi? sup. (cap. præc. II.) iis verbis: 'Sed nec Pyrrhus, rex Epiri, omissus.' F. tamen non est contemnend. quod in quodam Ms. legitur, *ad Pyrrhi ment.* Schef.

§ 2 *Molossorum primum in ea regione regnum fuit*] Chaones primum, Molossos deinde regnasse refert Strab. VII. quem lege. *Bong.*

§ 3 *Troj. temp.*] Hæc uncinis includit Ed. Bong.

§ 4 *Cum in templum*] Mss. habent *in templo*, quod tanquam incongruum repudiarunt. Solent tamen optimi scriptores casus hosce ita permutare, ac similia II. 13. observavimus. *Schef.*

Lanassam, neptem Herculis] Sic Vett. et Plut. in Pyrrho 1. qui eam facit filiam τοῦ Κλεοδίου τοῦ Ὕλλου, qui filius erat Herculis. *Bong.*

§ 6 *Et Andromachen Hectoris, quam et ipse matrimonio suo in divisione Trojanæ prædæ acceperat, uxorem tradidit*] Sic Virgil. Æn. III. 319. 'Hectoris Andromache, Pyrrhin' connubia servas?' Ubi Servius, 'Consuetudinis regiæ fuit,' inquit, 'ut, legitimam uxorem non habentes, aliquam, licet captivam, tamen pro legitima haberent: adeo ut liberi ex ipsa nati succederent. Pyrrhus hanc quasi legitimam habuit, et ex ea filium Molossum suscepit: postea, cum vellet Hermionem, Menelai et Helenæ filiam, Oresti jam ante desponsatam, ducere uxorem, Orestis insidiis in templo Delphici Apollinis occisus est. Verum moriens præcepit, ut Andromache, quæ apud eum conjugis locum tenuerat, Heleno daretur; propter supra dictum beneficium, quo eum a navigatione prohibuerat. Inde factum est, ut teneret regnum privigni, qui successerat patri, a quo Molossia dicta est pars Epiri, quam Helenus postea a fratre Chaone, quem in venatu per ignorantiam dicitur occidisse, Chaoniam nominavit, quasi ad solatium fratris extincti.' *Modius.* Hunc l. sic restituas oportet: *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quo* (Helenum sc. et Andromachen) *in divisione Trojanæ prædæ acceperat, uxorem tradidit.* Sensus est: Pyrrhum Heleno filio Priami regnum Chaonum, ac Andromachen Hectoris uxorem, quam ipse in matrimonium receperat, in uxorem dedisse; Helenus enim et Andromache in Trojanæ prædæ divisione Pyrrho obtigerant. Vid. Sen. Troad. *Gronov.* Quid est *matrimonio accipere?* Quis sic loquitur? Mss. *Andromachen Hectoris et matrimonio suo, quos in divisionem.* In uno pro *quos* legitur *quam.* Et sic plane Junt. uti omnino legend. est: *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quam ipse in divisione Trojanæ prædæ acceperat:* Andromachen, quam in matrimonio habuerat, Pyrrhus elocat Heleno Priami filio. *Græv.* In Junt. sic legitur: *Andromachen Hectoris e matrimonio suo, quam ipse in divisione Trojanæ prædæ acceperat.* Sed

mihi h. quidem in l. Juntæ non satisfaciunt. Sic ego scriptum a Just. fuisse arbitror, *Andromachen Hectoris, quam ipse in matrimonium post divisionem Trojanæ prædæ acceperat, uxorem tradidit.* Hæc conjectura mea est, de qua liberum sit judicare. *Faber.* Græv. nihil esse putat *matrimonio accipere;* ideoque amplectendam lect. Junt. Et congruunt nonnihil Mss. quidam, qui sic habent, *Andromachen Hectoris et matrimonio suo.* Sensus igitur fuerit, quod Pyrrhus Andromachen Hectoris, quam in divisione Trojanæ prædæ acceperat, e matrimonio suo Heleno Priami filio uxorem tradiderit. *Vorst.* Lectio Junt. non est mala. Quia tamen quæ vulgantur, non temere, sed ex lect. vetusta veraque orta videntur, mallem junctis omnibus sic legere: *et Andromachen Hectoris e matrimonio suo (in divisione Trojanæ prædæ acceperat) uxorem tradidit.* Parentheses istæ sæpe fuerunt causæ turbatæ lectionis, quod exemplis aliis alibi a me demonstratum. *Schef.*

§ 7 *Insidiis Orestæ*] Μαχαιρέως Δελφοῦ ἀνδρὸς ἀνελόντος αὐτόν. Strab. IX. Regum Epiri genus vid. ap. Paus. in Att. et Plut. in Pyrrho. *Bongars.* Idem Virgil. Æn. III. 331. 'Scelerum furiis agitatus Orestes Excipit incautum, patriasque obtruncat ad aras.' Ubi iterum Servius, 'Alii,' inquit, 'Achilleas intelligunt; nam Pyrrhus (ut in historia legimus) occiso patre in templo Apollinis Tymbræi, reversus in patriam, in numinis insultationem, in templo ejus Delphico aras patri constituit, et illic ei cœpit sacrificare. *Mod.* Consentit Velleius I. 1. 8. Strab. tamen. IX. p. 290. 22. 'a Machæreo sublatum' tradit. Conciliare videtur Eusebius Chron. ad ann. 854. 'Pyrrhum Delphis in templo Apollinis occisum ab Oreste,' sed nimirum 'proditione Macarei sacerdotis.' Ipse autem fecisse putandus est, quod per alium quis fecerit. Add. Paus. 140. 10. *Bern.*

§ 8 *Pialis*] Pielum vocat Paus. *Pylades* hic imperiti librarii substituerant, Orestis nomine inducti. Erat hic Andromaches filius; Paus. *Bong.* Recte Junt. *Pielus.* Sic Pausaniæ dicitur. *Græv.*

§ 9 *Arrybam*] Ita ex veteri scriptura legend. judicavi, habent enim vett. *thribam*, alii *htribam:* nisi quis malit ex Plut. Pyrrh. 1. *Tharrytam*, quod accedit ad *Tarriba*, quod in uno veteri legitur. Et, quæ de eo Plut. refert, cum Auctore nostro conveniunt: Θαρρύταν πρῶτον ἱστοροῦσιν Ἑλληνικοῖς ἔθεσι, καὶ γράμμασι, καὶ νόμοις φιλανθρώποις διακοσμήσαντα τὰς πόλεις, ὀνόμαστον γενέσθαι. Tharypum hunc vocat Paus. in Atticis: ejus filius Alcetas, pater Arrybbæ, s. Arybæ, ut Plut. s. Aryrubæ, ut Diod. XVI. et Neoptolemi. Arrybæ filius Æacides, a quo Pyrrhus. Neoptolemi filiæ, Troas, Olympias Alexandri Magni mater, et Alexander filius, de quo sup. XII. 1. et 2. Hæc ex Plut. et Paus. Hinc sup. VII. 6. 11. legend. arbitror, 'Conciliante nuptias patruo, tutore virginis, Arryba, rege Molossorum:' et VIII. 6. 4. 'Siquidem Arrybam, regem Epiri, &c. atque Alexandrum pupillum ejus, uxoris Olympiadis fratrem,' &c. Lector sagax et eruditus judicet. *Bongars.* Plut. in Alex. 2. fratrem Olympiadis Arymbam vocat, quod id. cum Aryba crediderim: sicuti 'Selymbria' et 'Selybria,' 'Lampsana' et 'Lapsana,' σκαμπάνη et σκαπάνη, &c. promiscue dicitur. *Bern.*

§ 16 *Frater Æacides*] Frater patruelis, ut ex iis constat, quæ sup. notavi. *Bongars.* Cic. XV. Fam. 7. 1. *Bern.*

Populum, &c.] Saxo XVIII. p. 159. 17. 'Civium offensam contrahere maluit.' XI. p. 214. f. 'Eoque studio gravissimas majorum offensas contraxit.'

§ 17 *Virum, admodum parvulum*] Plut. Pyrrho 2. νήπιον ὄντα. Lego

bimum admodum, ut *parvulum* ex glossa sit. *Bongars.* Ego *parvulum* non libenter abjicio, dictionem Auctori familiarem, ut XVIII. 3. 1. &c. Magis probo Freinsh. pro *vicum* rescribentem *suum*. Bernec. Ms. *unum*. F. *unicum*. Nullos namque filios habuit Æacides, præter Pyrrhum. *Voss.* Vidit Bong. legend. *bimum admodum*. Et recte vidisse virum excellentem illa præstantiss. ed. confirmat, in qua sic, ut ille conjecerat, legitur. *Bimum admodum* est, circiter, præter propter bimum: in hac enim notione sæpe legitur: cap. præc. huj. lib. ‘Post menses admodum septem.’ Et lib. XI. ‘Inter hæc octingenti admodum Græci occurrunt.’ Curt. ‘Equites mille admodum.’ Pro quo et alibi ‘quasi’ ponit; ut Græci ὡσεί. *Græv.* Antea legebatur *vivum*, male. Sed in quibusd. impr. ante Bong. scriptum fuerat *bimum*, quod ipse probavit. Recte. Sic autem et Liv. LII. de alio principe locutus fuerat: nam in Epit. illius legitur ‘Filio bimulo admodum regnum asserebat.’ Atque ita illud *parvulum* mutari debet in *puerulum*, aut omnino delend. est. Nam, si *bimus admodum* erat, *parvulum* addere nil quidquam attinet. *Fab.*

Pyrrhum bimum admodum parvulum] Bong. et secutus eum Bernec. edidere *Pyrrhum vivum*. Sed fatetur tamen Bong. se malle legere *Pyrrhum bimum admodum*; ut *parvulum* ex glossa sit. Quidni ergo τὸ *bimum* retinuit, cum in antiquioribus typis expr. Junt. Bechar. et aliis id reperiret? Alii, cum et ipsis τὸ *virum* non placeret, aliud pro eo legend. conjecerunt: et Voss. quidem *unum*, Freinsh. vero *suum*. Illud *parvulum*, quod Bong. expunctum volebat, abesse vix potest. Et loquitur ita Noster XVIII. 3. 1. et 4. 4. Erit autem τὸ *admodum parvulum* τοῦ *bimum* ἐξήγησις quædam; quasi diceret, ‘bimum, i. e. admodum parvulum.’ *Vorst.* Omnino legend. *bimum admodum*, expuncto *parvulum*; et *admodum* pro, circiter, accipiendum. Nam *admodum parvulus* non potest jungi, sed *admodum parvus*, sicut dicitur ‘admodum puer.’ *Schef.*

§ 18 *Subtractus*] Ab Androclide et Angelo. Plut. in Pyrrho 2. *Bern.*

§ 19 *Glauci*] Γλαυκίαν Plut. vocat. *Bongars.* Alii libri *Glauciæ*; quam scripturam firmat Plut. in Pyrrho 4. *Mod. Glauciæ* pridem G. Major edidit, et firmat eam scripturam Plut. in Pyrrho 4. et Diod. XIX. 80. *Bernec.* Legend. omnino, ut Junt. et G. Majoris edd. habent, *Glauciæ*, confirmante Plut. Post Junt. *usque in adultam ætatem*. Græv. Bong. et Bernecc. edidere *Glauci*. Sed notarunt tamen Majorem edidisse *Glauciæ*. Vor.

Quæ et ipsa genus Æacidarum erat] In Ms. *genus*. Quod elegantissimum est, et Vossio arridet, atque adeo mihi. *Faber.* In Ms. legitur *genus Æacidarum*, quod ignoro, quare contempserint, cum sic Noster loqui soleat et alibi: ut II. 4. ubi de Orithia: ‘Auxilium deinde a Sagillo rege Scythiæ petit: genus se Scytharum esse ostendit.’ *Schef.*

§ 20 *Addito in auxilium*] Malim *ad aux.* quam *in aux.* Neque enim temere sic loquuntur boni scriptores. *Fab.*

§ 21 *Annorum undecim*] Ἀνοκαίδεκα ἐτῶν, Plut. *Bong.*

Usque ad adultam] Mss. mei *usque adultam*: quod probo: amat enim sic loqui Just. In eisd. meis Mss. deest dicam, an abest, in seqq. quoque illis, *ut Tarentinos solus adversus*, &c. vox *solus*. Mod.

Usque adultam] Ita Mss. Modiani, et amat sic loqui Noster, ut ostendit in Ind. Freinshemius. Editi *usque ad adultam*. Bernec.

§ 22 *Tantusque*, &c.] Saxo VII. p. 122. 38. ‘Igitur apud Sueones tantus haberi cœpit, ut magni Thor filius existimaretur.’

LIBER XVIII.

CAP. I. § 1 *Igitur Pyrrhus*] De Pyrrhi in Italiam expeditione, Plut. in Pyrrho, Paus. I. Flor. I. 18. Oros. IV. 1. et Epit. Liv. *Bong.*

Et ipsis auxilium adversus Romanos indigentibus] Optime Ms. Bong. *aux. adv. Rom. pollicentibus*; ut Tac. I. 60. ‘Chauci, cum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt.’ *Gronov.* Ms. quidam teste Bong. *aux. adv. Rom. pollicentibus.* Utrobique casus sexti est; cum præcedat ‘Samnitium’ et ‘Lucanorum.’ Refero igitur hoc ad illa quæ in Notis ad II. 3. 16. et VIII. 5. 10. congessimus. *Vorst.* In Ms. quodam reperitur *aux. adv. Rom. pollicentibus:* quod nescio an convenientius sit historiæ. Florus I. 16. ubi de bello Tarentino agit: ‘Sed apparatus horribilis, quum tot simul populi pro Tarentinis consurgerent, omnibusque vehementior Pyrrhus.’ Sed et quod ap. Nostr. sequitur de sociis, firmare lect. hanc videtur: ‘Valerius Lævinus festinans, ut prius cum eo congrederetur, quam auxilia sociorum convenirent.’ Socii profecto alii intelligi non possunt, quam Samnites illi et Lucani. *Schef.*

Spe invadendi] Vid. notata ad IV. 3. 5. *Bern.*

§ 2 *Exempla majorum*] Virgil. III. Æn. 342. ‘Ecquid in antiquam virtutem animosque viriles Et pater Æneas et avunculus excitat Hector?’ Ita XII. Æn. 439. *Bern.*

Subegit] Scrib. *subegisset*. Fab.

§ 3 *In solatia*] Mss. plures habent *solatio*, quod non puto temere repudiand. Ita XVII. 3. pro *in templum* vett. habent *in templo*, ubi vid. quæ notavi. Firmaret quoque Phædrus noster, si lectio esset integra I. 10. ubi ait: ‘Lepus semianimus mortis in solatio.’ Sed præfero, quod habet Heins. *mortis en solatia*. Sic enim edend. fuerat in mea ed. pro quo vitiose legitur nunc *in solatia*. Schef.

Adductis] Legend. *abductis*. Bongars. Quid opus est? *Fr.*

§ 4 *Valerius Lævinus*] Plutarcho in Pyrrho 34. Ἄλβινος, litteris transpositis, et ι interjecto, legend. Λαιβῖνος. Pugna commissa est ἐν τῷ μεταξὺ πεδίῳ Πανδοσίας πόλεως καὶ Ἡρακλείας, Plut. ib. Heraclea autem auctore Plinio III. N. H. 11. pr. inter Sirin est et Acirin fluvios. Unde in Oros. IV. 1. legere audeo ‘apud Heracleam, et Pandosiam urbem, fluviumque Sirin:’ quamvis Ms. habeat *Heracleam Campaniæ urbem, fluviumque Lirin*, cum nulla sit Campaniæ Heraclea, et Liris fl. ab h. l. alienus sit. Sequutus est autem Orosius Flori corruptum exemplar. Ideo ut Oros. ita et Flor. I. 18. 10. emendandus. *Bong.*

§ 6 *Inusitata*] Plin. VIII. 6. *Bongars.* Plin. scribit Italiam non visos hactenus elephantos ‘boves Lucas’ appellasse, quippe in Lucanis primum visos. Add. Varr. VI. L. L. Flor. I. 18. 11. Solin. 25. Frontin. II. Strat. 4. 13. *Bernec.* Scrib. *invisitata*. Liv. IV. 33. ‘Quum repente patefactis Fidenarum portis nova erupit acies, inaudita ante id tempus invisitataque.’ Et XXVII. 39. ‘Invisitati namque antea alienigenis, nec videre ipsi advenam in sua terra assueti.’ Curt. IX. 1. ‘Magnitudinis invisitatæ reperere serpentes.’ Ubi vulgo editur *inusitatæ*, sed male. *Gronov.* Optime Gronov. *invisitata*, i. e. non ante visa Romanis. *Faber.* Scrib. cum Gronov. *invisitata*, h. e. bestiæ nunquam antehac visæ. Hoc enim Latinis est ‘invisus’ et ‘invisitatus.’ Quod sæpe corruptum est in *inusitatus*. Græv.

§ 7 *Nec host.* &c.] Saxo VIII. 149. 18.

'Incruentam victoriam retulit.' XIII. 246. 26. 'Incruentam victoriam habuit.'

§ 10 *Ducentos captivos*] De quibus versus Ennii elegantes sunt ap. Cic. Off. I. 11. *Bong.*

§ 11 *In quo par fortuna priori bello fuit*] Istud *bello* glossema est puerile. Huic l. alius l. est plane germanus, XXII. 3. 'Sed secundi certaminis eadem fortuna, quæ et prioris fuit.' *Faber. Priori bello* pro, prioris belli, i. e. prælii fortunæ. Solent auctores ita concise loqui. Vid. Notas ad I. 7. 14. *Vorst.* Faber illud *bello* delet. Puto non necesse esse. *Schef.*

Iterato prælium cum Rom. facit] Ad Asculum urbem. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Cum centum viginti navibus*] Centum triginta habet Val. M. III. 7. *Bongars.* Ita cautum videtur fœdere, de quo Polyb. III. 25. agit. *Vorst.*

A peregrino rege] Mss. *rege* non cognoscunt. Et quid? si non rex, sed populus peregrinus Romanis intulisset bellum, Carthaginienses ægre id ferre non potuissent? Sed non modo illud *rege* mihi a glossatore intrusum videtur, verum et *a peregrino*, cum non magis causa ægre ferendi sit in hoc, quam in altero. Hoc enim Carthaginienses tantum dicebant ægre se ferre, quod, cum populus Romanus multa feliciter et gloriose gesserit bella in terris peregrinis, nunc ne in Italia quidem possit esse tutus et tranquillus. *Schef.*

§ 2 *Externo hoste oppugnarentur*] Prætulerim *ab ext. h.* Fab.

§ 4 *Speculaturus consilia*] Ut solebant Carthaginienses. Vid. Frontin. Strat. I. 2. 3. et 4. Ars magnis Principibus etiamnum familiaris, de qua Piccart. Obs. Dec. VII. 4. Add. Fam. Stradam in Actis anni 1581. p. 486. *Bern.*

Arcessiri] Scrib. *arcessi.* Gronov. Mss. *arcessi.* Græv.

§ 5 *Nam Romanis eadem causa mittendi auxilii Carthaginiensibus fuerat*] Propositio vera, ut dialectici dicere solent in sensu diviso, non sensu composito. Vult enim dicere, Carthaginiensibus eand. causam fuisse mittendi auxilia Romanis: innuit autem occulte Carthaginienses non Romanorum gratia hæc auxilia misisse, sed sua causa; nempe ut Pyrrhum in Italia retinerent, nec Siciliam ingrederetur, quam ipsi armis vexabant. Cæterum, quod ait Justinus, Fabricium a senatu ad Pyrrhum missum pacem composuisse, secus a Plut. traditur: sed Cyneam a Pyrrho Romam missum pro impetranda pace etiam Cic. docet; ibi vero obstitisse Appium Claudium cæcum, ne cum rege pax fieret. Notior est historia, quam ut multis verbis indigeat. *Glar.*

Nam Romanis eadem causa mittendi auxilii, &c.] Mens Auctoris legi postulat *Nam Carthaginiensibus eadem causa mittendi auxilii Romanis fuerat.* Sebis. Mihi *Romanis* glossemati simile videtur. *Bernec.* Ego omnia recte se habere existimo, et voces modo trajectas esse: id quod in scriptis Veterum est perfrequens. Sensus quidem est: Eand. causam Carthaginiensibus fuisse, vel eand. causam Carthaginienses habuisse auxilii Romanis mittendi. *Vorst.* Locus hic non sanus viris doctis videtur. Mihi ne integer quidem. Et puto post *Romanis* deesse aliqua, quibus ostendebatur, cur Romani Carthaginiensium auxilia haberent suspecta, sicut sequitur, cur Carthaginienses ea Romanis voluerint obtrudere. Docet vox 'eadem,' quæ semper respicit quid antecedens simile, quale h. in l. nihil extat. *Schef.*

§ 6 *Fabricius Luscinus*] Alii hunc missum ferunt, ut de captivis redimendis ageret. De Romanorum continentia leg. Valerium IV. 3. Hoc voluit Varro II. de Vita Pop. Rom. 'Qua abstinentia viri mulieresque

Romæ fuerint, quod a rege munera eorum voluerit nemo accipere.' *Bong.*

§ 7 *Cyneas*] Fuit hic Demosthenis auditor, cujus eloquentia plures urbes, quam suis armis, subactas esse dicebat Pyrrhus. Plut. Pyrrh. c. 28. Add. Liv. XXXIV. 45. *Bern.* Scribend. *Cineas* ex melioribus libris. *Græv.* Alii *Cineas.* Arbitror tamen veram scripturam esse *Cyneas*, idque eo magis quod hoc nomen ita scriptum ap. Paus. est, ubi de quodam Eretriæ proditore agit, Philabro F. Cyneæ. p. 215. Add. quod origo vocis notissima est, a galea sc. quam Græci 'Cynen' vocant. *Fab.*

§ 9 *Munera sprevissent, interjectis, &c.*] Etiam hic l. mihi mutilus videtur. Oratio certe non cohæret, *cum legati sprevissent, invitatis missæ sunt.* Debebat enim scripsisse *invitati sunt ad cænam, eisque missæ aureæ coronæ.* Puto post 'sprevissent' aliquid excidisse. *Schef.*

Aureæ coronæ] De aureis coronis vid. quæ Freinsh. in Ind. ad v. *Corona* congessit. Et add. quod Diod. XVI. 93. Philippum regem Maced. coronis aureis donatum scribit; et Nepos XXIII. 7. 2. Romanos corona aurea donatos a Carthaginiensibus. *Vor.*

Honoris causa] H. e. ne liberalitatem regis aspernari viderentur. Mss. tamen *hominis* habent: unde Freinsh. *ominis* facit: quippe mali ominis fuisse, hospitalia munera non admittere. *Bernec.* Mss. *hominis causa*, unde bene Freinsh. conjecit legend. esse *ominis caussa.* Sed male interpretatur: Tanquam mali ominis fuisset hospitalia munera non admittere: imo quia victoriæ indicium erat corona. Triumphantes enim coronabantur. Sic ap. Liv. XXII. 37. de aurea victoria ab Hierone senatui missa, 'victoriam omenque se accipere,' dixit senatus, cum alia munera respuisset. *Græv.*

Statuis regis imposuerunt] Muneribus sc. regis in ipsius regis honorem versis: quæ certe non adulatio, sed Romana moderatio potius dici debuit. Narrat Athenæus X. 10. Ælian. II. V. H. 41. et Laërtius in Xen. haud multum dissimile factum Xenocratis philosophi, qui muneri sibi datam a Dionysio rege coronam auream, domum a cœna rediens, Mercurio, qui stabat ante regias ædes, injecit. Add. Lipsii Notam 167. ad Tac. II. *Bern.*

§ 10 *Ab Appio Claudio*] 'Cum de Pyrrhi pace ageretur, ad eam causam Appium illum et cæcum et senem delatum, memoriæ proditum est:' Cic. Phil. I. 5. Add. L. I. § 5. D. de Postulando: et L. 2. § 36. de Orig. Jur. *Id.*

Regum urbem] Plut. in Pyrrho 42. de Senatu tantum: *βασιλέων πολλῶν συνέδριον. Bongars.* Flor. I. 18. 20. 'Urbem templum sibi visam, senatum regum esse.' *Bern.*

§ 12 *Firmatisque, &c.*] Saxo XIV. p. 248. 46. 'Urbem Archam adversum se valido præsidio firmatam inveniunt.'

CAP. III. § 2 *Tyriorum gens*] In Ms. Bongarsiano legitur *T. res*, quod probo, et vocem *gens* pro glossa habeo alterius. *Rem* tali sensu alibi quoque solet usurpare. Vid. quæ notavi v. 3. *Schef.*

A Phœnicibus] Curt. IV. 4. 25. ab Agenore Tyrum conditam scribit. Hanc postea Romanorum coloniam Ulpianus L. 1. D. de Censib. celebrat, inde sibi originem fuisse memorans. *Bern.*

§ 3 *Terræ motu*] Strab. I. et XVI. *Bong.*

Assyrium stagnum] 'Assyrium' pro, Syrium, dixit, quod sæpe Vett. consueverunt. Vid. autem, num Genesarum lacum velit, de quo Plin. V. 15. Nullus enim propior Tyro. *Glar.* Lacum intelligit *Γεννεσαρῖτιν*, de quo Strab. XVI. De Sidone et Tyro vid. eund. Strab. et Curt. *Bongars.* Add. Melam I. 12. Alterius Tyri, Phœnicum coloniæ,

quam præstringit fl. Tyras, meminit Marcellin. XXII. 18. Vid. Fabrum Semest. III. p. 8. *Bern.* 'Assyrium stagnum' in libris Sacris 'mare Galilææ' dicitur. Ita autem vocabatur, quod illa loca Assyrii tenuerant. *Fab.*

§ 4 *A piscium ubertate*] Sed D. Hieron. in Quæstion. s. Tradit. Heb. in Genesin tom. III. 206. d. 'De Chanaan primus natus est Sidon,' inquit, 'a quo urbs in Phœnice Sidon vocatur.' *Bern.*

Nam piscem Phœnices Sidon vocant] Philo Bybliensis: Χρόνοις δὲ ὕστερον πολλοῖς ἀπὸ τῆς Ὑψουραίου γενεᾶς γενέσθαι Ἀγρέα καὶ Ἁλιέα, τοὺς ἁλιείας καὶ ἀγρείας εὑρετὰς, ἐξ ὧν κληθῆναι ἀγρευτὰς καὶ ἁλιεῖς. Nam צִיד *piscator*. Ita credebant Phœnices. *Voss.*

§ 5 *Navibus appulsi, Tyron urbem*] F. *appulsis*. Liv. XXX. 19. 'Ibi eum [Magonem] legati ab Carthagine paucis ante diebus in sinum Gallicum appulsis navibus adjecerunt.' Suet. Oct. 98. 'Vectores nautæque de navi Alexandrina, quæ tantum quod appulerat,' &c. *Gronov.* Vulg. distinctio bona non videtur. Quid enim *navibus appulsi?* Non dicis: Ubi fuerint appulsi; quod tamen necesse est, ut integer sit sensus. Comma igitur post 'Tyron' collocand. Nempe 'Tyros' insulam hic notat, non urbem, quod non observarunt editores. Steph. Τύρος, νῆσος ἐν Φοινίκῃ, ἀπὸ Τύρου τοῦ Φοίνικος. Strab. XVI. Τύρος δ' ἐστὶν ὅλη νῆσος. *Schef.*

Ante annum Trojanæ cladis] Hinc factum est, quod ego in primis animadvertend. puto, ut, cum Homerus toties meminerit Sidoniorum, nullam tamen Tyriorum mentionem fecerit; neque enim illud nomen ap. Principem poëtarum memini legere. Quomodo enim in expositione rerum ad Trojam gestarum Tyrios commemorasset, qui aut nulli aut obscuri erant? Prudenter igitur ab Homero factum. Etsi scio errare hic Justinum, nam Tyrus haud dubio antiquior est, duabus aut tribus ferme generationibus. Sed illa tempestate nullum sibi apud Græcos nomen pepererat; nisi quod de Cadmo Tyrio, &c. Sed hæc recentiores scriptores. Uno verbo, illa tempora impeditissima sunt. *Faber.* Pro, anno ante Trojanam cladem. Estque talis loquendi forma qualis illa Joh. XII. 1. Πρὸ ἓξ ἡμερῶν τοῦ πάσχα: et illa versionis Amos I. 1. Πρὸ δύο ἐτῶν τοῦ σεισμοῦ. Oros. quoque sæpe ita loquitur. Ut I. 5. 'Ante annos urbis conditæ MCLX.' Et ipse Noster vocula *post* prorsus similiter utitur. Ut XXXVIII. 8. 1. 'Post annos tres et viginti sumpti regni.' Vid. et Notas ad XIV. 3. 8. *Vorst.*

§ 6 *Persarum bellis diu varieque fatigati*] Errorem hunc esse puto, eumque pudendum maxime. Unde enim Persæ illis temporibus, qui annis admodum 600. post Trojæ excidium principatum Asiæ, duce Cyro, invaserunt? Itaque duorum alterum verum est, aut turpiter lapsum esse Justinum, si ita scripsit; aut, si minus scripsit, veram scripturam esse *Assyriorum*, non *Persarum*. Fab.

A servis suis multitudine abundantibus] Flor. III. 12. 15. 'Quid bella servilia? unde nobis, nisi ex abundantia familiarum? Tac. IV. 27. 'Urbs trepidat ob multitudinem familiarum, quæ gliscebat immensum, minore indies plebe ingenua.' Junge Thucyd. IV. 16. 12. de Spartanorum Helotis: Liv. III. 16. 3. Sen. de Clem. I. 24. pr. *Bern.*

§ 7 *Atque ita potiti urbe, lares dominorum occupant, rempublicam invadunt, conjuges ducunt, &c.*] Hæc perturbata sunt, et confusa. Sic autem, meo judicio, disponenda: *Atque ita remp. invadunt, lares dom. occupant, conj. eorum ducunt, et, quod ipsi non erant, liberos creant.* Fab.

§ 8 *Qui miti ingenio senis domini, &c.*] Quædam edd. post τὸ 'ingenio' habent distinctionem, quæ omnino

delenda est. Sensus est: Qui misereretur domini sui ob clementiam ejus pristinam, et sub quo ei mitis ac liberalis fuerat servitus. *Gron.*

§ 9 *Cum velut occisos alienasset*] Notanda significatio est, pro, e conspectu removisset, celasset, &c. *Faber.* 'Alienasset,' h. e. occuluisset, ut exponunt. At vellem mihi locum alterius alicujus monstrari, ubi 'alienare' positum sit pro, occultare. Putabam scripsisse *ali curassent*, at hoc non videtur convenire præcedenti, 'velut occisos.' Deliberand. igitur est amplius, et videtur aliquid hic dici de loco, ubi eos servaverit. *Schef.*

Quasi acceptissimum Diis] Mss. *placitissimum*. Quod merito probat Gronov. Val. Fl. 'Placitosque Deis ne deserat actus.' *Græv.*

§ 11 *Id primum*] F. *Is. pr.* Gron.

§ 13 *Non servilis, &c.*] Plato VI. de Leg. sub finem ex Homero producit hos vv. qui nobis tamen Odyss. XVII. 322. paulo aliter leguntur: Ἥμισυ γάρ τε νόου ἀπαμείρεται εὐρύοπα Ζεὺς Ἀνδρῶν, οὓς ἂν δὴ κατὰ δούλιον ἦμαρ ἕλῃσι. 'Dimidio mentis deprivat Juppiter illos, Servilis quoscunque viros sors ceperit unquam.' Contra ea Dionys. Cato III. Distich. 11. 'Utile consilium,' &c. Et maxime Sen. Ep. 47. *Bern.*

§ 14 *Quantum ingenua servilibus ingenia præstarent*] Anglicanus Ms. *q. dominorum ingenia serv. pr.* Sed illud *dominorum* manifeste est ex glossa. *Schef.*

§ 17 *Metuendum exemplum, &c.*] Eod. usus argumento Marcellin. XVII. 28. 'Ad servos rebelles,' inquit, 'ocius signa transferri, utilitas publica flagitabat.' *Bern.*

§ 18 *Crucibus*] Quippe proprio servorum supplicio. Plaut. in Milite II. 4. 19. Tac. H. II. 72. 4. et IV. 11. 9. Vulcatius in Avidio Cassio 4. Capitolin. in Macrino 12. *Bern.*

§ 19 *Genus tantum Stratonis inviolatum servavit*] Diod. quarto Alexandri anno ait Stratonem ob Darii amicitiam principatu ejectum, et Ballonymum factum regem. Q. Curt. init. lib. IV. eand. narrat historiam, regem ex hortulano factum Abdalonimum nominat, atque etiam ita hic Auctor. Diod. tamen Tyriorum, non Sidoniorum; Curt. contra Sidoniorum, non Tyriorum. *Glar.*

CAP. IV. § 1 *Conditi*] I. e. instaurati, reformati. II. 15. 1. 'Urbem ex integro condere.' Sic et Græcum κτίζειν non tantum est, ab initio instituere aut exstruere, sed et, instaurare, reficere. *Vorst.*

Convaluere] Legend. f. *coaluere*. *Bongars.* Est qui mutat *coaluere*, minime ad Justini genium: cui *convalescere* significat, crescere, s. potentia augescere. Sic III. 4. 1. et XXXVI. 2. 18. Sen. Ep. 18. 4. Pauca sunt, quæ dicuntur: sed, si illa animus bene exceperit, convalescunt et exsurgunt.' *Bern.*

§ 2 *Uticam condidere*] Græcis Ἰτύκη. *Bongars.* Ead. Vell. I. 2. 9. et Mela I. 7. *Bern.*

§ 3 *Rex Tyro*] Malim *Tyri*. Didonis autem pater Agenor, fil. Beli. *Bongars.* Silius I. init. de Bello Punico, ubi de fano Didonis s. Elissæ: 'Stant marmore mœstæ Effigies, Belusque parens, omnisque nepotum A Belo series: stat gloria gentis Agenor: Et qui longa dedit terris cognomina Phœnix.' Lucem huic historiæ toti fœnerabuntur scitissimi illius Musarum Fabri Semestria III. 2. & 13. *Bernec.* In Ms. legebatur *rex multo Tyro*. Et Joannes Gerundensis Episcopus in Paralip. Hist. Hispanicæ citat *interim rex mulcto Tyro decedit*. Vix itaque crediderim sanum hunc esse locum. Puto scribend. *interim rex Mutgo Tyro decedit*. *Mutgo* appellatur hic pater Pygmalionis, quem alii 'Mutgonum' et 'Matgenum' vocant. Μέττην is est Theophilo lib. III. ad Autolycum. 'Methres' vero est Servio. Alii et 'Belum' vocant. Non recte. *Voss.* *Rex Mutgo* Joseph.

cont. Apion. I. p. 927. est Μύτγονος, et 'Mutines' Liv. XXVI. 21. *Gronov.* In Ms. est *rex mulcto Tyro decedit.* Ut fere ap. Gerundensem Episcopum legitur: *interim rex mulcto Tyro decedit* (quod ex Nostro sumptum est); unde suspicatur cl. Voss. pro *mulcto* scribend. *Mutgo*, qui Pygmalionis pater fuit, s. *Matgenos* ex Sanchuniathone. Sed in aliis regibus Tyriorum appellandis, obiter moneo, mihi suspecta est fides Philonis Biblii, qui Sanchuniathonem Græce vertit. Nam Agreus, Halieus, Pygmalion, nonne nomina sunt mere Græca? *Faber.* Bong. mallet *Tyri.* Sed quid opus? II. 13. 5. 'Pons quem ille Abydo fecerat.' Et XX. 3. 9. 'Corintho muntiata est victoria.' *Vorst.* Plane verum puto, quod censet Voss. excidisse hic nomen regis *Mutgo.* Schef. Hic fuit Mettinus, fil. Badezori. Vid. insigne fragmentum Menandri Ephesii de Regibus Tyriis, qui ab Hiramo usque ad Pygmalionem et Didonem ap. Joseph. II. cont. Appion. *Græv.*

Elissa filia] Dido Agenoris vel Beli filia fuisse dicitur Eustathio ad Dionys. Perieg. 197. Διδὼ ἡ τοῦ Πυγμαλίωνος ἀδελφὴ, Ἀγήνορος θυγάτηρ ἢ Βήλου βασιλέως Τυρίων, ἡ καὶ Ἔλισσα καλουμένη καὶ Ἄνα, Συγχαίῳ (leg. Συχαίῳ) γενομένη γυνὴ ἀνδρὶ Φοίνικι, Τύρον ᾤκει· τοῦτον δὴ τὸν ἄνδρα Πυγμαλίων σὺν αὐτῷ ἀποδημοῦντά που δολοφονεῖ ἕρωτι χρημάτων. Ὁ δὲ δι' ὀνείρων σημάνας τὸ πάθος τῇ γυναικὶ κελεύει φεύγειν· οὐκέτι γὰρ εἶναι πιστὰ τῷ Πυγμαλίωνι, ἐν δευτέρῳ χρημάτων τὰ φυσικὰ τιθεμένῳ θεσμά. Ἡ δὲ προσλαβομένη τινὰς τῶν Τυρίων, συναραμένη δὲ καὶ τὰ χρήματα, ἔρχεται ἐπὶ Λιβύην.

§ 5 *Acerbæ*] Qui vulgo et a Marone Sichæus dicitur. In ora Mss. aliquot adscriptum est: '*Hiarbæ* legendum:' falso Mauritanorum principem cum Didonis marito confundentes. Alii *Acervas* habent, *v* pro *b*. Servius in Virgil. notat Sicharbam eund. appellatum, et fragmentum de Didone, quod mihi ex veteri libro transcriptum communicavit popularis meus P. Daniel: in quo totus hic locus adducitur ex Trogo in Epitomis. *Bongars.* Add. Salmas. in Solin. 323. d. 1. *Bernec.* Leg. *Sicharbæ*, ex Servio et observatione Bongarsii. *Faber.* Suspicor ap. Just. fuisse *Aterbæ*, vel *Atherbæ*, quod aliis 'Atherba.' *Schef.*

Sacerdoti Herculis, qui honos secundus, &c.] Sic XVIII. 6. 12. 'Impuberes, quæ ætas etiam hostium misericordiam provocat, aris admovebant.' Multa hujusmodi et ap. alios sunt. Liv. XXIII. 11. 'Magistrum equitum, quæ consularis potestas sit.' Quem locum sic emendat, et plura id genus ad eum congerit Gronov. *Vorst.* Cic. IV. Verr. 61. 'Homo nobilis, qui sacerdos Jovis fuisset, qui honos apud Syracusanos est amplissimus, agit mecum,' &c.

§ 8 *Generum*] I. e. sororis maritum, ut ex Soph. Œd. T. et Probi Pausania notavit vir incomparab. Jac. Cujacius Obs. VI. 17. Quomodo et Ditmarus, et Witichindus Saxo lib. I. loquuti sunt. Sed et Cedrenus Jothor socerum Moysis vocat πενθερὸν ἢ γαμβρόν. Ut, quicunque uxorem alteri dat, aut filiam, aut sororem, ejus 'gener' dicatur. F. et, qui ducit, 'gener' dicitur, quo sensu ἐπιγαμβρεύειν legimus Matth. XXII. 24. *Bongars.* Zonaras in Stauracio generale vocabulum restringit, γαμβρὸς ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ. Ceterum istiusmodi nomina cognationum et affinitatum ab auctoribus non Jurisconsultis confundi sæpe corrumpique, demonstrat præter alios Alb. Gentilis lib. V. de Nuptiis p. 448. et seq. *Bernec.* Quia mortuo patre Mutgone illi quasi socer erat. Ita Homerus. *Fab.*

Sine, &c.] 'Absque p. r.' etiam dixit Saxo I. p. 19. init.

§ 10 *Cupidæ oblivionis*] Plerique Mss. habent *oblivionem* vel *oblivione.* An vera lect. *oblivionum?* num *cupidæ oblivionem* dixit, secutus in verbali constructionem verbi, quod nonnunquam faciunt etiam Latinissimi scriptores? *Schef.*

Renovaret] Junt. *renovet.* Ut respondeat, quod sequitur, τῷ 'occurrat.' *Græv.* Quia sequitur mox 'occurrat,' malim, ut Junt. habet, *renovet.* Vorst.

Oculis ejus, &c.] Cic. VI. Fam. 1. 'Oculi augent dolorem, nec avertere a miseriis cogitationem sinunt.' *Bern.*

§ 12 *Elissa ministros migrationis a rege missos navibus*] Nimirum templum Herculis, ad quod Acerbas sacerdos fuit, Palætyri et in continente fuit: ut, cum Elissa ad fratrem se migrare velle simularet, navem conscendere necesse habuerit. Vid. XI. 10. 11. et ad eum l. Notas. *Vor.*

Involucris involuta] Puto *involucris* esse glossam, et scriptum a Just. *segestribus*, aut *segestriis.* Faber. F. potest totum abesse. *Schef.*

§ 13 *Acerbam*] Gronov. IV. 10. Obs. ipsum Trogum *Adherban* dixisse conjicit: id enim nomen Punicum esse, Græca terminatione. *Vorst.*

Ciet] F. *ciens.* Bernec. Scrib. *ciens. Faber.* Bernecc. suspicatur *ciens;* quia præcedit 'defiens,' credo. Ego mallem *ciet et orat*, ut significentur duo, quod et compellarit eum nomine, et preces ad eum fuderit. *Schef.*

§ 15 *Sacris Herculis*] Institutis primum ab Iromo, Tyri rege, (qui in sacris Regum libris 'Chiram' vocatur,) sub id tempus, quo Salomon Hierosolymis imperabat. Joseph. Antiq. VIII. 2. Sed tamen sacra Herculis et manserunt Tyri: et inde postea translata sunt Gades. Strab. III. Just. XLIV. 5. 2. *Bernec.* Intellige, non sacrificia, quod ridiculum est, sed sacramenta, symbola, mysteria, &c. *Fab.*

CAP. V. § 2 *Sacerdos Jovis*] Sacerdotem Junonis ait fuisse Servius ad I. Æn. 447. id quod et ex ipso Virgilio colligitur. Unde puto ap. Nostrum quoque scribend. *Junonis* pro *Jovis*, vitiumque ortum ex compendiosa scriptione. *Schef.*

Deorum monitu] In impr. quodam legitur *Dei.* Et sane fuit Sacerdos unius Jovis, vel Junonis, ut ab ipsa unica monitus fuisse videatur. Quid ergo si Noster scripsit *Deæ commonitu?* Id.

Comitem se Elissæ sociumque fortunæ præbuit] Vett. edd. cum Junt. *fortunæ offert.* Quod et Britanni in duobus codd. repertum merito receperunt. Inferius iidem: 'Hortatique sunt, ut urbem ibi conderent.' *Græv.* In Junt. *sociumque fortunæ;* quod mihi valde placet. [Sc. *fortunæ* antea abfuerat.] *Faber.* Angli una voce auctius, *sociumque fortunæ præbuit.* Quam lect. puto genuinam. Certe cur synonymia uti h. l. et *comitem sociumque* scribere Justinus debuerit, ratio est nulla. At vero *socium fortunæ* elegantissime vocabat eum sacerdotem. Sic I. 5. habet 'socium cœptis.' *Schef.*

§ 4 *Mos erat Cypriis, virgines ante nuptias, &c.*] Lactant. Divin. Inst. I. 17. 'Venus auctor mulieribus in Cypro moris illius fuit, ne sola præter alias mulieres impudica et virorum appetens videretur.' Armeniis similem fere morem tribuit Strab. XI. f. et Lydis Herod. I. 93. item Ælian. IV. V. H. 1. Punicis Val. M. II. 6. 15. Phœnicibus D. Aug. Civ. IV. 10. Theodor. Hist. Eccl. I. 8. *Bernec.* Morem hunc in ipsa Africa eas ad posteros transmisisse apparet ex eo, quod Val. M. II. 6. 15. scribit, Siccæ in Africa fanum esse Veneris, in quod se matronæ contulerint, atque inde procedentes ad quæstum dotes corporis injuria contraxerint. *Vor.*

Statutis] F. *statis.* Gron.

Libamenta, &c.] Saxo III. p. 42. 18. 'Fœda superis libamenta persolvit.'

§ 6 *Ægre, &c.*] Id. VI. p. 99. 43. 'Perseverantissimis omnium precibus victus.'

§ 7 *Interpellasset*] Sic Auctor iterum XV. 3. 3. et XLIV. 4. 20. Eleganter Curt. VI. 6. 14. 'Ne in sedi-

tionem res verteretur, otium interpellandum erat bello.' Et IV. 6. 11. 'Saxa cotesque interpellant specum.' Capitolin. in M. Ant. Philos. 8. 'Interpellavit istam felicitatem securitatemque imperii Tiberis inundatio.' Vid. de hac voce Freinshemii Ind. et Burdelotium in Petron. p. 238. pr. *Bern.*

§ 8 *Mutuarumque rerum commercio*] Quod Spartanis quoque tribuit Auctor III. 2. 1. et Germanis Tac. 5. idemque cum Aristoteles Polit. I. 6. tum Plinius XXXIII. 1. pr. ut antiquissimum, et maxime conveniens naturæ, commendat. *Bernec.* Livio dicitur *mutuus usus:* XXXIV. 'Commercio Græcorum Hispani gaudebant. Hujus mutui usus desiderium, ut Hispana urbs Græcis pareret, fecit.' Et XXXVIII. 'Id oppidum multarum gentium fines contingit, quarum commercium in eum maxime locum mutui usus contraxere.' *Gron.*

§ 9 *Deinde empto loco*] Virgil. I. Æn. Strab. XVII. Appian. Λιβυκῇ, Eustath. in Dionys. et ceteri passim auctores de Carthagine multa: de qua silere rectius putat Sall. Ju. 19. 3. quam parum dicere. *Bongars.* Ms. Bong. habet *deincepto.* Unde colligo lect. veram esse *dein capto.* Posuit autem *capto* pro, accepto. Sane, ut hoc modo legamus, ratio requirit. Simulabat Elissa brevi se abituram cum suis. Quid igitur emeret sibi locum? Et docent manifesta verba petisse tantum 'ut suos posset reficere.' Hoc ergo fine dabant incolæ, ipsa capiebat locum. Equidem et Virgil. habet 'Merentique solum,' et Servius, 'Ut emeret tantum terræ.' Sed illi causam hanc non addunt, quam habet Noster. Consule et Appian. qui nonnihil facit ad nostram emendationem. *Schef.*

Qui corio bovis tegi posset, in quo fessos . . . . reficere posset] Posterius isthuc *posset* delerem, et pro *reficere* legerem *reficeret.* Faber. Faber *reficeret.* Nempe præcedit 'tegi posset,' ut hic *posset* ingrate repetatur. Occurrunt tamen similia etiam alios ap. scriptores, ut nihil temere videatur immutand. Vid. nostrum Ind. ad Hygin. *Schef.*

Tegi] Male utitur Auctor hoc verbo: rectius Appian. de B. Pun. p. 1. Ὅσον βύρσα ταύρου περιλάβῃ: et Liv. XXXIV. 61. 10. 'Quantum loci bovis tergo amplecti potuerunt.' Nec aliter Virgil. Æn. I. 372. 'Taurino quantum possent circumdare tergo.' Vid. Voss. de Idolol. I. p. 243. *Bernec.* Observat Servius, notanter scripsisse Virgilium non 'tegi,' sed 'circumdari,' quia sc. alterum manifeste falsum est. Nescio igitur, an hoc verbo uti Noster voluerit, et non potius scripserit *cingi.* Schef.

Byrsæ] Strab. XVII. p. 522. 45. 'Byrsam,' h. e. tergus, ait, arcem fuisse in media urbe Carthagine, loco edito, in cujus vertice templum Æsculapii fuerit, quod Asdrubalis uxor, urbe capta, secum concremarit. *Bern.*

§ 11 *Ex frequentia hominum velut instar civitatis effectum est*] *Velut* videtur otiosum esse, et ex marg. ubi explicationis causa scriptum fuerit, irrepsisse in textum. 'Instar civitatis' nihil aliud est quam, similitudo civitatis, aliquid quod civitati simile est. Quid ergo opus erat *velut* addi? *Vor.*

Carth. conditur] Conditæ a Didone Carthaginis memoriam propagarunt Tyrii in nummo Helagabali, qui Didonem stolatam, dextra scipionem, læva sceptrum, tenentem, stantem ante portam urbis, cui instaurandæ incumbit faber, et ante pedes Didonis figuram virilem ligone terram aperientem, et a tergo purpuræ Tyriæ concham, repræsentat. In superiore ambitu TYRIORVM et in imo ΔΕΙΔΩΝ. Eundemque typum adhibuerunt iid. in nummis Otaciliæ Severæ et Valeriani senioris cum hac inscriptione COL TYRO METRO, quorum postremum

ad Stratonis historiam, quam narrat Auctor sup. cap. 3. refert Tristanus tom. III. Comment. p. 8. sed eruditiss. istum virum in eo nummo considerando et describendo mire hallucinatum fuisse ostendit Vaillant. tom. II. Numism. ær. Imp. Rom. in Col. perc. p. 338.

Pro solo] Ita XIX. 1. 3. Antiquitatem observa moris illius pendendi vectigalis, quod 'solarium' Ulpianus, nostri Bodenzins appellant. Inf. XIX. 2. 4. 'Stipendium urbis cond.' dicitur Scip. Gentilis Orig. p. 344. m. Vinet. in Auson. p. 49. *Bern.*

§ 15 *In primis fundamentis*] Num legend. *imis f.?* Sed f. *prima fundamenta* sunt, summa, s. suprema pars fundamentorum: sicut 'prima platea' dicitur, ut sit sensus: Statim cum inciperent fundamenta effodere. Quomodo et de Capitolio Livius: 'Caput humanum integra facie aperientibus fundamenta templi dicitur apparuisse.' Pro 'aperientibus fundamenta' Noster *in primis fundamentis* dixisse videtur. *Schef.* Eustath. ad Dionys. Perieg. 197. Οἱ δὲ καὶ τοῦτο περὶ Καρχηδόνος φασὶν, ὡς ἄρα οἱ περὶ τὴν Ἔλισσαν, ἤγουν οἱ μετὰ τῆς Διδοῦς, ὀρύσσοντες εἰς πόλεως κτίσιν καὶ βοὸς εὑρόντες κεφαλὴν, ἀπέσχοντο τοῦ ὀρύσσειν, οἷα ὀπτευσάμενοι μόχθους καὶ δουλείαν συνεχῆ, ὃ καὶ οἱ βόες πάσχουσιν· ὀρύξαντες δὲ περί που φοίνικα πεφυτευμένον, εὗρον κεφαλὴν ἵππου, καὶ συμβαλόντες σημαίνεσθαι σχολὴν αὐτοῖς, καὶ παρ' ἄλλων δόσιν τροφῆς, καθὰ καὶ τοῖς ἵπποις, ἔκτισαν ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ τὴν Καρχηδόνα, καὶ ταῦτα (leg. κἂν ἐνταῦθα) πότιμον ὕδωρ μὴ ἔχοντι. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο καὶ Κακκάβη ἐκλήθη.

Servæ urbis] Liv. XXXIV. 81. 'Servæ et vectigales urbes:' et Ulpian. L. 20. § 1. D. de Adquir. rerum dom. 'Servus fundus.' *Gron.*

§ 16 *Equi caput*] Ideo Κακκάβη dicta, quod ipsorum lingua est *caput equinum;* Steph. *Bongars.* Add. Virgil. Æn. I. vs. 448. Ejusmodi auspicia priscis in condendis urbibus curiose observata, præter alia exemplo est Roma ap. Liv. I. 55. 7. *Bern.*

§ 17 *Ad opinionem novæ urbis*] XXIII. 2. 12. *Idem.*

CAP. VI. § 1 *Maxitanorum*] Vett. quidam *Muxitanorum;* vulgo *Mauritanorum:* eum Eustath. in Dionys. p. 30. a. regem facit Μαξίκων. Ap. Steph. de Urb. Μάξυες sunt οἱ Λιβύης νομάδες· εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάξυες, καὶ ἕτεροι Μάχμυες. Docto lectori judicium relinquo. *Bongars.* 'Mazyces' Lybicos populos habet etiam Marcellin. XXIX. 25. et 27. De his Auctori sermonem hic esse, sentit etiam in Exerc. Plin. p. 322. c. magnus ille Salmas. *Bern.*

Hiarbas] Melius sine aspiratione *Iarbas,* quomodo Græci et Virgil. *Idem.*

§ 2 *Cultiores victus eum, &c.*] Junt. etiam cum aliis edd. *cultiores mores victusque.* Deinde in iisd. est *ituram se, quo sua et urbis fata vocarent.* Quod male repudiarunt recentiores editores. Mox [n. 11.] Junt. *Cum inter cætera mala peste laborarent.* Græv. Aliæ edd. *cultiores mores victusque.* Faber. Antiquiores edd. interque ceteras Junt. una voce plenius, *cultiores mores victusque.* Vorst.

§ 4 *Pro salute patriæ*] 'Neque cives idonei aliquid habent antiquius salute communi:' Varr. Rer. Hum. XX. citante Nonio in v. *Antiquius.* Bernec. *Si pro salute patriæ,* h. e. quod recusarent. At vero tali modo particulam *si* usurpare Nostrum non opinor. Quare mallem *qui* pro ea substituere. *Schef.*

Ipsi facienda esse, si velit urbi consultum esse] Si me audies, illud prius *esse* delebis. *Fab.*

§ 5 *Quo suæ urbis*] Junt. teste Græv. elegantius *quo sua et urb.* Vorst.

§ 6 *Inferiasque, &c.*] Tabula marmorea Pisana: QVI PRIVATIM VELINT MANIBVS EIVS INFERIAS MITTERE.

Sumto gladio pyram ascendit] Ser-

vius non vulgo vulgatus, sed meus manu exaratus ad illud Virgilii Æn. I. 344. 'Imperium Dido Tyria regit urbe profecta:' 'Dido,' inquit, 'vero nomine Elissa antea dicta est: sed post interitum a Pœnis Dido appellata fuit, id est, virago, Punica lingua: quod, cum a suis civibus cogeretur cuidam de Afris regibus nubere; et prioris mariti amore teneretur; forti se animo et interfecerit, et in pyram injecerit, quam se ad expiandos prioris mariti manes extruxisse fingebat.' *Mod.*

§ 9 *Septuaginta duobus annis*] Hic plurimum variant auctores: quidam ante Trojam captam conditam volunt, inter quos Philistus ap. Euseb. et Appianus: quidam post captam Trojam, antequam Roma conderetur: neque hi in numero annorum consentiunt. Paterculus I. 6. 4. annos 65. ante Romam: Livii Epit. lib. LI. annos 700. stetisse Carthaginem refert: eversa autem est anno Urbis 607. Fuerat ergo ante urbem conditam annos 93. Solinus cap. 30. annos 737. vel ut in veteri cod. Vineti legitur 677. Eusebius venisse in potestatem Romanorum anno a conditione sui 673. (ita est in Ms.) vel ut alii affirmant 748. Prior numerus uno anno plus habet, quam Paterculi ratio. Cic. I. de Republica: 'Nec tantum Carthago habuisset opum sexcentos fere annos, sine consiliis et disciplina.' Sed hæc accuratius explicabunt Bochelli mei ad Euseb. Obss. Chronicæ. *Bongars.* Consulendus et Scaliger Animadv. Euseb. ad ann. 1167. et 1871. maxime vero Canonibus Isagogicis. Cum Auctore nostro congruit traditio Catonis ap. Serv. ad Virgil. Æn. I. 271. et IV. 459. Vid. Cluver. Sicil. p. 43. f. et 46. f. et 485. *Bern.*

§ 11 *Et scelere pro remedio*] In Mss. plusculis legitur *scelerum.* Sed *religio scelerum* commode non videtur dici. An scripsit *et scelere tum pro remedio?* Schef.

§ 12 *Homines ut victimas*] Vid. Curt. IV. 3. 38. *Bongars.* Et Sil. IV. 767. Quanquam, præter Carthaginienses, hoc immanitatis diræ sacrificium Dionys. I. 38. Gallos etiam aliasque gentes occidentales sua etiamdum ætate, sub Augusti principatu, tenuisse scribit, consentiente Cæs. B. G. VI. 16. et Plin. XXX. 1. fin. Sed et de majoribus nostris Tac. G. 9. Quo vero ritu Pœni liberos immolarint, refert Plut. in lib. de Superstitione 21. et Diod. XX. 14. Rationem habet Varro XVI. Divin. Rer. citante August. VII. 19. Civ. 'Ideo a quibusdam pueri Saturno soliti sunt immolari, sicut a Pœnis, et a quibusdam etiam majores, sicut a Gallis: quia omnium seminum optimum est genus humanum.' Ceterum humana sacrificia facunde exsecratur Lactantius I. 21. Add. Joan. Wierum de Præstig. Dæm. I. 7. et Freinshemii Florum III. 4. 2. d. *Bern.*

Impuberes aris admovebant] Morem hunc Pœni sine dubio Tyro et ex Phœnicia secum attulerunt. Certe Phœnices aliasque finitimas gentes ea in re ipsi quoque Israëlitæ æmulati fuerunt. *Vorst.*

Etiam hostium] Ita fere XXVI. 2. 5. *Bern.*

Pacem Deorum] Proprie verbum est Pontificale: Nonius propitiationem interpretatur. Ita Liv. VII. 2. 1. 'Pacis Deum exposcendæ causa, lectisternium fuit.' Plaut. Amphitr. v. 1. 75. 'Ut Jovis supremi, multis hostiis, pacem expetam.' Sil. XV. 439. 'Gramineas pacem Superum poscebat ad aras.' *Bern.*

CAP. VII. § 1 *Adversis*] Melius primæ edd. *aversis.* Virgil. 'Aversa Deæ mens.' Inde 'aversari facinus,' &c. *Fab.*

Diu feliciter] Duo Mss. et vulgati, et Oros. IV. 6. *infeliciter:* quod non probo: sequitur enim 'Siciliæ partem domuerant.' *Bongars.* Facit præcipue sequens num. 7. et 13. ubi de

præda victoriaque Siciliensi. *Bern.*

Gravi, &c.] Vincent. IV. 70. 'g. bello v. s.'

§ 2 *Maleum*] 'Mazenm' edidit in Orosio Fabricius, quomodo habet unus Ms. *Bongars.* In aliis codd. erat *Macheum.* Quod non potest esse nomen Punicum. F. verum est *Malchus* vel *Malcus.* Id etiam nominis est regi Nabathæorum ap. Hirt. de B. Alex. 'Malchum' vero *regem* significare etiam pueri norunt. *Voss.* Puto legend. esse *Malchum.* Id enim est nomen Phœnicium et Hebraicum, uti non solum ex Sacro Codice, sed et aliis constat. Nam Porphyrio Philosopho, qui Phœnix fuit, nomen fuit ut et patri ejus, Malcho. מלך *Melech* autem, unde 'Malchus,' Hebræis *regem* significat. *Græv.*

§ 3 *Quod precibus nequeant*] Ejusmodi preces armatas πειθανάγκην Cic. ad Att. IX. 16. eleganter appellat, h. e. interprete Platone Ep. 7. δεήσεις μεμιγμένας ἀνάγκαις: *preces cum necessitate ac vi conjunctas.* 'Preces erant, sed quibus contradici non posset,' inquit Tac. H. IV. 46. de militibus stipendia orantibus. 'Quod rogant, cogere possunt:' Liv. XXXII. 21. Huc pertinet vox illa centurionis in Senatu Romano, qui gladii capulum ostendens, 'Si vos non feceritis,' inquit, 'hic faciet.' Suet. Aug. 36. *Bern.*

§ 5 *Deos hominesque testari*] Junt. cum aliis *testati.* Inferius [n. 18.] iid. *Nec multo post affectati regni accusatus.* Græv.

Deos hominesque testati] Ita recte antiquiores typis expr. Quod in editione Bongarsii et Bernecc. est, *testari*, id adeo ineptum est, ut sphalma typographicum esse videatur. *Vorst.*

Hominesque testari] Non puto ineptum hoc esse, certe nil frequentius bonis scriptoribus, quam infinitivum ponere pro imperfecto. Et in Mss. pro eo legitur *testantur*, quod sine dubio ex glossa est. Junt. *testati* habet, quod amplectuntur alii. *Schef.*

Non se, &c.] Vincent. 'recup. p. venisse,' et pro 'non virt. sibi pr. b. . . . def.' habet 'non sibi virt. in pr. b. . . . def.' In §. 9. pro 'deinde' habet 'autem,' et pro 'sacerdotii' habet 'sacerdotis.'

§ 7 *A Tyro, quo decimas Herculis*] Carthaginienses, quod ex Tyro in coloniam essent deducti, decimam omnium, quæ in proventuum rationem cadebant, Herculi coloniæ suæ patrono Tyrum transmittere solitos scribit Diod. XX. 14. *Bern.*

Decimas Herculis] Lego *Herculi;* et magis Latinum est. *Fab.*

Prius, &c.] Saxo præf. p. 1. f. 'Privatis curis publicæ religionis officia anteponere.'

§ 9 *Petito commeatu*] H. e. abeundi licentia. Vulgo 'salvum conductum' appellant. *Bern.*

§ 14 *Statuam, &c.*] 'Exemplum' h. l. idem valet quod, pœna. Gell. VI. 14. 'Veteres quoque nostri 'exempla' pro maximis gravissimisque pœnis dicebant.' Cf. Avum IV. Obs. 11.

§ 15 *Altissimam crucem*] Ut solebat in noxio aliquo insigni. Sicut Pœni factitarunt in Regulo ap. Sil. 'Vidi cum robore pendens Italiam cruce sublimis spectaret ab alta.' Quo pertinuit irrisio Galbæ, qui cuidam 'imploranti leges, et civem Rom. se testificanti, quasi solatio et honore aliquo pœnam levaturus, multo præter ceteras altiorem statui crucem jussit.' Suet. Galb. 9. *Bern.*

§ 16 *Belli necessitatem excusat*] Bene Latine. Sic Liv. XXVI. 22. 4. 'Valetudinem oculorum excusavit,' h. e. in sui excusationem adduxit. 'Excusare magnitudinem negotiorum:' Tac. V. 1. 'Diversa excusare,' h. e. diversas recusati patrocinii causas prætendere: ib. III. 11. *Idem.* 'Belli necessitatem excusat,' i. e. eo se excusat quod bellum contra patriam gerere necesse habuerit. Liv. XXIII.

8. ‘Ipse valetudinem excusans.’ Suet. Aug. ult. ‘Excusata rei familiaris mediocritate.’ Curt. IV. 10. 8. ‘Excusare consternationem suam.’ Et III. 12. 17. ‘Excusare ignorationem suam nunquam visi regis.’ Inde et per nomen dicunt ‘excusatio honoris,’ ‘ætatis,’ ‘adolescentiæ,’ ‘oculorum.’ Cic. pro Cœl. ‘Defendere vitia alicujus excusatione adolescentiæ.’ *Vorst.*

Contentumque victoria sua, punitis auctoribus miserorum, &c.] Doctiss. Peyrared. ita legit et distinguit, *contentumque victoria sua, punitis auctoribus, misertum civium, &c.* Quam conj. veriss. esse puto. *Voss.* Antequam Vossii Editionem vidissem, hoc ad oram libelli mei adscripseram, *contentumque victoria, punitis auctoribus miseriarum civilium, injuriosi exilii omnibus se veniam dare dicit.* Hanc conj. Ciceronis auctoritate confirmare possem. *Faber.* Peyrared. *misertum civium.* Verum *auctoribus* omnino casum quendam secundum requirere videtur. Quid si legatur *auctoribus miseriæ civium?* Vel certe *miserorum civium* est pro eo quod tam miseri cives essent. *Vorst.* Sunt qui *misertum civium* vel *miseriæ civium* mallent. Mihi sic et corrigend. et distinguend. locus videtur: *auctoribus miseriarum, civium injuriosi exsilii.* Schef.

LIBER XIX.

CAP. I. § 1 *Mago Carthageniensium*] Is Mago se ipsum interfecerat ob rem male gestam contra Syracusanos: ob quam causam in crucem sublatum est corpus mortui a Carthaginiensibus. Plut. in Vita Timoleontis 33. *Bern.*

§ 2 *Per vestigia, &c.*] Saxo I. p. 6. m. ‘Cujus mirifica indoles ita paternas virtutes redoluit, ut prorsus per earum vestigia decurrere putaretur.’ XI. p. 177. f. ‘Per aviti negotii vestigia decurrit.’

Magnitudini patris successerunt] XXII. 1. 1. ‘Qui magnitudini prioris Dionysii successit.’ *Vor.*

§ 3 *Afros vectigal pro solo urbis multorum annorum*] XVIII. 5. 14. ‘Statuto annuo vectigali pro solo urbis.’ Et XIX. 2. 4. ‘Afri compulsi stipendium urbis conditæ Carthaginiensibus remittere.’ *Id.*

§ 7 *Dictaturæ*] Romano more loquitur, et vim potius ejus potestatis similitudinemque cum Romana, quam proprium vocabulum respicit. Indicem Freinshemii vid. ubi plures qui ita locuti. Simili ratione Curt. V. 2. 11. et Noster II. 11. 15. ‘prætorium’ nominant, et inf. XXXI. 2. 9. ‘consulem:’ et XXI. 5. 7. ‘ædiles.’ *Bern.*

Triumphi] Serv. ad illud Virgil. Æn. IV. 37. ‘Ductoresque alii, quos Africa terra triumphis Dives alit.’ ‘Quidam dicunt,’ inquit, ‘Afros nunquam triumphasse.’ Plinius autem secundo Hist. Nat. et Pompeius Trogus Afros dicunt pompam triumphi primos invenisse, quam sibi Romani postea vindicaverunt. Livius autem Andronicus refert, eos sæpius de Romanis triumphasse, suasque porticus Romanis spoliis adornasse.’ *Bern.*

§ 8 *Veluti cum duce, &c.*] Similis locus VI. 8. 1. *Idem.* Junt. melius *concidissent.* Græv.

§ 9 *Leonidam*] Diod. XIX. 80. Acrotatum Cleomenis regis filium appellat; et videtur ead. esse historia, nisi quod f. ex errato Justini temporum ratio minus congruit. *Freinsh.*

Concurrentibus] Censeo Just. scripsisse *ad Leonidam fratrem regis Spartanorum decurrentibus.* H. e. ejus opem implorantibus. Sicut enim ‘succurrere’ est, opem ferre; sic ‘decurrere,’ opem implorare, non infrequenter ap. Nostrum: XIV. 2. ‘Optimum visum est ad Alexandri Magni Argyraspidas, invictum exercitum, et tot victoriarum præfulgentem gloria decurrere.’ Quin et Cic. pro Quint. 15. ‘Ad hæc extrema et inimicissima jura tam cupide decurrebas:’ inf. XXVIII. 1. ‘Ad regem Macedoniæ Demetrium decurrit.’ *Gron.*

Varia victoria prœliatum fuit] Verbum deponens impersonaliter usurpatum. Ad quem modum Liv. ‘Tumultuatum est,’ ‘Vociferatum est.’ *Vor.*

§ 10 *Quo Pœni humanas hostias immolare, &c.*] Porphyrius de Abstinentia lib. II. dicit Iphicratem finem imposuisse τῇ ἀνθρωποθυσίᾳ. Καὶ οἱ ἐν Λιβύῃ Καρχηδόνιοι ἐποίουν τὴν θυσίαν, ἣν Ἰφικράτης ἔπαυσεν. Pindari Schol. in Pyth. Od. II. hoc Geloni tribuit. Τὸ γοῦν ἀνθρωποθυτεῖν φησὶν ὁ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ Τυρσηνῶν παύσασθαι αὐτοὺς, Γέλωνος προστάξαντος· ὅτε δὲ καὶ ἐκέλευσεν αὐτοὺς χρήματα εἰσφέρειν, Τίμαιος Διαγραφῆς τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἀναγέγραφε. Ita scribendus ille l. *Voss.* Sup. XVIII. 6. 12. ‘Homines ut victimas immolabant.’ Cui mori non modo Darius, sed et alii offensi; interque hos Iphicrates Atheniensis, et Gelo Siculus, ut ex lib. II. Porphyrii de Abstin. et Schol. Pindari notavit Voss. Tradit et Plut. in Apoph. inter conditiones pacis, quas Carthaginiensibus ad Himeram devictis Gelo tulerit, et hanc fuisse, ne liberos in posterum Saturno immolarent. *Vor.*

§ 11 *Mortuorumque corpora cremare potius, quam, &c.*] ‘Ipsum cremare non fuit apud Romanos veteris instituti: terra condebantur:’ Plin. VII. 54. et Judæorum morem notat Tac. H. V. 5. *Bongars.* Id vero mirum alicui videatur (quod et Barn. Briss. II. de Regno Pers. observat) Persarum Regem Carthaginiensibus humandi consuetudinem ut abominabilem interdixisse, quæ Persis tamen ipsis in usu fuerit, ut apparet ex Herod. III. 16. et Xen. VIII. Cyrip. sub finem. Ut proinde non ab re Joan. Kirchmann. I. de Fun. Rom. 2. suspicetur hunc Justini l. trajectione corruptum, et ita rescribend. esse: *mortuorum corp. terra potius obruere, quam cremare, a r. j.* Quæ transpositio cum veteri Persarum consuetudine ad amussim convenit: nec aliena est a ritu ipsorum Carthaginiensium, quibus τὴν νεκροκαυστίαν, s. cremationem cadaverum, etiam ante Darii istius ætatem in usu fuisse legimus. Et potuerunt illi jussu Persæ aliquantisper a crematione abstinuisse: ad quam tamen, ut fuit illorum ingenium, paulo post redierunt. Quamquam id quidem certum est, seculis posterioribus cremationem Persis etiam usitatam fuisse: quod cum ex Marcellin. XIX. 3. pr. tum Procopio I. de B. Persico p. 17. 12. est manifestum, ubi Sesosi præter cetera crimini datur, quod uxorem contra fas legesque Persarum humaverit potius, quam cremaverit. Contra Ctesias, 56. *Berneccer.* Leg. *mortuorumque corpora cremare* (subintellige, prohibebantur, quod proxime præcedit) *quæ potius terra obruere a rege jubebantur.* Et sic contrarius existit sensus. Persæ enim cremare cadavera vetabant Carthaginiensibus, quod ignem, quem pro Deo colebant, pollui summopere cadaveribus existimarent: pretiosissima vero quæque in ignem immittere non verebantur, additis hisce verbis sua lingua Κύριε πῦρ, ἔσθιε, ut refert Max. Tyr. *Gronov.* Kirchmann. legend. putat *mortuorumque c. t. p. ob. q. cremare:* quia ex Herod. constet Persas non cremasse, sed terra obruisse cadavera. At Freinshemio, ut ead. sententia obtineatur, postrema

illa verba, *a rege jubebantur*, ut ineptum glossema expungenda videntur, legendumque, *Pœni humanas hostias immolare, et canina vesci prohibebantur, mortuorumque corpora cremare potius, quam terra obruere.* Vid. notas ejus ad Curt. III. 12. 15. *Vorst.*

§ 13 *Cupide paruere*] De humanis tamen sacrificiis id negat Curt. IV. 3. 39. ubi ‘ sacrilegium hoc,’ inquit, ‘ verius quam sacrum Carthaginienses, a conditoribus [Tyriis] traditum, usque ad excidium urbis suæ fecisse dicuntur.’ Nisi f. idem, quod modo de crematione suspicabamur, hic dici possit, illud intermissum ad tempus, et in usum postea revocatum: quod ipsum etiam fere Tyriis accidisse Curt. ibid. affirmat. Tertullian. Apolog. 8. scribit, Carthaginienses principatu Tiberii fuisse prohibitos id facere, crucifixis etiam sacerdotibus: nihilominus tamen perseverasse in eo sacrificio, etiam sua ætate, sed occulte. Plut. Apoph. 20. Gelonem tradit Carthaginienses, ad Himeram devictos, coëgisse inter conditiones pacis hanc etiam adscribere: ‘ Ipsos in posterum liberos Saturno nunquam immolaturos.’ Ceterum in orbe Romano desitas *ἀνθρωποθυσίας* lege lata ab Imp. Hadriano, narrat Porphyrius lib. II. de Abstinentia ab Esu Animalium ex Pallante. *Berneccer.* Hoc, *cupide*, suspectum mihi est; pugnat certe cum eo, quod præcedit, ‘ ne per omnia contumaces viderentur:’ docet enim fuisse simulatum potius obsequium, quam verum. At in tali quæ cupido? An scripsit, *ut cupidi?* h. e. tanquam libenter hoc facerent. *Schef.*

Cap. II. § 1 *Hamilcar bello Siciliensi*] Sup. IV. 2. 7. Diod. XX. 30. *Bong.*

§ 2 *Hannibal, et Hasdrubal, et Sappho*] Miror quid venerit in mentem Auctori, quod ‘ Asdrubalem ’ Annibalis patrem facit: cum ‘ Amilcarem ’ omnis faciat historia. F. fuerit hic Annibal senior, Annibalis magni patruus: nam et tempus congruere videtur. *Berneccer.* Meminerunt huj. Annibalis Xen. I. H. Græc. et Diod. XIII. Mortuus est hic in Sicilia anno 1. Olymp. 93. Inter huj. obitum et alterius Annibalis nativitatem intersunt anni plus minus 160. Non potest itaque patruus fuisse magni illius Annibalis. *Sapphonem* alii auctores non norunt: et f. corruptum est nomen. In Ms. erat *Sappho.* An *Psapho?* Certe hoc est nomen Punicum. Vid. Apostolii Paræmias, et Arsenii Apophthegmata. *Voss.* Voss. putat legend. *Psapho.* Vere. *Faber.* Ms. et Junt. *Sapho.* Bene Voss. *Psapho.* Græv.

§ 3 *Ea tempestate gerebantur*] Mss. plures habent *regebantur.* Consentiunt et impr. quidam, nisi quod *regebatur* exhibeant. Nec f. aliter Justino fuit scriptum. Nam et alibi sic solet. Ut v. 10. ‘ Substitutis decem, qui remp. regerent.’ *Schef.*

§ 5 *Centum ex numero senatorum judices deliguntur*] Vides hic, quando judices sint instituti, et quæ fuerint eorum partes. Illorum potentia postea valde crevit, ut ap. Romanos Gracchanis temporibus. Nunquam tamen penes illos fuit summa imperii, ut penes judices Hebræorum; ut putavit vir magnus, Samuel Bochart. in Geogr. Sacræ tom. II. Sed semper penes Suffetes et Senatum; quamvis Suffetes significet *judices.* Ap. Carthaginienses tamen sic proprie dicebantur summi magistratus, qui Romæ consules erant; ii cum senatu regebant remp. Ab his distinctus erat judicum ordo hic institutus: licet Suffetes etiam dicerentur, ut ex Liv. constat. Sed non præerat reipublicæ, non minus sane quam Romæ equester ordo, cum in eum translata esset judicandi potestas, quamvis et ii ‘ fata fortunasque principum haberent in manu,’ ut Flor. loquitur III. 17. Quin et illos cap. 12. lib. ejusd. ‘ regnasse ’ dixit, ut Liv. XXXIII. ‘ Judicum Carthaginiensium ordinem dominatum esse,’ h. e. magna fuisse potentia, qua immoderate sint usi. *Græv.*

§ 6 *Imperia cogitarent*] G. Major in ed. veteri, probante in Variis Lectt. Bongarsio, mallet *agitarent:* quomodo Noster I. 5. 5. dixit ‘ agitare regnum,’ h. e. regnare: et Sen. Ep. 120. ‘ agitare publicum,’ h. e. vectigal exercere, publicanum esse. Mihi non displicet *cogitarent*, eo sensu quo Tac. XII. 11. 2. ‘ Non dominationem et servos, sed rectorem et cives cogitaret.’ Noster iterum XLII. 4. 4. ‘ Plus hostem quam fratrem cogitans.’ *Berneccer.* Rectius videtur *agitarent.* Nam in præc. quoque num. 5. ‘ Omniaque ipsi agerent,’ &c. *Idem.* Aliæ Editt. *agitarent.* Melius. *Faber.* Ait Bong. quosdam emendare, *imperia agitarent;* idque non male ab illis fieri judicat. Et probat quoque Bernecc. in Notis posterioribus. Esset ergo id simile ei quod I. 5. 5. legitur ‘ agitato regno.’ *Vor.*

§ 7 *Imilco*] Diodoro XIV. 51. *Ἰμίλκων.* Is totam ferme Siciliam, exceptis Syracusis, occupaverat. *Bong.*

Pestilentis sideris vi] Pestem eam describit Diod. XIV. 71. et 72. *Bern.*

§ 8. 9. 10.] Similem publici luctus hypotyposin vid. V. 7. 4. &c. *Id.*

§ 9 *Omnia, &c.*] Oros. ‘ Cuncta privata publicaque officia damnata:’ nec aliter Frec. IV. 2. ap. quem ex Oros. et Ms. Leid. *cuncta* pro *cunctæ* reponend. Vincent. ‘ Cuncta publica privataque officia damnata sunt.’ Iid. in § 10. pro ‘ e navibus ’ habent ‘ de n.’

§ 10 *Portum*] Editi plerique *portam*, quod mendosum esse tota narrationis series arguit. *Bern.*

§ 11 *Ut vero dubia*] Simillima Tac. IV. 63. 3. Liv. XXII. 54. 8. *Id.*

Cap. III. § 1 *Sordida servilique tunica discinctus*] Vocabulum *discinctus* commate separari debet a præcedd. nec enim cohærent *discinctus tunica*, sed *discinctus procedit*, quod de eo dicitur, qui cinctus non est, quod in luctu ingenti, per neglectum omnis ornatus, fieri solebat. *Schef.*

Ad cujus, &c.] Frec. ‘ Plangentia junguntur agm.’ Verum ‘ Plangentium j. a.’ rectius legitur ap. Oros. et Vincent.

§ 4 *Deferre*] Rectius f. *ref.* Bern.

§ 6 *Quam possessione vacua, &c.*] Scrib. *vacuam f. d. m. sicuti caducam occuparint:* et paulo post *pertineat* pro *pertinet.* Gron.

§ 10 *Relictos*] Mss. quidam habent *legatos.* An lect. vera fuit *relegatos?* Sic *relictos* glossatoris foret. Nec mihi displicet. *Schef.*

Proderet] H. e. desereret, destitueret. Sic XXII. 8. 14. ‘ Pater filiorum proditor.’ Martial. IX. 73. ‘ Proditor Helles,’ emendante Grutero, cum legatur vulgo *Portitor.* Liv. XXVI. 36. 9. ‘ Publica prodendo, tua nequicquam serves.’ Hoc sensu Virgil. Æn. X. 593. Græci quoque ita *προδιδόναι:* ut Herodian. VI. p. 138. *Τὰ ὑπὸ ταῖς ἀνατολαῖς δι' ἀμέλειαν προδεδωκώς.* Quod Politianus, ut solet, optime vertit: ‘ Qui res in oriente per negligentiam prodidit.’ Ubi *perdidit* rescribend. male censent emendatores, qui et eruditissimi Xylandri versionem in Dione XXXVIII. non bene castigant: ‘ Præstiterit nunquam suscipere bellum, quam susceptum prodere,’ substituuntque *deserere.* Nobis proprie hoc dicitur verwahrloſen, verliederlichen. *Berneccer.* ‘ Prodere ’ hic est, deserere, periculo exponere, perdere. Ut in illo Terentii Heaut. III. 1. 69. ‘ Prius te prodituram tuam vitam et potius pecuniam omnem.’ Et in illo ejusd. Adelph. IV. 5. 58. ‘ Prodidisti et te, et illam miseram, et gnatum, quod quidem in te fuit.’ Cæsar quoque sic usurpat B. Civ. I. 30. quod scribit, ‘ Queritur in concione sese projectum ac proditum a Pompeio,’ &c. *Vor.*

§ 11 *Prosecutam, &c.*] Oros. ‘ Cunctos, qui lacrymantes prosequebantur,

ultimo dimisit alloquio.' Novissima ed. *dimisit*, male.

§ 12 *Obseratisque, &c.*] Oros. Frec. atque Vincent. 'Ac deinde (*demum* Vinc.) obseratis januis, exclusisque etiam filiis, gladio dolorem vitamque finivit.'

Mortem sibi conscivit] Ἑαυτοῦ καταγνοὺς θάνατον, ἀπεκαρτέρησε, Diod. XIV. 77. *Bong.*

LIBER XX.

CAP. I. § 1 *Dionysius*] Quo pacto hic Sicilia devicta Italiam aggressus sit, leg. Diod. XIV. *Bong.*

Grave otium] XXXV. 1. 1. Vell. II. 78. 4. 'Cæsar, ne res disciplinæ inimicissima otium corrumperet militem, crebris expeditionibus, patientia periculorum, bellique experientia durabat exercitum.' Sen. Ep. 56. 'Magni imperatores, cum male parere militem vident, aliquo labore compescunt, et expeditionibus detinent. Nunquam vacat lascivire districtis: nihilque tam certum est, quam otii vitia negotio discuti.' Add. Curt. VI. 6. 14. et VIII. 9. 1. Victor de Cæsar. 36. 'Otium militum suspectum Reip.' *Bern.*

§ 2 *Acuerentur*] Utitur eo simili Florus II. 3. 3. 'Nec aliter utraque gente, quasi cote quadam, Populus Rom. ferrum suæ virtutis acuebat.' *Sebis.*

§ 3. 4. 5.] Hi dicti non Itali, quomodo prisci et germani Italiæ populi: sed Italiotæ, quod essent e Græcia in Italiam adventitii: sicuti Siciliotas et Phthiotas a Siculis et Phthiis discriminamus. Hinc appellatum Philosophiæ quoddam genus Italicum, quod auctore Pythagora Samio a Græcis in Italia coli cœpisset. Horum item erant 'Italicæ mensæ' luxu infames, de quibus Plat. Ep. 7. et ex eo Cic. Tusc. v. 35. *Bern.*

§ 6 *Vestigia Græci moris*] Vid. Gruteri Diss. 45. ad Tac. *Id.*

§ 7 *Tuscorum populi*] Tyrrheni, a Tyrrheno Atys fil. Herculis nepote. Strabo v. ceteri. Sen. ad Albinam 6. 'Tuscos Asia sibi vendicat.' Cf. hunc l. cum Solini cap. 8. Vid. et Virgil. I. VII. et XI. Æn. et Tac. IV. 65. *Bong.*

A Lydia] Sic et Vell. I. 1. 9. et 10. Appian. Punic. p. 35. e. et alii. Dionys. tamen I. 26. Tuscos non advenam, sed indigenam gentem, nec vanis argumentis, facit. *Bern.*

§ 8 *Venetos*] Hos a devictis Trojanis ortos (et quæ non gens originem inde mentitur?) auctores plerique cum Nostro tradunt: ut Cato ap. Plin. III. 19. Livius I. 1. 2. et 3. Virgil. Æn. I. 246. Sil. VIII. 604. &c. Strab. tamen IV. p. 134. f. eosd. ab Enetis, Galliæ populis, Oceano accolis, descendisse verisimilius putat. Ab Enetis porro dicti Veneti, sicut ab οἶνος 'vinum,' et similia. Add. Dionys. I. 20. *Id.*

§ 9 *Adria*] Quæ Ptolemæo et emendatioribus Plinii codd. Hermol. Barbaro in Castig. teste, 'Atria.' Αἰθρίαν quoque dictam et a Diomede fuisse conditam, notat Stephanus: Romanorum coloniam facit Liv. Epit. XI. *Id.*

Adriatico mari nomen dedit] Id. affirmant Polyb. II. 14. Liv. V. 33. 8. Strab. V. p. 148. Plin. III. 16. Eustath. in Dionys. p. 19. pr. quorum cont. consensum nihil valet unus Aurel. Victor in Æl. Adriano, hunc hono-

rem 'Adriæ Marucinorum agri Piceni oppido,' quod a nostro diversum est, tribuens. *Id.*

§ 10 *Et Arpos*] Prius Argiripa dicta. Virgil. XI. Æn. 264. quo l. leg. Serv. *Bongars.* Add. Appian. in Annibalic. p. 331. c. Plin. III. H. N. 11. Steph. in Ἀργυρίππα, et Schol. Lycophronis. De hoc oppido accipiendus Horatius I. S. 5. 86. *Berneccer.* Ex antiquioribus typis expr. adjeci *et*, quæ abesse posse non videtur, postquam præcessit 'Adria quoque.' *Vor.*

§ 11 *Græcos auctores*] Pisam, s. Pissam, s. Pisas (nam varie scribunt auctores) a Pisis, Elidis in Peloponneso urbe, deducit Strabo v. p. 154. 12. Plin. III. 5. Itinerarium Rutilii I. 573. 'Elide deductas suscepit Etruria Pisas.' *Bern.*

Et in Thuscis Tarquini a Thessalis et Spinambris] Spinæ potentis quondam urbis meminit Strab. v. prope Ravennam, et Plin. III. 16. Strabo Ravennam a Thessalis conditam eod. l. scribit; unde h. l. legend. puto *et in Thuscis Tarquinii a Thessalis, et Spina, et Ravenna.* Nam *Spinambris* inauditum verbum est ap. geographos. *Glarean.*

Tarquinii a Thessalis, et Spinambris] Probatur mihi Glareani conjectura, ut legamus *Tarquinii a Thessalis, et Spina, et Ravenna.* Ravennam enim a Thessalis conditam docet Strabo. Malim tamen *et Spina urbs*, quod a veteri lect. propius abest. Spina autem πάλαι Ἑλληνὶς πόλις ἔνδοξος: Strab. v. *Bongars.* Mss. habent *Inspinambris.* Leg. *Spina in Umbris.* Plurimi enim Veterum confundunt Umbrorum et Tusciæ terminos. *Voss.* Recepi insignem emendationem Vossii. Paulo ante ex Junt. *et Arpos.* Mox iid. *Cære* scribunt, et *Phalisci.* Græv. Illust. Vossii conj. in textum recepi; tam enim illa et certa est et docta, quam vulg. lectio, *Spinambris*, antehac ridicula fuit. *Faber.*

Spinambris] Nulla est civitas Græca sic vocata, a qua Italiæ urbs quædam originem ducere potuerit. Conjecerunt igitur viri docti aliter legend. esse. Et novissime quidem felicissimeque Voss. conjecisse videtur, quod legend. sit, *Spina in Umbris.* Et juvit conj. eam, quod cod. quidam Ms. habet *Inspinambris.* Fuit sane Italiæ urbs Spina nomine: eamque Græcam fuisse et Strabo prodidit. Porro ut dicitur *Spina in Umbris*, sic præcessit 'Pisæ in Liguribus,' et 'in Tuscis Tarquinii:' ut hoc item conjecturam Vossii juvet. *Vor.*

Perusini quoque originem ab Achæis, &c.] Appian. autem v. B. Civ. Perusiam a Tyrrhenis in Italia conditam, et ob id Junonem Tyrrhenorum more in ea urbe coli solitam tradit. Add. quæ Serv. adnotavit ad Virgil. X. Æn. 198. *Bern.*

§ 12 *Ceren*] *Cæren* alii scribunt: quam a Pelasgis conditam refert Strab. De urbium conditoribus, auctorum dissensiones hic notare non est mei propositi: et tanta est inter eos varietas, ut ne urbis quidem Romæ origo constet. *Bongars.* Bechar. et aliæ antiquiores edd. *Cære.* Et est sane *Cære* indeclinabile quoque. Liv. V. 'Cære pervexit.' Ceterum dicitur quoque *Cæres, itis*, et *Cæres, ĕtis.* Vid. quoque Notas nostras in Val. M. I. 1. 10. *Vor.*

§ 13 *Falisci, Nolani*] Serv. ad Virgil. Æn. VII. 695. *Berneccer.* Inter hos nonnulli Mss. inserunt *Iapygios.* Et sunt Iapygii Magnæ Græciæ populus, Messapii alias vocati, quod ex Polyb. III. apparet, ut f. omitti non debuerint. *Schef.*

Nolani] Solinus cap. 2. Nolam a Tyriis, s. potius, emendante Salmasio, Thuriis, qui mox Thurini Nostro sunt, conditam scribit: Vell. I. 7. 5. a Tuscis. Cum Auctore nostro consentit Silius XII. 16. 'Hinc ad Chalcidicam transfert citus agmina Nolam.' *Bern.*

Abellani] De Abella, quæ et Avel-

la (unde 'nuces Avellanas' deducit Macrob. Sat. I. 14.) vid. Serv. ad Virgil. Æn. VII. 740. Coloniam posterioribus temporibus factam, auctor est Frontin. *Id.*

§ 15 *Tarentini*] Memorabilem historiam conditæ urbis Tarenti vid. ap. Strab. VI. Paus. in Phocicis, Statium ad Virgil. Æn. III. 551. aliosque. *Id.*

Spurios] De quibus ad III. 4. 7. *Idem.* Lacedæmone profectos, qui Tarentum condidere III. 4. 7. Parthenias, ἀπὸ τῆς παρθένου sc. vocatos fuisse scribit. Quæ tamen appellatio ad id. illud pertinet, ut eos 'spurios' fuisse intelligeretur. Additur enim Parthenias vocatos esse 'ob notam materni pudoris.' *Vor.*

§ 16 *Thurinorum urbem*] Quæ antea Sybaris; inde Thurium, et Thurii, et Thuriæ: denique Copiæ dicta. Liv. XXV. 15. 12. 'Thurini Tarentinis Metapontinisque, indidem ex Achaia oriundi, etiam cognatione juncti erant.' *Bern.*

Herculis sagittæ] Aristot. περὶ Θαυμασίων Ἀκουσμάτων. *Bong.*

CAP. II. § 1 *Metapontini*] Metapontum Steph. aliique Metabum nominant. Strab. VI. conditum tradit a Pyliis, qui cum Nestore ab Ilio navigarunt. *Bern.*

Epeus] Virgil. Æn. II. 264. 'Et ipse doli fabricator Epeus.' Huj. instrumenta in templo Minervæ consecrata memorat et Aristot. in Admirandis 94. *Id.*

§ 2 *Major Græcia*] Vid. Festum in *Major Græcia*, et quæ ad eum Jos. Scaliger, et Strabonem VI. Seneca ad Helv. 6. 'Totum Italiæ latus, quod Infero mari alluitur, Major Græcia fuit.' *Bongars.* Ad huj. Græciæ differentiam nominat Liv. VII. 26. 19. 'Græciam ulteriorem,' h. e. vere Græciam; ut hæc sit Citerior. Quæ nobilis Italiæ portio, una cum Bruttiis, hodie Calabriæ nomine censetur. Vid. etiam Rittershusii not. ad Malchum p. 134. *Bern.*

§ 3 *Principio originum*] Hoc *originum* suspectum mihi est, neque enim sensus ejus aliquis sat idoneus. Deliberent, qui rectius judicio valent. *Schef.*

§ 4 *Cum primum*] Gronov. Obs. I. 7. legit *Cum primam.* Græv.

Sirim] Siris Italiæ civitas πλησίον τοῦ Μεταποντίου: Steph. Deinde Heraclea dicta: Plin. III. N. H. 11. Σειρῖτιν vocat Strab. VI. *Bong.*

Minervæ simulacrum] Palladium, ad imitationem illius Trojani factum, quod erat argumento Sirin profugorum Trojanorum esse coloniam. *Bern.*

§ 7 *Deæ pacem*] Liv. XXX. 13. 3. 'Ab Diis pars utraque, hostiis mactandis, pacem petiit,' ut mala sc. averterent et parcerent. Nam hoc ipso verbo utebantur precantes. Plaut. Merc. IV. 1. 12. 'Apollo, quæso te, ut des pacem propitius,' &c. 'Meoque ut parcas gnato: parce propitius.' Add. sup. XVIII. 6. 12. *Idem.*

Panificiis] Plin. Præf. ad Vesp. 'Et Diis lacte rustici multæque gentes supplicant: et mola tantum salsa litant, qui non habent thura: nec ulli fuit vitio Deos colere, quoquo modo posset.' *Id.*

§ 12 *Longinqua militia gravati*] Leg. *longinquam militiam gravati.* Vid. Diatrib. Stat. 24. *Gronov.* Gronov. *longinquam militiam gravati.* Optime: differunt enim inter se 'gravari militia,' et 'gravari militiam.' Gravantur militia, quibus militiæ onus, labores, et pericula gravia sunt et molesta. Militiam illi gravantur, qui illam refugiunt. *Faber.* Gronov. legi mallet *longinquam militiam.* Et sane *gravari*, cum significat, grave ducere et recusare, casum quartum adsciscit. Horat. IV. Od. 11. 'Pegasus terrenum equitem gravatus.' Lucan. VII. 284. 'Romanos odere omnes, dominosque gravantur.' Sen. I. 12. de

Clem. 'At illum acerbum et sanguinarium necesse est graventur stipatores sui.' *Vor.*

§ 14 *Advecturi*] Mss. mei Fuld. *avecturi:* ut lubet sane. *Modius.* Utrumlibet certo respectu bene: sicut XVIII. 1. 3. *adductis*, vel *abductis.* Bernecc. Omnino recipiend. *avecturi.* Paulo ante scrib. cum Gronov. *longinquam militiam gravati.* Nolebant suscipere expeditionem in tam longe a patria remotam gentem. Aliud est 'gravari militia,' aliud 'gravari militiam.' 'Gravatur militia,' cui militia gravis est, qui molestias ex ea capit; 'gravatur militiam,' qui eam recusat, non vult subire. Horat. IV. Od. 11. 'Pegasus terrenum equitem gravatus;' non est, ut exponit vir doctiss. et disertissimus: Cui grave molestumque erat ferre; tunc enim dicend. fuisset 'terreno equite gravatus:' sed: Nolebat pati, suscipere ferendum, equitem terrenum. *Græv.* Emendaveram, *avecturi;* quod Bernecc. in Mss. Modii reperiri affirmat. *Faber.* Commodius videtur, *avecturi.* Vor.

Faustis profecti ominibus] Omen illud quod Locrenses acceperunt, cum auxilium a Castore et Polluce eos petere juberent Spartani, mirum quod non et Val. M. inter cetera recensuit. Sane perquam simile illud est quibusd. eorum, quæ ipse I. 5. commemorat. *Vor.*

CAP. III. § 4 *Cum in aciem processissent*] Ad Sagram fl. Strab. VI. Cic. de N. D. I. 2. et III. 5. Plut. in Æmil. 41. Locrensium cum Rheginis fuisse 10. M., Crotoniensium 130. M. Strabo refert; et ortum inde proverbium πρὸς τοὺς ἀπιστοῦντας: Ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρα: cujus meminit et Cic. de N. D. III. 5. *Bongars.* Meminit etiam Eustath. in Bœotiam Homeri p. 210. 28. *Bern.*

§ 5 *Tantusque ardor, &c.*] Vell. II. 5. 2. Q. Metellus, cum in hostem suos ire periculoso loco juberet, 'facientibus omnibus in procinctu testamenta, velut ad certam mortem eundum foret, non deterritus proposito, quem moriturum miserat, militem victorem recepit: tantum effecit mistus timori pudor, spesque desperatione quæsita.' Vid. Veget. de Re Mil. III. 21. et IV. 25. Virg. Æn. II. 354. 'Una salus victis, nullam sperare salutem.' *Berneccer.* Saxo XVI. p. 374. 34. 'Quos [milites] tantus pugnandi ardor ceperat.'

§ 6 *Sed, &c.*] Hunc l. imitatur Saresb. VI. Policr. p. 363. 'Sæpe alii, dum honeste viriliterque mori cupiunt, feliciter vincunt:' ubi 'cupiunt' est ex interpretatione τοῦ 'quærunt.' *Quærere* etiam pro, cupere, conari, usurpavit Auctor II. 11. 3. 'Dum ulcisci suos quærunt.' Val. Fl. VI. 450. 'Juno duci sociam conjungere quærit Achivo.' Saxo XIV. p. 268. 46. 'Dum patriæ rebus consulere quærit.' D. Joann. Evang. VII. 1. Ὅτι ἐζήτουν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι ἀποκτεῖναι. 19. Τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι; 20. Τίς σε ζητεῖ ἀποκτεῖναι; 30. et X. 39. Ἐζήτουν οὖν αὐτὸν πιάσαι. Add. VIII. 37. et 40. D. Lucas Act. Ap. XIII. 8. Ζητῶν διαστρέψαι τὸν ἀνθύπατον ἀπὸ τῆς πίστεως. Quibus locis Latinus Interpres verbum 'quærere' quoque adhibuit.

§ 8 *Duo juvenes*] Similia Flor. I. 11. 5. et Frontin. I. 11. 8. *Bern.*

Apparuerunt] Vincent. 'compar.'

§ 9 *Incred. &c.*] Saxo XVI. p. 379. 16. 'Incredibili f. velocitate.'

Famæ velocitas] Add. II. 14. 9. item Plin. H. N. VII. 22. Flor. III. 3. fin. *Bern.*

Corintho] Scrib. *Corinthi.* Gron.

Nuntiata est victoria] Ludis Olympiæ auditam scribit Cic. de N. D. I. 2. et ceteri. Strab. pro fabula id habet. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Crotoniensibus nulla virtutis*] De eorum pristina virtute præter Strab. leg. Cic. Rhet. II. 1. De luxuria autem et vitæ genere

post attritas bellis frequentibus vires, vid. Petron. in Satyrico, ap. quem pro *scenas*, ne idem bis dicat, legend. arbitror *cœnas*. 'Quisquis suos hæredes habet,' inquit, 'nec ad cœnas, nec ad spectacula admittitur.' *Bongars.* Dubitanti de hac emendatione Petroniana Freinsh. noster ostendit locum Livii, scenam a spectaculo distinguentis, VII. 2. 2. 'Ludi quoque scenici, nova res bellicoso populo (nam circi modo spectaculum fuerat), instituti dicuntur.' *Bern.*

§ 2 *Oderant, &c.*] Saresb. 'Fortunæ siquidem indignantes oderant arma, quæ adversus Locrenses infeliciter sumserant.'

Pythagoras] Vid. Laërtium in ejus Vit. Cic. Tusc. v. 4. *Bongars.* Add. Cic. de Oratore III. 34. Liv. I. 18. Jamblichum, Apul. pr. Florid. *Bern.*

§ 3 *Demarato*] Certe non magis Pythagoras Demarati filius, quam Tarquinius Mnesarchi. F. scripsit Just. *Marmaco* pro *Demarato*. Marmacum namque aliqui dixerunt appellatum fuisse Pythagoræ patrem. Diog. Laërt. Πυθαγόραν ἔνιοι μέν φασιν υἱὸν εἶναι Μαρμάκου τοῦ Ἱππάσου, τοῦ Εὐθύφρονος, τοῦ Κλεωνύμου, φυγάδος ἐκ Φλιοῦντος. *Voss.* Atqui Mnesarchus dicebatur, non Demaratus. Quare ill. Vossii conj. mihi vehementer probatur; nam, Diogene Laërt. teste, fuere qui Pythagoræ patrem Marmacum vocarunt. Quin et scio me legisse in Veterum scriptis eod. nomine Pythagoræ filium appellatum fuisse. At ap. Græcos avi nomen nepoti fere plerumque imponebatur. Quæ utraque res conj. Vossii omnino confirmat. *Fab.*

Magnisque sapientiæ incrementis ornatus] Quid est *sapientiæ incrementis ornari?* Abhorrent ab hoc loquendi genere Latinæ aures. Leg. ex Mss. cum Gronov. *magnis sap. inc. formatus*, h. e. cum sic esset institutus et formatus a magistris, ut magnos in sapientiæ studiis fecisset progressus; XVIII. 3. 'Ab eo formatus, cum medio noctis omnes in unum campum processissent.' VIII. 2. 'Ingenia omni doctrina exculta, pulcherrimis legibus institutisque formata.' Ov. III. M. 'Talibus ignaram Juno Cadmeïda dictis Formarat.' Horat. 'Teneræ Mentes Formandæ studiis.' *Græv.* In Ms. Bong. legebatur *magnisque s. i. formatus;* atque ita scribi curavi. Nam vulg. lect. *ornatus* vitiosa est et inepta. In quibusd. Impr. legitur *firmatus*, non longe a Msti auctoritate. *Faber.* Codd. quidam Mss. teste Bong. pro *ornatus* habent *formatus*. Estque ita et in antiquioribus typis expr. Bechar. et Maj. Amplector ergo illud cum Gronovio; præsertim cum et XVIII. 3. 10. eand. vocem ead. fere significatione usurpatam videam. *Vorst.* Bong. Mss. et Junt. probantibus doctis *s. i. formatus*. Schef.

Ad perdiscendos] Φιλομαθίας χάριν tyrannidem fugiens. Strab. XIV. *Bong.*

§ 4 *Cretam*] Quam priscis temporibus legibus optimis fuisse compositam, ideoque ad sui imitationem traxisse Græcorum præstantissimos, ait Strab. X. p. 328. 50. Add. Tac. III. 26. 5. *Bern.*

§ 5 *Crotonam*] Elegantius esset *Crotona;* quanquam alibi 'Salaminam' pro, Salamina. *Fab.*

§ 7 *Tantumque studium ad frugalitatem multitudinis concitavit*] Transposita esse verba puto. Sic legerem: *tantumque st. mult. ad f.* c. Id.

§ 9 *Docebat*] 'D. autem' Vincent.

§ 10 *Frugalitatem*] Commendatam Senecæ de Tranquill. Animi 1. et 9. et Ep. 17. Plinio Ep. II. 4. et VI. 8. *Bern.*

Ingerebat] Saxo VIII. p. 165. 46. 'Regi cognoscendæ legationis aviditatem ingessit.' Saresb. VII. 5. p. 419. 'Nisi Socrates veræ laudis gloriam ei curasset ingerere.' Vincent. 'Frug. om. disserebat.'

§ 11 *Consecutusque, &c.*] Vincent.

'C. disp. assiduitatem, orat ut matr.'

Velut instrumenta luxuriæ] Tertullian. VI. 2. de Habitu Mulieb. 'instrumenta muliebris gloriæ' vocat. Eo l. ubi legitur, 'Medicamenta ex fuco, quibus lanæ colorantur,' emendand. videtur *malæ*. Bongars. Saresb. 'quasi lux. instr. d.' Ap. Gualter. *vel* male editum est pro *velut*.

Eaque, &c.] Gualter. 'Et in J. æd. delata ipsi D. c.' Mox margo Saresb. 'Al. *præferentes*. Al. *præferens*.' Prius etiam dat Vincent. posterius Perizonianus. Gualter. 'Docens vera matronarum orn. pudicitiam esse, non vestes.'

§ 14 *Sodalitii jure sacramento quodam nexi*] Mss. *sod. juris.* Quod exosculatur merito Gronov. Obs. IV. 17. præfatus sodalitii juris sacramentum esse illud vinculum, quo continebatur societas illorum, qui coierant. *Græv.* In Mss. Codd. aliquot scriptum est *sodalitii juris, &c.* Quod probat Gronov. Mihi autem credibile fit verbum aliquod hinc excidisse. Libenter certe legerim *cum sod. jure velut sac. q. n.* Fab.

Sodalitii juris sacr.] Ita omnino legend. censeo cum Gronov. non *jure*, ut Bong. et Bernecc. edidere. Illud *juris* in codd. Mss. esse ipse testatur Bong. Mirum igitur quod non et ipse in textum recepit. Ceterum τὸ *juris* pleonasmum hic sapit. Posset etiam dici 'sodalitii sacramento quodam nexi.' Sic XXIX. 4. 9. 'In societatis jure retinere' est pro, societate retinere. *Vor.* Angli *jure.* Atque ita Mss. alii. Unde penitus persuasum habeo esse glossam sequentis 'sacramento,' ac idcirco delend. 'Sacramentum sodalitii,' ut ap. Veget. et alios, 'sacramentum militiæ.' Faber legit *sodalitii jure velut sacramento.* Frustra, cum de interposito jurejurando sit certum. *Id.*

Separatam, &c.] Sen. Ep. 5. 'Id agamus, ut meliorem vitam sequamur quam vulgus, non ut contrariam: alioqui, quos emendari volumus, fugamus, et a nobis avertimus, &c. Hoc primum Philosophia promittit, sensum communem, humanitatem, et congregationem: a qua professione dissimilitudo separabit.' Cic. citatus a Lactant. III. 15. 'Philosophiæ quidem præcepta noscenda: vivendum autem civiliter.' *Bern.*

Vitam exercèrent] Saresb. ubi hunc l. citat, i. e. VII. 4. Policr. pro 'exercerent' habet 'agerent.' *Vor.*

Civitatem in se converterunt] Nec immerito. Liv. XXXIV. 2. 4. 'Ab hoc genere summum periculum est, si cœtus, et concilia, et secretas consultationes esse sinas.' Vid. Rittersh. in Malch. p. 36. *Bern.*

§ 17 *Decessit*] Decessit vel inedia: vel interfectus a Syracusanis, dum agrum fabaceum circuit. Laërtius in Pythag. Tzetz. Chil. XI. 366. *Bern.*

§ 18 *Cujus, &c.*] Gualter. 'Cujus tanta in populo fuit opinio ut ex d. e. t. facerent, et ipsum pro D. c.' Saresb. 'ipsumque pro D. c.' Diod. in Excerpt. Porphyrog. p. 246. Ἴσα Θεοῖς παρὰ τοῖς Κροτονιάταις ἐτιμᾶτο.

Templum] Cereris delubrum vocabant, vicumque Musis sacratum, ut id. ex Phavorin. refert. Firmat Val. M. VIII. 15. 1. Ext. p. 291. m. Vid. Casaub. ad Laërt. p. 103. f. 1. *Bern.*

CAP. V. § 1 *Supra*] Sc. huj. lib. pr. *Idem.*

§ 4 *Ante menses*] Puto scripsisse *ante mensem.* Voss. Hæc locutio non est integra; quid enim *ante menses?* debet adesse numerus, vel saltem verbo aliquo ostendi, eum certum non nominari, e. g. *ante menses aliquot*, vel *paucos*. Nunc tale nil occurrit. In Mss. legitur *meses.* Unde nescio annon videri Noster possit scripsisse *menses sex.* Et est ratio, quia post incensam urbem Capitolium tenuerant obsessum per sex menses Galli, et post pacem fecerant, quo verisi-

mile est tempore misisse, qui auxilia sua Dionysio offerrent, cum nimirum bellum cum Romanis esset finitum. De sex mensibus quod dixi, docet Flor. I. 13. 'Sex mensibus barbari circa montem unum pependerunt.' *Schef.*

Romam incenderant] De Roma a Gallis capta et incensa pleni sunt auctorum libri. *Bongars.* Instar omnium esto Livius, v. 41. et seqq. *Ber.*

§ 6 *Auxiliis Gallorum auctus, bellum velut ex integro restaurat*] Hæc ita correxere, cum in Mss. legeretur: *bellum velut ex integro reliquit: restauratis autem.* Quod non frustra est. Ita enim emendand. erat: *aux. G. auctus, belli, velut ex integro, reliquias restaurat. Iis autem.* Voss.

§ 7 *Intestina discordia*] Sen. ad Helviam 6. 'Non omnibus eadem causa relinquendi quærendique patriam fuit. Alios excidia urbium suarum, hostilibus armis elapsos, in aliena, spoliatos suis, expulerunt: alios domestica seditio submovit: quosdam fertilis oræ et in majus laudatæ fama corrupit: alios alia caussa excivit domibus suis.' Add. Liv. II. 16. 3. Sall. Jug. c. 78. 1. Tac. G. 29. 1. *Bern.*

§ 8 *Mediolanum*] Quod aliis auctoribus Mediolanium, et hæc Mediolanus, et Mediolana pluraliter. Urbis originem exponit et Liv. v. 34. 9. *Idem.*

Veronam] Huj. originem et Liv. v. 35. 1. ad Gallos cum Nostro referre videtur: at Plin. III. 19. ad Rhætos Euganeosque. *Id.*

Vergamum] Pro *Bergomum*, more posterioris ævi usitatissimo, *B* in *V* converso. *Id.*

Vergamum] Hæc barbari sæculi scriptura est. Recte Junt. *Bergomum.* Sicut et superius *Abellani* pro *Avellani.* Græv. Antiquiores typis expr. *Bergomum.* Quod mirum cur Bong. mutarit; præsertim cum ipse notaverit, *Vergamum* more posterioris ævi formatum esse. *Vor.*

Tridentum] Plin. III. 19. Rhætorum hoc, non Gallorum, facit oppidum. *Bern.*

Vicentiam] Memoratam Tacito H. III. 8. Plinio, aliisque, 'Vicetia' est, imitatione Græcorum, qui ex, Albenses, Veronenses, Clemens, et talibus, extruso *n*, Ἀλβήσιοι, Οὐερωνήσιοι, Κλήμης faciunt. Quomodo et Græcobarbaris καστρέσιον est, castrense: κιρκέσια, circensia: ἔρμητα, armenta, &c. De h. toto l. vid. Saresb. Policr. VI. 17. *Bern.*

§ 9 *Gentes Rhætorum*] Steph. Ῥαιτοὶ Τυρρηνικὸν ἔθνος. *Bong.*

§ 12 *Segnitiem ducis*] Mss. mei constanter *segnitiam ducis*: quod pro eod. est: Terent. And. I. 3. 1. 'Nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ:' alii dixerunt etiam *segnitas* pro eod. Accius Æneadis, 8. Decio: 'Eo nunc quod eorum segnitate ardet focus.' Item Andromeda: 'Namque, ut dicam te metu aut segnitate addubitare, haud meum est.' Ipse denique Cic. II. de Orat. 41. 'Et, quoniam de imprudentia diximus, castigemus etiam segnitatem.' *Modius.* Pro 'familiariter' Vincent. habet 'familiari secreto.'

§ 14 *Insidiis ad postremum suorum interficitur*] Cic. de N. D. III. 35. 'Atque [mallem *Namque*] in suo lectulo mortuus in tympanidiis in rogum illatus est.' Diod. XV. 74. refert, eum epulantem et largius bibentem in morbum incidisse: fieri autem potest, ut, cum insidiis suorum periret, id ebrietati tribueretur: quod Alexandro M. evenit. Vid. Plut. et Probum in Dione. *Bongars.* Plin. VII. 53. gaudio exstinctum scribit, accepto tragicæ victoriæ nuntio. *Bern.*

Insidiis suorum interficitur] Quod tamen nullibi scriptum arbitror. *Fab.* Verba *non Italia* uncinis includit Ed. Bong. Helladius in Chrestomath. de Dionysio refert, ὅτι ὀνηλάτου μὲν υἱὸς

Διονύσιος ἦν, ὁ τῆς Σικελίας ἄρξας ἔτη μ' δυοῖν ἀποδέοντα. Syncell. Chron. p. 258. Δοινύσιος Σικελίας τύραννος ἀπέθανε κρατήσας ἔτη ιη'. Leg. λη'.

LIBER XXI.

CAP. 1. § 1 *Maximum natu ex filiis ejus, nomine Dionysium*] Alii scriptores dicerent 'nomine et ipsum Dionysium;' qui et ipse, ut pater, Dionysius dicebatur. Et ita Just. alibi, 'Fratremque regis et ipsum Ariarathem nomine.' Et XLI. 5. 'Hujus filius et successor regni, Arsaces et ipse nomine.' Sic XLI. 4. 'Morte Theodoti, metu liberatus, cum filio ejus, et ipso Theodoto, fœdus ac pacem fecit.' Ubi 'et ipso Theodoto' id. valet ac, qui etiam Theodotus dicebatur. Et XLII. 4. 'Et ipse Phrahates nomine.' *Fab.*

§ 2 *Naturam ejus*] Plerique vett. *naturam ejus* ex quo *naturæ jus* fecit Doctor meus Jac. Cujacius ad L. 5. D. de Pactis, quem vid. Error hinc natus est. In vett. libris diphthongus scribitur litteris separatis *ae.* Cum ergo in veteri esset *naturae jus*, negligens exscriptor *natura ejus* exscripsit, quod deinde audax corrector supraducta linea emendavit, ut legeretur *naturam ejus.* Id et alii postea majori etiam audacia mutarunt in *maturam ætatem ejus.* Similibus mendis infectum Senecam, ostendit mihi cl. et doctiss. Vir Nic. Faber lib. de Ira II. 30. ubi legitur: 'Pater est; tantum profuit, ut illi donanda injuria ejus sit:' cum in libris Mss. sit *ut illi etiam injuria ejus sit*, nemo non doctiss. viro assentiatur leg. *injuriæ jus sit.* Et I. de Clement. 19. 'Cum liceat innoxium aliis, et ob hoc securum, salutarem potentiam ejus tractare.' Vett. Codd. *salutare potentia ejus?* Quis non videat leg. *potentiæ jus?* Sed Cujacii emendationem probat Auctor ipse II. 10. 2. 'ætatis privilegium' dicit, 'quod jus, et ordo nascendi, et natura ipsa gentibus dedit.' Et XXXV. 3. 7. vocat 'jus gentium.' Unde libenter emendarem locum lib. XLI. 5. 9. 'Quorum major Phraates, more gentis, heres regni:' ut legeremus *more gentium*, vel *jure gentium:* imperitus librarius pro *jore*, ut scribebant Vett. conjecit leg. *more:* inde *more gentium:* tandem *more gentis.* XVI. 2. 8. de Ptolemæo: 'Is contra jus gentium, minimo natu ex filiis, ante infirmitatem, regnum tradiderat, ejusque rei populo rationem reddiderat:' quæ postrema verba notanda sunt, ut intelligamus, regem contra jus et receptos mores nihil absque consensu populi innovare posse. Nam et XXXIX. 3. 3. cum Ægypti regina minorem filium regem facere vellet, a populo compellitur majorem eligere. Herod. VII. 2. ait, νομιζόμενον εἶναι πρὸς πάντων ἀνθρώπων, τὸν πρεσβύτατον τὴν ἀρχὴν ἔχειν. Neque lex divina quicquam patitur primogenito derogari: Deuteron. XXI. 14. Jus autem naturæ esse jus gentium, notum est ex JCtorum libris (§ 11. Instit. de Rer. Divis. et § 42. d. t. 'Jure gentium, id est, jure naturali:' quia sc. 'naturalis ratio id inter omnes homines constituit:' § 1. Instit. de Jure Nat. Gent. et Civ.) Cic. III. 5. Off. 'Neque vero hoc solum natura, id est, jure gentium,' &c. De Dionys.

juniore leg. Plut. et Probum in Dione, et Diod. XVI. 5. cum seqq. et Gemistum. *Bong.*

Si penes unum remansisset] Unde Stratius Attalo prudenter ingerit ap. Liv. XLV. 19. 14. 'Si partem regni fraterni peteret, ambo infirmos distractis viribus, et omnibus injuriis obnoxios fore.' *Berneccer.* Usitatissimum Nostro est tempora imperfectum et plusquamperfectum permutare. Ita ergo et nunc 'remansisset' scripsit pro, remaneret. Sequitur mox, 'quam si portionibus inter plures fil. divideretur.' *Vor.*

§ 4 *Quare*] F. *Quem.* Gron.

§ 5 *Igitur nexorum*] Tac. H. IV. 63. 'Novum imperium inchoantibus utilis clementiæ fama.' *Bern.*

§ 6 *Non cognatos tantum, &c.*] Plut. in Demetr. 5. 'Familiæ Regum [Alexandro M. succedentium] pæne omnes frequentes habent liberorum, frequentes etiam matrum neces, et uxorum. Nam fratrum parricidia, ut POSTULATA geometræ sumunt, sic concedebantur habebanturque commune quoddam Postulatum et regium ad securitatem.' Quo exemplo Turcarum quoque Principes imperium a parricidiis auspicantur. *Id.*

§ 7 *Ne spiritus quidem consortium relinqueret*] Si qnis ita loqueretur, 'Titius mihi vitæ societatem reliquit,' is male loqueretur. Possumus dicere, 'Ille mihi societatem honoris reliquit,' quia societas ejusmodi donum est illius hominis; at de vita non itidem sentias. Quare consortium istud spiritus, s. vitæ, nequaquam placet. Scripserat Just. *ne spiritum quidem*, i. e. animam, *relinqueret.* Faber. Hoc vocabulum *consortium* glossatoris mihi esse, non Justini videtur. Non enim solet alibi temere hoc plebeio genere sermonis uti. *Schef.* Controversiam movent huic lect. viri docti. Fateor *consortium* posse sine sententiæ detrimento semel deleri; sed nec incommode, quin ἐν δυνάμει, repetitur. Sic XXIII. 2. 'Nec invitam periculo spiritus sui empturam, ut extremos viri spiritus exciperet.' Potuisset scribere: 'Nec invitam periculo spiritus sui empturam, ut extremum viri exciperet.' Sed sic maluit. Et hæc vocum iteratio cum ap. poëtas, tum ap. oratores et historicos sæpe vi singulari est. Sed, τῷ *consortium* expuncto, legendum esse *spiritum*, viris doctis minime possum assentiri. 'Consortium' est, cohereditas. 'Consortes' sunt coheredes. Hoc igitur dixit Justinus: Qui debebant esse cum eo heredes regni, illos ne communis huj. vitæ usura secum frui patiebatur: s. qui cum illo debebant regnare, eos ne secum quidem vivere sinebat. Ap. Ov. in Epist. 'consortes generis' dicuntur ejusd. generis participes, s. consanguinei. Quidni ergo et 'vitæ consortes' dici possint ii, qui ejusd. vitæ sunt participes? *Græv.*

Tyrannidem in suos prius quam in exteros auspicatus] Leg. ex Ms. *in suos, quam in exteros.* Quomodo loquuntur optimi scriptores. *Vos.*

CAP. II. § 1 *Saginam*] Add. XXXIV. 2. 7. et XXXVIII. 8. 14. præcipue de Ptolemæi prodigiosa obesitate Athenæum longule a fin. lib. XII. cum Æliano V. H. IX. 13. *Bern.*

Ex nimia luxuria, oculorumque valetudinem contraxit] Nihil enim est, quod certiorem aut citiorem inducat caliginem jugi ingluvie: quin, ut ait Portunianus, 'edacitas cibos terit, sed oculos vorat.' Hæc Saresb. Policr. VIII. 6. m. ubi locus hic Trogi laudatur. *Idem.* Val. M. VI. 4. Ext. 2. 'adversam valetudinem oculorum' dicit. Sed *valetudo oculorum* tantundem esse potest. Liv. XXVI. 22. 'Valetudinem oculorum excusavit.' Nimirum 'valetudo' pro invaletudine quoque s. valetudine adversa sæpiss. ponitur. *Vor.*

Oculorumque valetudinem] Ita Liv. XXXII. 34. 2. Vid. sup. notam ad XII. 2. 11. *Bern.*

Adeo ut non solem, non pulverem, non denique splendorem ferre lucis ipsius posset] Merito mihi suspectus est hic l. Quid enim sibi vult *pulvis*, quem etiam oculi recte se habentes ferre non possunt? Ms. Leyd. pro *pulverem* disertim habet *fulgurem.* Unde *fulgorem* legend. esse quivis facile videt. Nec obstat huic lect. quod statim Just. subjiciat *splendorem.* Aliud enim *fulgorem*, aliud *splendorem* esse Philosophi docent. Et, qui accurate loquuntur, pariter etiam distinguunt. *Box.* Veget. I. 3. 'Solem pulveremque ferre condiscant.'

§ 2 *Nec, ut pater, carcerem*] Verba, *ut pater*, reliquis secernenda commatibus: debent enim intelligi de Dionysii huj. patre, i. e. Dionysio seniore. *Schef.*

§ 8 *Dionysius pellitur*] Opera Dionis inprimis. *Bong.*

§ 9 *A Locrensibus*] Vid. Strab. VI. et Ælian. IX. 8. V. H. *Id.*

Velut jure regnaret, &c.] Demosth. Philip. II. m. 'Rex et tyrannus omnis est libertatis inimicus et legibus infestus.' Liv. XLIV. 24. 1. 'Natura inimica inter se sunt libera civitas et rex.' Otanes ap. Herod. III. 80. 'Vir tyrannus jura patriæ labefactat; feminis vim adfert; indemnatos interimit.' *Berneccer.* Hoc *jure* mihi valde suspectum est. Nec enim de eo agitur, jurene an injuria regnaverit Dionysius, sed quomodo ubique, quoquo concessisset, regnare voluerit. Suspicor autem scripsisse *velut ubique regnaret.* In voce *ubique* primæ duæ litteræ per præcedentes pœne similes absumptæ sunt. *Schef.*

§ 10 *Sponsis*] Mss. habent vel *procis*, vel *sponsis procis.* Unde colligo τὸ *procis* esse lect. veram, *sponsis* autem glossam, cum præsertim aliis in libris occurrat *proceribus*, quod sine dubio ex *procis* factum. *Id.*

Locupletissimos, &c.] Aristot. Polit. V. 11. tradit, proprium Tyrannorum esse, cives reddere pauperes, ut Nero dixit ap. Suet. 32. 'Hoc agere, ne quis quidquam habeat:' tum ut exhaustis civibus facultatem adimant nocendi: tum etiam, quia ipsis in luxum et libidinem perenni sumptu est opus. *Bern.*

CAP. III. § 2. *Die festo Veneris*] Ἀφροδίσια sunt Athenæo III. et IV. 'Veneralia' quidam interpretantur, sicut Bacchanalia, Saturnalia, &c. *Id.*

Voverant ut virgines suas prostituerent] Pro, voverant se prostituturos, vel, quod prostituere vellent. 'Ut' pro, quod, non rarum, ap. Nostr. quoque. Vid. Notas ad V. 3. 3. ac Lib. de Latinit. f. susp. cap. 24. *Vor.*

§ 5 *Illæ maritis traderentur*] In Mss. est *viris* pro *maribus*, quod præfero, et hoc posterius glossatoris puto. *Viros* certe sic usurpat etiam in seqq. Sententia hæc est: Decretum faciendum, ne qua virgo nuberet, priusquam illæ centum, quæ prostitissent in lupanari, invenissent viros, eisque fuissent nuptæ. *Schef.*

§ 10 *Securis omnibus*] Vell. II. 118. 'Nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet; et frequentissimum initium est calamitatis SECURITAS.' *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Princeps Carthaginiensium Hanno*] Oros. IV. 6. *Bong.*

§ 2 *Solemnem nuptiarum diem*] Nec enim Eoæ illæ Par. primum infandi sceleris exemplum sunt. Quadrat Hispanorum adagium: 'Nullibi magis panoplian requiri, quam in nuptiis et publicis ludis.' Vid. Camerar. Oper. Subcisiv. I. 83. et III. 89. *Bern.*

§ 3 *Orbam*] Senatu, quasi parentibus, destitutam. *Id.*

§ 4 *Res cognita*] Sæpe 'solum insidiarum remedium est, si non intelligantur:' Tac. XIV. 6. Tali consilio militum conspirationem declinare co-

natus est Vocula ap. eund. H. IV. 56. et declinavit Eteonicus ap. Xen. H. Græc. II. pr. *Id.*

Cogitata] Conjurationi et insidiis hoc verbi competit. Suet. Tib. 19. 'Tormentis expressa confessio cogitati facinoris.' Et in Calig. c. 12. 'Etsi non de perfecto, at certe de cogitato parricidio professus.' Ita Curt. VI. 10. 18. et VIII. 7. 18. *Id.*

§ 5 *Ne persona designata, non vitia correcta viderentur*] Junt. nonnullique alii editi libri *ne p. designata, sed v. correpta v.* Sensus necessario requirit *sed.* Leg. itaque *ne p. designata, sed v. correcta v.* Posset et *correpta* ferri. Ut 'Correptus voce magistri,' ap. Horat. Sed præferenda veterum codd. scriptura. *Græv.*

Ne persona designata, sed vitia correcta viderentur] Lect. hæc ex edd. antiquis retracta est, ut ex collectione Var. Lectionum Bongarsii apparet, et ex Junt. Est autem optima scriptura, et Grævio nostro probatur. S. autem *correcta* legas, s. *correpta*, nihil interduim. *Faber.* Antiquiores typis expr. Bechar. Maj. et teste Grævio Junt. habent *sed vitia correpta.* Quod mirum a Bong. mutatum esse. 'Corripere' pro, reprehendere, increpare, satis notum. Vocula *sed* quoque abesse hinc non posse videtur. *Vorst.* Junt. *persona designata, sed vitia correpta.* Probant viri docti. Sed f. non necesse est, ut pro *non* substituatur *sed:* cum, si vocabulum *non* jungamus cum 'viderentur,' omnia sint clara. Ordo: *Ne videretur designata persona, at non viderentur correpta vitia.* Schef.

§ 6 *Iterum servitia concitat*] Quomodo *iterum?* Num ea ante concitaverat? Atqui nil de eo ap. Nostr. Latet in vocabulo hoc mendum, quod tamen, quomodo corrigi debeat, nunc non excogito. *Schef.*

§ 7 *Velut a singulis membris pœnæ exigerentur*] In simili casu, simili acumine Flor. III. 21. 48. 'Ut per singula membra moreretur.' Plin. tamen VIII. 16. sub finem, diversam causam mortis Hannonis adfert. Add. inf. XXII. 7. 10. Sen. de Ira III. 18. 1. *Bern.*

In crucem figitur] Becharii et aliæ antiquiores edd. *in cruce figitur:* quomodo dicunt 'in loco ponere,' vel 'reponere.' Sed et ipsum τὸ 'figere in aliquo' habent alii. *Vorst.* Vetustiores *in cruce figitur.* Schef. Sic et Junt. *Græv.*

§ 8 *Ad imitandum scelus*] Hæc una est ex rationibus Legis 5. Cod. ad Leg. Jul. Majest. cujus sanctio alias iniqua videri possit: quia sc. in posteris exempla paterni, h. e. hereditarii criminis metuuntur. Nota Cassiorum, Corneliorum, Brutorum, &c. historia. *Bern.*

CAP. V. § 2 *Deposito imperio, arcem Syracusanis*] Timoleonti et Corinthiis παραδιδοὺς αὐτὸν καὶ τὴν ἀκροπόλιν. Legend. Plut. 17. et Probus in Timoleonte. Diod. XVI. 17. *Bong.*

Tradidit] Puto *tradit*, ob verbum seq. 'proficiscitur.' *Faber.* Sic recte Junt. *Græv.*

Recepto privato instrumento] 'Recipere' hic id. est quod, excipere, vel retinere, quomodo etiam hoc verbum usurpatur ab JCtis. Unde 'servus receptitius' ap. Gell. XVII. 6. et Cic. Top. 26. 'Cum ædes fundumve vendiderint, rutis cæsis receptis;' et II. de Orat. 55. 'Cum ædes venderes, ne in rutis quidem et cæsis tibi paternum solum recepisti.' Vid. Not. ad Sen. ad Marc. 10. *Gron.*

Corinthum in exsilium] Περίβλεπτον ἔχων τὴν τῆς μεταβολῆς ὑπερβολήν. Diod. 71. Inde natum proverb. 'Dionysius Corinthi.' *Bong.* Quod extat in Cic. IX. ad Att. 9. Quintil. VIII. 6. Laërtii Platone. Originem adagii tradit Plut. de Garrul. c. 23. Add. Cic. Tusc. III. 12. Val. M. VI. 9. *Bern.*

§ 3 *Humillima quæque tutissima*] Sen. Ep. 105. pr. 'Multi in contemptu remedii causa delituerunt,' &c. Ut Brutus ap. Liv. I. 56. 9. Archelaus ap. Dionem LVII. Claudius ap. Suet. in ejus Vita 38. *Id.*

§ 5 *Pannosusque et squalidus*] Angli *pannosus et squalidus:* placet. *Schef.*

§ 6 *Oculis devorare*] H. e. avide spectare. Ita Martial. I. 97. et 'oculis comedere,' IX. 60. Add. Val. M. IX. 2. 1. *Bern.*

§ 7 *Apud ædiles adversus lenones jurgari*] Ædilibus enim cura fornicum popinarumque fuit: quæ propterea 'loca Ædilem metuentia' vocat Sen. Vit. Beat. 7. Vid. Lips. ad Tac. II. Excursu O. Add. notata superius ad XIX. 1. 7. *Id.*

Jurgari] Mss. mei *jurgare*, ut Cic. dixit IV. de Repub. 'Si jurgant, benivolorum concertatio est.' Horat. tamen maluit illo uti, dum ait S. II. 2. 99. 'Jure, inquis, Thrasius istis Jurgatur verbis.' *Mod.*

Omniaque ita facere, ut contemnendus, &c.] Mallem *omniaque ista facere*, quod habent quidam Mss. Non enim tam de modo hic est sermo, quam de fine ac proposito, quo fecerit. Itaque et paulo post, 'ut a timentibus semper in publico videretur, aut a non timentibus facilius contemneretur:' quia nempe nunquam putabat satis contemptibilem se facere, qui nunquam satis credebat se securum. *Schef.* Adstipulantur Juntæ. *Græv.*

§ 8 *Pueros in trivio docebat*] Nihil novi, de loco ad docendum; nam, ut ex Comœdiis veterum discere est, pueri ap. Græcos in triviis docebantur. *Faber.*

§ 9 *Naturæ*] Freinsh. *natura* mavult. *Bern.*

§ 10 *Neque honesta, sed tuta, &c.*] 'Honesta utilibus cedunt in rebus extremis:' Liv. XXIII. 14. 4. 'Cedit interdum generosus spiritus utilitati, et fortunæ viribus succumbit, ubi, nisi tutiora legerit consilia, speciosa sequenti concidendum est:' Val. M. VII. 6. 1. *Id.*

CAP. VI. § 1 *Rhodanum*] Quidam Mss. *Rodonum*, alii *Rodonem.* Frontin. Strat. I. 2. 3. 'Rodinum.' *Bongars.* Nescio quomodo mihi 'Rhodinum' Frontini magis arrideat. Et suspicor id ei cognomentum datum a Rhodo ins. *Schef.*

§ 2 *Auctor originis*] Vid. XVIII. 3. 1. &c. *Bern.*

§ 3 *Alexandria*] XI. 11. 13. *Id.*

§ 4 *Nec cupiditas*] Sen. de Clem. I. 1. 'Facit avidos nimia felicitas: nec tam temperatæ cupiditates sunt unquam, ut in eo, quod contigit, desinant; gradus a magnis ad majora fit: et spes improbissimas complectuntur insperata assecuti.' Similia Thucyd. IV. 4. 4. et IV. 12. 37. Diod. XIX. 1. Noster XXIII. 1. 2. *Id.*

§ 6 *In tabellis ligneis*] Imitatione Demarati, de quo II. 10. 13. Æneas in Poliorcet. 31. præter alios occulte scribendi modos, hunc ipsum quoque memorat: nisi quod creta similive terra, non infusa cera, scripturam deletam ait. Unde etiam modus retegendi litteras diversus: Noster ait, erasa cera lectas esse tabellas: Æneas, ligneam tabellam in aqua positam, eluta creta, scripturam ostendisse. Agell. XVII. 9. *Id.*

§ 7 *Venditasset*] Ita Vett. quomodo etiam legend. in Oros. IV. 6. cujus Ms. habet *indicasset.* Bongars. Hoc præplacet utroque sensu. Cic. pro Arch. 11. 'Jam me vobis indicabo.' Plaut. Pers. IV. 4. 32. 'Indica, fac precium. Do. Tua merx est, tua indicatio est.' *Bern.*

Verum etiam et crudeli animo] Vix est dubium, quin vel *etiam* vel *et* hic sit intrusum a glossa. Mallem *etiam* delere. *Schef.* Aut *etiam* aut *et* abundare bene monet Scheff. Excidisse autem vocem hic reponendam Junt. nobis ostendit, in qua legitur *verum*

etiam invido et crudeli animo. Invidebant Hamilcari hanc laudem, quam ex legatione tam pulchre pro re patriæ gesta sibi pepererat. *Græv.*

LIBER XXII.

Cap. I. § 1 *Agathocles*] Leg. Diod. XIX. *Bongars.* Itemque Polyb. XII. 6. &c. et Suid. cujus illa verba, Τί δ' οὐκ ἐγὼ σέ; τί δ' οὐκ ἐμὲ σύ; non est assecutus interpres. Nam hoc haud dubie sibi volunt, quod ista Ciceronis, Cæsari mutuum cum Nicomede stuprum objectantis, ap. Suet. Cæs. 49. 7. 'Notum est, et quid ille tibi, et quid illi tu dederis.' *Bern.*

§ 2 *Quippe in Sicilia patre figulo natus*] Plut. Apoph. 26. *Bongars.* Hinc elegans illud Ausonii doctiss. poëtæ Epigr. VIII. cujus lemma est, 'Exhortatio ad modestiam,' his verbis: 'Fama est fictilibus cœnasse Agathoclea regem, Atque abacum Samio sæpe onerasse luto: Fercula gemmatis cum poneret horrida vasis; Et misceret opes pauperiemque simul: Quærenti causam, respondit, Rex ego qui sum Sicaniæ, figulo sum genitore satus. Fortunam reverenter habe, quicumque repente Dives ab exili progrediere loco.' *Mod.*

§ 3 *Forma*] Τήν τε ὄψιν εὐπρεπὴς καὶ τὸ σῶμα εὔρωστος: Diod. XIX. 2. *Bong.*

Exhibuit] Vid. Notas ad IX. 2. 7. et XI. 10. 9. *Berneccer.* XI. 10. 9. 'Misere vitam exhibere.' Et 'exhibere' id. quod, sustentare, tolerare. Dicunt et 'exhibere aliquem' pro, alere, sustentare. Vid. Notas ad IX. 2. 7. *Vor.*

§ 6 *Adscitusque in civitatem*] Ita leg. pro vulg. *accitus.* Liv. XXIII. 51. 'Vetere patria relicta, in eam, in quam redierant, nondum adsciti.' 'Adscitus in civitatem' Græcis dicitur δημοποιητός: vel ut ap. Lucian. Bis. Accus. p. 314. εἰς τὸ μετοικικὸν συντελῶν. *Gronov.* Quis illum accivit? Optime Junt. *ascitusque in civitatem*, h. e. cum civium numero et albo adscriptus esset. *Græv.* Vulg. lect. vix potest esse vera. Is enim 'accitus' dicitur, qui evocatus est in civitatem. At paulo ante dicitur 'concessisse' eo, quod ad ultro et sponte sua venientem pertinet. Sed nec ulla causa est, cur accitus credi possit, qui neque rem neque famam bonam habeat. Quare pro *accitus* sine dubio *ascitus* est scribend. *Ascitus* vel *adscitus* est, assumtus, et sic alibi Noster usus est h. verbo. Hæc scripseram olim, cum video lect. hanc firmari per Junt. probarique a cl. Græv. *Schef.* Pro 'concessisset' habet 'access.' Vincent. v. 11.

§ 11 *Ætnæos*] Ms. *Æthineos.* In vetusta ed., quam Lugdunensem ex insigni typographico suspicor, *Ænæos.* Quid si *Enneos*, aut *Ennenses* legas? *Berneccer.* Nihil mutand. Ætna est oppidum id. ac mons, cui impositum, unde nomen sortitum; ut patet ex Strab. Plin. Ptolem. et aliis. Ea ante Inessa appellabatur. *Voss.* Urbem Ætnam ab Hierone conditam cantat Pindarus circa tempora Darii Hystaspidæ et Xerxis. Tamen restauratam tantum arbitror. Campani autem, de quibus mox Justinus, erant Siculi, non Itali. Vid. librum admirabilem P. Cluverii de Sicilia. *Faber.* *Ætnæos* scribend. non *Ætneos*, ut vulgo editur: Ætna non mons tantum, sed et oppidum Siciliæ dicitur. *Vor.*

Sui Syracusanis] Hæc usque ad *locum* absunt a bonis libris: quia tamen sine iis manca esset oratio, et in uno Ms. reperiuntur, nihil mutare ausus sum: quamvis ea mihi valde suspecta sint. Belli in Agrigentinos et Crotoniatas meminit Diodorus: de Ætnæis et Campanis nullum verbum, et Damasco illi est Δάμας. Plurimum autem in tota hac narratione ab Auctore nostro discrepat Diod. ut quivis ex lib. XIX. et XX. videre potest. *Bongars.* [Qui verba dicta uncinis in sua Ed. includit.]

§ 12 *Sequenti Camponarum*] Valde vereor hunc l. corruptum esse. Suspicor legend. *Catanæorum:* nimis enim et terra et mari Campania a Syracusis distat. Multa hic de conventione inter Agathoclem et Hamilcarem cavillari liceret. *Glar.*

Campanorum] Nam hos in Sicilia loca quædam tenuisse Diod. XVI. 68. indicat. *Berneccer.* Scrib. *Campano*, nempe, bello. *Gron.*

Cap. II. § 4. *Ita uno eodemque tempore*] Ita fere VI. 5. 11. *Bern.*

§ 8 *Expositis ignibus cereis, &c.*] Nam in rebus sacris, qualis illa jurisjurandi, cereos adhibitos constat. Sebis. tamen *ignibus Cereris* legendum: certe vitii quid subesse putat. Sebisii conj. stabilit Plutarchus in Dione 70. ubi de Calippo in templo Cereris, sumta ardenti tæda, jurante. Add. notam ad XXIV. 2. 8. *Berneccer.* Locus corruptiss. Ego, vestigia lect. vulgatæ sequutus, corrigo ac lego: *Tunc Hamilcari, expositis conditionibus fœderis pactisque, in obsequia Pœnorum jurat.* Vel melius pro *pactisque* fuerit *pacisque.* Sic XXX. 3. 'Deinde cum expositæ conditiones pacis a Romanis essent.' Certe melius se habet ita emendatus hic locus. *Boxhorn.* Peyraredi conj. est *expositis ignibus sacris, tactisque, &c.* Liv. ita de Hannib. XX. 'Fama etiam est, Hannibalem annorum ferme novem pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hispaniam, cum perfecto Africo bello, exercitum eo trajecturus, sacrificaret, altaribus admotum, tactis sacris jurejurando adactum se, cum primum posset, hostem fore populi Romani.' *Voss.* Quam placet conjectura Sebisii! Legit ille *ignibus Cereris;* nihil ingeniosius. Nam et res in Sicilia geritur, ubi præcipua veneratione celebrabatur Ceres; et illa Dea 'dadouchos' erat. Nil itaque melius potuit excogitari. *Faber.* Sebis. legend. conjecit *ignibus Cereris.* Quod probat Gronov. IV. 4. Obs. et *ignes Cereris* dicit esse altaria, in quibus foculus accensus fuerit. Tactis altaribus quod jurare soliti fuerint, ex Liv. Nep. et aliis scire licet. Sed et quod in templo et ad aram Cereris illud factum fuerit, constat. Juv. XIV. 'Vendet perjuria summa Exigua Cereris tangens aramque pedemque.' Deque ipso Agathocle, de quo Noster agit, Diod. XIX. sic: Παραχθεὶς εἰς τὸ τῆς Δήμητρος ἱερὸν ὑπὸ τῶν πολιτῶν ὤμνυσε: 'Adductus in Cereris templum a civibus juravit.' Sed et Noster XXIV. 2. 8. Ptolemæum 'sumptis in manus altaribus adjurasse' scribit. Quid si dicamus nihil mutandum, et *ignes cereos* esse, faces et tædas, quæ expositæ tactæque fuerint, cum juraretur? Sane Plut. in Dione de Calippo in templo Cereris sumpta ardenti tæda jurante scribit. *Vorst.* Non possum *cereis* hic probare. Qui enim cohæreant, et quæ sit locutio, *ignes cerei?* magis placet *Cereris*, cum præsertim conveniat historia. Neque tamen sic videtur sanus locus. Quomodo enim explicabimus *tactis ignibus?* ignes utique non tangebantur: ignes vero altaria explicare nescio an non durum sit, præsertim in hoc genere loquendi. Leg. igitur sic ap. Nostrum: *Tunc Hamilcari aris, positis ignibus Cereris, tactisque.* Illud *aris* excidit, quia præcesserat in voce *Hamilcari* τὸ *ari*, quod proinde ut superfluum maleque repetitum delebant, sola litera *s* servata et annexa subsequenti *positis*, unde *expos.* est factum. Porro *aris positis ignibus*

Cereris accipio de illis, quæ erant positæ non cum ignibus s. foculo accenso, sed ad ignes Cereris, s. propter ignes Cereris, ut nimirum iis Cereri fierent sacrificia. Quæ explicatio planior, simplicior, locoque præsenti accommodatior videtur. *Schef.* Sebis. corrigit, *Cereris ignibus*, quod probat et firmat Gronov. IV. Obs. 4. Probarunt hanc emendationem postea quoque viri doctiss. Vorst. et Faber. Sed Heinsius, vir et amicus summus, putat hic gravius librariorum crimen latere, fœdeque interpolatum esse h. locum, qui sic possit restitui, si scribamus *Tunc Hamilcari aris rex positis insigni ceremonia tactisque in obsequia Pœnorum jurat. Ignes* hic ferri non posse putat. *Aris* hic excidisse vidit et Scheff. Mihi non videtur nimis longe a libris omnibus esse discedend. Quod fiet, si legeris *Tunc Hamilcari aris positis, et ignibus Cereris, tactisque in obsequia Pœnorum jurat.* Sic aræ et ignes junguntur a Virgil. in versu, quem laudat Bernecc. *Græv.*

Tactisque] Virgil. Æn. XII. 201. 'Tango aras, mediosque ignes et numina testor.' *Bern.*

§ 9 *Potentissimos*] Mss. Fuld. (ut et Bongarsiani) *potissimos*, quod pro eod. est. Significat enim, præcipuos et primæ notæ. Quintil. X. 3. 'Ut semel quod est potissimum dicam.' *Mod.*

§ 10 *In theatrum ad concionem*] Nam Græcis et Græciensibus plerisque Theatrum fuisse pro curia, foro, comitio, patet etiam ex Cic. pro L. Flacco 7. Diod. XVI. 85. Liv. XXIV. 39. 1. Tac. H. II. 80. 6. Val. M. II. 2. 5. Frontin. III. 2. 6. Auson. in prologo Ludi VII. Sapient. Plut. in Dione 53. *Bern.*

Contracto in gymnasio] Scrib. *in gymnasium.* Fab.

§ 12 *Promtissimos*] H. e. maxime excellentes, et omnibus rebus instructos. Cic. IV. Verr. 17. 'C. Cacurius promtissimus homo, et experiens, et imprimis gratiosus.' Vid. Not. ad Tac. IV. 17. *Gron.*

CAP. III. § 2 *Fœde vexat*] Angli *fœdis injuriis*, quæ manifesta glossa est. *Schef.* Junt. *fœde injuriis vexat.* Græv.

§ 4 *Syracusæ in pignus societatis sint traditæ*] Posset etiam legi absque præp. *Syr. pignus, &c.* Gron.

§ 5 *Quantum malum*] Scrib. *mali.* Idem.

§ 6 *In imperio esset*] 'Tum temporis consul,' ut XXXI. 2. 9. de Hannib. loquitur Auctor. Ita Cic. de Arusp. Respons. 17. 'Sacrificium Bonæ Deæ fit in ea domo, quæ est in imperio,' h. e. in domo Consulis, des regierenden Ammeisters. Plut. Cæs. 13. *Bern.*

Tacita de eo suffragia] XXII. 7. 10. Capitolinus in Gordianis cap. 12. tradit, quale fuerit ap. Romanos 'senatusconsultum tacitum,' et quare sic appellatum. Sed illud ab hoc nostro diversum est. *Idem.*

A Sicilia] *In Siciliam* legit Freinsh. Diodorus IX. 106. *Idem.*

§ 7 *Sed hæc callida commenta Pœnorum et sententias inauditas*] Quidam 'inauditas' per admirationem accipiunt, quales nemo antea audierit. Alii 'inauditas,' i. e. non dictas, ut dicere solemus indicta causa quempiam damnatum, et sic etiam 'callida commenta,' quod præcedit, pro occultis damnationibus intelligend. Verum sic etiam oportebat seq. mox versu legere *per injuriam cives inauditum damnaverunt*, genere masculino, quod *inauditam* genere fœminino legitur. Illud etiam merito quis mirabitur, quod ad calcem huj. lib. legitur, Agathoclem exercitus sui desertorem, filiorum proditorem, ac ex Africa profugum tantum potuisse, ut cum Pœnorum ducibus æquis conditionibus pacem fecerit. *Glar.*

Hæc callida commenta Pœnorum et sententias inaudita mors Hamilcaris prævenit] L. hic, cum depravate legeretur, Glareano negotium fecit: ego Mss. lectionem expressi, in qua nihil est, quod lectorem morari possit. *Bongars.* Cum Juntis scrib. *inauditas sententias. Inauditæ sententiæ* sunt suffragia tacita illa, quorum paulo ante meminit. *Græv.* Eum haud magnopere nasutum esse oportet, qui huj. l. vitium olfaciet, neque mirum quod ait Bong. Glareanum circa hæc verba multum negotii habuisse. Et id verum esse arbitror. Sed quod addit id. Bong. id vero tale non est, ut verum esse possim credere; ait enim: 'Ego Mss. lectionem expressi, in qua nihil est quod lectorem morari possit.' Huic autem assentitur Bernecc. qui sic edidit, *inaudita mors.* At h. l. *inaudita mors* quid tandem erit? Verba modo, nihil aliud. Add. quod in uno Ms. legitur *audita*, quod ipse Bong. agnoscit in collectione, s. recensione Codd. Mss. et Impressorum. Cujus scripturæ, quantumvis corrupta illa sit, si quis vestigia sequi voluerit, pro *audita* legere poterit *haud ita*, (quanquam alia mihi mens est,) et ex judicii norma locum integrum ita concipere, *Sed hæc callida Pœnorum commenta haud ita multo post mors Hamilcaris prævenit, &c.* Verum, ut modo dicebam, alia mihi mens est; nam ita existimo, isthæc verba, *sententias inauditas*, esse mera glossemata, eaque etiam corrupta et barbara, quæ illi voci, 'inauditum,' superposita fuerint ad illius expositionem, sic: *sententia inaudita.* Quamobrem ita scriptum fuisse a Just. mihi plus etiam quam suspicio est: *Sed callida Pœnorum commenta mors Hamilcaris prævenit.* Hoc addi posset, Just. in periodo proxime superiori posuisse 'tacita suffragia et sententias non recitatas.' Itaque bis idem diceret. Sed, ut finem faciam, corrupta illa sunt quæ sup. examinavimus. *Faber.* Ita locum h. reformavit Bongarsius et quidem ex Mss. ut ait. Mihi tamen magis placet antiquiorum typis expressorum lectio, quæ et ipsa sine dubio e Mss. hausta, *sententias inauditas mors Hamilc. præv.* Ut *sententiæ inauditæ* sint ipsa illa tacita suffragia, de quibus prædixerat; dictæ ita quod nondum auditæ et cognitæ essent. *Vorst.* Mss. alii habent *inauditas*, quod probant viri docti, et de *tacitis sententiis* exponunt Et est Ms. in quo legitur *audita.* Unde prope venio in hanc opinionem, quod Justinus scripserit *et sententias inauditas audita mors Hamilcaris prævenit.* Locutio est plane elegans, ut quilibet intelligit. *Schef.*

Liberatus est fati munere] 'Fatum' pro morte naturali nec violenta, ut II. 2. 13. ad quem l. Notas vid. *Vor.*

Inaud. damn.] Apul. X. M. p. 214. 'Nec damnaretur aliquis inauditus.' L. 2. C. ad Leg. Corn. de Sic. 'Inauditum filium pater occidere non potest.'

§ 9 *A quo victus*] Diod. ext. libro XIX. ap. quem de Syracusarum obsidione nihil. *Bong.*

CAP. IV. § 1 *Cum igitur, &c.*] 'Multum interest,' ait Scipio ap. Liv. XXVIII. 44. 2. 'alienos populere fines, an tuos uri exscindique videas. Plus animi est inferenti periculum, quam propulsanti,' &c. Vid. Amirati Diss. in Tac. XVIII. 2. Add. Notam XI. 6. 9. *Bern.*

Agathoclesque cum se nec viribus, &c.] In Mss. est *Agathocles quod se*, longe melius, quam quod legitur in vulgatis, quia *cum* occurrit etiam in præcedd. Impr. quidam habent *Agathoclesque*, quod ex *Agathocles quod* mutatum videtur. *Schef.* *Cum* hic repetitur inscite, et contra morem castæ Latinitatis. Nonnulli Mss. *quod*, idque placet Scheffero. Sed rotunda est Junt. scriptura: *Cum igitur victores Pœni Syracusas obsidione cinxissent, Agathoclesque se nec viribus parem.* Idque monui jam olim in ed. mea prima. *Græv.*

Statuit bellum in Africam transferre]

Cf. hæc cum Diod. xx. 3. et seqq. *Bongars.* Val. M. vii. 4. Idem consilii Antiocho Regi ab Annibale datum est, ut bellum in Italiam trajiceret. Liv. xxxiv. 59. Ita Frontin. i. 3. 8. 'Scipio, manente in Italia Hannibale, transmisso in Africam exercitu, necessitatem Carthaginiensibus imposuit revocandi Hannibalem: sicque a domesticis finibus in hostiles [sic emendat Freinsh.] transtulit bellum.' *Bern.*

§ 2 *Qui sua tueri non poterat*] Codex Ms. teste Bong. pro *tueri* habet *statuere:* quod non spernend. videtur. Notum 'statuere' quoque id. esse quod, sistere; dicique 'statuere navem,' 'equum,' 'aquas.' Deinde ipsum 'sisti' id. quoque est quod, salvum esse: ut sup. ad xi. 1. 6. ex Obss. Gronovii docuimus. Quid si igitur statuamus, Justinum *sua statuere* dixisse pro, sua servare, ne sc. diffluant aut dilabantur; quodque vulgo legitur *sua tueri*, id alterius interpretamentum esse, quod ex marg. in textum irrepserit? *Vorst.* Sunt quibus placet *statuere* pro *tueri:* quod in Ms. uno reperitur. Ego putem a vulgata haud recedendum, quia melior oppositio inter *impugnare* et *tueri*, quam inter *impugnare* et *statuere.* Schef. Add. *statuere sua* esse loquendi genus insolens, et a nullo usurpatum. *Græv.*

§ 3 *Status præsentis fortunæ*] F. *fortuna.* Gron.

§ 4 *Ad obsidionis necessitatem*] Præferend. videbatur quod habent impr. veteres et Ms. unus. Bong. edidit *obsidionis necessitate.* Bern.

§ 5 *Servos militaris ætatis*] Ita iii. 5. 6. Liv. xxii. 57. 11. Flor. ii. 6. 50. *Idem.*

Eosque et majorem partem] Mss. plures habent *eos ex majore parte*, quam lect. puto esse veram. Certe secundum lect. receptam servos omnes secum sumserit, necesse est. At hoc vix vero consentaneum. Quæ enim possit dari ratio, quæ huc eum impulerit? Non ergo hoc fecit, verum dedit operam, ut et domi et foris exercitus constaret partim ex liberis, partim ex servis libertate donatis, ut utrobique æmulatione ad virtutem accenderetur. Majorem tamen partem servorum secum abduxit. *Schef.*

Ceteros omnes ad tutelam] Cum fratre Antandro. Ne quid autem se absente Syracusani moverent, διεζεύγνυε τὰς συγγενείας ἀπ' ἀλλήλων, καὶ μάλιστα ἀδελφοὺς ἀπ' ἀδελφῶν, καὶ πατέρας ἀπὸ παίδων, ut, qui domi manebant, de amicis et propinquis, qui cum Agathocle erant, soliciti, quiescerent. Diod. xx. 4. *Bong.*

Cap. v. § 1 *Septimo igitur*] Restituend. est numerus in Diod. init. lib. xix. Cum enim xx. 21. dicat, a Troja capta ad Agathoclis in Africam expeditionem esse annos τρισὶ πλείω τῶν ὀκτακοσίων ὀγδοήκοντα, i. e. 883. et in Africam profectus sit 7 anno imperii sui: ut et ex ipso Diod. constat: a capta Troja ad ejus tyrannidem erunt anni 876. Male igitur in Diod. legitur ὀκτακόσια ἑξήκοντα ἕξ, i. e. 866. cum sit legend. ἑπτάκοντα ἕξ. Nisi superior numerus emendandus videatur, ut legamus ἑπτακοσίων pro ὀκτακοσίων. Et hoc verius. *Bong.*

Archag.] Ἀρχάγαθος fil. Agathoclis vocatur a Diod. xx. 10. 33. 57. et seqq. verum in Excerpt. Porphyrog. p. 258. et a Polyb. Legat. i. Ἀγάθαρχος. Quod nomen alteri præfert Valesius, quia propius accedit ad patris nomen.

Quo veherentur] Ita Junt. et postea *victique victores insecuti sint:* Ms. *utroque:* hinc bene Junt. *ultroque victores ins. sint.* Græv.

§ 3 *Superesset*] F. *superesse.* Gron.

§ 4 *Deficientibus sociis*] Tac. H. ii. 97. 'Prosperis tuis rebus certaturi ad obsequium, adversam fortunam ex æquo detrectant.' Thucyd. de Atheniensium sociis i. 20. 20. et i. 24. 35.

et v. 3. 4. itemque de Lacedæmoniorum iv. 11. 10. *Bern.*

Odio diuturni imperii] Βαρυνομένους τοῖς προστάγμασιν ἐκ πολλῶν χρόνων, λήψεσθαι καιρὸν τῆς ἀποστάσεως: Diod. x. 3. *Bongars.* 'Spes cuique, novandi res suas, omni præsenti statu blandior est:' Liv. xxxv. 17. 8. 'Multi odio præsentium, et cupidine mutationis, suis quoque periculis lætantur.' Tac. iii. 44. *Bern.*

§ 5 *Non muris cincta*] In Mss. legitur *cincta*, item *posita:* quod videtur melius. Sed ita mox pro *quas* scribend. fuerit *quæ*, nec f. aliter fuit in vetustioribus, cum in iis diphthongi litteris separatis interdum scribantur, quæ scriptiò facile illud *quas*, accedente correctoris industria, potuit generare. *Schef.*

Urbes in planis campis jaceant] Ita loquuntur optimi quique. Virgil. vii. Æn. 'Qua Saturæ jacet atra palus.' Nep. Eum. 'Asiæ pars quæ inter Taurum jacet.' Brutus in Ep. ad Cic. 'Jacet locus inter Apenninum et Alpes.' Vid. et lib. de Latinit. F. Susp. p. 151. *Vorst.*

§ 7 *In repentino Pœnorum metu*] 'Subita conterrent hostes, usitata vilescunt:' Veget. iii. 16. Hujusmodi exempla collegit Piccartus Obs. Hist. vi. 9. *Bern.*

§ 9 *Sentient*] Leg. *sensuros.* Tota enim hæc oratio per infinitivos procedit. Cap. 3. 'Propediem sensuros quantum,' &c. Et Liv. xxxv. 33. 'Nec ullos prius cladem ejus belli sensuros.' *Gron.*

§ 11 *Capta Carthagine*] Hoc argumento Severus ap. Herodian. ii. milites hortatus, 'Occupemus,' inquit, 'quam primum Romam, Larem ipsum Imperii, reliqua dein facile expediturі.' Add. Liv. xxi. 5. 3. et xxxiv. 26. 3. Tac. Ag. 17. 2. Flor. ii. 9. 3. *Bern.*

§ 12 *Terminari nullo tempore oblivione*] Leg. et ita ex imitatione Ciceronis scripsit Justinus, *nulla temporis oblivione.* Faber. *Terminari oblivione* est, oblivione deleri, oblivione perire. *Vorst.*

Ut dicatur] Leg. *et dic.* nam 'ut' jam antea positum. *Faber.* Mallem *et dic.* Schef. Junt. retinet *ut*, sed aliter interpungit, et rectius posita τελείᾳ στιγμῇ post τὸ 'possit.' *Græv.*

Victique victores insecuti sint] Mss. *utroque victores.* Liv. xxv. 26. 'Ut ultro undique oppugnarentur Romani.' *Gronov.* Magis placet quod antiquiores typis expr. habent, *ultroque vict.* Atque ita in codd. quoque Mss. esse testatur Bong. *Vorst.* In Mss. plerisque legitur *ultroque:* id quod probant viri docti. Putem utrumque posuisse Justinum, ac scripsisse *ultroque victi victores ins. sunt.* Oratio sane ita longe elegantior propter oppositionem; et vicinitas litterarum facile potuit efficere, ut alterutrum omitteretur. *Schef.*

Cap. vi. § 1 *His quidem, &c.*] Hoc ipso exemplo et similibus aliis ostendunt Frontinus i. 12. et Piccart. Obs. x. 3. boni ducis esse, metum militum ex adversis ominibus conceptum prudenter eludere, et in contrarium vertere. Huic nostro geminum quid est in Curt. iv. 10. *Bern.*

§ 2 *Creditum adversum profecturos prodigium esse*] Scrib. *cred. adv. profecturis prodigium*, ut 'adversum' h. l. sit nomen, non præpositio. *Gronov.* Nullum hic in libris præsidium. Vix tamen dubito legend. esse *adversum profecturis.* Nam *prodigium adversum profecturos* sapit pessimorum temporum consuetudinem et illorum hominum, qui meliores scriptores aut non viderant, aut non legerant attente. Hinc et in seqq. dicit, 'nunc quia egressis acciderit, illis ad quos eatur portendere,' sc. adversa: hoc enim ἀπὸ κοινοῦ repetend. Nam 'portendere' sine adjecto nomine, quid significet, non potest intelligi, cum tam læta quam infausta et tristia 'portendi' dicantur. Porro in Junt. paullo

ante pro *portenti religio* non bene legitur *p. visio*. *Religio* est hic, superstitio, ut XVIII. 6. ‘ Cruenta sacrorum religio.’ Unde *religiosus* pro, superstitiosus, in illo vetere versu: ‘ Religentem esse oportet, religiosum nefas:’ h. e. superstitiosum. Sic vicissim *superstitio* in bonam partem pro religione XXXIX. 4. ‘ His tot necessitudinibus sanguinis adjicit superstitionem templi, quo abdita profugerit:’ pro quo in eod. lib. cap. 1. *religionem templi* dixit: ‘ Cum Tyrum religione templi se defensurus petisset.’ XLI. 3. de Parthis: ‘ In superstitionibus ac cura Deorum præcipua amnibus veneratio:’ h. e. in iis quæ religiose colunt, ac pro Diis habent et venerantur, præcipue sunt fluvii. Sed alia quoque huj. notionis exempla sunt in promtu. *Græv.*

§ 3 *Naturalium siderum*] Solis et Lunæ, ita f. dictorum, quod rerum naturam maxime fovere credantur. *Berneccer*. *Naturalia sidera* quæ sint, nemo, credo, explicabit; neque enim alia astra sunt, quæ non naturalia vocare possis. Lego *defectus naturales*, i. e. qui causis naturalibus nituntur. *Faber*. Hoc *naturalium* mihi valde suspectum, quasi sint et sidera non naturalia. Num scripsit Noster *naturæ luminum*, alinsque id exposuit per, siderum, et potest illud *luminum* contracte scriptum fuisse *luum*, post adjunctum esse voci *naturæ?* Certe, si est retinend. *naturalium*, putem ita dicta in opposito ad cometas, et id genus, ipsos quoque soles lunasque apparentes, quales hactenus intelligi possunt non naturales, non quod foveant naturam. *Schef*.

Certumque esse] Leg. *certum itaque esse*. Nam argumentatio est. *Fab*.

Adversisque rebus suis] Juntæ una voce auctiores: *laboribus adversisque rebus suis*. *Laboribus* est, malis, ærumnis. Cic. I. Fam. 9. ‘ Cujus erga me singularem benevolentiam vel in labore meo vel in honore perspexi.’ Id. III. 10. ‘ Multaque mihi veniebant in mentem, quamobrem istum laborem tibi etiam honori putarem fore.’ Terent. Andr. V. 2. ‘ Nonne te miseret mei tantum laborem capere ob talem filium?’ Vid. ibi Donatum. Virg. Æn. IV. ‘ Iliaci labores’ sunt calamitates Trojanorum. Horat. III. C. 14. ‘ Defunctus laboribus.’ *Græv.*

§ 4 *Naves incendi jubet*] Id. eod. consilio fecere Corcyræi ap. Thucyd. III. 13. 22. Nec dissimilia Liv. IX. 23. item XXI. 43. et 44. item XLIV. 10. 8. Britanni, ‘ obseptis effugiis, multa et clara facinora edidere.’ Tac. XII. 31. Nimirum ‘ Una salus victis, nullam sperare salutem:’ Virgil. Æn. II. 354. Add. sup. I. 6. 10. et XX. 3. 4. *Bern.*

§ 5 *Prosternerent*] Scribend. videtur *protererent*. XXIV. 4. ‘ Alii Macedoniam, omnia ferro proterentes, petivere.’ *Græv.*

Hanno] Et Βορμίλκας: Diod. XX. 10. qui Auctori nostro dicitur Bomilcar, aut Vomilcar. Habuerunt autem in exercitu 40. M. peditum, equites mille. Diod. ib. Oros. Ms. pro XXX. M. habet *viginti*, et ita unus e nostris. Nec magis in cæsorum numero conveniunt. Orosius, qui cetera hinc transcripsisse videtur, duo M. Pœnorum, Siculos duos: Diod. XX. 13. illorum mille, horum ducentos cecidisse scribit. *Bong.*

§ 8 *Prædas ingentes agit*] Plaut. Aulul. IV. 2. 3. ‘ Edepol næ illic pulchram prædam agat.’ Liv. I. 22. ‘ Forte evenit, ut agrestes Romani ex Albano agro, Albani ex Romano prædas invicem agerent:’ et XXIII. 36. ‘ Exercitus tyrannum spolians victos prædasque agens.’ *Gronov*. Saxo VI. p. 97. f. ‘ Ingentes prædas agere honestatis loco curatum est.’ Leg. *putatum est*.

§ 9 *Castra quinto lapide*] Assentior Gronovio, qui ex Mss. probat *in quinto lapide*. Vid. I. de Pecun. Vet. 3. Adstipulantur Juntæ. *Græv.* Antiquissimæ. Sensus elegantissimus; quia fuerunt tributariæ, ideo valde mobiles et cupidæ novitatis, si f. mutare conditionem suam possent. *Schef*. *Urbes nobilissimæ* sunt, celeberrimæ et florentissimæ inter tributarias. *Nobilis* enim Latinis proprie est, celebris. Phædr. ‘ Nec artis ulla medicum se prudentia, Verum stupore vulgi factum nobilem.’ *Græv.*

res typis expr. Bechar. et teste Græv. Juntarum *in quinto lapide:* quomodo rursus et in Mss. esse Bong. testatur. Mirum igitur quod id. præpositionem expunxit: id quod nec Gronovio placere ex libro huj. de Pec. Vet. videre est. Si maxime vocula *in* non adsit, est tamen ead. subaudiend. Est autem *in quinto lapide* pro, ad quintum lapidem. *Vorst*. Probant docti viri, quod in Mss. reperitur, *in quinto lapide*. Mihi adhuc melius videtur, si ex Ms. alio legamus *in quintum lapidem*, ut *in quintum* positum sit pro, ad quintum, sicut sæpe ‘ in’ pro, ad, occurrit. *Schef*.

Ut damna carissimarum rerum] Eod. respiciens Antonius ap. Tac. H. III. 30. ‘ Rapi ignes, inferrique amœnissimis extra urbem ædificiis jubet; si damno rerum suarum Cremonenses ad mutandam fidem traherentur.’ Quod ipsum tamen comminandum potius quam faciendum, nec ad desperationem hostes adigendos, præcipit eum Onosandro Strat. c. 6. Thucydides I. 13. 7. et II. 6. 5. *Bern.*

§ 11 *Omnes admiratio incessit*] Liv. I. 56. ‘ Incessit omnes cupido:’ et VII. 39. ‘ Haud dubius timor incessit animos.’ Tac. I. 16. ‘ Pannonicas legiones seditio incessit.’ *Gron.*

§ 12 *Verum etiam urbes nobilissimæ*] Junt. *v. e. tributariæ urbs. nob*. Veram puto hanc lect. esse sequens caput ostendit: ‘ Cum domi forisque eadem fortuna Carthaginiensium esset, jam non tributariæ tantum ab his urbes, verum etiam socii reges deficiebant.’ *Græv*. Junt. teste Græv. una voce amplius, *tributariæ urbes nob*. Inf. XXII. 7. 3. *Vorst*. In quibusd. legitur *urbes tributariæ nob*. quod probant viri docti, quia mox fit mentio urbium tributariarum in seq. capite. Nec improbo. Sed, si hæ fuerint *tributariæ*, quid ita hic vocantur *nobilissimæ*, aut quid omnino ad rem facit illud *nobilissimæ?* Fallor multum, aut scriptura vera Justini est *urbes mobi-*

Cap. VII. 2. *Antandro*] Ita quoque Diod. Mendose Oros. IV. 6. *Androne*. Bern.

§ 3 *Domi forisque, &c.*] Curt. IV. 1. 54. ‘ Eadem ubique fortuna partium.’ Flor. IV. 2. 43. ‘ Omnia felicitatem Cæsaris sequebantur.’ *Idem.*

Non fide, sed successu] ‘ Adversis enim rebus rarior fides est,’ ait Veget. III. 9. m. ‘ Quo se fortuna, eodem etiam favor hominum inclinat:’ Noster V. 1. 11. *Bern.*

§ 4 *Aphellas*] Diodoro XX. 41. Ὀφέλλας dicitur: is περιεβάλετο, inquit, ταῖς ἐλπίσι μείζονα δυναστείαν, ‘ animo principatum complexus fuerat.’ *Bongars*. Paulus tamen Leopard. Emend. XVII. 10. *Opheltas* legend. contendit, firmante Plutarcho in Demetr. 16. et Paus. in Corinthiacis. ‘ Ophellam’ vocat et Ὀλυμπιάδων ἀναγραφὴ ΟΛ. ΡΙΔ. et Phot. 218. f. *Berneccer*. Non dubitand. de lect. Bongarsii, *Ophellas*. Nam, præter Diodorum, ita quoque habent Theophrast. de Plantis IV. 4. et Polyæn. atque alii. *Voss*. Junt. *Opheltas*. Unde liquet recte Leopard. ex Plut. et Paus. emendasse, *Opheltas*. Græv. Alii *Aphellas;* alii *Opheltas*, quod ego cum Leopard. viro doctiss. verum puto. Est autem nomen Laconicum. Cyrenæi vero origine Lacones erant. Tamen in minori Epitoma legitur ‘ Ophellas.’ *Faber*. Antiquiores typis expr. *Ophellam* vel *Opheltam* vocant: quomodo vett. quoque auctores Græcos, Diodorum, Plut. et Paus. vocare viri docti monuerunt. In vetere item Prologo huj. lib. est *Opellam*. Vor.

§ 7 *Bomilcar, rex Pœnorum*] Carthaginiensium duces etiam reges dicuntur. Hannonis Periplus inscribitur, Ἄννωνος Καρχηδονίων βασιλέως: et Imilco, de quo sup. XIX. 2. et 3. 'rex Carthaginiensium' ab Oros. IV. 6. dicitur. Ideo, opinor, quia plerumque perpetuam auctoritatem obtinebant. Procop. I. de B. Goth. barbaros ait duces suos, reges, vocare. Vid. quæ notavi ad XXXI. 2. 9. *Bong.*

§ 8 *Ut idem locus, &c.*] Ita Manlius Capitolii servator, affectati regni condemnatus, 'de saxo Tarpeio dejicitur; locusque idem in uno homine et eximiæ gloriæ monimentum, et pœnæ ultimæ fuit.' Liv. VI. 20. 26. *Bern.*

§ 10 *Tacita suffragia*] De quibus XXII. 3. 6. *Idem.*

CAP. VIII. § 1 *Profligatis in Africa rebus*] *Profligatæ res* pro afflictis et perditis. Cic. III. de Orat. 'Cum Philippus suis consiliis remp. profligasset.' Atque inde est quod hominem perditum et 'profligatum' dicunt. *Vorst.* Hoc *rebus*, quicquid explicent, suspectum mihi manet. Quomodo enim tandem necesse est, ut de adversariorum rebus magis, quam propriis Agathoclis accipiatur? Res quidem exigit, at verba contrarium potius requirunt. Sic enim 'rebus integris,' 'rebus perditis,' intelligimus de nostris, nisi quid addatur. Itaque omnino credo Justinum scripsisse *profligatis in Africa regibus*, ac intellexisse Bomilcarem Carthaginiensium et Aphellam Cyrenarum reges. *Schef.* Hæc non ceperunt viri docti. Non enim est *rebus profligatis*, ut Vorst. exponit, rebus perditis, et afflictis; sed plane contrarium, rebus felicissime gestis in Africa, cum res felicissime cessissent in Africa, cum multum profecisset in bello, quod agebat in Africa, ut fere pro confecto haberetur. *Profligare* enim est multum proficere in aliqua re, ita ut pæne ad exitum deducatur. Noster XX. 4 'In juventute quantum profligatum sit, victi fœminarum contumaces animi manifestant:' h. e. quantum in erudienda juventute profecerit Pythagoras. Cic. V. Tusc. 'Profligata jam hæc et pene ad exitum adducta est quæstio:' h. e. de hac quæstione tantum jam egimus, ut pauca de illa supersint dicenda. Sen. de Brev Vit. I. 1. 'Intellecturi in ipso itinere, si modo rectum erit, quantum quotidie profligetur, quantoque propius ab eo simus, ad quod nos cupiditas naturalis impellit.' Frontin. Strat. II. ex. 20. 'Quo genere cum profligari nihil videret.' Ancyranum monumentum: 'Forum Julium, et basilicam, quæ fuit inter ædem Castoris et ædem Saturni, cœpta profligataque opera a patre meo perfeci.' Vid. Lips. ad II. H. Tac. contra Gellium disputantem de hac istius vocis significatione. *Græv.*

§ 6 *Belli reliquiæ peraguntur*] Nimis mihi insolens hæc locutio videtur. Mallem *b. reliqua p.* Schef.

§ 8 *Versamque in se invidiam*] H. e. malam existimationem, et quasi infamiam (Unglimpff Nachred). Hac notione Tac. IV. 70. ait, Tiberium, quod ipsis Januarii Calendis supplicia mandasset, 'magnam invidiam adisse.' Liv. XXIV. 25. 2. 'Tutores regis sub aliena invidia regnant.' Flor. III. 6. 2. 'Cilices sub exteri regis invidia prædantur.' Ita Noster XII. 6. 12. XXI. 5. 10. et II. 8. 9. *Bern.*

Cum Archagatho] Diod. XX. 70. deseruisse filios scribit, qui a militibus, fuga cognita, interfecti sint. Quam crudeliter autem in Sicilia versatus sit post reditum Agathocles, leg. ap. Diod. XX. 72. 73. *Bongars.* A Græcis varie appellatur Ἀρχάγαθος, Ἀγάθαρχος. *Voss.*

§ 10 *A Numidis excepti*] H. e. insidias Numidarum passi. Cic. VII. ad Att. 22. 'De Pompeio suo nihil, eumque, nisi in navim se contulerit, exceptum iri puto.' Auctor B. Alex. 10. 'Nonnulli ab equitibus hostium sunt excepti,' et Suet. Tib. 3. 'Quasi exceptos supprimerent non solum viatores,' &c. Virgil. Ecl. III. 17. 'Non ego te vidi Damonis, pessime, caprum Excipere insidiis?' *Gron.*

§ 11 *Quibus reversus a Sicilia fuerat*] Melius Junt. *q. regressus a S. f.* Latini enim dicerent 'quibus reverterat.' *Græv.*

§ 12 *Exemplum, &c.*] Liv. XXXI. 12. 'Et ne Pleminium quidem tam clarum recensque noxæ simul ac pœnæ exemplum homines deterrere.' Vell. II. 100. 'Julius Antonius singulare exemplum clementiæ.'

Proditor] Vid. Notam ad XIX. 3. 10. *Berneccer.* Præcedit 'rex exercitus sui desertor.' Et 'proditor' id. fere est quod, desertor. 'Prodere' quoque id. quod, deserere et periculo exponere. Vid. Notas ad XIX. 3. 11. *Vorst.*

§ 14 *Ab Archesilao*] Scrib. *Arcesilao.* Faber. Opt. Sic et Junt. *Græv.*

Huj. cædis etiam alii participes fuerunt. Polyb. Legat. I. • Συνέβαινε δὲ τούτους τοὺς ἄνδρας (Ἱπποκράτη καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ τὸν νεώτερον Ἐπικύδη) καὶ πλείω χρόνον ἤδη στρατεύεσθαι μετ' Ἀννίβου, πολιτευομένους παρὰ Καρχηδονίους, διὰ τὸ φεύγειν αὐτῶν τὸν πάππον ἐκ Συρακουσῶν, δόξαντα προσεννοχέναι τὰς χεῖρας ἐνὶ τῶν Ἀγαθοκλέους υἱῶν Ἀγαθάρχῳ.

Amico autem patris] Impr. quidam *amico Antipatri*, unde liquet veterem scripturam fuisse *amico ante patri*, quod nescio, an non lectioni vulg. debeat præferri. *Schef.* *Antea* legitur in omnibus melioribus edd. non *autem.* Græv.

Satis habere, &c.] Hoc modo ap. Barclaium, novitii commatis, genii veteris auctorem, Argenid. lib. II. Eristhenes damnandus: 'Satis est gaudii, quod post Poliarchum Siciliæ hostem vixi.' *Bern.*

LIBER XXIII.

CAP. I. § 1 *Partem civitatium a se dissidentem*] Vett. edd. ut et Junt. *dissidentium.* Græv. Rectius videtur, quod et Sichard. secutus est, *dissidentium.* Vor.

§ 2 *Cujus imperii partem, &c.*] Cupiditates mortalium, ubi semel exorbitare cœperunt, οὐδαμοῦ τῆς εἰς τὸ πρόσω φορᾶς ἵστανται, 'semper ulterius progrediendo, nunquam sistunt,' inquit Basilius Magnus. Add. sup. XXI. 6. 4. *Bern.*

§ 7 *Quibus et Spartani*] De quibus II. 3. 5. et 6. *Idem.*

§ 8 *Sine veste quam induerent*] Codex Ms. teste Bong. *qua induerentur.* Quod rectum f., certe elegans est. Esset autem *induerentur* pro, induerent se; passivum pro activo cum pron. recip. *Vorst.* Atqui Noster III. 3. de Spartanis: 'Juvenibus non amplius una veste uti toto anno permisit.' Non ergo erant sine veste, quorum tamen hic dicuntur secuti leges. Puto vestem Græca consuetudine usurpatam pro ea, quæ interiori injicitur, atque ita et verbum *induere* accipi hic oportere. Modo integer sit locus, de quo deliberent eruditiores. *Schef.* Aut legend. *una veste* pro *sine veste*, aut sic capiend. est, ut Scheff. monuit; sic et 'nudi' ap. Latinos dicuntur, qui tunica tantum erant induti, ut docuit Gisbert. Cuper. Obs. I. 7. *Græv.*

Sine ullo usu urbis] Urbes effœminando, castra masculando militi facere, Gruterus ad Tac. cap. 38. justa

dissertatione demonstrat. *Bern.*

§ 12 *Concurrentibus ad opinionem, &c.*] Ut factum quoque XVIII. 5. 17. *Id.*

Bruttiosque se ex nomine] Strab. VI. Bruttios dictos ait a Lucanis, Βρεττίους γὰρ καλοῦσι τοὺς ἀποστάτας. Cum corum essent pastores, rebus tempore Dionysii turbatis, ab iis defecerunt. Steph. a Bretto, Herculis fil. dictos vult. Vid. Eustath. in Dionys. qui eos Βρεντίους vocat, et Diod. XVI. 15. *Bongars.* Βροῦττιοι nominantur Ptolemæo: 'Brettii' leguntur in Numismatibus: 'Brutates' ap. Festum. Ipsa regio (quæ 'Calabria Inferior' hodie) Polybio XI. Βρεττανία, Strab. VI. Βρεττία nominatur. A Steph. Schol. Theocr. aliisque Siciliam vocari patet ex eo, quod fluvios oppidaque non pauca hujus tractus Siciliæ adscribant, prout etiamnum in titulis Regum Hispaniæ 'Sicilia cis Pharum' appellatur, ad differentiam Insulæ, quæ 'ultra Pharum.' Add. Lans. Consult. p. 789. *Bern.*

§ 14 *Qua victoria erecti*] Hoc *qua* necessario referri debet ad certam aliquam, de qua prius dictum. At hic nulla mentio fit victoriæ in præcedd. sed tantum belli. Quare puto hic scribend. *quo vict.* *Quo* refertur ad bellum, et ponitur pro, in quo. Non intellexerunt scribæ, et, quia putaverunt *quo vict.* vitiosum esse, nec adjectivum substantivo respondere, ideo *qua vict.* fecere. *Schef.*

CAP. II. § 1 *Principio adventus opinionis ejus*] 'Opinio' huic Auctori est, fama et rumor. Nonius significationem notavit: sed exempla, ut ipsius est mos, adscripsit parum accommodata. Tac. Ag. 9. 'Comitante opinione Britanniam ei provinciam dari.' Cic. XI. ad Att. 16. et 18. *Bongars.* Ceterum structuram orationis vix hic expedio. Legerim *Principio, adventus ejus opinione conc.* vel potius: *Principio adventus, opinione ejus concussi*, h. e. fama territi. Sicut XX. 2. 3. 'principio originum.' *Bernecc.* Optime Gronov. ex vett. impr. libris legend. censet *adventus ejus opinione concussi*, h. est, fama, ut sæpe ap. Nostr. *Græv.*

Principio adventus opinionis ejus concussi] Ex libris impr. emendat Gronovius, *adventus ejus opinione;* quod tam verum est quam facile ad emendand. fuit; ut et quod mox sequitur ex Junt. *vindicantes* pro *vindicantibus.* Ita etiam locutus est Just. XXIV. 7. 6. 'Prima namque opinione adventus Gallorum,' &c. *Faber.* Bong. et Bernecc. edidere *Principio adventus opinionis ejus concussi.* Sed notavit Bong. typis expressos habere *opinione.* Et fatetur Bernecc. sibi omnino sic legend. videri. Sed et Gronov. libros typis expressos hic sequendos existimat. Est autem 'opinio' hic pro, fama, ut frequentissime. *Vorst.*

§ 2 *Quos Agathocles, &c.*] Sic ab Tullo Hostilio os sublitum est legatis C. Cluilii. Liv. I. 22. 7. Sic legatis ipsis Romanis ab gente Achæorum, Paus. VII. p. 423. m. Add. Frontin. I. 4. 6. *Bern.*

Conscensis navibus] Mss. omnes habent *conscensa nave*, quod non video, quare noluerint servare. Oratio sane ipsa requirebat, nam frustratus eos est Agathocles *conscensa nave*, non *navibus*, nec enim plures poterat conscendere. Fefellit correctores, quod præcedit de exercitu. At debebant animadvertere, duo divisa hic proponi. Exercitus conscendebat naves et trajiciebat, dum Agathocles legatos habet in cœna. Deinde sequebatur ipse Agathocles, cœna finita: id quod fiebat uno et peculiari navigio. *Schef.*

§ 4 *Per omnes, &c.*] Saxo XI. p. 212. 17. 'Qui cum, pestifero humore grassante, fatalem cordi dolorem imminere cognosceret.'

Velut intestino singulorum bello impugnabatur] Angli ex tribus Mss. reposuerunt *sing. membrorum bello:* hoc quoque vocabulum in vulgatis perpe-

ram omissum conspicitur etiam in Junt. *Græv.*

§ 5 *Bellum inter filium nepotemque ejus oritur*] Mirum h. l. neque filium, neque nepotem nominatum; et filios in Africa amiserat. Paulo post, cum inquit, 'Igitur Agathocles, cum morbi cura et ægritudo graviores essent,' legend. suspicor *cum belli cura.* Sic enim seqq. melius intelligentur. *Glar.*

Inter filium nepotemque ejus regnum jam quasi mortui vindicantibus] Non fert hoc Prisciani doctrina. Scrib. cum Junt. *vindicantes:* et cum iisd. statim *occisoque filio.* Græv. Junt. *vindicantes*, quod Græv. putat exigi a Prisciano. Vorst. existimat non esse necessarium, ut liquet ex nota ejus ad II. 3. 16. et VIII. 5. 10. *Schef.*

§ 6 *Cum morbi cura et ægritudo graviores essent*] Hæc planiora fuerint, si Freinsh. rescribentem sequare, *morbo.* Gravis morbus: sed animi ægritudo curaque gravior. *Bern.* Lego *cum morbus cura et ægritudine ingravesceret.* Terent. Hecyr. III. 2. 'Male metuo, ne Philumenæ magis morbus adgravescat.' Liv. XLI. 16. 'Ingravescente morbo.' Suet. Tib. 73. 'Tempestatibus et ingravescente vi morbi retentus paulo post obiit.' *Gronov.* Freinsh. putabat hic legend. *morbo:* ut sit comparatio inter morbum corporis, et curam animi, probatque Bernecc. Ego potius existimem scripsisse Just. *cum orbi cura*, quia *morbi* legitur in libris omnibus, et *m* in eo adjectum ex littera finali vocis præc. videtur. Porro *orbus* eleganter hic dicitur Agathocles, non modo propter amissum filium, sed et multo magis, propter amissum regnum, quod carius rebus omnibus habuerat. Nisi f. quis existimet jungend. utrumque, ac scribend. *cum morbo orbi cura*, sed alterum præferrem, quia illud *morbo* facile hic intelligitur. *Schef.* Varie hic l. corrigitur. Mihi, si quid mutandum, scribend. videtur *Cum morbus, cura, et ægritudo graviores essent:* aut, si librorum scriptura non est sollicitanda, dicend. non uno modo morbo impugnatum fuisse Agathoclem, qui omnes ingravescebant curis et ægritudine, quæ senem macerabant. Morbus sane et cura ac ægritudo tanquam duo mala, quibus Agathocles eod. tempore infestabatur sævissime, hic commemorantur, ut ex verbis statim seqq. 'Et inter se alterum alterius malo' (cura nimirum s. ægritudo et morbi) 'cresceret,' constat, *Græv.* Historiam morbi atque mortis Agathoclis descripsit Diod. Ecl. XXI. 12. Ὁ δὲ βασιλεὺς, εἰωθὼς μετὰ τὸ δεῖπνον ἀεὶ πτερῷ διακαθαίρεσθαι τοὺς ὀδόντας, ἀπολυθεὶς τοῦ πότου, τὸν Μαίνωνα τὸ πτερὸν ἤτησεν· εἶτα ὁ μὲν φαρμάκῳ σηπτικῷ χρίσας ἀπέδωκεν. Ὁ δὲ χρησάμενος αὐτῷ φιλοτιμώτερον, διὰ τὴν ἄγνοιαν, ἤψατο πανταχόθεν τῆς περὶ τῆς ὀδόντας σαρκός· καὶ πρῶτον μὲν πόνοι συνεχεῖς ἐγένοντο, καὶ καθ' ἡμέραν ἐπιτάσεις ἀλγηδόνων· ἔπειτα σηπεδόνες ἀνίατον πάντη τοὺς ὀδόντας περιεῖχον. Et paulo post: Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν βασιλέα διακείμενον ἐσχάτως ἤδη κατέθηκεν ἐπὶ τῆς πυρᾶς Ὀξύθεμις ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ Δημητρίου τοῦ βασιλέως, καὶ κατέκαυσεν ὄντα μὲν ἔμπνουν ἔτι, διὰ δὲ τὴν ἰδιότητα τῆς περὶ τὴν σηπεδόνα συμφορᾶς οὐ δυνάμενον φωνὴν προΐεσθαι.

Texenam] Unus e Mss. *Teonexam:* f. *Theoxenam.* Bongars. Junt. *Theogenam.* Græv. Vel tu *Theænam* scrib. vel *Theuxenam:* est autem nomen Doricum pro, Theoxenam. *Fab.*

§ 7 *Uxor diu, ne ab ægro divelleretur*] Id genus egregium fidei conjugalis exemplum est in Plut. Erotico 49. quod etiam Tac. H. IV. 67. 4. tangit, et in iis quæ desiderantur, perscripsit. Plura Val. M. VI. 7. Ph. Camerar. Op. Subcis. Centur. I. 51. Certe Vell. II. 67. id notand. tradit, 'fuisse in proscriptos fidem, ut filiorum nullam, servorum aliquam, libertorum mediam, sic uxorum sum-

mam.' *Bern.*

Ne discessus suus adjungi parricidio posset] Quid est quæso *discessus adjungitur parricidio?* et ad quem debet referri id *adjungi posset?* a quo non debet posse adjungi? num ab aliis per sermones et convitia, si dicerent, eam sic deseruisse maritum, sicut nepos occidit filium ejus? Non videtur tantopere sollicita fuisse de fama. Et tamen aliter exponi verba ista nequeunt. In Mss. est *discessu suo*, quam lect. puto veram. Sensus: Precata est uxor, ne abire se compelleret, quia vereretur, discessu suo, s. per discessum suum, futurum ut ipse æger adjungatur filio per parricidium nepotis, h. e. ut Agathocles pari modo interficiatur a nepote suo, sicut ab eo interfectus fuit filius. *Schef.* Nihil hic novand. Sententia est: Ne discessus suus tam detestabilis esset et haberetur ac parricidium nepotis. Hæc ipsa verba seqq. explicant, ' et tam cruente,' &c. *Græv.*

§ 8 *Non prosperæ tantum, sed omnis fortunæ*] Qua causa ' consortia rerum secundarum adversarumque' conjugia dicuntur Tacito III. 34. 6. Quomodo Porcia Bruto ' se datam,' inquit, ' non sicuti pellices, ad lecti tantum et mensæ consortium: sed etiam ad prosperorum adversorumque societatem:' Plut. in Bruto c. 19. Aliter Plancina, ' segregata a marito' periclitante: Tac. III. 15. 2. *Bern.*

Et exsequiarum officium] Mss. plures habent *ut exs.* quod, quia rationes emphatice proponit, et seorsum singulas insinuat, puto accommodatius huic negotio, et præferend. Vult enim uxor causas remanendi graves et multas dare. *Schef.*

§ 9 *Senis*] Nempe 95. annos nati, juxta Lucian. in Macrobiis sub init.: 72. annos tribuit ei Diod. XXI. 12. exercitissimis auctoribus Timæo et Callia Syracusanis, et fratre Agathoclis Antandro. *Bern.*

§ 10 *Ægri senis*] Plane post *ægri* comma est ponendum, quod et absentia conjunctionis ostendit, et emphasis h. l. requirit. *Schef.* Junt. *senis ægri.* Græv.

CAP. III. § 1 *Pyrrhus adversus*] Vid. Plut. in ejus Vit. 45. et Paus. in Att. qui eum primum Carthaginienses insula fugasse referunt; tandem, cum ob crudele imperium a sociis desereretur, *οὐ δυνάμενος κρατεῖν Σικελίας, ὥσπερ νεὼς ταραχθείσης*, vocatus a suis, Italiam repetiit, navali prœlio in itinere a Carthaginiensibus superatus. *Bongars.*

§ 2 *Sicuti dictum est*] XXVIII. 2. 11. *Bern.*

§ 3 *Heleno filio*] Plut. in Pyrrho 17. non hunc, sed Alexandrum, ait ex Lanassa Agathoclis filia susceptum. *Bong.*

§ 5 *Ab Italicis sociis venere*] A Tarentinis et Samnitibus. Plut. Pyrrho 52. *Bern.*

§ 6 *Incertusque, &c.*] Saxo XIV. p. 344. 89. ' Rex quidnam potissimum ageret incertus.'

§ 8 *Æstu periculorum*] Vid. notam ad XI. 13. 3. Ita Petron. ' Dum in hoc dictorum æstu totus incedo.' Ammian. XV. ' In hoc æstu mentis ancipitis.' *Bern.*

§ 9 *A Sicilia abiret*] Cum, ad insulam respectans, comitibus suis dixisset: ' O qualem, amici, palæstram Carthaginiensibus et Romanis relinquimus!' Plut. Pyrrh. 52. *Idem.* In Mss. est *abire et.* Suspicor lect. veram esse *abierat.* Schef.

Pro victo fugere] ' Qui recedit, fugere creditur:' Curt. III. 8. 12. ' Pro victo,' h. e. tanquam victus. Ita XXIV. 7. 5. ' Milites ad occupanda omnia pro victoribus vagabantur,' h. e. tanquam si essent victores. Sen. Vit. Beat. 16. f. ' Laxam catenam trahit, non jam liber, sed tamen pro libero.' Du viel als frey. Suet. Aug. 24. 4. ' Ut equitem, relegatum

in agros, pro libero esse sineret.' *Bern.* Plaut. Merc. IV. 3. 26. ' Urges quasi pro noxio.' Liv. II. 62. ' Cur pro victo relinqueret hostem.' Cæs. V. B. G. 8. ' Nihil hunc, se absente, pro sano facturum arbitratus.' *Gron.*

§ 10 *Socii ab eo defecerunt*] Partim ad Carthaginienses, partim ad Mamertinos. Plut. Pyrrh. 52. *Bern.*

§ 11 *Nec in Italia*] Præter Plut. leg. Flor. I. 18. Oros. IV. 2. et Frontin. IV. 1. 13. ap. quem pro *Statuentum*, quod et Mss. agnoscunt, ex Plut. Pyrrh. 54. legend. *Beneventum.* Victus autem magno prœlio a Manio Curio consule. *Bong.*

In exemplum] F. *inter exempla.* Plin. XXVIII. N. H. 9. ' Sunt inter exempla, qui asininum bibendo liberati sunt podagra chiragrave.' *Gron.*

§ 12 *Rebus, &c.*] Sall. Hist. Fragm. VI. 13. ' Rebus supra votum fluentibus.' Symmach. I. Ep. 21. ' Supra votum fortuna fluxit.' Menand. Fragm. 172. *Αὐτόματα γὰρ τὰ πράγματ' ἐπὶ τὸ συμφέρον Ῥεῖ.*

Adstruxerat] Vulg. *attraxerat*, et ita Mss. quidam. Illud malo, statim enim, ' destruens,' inquit, ' quæ cumulaverat.' Tac. Ag. 44. 5. ' Et consularibus ac triumphalibus ornamentis prædito quid aliud adstruere fortuna poterat?' *Bongars.* Ita Vell. II. 55. ' Victus a Cæsare Pharnaces vix quicquam gloriæ ejus adstruxit.' Plin. Paneg. 62. ' Sibi accrescere putat, quod cuique adstruatur:' et 74. ' Nihil felicitati suæ putat adstrui posse.' *Bernec.* Antiquiores typis expr. *attraxerat.* Sed Bong. rescripsit *adstruxerat.* Quod etsi in Mss. reperisse se non profitetur, illud tamen non repudiaverim; vel hanc ob causam, quod aliquis cod. Ms. eod. teste habet *struxerat. Adstruere* pro, adjungere, elegans est. Vid. Notas Bernecceri. *Vor.*

CAP. IV. § 4 *Quippe genitus*] Quæ hic de Hierone referuntur, citat Saresb. Policr. I. 13. De eo Plaut. Menæc. II. 3. 59. *Bong.*

Hieroclyto] Paul. Leopardus, Emend. XVII. 10. monet legend. *Hierocle:* et ita Paus. VI. p. 365. 12. *Bernec.* Leopard. et Casaub. *Hierocle nobili.* Veram scripturam credo *Hierocle inclyto*, et *nobili* esse glossam. *Schef.*

Hierocle. Gelone. Pudendum] In primo, et secundo, secutus sum sententiam Leopardi et auctoritatem Pausaniæ. In tertio, mihi præivit Bernecc. *Pudibundum* enim h. l. vitiosum. *Faber.* Faber et Angli receperunt merito *Hierocle*, quamvis adversentur libri. *Græv.*

A Gelo] Rectius *a Gelone.* Bernec. Quis dubitet legend. esse *a Gelone?* Vorst. Vorst. *a Gelone*, neque dubitand. Ex Casaub. *Schef.*

§ 5 *Maternum, &c.*] Zonar. VIII. Annal. 6. *Ὁ δέ γε Ἱέρων οὔτε πατρόθεν ἐπιφάνειαν ἔχων τινὰ, μητρόθεν δὲ καὶ δουλείᾳ προσήκων, Σικελίας ἁπάσης ἦρξε μικροῦ.*

Pudibundum] Malim *pudendum.* Sed in hoc librorum consensu nihil mutand. Sic Lucan. Eclog. ad Pison. vs. 114. ' pudibundos sales' vocat, quorum pudere aliquem debeat. Alia notione XXXVIII. 8. 15. ' Quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant.' *Bernec.* Melius Junt. ut conjecerat cl. Bernecc. *pudendum fuit.* Græv.

§ 7 *Apes, congesto, &c.*] Id. de Pindaro refert Ælian. V. H. XII. 45. et de Jove Serv. ad Virg. Æn. III. 104. *Bern.*

§ 8 *Parvulum recolligit*] Junt. *collegit.* Paulo ante pro *Hieroclyto* recte Leopard. in Emend. et Casaub. ad Dionys. emendarunt, *Hierocle:* qui et *a Gelone* legend. censuit. Vulgo *a Gelo.* Græv. Simile illud in Græcis: Matth. XXV. 35. *Ξένος ἤμην καὶ συνηγάγετέ με.* Ubi *συνάγειν* est *recipere, suscipere:* quomodo et in versione II. Sam. XI. 27. *Vor.*

§ 9 *Eidem, &c.*] Eand. historiam

narrat Ælian. XIII. Nat. Anim. 1. Saresb. I. 13. ' Hiero Siculus literatorio insistens ludo inter coæquales stylo operam dabat: eique lupus in turba puerorum repente conspectus tabellam eripuit, successus hominis firmans inaudita forma prodigii.'

Inter coæquales] X. 6. 6. Bong. et Bernecc. edidere *æquales*. Quod elegantius quidem est; sed et ibi tamen Becharii aliæque vett. edd. habent *coæquales*. Vor.

In turba] Mss. habent *in turbam*, quod locutionis genus etiam alibi exhibent in similibus, sicut jam aliquoties a me annotatum est. *Schef.*

Repente conspectus] Non videntur ista satis convenientia et sana. Quid enim sibi vult hoc *repente conspectus*, et quo fine adfertur? Suspicor potius scripsisse Just. *repente e conspectu*, sed quia illud *e* absumsit littera proxime præcedens, factum esse id, quod legitur in vulgatis. *Id.*

§ 10 *Prima bella*] Hic quoque vidend. an non melius fuerit, si legamus *primo bella incunte*. Id.

Noctua in hasta] Potest hoc accidisse, cum Agathocles, bello Punico, noctuas compluribus per castra locis clam emisit, quæ per agmen volitantes, dum clypeis galeisque insident, animos militum confirmabant, pro felici id augurio accipientibus singulis, propterea quod Minervæ sacrum id animal habetur. Diod. XX. 11. Videatur adagium ' Noctua volat.' *Bern.*

§ 11 *Manu pr.*] Saxo VIII. p. 141. 53. ' manu promti.' Hegesipp. VI. 10. et 19. ' manu promtus.'

§ 14 *Vires quoque in homine admirabiles*] Hinc excidit *ut*, quod ii, qui acutum Latinitatis sensum habent, non inviti concedent. Leg. igitur *vires quoque, ut in homine, admi. fuere*; i. e. tantæ in illo vires erant, quantæ maximæ in homine esse possunt. *Faber.* Notator Anglicanus verba *in homine* delet. Faber scribit *ut in homine*. Mallem sequi Fabrum, quanquam dubitem Just. sic scripsisse. *Schef.*

Ut nihil ei regium, &c.] Ex hoc l. doctissimus Adversariorum scriptor XLVI. 7. explicat illud Senecæ Thyest. 470. ' Immane regnum est, posse sine regno pati.' Rectius admirandi judicii vir H. Grotius ad Lucan. V. 314. *Bernec.* Septem annis Hiero magistratum gessit Syracusis, antequam rex crearetur, uti Casaub. in Commentario in Polyb. demonstrat. *Vor.*

LIBER XXIV.

CAP. I. § 1 *Dissidentibus inter se bello Ptolemæo Ceraune, et Antiocho, et Antigono*] Vestigia huj. belli jam XVII. 2. 10. apparuerunt. Videsis l. istum, inque Notis emendationem ejus. In textu perperam omissum video *et Antigono*. Vor.

§ 2 *Ad spem, &c.*] Saxo XVI. p. 375. 30. ' Quo exemplo ceteri ad spem veniæ erecti,' &c.

§ 3 *Causas, &c.*] Tac. II. A. 59. ' Germanicus Ægyptum proficiscitur cognoscendæ antiquitatis: sed cura provinciæ prætendebatur.' Hegesipp. I. 41. ' Et facti pœnitentiam prætendebat.'

§ 4 *Cirræum campum*] De quo Paus. in Phocicis. Diod. XVI. et Plin. IV. 3. *Bongars.* Scribe *Cirrhæum*. Martial. I. Ep. 77. ' Quid tibi cum Cirrha,' &c. Stat. Epic. in Patrem V. Sil. 3. 4. ' Nec solitam fas est impelere Cirrham.' Lactant. in Stat. Th. VII. 332. ' Parnassus in duo juga dividitur, in Cirrham et Nysam.' *Gron.*

§ 5 *Arean*] Ita Vett. Plut. in Pyrrho 58. et Paus. Att. Rex Lacedæmoniorum est Ἄρευς. *Bongars.* Spartanorum ille rex fuit: ut non tantum ex eo colligi licet quod dux et imperator electus est, sed et quod in vet. Prologo lib. XVI. Trogi diserte ' Lacedæmoniorum rex' appellatur, quem Antigonus Gonatas Corinthi interfecerit. *Vor.*

Urbes sataque] Mss. tres, quos vidit Bong. habent *urbem*. Miror, quod neglexerint. Nam et alii nisi unam urbem iis in campis ignorant. Plin. IV. 3. ' Ultra Cirrhæi Phocidis campi, oppidum Cirrhæ.' Add. Paus. in Phoc. *Schef.*

§ 6 *Sparsos hostes, ignorantesque quanta manus esset*] Oppido obscurus locus est; si enim ' ignorantes' in accusandi casu legatur, intelliguntur Græci, qui quot essent pastorum ignorabant; sin nominandi casu, Ætoli: quippe qui nesciebant, quot Græcorum essent. Quid si Auctor f. ita posuit, ut de utrisque intelligatur? *Glarean.*

Admodum novem millibus] Hoc *admodum* a sciolo hic puto intrusum ex supp. Non enim, cum conjunguntur major minorque numerus, id majori quoque solet jungi, quia id. significat ac, non amplius, quod inepte majori numero apponeretur. Liv. XXII. 24. ' Sex millia hostium cæsa, quinque admodum Romanorum.' *Schef.* Imo *admodum* est, quasi, circiter, præter propter, sæpe ap. Just. aliosque. *Græv.*

§ 8 *Filia sua*] Antigone, quæ tamen Ptolemæi privigna verius. Plut. in Pyrrho 6. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Cassandreæ*] Hæc urbs antea Phlegra et Potidæa dicta fuit; verum, quia Cassander Antipatri fil. novos ibi posuerat colonos, et urbem instauraverat, Cassandrea appellata est. Leg. Strab. Excerpt. VII. et Liv. XLIV. 11. *Gronov.* Junt. semper *Cassandriæ urbis*; sic ' Alexandrea,' ' Alexandria.' *Græv.*

§ 2 *Simulato amore*] Gunther. Ligurin. X. 291. ' Nulla quidem pestis magis est operosa nocendi, Quam simulatus amor, nimiumque domesticus hostis.' *Bern.*

Quam concordiæ fraude] Flor. I. 16. de gente Samnitum: ' Saltibus fere et montium fraude grassantem.' Sil. VII. ' Spargentem in vulnera sævos Fraude fugæ calamos.' Quod noto, quia genus loquendi insolentius posset suspectum esse. *Schef.*

§ 4 *Id facere sui muneris*] Vid. notam ad XIII. 4. 9. *Berneccer.* Ad h. modum et XIII. 4. 9. dixit ' munus imperii beneficii sui facere.' Et Sen. III. Benef. 18. ' Adeoque dominis servi beneficia possunt dare, ut ipsos sæpe beneficii sui fecerint.' Sic enim legend. Gronov. IV. Obs. 9. docet. Tac. XV. 52. ' Ne delecto imperatore alio sui muneris remp. faceret.' Pari modo dicunt ' alienæ potestatis aliquid facere.' Vid. Liv. VII. 31. Dicitur autem ' sui muneris facere,' ' sui beneficii facere aliquid,' concise pro, facere ut aliquid sit sui muneris s. beneficii. Phrasi *esse muneris alicujus* usus Ov. XIV. M. ' Numinis instar eris semper mihi, meque fatebor Muneris esse tui.' *Vor.*

§ 5 *Obsecrationibus*] F. *exsec.* ut Suet. Claudio 12. ' Senatum quasi parricidam diris exsecrationibus incessere non ante destitit, quam,' &c. *Gron.*

§ 7 *Chodionem*] Junt. *Dionem*. Græv. Mss. *Quodionem*, Impr. *Dionem*. Utrique vitiose: scribend. enim *Codionem*, ob originem Græcam, quasi Latine ' Pellionem' diceres. *Fab.*

§ 8 *Sumptis in manus altaribus*] Ita enim fieri mos; unde Virgil. ' Talibus orabat dictis, arasque tenebat.' Plaut. Rud. V. 2. ' G. Tange aram

hanc Veneris. L. Tango. G. Per Venerem hanc jurandum est tibi. L. Quid jurem tibi? G. Quod jubeo. L. Præi verbis quidvis: id, quod domi est, nunquam ulli supplicabo. G. Tene aram hanc. L. Teneo. G. Adjura te mihi argentum daturum Eodem ipso die, viduli ubi sis potitus. L. Fiat. G. Venus Cyrenensis Dea, te testor mihi, Si vidulum illum,' &c.' Cic. pro Flacc. ' Is si aram tenens juraret, crederet nemo:' et Juv. S. XIII. ' Atque adeo intrepidi quæcunque altaria tangunt.' Ac rursus S. XIV. ' Falsus erit testis, vendet perjuria summa Exigua, Cereris tangens aramque pedemque.' *Mod.* Quod moris fuisse veteribus in jurejurando, Brisson. Form. VIII. probat ex Plauti Rudente v. 2. 49. et ex illo Juv. S. XIV. 218. ' Falsus erit,' &c. Qui versus conjecturam Sebisii sup. XXII. 2. 8. nonnihil juvare videtur. Add. eund. Sat. XIII. 89. Virgil. Æn. IV. 219. et VI. 124. et XII. 201. Cic. pro Balb. 5. et pro Flacc. 36. Macrob. III. 2. Euseb. III. 388. *Bern.*

§ 10 *Reclam. &c.*] Saresb. VII. Policr. 14. p. 307. ' Ipsa tamen reclamante, nec mihi nec tibi sit, sed dividatur.' Saxo VIII. p. 153. 27. ' Percussor tamen promissis fraudem subesse veritus.'

Ptolemæo filio] Quis ille Ptolemæus filius fuerit, dubitari potest. Nam Lysimachi filiorum mox produntur nomina, Lysimachus ac Philippus. *Glarean.* Lysimachum et Philippum paulo post commemorat, Ptolemæi non meminit. Id movit quosdam, ut h. l. pro *Ptolemæo Lysimachum* reponerent. Ego nihil muto, cum præsertim in Prologo huj. Lib. Ptolemæum quendam Lysimachi filium nominet. *Bong.*

CAP. III. § 2 *Diadema imponit*] De coronatione reginarum operæ pretium est inspicere C. Paschalium Coron. X. 8. *Bern.*

§ 3 *Fraus, &c.*] Sen. Herc. Œt. 118. ' Nescio quid animus timuit et fraudem struit.'

§ 4 *Domos, templa*] Mss. Bong. habent *de more templa*, quod puto non temere contemnend. Ut enim primo l. *domos* nominet, mox iterum addat ' cæteraque omnia,' f. nulla est idonea causa. *De more* autem eleganter dicitur, ut appareat, fieri id omne voluisse, quod in maximis festorum solemnitatibus solebat. Et potuit syllaba *re* in vocabulo *more* extrita esse ob sequentem *te* in *templa*. Relicto igitur *de mo*, quid poterat scriba solers, quam *domos* facere? *Schef.*

Aras ubique hostiasque disponi] Fœdam hanc adulationem in adventu virorum principum antiquitus usurpatam, Lips. Not. 77. ad Tac. H. docuit ex Val. M. IX. 1. 5. Cæs. B. G. VIII. 51. Suet. Calig. 13. 2. et Galb. 18. 2. et Plin. Paneg. 23. Quibus add. Curt. V. 1. 33. Plut. in Dione 37. rursusque Suet. Aug. 98. 3. *Bern.*

§ 5 *Jubet*] Inepte repetitum videtur ex præc. tmematio. *Id.*

§ 6 *Ultra modum*] Tac. I. H. 45. ' Quanto magis falsa sunt quæ fiunt, tanto plura faciunt.' Sic II. An. 77. ' Periisse Germanicum nulli jactantius mœrent, quam qui maxime lætantur.' *Id.*

8 *Proclamante Arsinoë*] Portentum erroris. Leg *proclamans*. Fab. Non opus mutatione. L. hic prave interpungitur. Sic autem distingue: *trucidantur, proclamante Arsinoë, quod tantum nefas aut nubendo aut post nuptias contraxisset. Pro filiis sæpe, &c.* Græv.

Quod tantum nefas] Mss. Bong. habent *quid tantum*, unde suspicor lect. veram esse *qui tant.* Schef.

Contraxisset, pro filiis] Distinctio non placet; est enim sine emphasi aut vigore, quem postulat hic l. Scribo eum totum hoc modo: *proclamante Arsinoë, qui tantum nefas aut nubendo aut post nuptias contraxisset? Et pro filiis, &c.* Id.

§ 9 *Scissa veste*] Mss. *et scissa*, quod

longe majorem habet emphasin, quia injuriarum partes singulas cum pondere insinuat repetitio conjunctionis, quam ut vulgo editur, et ideo puto revocandum, cum præsertim probent Mss. alii, in quibus legitur *exscissa.* Id.

Crinibus sparsis] Latinis auribus hoc loquendi genus non posse placere puto. Eæ enim norunt ' passos crines,' non *sparsos:* et sic Just. scripsit, sicut et XXIV. 8. 3. *Græv.*

§ 10 *Tot perjuria*] Etiam hic Mss. habent *et tot perj.* quod longe rectius videtur. *Schef.*

CAP. IV. § 1 *Abundanti multitudine*] Cujus causam adducit Strab. sub initium lib. IV. quia sc. mulieres Gallicæ et fecundæ sunt, et educatrices bonæ. *Bern.*

Cum eos non caperent terræ] Strab. IV. p. 139. f. verisimile esse, ait, Gallos [*Tectosages*] δυναστεῦσαί ποτε καὶ εὐανδρῆσαι τοσοῦτον, ὥστε στάσεως ἐμπεσούσης ἐξελάσαι πολὺ πλῆθος ἐξ ἑαυτῶν ἐκ τῆς οἰκείας, &c. *Bong.*

Ver sacrum] Primus hunc l. ex vett. Libris emendavit P. Pithœus Adv. I. 6. Quid sit ' ver sacrum,' docent Festus in *Ver sacrum*, et in *Mamertini.* Liv. XXII. 9. 7. et XXXIV. 43. 1. Sisenna IV. Hist. ap. Nonium in *Ver sacrum*, et in *Damnare:* nam duo illa fragmenta conjungenda esse notarunt alii: Euseb. in Chronico: ' Lacedæmonii, ver sacrum destinantes, Heracleam urbem condunt.' *Idem.* Serv. ad illud Virgilii, ' Auri sacra fames:' ' Id est,' inquit, ' execrabilis, ut: ' Sacræ panduntur portæ.' Tractus est autem sermo ex more Gallorum; nam, Massilienses quoties pestilentia laborabant, unus se ex pauperibus offerebat, alendus anno integro publicis et purioribus cibis. Hic postea ornatus verbenis et vestibus sacris circumducebatur per totam civitatem cum execrationibus, ut in ipsum reciderent mala totius civitatis, et sic præcipitabatur [male hic habent edd. *projiciebatur*]. Hoc in Petronio,' &c. Dicam enim plura ad Liv. *Mod.* Addendus Plin. III. 13. pr. Strab. V. p. 172. f. et præcipue Dionys. qui II. 15. ' More quodam,' inquit, ' antiquitus a multis tam Græcis quam barbaris recepto, quoties vulgi multitudo in aliqua civitate nimium excresceret, nec alimenta domi omnibus sufficerent, aut aliqua calamitas cogeret minui multitudinem, Deo cuipiam sacrantes quantum hominum annus pareret, emittebant armis instructos e suis finibus. Illi vero ut posthac carituri patria, nisi aliam pararent, quæ se reciperet, quicquid terrarum armis acquisissent aut gratia, habebant vice patriæ: creditumque est, eis adesse Deum cui dicabantur, et supra humanam spem prosperare hujusmodi colonias.' Id. II. init. de Aboriginibus: ' Hi fuerunt quædam Diis sacrata juventus, patrio ritu a parentibus missa ad incolendas sedes, quas fortuna datura esset.' Ex quibus apparet ' ver sacrum ' (ἔτος ἱερὸν Straboni) non ideo sic dici, quod emissa tali voto juventus execrabilis esset, ut vult vir doctus, hæc explicans ex Serv. ad illud Virgilii, ' Auri sacra fames.' Unde et Sisenna Hist. lib. IV. citante Nonio, Ver hoc ' religiosum ' appellat. *Berneccer.* Hunc l. optime restituit Pithœus I. Adv. 6. cum ante pro *ver sacrum* legeretur *peregrinatum.* ' Ver sacrum ' dictum proprie de pecore, quod certo anni tempore, et quidem vere proximo, nasceretur, ut ex Festo v. *Mamertini* apparet. Recte ergo Noster *velut ver sacrum.* Vocula ' velut ' enim et alias notari metaphoræ solent. *Vor.*

§ 3 *Augurandi studio Galli*] Exemplo Deiotarus Gallorum in Asia rex est, ' quem nihil unquam nisi auspicato gessisse,' Cic. refert de Divin. I. 15. Sed et consanguineos Gallorum

'Germanos auspicia sortesque ut quos maxime observasse' scribit Tac. G. 10. *Bern.*

Callent] Mallem *clarent*. Bongars. Sed pro vulg. stat Val. M. VIII. 12. 'Ab his id negotium aptius explicari posse confitendo, qui cotidiano ejus usu callebant.' *Græv.* *Callent* rectum est, estque id. quod, solertes, periti sunt. Val. M. VIII. 12. similiter. *Vorst.* Vulgatum defendunt viri docti per illud Val. M. VIII. 12. Sed opinione mea est diversa locutionis utrinsque ratio; ex usu quippe artis potest effici, ut quis eam calleat, non vero statim ex studio: quidam studium frustra in artem impendunt. Quare puto ap. Nostr. pro *callent* scribend. esse *calent*. 'Calere studio augurandi' elegantissime dicuntur, qui id cupidissime sectantur, sicut *calere studio scribendi*, qui cupidissime quærunt scribere: Horat. II. Ep. 1. 'Et calet uno Scribendi studio.' *Schef.*

§ 4 *Audax, bellicosa*] Strab. IV. p. 135. 12. genus Gallorum ait esse θυμικὸν καὶ ταχὺ πρὸς μάχην, ἄλλως δὲ ἁπλοῦν καὶ οὐ κακόηθες. Et Gallos 'natura bellicosam gentem' vocat Sall. Cat. 40. 2. et Cat. 53. 3. 'Et gloria belli ante Romanos fuisse:' sic enim est in vet. Codice. 'Qui [Romani] sic habuere, alia omnia virtuti suæ prona esse; cum Gallis pro salute, non pro gloria certare.' Ju. 114. 2. *Bongars.* Addendi Cic. de Prov. Cons. 13. Cæs. B. G. VI. 24. Tac. G. 28. et Ag. 11. *Berneccer.* Auctor de Gest. Treverorum 'audax et bellicosa,' et paulo post: 'cui res ea virtutis.'

Prima post Herculem] De quo Sil. III. 496. 'Primus inexpertas adiit Tyrinthius arces,' &c. Et Marcellin. XV. 26. 'Primam [per Alpes viam] Thebanus Hercules, ad Geryonem extinguendum et Tauriscum lenius gradiens, prope maritimas composuit Alpes,' &c. De eod. Diod. IV. 19. Claud. Mamertinus in Genethliaco Maximiani 9. f. *Berneccer.* Liv. V. 34. 'Alpes inde oppositæ erant, quas inexsuperabiles visas haud equidem miror, nulla dum via (quod quidem continens memoria sit, nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas.'

Invicta] F. *invia* rectius est. *Bern.* F. *invia*. Faber. Faber, et ante illum Bernecc. *invia*. Sane *invicta juga*, quæ non victa, non superata. Jam vero Noster ipse ait, quod Hercules ea superaverit. Non ergo fuere *invicta*, sed *invia*. Græv.

Intractabilia loca] Virgil. I. G. 211. 'Usque sub extremum brumæ intractabilis imbrem.' *Gron.*

§ 6 *Hortante successu*] Pro quo venuste Suet. Ner. 20. 4. 'blandiente profectu.' Virgil. Æn. V. 210. 'Successuque acrior ipso.' *Bern.*

Omnia ferro proterentes] Plaut. Amphit. I. 1. 91. 'Fœdant et proterunt hostium copias jure injustas.' *Gronov.* Mss. habent *prosternentes*, quod magis ferro convenit. Horat. ante laudatus Serm. II. 2. 'Quid enim Ajax Fecit, cum stravit ferro pecus?' Sil. VII. 'Quippe egregium, prosternere ferro Hostem.' *Schef.*

§ 7 *Mercarentur*] Scrib. *ab iis mercarentur*. Faber.

§ 8 *Ptolemæus*] Paus. in Att. et Phocicis, quem leg. de hac Gallorum in Græciam irruptione, et Delphorum obsidione. *Bong.*

§ 11 *Juvenis temeritate casurum*] Cic. de Invent. I. 3. 'Cum ad gubernacula reipubl. temerarii atque audaces homines accedunt, maxima ac miserrima naufragia fiunt.' *Bern.*

CAP. V. § 1 *Igitur Galli, duce Belgio*] Pausaniæ hic est Βόλγιος. Sed male, ut puto. *Voss.*

§ 3 *Nec minus ferociter se legatis, &c.*] Simillima vecordia Imp. Diogenes legationem Sultani, pacis conditiones

offerentem, contemptim rejicit, et timorem interpretatur, quæ confidentia ac lenitas erat. Zonar. tom. III. Sapienter Aristhænus ap. Liv. XXXII. 21. 27. Achæos suos hortatur, 'ne Romanos amicitiam ultro petentes fastidiant, nec enim eos id metu facere: sed, quod rogant, cogere posse.' *Bern.*

Obsides dederint, &c.] F. *obsides darent, et arma traderent*. Gron.

§ 6 *Ptolemæus, &c.*] Memnon cap. 15. de eod. Ptolemæo: Ἀξίως τῆς ὠμότητος καταστρέφει τὸν βίον, διασπαραχθεὶς ὑπὸ τῶν Γαλατῶν· ζῶν γὰρ ἑλήφθη, τοῦ ἐλέφαντος ἐν ᾧ ᾤχετο τρωθέντος καὶ καταβαλόντος αὐτόν.

§ 12 *Non votis agendum*] Sall. Cat. 52. 26. 'Non votis, neque suppliciis,' &c. et 1. H. 'Non votis paranda auxilia.' Restituenda hæc vox Afranio ap. Nonium: 'Nullam profecto accessi ad aram, quin Deos suppliciis, sumptu vatis, donis, precibus, plorans, obsecrans, nequicquam fatigarem: leg. *suppliciis, sumptu, votis.*' Bong.

Sosthenes, &c.] Georg. Syncell. Chronogr. p. 270. Βέρνου [leg. Βρέννου] τοῦ Γαλάτου ἐπιόντος αὐτοῖς [Μακεδόσιν] ὃν Σωσθένης ἐκδιώξας κρατεῖ καὶ αὐτὸς ἔτη δύο τῶν Μακεδόνων.

Unus de Macedonum principibus ratus] Non rejicio, tantum moneo, videri melius, si legatur *fatus*. Vix enim contra desperationem omnium efficere quid potuit privata ista sua sententia, nisi enim prius explicaret, et allatis rationibus firmaret desperatos; quod oratione factum, necesse est, ad quam illud *fatus* pertinet. Argumentum porro orationis fuit, quod præcedit, 'non votis agendum,' quod proinde in textu litteris cursivis scribend. videtur. *Schef.*

§ 13 *Ignobilis ipse*] Non regio sanguine cretus: sed tamen unus principum procerumve regni, sicut modo n. 12. dictum. *Bern.*

Multis nobilibus, regnum affectantibus, ignobilis ipse] Hic dormitabat Justinus, qui dicat multis nobilibus regnum competentibus prælatum fuisse Sosthenem, cum esset tamen ipse ignobilis. Oblitus fuit quod antea scripserat, 'Sosthenes unus de Macedonum principibus.' Non cohærent. Certe enim principes imperii non possunt haberi pro ignobilibus. Sed rem tractavit rhetorice Justinus, ut per comparationem cresceret Sosthenes, et tanto plus in eo virtutis fuisse crederemus, quanto minus nobilitatis habebat, s. ex genere, s. ex rebus gestis, quæ vera nobilitas est. *Faber.*

§ 14 *Non in regis, sed, &c.*] Ita fere Mezetulus ap. Liv. XXIX. 29. 7. Vid. sup. Notam ad IX. 4. 2. et Amirat. Diss. I. in Tac. *Bern.*

CAP. VI. § 1 *Brennus*] De Brenno Saresb. VI. Policr. 17. scribit: 'Tradunt historiæ Brennum ducem Senonum, qui exercitum Romanorum ad fl. Alliam confecit, ipsam urbem Romam irrupit, cepit; et cæsis patribus et subacta Italia invasit Græciam, vastans omnia universisque terribilis, usque ad Delphici Apollinis templum, quod situm est in monte Parnasso, processit, ipsiusque Apollinis appetens spolia, scurriliter jocatus, ait locupletes Deos largiri hominibus oportere. Hunc, inquam, tradunt de Majori Britannia, quæ ab adventu Saxonum in insulam appellatur Anglia, oriundum.' Phrasin, quam h. l. adhibet Auctor, imitatur Saxo VIII. p. 167. 41. 'In ulteriores se Germaniæ provincias effundere statuisset.' X. p. 187. 7. 'Qui cum se mox in Sclavorum effusurus provinciam videretur,' et p. 103. 30. 'In Jutiam se repente Sclavicus effudit exercitus.' XIV. p. 265. 36. 'In omnem se Suetiam effundere statuit:' p. 339. 39. 'Quo se hostes effusuri essent, prædiscere cupiens.'

Onustam tam facile relictam esse] Istud 'facile' vitium in hac scriptura

arguit. Nam tam opulenta præda a Brenno non facile relicta erat; quippe qui illi expeditioni Macedonicæ non interfuisset; non igitur de Brenno id intelligi potest, sed de Belgio, qui tam facile Macedonas vicisset. Quare legend. puto *tam fac. quæsitam*, i. e. comparatam, partam. *Faber.* Faber, sicut docet Notator Anglicanus: *tam fac. partam* vel *comparatam*, imo *quæsitam*. Miror. Annon enim relicta facile, interventu unius Sosthenis, adorti incautos? Historia nimis clara est. Itaque alibi animum habuit Faber, cum hæc notaret. *Schef.*

Quindecim millibus equitum] Μυρίους ἱππέας tantum recenset Diod. in Epit. lib. XXII. *Voss.*

§ 2 *Valentibus*] H. e. robustissimis. *Valens* enim non tantum dicitur, qui valetudine fruitur bona, sed et qui viribus et robore præstat. Cic. v. Verr. 55. 'Valentissimi lictores:' et VII. Fam. 18. 'Quum aut homo imbecillus a valentissima bestia laniatur.' Suet. Octav. 35. 'Decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus.' *Gron.*

§ 4 *Locupletes Deos, &c.*] Qua scurrili cavillatione Dionysius etiam usus, 'mensas argenteas de omnibus delubris jussit auferri: in quibus quod more veteris Græciæ inscriptum esset, BONORUM DEORUM, uti se eorum bonitate velle dicebat. Idem victoriolas aureas, et pateras, coronasque, quæ simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sine dubitatione tollebat, eaque se accipere, non auferre dicebat. Esse enim stultitiam, a quibus bona precaremur, ab iis porrigentibus et dantibus nolle sumere:' Cic. de N. D. III. 34. *Berneccer.* Hic et in §. 5. nescit 'immortalium' Vincentius.

§ 5 *Prædam, &c.*] Vincent. 'aurum religioni, prædam off. D. pr.' et dein: 'utpote qui eas hominibus largiri solent:' et in § 8. pro 'recessit' habet 'cessit.'

Qui eas largiri hominibus soleant] Hæc mihi a glossatore intrusa ex supp. videntur. Certe illud *soleant* non convenit ei, quod antea dixerat, 'oportere.' Nec enim admoneri debet officii sui, qui id solitus est ipse observare. *Schef.*

§ 6 *Templum autem Apollinis*] Præter Paus. vid. et Strab. IX. p. 288. *Bongars.* Originem Oraculi Delphici refert Diod. XVI. 26. *Bernec.*

In rupe] Qua causa Theocritus Epig. I. Δελφίδα πέτραν, similiter Orpheus in Argon. Παρνασίδα πέτρην appellat. *Bern.*

Civitatem frequentia hominum fecit] Sic scripsi cum Junt. ut et *admiratione majestatis* pro vulgato *ad affirmationem m.* Græv. Ita emendaveram; sed monet nos Græv. sic in Junt. scriptum esse, non *facit.* Faber.

Ad affirmationem majestatis] Junt. teste Græv. pro *affirmationem* habet *admirationem:* idque multo concinnius est et consentaneum ei quod sequitur, 'an majestas Dei plus admirationis habeat.' *Vorst. Undique, &c.* ad usque *majestatis* uncinis includit Ed. Bong.

§ 7 *Ut incertum, &c.*] Saxo IV. p. 64. 10. 'Ut, utrum voci ejus an fiduciæ plus admirationis tributum sit, incertum extiterit.'

§ 8 *In formam theatri*] Strab. IX. p. 389. m. θεατροειδές. *Bongars.* Lycophr. Cassandr. 600. locum ejusmodi θεατρόμορφον, h. e. *theatriformem* appellat. Capella lib. VI. in descriptione Thessaliæ: 'Hi omnes montes theatrali more curvantur.' *Berneccer.* [*A woody theatre* habet Miltonus nostras, dum arborum amœnitatem Paradisiacarum suavissime pingit.]

Quæ res m. m. t. ign. rei, et admirationem stup. pl. aff.] Sic emendo, *ign. rei et admiratione stup.* Paulo autem superius, ubi legitur 'ad affirmationem majestatis,' nil esse puto quod mutari oporteat. Respexit Justinus

Virgilii locum de Capitolio et Arcadibus, quod observasse decuit. Versus sunt in VIII. Æn. 'Hoc nemus, hunc, inquit, frondoso vertice collem, (Quis Deus, incertum est,) habitat Deus; Arcades ipsum Credunt se vidisse Jovem, quum sæpe nigrantem Ægida concuteret dextra, nimbosque cieret.' Est etiam exemplum aliquod ap. Liv. quod illam affirmationem numinis firmare possit. *Fab.*

§ 9 *Profundum terræ foramen*] A Mss. duobus Fuldd. abest τὸ *foramen*, et puto eleganter dici posse 'profundum terræ' absolute: cum 'profundum' nihil aliud sit, quam, quod 'por-' ro,' i. e. longe, habet 'fundum.' Unde ridicule et more suo Plaut. Captiv. I. 2. 79. parasiti ventrem 'profundum' vocabat. Sed de hac re etiam alias. *Mod.*

Ex quo frigidus in quodam velut vento] Sulpitius Verulanus, homo apprime doctus, in v. lib. Pharsaliæ legit *ex quo spiritus vi quadam velut vento in sublime expulsus.* Quæ lect. placet: sed operæ pretium est considerare, quam illuserit hisce oraculis humano generi Diabolus, adjutus nonnunquam naturæ secretis. Miratur autem Cicero suo tempore obticuisse hoc oraculum, nimirum quia veritatis præses, mendacii patrem oppugnaturus, jam jam imminebat, Leo de tribu Judæ, Christus Servator noster. *Glar.*

§ 10 *Gratam voluntatem*] 'Gratam voluntatem' et 'gratum animum' dicunt, quod vulgo perperam 'gratitudinem.' Vid. lib. de Latinit. mer. susp. 7. *Vor.*

CAP. VII. § 1 *An conf.*] Del. *an.* Gron.

§ 2 *Recens adventus sui terrori esset*] F. laborat h. locus, scribendumque *terror.* Freinshem. Sed hoc non satis cohæret præcedenti 'imparati hostes.' Mallem r. *adventu sui territi essent.* Schef.

§ 4 *Gallorum vulgus ex longa inopia*] Tac. H. IV. 78. 'Obstat vincentibus pravum inter ipsos certamen, hoste omisso, spolia consectandi.' Quod genus exempla monitaque collegerunt Amiratus in Tac. XVII. 9. Camerar. Hor. Subcis. III. 29. Piccart. Obs. X. 8. Prædæ objectu hostem sustinentium exempla alia sunt in Plut. Lucull. 34. Polyæn. Strat. VII. ubi de Mithridate: Frontin. II. 13. pr. et aliis. *Bern.*

§ 5 *Pro victoribus*] Vid. Notam ad XXIII. 3. 9. *Id.*

§ 6 *Messes vinaque villis efferre*] 'Messes' pro frugibus, frumento. Virgil. I. G. 'Illius immensæ ruperunt horrea messes.' Ov. VIII. M. 'Gravidis onerati messibus agri.' *Vor.*

§ 8 *Vino, &c.*] Saxo I. p. 18. 35. 'Spoliorum reliquiis avidius incubantem adortus:' et XIV. p. 309. 25. 'Hostes prædæ incubantes.'

§ 9 *Non nisi quatuor millia militum*] Pro *militum* Mss. Bong. habent *milites.* Unde adducor, ut credam hoc vocab. glossatoris esse, non Justini. Et docet totus, non tam hic sermonem esse de certis quibusd. militibus, quam omni multitudine, quæ Delphis commorabatur. *Schef.*

§ 10 *Statuas cum quadrigis*] 'Quadrigæ' ornamenta fuerunt fastigiorum, quorum figuræ in antiquis numismatis et gemmis adhuc visuntur. Liv. X. 'Æneæ in Capitolio limina, Jovemque in culmine cum quadrigis.' Propert. II. 31. 'Auro Solis erat supra fastigia currus.' *Vorst.* Quadrigarum, quæ in fastigio templi Delphici erant, mentionem fieri ap. Eurip. Ion. 82. observavit Jensius: Ἅρματα μὲν τάδε λαμπρὰ τεθρίππων Ἥλιος ἤδη λάμπει κατὰ γῆν: *Splendentes hosce currus quadrigarios Illustrat sol jam versus terram demittens radios.*

CAP. VIII. § 1 *Mero saucii*] Οἰνοπλῆγες et μεθυπλῆγες apposite dicuntur Græcis: vid. Gruter. Suspicion. VIII. 13. et sup. Not. ad I. 8. 8. *Bern.*

Sine, &c. et § 8 *certatim, &c.*] Saxo X. p. 203. f. 'Ut absque r. p. cert. in

prælium prosilirent.'

§ 2 *Plus in Deo quam in viribus reponentes*] Junt. *ponentes*. Alii male intrusere *spem*. Græv. Antiquiores edd. Bechar. et Maj. pro *reponentes* habent *spem ponentes:* Junt. vero solum *ponentes*. Sed *plus reponentes* sine dubio rectum est. Ita Tac. G. 30. 'Plus reponere in duce, quam in exercitu.' *Vor.*

Cum contemtu hostium] Quomodo contemnebant hostem, qui spem omnem ob paucitatem et infirmitatem suam cogebantur reponere in Deo? Solet hæc spes gignere quidem fiduciam et exspectationem læti eventus, contemptum vero hostium gignere non solet. Cogitand. itaque, annon alieno l. hæc sint posita, verbaque male trajecta ita ordinari debeant: *plus in Deo, q. in v. reponentes resistebant, scandentesque cum cont. h. Gallos e s. v. &c.* 'Contemptus' Gallis convenit, non Delphicis. Docet ipse Noster in supp. ubi de Brenno: 'Quorum [quatuor millium Delphicorum] contemptu Brennus, ad acuendos suorum animos, prædæ ubertatem omnibus ostendebat.' *Schef.* Contemnebant hostes Delphi, cum tam pauci tantæ multitudini fiducia Dei resistere auderent fortiter, nihili facientes illam hominum copiam, quam ope Apollinis se victuros non dubitabant. *Græv.*

§ 3 *Simul et ipsi vates*] Mss. Fuld. *ipsæ:* quod convenit satis cum eo quod sequitur, 'sparsis crinibus:' et erant omnino pleræque feminæ Apollinis sacerdotes, ejusque instinctu responsa consulentibus dantes. Virgil. Æn. VI. 65. 'Tuque, o sanctissima vates, Præscia venturi.' Delphis inprimis, ubi 'Phœbades' vocabantur hæ vates, s. 'Pythiæ.' Vid. Strab. si vacat, IX. *Mod.*

Sparsis crinibus] H. e. solutis, revinctis; hic enim sacrificantium mos erat, ut capillos spargerent. Sen. Œd. 230. 'Incipit Lethæa vates spargere horrentes comas:' et Propert. II. El. 1. 'Ad frontem sparsos errare capillos.' *Gron.*

§ 4 *Clamant*] Vincent. VI. 21. 'clamantes:' ap. quem in § 5 male omittitur 'ex.'

Per culminis aperta fastigia: dum omnes] Distinctio huj. l. non est idonea. Nam 'juvenem,' quod sequitur, non habet, quo possit referri, si eam servamus. L. totus ita distinguend. *eumque se v. d. in t. per c. a. fastigia, dum o. o. Dei s. implorant; juvenem supra h. m. i. pulchritudinis. Comitesque ei d. a. v. &c.* Ordo et connexio vocabulorum est: Se vidisse eum desilientem, juvenem insignis pulchritudinis, h. e. vidisse eum desilientem, specie juvenili, vel qui fuerit juvenis. *Schef.*

§ 5 *Duas, &c.*] Eand. historiam referunt scriptores laudati a Davis. ad Cic. II. de Divin. 37.

§ 6 *Audisse etiam stridorem arcus*] Virgil. Æn. IX. 659. 'Agnovere Deum proceres, divinaque tela Dardanidæ, pharetramque fuga sensere sonantem.' Vid. de hoc Auctoris l. Saresb. Policr. VI. 17. *Bern.*

§ 7 *Victoriæ, &c.*] Virgil. IX. Æ. 199. 'Mene igitur socium tantis adjungere rebus, Nise, fugis?'

§ 9 *Et terræ motu portio*] Compara cum h. l. Gallicæ cladis descriptionem, quæ est in Phocicis Pausaniæ. Is XXVI. M. Gallorum, partim ferro, partim tempestate, et metu Panico, partim fame scribit in Phocide cecidisse. De Brenni morte vid. præterea Val. M. I. 11. 18. *Bong.*

§ 11 *Cum dolorem vulnerum ferre non posset, pugione vitam finivit*] Atqui Paus. inquit illum, vulneratum, veneno vitam finivisse, pudore sc. acceptæ in Græcia cladis. Sed conciliat hos Diodorus: *Βρέννος δὲ, ἄκρατον πολὺν ἐμφορησάμενος, ἑαυτὸν ἀπέσφαξε. Voss.*

§ 13 *Pavidis nulla sub tectis, &c.*] 'Neque enim ulla metuentibus quies,' II. 13. 11. s. ut loquitur P. Syrus,

'Metus cum venit, rarum habet somnus locum.' Onosand. Strat. 42. 'Qui in periculis versantur, ii, ne si permittatur quidem, somno frui velint. Nam metu periculi, etiam quo tempore licet quiescere, velut urbe jam jam capienda, vigilare coguntur.' Add. Marcell. XXV. pr. *Bern.*

§ 14 *Assidui imbres et gelu, nix concreta*] Etiam hæc distinctio est vitiosa, quam servarunt tamen in novissima ed. quoque; cohærent enim 'nix concreta gelu,' estque 'gelu' non primi, verum sexti casus. Non multum aliter Curt. VIII. 4. 'Imbrem vis frigoris concreto gelu adstrinxerat.' *Schef.*

Maximum pervigiliæ malum] Junt. *pervigilii.* Mox iid. *Deos contemnebat* pro *adversus Deos contendebat.* Græv. Vulgo *pervigiliæ malum* editur: sed quia Noster XIII. 8. 6. scribit 'pervigilio noctis fatigatis,' et h. quoque l. Junt. manifeste habet *pervigilii malum*, ita omnino rescribend. putavimus. *Vorst.* Mss. habent *maxime*, quod præfero vulgatis. Non enim 'super hæc' et *maximum* bene connectuntur. Præterea nec *pervigilium* vere *maximum malum* dicitur. Contra *pervigilium maxime* eos obterebat, h. e. præcipue, potissimum. *Pervigilium* dico, non *pervigilia*, quod insolentius, et Junt. hic *pervigilii*, quod Vorst. recepit in textum. Ego tamen alterum non temere rejecerim. *Schef.*

§ 15 *Per quas iter habebant*] Plaut. Asinar. II. 36. 'Huc quia habebas iter.' *Gron.*

§ 16 *Nemo ex tanto exercitu*] Polyb. IV. 46. eos, qui superaverint, circa Byzantium constitisse, ibique imperium condidisse scribit. *Bongars.* Quin etiam Auctor XXXII. 3. 6. ipse sibi contrarius, 'partem' horum Gallorum 'in Asiam, partem in Thraciam extorres fugisse' scribit. Item Flor. II. 11. 3. Consentit tamen ei Diodorus XXII. 13. *Bern.* Exiguam Gallici exercitus partem cladi superfuisse et in Ægyptum pervenisse refert Schol. Callim. in Delum 175. *Βρέννος ὁ τῶν Γάλλων βασιλεὺς συναγαγὼν τοὺς Κελτοὺς ἦλθεν ἐπὶ Πύθωνα, βουλόμενος τοῦ Θεοῦ τὰ χρήματα διαρπάσαι· πλησίον δὲ γενομένων, ὁ Ἀπόλλων χαλάζῃ χρησάμενος ἀπώλεσε τοὺς πλείους αὐτῶν. Ὀλίγων οὖν περιλειφθέντων Ἀντίγονός τις φίλος τοῦ Φιλαδέλφου Πτολεμαίου προξενεῖ αὐτοὺς αὐτῷ ὥστε ἐπὶ μισθῷ στρατεύεσθαι· καὶ γὰρ ἔχρῃζεν ὁ Πτολεμαῖος τούτου στρατεύματος· οἱ δὲ ὁμοίως ἠβουλήθησαν καὶ τοῦ Πτολεμαίου διαρπάσαι τὰ χρήματα· γνοὺς οὖν συλλαμβάνει αὐτοὺς, καὶ ἀπάγει πρὸς τὸ στόμιον τοῦ Νείλου τὸ λεγόμενον Σεβεννυτικὸν* [leg. *Σεβενν.*] *καὶ κατέκλυσεν αὐτοὺς ἐκεῖσε.* Eorund. Gallorum mentio occurrit ap. Pausan. in Atticis p. 18. *Ἠνίκα [Πτολεμαῖος] παρεσκευάζετο ἐπιόντα ἀμύνεσθαι Μάγαν, ξένους ἐπηγάγετο καὶ ἄλλους καὶ Γαλάτας ἐς τετρακισχιλίους· τούτους λαβὼν ἐπιβουλεύοντας κατασχεῖν Αἴγυπτον, ἀνήγαγε σφᾶς ἐς νῆσον ἐρήμην διὰ τοῦ ποταμοῦ· καὶ οἱ μὲν ἐνταῦθα ἀπώλοντο ὑπό τε ἀλλήλων καὶ τοῦ λιμοῦ.*

LIBER XXV.

CAP. I. § 2 *Cum in Græciam proficiscerentur*] Legend. esse puto *proficisceretur*, ut ad Brennum referatur, non ad Gallos, qui relicti essent ad tuendos gentis terminos, i. e. Pannoniam et loca finitima Dardanis, Triballis, Getis, quæ ipsi insederant. *Faber.* Qui? Galli reliqui. At de

his nil præcedit. Mallem ergo *proficisceretur*, et ad Brennum referre. *Schef.* Fuit error typogr. Nam correctiores edd. non solum vetustiores, ut Junt. sed et recentiores, ut Elsevir. An. 1659. aliæque præferunt *proficisceretur*. Græv.

§ 3 *Fugatisque Getarum Triballorumque, &c.*] Simillima referuntur a Niceta Choniate sub finem lib. I. de Alexio Angelo, Principe Byzantino, qui legatos Imp. Henrici, pacem venalem offerentes, ostentatione divitiarum tam non terruit, ut dicerent, 'nihil capi aut affici Germanos muliebribus istis spectaculis aut ornamentis: atque adeo jam tempus esse, ut, his sepositis, Græculi ferro aurum commutarent. Nam, si irriti legationis suæ redirent, pugnandum iis cum viris esse, qui non, ut prata, lapillis niteant, neque vestibus variegatis, ut pavones, glorientur; sed qui veri Martis alumni flammas nitoremque ex oculis jaciant, et quorum sudor splendidis guttis defluens referat margaritas.' *Bern.*

Castra specularentur] De speculatricibus hoc genus legationibus, in ejus argumenti libro cap. 41. Car. Paschalius et alii. Vid. Diod. XXII. 11. *Idem.*

§ 5 *Prædæ ubertate solicitati*] Hinc dicuntur 'avidissima rapiendi gens' Livio XXXVIII. 27. 2. 'Nemini satis mites, ni subinde auro, cujus avidissima gens est, principum animi concilientur:' Id. XXI. 20. 8. *Bong.*

§ 6 *Inusitatas*] Scrib. *invisitatas.* Gronov. Gron. quomodo sup. ita et hic legend. censet *invis.* Vorst. Gron. *invis.* ut XVIII. 1. *Schef.*

§ 8 *Opes pariter et negligentiam regis*] Hoc vocab. *regis* habeo pro glossemate. Nam quæ sequuntur, 'haberent,' 'eos,' 'abundarent,' ostendunt, Justinum non tam regem habuisse in animo, cum ista scriberet, quam in universum hostes. *Schef.*

Opes, &c.] Vincent. VI. 22. 'Op. reg. et neg. nuntiant.'

CAP. II. § 4 *Omnia vacantia, &c.*] Quod id. olim iid. fecere capta Roma. Liv. V. 41. 6. Flor. I. 13. 19. *Bern.*

§ 6 *Convertuntur. Ibi*] Vincent. 'revertuntur. Ubi.' Qui pro 'eo' habet 'illo.'

Quæ eo cum conj. et lib. confugerant] F. *qui eo.* Gronov. Nescio annon rectius sit *confugerat.* Schef.

§ 7 *Opinio hujus victoriæ*] H. e. existimatio ex victoria parta. Tac. G. 13. 'Germani ipsa plerumque fama bella profligant.' Veget. Præf. III. 'Nemo provocare, nemo audet offendere, quem intelligit superiorem esse pugnaturum.' *Bern.*

§ 8 *Asiam omnem*] Vid. Strab. XII. Oraculum de eorum in Asiam transitu exstat in Paus. Phocicis. *Bong.*

§ 10 *Majestatem suam tutam*] Quid si *tutari?* et ita quidam olim impr. *Bongars.* Præstat cum Bongarsio, Junt. et aliis impr. legere *tutari.* Mox melius Mss. *vocati* pro *invocati:* et cap. seq. Junt. *amissi regni speculaturus eventum*, pro *eventus.* Græv. Emendavit Bong. *tutari:* res plana fuit, imo et proclivis. *Faber.* Junt. habet *tutari.* Et congruit id magis ei quod sequitur, 'neque amissam reciperare.' *Vorst.*

§ 11 *In auxilium a Bithyniæ, &c.*] Strabo Gallos scribit Attalicorum regum terras diu populasse: tandem ab iis Bithyniam obtinuisse, quæ et Gallogræcia. *Bongars. Invocare* solum est etiam pro, in auxilium vocare. Tac. IV. H. 73. 'Ingressi sunt duces imperatoresque Romani nulla cupiditate, sed majoribus vestris invocantibus.' Et 79. 'Unde metus et justæ preces invocantium.' Sed plena locutio est quam Noster habet 'invocare in auxilium.' Sunt etiam codd. Mss. qui simplex *vocati* hic habent: ut in V. L. notavit Bong. Quod tamen cur alteri præferend. sit, ut vult Grævius, nos quidem non videmus. *Vorst.* Mallet hoc Græv. quia melio-

res Mss. et edd. *vocati* scribunt, deteriores *invocati:* dein quia Latinius est *vocare in auxilium*, ut V. 2. 'vocare in portionem muneris,' et plura talia, quam *invocare in auxilium*, quamvis locutionem hanc non damnet Grævius. Quoniam Bong. Mss. quoque habent *vocati;* mallem hoc, quam *invocati*, licet non sit infrequens compositi pro simplice usus, etiam in talibus. *Schef.*

Cognom.] Vincent. 'nominav.' Albertus: 'Ibi habitantes in Asia regionem Gallogræciam vocant, a quibus Galatæ.' Gesta Treverorum: 'Eamque regionem ex Gallis et Græcis composito nomine Gallo-Græciam agnominaverunt.'

CAP. III. § 1 *Pyrrhus*] Quomodo Pyrrhus Italia et Sicilia excesserit, et, in Græciam reversus, Antigonum et Gallos strenue pugnantes vicerit, legendus in ejus Vita Plut. et Paus. in Att. *Bong.*

§ 3 *Repentinam fingit profectionem*] Quid hoc est? 'fingere profectionem' significat, simulare se profecturum, ut 'fingere somnum' IX. 9. fingere s. simulare se dormire. Atqui sequitur 'reversus in Epirum.' Non ergo fingebat, sed re vera suscipiebat profectionem. Quare suspicor scripsisse Nostrum vel *indicat*, vel *instituit profectionem.* Schef. *Fingit* hic non est, simulat, ut vult cl. Scheff. sed adornat, parat; ut, fingere fugam, ap. Plaut. Captiv. II. 1. 'At fugam fingitis, sentio quam rem agitis:' et Lucilium: 'Sed fuga fingitur: timido vadit pede percitus,' h. e. fugam molitur, ut recte politiss. Gulielmus exponit. Sic et, parricidia fingere, pro, struere, parare, ap. Sen. ad Marc. 26. 'Quid dicam? nulla hic arma mutuis furere concursibus, nec classes classibus frangi, nec parricidia aut fingi aut cogitari, nec fora litibus strepere?' *Græv.*

§ 6 *In deditionem accipit*] Ait Grævius Gronov. legend. putare *in ditionem:* quod nobis non videtur. Est enim *in deditionem accipere* usitatiss. Nostro phrasis. *Vorst.* Non hic in dubium vocatur loquendi ratio, quæ est usitatissima, sed res: num Macedonia se dederit Pyrrho, an armis ab eo subacta in ditionem ejus venerit; quod ignorare non possunt, qui Pyrrhi vitam legerunt. *Græv.*

Veluti damna, &c.] Saxo XIV. p. 264. init. 'Se ereptæ Norvagiæ damna Suetici primatus munere pensaturum:' XIV. p. 268. 34. 'Incolarum fortitudine parvitatis damna pensabat.'

§ 7 *Eventus*] Junt. teste Græv. *eventum:* quod rectius videtur. *Vor.*

§ 8 *Funditus victus*] Saxo X. p. 204. 1. 'Cæduntur f. Sclavi.'

Salutis, &c.] Id. XII. p. 42. 44. 'Obscuros externosque secessus captent.'

Fugæ solitudines captat] Quid est *captare solitudines fugæ?* ut quis fugere possit solus? at id jam faciebat Antigonus. Itaque locus mihi neque integer, neque sic ut oportet distinctus videtur. In Mss. Bong. legitur *solitudinisque.* Hinc colligo sic legenda distinguendaque omnia: *non jam recup. r. spem, sed s. latebras ac fugæ, solitudinesque c.* Eleganter. Ordo est: Captat latebras salutis et fugæ, captat solitudines, quæ nempe salutis et fugæ latebræ ipsi erant futuræ. *Schef. Fugæ solitudines captare* est, loca sola et deserta quærere, per quæ tuto fugias, et a nullo obvio deprehendaris. *Græv.*

CAP. IV. § 1 *Ad quod votis, &c.*] Consulendi Gruter. Suspicion. VI. 14. et Brisson. Form. I. p. 82. *Bern.*

§ 2 *Qua tulisset impetum*] Hoc vero nescio an sit Latinum. *Facere impetum* dicimus, non *ferre*, cum hoc sit passivæ potius significationis. In Mss. legitur *imperium.* Quod ap. me efficit, ut veram lect. credam fuisse olim, *qua tulisset impetus eum.* Ex *impetus eum*, quod conjunctim velut unum vocab. primo scriptum, deinde fecerunt *imperium.* Schef.

§ 3 *Ut ad devincenda regna*] Ideo eum Antigonus comparabat *κυβευτῇ πολλὰ βάλλοντι καὶ καλὰ, χρῆσθαι δὲ οὐκ ἐπισταμένῳ τοῖς πεσοῦσι. Bong.*

Melius studebat acquirere imperia quam retinere] Ea de causa Pyrrhum Antigonus aleatori similem esse dixit, qui spe lucri proprias opes prodigit: nec unquam contentus est eo, quod in alea vicerit, sed, quæcunque collusoribus supersunt, aviditate magna cupit, inque ea relictis omnibus solum inhians, quæcunque ante quæsierat, profundit. Simili ingenio fuit Alexander M. cujus res in Oriente gestas cum legeret Imp. Augustus, admiratum ferunt, non induxisse eum in animum, quomodo quæsita servaret: sed tantum, ut alia quæsitis adjiceret. Plut. Apoph. Rom. 46. Bene Thucyd. VI. 2. 15. ' Amentis est illos aggredi, quos, licet vincas, non tamen retinere possis.' Et Cassiodor. I. Var. Epist. 25. ' Nihil prodest initia rei solidare, si valebit præsumtio, ordinata destruere. Illa sunt enim robusta, illa diuturna, quæ prudentia incipit, et cura custodit,' &c. *Bern.*

§ 4 *Cherronneso*] Quod hic *Cherronesi* sit mentio, admodum miror; cum mox Spartam oppugnet. Ego omnino legend. puto *Peloponneso*. Ineptum autem, quod quidam annotarat, Xerxem quoque h. l. trajecisse exercitum, neque enim hic Pyrrhus in Asia erat. *Glarean.* Glareanus ex historia legit *Peloponneso*, et seqq. comprobant. Vett. alii *cerroneso*: alii *cerronesto*. Vid. Plut. et Paus. in Att. et Lacon. *Bongars.* Lego *Cherroneson transposuisset*. Et sensus hic est: Cum Pyrrhus copias in Peloponnesum per Isthmum Corinthiacum traduxisset. ' Cherronesos' enim quævis peninsula dicitur. *Gronov. Chersoneso*, i. e. in Chersonesum. Optime autem, ex fide veteris historiæ, acutus ille Helvetius, Glareanus, legit *Peloponneso*. Et id quidem cum judicio. Quid enim tantopere commoti fuissent Mesenii, Achæique, si res in Chersoneso Thraciæ acta fuisset? Dein facile probes legend. esse *Peloponneso*, cum dicat Justinus ' Primum illi bellum adversus Spartanos;' qui fere principes Peloponnesi erant. *Faber. Cherroneso* sane editum adhuc fuit. Sed Gronovium ad Epit. Liv. XLVIII. locum sic citare video: *cum copias Cherroneson transp.* ut sit accusativus Græcus, qui motum ad locum significet. Fuit cum crederem *Cherroneso* posse esse pro, in Cherronesum: quomodo dicitur, ' It clamor cælo,' et ' invitare tecto,' ' hospitio,' et ' paratus neci.' Glareanus pro *Cherroneso* ex historia legend. putat *Peloponneso*. Et verum sane est in Peloponnesum tunc temporis copias transposuisse Pyrrhum. Quia tamen Peloponnesus chersonesus s. peninsula est, credi possit, nomen commune positum hic pro proprio, per synecdochen quandam. *Vorst.* Gronov. legit *Cherroneson*, quod est rectius. *Schef.* Notator Anglicanus emendat, *Peloponneso*, aitque probari per seqq. Pridem hoc fecerat Glareanus, sed haud necesse est. Vid. notas cl. Vorstii h. l. *Idem.* ' Transponere Lugduno' pro, Lugdunum, nemo, credo, Latine sciens probaverit. Sic nec recte dixeris *transponere* aut *trajicere Peloponneso* pro, in Peloponnesum. Gronovii acutissimi emendatio probanda utique. *Græv.*

§ 7 *Ut non fortius victus, quam verecundius recederet*] Non placet hæc distinctio, nam comma post ' verecundius' ponend. Nec enim cohæret ' verecundius recederet,' sed ' verecundius victus,' quomodo dicebatur victus, quia mulieres eum vicerant. *Schef.*

§ 8 *Urbem Corcyram*] Urbem primariam Phæacum s. Corcyræ insulæ. Vid. Paus. in Att. ubi hanc rem attigit, p. 10. n. 31. 32., &c. Ed. illa optima Sylburgii utor. *Faber.*

Cum sexaginta] Mss. *cum sexagesimo*, et paulo post *cum septimo*. Ita Plin. XII. H. N. 1. ' Epulatus intra speluncam cum duodevicesimo comite:' et Oros. VI. 16. ' Sex. Pompeius cum centesimo equite aufugit.' Vid. Obs. in Script. Eccles. 3. *Gron.*

Item prælio n.] Junt. *idem.* Græv.

CAP. V. § 1 *Expugnare conatur*] Diversa lect. est *exp. cogitat*: quam Sichardus in textu, alii in margine collocarunt. Sed et in editione Becharii lectionis ejus vestigium est. Habet enim illa *cogit* pro *cogitat*. Et f. *cogitat* rectum est, et, quia falso suspectum, rejectum fuit. Vid. de eo verbo lib. de Latinit. f. susp. p. 130. *Vorst.* Vett. quidam *cogitat*. Quam lect. Vorst. putat esse veram. *Schef.*

Saxo de muris] Probus, ' lapide ictus.' Plut. et Paus. et Strab. VIII. *κεραμίδα*, i. e. tegulam, vocant. *Bongars.* Quomodo etiam Ov. in Ibin 303. ' Aut ut Achilleidem cognato nomine clarum Opprimat hostili tegula jacta manu.' *Bern.*

§ 2 *Caput ejus*] Val. M. V. 1. *Bong.*

§ 3 *Comparandum Pyrrho*] *Νομισθεὶς ἐμπειρίᾳ μὲν πολεμικῇ, καὶ χειρὶ, καὶ τόλμῃ πολὺ πρῶτος εἶναι τῶν καθ' αὑτὸν βασιλέων*: Plut. *Idem.*

§ 4 *Ut cum Lysimacho, Demetrio, Antigono, tantis regibus bella gerens, invictus semper fuerit*] Mss. mei *bella gesserit*: quomodo cum habeant omnes vett. scripti codd. Bongarsii, puto geminata ead. voce et syllaba reponendum: *ut cum cum L. D. A. t. r. b. gesserit, invictus s. f.* Mod. Antiquiores typis expr. imo et Mss. tam Modiani, quam Bongarsiani, pro *gerens* habent *gesserit*. Mirum igitur quod Bong. id mutavit. *Vor.*

LIBER XXVI.

CAP. I. § 2 *Peloponnesii*] Et quidem, ut ex vetere huj. lib. Prologo apparet, Spartanorum rex Areas, cujus et XXIV. 1. 5. fit mentio, ab Antigono Corinthi interfectus est. *Vor.*

§ 3 *Variante hominum partim dolore, partim gaudio*] F. *var. homines*. Liv. XXVI. 1. ' Variabant secundæ adversæque res non fortunam magis, quam animos hominum.' *Gronov.* Hoc *hominum* glossatoris, non Justini esse videtur. Sermo enim est de civitatibus, ut patet ex seqq. *Schef.*

§ 4 *Epirorum*] Quæ est illa urbs, aut quis ita loquitur? Superiore libro Helenus Pyrrhi fil. ab Antigono rege, qui Pyrrhum vicerat, cum parentis sui cadavere mittitur, ut regni hæres, haud dubie in Epirum. Vid. num legend. *Epidauriorum*. Glar.

Epirorum] Locus manifesto mendosus: nec Vett. auxilio sunt. Glareanus, nescio quo auctore, *Epidauriorum* legit. Ex Pausaniæ Eliacis et Plutarchi libello de Virtutibus Mulierum 24. omnino legend. *Eliorum*. Bong.

Epirorum] Ita sane magno consensu codd. tam Mss. quam typis expr. Sed monuit Bong. ex Paus. Eliacis et Plut. de Virt. Mul. legend. *Eliorum*. Quod id. et Gronov. IV. Obs. verum esse judicat. *Vorst.*

Aristotimo, &c.] Vel pueri sciunt hunc Aristotimum Eleorum tyrannum fuisse: idque ex Plut. et Paus. Sed unde illud *Epirorum* pro, Eleorum? Mss. autem habent *Epirotorum*, alii *Epyrrorum*, Impressi *Epirotarum*, alii *Epirorum*. Hoc dicam tantum, territorii Eliensis incolas, ut urbis ipsius cives, dictos olim Epios s. Epeos fu-

isse. Itaque scripserit Just. *Epiorum*. Res constat ex Homero, plus decem in locis, et ex Dionys. *Faber*. Præfero hanc emendationem aliorum. Vid. Steph. de Urb. in Ἔπειός. *Schef*.

§ 7 *Direptis*] Scrib. *abreptis*. 'Diripere' enim notat, spoliare; 'abripere' vero, detrahere. *Gron*.

§ 8 *Hellanicus*] Ita Vett. et Paus. et Plut. quos lege: vulgo *Helematus*. Bong.

Senex et liberis orbus] A. Cæsellius, cum multa de temporibus Cæsaris liberius loqueretur, amicique, ne id faceret, monerent: 'Duas res, quæ hominibus amarissimæ videntur, magnam sibi licentiam præbere,' respondit, 'Senectutem et Orbitatem:' Val. M. VI. 2. 12. Ita Solon Pisistrato tyranno quærenti, 'qua tandem spe fretus, sibi tam audacter resisteret,' respondisse fertur 'Senectute:' Cic. de Senect. 20. 'Suilius extrema senecta liber:' Tac. XIII. 42. Add. Statium Th. III. 214. iterumque Val. M. III. 8. 5. Rationem reddit in Plut. Cæsare 21. Considius: 'Nam quod superest vitæ, quia parum est, haud magnam cautionem desiderat.' Quod ipsum de orbitate dici potest.' *Berneccer*. Saresb. VII. Policr. 25. p. 520. 'Paschelius Junius interrogatus, quid sibi tantam daret quæ vellet dicendi licentiam? duo, respondit, quæ homines horrent, senectutem et orbitatem; quid enim timeret senex orbus?'

Pigneris] Sic edidi ex Vett. omnibus. Vid. Priscian. lib. VI. Frequens est *o* in *e* mutatio. Inde 'Apellinem' dicebant Vett. pro, Apollinem: Festus: et 'amplocti' pro, amplecti, ap. Sallustium, et a tegendo 'toga' dicta, Prisc. lib. I. et a, pendeo, 'pondus.' Inde quod in Vett. Mss. semper legitur, 'Ptolemæus,' rectum arbitror: est enim Græcis Πτολεμαῖος. Ut, quæ iis est Κέρκυρα, Latinis est 'Corcyra:' et Βερενίκη est 'Beronice.' 'Pignus' autem hic vocat natos. *Bong*. Duobus filiis orbatum Hellanicum scribit Plut. de Virt. Mul. 24. unde *pignerum* hic legi f. rectius sit. Add. notata ad Suet. Aug. 21. 4. *Bernec*. *Pigneris* numero singulari, et per E literam, legi vult Bong. Antiquiores typis expr. tamen habent *pignorum*. Et consentaneum huic est quod Plut. de Virt. Mul. 24. scribit, Hellanicum duobus filiis orbatum esse. *Vorst*. In Vett. legitur *pignorum*, quod Vorst. existimat consentaneum vero, quia Plut. scribit Hellanicum orbatum liberis duobus. Ego præfero illud *pigneris*, quia puto poni hic indefinite, ac citra respectum ad ullum numerum. Sensus: Non timebat, quia et senex erat ipse, nec filium habebat ullum, pro quo posset esse sollicitus, s. unum s. plures prius habuisset. *Schef*.

§ 9 *Cunctantibus privato periculo publicum finire, &c.*] Simile quid a Plut. refertur fine Pelopidæ. *Bern*.

Arcessitis servis jubet observari, &c.] Leg. *arcessitos servos jubet observare fores, tyrannoque nuntiare*. Gronov. In Ms. quodam reperitur *observari*, quod præfero. Certe ap. Vett. ut fit hodie, non exterius, sed intus januæ observabantur; nec tam cohibebantur eo constituti intra domum, quam excludebantur, qui foris adveniebant. Itaque hæc obseratio supervacua hic fuerat. At observatio, i. e. custodia a tot servitiis conveniens proposito. Estque hoc plane *observare*. Plauto quoque in Asinar. II. 2. 7. ubi ait: 'Væ illi qui tam indiligenter observavit januam.' Quo l. viri docti simul notant, proprium hoc servitiorum munus ap. Vett. fuisse, quod egregie cum nostris convenit. *Schef*.

Se, quia liberandæ patriæ] Junt. *se qui*. Græv. *Liberandæ patriæ* non repudio; præferrem tamen *liberatæ*, si qui Mss. lect. eam firmarent. *Schef*.

§ 10 *Ancipii, &c.*] Saxo II. p. 21. et XIV. p. 323. f. 'Anc. p. c.' XVI. p. 382. 39. 'Anc. malo circumventum se dixit.'

Quinto postquam] Sex menses tyrannidem tenuisse refert Paus. *Bong*.

CAP. II. § 1 *Gallograeciæ exercitus*] Insolens hoc et durius videtur. Mallem *Gallograecia*, ut sit pro, ex Gallograecia, per ellipsin præpositionis, quæ et alias Nostro usitata. Sic enim et verbum seq. 'affluxisset' convenientius se habere videtur. *Schef*. Leg. *Gallograecus exercitus:* quia nulla Gallograecia in Europa, neque Galli regressi sunt ex Asia ad bellum Antigono inferendum vel cladem sociorum ulciscendam. Videntur autem Galli ab Antigono victi, uti constat ex lib. XXV. 1. qui in Græcia et Macedonia remanserant, pace facta imperium ejus coacti fuisse accipere. Nam alio mox bello orto illos ap. Megara delevit, et 'defectores' appellavit Auctor Prologi, *Cuperus*. Obs. IV. 11.

§ 2 *Et ipsi se prælio pararent*] Antiquiores typis expr. *prælia*. Si *prælio* legatur, est illud pro, ad prælium: quomodo Virgil. II. Æn. dicit 'paratus neci.' *Vor*.

A parricidio] Mss. omnes Bong. præp. hic omittunt, quod quia fit et alibi ap. Nostr. etiam hic puto omittendam. *Schef*.

§ 3 *Ætati, cui etiam, &c.*] Ita fere XVIII. 6. 12. et Liv. XXIV. 26. 9. Humaniter ergo Pausanias Spartanorum princeps, cum Attaginus urbe Thebis profugisset, qui dedi debebat, 'ejus liberos ad se adductos culpa absolvit, negans pueros factionis Medicæ esse participes,' inquit Herod. IX. 87. 'Num quis irascitur pueris, quorum ætas nondum novit rerum discrimina?' Senec. de Ira II. 9. *Bern*.

Internecivum] Duobus præterea locis vocem hanc huic Auctori restitui, quæ et hic et VI. 6. 2. et XI. 9. 4 varie corrupta erat. Alii *internecinum* scribunt: sed Festus 'internecivum' dicit, et ita plerisque Marcellini locis editum est. *Bong*.

§ 4 *Sicut, &c.*] Ita XIV. 4. 1. 'Prolatam, sicut erat catenatus, manum ostendit.'

§ 5 *Obvers. &c.*] Saxo I. p. 18. f. 'Hadingo defunctæ conjugis species per quietem obversata.'

§ 8 *Bellum Atheniensibus infert*] Ejus meminit Paus. in Att. *Bongars*. In Mss. legebatur *belli bellum Atheniensibus infert*. Unde suspicor Just. scripsisse *ardore bellandi, bellum A. i.* Voss.

§ 10 *Transitione militum destitutus*] 'Transfugiis nudatus,' inquit Tac. II. 46. *Bern*.

CAP. III. § 2 *Agas*] Hic Pausaniæ est Magas. *Bongars*. Atque ita legend. h. l. pridem monuit Paul. Leopard. Emend. XVII. 10. *Bern*. Magam quoque vocant Polyæn. et Athenæus. *Voss*. Optime Bongarsius *Magas*. De illo aliquid nuper, debui certe, ad Aristippi versionem Gallicam ex Diog. Laërt. Liber editus Lutetiæ est. *Faber*. Editur vulgo *Agas*. Sed verum nomen regis fuisse *Magas*, Leopard. Emend. XVII. 10. et Voss. in Notis ad h. l. ex Paus. Polyæn. et Athenæo docuerunt. Prima litera nominis occasione proxime præcedentis M excidit: qualia sphalmata librariis perfamiliaria fuere. *Vorst*. Recte Vorst. *Magas*, secutus Vossium. *Schef*.

Filiam ad finienda, &c.] Fere sollemne, principum discordias sopiri, interveniente affinitate. Quomodo Augustus 'reconciliatus post primam discordiam Antonio, postulantibus utriusque militibus, ut et necessitudine aliqua jungerentur, privignam ejus Claudiam duxit uxorem:' Suet. Aug. c. 62. *Bern*.

Filio ejus, &c.] Leg. ex Ms. *filio ejus, qui vocatus est Callinicus*. Gron.

§ 4 *Fiducia pulchritudinis*] Propert. III. 23. 1. 'Falsa est ista tuæ, mulier,

fiducia formæ, Olim oculis nimium facta superba meis.' Aristænet. I. Epist. 1. *Φύσει τὸ κάλλος ἐστὶν ὑπερήφανον*: 'Natura forma superbior esse amat.' *Bern.*

§ 6 *Comparantur*] Ms. Voss. *componuntur:* quomodo I. 8. 'Compositis in montibus insidiis.' *Gron.*

LIBER XXVII.

CAP. I. § 1 *Mortuo*] Nempe dolo conjugis. Is enim est, de quo Plin. VII. 12. m. et Val. IX. 14. Ext. 1. Hieronym. ad cap. 11. Daniel. *Bern.*

Rege Antiocho] Is Θεὸς dicebatur; Appian. Συριακῇ, qui eum ab uxore Laudice interfectum scribit, quod doleret sibi adjunctam Berenicem, vel, ut est in nostris Mss., *Beronicem.* Bong.

Seleucus] Cognomento Callinicus, h. e. egregius victor: quod cognomentum et Herculi tribuit cum Luciano Plutarchus, et Martyribus Zonaras. Nepos hic fuit Seleuci Nicanoris, de quo Auctor XV. 4. 1. et alibi. *Bern.*

Hortante matre] Appian. Syriac. p. 130. f. ipsi matri hæc tribuit. An hæc idem valent, et, quæ jubeas, ipse fecisse putandus es? Quomodo Tac. I. 6. Agrippam a tribuno confectum scribit, quem Suet. Tib. 22. a centurione, sc. jussu tribuni. *Id.*

Auspicia regni a parricidio cæpit] XXVI. 2. 2. 'Auspicia belli a parricidio incipientes.' *Vor.*

§ 2 *Beronicen novercam suam*] Scribend. cum Junt. *Berenicen.* Græcis Βερενίκη. *Græv.* Junt. *Berenicen*, plane convenienter Græco Βερενίκη. Sed contendit tamen Bong. in notis ad XXVI. 1. 8. Βερενίκην Latinis esse *Beronicen.* Vor.

§ 3 *Maculam subiit*] Cic. III. Off. 13. 'Vitiorum subire nomina:' et XI. ad Att. 17. 'Odium subire.' Plin. III. Ep. 9. 'Offensam subire.' *Gron.*

§ 4 *Daphnæ*] Daphne Stephano est *προαστεῖον τῆς ἔω Ἀντιοχείας μητροπόλεως.* Strab. XVI. oppidum mediocre dicit esse. *Bongars.* Situm ejus et formam tradit Sozomenus V. 1. *Berneccer.* Daphne suburbanum fuit Antiochiæ, quæ et Epidaphnes inde dicitur. Nomen sine dubio inditum fuit a Seleuco Nicanore. De hoc enim XV. 4. 8. scribit Noster, quod campos vicinos Antiochiæ Apollini dicaverit. Huic autem, ut notum, adamata Daphne fuit. *Vor.*

§ 5 *Casum tam indignæ, &c.*] Scrib. *c. indignum. Casus* enim tanquam effectus fortunæ ponitur; Liv. XXX. 30. 'Hoc ludibrium casus edidit fortuna:' Cæs. VI. B. G. 35. 'Quantum in bello fortuna possit, et quantos afferat casus, cognosci potuit.' Vid. Flor. II. 8. *Gron.*

CAP. II. § 3 *In naufragii misericordiam, &c.*] Cic. pro L. Manil. 9. 'Sic fieri solet,' inquit, 'ut regum afflictæ fortunæ facile multorum opes alliciant ad misericordiam.' Val. M. V. 3. 3. 'Etiam, quos injuriæ invisos faciunt, gratiosos miseriæ reddunt.' Nam, ut inquit Sen. de Clem. II. 5. 'Misericordia non causam, sed fortunam spectat.' Add. Liv. XLII. 63. 3. Tac. XV. 44. 10. et H. II. 10. 6. Suet. Cæs. 12. 1. Flor. III. 21. 17. Æschyl. Suppl. 497. Flacc. Argon. VI. 74.

Berneccer. Lego *naufragi*, i. e. qui naufragium passus fuerat. *Faber.* Puto Just. *naufragi* scripsisse. Nam vulgatum durius est. *Schef.*

§ 4 *Damnis ditior*] Ita 'Marius clade major:' Flor. III. 21. 16. De Mithridate similia Noster XXXVII. 1. 8. *Bern.*

§ 5 *Quasi, &c.*] Saxo XIII. p. 247. 1. 'Tanquam ad l. f. reservatus.'

Comitatior] Id. VII. p. 143. 5. 'Quo inferos c. peteret.' XIV. p. 314. 39. 'Cum Erlingus uno c. affuisset:' et paulo post: 'Condicto c.'

§ 6 *Inter fines Tauri montis*] Omnes Bong. Mss. habent *finem*, neque video quare debebat repudiari, cum de uno Tauro monte hic sit sermo. Tac. XVI. 15. 'Ostorius longinquis in agris apud finem Ligurum id temporis erat.' Add. Livii loca a Rhenano ibi laudata. *Schef.*

§ 8 *Accipitris ritu in alienis eripiendis vitam, &c.*] Corruptæ voces integro sensu. Quid est enim *accipitris ritu in alienis eripiendis vitam sectari?* nisi hoc pro, sustentare, tolerare, positum sit. F. legi posset *ritum alienis erip. sectari*, ut *vitam* omittatur. *Freinsh. Accipitris ritu* dictum, ut 'pecudum ritu' ab ipso Cic. in Lælio. *In alienis eripiendis* dictum plene pro eo quod usitatius, alienis eripiendis; et hoc porro pro, aliena eripiendo: ut 'legendis nostris' a Cic. I. Off. pro, legendo nostra. Porro *vitam sectari* Gronov. esse putat pro, victum sectari: quomodo Ennius dicat, 'Nautisque mari quærentibus vitam;' et Plautus Sticho de mustela quæ murem cepit, 'Ut illa vitam hodie repperit sibi.' Et imposita voci significatio exemplo Græcæ βίος, quæ utrumque, et vitam, et victum, significat. Vid. librum de Pec. Vet. p. 230. Freinsh. *sectari vitam* dictum putat pro, tolerare vitam; atque ita vulgarem significationem vocis hic retinet. Sed XI. 15. tamen *vitam* de victu ipse quoque Freinsh. accipit; ut ex Indice apparet. *Vorst.* Alii aliter de h. l. judicant. Mihi videtur illud *ritu* glossatoris esse, natum f. ex seq. *vitam*, quod tanquam longius distans aliquis hic adscripserat. *Sectari vitam hominis* vel *hieracis* puto eleganter dici pro, tali modo vivere. Quomodo ap. Pacatum habemus sectam vitæ principis, cap. 12. 'Sed, qui vitæ tuæ sectam cognoverit, fidei incunctanter accedat.' *Schef.*

§ 9 *Interea Ptolemæus*] Codd. quidam Mss. teste Bong. additum habent *Euergetes:* idque recte judicio Gronovii IV. Obs. 10. id enim seriem Ægypti Syriæque regum et temporum demonstrare. *Vor.*

Ne cum duobus uno tempore, &c.] Vid. Notam ad VI. 1. 2. *Bern.*

§ 10 *Interpellatur a fratre*] Belli inter Seleucum Callinicum et Antiochum Hieracem meminit Strab. XVI. *Bong.*

§ 11 *In ipsum Antiochum, &c.*] Cato IV. Orig. citante Agell. V. 21. 'Milites mercenarii compluries in imperatorem impetum fecere:' atque ita factum, quod e Vespis Aristophanis inter proverbia refertur, *Ἐξηπάτησεν ἡ χάραξ τὴν ἄμπελον*: 'Pedamentum vitem decepit.' Bene Liv. XXV. 33. 5. 'non ita credendum externis auxiliis' monet, 'ut non plus tui roboris tuarumque proprie virium in castris habeas.' Quod ipsum inculcat Veget. III. 1. fin. Imp. Leo Tactic. XX. 62. De Gallis auxiliaribus cum Annibale conspirantibus, et Romanos prodentibus, vid. Polyb. III. 66. et 67. Add. Liv. XLII. 31. 8. et XLIV. 26. 13. Nostr. IV. 3. 5. ibique notam. *Bern.*

CAP. III. § 1 *Interea rex Bithyniæ Eumenes*] Regum Bithyniæ originem et successionem leg. Strabonis lib. XIII. *Bongars.* Gronov. ut XVII. 2. 10. pro *Eumeni* legend. putat *Nicomedi*, ita et hic teste Græv. pro *Eumenes* supponend. *Nicomedes* existimat. Ego tamen, si quid erratum hic

sit, non a librariis, sed ab ipso Auctore illud factum putem. *Eumenis* enim nomen non semel, sed ter in hoc cap. apparet. *Vorst.* Graviter hic hallucinatus est Justinus, nec potest emendatione juvari, ut et Vorst. vidit, et pluribus adstruit eruditiss. et amiciss. Perizonius in Animadv. Hist. 11. ubi ostendit nullum Eumenem fuisse inter Bithyniæ reges: Nicomedem vero nunquam cum Gallis pugnasse, sed contra, ipso adjuvante Gallos in Asiam primum pervenisse, et arctissimam cum eo societatem et amicitiam iniisse, et perpetuo deinceps servasse: nec illum æqualem fuisse Seleuco Callinico, et Antiocho Hieraci, de quibus hic agat Justinus, sed illorum avo Antiocho Soteri. Bithyniæ regem tum fuisse Zielam Nicomedis F. ut non solum ex temporum ratione, sed et Prologis librorum Trogi pateat. Nam in huj. lib. Prologo legi ex emendatione Valesii: 'Utque Galli Pergamo victi ab Attalo Zielam Bithynum occiderint.' Gallos itaque non cæsos esse a rege Bithyniæ, sed ab Attalo Pergami dynasta, de quo Liv. quoque XXXVIII. 10. Plurifariam igitur peccare Justinum, dum pro Attalo Eumenem decessorem illius nominat; deinde cum Bithyniæ regem et Bithynum dicit, cum Pergami dynastam deberet dicere. *Græv.*

Bello, &c.] Saxo XI. p. 213. 43. 'Ne regnum domesticæ atque intestinæ discordiæ bello corrumpat.'

Vacantem, &c.] Cf. locum Saxonis lib. XIV. laudatum supra XI. 14. 6.

Victorem Antiochum, &c.] Ita fieri amat: et hoc ipso argumento dictator Albanus Tullo Rom. regi prælium dissuadens, 'Memor esto,' inquit, 'jam cum signum pugnæ dabis, has duas acies spectaculo fore, ut fessos confectosque simul victorem ac victum Etrusci [vicini potentes] aggrediantur.' Hinc præsagium Sallustii de excidio Imperii Romani (an aptandum huic nostro seculo?) in Orat. 1. ad Cæs. 'Ego sic existumo, quoniam orta omnia intereunt, qua tempestate urbi Romanæ fatum excidii adventarit, cives cum civibus manus conserturos: ita defessos et exsangues regi aut nationi prædæ futuros.' Add. XXXIX. 5. 5. *Bern.*

§ 4 *Sub specie sororiæ ultionis*] Quomodo et Mithridates XXXVIII. 1. 3. Vid. Notam IV. 3. 5. *Idem.*

§ 5 *Hinc Bithynus Eumenes*] Mss. Bong. habent *Bithynius*, cui adstipulantur vett. editi. Sed vulg. lect. retinenda. Steph. in Βιθυνία: Τὸ ἐθνικὸν, Βιθυνός. Juv. VII. 'Equitesque Bithyni.' Horat. I. C. 3. 'Carina Bithyna.' Pro *Eumenes* Gronov. vult *Nicomedes*, et exigit historiæ fides. At Vorst. hunc lapsum putat Justini, non librarii. *Schef.*

Humiliorum semper mercenaria manus] Nihili est lect. vulg. Nec enim humiliorum, sed superiorum mercenaria manus semper erant Galli, nunc horum, nunc illorum prosperam fortunam sequuti. Satis id indicant verba postrema capitis præc. Itaque legend. arbitror *horum omnium s. m. m.* Box.

§ 7 *Ad socerum suum Artamenem*] Ms. habebat *Arimenem*. Puto verum esse *Ariamenem*. Nam Diodori Epit. habet Ἀριάμνης. Huj. Antiochi sororem Stratonicen uxorem duxerat Ariarathes, fil. Ariamenis. Socerum itaque ejus laxius vocat Justinus. *Voss.*

Provehitur] Scribo *perv.* Fab.

§ 8 *Salutem, &c.*] Saxo XVI. p. 383. 13. 'Celeritate pedum salutem quæsiturus.'

§ 10 *Sed Ptolemæus non tam amicus ei deditus, quam hostis factus*] Vid. num potius *dedito* sit legend. in dandi casu. *Glar.*

Sed Pt. non amici debito quam hostis factus] Ea est bonorum libr. scriptura, ex qua legend. arbitror *non amicus dedito quam hostis factus*, i. e. non tam amicus, &c. Similes locutiones notavi ad VI. 1. 4. *Bongars.* Quædam etiam ad XII. 8. 14. *Berneccer.* Doctiss. Gronov. in Obs. suis ita hunc l. emendabat, *non tam amicus dedito, quam hostis fratri:* quod quidam codd. præferrent *non tam amicus ei deditus.* Verum, nisi me animus fallit, omnino pro *factus* scribend. *functus;* hoc modo: *Ptolemæus non amici debito, quam hostis functus, &c.* Subintelligitur vero τὸ *tam.* Certo certior hæc conjectura. *Voss.* Hæc sunt contaminatissima, ut recte viderunt viri docti. Sed in Junt. optime legitur *non amicior dedito q. hosti factus.* Quo nihil est verius. *Græv.*

Non amicior dedito, quam hosti factus] Antea quidem in Impressis ita legebatur, *non amici debito q. hostis factus:* quæ lect. corruptissima est, et a nemine potest intelligi. Doctus autem ille Gronovius, qui id facile animadverteret, emendavit, ut est ap. Voss. *non tam amicus dedito, quam hostis fratri;* quod optimum est: sed ed. Junt. quam nos quasi ducem hic secuti sumus, longe melius id præstabit quam conjectura, et certius. Quod Grævii diligentiæ referri acceptum debet, qui in Notis suis hoc monuit. *Faber.* Ita hunc l. legend. esse ex ed. Junt. docuit Grævius, cum viri docti varias super eo conjecturas prodidissent, quas recensere nihil attinet. *Deditus* est pro eo qui dedidit se, ut XXV. 5. 2. Et vult Auctor Ptolemæum non amiciorem factum fuisse Antiocho, cum is se dedidit, quam cum hostis fuit. *Vorst. Non amicior dedito, quam hosti factus* ex Junt. Vorstius volente Græv. recepit in textum. *Schef.*

§ 11 *Familiarius*] Familiaritate sc.

illa turpi, nec dicenda. Similis verborum 'consuevisse' et 'solere' notio est. *Bern.*

§ 12 *Finitur*] Nihil ambigo scribend. *finit.* Sic enim et Græci τελευτᾷ: et præter alios Tac. VI. 50. 16. 'Tiberius finivit,' h. e. mortuus est. Neque tamen, non addicentibus libris, aliquid mutare sustineo. *Idem.* Optimi libri editi juxta et manu exarati *finitur.* Nec est quod cum viro doctiss. rescribamus *finit.* Oraculum vetus ap. Cic. ex ejus versione: 'Euthynous potitur fatorum munere leto; Sic fuit utilius finiri ipsique tibique.' Sen. Ep. 74. 'Sive illi senectus longa contigit, sive citra senectutem finitus est.' Val. M. IX. 12. *Græv.* Bernecc. nihil ambigit legend. esse *finit.* Sed *finitur* rectum est: loquunturque ita et alii. Val. M. III. 2. Ext. 6. 'Suo judicio finitus.' Et IX. 12. Ext. 4. 'Atrocius aliquanto Euripides finitus est.' *Vorst.*

Germanis] Mallem *germani*, ut germanos fratres fuisse intelligat non natura tantum, sed casibus etiam, et fortuna. *Bongars.* Ingeniose et acutissime sane Bongarsius, primus ille Justini servator, *germani*, i. e. qui ita fratres, ita germani fuerunt, ut ex similitudine casuum et fortunarum, quibus uterque conflictatus est, si minus aliunde, facile tamen hinc posset probari. *Faber.* Distinctionem puto supervacuam, et reddere locum obscurum. Cohærent enim: Sic germanis casibus quasi fratres, i. e. ii, quos non ratio nascendi solum, sed et similitudo casuum fratres quasi fecerat. *Schef.*

LIBER XXVIII.

CAP. I. § 1 *Olympias Pyrrhi, &c.*] In unico verbo, quod ipsum monosyllabum tantum est, ingens error. Crederes enim Olympiadem Pyrrhi filiam in fide et quasi in clientela Ætolorum fuisse, quod tamen minime verum est. Sed ita res se habet. Pyrrhus in partem prædæ communis belli portionem Acarnaniæ acceperat. Nunc Ætoli, postquam Pyrrhus nullus est, eam esse suam postulant; quod ubi videt Olympias, cui facile esset bellum præsentire, ad Demetrium Macedoniæ regem confugit. Itaque isthuc *ab*, quod omnia perturbat, delend. est. *Faber.*

Ab Ætolis] Mss. Bong. non agnoscunt illud *ab*. Et miror sane viros doctos potuisse ferre. An enim ista sensum habent convenientem, *ab Ætolis decurrit ad regem Macedoniæ?* ubi autem ap. Ætolos istos fuit, aut quo fuit modo? Lect. veriss. *Æ....erip. vol....decurrit:* i. e. cum Ætoli vellent eripere, eamque impeterent. *Schef.*

§ 2 *Ptiam*] Scribend. *Phthiam*, quomodo ap. Plut. in Pyrr. 1. vocatur Pyrrhi mater. *Bongars.* Ms. *Bithiam.* Junt. *Pythiam.* Leg. *Phtiam*, uti legend. docuit Bong. *Græv. Phthiam* scribend. Viderat Bong. *Faber.* Editur vulgo *Ptiam.* Sed agnoscit tamen Bong. legend. *Phthiam.* Et juvant nonnihil edd. vett. quæ habent *Pithiam* vel *Pythiam.* Vor.

§ 6 *Qui soli quondam adversus Trojanos*] Strab. x. id ex Ephoro docet. *Bong.*

CAP. II. § 1 *Ætoli legationem Romanorum superbe audivere*] De universa natione Liv. VIII. 22. 9. 'Relatum a Græcis, gente lingua magis strenua quam factis, ferox responsum.' Hæc istorum hominum natura in canes quoque regionis ejus transgressa est. Unde Gratius Cyneg. 186. 'At clangore citat quos nondum conspicit apros Ætola quæcunque canis de stirpe (malignum Officium), sive illa metus convitia rupit, Seu frustra nimius properat furor.' *Bern.*

Audivere] Mss. mei *audire.* Mod.

A quibus tot bellis occidione cæsi sint] Junt. *a q. tot b. vexati, toties occ. cæsi sint.* Sed hæc interpolata credo, nec recedend. esse ab aliorum codd. lectione. 'Bella' enim hic sunt, prælia, ut infinitis aliis in locis.' IX. 4. 'Bello consumptorum corpora sepulturæ reddidit.' Sed hæc obvia sunt. *Græv.*

§ 2 *Prius illis portas adversus Carthaginienses aperiendas*] Hæc verba ego non intelligo. Quid enim *aperire portas adversus aliquem?* Non, *contra aliquem*, quia contra quem non aperiuntur, sed clauduntur. Nec etiam *aperire alicui*, quia, si Romani portas aperuissent Carthaginiensibus, hoc eis ad bellum contra Græcos prodesse adeo non poterat, ut obfuisset potius. Nullam ergo habet cum ceteris conjunctionem; sed inepti glossatoris est, qui verba 'metus belli Punici' explicaverat, intrusum postea in textum loco alieno, ac propterea delend. Sensus enim optimus sine illis: Aperiendas Romanis portas, i. e. efficiendum submotis Pœnis s. Carthaginiensibus profligatisque, ut aperire portas queant, nec metu impetus hostilis claudere eas cogantur. *Schef.*

§ 4 *Captamque non ferro defendisse*] Etiam hoc ineptum. Quomodo enim capta urbs defenditur ferro? Si capta, jam defensio est supervacua. Plane igitur hoc *defendisse* glossa est superioris 'tueri potuisse.' Et stat per se 'captam redimere ferro' pro, virtute recipere. *Id.*

§ 5 *Viribus*] Mss. mei *urbibus*, quo pacto cum etiam legatur in Bong. Codd. non dubitem eam scripturam in context. recipere. *Mod.*

Urbibus] Non dubitavi hanc scripturam, et Fuldensibus et Bongarsii codicibus affirmatam, in context. recipere. Hactenus editi *viribus.* Berneccer. Junt. quoque cum Mss. Fuld. *urbibus.* Sed pro *proposuerant* legunt Juntæ *præp.* Græv. *Urbibus* in Mss. Modianis et quibusd. Bong. repertum. *Vor.*

§ 7 *Priusque sua defendenda*] Hiulca oratio est, et aliquid defit. Add. *quem aliena appetenda:* ex libb. impr. in quibus, mendose tamen, legitur *quam aliena (defendi) appetenda.* Illud *defendi* nullum hic l. habet. Cetera recte, et commode, ac necessario huc revocanda. *Faber.*

Priusque sua defendenda, quam aliena appetenda] Horum posteriora restitui ex antiquioribus typis expressis, qui habent una voce superflua, *quam al. defendi app.* Bong. et Bernecc. nescio qua de causa prorsus eliminarunt. *Idem.* Pulchre hunc l. ex vett. codd. doctissimi viri restituerunt, adstipulantibus duobus codd. Britannicis. *Græv.*

§ 8 *Pastores, qui latrocinio*] Hieron. in Chronico, 'pastorum et latronum manum' dicit: inde forte Gallica dictio, *pastres*, pro latronibus. *Bongars.* De primordiis urbis: de raptu Sabinarum: de Remi cæde, Liv. I. et alii. *Bernec.*

10 *Fraterno sanguine*] Lucan. I. 95. 'Fraterno primi maduerunt sanguine muri.' *Bern.*

§ 11 *Ætolos autem, &c.*] Strab. ex Ephoro, X. p. 319. 14. Τοὺς Αἰτώλους ἔθνος εἶναι μηδεπώποτε γεγενημένον ὑφ' ἑτέροις, ἀλλὰ πάντα τὸν μνημονευόμενον χρόνον μεμενηκὸς ἀπόρθητον, 'propter locorum asperitatem, et difficilem aditum, et belli usum:' a quo, Homero μενεχάρμαι dicuntur. *Bongars.* H. e. prælium forti animo sustinentes. Il. IX. 525. *Bern.*

§ 12 *Nomen ejus horrerent*] Ov. IX. M. 440. de Minoë: 'Terruerat magnas ipso quoque nomine gentes.' Et I. Maccab. 8. 12. Καὶ, ὅσοι ἤκουον τὸ ὄνομα αὐτῶν, ἐφοβοῦντο ἀπ' αὐτῶν. *Gron.*

§ 14 *Epiri regni*] Del. *reg.* Faber.

CAP. III. § 3 *Non magno post tempore*] Bong. testatur hæc in Mss. omissa esse. Nempe sequitur statim 'non diu,' quod id. est. Neque potest utrumque scripsisse Justinus, sed alterutrum necesse est ut sit glossatoris. *Schef.*

§ 4 *Laudamia*] Jan. Parrhasius de Rebus per Epistolam quæsitis, Epist. 41. nomen hoc, ut alia in Auctore plura, depravatum existimat, scribendumque *Deidamia.* Vid. notam ad XIV. 6. 4. *Bernec.* Parrhasius Ep. 48. legend. putat *Deidamia:* ut sit ead. de qua sup. XIV. 6. 4. dixit. Sed fallitur. Nam *Deidamia* filia fuit Æacidæ et soror Pyrrhi; ut ex loco illo altero intelligitur: at *Laudamia*, quia soror Nereidis, filia Pyrrhi fuit. Scribit enim Paus. VI. Pyrrhi filiam Nereidem, cujus et Justinus paulo ante mentionem fecit, Hieronis regis Siciliæ filio Geloni nuptam fuisse. *Vorst.*

Siciliæ regis] Sc. Hieronis. De hoc ita Paus. VI. p. 365. 19. 'Fuit Hieroni cum Pyrrho Æacidæ filio hospitium prius, deinde affinitas, quod Pyrrhi filia Nereis ejus filio Geloni nupserat.' *Bern.*

§ 11 *Interjecto deinde tempore cum seditione, &c.*] Sic Avidius Cassius. Is, cum ingens seditio in exercitu exorta esset, processit nudus, campestri solo tectus, et, 'Percutite me,' inquit, 'si audetis, et corruptæ disciplinæ facinus addite.' Tunc, conquiescentibus cunctis, meruit timeri, quia non timuit, ut scribit Vulcatius Gallicanus in Avid. Cass. c. 4. respiciens, opinor, ad verba Lucani v. 316. de Cæsare: 'Stetit aggere fulti Cespitis, intrepidus vultu, meruitque timeri Nil metuens.' Quomodo Menius etiam adversum seditiosos 'præsi-

dium ab audacia mutuatus est:' Tac. I. 38. *Bern.*

Clausus in regia teneretur] 'Clausus' est pro, claudens se, et 'teneretur' pro, teneret se. Non enim ab aliis clausum fuisse apparet ex eo quod sequitur, 'in publicum sine satellitibus procedit.' Verba passiva poni pro activis et pronomine reciproco sexcentis exemplis ostendi potest. Et facit observatio ea ad multa loca auctorum rectius intelligenda. *Vorst.*

§ 12 *Qui aut imperare illis sciat*] *Sciat* legend. puto ex antiquioribus typis expressis; non, quod Bong. et Bernecc. edidere, *nesciat*. Apparet autem εἰρωνικῶς ab Antigono id dictum esse. *Id.*

Qui aut imperare illis nesciat] Cur *qui nesciat?* An hoc modo melius sibi consulturi erant Macedones? Contrarium videtur verum, et ideo in impr. quodam legitur *sciat*. Ex quo ipso tamen, quod contraria reperiuntur, suspicor, scripsisse neutrum Justinum, sed esse glossatoris, qui illud ex seq. 'sciant' post 'imperare illis' ostendebat intelligend. Locus ita debet habere: *qui aut imperare illis, aut cui parere ipsi sciant*. Schef.

§ 15 *Quorum si illos pœniteat*] I. e. quæ si parum et non sufficere ipsis videantur: ut in illo Cic. VI. Fam. 1. 'Suæ quemque fortunæ maxime pœnitet.' Vid. et Gifanii Obs. L. L. *Vorst.*

Deponere imperium] Scribo *dep. se imp.* Faber. Ingenio Fabri applaudit Juntina, in qua *se* legitur recte. *Græv.*

Ipsi regem quærant] Vett. omnes *quia: f. quare reg. q.* Bongars. Rex igitur Antigonus: quod negare videtur Livius XL. 54. 3. *Bernec.* Mss. habebant *quia* pro *ipsi*. Noli dubitare, quin Just. scripserit *quin*. Voss. Testatur Bong. in Mss. omnibus reperiri *quia*. Miror, quod non sequi voluerit hunc consensum, cum sententia longè sit melior, quam quæ in vulgatis. Hoc enim aiebat Antigonus: Quia vos quæritis Regem, sicut video, non qui imperet vobis, sed cui imperetis vos, ideo nolo ego esse rex vester, sed depono imperium, libenterque reddo vobis vestrum munus. *Schef.* *Quia* est etiam ap. Junt. *Græv.*

CAP. IV. § 1 *Bellum Spartanis infert*] Vid. Plut. in Cleomene et Arato, et Paus. Corinth. *Bong.*

§ 3 *Magno animo*] Ex præcepto Periclis ap. Thucyd. II. 11. 23. 'Oportet divinitus immissa, necessario; ab hostibus illata, forti animo pati.' *Ber.*

§ 4 *Saluti pepercit*] 'Saluti,' suæ puta. Et 'salus' pro, vita, est, ut sæpe. *Vorst.*

§ 5 *Patentibus*] Ita ex uno Ms. legendum: ceteri *Pet.* Tac. IV. 63. 'Ceterum sub recentem cladem patuere procerum domus, fomenta et medici passim præbiti.' *Bongars.* Sic Liv. II. 47. 16. *Bern.*

§ 6 *Inter hæc nullus*] Hoc *Int. h.* videtur ex seqq. huc translatum. Nullus certe sensus aptus ei h. loco, multoque elegantius abest. Cum præsertim verisimile haud sit, Justinum id. bis eod. pœne l. voluisse repetere, modo penitus ingrato. *Schef.*

Magisque omnes publicam, &c.] Nec immerito. Rationem reddit Liv. XXVI. 36. 9. 'Respublica incolumis etiam privatas res facile salvas præstat: publica prodendo, tua nequicquam serves.' Ita Cæsar ap. Dion. XXXVIII. 'Privatim quidem nemo omnium ita potest lætis rebus uti, ut non idem cum Republ. corruente pereat: at Respubl. si prospero successu utatur, etiam privatorum omnes calamitates potest sublevare.' Add. Thucyd. II. 11. 2. Sall. Cat. 52. 5. Cic. ad Att. I. 17. fin. et pro L. Manil. 7. *Bernec.* Copulam omittunt Juntæ. Efficacius sane hic abest, ut in præcedd. *Græv.*

§ 7 *Cleomenes rex*] Tyrannum vocat Liv. XXXIV. 26. 9. et 28. 1. Paus. p. 501. 10. *Bern.*

§ 9 *Acclinis*] Impr. ceteri *acclivis*, quomodo sæpius hæc vox depravatur, cum *acclivis* proprie de inanimatis, *acclinis* de animatis dicatur, ut placet Ob. Gifanio in Obs. L. L. Virgil. Æn. X. 835. 'Arboris acclinis trunco.' Tac. XIII. 16. 'Ille ut erat reclinis et nescio similis.' *Bern.*

Hortatur, ut se ad meliora, &c.] Legend. videtur *hortatus, ut se ad m. r. t. reservarent, cum conjuge, et, &c.* Gron.

Ut se ad meliora, &c.] Hoc ipsum Leonidas suos hortatur sup. II. 11. 5. itemque rex Agis suos, ap. Diod. XVII. 63. Antigonus rex aliquando cedens hostibus imminentibus, 'non se fugere' dixit: 'sed opportunitatem a tergo sitam persequi.' Plut. Apoph. 48. et Stob. Serm. 52. *Bern.*

§ 10 *Dignatione*] I. e. dignitate. Utitur Tacitus passim, Cic. ad Att. X. 10. Curt. Sen. alii. Cleomenem autem sibi ipsi attulisse manus Paus. et Plut. sunt auctores. *Bongars.* Vidend. omnino Casaub. ad Suet. Cæs. 4. 2. *Bernec.* Antiquiores typis expr. *dignitate*. Sed Bong. e Mss. credo, rescripsit *dignatione*. Sed ipsum tamen hoc quoque pro dignitate positum Bong. existimat. At Freinsh. *dignationem* hic pro gratia positam putat; et intelligi hoc ex eo quod additum est 'regis,' Ptolemæi puta. Et sane ita est: Ptolemæus honore dignatus est Cleomenem, ipsiusque Ptolemæi ea dignatio fuit. Et in ipsa illa regis Ptolemæi dignatione fuisse dicitur Cleomenes, quod eand. expertus est. Ponitur tamen *dignatio* pro ipsa quoque dignitate: Cic. X. ad Att. 10. 'Etsi meus quidem [animus] est fortior, eoque ipso vehementius commovet, nec quidquam nisi de dignatione laborat.' Festus: 'Maximæ dignationis Flamen Dialis est.' *Vorst.* Bong. *dignatione.* Vett. *dignitate:* quod ex glossa natum videtur. Quanquam *dignatio* potius sit, gratia, Freinshemio interprete, h. l. *Schef.* Hegesipp. I. 34. 'Qua dignatione Cæsaris invitatus Alexander.' Saxo VI. p. 115. 27. 'Videns autem Stercatherus eos, qui Frothonem oppresserant, in summa regis dign. versari.' Add. notam Stephanii ad I. p. 13. 8.

§ 11 *Interficitur*] Polyb. V. 39. de Cleomene et conjuratis scribit: Προσήνεγκαν αὐτοῖς τὰς χεῖρας ἐμψύχως πάνυ καὶ Λακωνικῶς. Κλεομένης μὲν οὖν οὕτω μετήλλαξε τὸν βίον.

§ 12 *Antigonus, &c.*] Propterea Euergetes, et post mortem Soter cognominatus fuit, teste Polyb. V. 9. Ἀντίγονος ἐκ παρατάξεως νικήσας μάχῃ Κλεομένην, φυγαδεύσας τὸν βασιλέα, τῶν Λακεδαιμονίων ἐγκρατὴς ἐγένετο καὶ τῆς Σπάρτης, αὐτός τε ὢν κύριος, ὃ βούλοιτο, χρῆσθαι καὶ τῇ πόλει καὶ τοῖς ἐμπολιτευομένοις, τοσοῦτον ἀπεῖχε τοῦ κακῶς ποιεῖν τοὺς γεγονότας ὑποχειρίους, ὥστ' ἐκ τῶν ἐναντίων ἀποδοὺς τὸ πάτριον πολιτεῦμα, καὶ τὴν ἐλευθερίαν, καὶ τῶν μεγίστων ἀγαθῶν αἴτιος γενόμενος καὶ κοινῇ καὶ κατ' ἰδίαν Λακεδαιμονίοις, οὕτως εἰς τὴν οἰκείαν ἀπηλλάγη. τοιγαροῦν οὐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν Εὐεργέτης, ἀλλὰ καί, μεταλλάξας, Σωτήρ. οὐδὲ παρὰ μόνοις Λακεδαιμονίοις ἀλλὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀθανάτου τέτευχε τιμῆς καὶ δόξης ἐπὶ τοῖς προειρημένοις. Φυγαδεύσας h. l. abundare videtur, idemque abest a Ms. Med. et ap. Suid. v. Ἀντίγονος. Pro ὥστ' ἐκ iid. atque cod. Augustanus dant ὡς ἐκ. Pro πάτριον ap. Suid. est πατρικόν. At præferend. prius. Auctor II. Maccab. 7. 37. Ἐγὼ δὲ σῶμα καὶ ψυχὴν προδίδωμι περὶ τῶν πατρίων νόμων. Ælian. VII. V. H. 19. Κατὰ τὸ πάτριον αὐτοῖς ἔθος. Thomas Mag. Πατρῷα, τὰ ἐκ πατέρων εἰς υἱοὺς χωροῦντα· καὶ πατρῷοι φίλοι· πάτρια δὲ, τὰ τῆς πόλεως ἔθη.

§ 13 *Omnis ira ejus*] An hoc *ejus* glossa est? Justinus sane videtur *sua* pro eo fuisse scripturus, maxime cum præcedat 'se.' Nam alias interdum alterum pro altero poni, non plane inusitatum. *Schef.*

§ 14 *Proderetur*] H. e. memoriæ proderetur, ut plenius loquitur Auc-

tor XII. 6. 17. 'Posteris prodi' est Plinio Paneg. 75. *Bern.*

§ 15 *Parcere se solo urbis ac tectis*] Flor. IV. 12. 81. 'Cum in captam urbem Lanciam faces poscerentur, ægre dux impetravit, ut victoriæ Romanæ stans potius esset, quam incensa monumentum.' Sulp. Severus II. Hist. Sacræ: Deliberante Tito, an urbe capta templum Hierosolymitanum everteretur, nonnullis visum est 'ædem sacratam ultra omnia mortalia illustrem non debere deleri, quæ servata modestiæ Romanæ testimonium, diruta perennem crudelitatis notam præberet.' *Bern.*

§ 16 *Decedit*] De morte Antigoni variantes sententias refert Plut. in Ag. et Cleom. 42. *Id.*

LIBER XXIX.

CAP. I. § 3 *Interfecto Seleuco*] Callinici fil. qui pharmaco ab amicis sublatus est, relicto fratre Antiocho successore, qui Magnus dictus est. Appian. Syriaca. *Bong.*

§ 5 *Philopator*] H. e. parentis amans, per antiphrasin. *Bernec.* Junt. *Philopatori.* Quæ syntaxis nostris temporibus insitatior, ideoque a sciolis mutata, Veteribus perfamiliaris fuit. Plaut. Prolog. Rudent. 'Nomen Arcturo est mihi.' In Trinum. II. 2. Lesbonico est nomen.' In Prol. ejusd. Fab. 'Huic nomen Græce est Thesauro fabulæ.' Ib. 'Nomen Trinummo fecit.' Menechm. I. 1. 'Nomen fecit Periculo mihi.' Plura cum ap. hunc, tum alios optimæ notæ scriptores exempla sunt in promptu. *Græv.* Junt. *Philopatori.* Latinissime. *Fab.*

§ 7 *Ætate immatura*] Minor 25. annis, cum 9. annos natus odium Romanorum patri jurasset. Probus. *Bong.*

Sciebant. Fatale, &c.] Del. τελείαν στιγμήν, et distingue hoc modo, *sciebant, fatale, &c.* Ut hæc dicantur per appositionem. *Gron.*

Fatale n. t. R. q. i. A. m.] Ead. verba extant ap. Matthæum Westmonast. Æt. v. 14.

§ 8 *His regibus pueris*] Potest defendi hæc lectio, quia in verbo 'enituit' est præpositio, quæ hic intelligenda, quia item Virgil. sic loquitur IV. Æn. ubi ait: 'Tantum egregio decus enitet ore.' Mihi tamen Justinus videtur scripsisse *In his regibus*, præp. vero *In* esse interceptam per litteram *m*, quæ proxime præcedit. Certe durior est ellipsis, quam ut ceteræ consuetudini scribendi, quæ est ap. Nostrum, respondeat. *Schef.*

In suorum quisque majorum vestigia intentis] Cassiod. IX. Var. Ep. 1. 'Magnus verecundiæ stimulus est laus parentum; dum illis non patimur esse impares, quos gaudemus auctores.' Nazarius Paneg. Constant. 3. 'Rapitur ad similitudinem suorum excellens quæque natura: nec sensim ac lente judicium promit boni, quum involucra infantiæ vividum rupit ingenium.' Imp. Julianus in Misopog. 'Quemadmodum in plantis verisimile est diffundi qualitates quam latissime, ac fortasse in totum similia nasci, quæ gignuntur, iis, quibus orta sunt: sic etiam in hominibus credibile est, nepotum mores avitis affines esse.' Add. inf. XLII. 2. 3. *Bernec.* Suspicor legend. *tamen in iis, in suorum queisque majorum vestigia intentis.* Gronov. H. l. *quisque* vitium est orationis; scribend. vel *cuique*, vel *queisque*, vel *cujusque.* Libera optio datur.

Mox pro *intentis* in Junt. est *nitentibus:* quam ego lect. huic anteponam libentissime. *Faber.* Junt. *in suorum quibusque majorum vestigia nitentibus.* Acute hic quoque doctiss. Faber vidit *quisque* corruptum esse. Angli supposuerunt *cujusque.* Sed sequor Junt. In priore mearum notarum editione typographorum vitio scriptum quoque fuit in Juntina etiam legi *quisque*, cum tamen in illa habeatur *quibusque.* In codd. autem antiquis *quisque* scriptum fuit pro *queisque.* Græv. Junt. *vestigia nitentibus.* Sic Ovid. 'Niti in aëra.' *Schef.*

CAP. II. § 1 *Demetrius*] De quo Appian. in Illyr. Polyb. Liv. Fuit autem L. Æmilius Paullus consul cum M. Livio Salinatore. *Bongars.* Vid. Dion. ap. Vales. 593. *Bern.*

§ 2 *Imperium spe improba totius orbis amplexi*] 'Avida ulteriorum semper gens Romana:' Liv. IX. 28. 6. 'Mithridates elatus animis ingentibus, Asiæ totius, et si posset Europæ cupiditate flagrabat:' Flor. III. 5. 5. 'Antiochus rex, secunda fortuna ac potentia elatus, Orbis terræ imperio adjecit oculos:' Plut. in Flamin. 15. Quod ipsum Alexandrum quoque conatum esse tradit Id. Orat. I. de Fort. Alex. 11. Atque adeo in universum 'hic mortalibus mos est, ex magnis majora cupiendi:' Sen. Benef. III. 3. *Idem.* Ita XXII. 7. 'Qui spe improba regnum totius Africæ amplexus.' Saxo II. p. 22. 4. 'Frotho spe orientis imperium complexus.' X. p. 202. f. 'Haraldus spe improba totius Angliæ regnum complexus.' Add. XIV. p. 264. 32. et p. 337. 32.

Spe improba] H. e. impudente, nimis avida et audace: Flor. III. 10. 32. 'Improba classis, naufragio castigata.' Auson. Ep. XI. 'Palmes audacior in hibernas adhuc auras improbum germen agit.' Martial. VIII. 24. 'Improba non fuerit si mea charta, dato.' Sic quod ap. Homer. Od. XI. 597. est ἀναιδὴς (impudens) illud est 'improbus' ap. Virgil. Æn. XII. 687. Sicut 'probus' ap. Festum, quasi 'prohibus,' qui se a delinquendo prohibet, sic 'improbus,' qui non inhibetur, ἀπαραπόδιστος. Isidor. X. 'Improbus dictus, quod instat etiam prohibenti.' Cui respondet vernaculum ungehalten, quod tamen in malam partem sumitur, illud etiam in bonam. Virgil. G. I. 145. 'Labor omnia vincit improbus.' Quod id. fere cum isto Petronii: 'Nihil est tam arduum, quod non improbitas extorqueat.' *Bern.*

Bellum cum omnibus regibus gerant] Ita Mithridates: 'Romani omnia non serva, et maxime regna, hostilia ducunt:' Sall. Hist. IV. Sic Perseus ap. Liv. XLIV. 24. *Id.*

§ 5 *Promptius*] Existimat Freinsh. legend. *proximius.* Facit præcedens versiculus. *Bernec.* Loquitur de Macedonia. In Impressis est *propius.* Freinsh. autem emendabat, *proximius*, quod id. est. Dices: Quid tandem? Macedonia, quæ supra Thessaliam est, eritne Italiæ propior quam ceteræ Græciæ partes meridionales? Erit, inquam, quia Macedonia quodammodo limen Italiæ est ad mare Ionium, utpote Epiro contermina. Fateor cap. 3. hujusce lib. Macedoniam dici remotiorem. Sed, cum eo pervenerimus, locum illum esse vitiatum ostendemus. *Faber.* In Ms. erat *proprius.* Malim *propius*, ut quoque est in Vett. edit. *Voss. Propius* antiquiores sane typis expr. habent: placetque idem Vossio. Convenientius tamen nunc videtur quod substituit Bongarsius, τὸ *promtius* puta; etsi, unde id hauserit, non profiteatur. *Vorst.* Bong. *promptius.* Sed *promptum regnum* an Latine dicatur, ignoro, nec invenio exemplum. In Mss. legitur *proprius*, quod suspicor esse compendium vocabuli *prosperius.* Eleganter *prosperum regnum* Philippi appellat, propter summotos hostes et virium incrementa. Et rectius prosperitas illa fingebatur

suspecta Romanis ac invisa, quam quantacunque promtitudo. Ut vix dubitare possim, ita scripsisse Justinum. *Propius* maluerunt alii, de quibus Vorstius. *Schef.*

§ 6 *Gratius habiturus*] F. *gratius habiturum.* Gronov. Mss. habent *gratias*, quod rectius videtur. Nam illud *gratius* comparative potest intelligi de eo, quod minus est ingratum. At hoc non convenit ceteris hnj. loci, aut sententiæ Demetrii. Hoc dicit potius, se non modo donare illi hoc regnum, sed insuper et acturum esse gratias, si id ereptum Romanis possit videre. *Schef.*

§ 8 *Ne eodem tempore, &c.*] Sup. Not. VI. 1. 2. et Livius XXIX. 30. 11. *Bern.*

Multis bellis detineretur] Magis probem *dist.* In quibusd. impress. tamen legas *gravaretur*, quod et ipsum non malum est, et a manu Justini esse crediderim, ita ut illud *det.* sit illius glossema. Unde enim tanta discrepantia scripturæ nata esset? *Faber.* Junt. *ne multis bellis eod. t. gravaretur.* Sed præstat cum Fabro *distineretur.* Sic et legend. XXXI. 1. 'Ne uno tempore duplici bello Romanæ vires distinerentur,' h. e. distraherentur. Aliud est 'detineri,' aliud 'distineri.' Detinemur longo bello aut obsidione, distinemur duobus pluribusve bellis. *Græv.*

CAP. III. § 2 *Omnia illa levia fuisse*] Ita habent disertim etiam Mss. mei, ut verum fatear: labor tamen ut vulgatam olim scripturam recipiendam videri censeam, *sed omnia illa ludum fuisse*, ut dixit in Eunucho sua II. 3. 7. Terentius: 'Ludum jocumque Dices fuisse illum alterum, præut hujus rabies quæ dabit.' *Mod.* Nobis *levia* præ comico illo placet. *Bernec.* Merito Modius probavit veterum edd. lectionem, quam et Junt. præ se fert: *omnia illa ludum fuisse:* et pluribus asseruit Gronovius Obs. IV. 10. ex Cic. Liv. aliis. *Græv.* In aliis Impr. præsertim in Junt. legitur *omnia illa ludum fuisse*, quæ veriss. lect. est; eaque, nisi jam a Gronov. probata esset, exemplis Græcorum et Latinorum probaretur. *Faber.* *Ludum* habent antiquiores typis expr. interque ceteros Juntinus quoque teste Græv. Sed Bong. pro eo substituit *levia:* placetque idem et Berneccero; quod vox 'ludi' in talibus a solis Comicis usurpata ipsi videatur. Locuti tamen ita et Cic. ut pro Flacc. 'Quibus jusjurandum jocus est, testimonium ludus.' Item Liv. XXXVIII. 'Næ tibi, P. Corneli, cum ex alto Africam conspexeris, ludus et jocus fuisse Hispaniæ tuæ videbantur.' Et Val. M. v. 1. 'Nisi vinum nos defecisset, ista quæ tibi relata sunt, præ iis quæ de te locuturi eramus, lusus ac jocus fuissent.' Illud *levia*, quod in quibusd. codd. Mss. Justini est, habend. pro interpretamento, quod ex marg. in textum irrepserit. *Vorst.* Saresb. VII. 25. p. 520. 'Illa, quæ tibi relata sunt, præ his, quæ dixeramus, ludus ac jocus fuissent.'

In Italia concurrat] Mss. *Italiam concursat.* Leg. *Italiam concutiat.* Gron.

§ 4 *Feros igitur animos, &c.*] Hoc ad illam notam pertinebit, quæ est ad cap. 2. scripta. Sic autem dico, Macedoniam non modo non remotiorem esse, sed et propiorem. Nonne Dyrrhachium Macedoniæ urbs est in conspectu Italiæ? Nonne Apollonia? At utraque urbs navium Romanarum appulsus s. portus erant. Nonne ibi et Aulon? Itaque non remotior; nam et ex Virgil. et historia veteri facile conjicias non totas 6. horas illius freti trajectum postulare. Ergo hic legend. *promptior*, i. e. animosior, fortior, &c. *Fab.*

§ 8 *Vetus Macedonum devicti Orientis gloria*] Junt. et aliæ vetustæ edd. *vetus Macedonum virtus*, quod, cum et Angli in optimo cod. repererunt, merito cum illis recipio. *Græv.* Antiquiores edd. una voce pleniores sic

habent, *vetus Macedonum virtus et devicti Or. gl.* Vor.

CAP. IV. § 2 *Legatum deinde ad Annibalem*] Vid. Liv. XXIII. 31. qui in vincula conditos Philippi legatos scribit. *Bong.*

Incolumis dimissus, non in honorem regis] De Xenophane Philippi legato ac suis Liv. XXIII. ita ait: 'Captivis in vincula conditis, comitibusque eorum sub hasta venditis:' &c. De dimissione eorum nihil: sed id variatum puto in historia, quia Xenophanes paulo ante M. Valerium, in cujus manus inciderat, deceperat. *Glar.*

§ 4 *Lævinum prætorem*] M. Valerius Lævinus prætor M. Marcello et Q. Fabio Maximo Coss. a Romanis, precibus Apolloniatum, contra Philippum missus. Liv. XXIV. 40. *Bong.*

§ 8 *Nec non et ab Illyriorum rege lateri ejus inhærentes*] In verbo *hærentes* amphibolon est. Num *hærentes lateri regis Illyricorum*, an *hærente* legendum? ut sit sensus: Exigebant promissa ab Illyriorum rege Demetrio, hærenti lateri ejus, sc. Philippi. Quippe qui Demetrius in bellum Romanum Philippum impulerat. Sed *hærentes* malim de civitatum legatis intelligere. *Glarean.* Junt. rectius *nec non Ill. rex, l. e. hærens, ass. pr. pr. exigebat.* Sane unius Demetrii meminit in cap. 2. qui Philippum in bella Romanorum impulerit. Junt. secuti sunt Angli. Paulo ante: 'juncta cum rege Attalo societate.' Junt. *inita cum r. A. s.* Græv. Optime Junt. Neque enim plures, solus Demetrius erat. *Faber.* Mirum quinam plures illi Illyriorum reges fuerint, qui Philippi lateri hæserunt. Paulo ante sane unus tantum Illyriorum rex memoratur, qui Philippum in bellum Romanorum impulerit, nomine Demetrius. Cui plane convenienter Junt. et hic habet numero singulari. *Vorst.* Recte illud *reges* suspectum habent, cum Illyrii non habuerint, nisi regem unum, Demetrium. Nec tamen concesserim, lect. veram esse ed. Juntinæ, tot mutantis vocabula, quæ in codd. Mss. aliis leguntur, et, pro *reges, rex;* pro *hærentes, hærens;* pro *exigebant, exigebat* præferentis. Potius emendatoris alicujus ista sunt quam Justini. Ipsum puto *Illyriorum legationes* scripsisse, verum τὸ *legationes* postea contracte formatum in *leges*, quod cum scribæ nullum videretur habere sensum, qui codicem istum tractabat, ex eo fecisse *reges.* *Schef.*

§ 9 *Non quia facere posset, &c.*] Liv. XXXI. 46. 4. 'Ætoli cum spe magis, Romanis omnia pollicentibus, quam cum auxilio dimissi.' Et XXXIV. 12. 2. Cato auxilia rogantibus 'sociis spem pro re ostentandam censet; sæpe vana pro veris, maxime in bello, valuisse; et credentem se aliquid auxilii habere, perinde atque haberet, ipsa fiducia, et sperando, atque audendo servatum.' Add. eund. XXXIV. 59. 6. et Tac. H. III. 25. *Bern.*

§ 10 *Absentiam ejus aucupantes*] Cic. pro Flacc. 39. 'Cur epistolis et sororis et matris imbecillitatem aucupatur?' *Gron.* Lactant. de Mort. Persec. 9. 'Aucupans exitus rerum.' Hegesipp. I. 9. 'Ejus absentiam aucupatus Alexander.' Saxo III. p. 51. 43. 'Rerum occasiones aucupor.' XIV. p. 287. 46. 'Opportunitatem occupandæ gentis aucupatus.' *Imminere* etiam ead. notione occurrit ap. eund. VII. p. 123. 1. 'Circumpositis imminere provinciis:' ubi vid. Stephanium: et XIII. p. 230. f. 'Danis infatigabiliter imminens.'

§ 11 *Pacem facit*] Publio Sempronio in provincia proconsule: Liv. XXIX. 12. *Bern.*

Contentus interim bellum Macedonicum distulisse] Contra mentem Auctoris hæc sunt; et contra libros etiam omnes notæ melioris, in quibus est *contentis:* recte: de Romanis enim hæc accipienda, non de Philippo: qui Romani cum distinerentur bello Pu-

nico secundo, etsi injurias sibi illatas a Philippo putabant, tamen satisfieri sibi passi sunt, ne ille quoque ad Annibalem hostis accederet; in tempore et per occasionem de Macedonum rege vindictam sumpturi. Porro etiam ultima huj. lib. sic, si mei judicii res sit, legerim: *Quibus illi cognitis vitatisque, desciscere ab eo Achæos auctoritate sua cogit:* quomodo fere etiam suos Mss. habere Bong. fatetur. *Mod.*

Contentis] Ita scripsi de sententia Modii, ipsiusque in variantibus Bongarsii, ex fide Mss. omnium notæ melioris: cum edd. quas viderim omnes *contentus* habeant, contra mentem Auctoris. De Romanis enim hæc accipienda, non [&c. ad usque 'sumpturi:' vid. sup.] *Bern.*

Discedere] Modius *desciscere* mavult, quomodo e Mss. Bong. unus habet. *Idem.*

LIBER XXX.

Cap. I. § 2 *Adjuncta*] Parum abfuit quin Mss. omnium lectionem, *adstructa*, in contextum admiserim; quam vocem Nostro supra quoque XXIII. 3. 12. ex bonis auctoribus adstruximus. *Berneccer.* Quoniam Mss. quidam, ut Bong. testatur, pro *adjuncta* habent *adstructa*, genuinum hoc ipsum judico; quia enim rarius hoc quam illud est, non verisimile est a librariis id profectum esse. Plin. Paneg. 'Sibi accrescere putat quod cuique adstruatur.' Item: 'Nihil felicitati suæ putat adstrui posse.' Vid. et Nostr. XXIII. 3. 12. *Vor.*

Regis mores omnis secuta, &c.] Cic. Fam. I. 9. ex Plat. IV. de Leg. hoc dictum refert: 'Quales in repub. Principes essent, tales reliquos solere esse cives.' Cujus dicti veritatem pluribus et testimoniis et exemplis confirmat Gruter. Diss. VI. ad Tac. *Bern.*

Omnis secuta regia] Præfero quod impr. quidam habent, *regio.* Sane, quod subjicitur de exercitu omni, non ad *regiam*, sed *regionem* pertinet. *Schef.*

§ 4 *Antiochus rex Syriæ*] Appian. Syr. D. Hieron. in Daniel. XI. *Bong.*

§ 7 *Materiam, &c.*] Saxo VII. p. 143. 6. 'Futuræ cladis materiam ultronea belli instructione molitus.' XIV. p. 258. 52. 'Cum neque trahendi diutius belli materiam circumspiceret,' et p. 359. 44. 'Sclavos nusquam dilabendi materiam habituros.' Sup. XXII. 4. 3. ex Periz. 'Invenisse se victoriæ materiam.'

Agathocliæ] Meminit Plut. in Erotico 10. Vulgo *Agathocleæ:* quomodo habet et Hieron. in Daniel. *Bong.* Quomodo promiscue *Darius* et *Dareus, Media* et *Medea* in Mss. invenias. Nam ει Græcorum utralibet vocali Latinis effertur. *Bern.*

§ 8 *Majestatis oblitus*] Ov. M. II. 846. 'Non bene conveniunt, nec eadem sede morantur, Majestas et amor.' *Id.*

§ 9 *Crepundia*] Vulg. *tripudia:* lect. veterem in tanto librorum consensu si non amplectar, impudens sim. Nimis basilicum est, et Alexandreum, quod solvere non possis, rescindere. *Crepundia* videntur his esse κροτοκάλγια, crepitacula, sistra Ægyptiaca, crotala, quibus in saltationibus utebantur Veteres, maxime orientales populi: ut ap. Maronem Syra, 'Crispum sub crotalo docta movere latus.' *Crepundia* Plauto Mil. Gl. v. l. 6. sunt instrumenta puerilia: 'Ut faciam quasi puero in collo pendeant crepundia.' Martial. Apophor. Ep. 54. 'crepitacula' vocat. Vulg. lect. confirmari potest loco Sallustii, qui est in Cat. 25. 3. 'Psallere, saltare elegantius quam necesse est probæ: multa alia, quæ sunt instrumenta luxuriæ. Sed ei cariora quam decus atque pudicitia semper omnia fuere.' Ita in Mss. libris Sallustii legi. *Bongars.* Vidend. omnino Scaliger p. 255. Comment. in Copam incerti Autoris, quæ extat in Append. Virgil. itemque notata ad Suet. Calig. 54. 4. *Bern.*

§ 10 *Hæc primo laborantis regiæ tacitæ pestes et occultæ fuerunt*] F. *Hæ.* XVIII. 3. 'Is primum aliis videri furor:' ubi etiam vulgo editur *Id.* Gronov. Ms. Juntæ cum aliis vett. ed. *Hæc primo labentis regiæ tacita pestis et occulta mala fuerunt.* Leg. *Hæc prima labantis. Labans regia* est, minans ruinam. Sic 'labans disciplina' Liv. I. 36. *Græv.* Hæc inertia sunt et languida, atque, ut opinor, mutila. In Impr. et in uno Ms. est *et occulta mala fuere.* sed *mala* glossema est alicuj. vocis, quæ hinc effluxerit, ut solet. Ratio est, quia *pestes* est aliquid validius multo et vehementius quam *mala*, quod et tenue est et debile. Credo Just. scripsisse *et occulta venena fuere.* Fab.

Tacitæ pestes et occultæ] Synonymia prorsus otiosa. Impr. quidam habent *et occulta mala*, una voce auctius. Sed et hoc suspectum. Cur enim pestibus mala subjiciat? Puto plane verba *et occulta mala* irrepsisse in textum ex glossa, qua quis illas 'tacitas pestes' explicare voluerat. *Schef.*

Cap. II. § 3 *Accedebat et mater*] Videtur convenientius, quod habetur in Ms. quodam, *Accendebat*, ut referatur ad illam meretricis audaciam, de qua præcessit. Certe illud *accedebat* non satis explicat sententiam loci. *Id.*

Œnanthe] Huj. meminerunt Plut. Cleomene 46. Polyb. XV. 27. et 31. Athenæus VI. 13. In vulgatis edd. *Euanthe* corrupte legitur. *Bern.*

§ 4 *Itaque non contentæ rege, &c.*] Ptolemæi mores Claudius egregie retulit ap. Suet. 29. qui 'libertis uxoribusque addictus, non principem se, sed ministrum egit, compendio cujusque horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, impunitates, supplicia largitus est, et quidem inscius plerumque et ignarus.' Talis et Imp. Arcadius ap. Zonar. in ejus Vita. *Id.*

Regnum possident] 'Quid enim interest, utrum feminæ gubernent, an, qui gubernant, gubernentur a feminis?' inquit Aristot. Polit. II. 7. *Id.*

Jam comitantur] Verbum 'comitari' passivo sensu legi alibi quoque scio ap. bonos scriptores. Hic tamen suspectum mihi est, quasi natum sit ex glossa sequentium, 'Agathocles regis lateri junctus.' *Schef.*

§ 5 *Ducatus mulieres ordinabant*] Suet. Aug. 46. 'Equestrem militiam ex commendatione publica cujusque oppidi ordinabat.' Capitolin. in Pertinace 9. 'Dum aulicum famulitium ordinaret.' *Gron.*

§ 7 *Re tamen cognita*] Mallem *tandem*, quomodo habetur in Ms. quodam Bongarsiano; nam illi 'diu,' quod præcedit, rectius respondet. *Schef.*

In ultionem Eurydicis] Junt. bene *Eurydices.* Eurydice enim Εὐρυδίκη Græcis est. *Græv.* Editur vulgo *Eurydicis.* Sed rectius Junt. teste Græv. *Eurydices.* Est enim Græce Εὐρυδίκης. *Vor.*

§ 8 *Tuerenturque regnum*] 'Quippe jam gentium reges, duces, populi, nationes, præsidia sibi ab hac urbe petebant.' Flor. II. 7. 5. *Bern.*

Cap. III. § 1 *Causam belli adversus, &c.*] Intelligebant nimirum Romani, quantum interesset famæ, et per hanc potentiæ, iniqua bella non gerere. Vid. et Freinsh. ad Flor. II. 8. 1. *Vor.*

§ 2 *Reputantibus*] Præcedit 'metuebant,' sc. Romani: et tamen sequitur 'reputantibus:' quod quidem ad eosd. illos Romanos pertinet. Huj. igitur generis plura ad II. 13. 6. et VIII. 50. 10. vid. *Id.*

§ 4 *Mittitur et M. Lepidus in Ægyptum, qui, &c.*] Qua de re ita Val. M. VI. 6. 1. 'Cum Ptolemæus,' inquit, 'rex tutorem populum Romanum filio reliquisset, Senatus Marcum Æmilium Lepidum, Pontificem Max. bis Consulem ad pueri tutelam gerendam Alexandream misit; amplissimique et integerrimi viri sanctitatem, reipub. usibus et sacris comparatam, externæ procurationi vacare voluit, ne fides civitatis nostræ frustra petita existimaretur:' et exstant hodieque denarii argentei cum inscriptione M. LEPIDVS. PONT. MAX. TVTOR. REG. in quorum parte versa capiti turrito subscriptum est, ALEXANDREA. *Mod.*

M. Lepidus, &c.] Pompeium insulse habet L. Ampelius. Hoc exemplum est imitatus Tiberius, referente Tac. II. 67. 6. De Lepido ita Val. M. VI. 6. 1. [Locum, ut supra, exscribit, nisi quod pro *comparatam* dat *operatam.*] Huic narrationi suffragantur antiqui denarii argentei, repræsentantes in uno latere urbis Alexandriæ faciem, cum corona murali turrita, cui subscriptum antique ALEXANDREA: in altero M. Lepidum togatum senem calvum, qui a dextris stantem adolescentulum, cum sceptro in manu, diademate regio coronat, hoc adscripto titulo: S. C. M. LEPIDVS PONT. MAX. TVTOR REG. ut testatur Steph. Vin. Pighius Annal. Rom. Tom. II. p. 404. ubi tamen Nostro prochronismi litem movet. Vid. locum, et expende. *Bern.*

§ 6 *Legionesque cum consule*] Ita Mss. duo: ceteri omnes *legationesque cum conditionibus pacis.* Error ex notarum compendio: *cum CONS.* interpretati sunt *cum conditionibus*, et ad id sequentia invitabant, 'Deinde cum expositæ conditiones pacis a Rom. essent.' Missus autem est consul post P. Sulpitium Galbam et P. Villium Tappulum 'T. Quinctius Flamininus:' ita Vett. libri: et recte, ne Flamininos patricios cum plebeiis Flaminiis confundamus. Hoc, non animadversum, Auctorem libelli de Viris Illustribus, s. is Aur. Victor, s. quis alius, in fœdum errorem induxit, ut hunc Flaminii ejus, qui ad Thrasimenum lacum occubuit, filium arbitraretur, ut alii docuerunt inepte. Hic tamen Plutarcho ubique Φλαμίνιος dicitur. *Bong.*

§ 8 *Conditiones pacis*] Quas vid. ap. Liv. XXXII. 33. 2. &c. *Bern.*

§ 9 *Philippus, &c.*] Saxo XIV. p. 253. 32. 'Olavus adduci se posse negabat ut in hanc vocem, inconsulta patriæ majestate, procurreret.' p. 313. 5. 'Præfatus se, extante eo, cui primam militiæ fidem dederit, alius militem non futurum, nec adduci posse, ut pristinum obsequium recenti permutet.'

Concedebat] Putida oratio, *concedebat se adduci posse.* Quin scribend. *contendebat.* Hæc Acidal. ad Vell. II. 130. 8. quem vix tamen est ut sequamur. *Id.*

CAP. IV. § 1 *Eodem anno inter insulas Theram et Therasiam*] *Theram* h. l. legend. non *Theramenem.* Tractat eund. l. Strab. I. et Plin. II. 87. Ubi ait factum hoc Olymp. CXXXV. an. quarto: ibi ego legend. puto *Olympiadis* CXXXX. *anno quarto:* idque ex supputatione retrograda ab anno quinto Tiberii, quando Thia enata narratur fine huj. cap. *Glarean.* Imo jam multis annis, antequam hæc gesta sunt, fuit motus ille terræ. Contigit enim Olymp. 139. an. 1. ut constat ex Polyb. et Eusebii Chronico. Plin. tamen II. N. H. 87. inquit, Automatam s. Hieram (de qua omnino capienda verba Justini) enatam esse inter Theram et Therasiam insulas, Olymp. 156. an. 2. Quod quomodo fieri potuerit, non video. *Voss.*

Theramenem et Therasiam] Theramenis insula hic, ut et XIII. 7. 2. pro Thera accipitur. Strab. I. p. 36. f. Ἀνὰ μέσον Θήρας καὶ Θηρασίας. Vid. et Plin. II. 87. et Euseb. in Chronico, et Sen. N. Q. VI. 21. cujus locus mendosus est, nec satis explicatus ab annotatore. *Bongars.* Add. Liv. XXXIX. 56. 6. Plin. IV. 12. m. Ammian. XVII. 16. Munster. Cosm. I. 3. *Bernec.* Scripsi *Theram* pro *Theramenem*, quomodo XIII. 7. 2. *Theræ* pro *Theramenis;* quoniam Junt. sup. manifeste *Theræ* habet, ceterique omnes, qui ejus insulæ mentionem faciunt, 'Theram' eam vocant. *Vor.*

Terræ mot. f.] Vincent. VI. 53. 'T. m. factus est.' In § 4. 'Or. R. imp. mansurum, vet. autem ac M. vacaturum.'

§ 2 *Navigantium*] An *habitantium?* Freinsh. Lect. vulg. retinenda. Sen. VI. Q. N. 22. 'Theram nostræ ætatis insulam, spectantibus nautis, in Ægæo mari enatam.' *Schef.*

Insula emersit] Dicebatur Thia teste Mela II. cap. ult. *Græv.*

§ 3 *Rhodum*] Quam ins. tamen Europæ Diodorus XVIII. 8. annumerat. Sed Asiæ contribuit etiam Epitome Liv. LXXVIII. *Bern.*

Labe] A 'labendo' 'labem' dixit, ut et XVII. 1. 5. et Cic. de Leg. II. 15. 'Quamobrem ille quidem sapientissimus Græciæ vir, longeque doctissimus, valde hanc labem veretur.' 'Labem' etiam χάσμα esse, et hiatum, notatum est ex JCtorum libris, et Cic. de Divin. I. 35. et 43. Hæc vox, cum librariis esset insolens, vertit in *mole.* Hoc terræ motu Rhodium colossum ruisse Euseb. refert. *Bong.*

§ 6 *Cum, &c.*] Saxo VII. p. 122. 23. 'Quem cum, productis e diverso copiis, militum numero præstare videret.' Hegesipp. v. 20. 'Quibus e diverso Joannes, princeps seditionum, cuniculum suffodit.'

Omnem Asiam, Orientis finem] Id ita legitur in multis, sed in quibusd. Impr. et Mss. etiam est *Or. fine,* quod id. valet atque, Orientem usque. Ex Salustio Bongarsius. Hinc est quod in sermone Italico *Fin* et *Fino* pro, usque, sumuntur. *Faber.* Plane lect. hæc prava. Quomodo enim Asia finis Orientis? Scriptum quondam fuit *Asiam in Or. finem,* sed præp. *in* præcedens littera *m,* totidem constans lineis, intercepit. Nisi malumus *Or. fine,* quia Ms. et impressus quidam probant. Et plane suspicor alterum *in Or. finem* huj. explicationem esse, quæ in textum est transsumta. *Schef.*

§ 11 *Devicerat*] Scrib. *devicerit:* et paulo ante *qui invictus audierit* pro vulg. *quem invictum audierant.* Gron.

§ 12 *Puero immaturæ ætatis*] Quid hoc est? num et pueri maturæ ætatis dantur? Cur ergo hoc adjectum? Mihi non est dubium, quin illud *puero* glossatoris sit, non Justini. *Schef.*

Prædæ Dardanis fuerunt] *Fuerint.* Freinsh. Et firmant emendationem istam, præter rationem sermonis Latini, etiam Mss. et impr. quidam. Porro in iisd. legitur *prædæ iisdem Dardanis.* Unde colligo lect. veram esse, *prædæ iisdem fuerunt,* ut referatur ad præcedens 'finitimos,' omissa voce *Dardanis,* quam puto transsumptam in textum ex glossa. *Schef.*

§ 15 *Antiquam et obsoletam gloriam*] Plut. in Præceptis Reip. gerend. 45. 'Cum videmus puerulos parentum crepidas conari subligare sibi, aut coronas eorum capitibus suis imponere, per jocum ridemus: at urbani magistratus, majorum opera, arduos conatus, et facta præsentibus temporibus ac rebus non congruentia stulte jubentes imitari, multitudinem concitant; et, cum ridicula sunt moliti, non risu jam digna patiuntur, nisi plane sint contemti.' *Bern.*

§ 16 *Romana fortuna vicit*] Ad Cy-

noscephalas. Vid. Liv. XXXIII. 7. 3. Plut. in Titi Flaminini Vita 11. Flor. II. 15. 17. qui locum illum Cynocephalas vocat: Paus. in Att. et Achaicis, et Strab. IX. ext. *Bong.*

§ 17 *Græciæ urbibus*] Debetur hæc lect. Codici Cujaciano: nam ceteri optimæ notæ *Thraciæ*, contra historiam. Plut. in Flaminino 4. Τὴν μὲν Μακεδονικὴν ἀπέδωκεν αὐτῷ βασιλείαν· τῆς δὲ Ἑλλάδος προσέταξεν ἀποστῆναι. *Idem.*

§ 18 *Legatos ad Antiochum*] Asiaticum bellum Romanis suscitavit Thoas Ætoliæ princeps, et Annibal. Flor. II. 8. 6. *Idem.*

Adulatione magnitudinis] Curt. III. 2. 1. 'Purpurati solita vanitate Darii spem inflant.' Sen. Benef. VI. 30. 'Principes, dum ignorant vires suas, et dum se tam magnos, quam audiunt, credunt, attraxere supervacua et in discrimen omnium perventura bella.' *Bern.*

LIBER XXXI

CAP. I. § 1 *Mortuo Ptolemæo*] Hæc latius et accuratius persequitur Appian. Syriaca. *Bong.*

Contemptaque parvuli ætate] Prout amat fieri. Qua causa 'Romani audita morte Hieronis, anxii ne quid, ex contemptu ætatis relicti pueri, rerum novarum moveretur Syracusis,' &c. Polyb. Excerpto Legat. primo. Consulatur Sall. Ju. 6. 7. Flor. IV. 4. 3. Polyb. V. 34. et 41. Herodian. I. 7. Zonar. tom. III. sub imperio Constantini Leonis filii. Hinc intelligitur, quantum laudet Stiliconem Claudian. II. 64. 'Vitæque et lucis in ipso Limite contemptus nunquam, dat jura subactis Gentibus, et secum sentit crevisse triumphos.' *Bernec.* Leg. *contemta parvuli filii ejus ætate.* Sc. antequam Lepidus veniret. *Gron.*

Præda] Prætulerim *prædæ*, quod e Ms. Bongarsius inter variantes retulit. Ita Liv. 'Prædæ futura legio.' Sall. Cat. 21. 5. 'Quibus victoria prædæ fuerat.' *Bernec.* Mss. *prædæ*, quos merito censet sequendos Bernecc. *Græv.* *Prædæ* est in Mss. non *præda*, optime. *Faber.* Codd. quidam Mss. quos Bong. vidit, *prædæ.* Sed utrumque videtur recte dici. *Vor.*

§ 2 *Phœnicem*] Legend. omnino *Phœnicen*, Φοινίκην. *Phœnicem* est a, Phœnix. Sic autem nunquam dicta fuit regio. Hoc vitium, ab omnibus editoribus prætermissum, superius quoque correxi. Statim scribend. ut Schef. monuit, *juris Ægyptii.* Græv.

Juris Ægypti] Puto *Ægyptii* scribendum, quomodo ap. Cic. 'rex Ægyptius' occurrit. Vulgata inde ita sese habet, quoniam in Mss. littera *i* ultima fuit longa, i. e. duo notavit, quod scriba transmisit inobservatum. *Schef.*

§ 5 *Nabis tyrannus*] Liv. XXXIV. Plut. in Flaminino et Philopœm. Paus. in Messen. Achaic. et Arcad. *Bong.*

§ 6 *Detinerentur*] Scribend. *distin.* hic etiam ut superius. *Græv.*

§ 7 *Annibalis*] Appian. et Liv. XXXIV. *Bong.*

Occultis mandatis] Hæc currentibus litteris edunt, ac si regantur a sequenti 'inisse societatem.' At res aliter se habet; pertinent enim ad verbum 'criminabantur.' Hoc dicit: Criminabantur occultis mandatis, s. per occulta mandata, iis nempe tradita, qui has criminationes ap. Romanos debebant proponere. Certe *societatem inire mandatis* nullum habet sensum. *Schef.*

§ 8 *Assuetum imperio*] Ita Liv. II. 2. 4. 'Nimium Tarquinios regno assuesse,' &c. 'nescire Tarquinios privatos vivere.' Suet. Cæs. 30. 8. 'Captus imperii consuetudine Cæsar.' De Miltiade Probus in ejus Vita: 'Multum in imperiis magistratibusque versatus, non videbatur posse esse privatus: præsertim cum consuetudine ad imperii cupiditatem trahi videretur.' *Bern.*

Immoderata licentia militari] Ita sane ex antiquioribus edd. ea quam curavit Major. Et retinuerunt lect. eam Bong. et Bernecc. Notavit tamen Major in margine diversam lect. esse *militare;* et Bong. quoque in V. L. monet codd. quosdam typis expressos sic habere. Ego tamen non dubitem legend. esse *immoderatæ licentiæ militari;* eo casu nimirum quem præcedens 'assuetum' requirit. *Vor.* Nil patior hic mutari. Non enim magis Latinum est 'assuetus licentiæ,' quam 'assuetus licentia.' Cic. III. de Orat. 'Homines labore assiduo et quotidiano assueti.' Virgil. 'Bellis assuetus Opheltes.' *Schef.*

§ 9 *Quæ etsi falsa nuntiata fuissent*] Vix est, ut et lectio habeatur proba. Puto Just. scripsisse vel, *Q. e. falso n. f.* vel *Q. e. falsa, apud timentes tamen, &c.* Id.

Falsa apud timentes pro veris, &c.] Sen. II. de Ira 22. 'Quæ inviti audimus, libenter credimus.' Tac. IV. H. 38. 3. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Tacitis, &c.*] Saxo XIV. p. 310. 6. 'Absalon t. m. præcepit.'

§ 2 *Peritum*] Malim *paratum*, quod in Mss. omnibus esse testatur Bong. *Bernec.* Omnino servand. quod habent Mss. omnes, *paratum.* Nam *peritus ad prospiciendum* ne Latinum quidem puto. *Schef.*

Paratum] Non solum hanc lect. Mss. Bongarsianorum probarunt Bernecc. et Schef. sed Britanni in tribus codd. repertam merito receperunt. *Græv.* Angl. *paratum.* Quæ lect. mea sententia est optima. Et dubito num in usu fuerit Latinis *peritus ad cavendum.* Potius 'cavendi peritum' dixissent, ut 'peritus regendæ civitatis,' 'peritus arguendi,' 'nandi,' et id genus. At 'paratus ad cavendum,' ut ap. Cic. in Orat. 'Paratus ad dicendum,' et in Pro Milon. 'Non satis paratus ad cavendum fuit,' hac ipsa phrasi. *Schef.*

In secundis adversa] Id. Romanæ constantiæ mos erat, 'in adversis vultum secundæ fortunæ gerere: moderari animos in secundis:' Liv. XLII. 62. 9. Add. inf. XXXI. 8. 9. *Bern.*

§ 3 *Principum*] Procerum, et populi primorum, i. e. senatorum. Ita Sen. ad Helv. 11. pr. et 12. m. Item Benef. II. 12. et alibi. Capitolinus in Gordianis 13. Ceterum Senatores ab Augustæ Historiæ scriptoribus appellatos etiam 'optimates,' 'summates,' 'optimos nobilium,' 'proceres,' ipsumque Senatum 'Nobilitatem,' docet ad illos scriptores p. 93. Salmasius. *Id.*

In supremum] Lego *in supremam.* Censorinus de Die Natali 23. 'Inde de meridie, hinc suprema, quanquam plurimi supremam post occasum solis esse existimant, quia est in duodecim tabulis scriptum: Sol occasus suprema.' Vid. ad Plaut. Asin. III. 3. 4. *Gronov.* Legend. *in supremam f.* sc. diei horam. Sic enim Latini loquebantur. Lex XII. Tabularum ap. Gell. 'Sol occasus diei suprema tempestas esto.' Varr. IV. de LL. 'Suprema summum diei; hoc tempus duodecim tabulæ dicunt occasum solis.' Sic olim conjeci; postea didici celeberrimum Gronov. in ead. esse sententia, fuisseque dudum, cujus sane consensu vehementer lætor. *Græv.* Gronov. *in supremam,* ex auctoritate Varronis pro, in supremam horam, s. tempestatem; quod melius. Ita et Græv. conjecerat. *Faber.* Gronov. atque Græv. legend. putant *in supremam.* Facitque huc quod Varr. IV. de LL. scribit. Item quod Gell. XVII. 2. ex XII. tabulis citat, 'Sol

occasus suprema tempestas esto.' De eo tamen quod subaudiri vult Grævius, diei horam, non satis liquet. Quid si subaudiatur modo, diem; idque sit pro, diei partem? Quod dictum esset ut 'ultima platea' a Terentio pro ultima parte plateæ, et sexcenta id genus alia. *Vorst.* Verum sic *supremum* quoque rectum fuerit. Et sane puto nil mutandum: *supremum* enim pro, supremum tempus diei. *Schef.* *Obversari* ead. notione usurpavit Liv. XXXIV. 61. 'Hunc Aristonem Carthagine obversantem non prius amici quam inimici Hannibalis, qua de causa venisset, cognoverunt.'

Rus urbanum] F. *suburbanum*. Fr. Leg. *rus suburb.* De quo nemo adversabitur; idem Freinshemio in mentem venerat. *Faber.* Assentior Freinshemio, pro his *suburbanum* scribenti, nisi f. malimus *rus suburbanum*, quod magis conveniret cum editis, et frequens est bonis scriptoribus. *Schef.*

§ 4 *Nec facultas fugam, nec inopia moraretur*] Quomodo facultas fugam potest morari? quin facultas fugiendi promovet fugam. Videtur Just. scripsisse *nec difficultas fugam:* difficultas sc. navigandi, si nulla navis esset parata et in promptu. *Græv.* Quomodo *facultas* morari fugam possit, equidem non intelligo. Et latet hic f. aliquid mendi. *Vorst.* Putat Vorst. latere mendum, cum facultas non possit morari fugam. Et sane non moratur, si adest; moratur tamen, si abest, quod haud dubie Just. intellexit. *Schef.*

§ 5 *Italicorum captivorum*] Atqui Liv. XXX. 37. 2. scribit inter conditiones pacis et hanc fuisse, Carthaginienses Romanis captivos omnes traderent. Quomodo ergo hi numerum servorum Annibalis auxerunt? *Freinsh.*

Navem conscendit] An legend. *naves?* quia præcedit 'habebat ibi naves.' Sane, ad complendam navem, tanta servorum et captivorum copia opus fuisse non videtur. *Schef.*

Cursumque, &c.] Saxo XIII. p. 235. 41. 'Ad locum, in quo Henricum diversari didicerat, cursum direxit.' XIV. p. 267. 41. 'Cursum ad cultiores agros dirigere cœpit.' Hegesipp. I. 9. 'Inde in Arabiam iter direxit:' et 11. f. 'Rectum autem in Arabas iter direxit.'

§ 6 *Consulem*] 'Suffetes' Carthaginiensibus erant, qui Romæ 'Consules;' Liv. XXX. 7. 5. quos Æmilius Probus in Annibale 'binos Reges' vocat. Erat et ap. illos Dictatoris imperium, Liv. XXIII. 13. 11. et Quæstorum dignitas: habebantur hi proximi Judicibus, idem Liv. XXXIV. 32. 4. Judices erant 100. sup. XIX. 2. 5. et Senatus erat 30. seniorum consessus, Liv. XXX. 16. 3. Erant ap. eos et Prætores. Probus Annib. Livius XXXIII. 32. 3. *Bongars.* Add. sup. notam ad XIX. 1. 7. *Bernec.* Fere enim easd. dignitates eosdemque magistratus Pœni habebant ac Romani. *Faber.*

§ 8 *Trepidum nuntium*] Romani enim Annibalem, etsi senio et exilio fractum, pro igni habebant, cui abesset nihil, nisi qui eum excitaret. Plut. Flaminio 37. *Bern.*

CAP. III. § 1 *In Græcia Flamininus*] De h. bello copiose Liv. XXXIV. 22. et seqq. *Id.*

Et graviter fractum, velut exanguem in regno reliquit] In Mss. est *et gravibus fractum, &c.* Et ita leg. Hoc quod non intelligerent librarii, rescripserant *gravibus vulneribus.* Inepte. *Voss.* Quid hoc, *graviter fractum velut exsanguem?* Certe aliquod vinculum, quo connectatur oratio, hic desiderari videtur. Sed aliud suspicor. Habebat in animo Justinus egregiam istam Virgilii comparationem: 'Qualis sæpe viæ deprensus in aggere serpens, Ærea quem obliquum rota transiit, aut gravis ictu Seminecem liquit saxo lacerumque viator.' Ita, inquam, suspicor; nam præterquam quod, ut dicebam, aliquid deest orationi, hoc etiam sentire possis, istud 'velut' comparationem aliquam resipere; tum hoc videas quoque, verba ipsa imitationem ostendere. 'Graviter' Justini ex 'gravis' ap. Virgil. natum est. 'Fractum' ex 'lacerum.' 'Reliquit' ex 'liquit.' Quamobrem lego *et graviter fractum, velut anguem, reliquit.* Faber. Hæc nimis arguta sunt. Librorum omnium scriptura hic perperam impugnatur, cujus hæc est sententia: Nabis multis prœliis victus est: sed tamen non exutus est regno, sed in illo relictus tanquam homo exsanguis, h. e. sic debilitatus, et viribus destitutus, ut ab illo nihil inposterum sibi metuendum haberent Romani. XXXIX. 5. 'Magnum nomen viribus finitimorum exsanguibus fecerat.' *Græv.* Codd. quidam Mss. teste Bong. *et gravibus fractum.* Alii *gravibus vulneribus fractum.* Et sane 'vulnera' Noster non semel dixit pro cladibus. Vid. I. 8. 10. et cetera in hanc sententiam in Indice notata. *Vorst.* Mss. Bong. plerique habent *gravibus.* Bene, sed mutanda est distinctio, et sic legendum: *duobus continuis prœliis subegit, et gravibus fractum, velut exsanguem, in regno reliquit.* Oratio elegans et apta. Quod autem libri quidam addunt, *gravibus vulneribus,* factum est a glossatore, qui deesse quid τῷ *gravibus* putavit. Sane *frangi vulneribus* an recte dicatur, nescio: exempla saltem scio nulla. *Schef.*

Velut exsanguem] Faber legend. censet *velut anguem.* Vossius ex Mss. fide *et gravibus fractum* mavult: sed vera recepta lectio est, et inferius repetita. *Angli.* Verba, quæ respiciunt, extant XLI. 3. 'Ab invalidioribus Parthis, velut exsangues, oppressi sunt.' *Schef.*

§ 4 *Flaminino Rom. imp. compararetur*] Quod Flamininum male habebat: et Plutarchus (Philopœm. 25. Flamin. 23.) inter causas finiti cum Nabide belli recenset Flaminini φιλονεικίαν καὶ ζηλοτυπίαν τῶν Φιλοπoίμενος τιμῶν. *Bongars.*

§ 5 *Hannibal, &c.*] Cic. II. de Orat. 18. de Hannibale: 'Ephesum ad Antiochum confugit.'

§ 6 *Tantusque adventu ejus ardor animis regis accessit*] Junt. *animo regis.* Sed nihil muta. VII. 3. 'Depositisque hostilibus animis, in affinitatis jura succedit:' ubi male emendant, *host. armis.* Et XXI. 6. 'Mittunt ad speculandos ejus animos Hamilcarem.' Sic et 'epistolæ' pro, epistola, frequens Nostro, et 'causæ' pro, causa. *Græv.* 'Animi' et unius sunt. VII. 3. 9. et XXI. 6. 1. *Vor.*

§ 7 *Annibal, cui nota Romana virtus erat, negabat opprimi Romanos, &c.*] Ita Liv. XXXIV. 59. 'Sententia ejus [Annibalis] una atque eadem semper erat, ut in Italia bellum gereretur. Italiam et commeatus et militem præbituram externo hosti: si nihil ibi moveatur, liceatque populo Rom. viribus et copiis Italiæ extra Italiam bellum gerere; neque regem, neque gentem ullam parem Romanis esse. Sibi centum tectas naves, sedecim millia peditum, mille equites deposcebat: &c. *Mod.* Hoc ipsum fusius demonstratur inf. cap. 5. Ap. Vell. II. 27. Pontius Telesinus, Samnitium dux, 'vociferabatur eruendam delendamque Romam; adjiciens, nunquam defuturos raptores alienæ libertatis lupos, nisi silva, in quam refugere solerent, esset excisa.' *Bern.*

§ 8 *Ad hoc sibi centum naves et decem millia peditum*] Liv. dec. IV. lib. IV. sub finem, id. consilium describens, dicit 'sedecim millia peditum' Hannibalem postulasse, quod est verisimilius, videl. ut æquaret consularem exercitum, qui binis legionibus erat civium ac Latini nominis. Suspicor in Justini codice hoc corruptum, ideoque emendandum. Quanquam non sum nescius multa in h. lib. a Livii traditione dissentire, ut

paulo post de Tyrio Aristone; item de legatis ad Antiochum missis, ac eorum cum Hannibale conversatione: sed ea omnia persequi, ut jam sæpe testati sumus, non est nostri proposiiti negotii. Sane prorsus ad fin. huj. lib. legend. *possessiones voluptarias*, pro quibus *voluntarias* perperam legitur. Vult enim Romanos malle gloriam quam voluptatem, quod mox seqq. verba clarius indicant. *Glar.*

Mille equites] Vett. plerique *equitum:* unde mendosum locum esse suspicor: et sane in Jo. Pelerini vet. Cod. legitur *tria millia equitum.* Bongars. Vulgatam affirmat Liv. XXXIV. 59. 5. 'Sibi centum tectas naves, sedecim millia peditum, mille equites deposcebat.' Illud vero *mille equitum*, pro, mille equites, Latine dici, et 'mille' hic esse substantivum singulare, sicuti 'chilias,' docet e bonis auctoribus Agellius I. 16. ut mihi vix temperaverim, quin id. in Justinum reciperem. *Bern.*

Non minus bellum, quam gesserit, &c.] Videtur mutilus hic l, Quo enim pertinet illud 'non minus?' Nil tamen mutand. 'Minus' enim hic est adjectivum, non adverbium, et cohæret cum voce 'bellum.' 'Restaurare bellum non minus,' est, æque magnum restaurare. *Schef.*

§ 9 *In Asiam*] Scrib. *in Asia.* Gron.

Regi sedenti] I. e. otioso. Cic. ad Att. X. 8. et 12. *Bongars.* Ita Sen. Ep. 8. 1. *Bernec.* Varr. I. de R. R. 2. 'Romanus sedendo vincit.' Liv. IX. 3. 'Sedens bellum conficiet:' et XXXI. 38. 'Sedentem Romanum debellaturum credi poterat.' *Gron.*

§ 10 *Hispanis*] Leg. *Hispaniis.* Fr.

Nunc, quam pridem, fuisse] Scribend. prorsus *fuisset*, quod monuisse satis est. *Faber.* Receperunt Angli merito. *Græv.*

CAP. IV. § 1 *Unus ex comitibus*] Aristonem, mercatorem Tyrium, προφάσει τῆς ἐμπορίας missum scribit Appian. p. 90. quem leg. et Liv. XXXIV. 60. *Bongars.* Hoc ipso astu Pelopidas usus, ad Sphodriam Spartanum misit quemdam mercatorem cum pecunia et mandatis magna de re: Plut. Pelop. 24. Prudenter ergo cautum est Honorii ac Theodosii rescripto, L. 4. Cod. de Commerc. et Merc. 'Ne mercatores tam Imperio Rom. quam Persarum regi subjecti, ultra ea loca, in quibus fœderis tempore cum memorata natione Imperatoribus convenit, nundinas exerceant; ne scil. alieni regni scrutentur arcana.' *Bern.*

§ 2 *Hæc cum relata*] Mss. alii habent *perlata.* Puto utrumque glossatoris esse, legendumque simpliciter *lata.* Sic colligo ex Ms. alio, in quo est *læra*, vitio scriptoris, ut apparet. Porro *lata* exposuerunt alii *relata*, alii *perlata*, atque inde hæc diversitas. *Schef.* 'Perlata' sane Cic. ejusque æquales dicerent, quibus familiarissimum 'ad nos perfertur,' pro, nobis nunciatur. *Græv.*

§ 3 *Ad purg. &c.*] Gell. VII. 1. 'Legatosque Romam miserunt, qui temeritatem quorundam popularium suorum deprecarentur, et fidem consiliumque publicum expurgarent.' Ep. ad Hebr. IX. 14. Καθαριεῖν συνειδήσεως.

§ 4 *Ad Antiochum legatos*] Inter quos erat P. Scipio, qui Annibalem devicerat. Præter Liv. XXXV. 14. et Appian. p. 91. et 92. vid. Lucian. in Dialogis Νεκρικοῖς, et Plut. in Flaminino sub finem. Consilium autem legatorum explicat et Frontinus I. 8. 7. *Bong.*

§ 5 *Cum Ephesi convenissent ad Antiochum*] Scrib. *conv. Ant.* Freinshem. Legend. puto cum Freinsh. *conv. Ant.* Additur sane præpositio et nomini: sed ea fere quæ et in verbo continetur. *Vorst.* Freinsh. illud *ad* putat delend. Contra servant id libri omnes Mss.; at pro *Ephesi* quidam habent *Ephesium.* Unde adducor, ut scripturam veram putem: *cum Ephesum venissent ad Ant.* Literæ ultimæ

in 'Ephesum,' perperam adsociatæ verbo *venissent*, pepererunt *convenissent.* Schef.

§ 6 *Assidui circa Annibalem fuere*] Antiquiores typis exp. *cum Annibale:* idque pro, apud Annibalem. 'Cum' pro, apud, satis notum. Ut 'queri cum aliquo.' *Vorst.* Antiquiores *cum Annibale*, quod probat Vorst. Mihi glossa alterius videtur. *Schef.*

CAP. V. § 1. *Omnibusque perrogatis*] Appian. p. 93. Annibalem primum sententiam rogatum scribit. *Bongars.* Sicuti 'perspectare' Suetonio Dom. 4. 7. est, a principio ad finem usque spectare: ita 'perrogare' est, omnes peragere sententias. Eo verbo utuntur et Liv. XXIX. 19. 10. Tac. H. IV. 9. 3. Suet. Aug. 35. 9. (ubi *prærogare* vitiose legitur) Plin. VI. Ep. 22. et Paneg. 60. Lamprid. in Commodo 21. *Bernecc.* Ita 'perrogare' de personis, quæ rogantur omnes. Dicunt autem et 'legem perrogare.' Val. M. I. 2. Ext. 1. 'Traditas sibi leges perrogabat.' Sic enim ibi legend. sine dubio, non, ut ipsi alios secuti edidimus, *prærogabat.* Idem VIII. 6. 4. 'Tribunus pl. legem adversus, intercessionem collegarum perrogavit.' *Vorst.*

§ 2 *Ad suppl. &c.*] Saxo XV. p. 364. f. 'Ad s. arbitrorum n. etiam Thodonem nuntio vocatum.'

§ 5 *Etiam cum victo, &c.*] Herennius Pontius ap. Liv. IX. 3. 13. 'Ea est gens Romana, quæ victa quiescere nesciat,' &c. *Bernecc.* Dubito valde Just. sic scripsisse. Ingrata sane conjunctionis *cum* hic repetitio: *cum Romano cum victo.* Sed nec particula *tum* hic necessaria. Mallem: *cum Romano, seu o. p. aliqua, seu victoris tu, etiam victo et j. l. esse*, vel *etiam tunc victo.* Schef. Ap. Liv. XXVII. 14. Hannibal inquit: 'Cum eo nimirum hoste res est, qui nec bonam nec malam ferre fortunam potest. Seu vicit, ferociter instat victis; seu victus est, instaurat cum victoribus certamen.'

§ 6 *Suis eos opibus*] Quod in Africa contra Carthaginienses jam antea fecerat Agathocles. Eleganter Appian. Τοὺς πολέμους ἅπασι χαλεποὺς μὲν οἴκοι διὰ λίμον τὸν ἐπιγιγνόμενον, ἔξω δὲ κουφοτέρους. *Bong.*

§ 8 *Ministerium*] Ita Mss. ut XXIV. 2. 5. 'arbitrium' pro, arbitrum. Et VI. 2. 15. 'Postulat sibi dari ministerium impensæ,' ut est in vulgatis libris: nam ibi Mss. *ministrum.* Idem.

CAP. VI. § 1 *Huic, &c.*] Saxo XIII. p. 241. 44. 'Hujus pactionis obtr. am. r. fuere.'

Verentes, ne, &c.] 'Laco consilii quamvis egregii, quod non ipse afferret, inimicus, et adversus peritos pervicax.' Tac. I. H. 26. *Bern.*

§ 3 *Assentationum adulationibus*] *Assentantium*, quod est in vet. Cod. Pelerini, rectum puto. *Bongars.* At ego illud rectius. Ita Liv. VIII. 24. 13. 'discrimen periculi' dixit. Noster XXIX. 1. 5. 'facinoris crimen:' et VII. 1. 12. 'gentes populorum.' Flor. I. 16. 7. 'fallacias insidiarum.' Suet. Cæs. 67. 2. 'munus officiorum.' Idem Domitian. 3. 3. 'animadversionem supplicii.' *Berneccer.* Junt. *assentatorum.* Sed propius ab aliorum cod. lectione abest, quod in Pelerini codice fuit: *assentantium.* Hoc et Bongarsio arrisit. *Græv.* Melius, ut Bongarsius, *assentantium.* Faber. Mallem *assentantium* cum Bongarsio, vel propterea, quoniam in Junt. codice legitur *assentatorum:* haud dubie ex glossa alterius. *Schef.* *Assentantium* probarunt Angli. *Græv.*

Novis, &c.] H. phrasin illustrat eruditiss. Spanh. ad Callim. in Del. 240.

§ 4 *Acilius Romanus*] Manius Acilius Glabrio. Ap. Appian. mendose legitur Ἀκίνιος inverso Λ pro Ἀκίλιος. Erat hic Consul cum P. Corn. Scip. Nasica. Vulgo *Attilium*, inepte, ut

ap. Auctorem de Viris Illustr. Vid. Liv. XXXVI. 1. 1. Flor. II. 8. 14. Frontin. II. 4. 4. *Bong.*

Bello necessaria] In Mss. plusculis est *belli*. An diversitas hæc arguit, glossatorum istam esse voculam, non Justini? *Schef.*

Summa industria] Junt. *sum. ope et ind.* Græv.

§ 5 *Prima belli congressione*] Omnes omnino Mss. *conditione*. F. legend. *coitione*, ut dixit Terent. Phorm. II. 2. 34. 'Prima coitio est acerrima.' *Mod.* Victus est Antiochus ad Thermopylas. Liv. XXXVI. 19. *Berneccer.* Mss. omnes Modiani habent *conditione*. Id. in suis reperit Bong. Hinc Modius putat *coitione* legend. Mihi propius ad ductum literarum venire videtur, si scribamus *conlisione*. Et est *conlidere* vel *collidere* verbum usitatum in tali negotio Horat. I. Ep. 2. 'Græcia Barbariæ lento collisa duello.' *Schef.*

Castraque ditia] Credo deesse aliquid. F. *castraque præda ditia*. Faber.

§ 6 *Pœnitere neglecti consilii*] Nimirum hoc habet mortalitas: 'tunc demum sentit se male de rebus suis statuisse, cum id nihil jam prodest,' ut ait Cic. ap. Dion. XLIV. Add. Ansonii Epig. XII. in Simulacrum Occasionis. *Bern.*

§ 7 *Æmilium*] Ita vet. Cod. Pelerini. Cujacianus *Eimilium*, *E* pro *A*. Vett. enim *Aimilius* scribebant. Cett. varie corrupti: quidam *ei vivium*: alii *ei Livium*. Scripsisse Auctorem arbitror *nuntiatur ei Lucium Æmilium*, pro quo impresserunt quidam *Livium Nevium*: quidam *Livium Menenium*. Est autem hic L. Æmilius Regillus Livio XXXVII. 58. 1. et Floro II. 8. 12. Appiano Syriac. p. 102. d. Λεύκιος Αἰμίλιος Ῥηγοῦλος, pro Ῥηγίλλος. *Bong.*

CAP. VII. § 1 *Sed adversus Annibalem ducem, &c.*] Legend. puto *Sed a. A. dux quis*. Gron.

§ 2 *Consul L. Scipio*] Et cum eo C. Lælius: præter citatos Gell. XVI. 4. Scipio hoc bello confecto 'Asiaticus' dictus. *Bong.*

§ 4 *Ipsius filium*] P. Æmilii, qui Perseum vicit, natura filium; P. Scipionis, adoptione, inquit Appianus, Syriac. p. 105. contr. quam ceteri: non enim ipse Africanus, sed ejus filius, Paulli Æmilii filium, eum qui Carthaginem evertit, adoptavit. Plut. Æmilio 7. Cic. alii. *Bongars.* Add. Liv. XLIV. 44. 1. Id. auctor XXXVII. 37. 6. nonnihil a Nostro discrepans ait, Antiochum Scipioni Elææ ægrotanti, post istam demum legationem, filium captum misisse: neque solum patrio animo gratum munus, sed corpori quoque salubre gaudium fuisse. *Bern.*

§ 5 *Privata beneficia, &c.*] Vid. Camerar. Oper. Succis. cent. 1. 32. *Idem.*

§ 6 *Gratum se munus accipere*] Sup. XI. 10. 10. 'Grate munere accepto.' Et f. *grate* etiam hic legend. *Vorst.* Vir doctus suspicatur *grate*. Si quid mutand. mallem *privatum* scribere. Ac potest fieri, ut compendium ejus *pratum* pepererit vocem *gratum*. Sane, quia sequitur 'privatoque,' videtur *privatum* præcessisse, quoniam alias non habet, quo satis commode referatur. *Schef.*

§ 7 *Neque de redimendo filio tractavit*] 'Tractare' pro eo, quod mox sequitur, agere. Inf. XXXVII. 3. 4. et pro, consultare, deliberare, positum apparet. *Vorst.*

CAP. VIII. § 1 *Il. ac R. f.*] Uncis includit Ed. Bong.

3 *Juvabat Ilienses nepotes, &c.*] Iterum Liv. XXXVII. 37. 2. 'Inde Ilium [Scipio] processit, castrisque in campo, qui est subjectus mœnibus, positis, in urbem arcemque cum ascendisset, sacrificavit Minervæ præsidi arcis, et Iliensibus in omni rerum verborumque honore ab se oriundos Romanos

præferentibus, et Romanis lætis origine sua.' Et propter creditam hanc cognationem multis et magnis beneficiis a Romanis affecti sunt Ilienses. Suet. Claud. 25. 14. 'Iliensibus quasi Romanæ gentis auctoribus tributa in perpetuum remisit.' Callistratus JCtus L. 17. § 1. de Excus. Tut. 'Iliensibus,' inquit, 'et propter inclytam nobilitatem civitatis, et propter conjunctionem originis Romanæ, jam antiquitus et Senatusconsultis et principum constitutionibus plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habeant.' Quin ipse etiam Alexander M. post pugnam ad Granicum eand. hanc urbem ἐλευθέραν καὶ ἄφορον pronunciavit, auctore Strab. XIII. p. 408. *Mod.* Tac. XII. 58. 'Nero, ut eloquentiæ gloria nitesceret, causa Iliensium suscepta, Romanum Troja demissum, et Juliæ stirpis auctorem Æneam, aliaque haud procul fabulis vetera facunde exsecutus, impetrat ut Ilienses omni publico munere solverentur.' *Bern.*

Optabilem Trojæ ruinam, &c.] Sen. Ep. 91. m. 'Sæpe majori fortunæ locum fecit injuria: multa ceciderunt, ut altius surgerent et in majus.' *Bern.*

Ut tam feliciter renasceretur] Horat. III. Od. 3. de ead. Troja: 'Trojæ renascens alite lugubri Fortuna tristi clade iterabitur.' *Vorst.*

§ 5 *Prælium cum Antiocho*] Ad montem Sipylum, absente Africano, qui Eleæ ægrotabat. Appian. Syriac. p. 106. *Bongars.* Huj. prælii circa Magnesiam, quæ ad Sipylum est, instructi commissique luculenta descriptio extat in Liv. XXXVII. 37. et seqq. *Ber.*

§ 6 *Armare se milites suos jubet*] Junt. teste Græv. *armari milites*, quod f. et rectum. Pro, armare se, dicunt sane et 'armari;' quomodo pro, lavare se, 'lavari,' et pro, exercere se, 'exerceri,' et sexcenta id genus alia. *Vorst.* Junt. *armari mil.* Sed videtur aliud subesse malum huic l. An enim putamus tum, cum maxime committebatur pugna, inermes fuisse in castris? Mihi sane verisimile haud videtur. An scribend. *animare milites suos?* Schef. Castris præsidio relicti armati utique non erant, nisi in stationibus et excubiis positi. *Græv.*

Fugientibus minari] Hoc genus exempla sunt ap. Tac. H. II. 41. 6. Frontin. II. 8. 11. et 14. item IV. 1. 29. Add. sup. I. 6. 10. ibique notata. *Bern.*

Morituros dicens] Hoc *dicens* sine dubio est stulti glossatoris. Nec enim M. Æmilius hoc dicebat ipse solus, sed jubebat suos dicere fugientibus. Itaque vel delend. penitus, vel scribend. *dicentes*. Quanquam rectius mea quidem sententia deleatur. *Schef.*

§ 7 *Attonita, &c.*] Saxo XIV. p. 343. init. 'Oppidani improviso periculo attoniti.'

§ 8 *Cæsa, &c.*] Liv. XXXVIII. 45. 'Ad quinquaginta millia peditum cæsa ea die dicuntur, equitum quatuor millia: mille et quadringenti capti et quindecim cum rectoribus elephanti.'

Neque si vincant, &c.] Οὐχ ὑβρίζομεν ταῖς εὐπραξίαις, οὐδ' ἐπιβαροῦμεν τοῖς ἑτέρων ἀτυχήμασι, inquit Africanus ap. Appian. Syriac. p. 112. *Bong.* Liv. XLII. 52. 9. Romanam constantiam celebrans: 'Ita tum moris erat,' inquit, 'in adversis vultum secundæ fortunæ gerere, moderari animos in secundis.' Et ap. eund. Autorem XLV. 8. 6. Paulus Cos. 'In secundis rebus nihil in quemquam superbe ac violenter consulere decet, nec præsenti credere fortunæ: cum, quid vesper ferat, incertum. Is demum vir erit, cujus animum nec prospera flatu suo efferet, nec adversa infringet.' Add. sup. XXXI. 2. 2. *Berneccer.* Hic latet solœcismus, *Romanis....insolescere.* Cum hoc olfecissem, quæsivi in excerptis Mss. Cqdd. ubi quid esset mutand. reperi. Sic autem ibi scriptum est: *neque Romanos, si vincantur, animis minui, &c.* Quæ sana, et vera

scriptura est, quamque adeo omnino revocandam judico. *Fab.*

Neque Romanis, si vincantur, animos minui] Sic vulgo legitur. Longe elegantior est lect. quorund. Mss. Bongarsii, *Romanos neque, si vincantur, animis minui.* Schef.

§ 9 *Captas civitates inter socios divisere Romani, aptiorem gloriam quam possessiones voluptarias judicantes*] Ea est duorum tantum Mss. lectio: ceteri vulgatam confirmant, nisi quod vulgo *voluntarias* legitur. *Bongars.* Est locus ὑπουλος. Ms. et Junt. veteresque aliæ edd. *C. c. i. s. divisere, muneris Romani apt. gl. q. p. v. j.* Censeo scribend. *C. c. i. s. divisere, Romanis apt. gl. q. p. v. j.* Sensus enim postulat, ut exprimatur quibus aptior fuerit gloria, quam possessiones voluptariæ; et confirmatur sequentibus: ‘ quippe victoriæ gloriam Romano nomini vindicandam, opum luxuriam sociis relinquendam.’ In antiquo libro scriptum fuit *Romani*, quod cum ab alio correctum esset superscripto *Romanis*, natum inde est ap. alios descriptores, non exputantes quid *Romani* et *Romanis* sibi velit, *muneris.* Græv. Lego *apt. sibi gloriam, &c.* Faber. Græv. codd. Mss. et Juntas, veteresque alias edd. omnes habere ait sic: [v. sup.] Unde ille voce *muneris* expuncta legend. censet: [v. sup.] Jam editionem Junt. sic, ut ille ait, habere accredo. At aliæ vett. edd. Bechar. puta, Maj. et aliorum, sic habent: *muneris Romani apt. Asiam:* quomodo et in uno cod. Ms. esse testatur Bongarsius. Unde legend. f. *muneri Romanis apt. Asiam;* ut sensus sit: Asiam Romanis in munus aptiorem fuisse: vel, si *gloriam* retinere malis, *muneris Romanis aptiorem gloriam,* ut sensus sit: Muneris gloriam Romanis aptiorem fuisse quam possessiones voluptarias. Trajectiones vocum tam Nostro quam aliis satis usitatæ. Illud de *munere* consentaneum quoque ei quod antecedit, ‘ captas civit. inter socios divisere.’ *Vorst.* Mss. pleriique *divisere, muneris Romani.* Mihi sic scripsisse distinxisseque Just. videtur: *C. c. i. s. d. muneri Romani, potiorem gloriam, q. p. v. j.* Illud *muneri divisere* sic est dictum, ut ‘ Donarunt victum memoriæ patris’ ap. eund. Nostr. XXXVIII. 6. et alia huj. generis ap. alios scriptores, pro, diviserunt in munus, ut esset munus, ut haberent pro munere. *Schef.*

Possessiones voluptarias] Manlius ad milites suos ap. Liv. XXXVIII. 17. 18. ‘ Vobis mehercule Martis viris cavenda ac fugienda quamprimum amœnitas est Asiæ: tantum hæ peregrinæ voluptates ad extinguendum vigorem animorum possunt: tantum contagio disciplinæ morisque accolarum valet.’ Ut factum inf. XXXVI. 4. 12. *Bern.*

LIBER XXXII.

CAP. I. § 1 *Ætoli*] De Ætolico bello, quod gessit M. Fulvius Nobilior Cos. cum Gn. Manlio Vulsone, leg. Liv. XXXVIII. 3. &c. Flor. II. 9. *Bong.*

3 *Majus desiderium*] Leg. *majorum d.* Gron.

Majus desiderium] Hanc lect. vix opinor esse probam. Quis enim Latinum putet, *augere majus desiderium?* Nam, quod majus est, jam augmentum suum habet. Itaque non augetur desiderium majus, sed desiderium simplex augetur magis. Mihi non est dubium, quin Just. scripserit *in majus des.* Sic enim illud *in majus* usurpat et alibi. Ut II. 13. 2. ‘ Fama in majus, sicuti mos est, omnia extollens.’ Præp. autem *in* abstulit sequens litera *m* in voce *majus,* totidem constans lineis, quod et alibi jam observavimus esse factum. *Schef.* Omnino cum Junt. legend. *magis des. In majus augeri* nemo Veterum dixit, ut ‘ in majus extolli.’ *Græv.*

§ 5 *In ea Philopœmen capitur*] Error est. Scrib. *In eo.* Neque enim in illa nascenti dissensione captus est Philopœmen, sed in bello. Ceterum hæc verba, *nobilis Achæorum Philopœmen imperator,* transposita fuerunt, et ita disponenda: *In eo nobilis Achæorum imperator Philopœmen capitur.* Faber. Sic planissime Junt. ut Faber conjecerat. *Græv.*

Philopœmenes] Præter Liv. XXXIX. 49. et Plut. leg. Paus. Arcadicis. *Bongars.* Optime Mss. *Philopœmen,* quibus adsentiuntur Juntæ. Sic enim dicitur, non *Philopœmenes,* Græcis. *Græv.*

Nobilis Achæorum Philopœmenes imperator] Codd. quidam Mss. teste Bongarsio *nob. Ach. imperator Philopœmen.* Sed et Junt. *Philopœmen* habet: idque rectius videtur. *Vorst.* Mss. Bong. et *Philopœmen* scribunt pro *Philopœmenes,* et trajecte habent *imperator Philopœmen.* Et profecto ita postulat ratio sermonis Latini. Facit tamen ipsa hæc diversitas, ut putem nomen *Philopœmen* aut *Philopœmenes* non Justini esse, verum glossatoris. *Schef.*

§ 6 *Seu metu virtutis, vel verecundia dignitatis*] Junt. *seu m. v. seu v. d.* Mox iid. *Itaque læti, velut in illo. Læti* vulgo desideratur. *Græv.* Junt. pro *vel* habet *seu:* id quod concinnius rursus videtur. *Vorst.* Junt. *seu ver.* quod a doctis probatur. *Schef.*

Verecundia dignitatis] Vid. notam ad XIV. 6. 10. *Bern.*

§ 7 *Velut in illo omne bellum, &c.*] Tantum instar sc. est in uno belli duce. Cic. pro L. Muræna 16. de Mithridate: ‘ Ipse Pompeius, regno ejus possesso, tamen tantum in unius anima posuit, ut, cum omnia, quæ ille tenuerat, victoria possideret, tamen non ante, quam illum vita expulit, bellum confectum judicarit.’ Tac. IV. 25. ‘ Differtur per manipulos, Tacfarinatem omnes notum tot prœliis consectarentur; non, nisi duce interfecto, requiem belli fore.’ Quo ipso argumento Plutarchus in Flamin. 38. qualitercunque Romanos Annibalem, quamvis decrepitum et exulem, ad mortem usque persequentes excusat. Add. Liv. XLV. 7. 1. Flor. IV. 2. 29. Curt. V. 13. 4. *Idem.*

§ 8 *Quem, &c.*] Vincent. ‘ Q. capi pot. inc. vid.’

§ 9 *In carc. ducto*] Junt. *educto:* leg. *deducto.* Græv.

Lygortas] Mss. *Lygorias,* facili lapsu *i* pro *t.* Græci Λυκόρτας. *Bong.* Et hic Junt. rectius *Lycortas.* Λυκόρτας Græcis. *Græv. Lycortas* pater fuit Polybii, Scriptoris nobilissimi, qui veri studio ipsum patrem notavit. *Vorst.*

§ 10 *Pœnasque interfecti Philopœmenis pependerunt*] Quicumque autores fuerunt interficiendi Philopœmenis, ipsi sibi ultro mortem conscivere. Plut. *Bern.*

CAP. II. § 1 *Cum gravi tributo pacis a Romanis victus oneratusque esset*] Hoc nihil est, *gravi tributo pacis victus oneratusque.* Leg. et ita distingue: *c. g. t. pacis, a R. victus, oneratus esset.* Res est et plana et certa. *Faber.* ‘ Tributum pacis’ est id, sub cujus promissione Antiochus pacem obtinuit. Pro *victus* legend. f. *vinctus.* Et videntur hæc de Antiocho Magno, non de Antiocho Epiphane, intelligenda. Quod si ita sit, non ei conveniunt, quæ de templo Jovis Elymæi tentato ipsoque rege interfecto sequuntur: hæc enim Antiocho Epiphani competunt. *Vorst.* Mallet *vinctus* vir doctus. Ego quoque *victus tributo* non intelligo. Sed puto verba hæc sic

esse scribenda: *e. g. t. p. a Romanis victus, oneratus esset*, deleto illo *que* post 'oneratus,' quod adjecerat qui ista duo putabat juncta, cum tamen *victus* stet per se: *victus est oneratus*, i.e. cum victus esset, aut postquam victus esset, oneratus est. *Schef.* Non aliter Junt. quam ut legend. videre sagacissime Schefferus et Faber, quorum conjecturam vel sine libris amplexi sunt editores Angli, qui addunt consulend. esse Diod. in Excerpt. Vales. p. 292. *Græv.*

Jovis] Vides sensum requirere, ut legatur *quia sper.* Dein scribend. cum Junt. *Elymæi.* Ut et legend. statuit Voss. Confirmat et Sulp. Severus præter Polyb. et Diod. in Excerpt. Porphyrog. lib. II. 'Interea Antiochus, quem in Persidem profectum supra memoravimus, oppidum Elymam, regionis illius opulentissimum, fanumque ibi situm multo auro refertum diripere conatus, confluente undique ad defensionem loci multitudine, fugatus.' Non confuderunt Veteres Antiochos, ut Berneccerus ex Strab. Hieron. Josepho, et I. Maccab. 6. ad Justini hunc locum, et Drusius ad Sulpitium notarunt; sed docuerunt potius, et patrem Antiochum, Magnum nimirum, et filium Antiochum Epiphanem fuisse sacrilegos: patrem Jovis s. Beli Elymæi, filium Dianæ Elymææ templum compilasse, ut recte vidit Rupert. Obs. ad Hist. Univers. cap. 10. *Græv.*

Dodonæi Jovis] Legend. puto *Elymæi J.* i. e. Beli. Nam, quod Jupiter Cretæ rex ap. suos consecutus est, nempe divinitatis opinionem, stulto gentilium errore, hoc Belus ap. Elymæos. Verum I. Machab. 6. de Antiocho Epiphane hoc sacrilegium refertur. Unde hoc variatum historia puto tum in homine, cum in Deo, de duobus Antiochis et de Jove vario. *Glar.*

Didymæi] Strab. XVI. p. 512. 40. interfectum a barbaris, cum templum Beli spoliare conaretur: Auctor de Viris Illustr. a sodalibus, quos temulentus in convivio pulsaverat, occisum esse refert: D. Hieron. in XI. Daniel. cum adversus Elymæos pugnaret, cum omni exercitu deletum. *Bongars.* Joseph. Ant. XII. 13. narrat Antiochum, templum Dianæ in Elymaide spoliare conantem, magna clade accepta, Babylonem recessisse: ubi, cum paulo post accepisset nuntium de altera clade a suis accepta in Judæa, dolore sit confectus. Consonat I. Machab. 6. Hæc auctorum diversitas a non distinctis Antiochorum cognomentis orta videtur. Antiochi Soteris interitum reperies ap. Nostr. XXXVIII. 10. 14. *Bern.* Mss. *Dodonæi*, Impr. *Dindymæi* et *Didymæi.* Omnia falsa. Legend. omnino est *Elymæi*; quam lect. miror a Bong. constabilitam non fuisse, ante cl. Vossium, nam omnia legerat unde id fieret. Firmior itaque Vossius, qui rem indubitatam ponit, legend. sc. *Elymæi*, quod liquido apparet in Junt. ut affirmat Græv. Oppidum autem illud, unde Jupiter dicitur Elymæus, in Perside erat. *Faber.* Scribend. omnino *Elymæi.* Strab. XVI. p. 744. Ἐλυμαῖοι δὲ καὶ μείζω τούτων κέκτηνται χώραν, &c. Ἀντίοχον μὲν οὖν τὸν Μέγαν τὸ τοῦ Βήλου συλᾷν ἱερὸν ἐπιχειρήσαντα ἀνεῖλον ἐπιθέμενοι καθ' αὐτοὺς οἱ πλησίον βάρβαροι. Neque mirum est Belum vocari Straboni, qui Justino Jupiter. Diod. II. p. 97. Τὸν Δία καλοῦσιν οἱ Βαβυλώνιοι Βῆλον. *Gronov.* Editur vulgo *Didymæi*: sed legend. esse *Elymæi* ex Polyb. et Diod. monet Voss. Atque ita manifeste in Junt. esse testis est Græv. Scribit et Hieron. in XI. Daniel. Antiochum, cum adversus Elymæos pugnaret, cum omni exercitu deletum fuisse. Facit huc item quod I. Macc. 6. legitur ἐν Ἐλυμαΐδι, 'Elymaide,' templum fuisse admodum opulentum, quod Antiochus spoliare conatus fuerit. *Vorst.*

§ 2 *Concursu insularum*] Impr. *incolarum*, quod placet. *Berneccer.* Narrat quoque hanc rem Polyb. in Excerpt. Porphyrog. et Diodorus. Unde patebit legend. esse *Elymæi. Insulares* autem vocat templi custodes et accolas. Templa enim, et fana, locaque secreta 'insulas' appellari, nemo nescit. Sic Delphi 'insula' a quibusd. dicuntur. *Voss.* Insignis est et certiss. emendatio Vossii, *insularium.* Sicut hic insulares sunt, æditui, custodes, et incolæ templorum; sic Pomponio dicuntur, *insularii*, Leg. XVI. de Usu et Habitat. 'Dominus proprietatis, etiam invito usufructuario vel usuario, fundum vel ædes per saltuarium vel insularium custodire potest. Interest enim ejus fines prædii tueri.' Confirmatur hæc lect. in cod. manu exarato, quem Bong. in variis testatur habuisse *insularium.* Sunt autem in Asia talia templa, ad quæ habitant plurimi homines, qui sacerdoti parent. Talis fuit Cumanus sacerdos, in cujus potestate et ditione erant ad 6. M. hominum. Interdum arma corripiebant, et, qui iis injuriam inferebant, ulciscebantur et propulsabant. Vid. Cic. XV. Fam. 4. *Græv.* Præclara est Vossii emendatio. Sciunt autem docti qui sint insulani et insulares, et quid sit insula in genere ædificiorum. Illum vid. et Juris interpretes. In libris quidem impr. legitur *incolarum*: sed id ab ignoratione significationis factum arbitror. Dein, dicend. fuerat *accolarum.* Sed, mihi crede, Vossii tuta fides; illum ducem sequere. *Faber.* Bong. edidit *insularum.* Præ quo Berneccero placet, quod antiquiores typis expr. habent, *incolarum.* Mirum autem quod, cum Bong. unum cod. Ms. viderit, in quo *insularium* fuit, id. tamen ipsum illud non rescripsit, sed potius *insularum*, ut dixi. Non *insularum* concursus fieri potuit, sed *insularium.* Suntque *insulares* dicti hic ejus de quo prædictum templi custodes et accolæ. Festus: 'Insulæ dictæ proprie quæ non junguntur communibus parietibus.' Et facit huc quod Hieron. in Comm. in XI. Daniel. ex Polyb. et Diod. refert, Antiochum, cum templum Dianæ Elymaide spoliaret, a custodibus templi et vicinis gentibus oppressum esse. Porro 'militia' hic est pro exercitu: qua de significatione vocabuli in lib. de Latinit. mer. susp. egimus contr. Sciopp. *Vorst.*

§ 3 *Questum de injuriis*] Junt. *q. injurias.* Ita I. 10. 17. 'Queritur crudelitatem regis.' Cic. de Amic. 'Quorum plerique queruntur semper aliquid.' *Schef.*

Discrepatio] Antiquiores typis expr. *disceptatio.* Vorst. *Discrep.* Vorst. publicavit, nescio quem secutus. *Schef.*

Confusus] 'Confusus' pro perturbato, ut sæpe ap. Val. M. et alios. *Vorst.*

§ 4 *Modestia sua*] Non satis hoc cohæret cum seqq. *modestia sua, patrocinio pudoris obtinuit.* Saltem id. bis repetitur. Unde credo verba *modestia sua* irrepsisse hic ex glossa. *Schef.*

§ 7 *Nam apud fratrem Perseum*] Junt. teste Græv. additum *et* habet hoc modo: *Nam et ap. fr. Persem.* Estque id concinnius; quia alterum 'et' mox sequitur. *Vorst. Perses* est ubique, etiam in seqq. *Schef.*

Nota absolutionis causa offensæ fuit] Non nego hanc lect. posse ferri: nec, si renuant vett. libri, quicquam hic tentem. 'Nota' enim 'absolutionis' est, infamis absolutio. Ut XXXIX. 'infamia mortis' est, ignominiosa mors. Et XLI. 'varia periculorum certamina' sunt, varia periculosa certamina. Blanditur tamen vehementer Junt. lectio, tanquam longe elegantior et huic l. aptior: *apud p. abs. c. o. f.* Causa enim absolutionis fuit modestia filii, et ex ea senatus in illum studia et amor, qui offendit patrem, uti et seqq. arguunt: 'Indignante

Philippo plus momenti apud senatum personam filii, quam auctoritatem patris ac dignitatem regiæ majestatis habuisse.' 'Offensæ esse,' ut 'laudi esse,' 'opprobrio esse,' 'bono esse,' et mille talia. Præstare ausim et in me recipere Trogum ita scripsisse. *Græv.* Planissime et verissime Junt. Nil vidi melius; neque vero injuria tam bona scriptura a Græv. probatur. *Faber.* Ab antiqua ed. Becharii et aliis abest *causa*. Vorst. Vox *nota* abest a Junt. quod a Græv. probatur. Videtur tamen stare posse, si conjungatur cum seq. *causa*, ut *nota causa* sit, quæ innotuit, exsistatque hæc sententia: Quia causa absolutionis, modestia sc. filii, innotuit, publiceque circumlatum est ob eam solam patrem liberatum; ideo id offendit patrem. *Schef.*

§ 8 *Igitur Perseus*] Orationes utriusque pulcherrimæ et cetera huc pertinentia extant ap. Liv. XL. *Bern.*

Perseus perspecta patris ægritudine] Junt. *Perses.* Paulo ante: *apud fratrem Persem:* cap. seq. *Non minus scelere Persæ.* Dicebant 'Perseus,' 'Perses,' et 'Persa.' *Græv.* Junt. *Perses:* ut et paulo ante *apud fratrem Persem.* Sed et XXXIII. 2. est *usque Persen.* Et dicitur sane utrumque 'Perseus' et 'Perses.' 'Ægritudo' dicitur hic quod XXXII. 3. 4. 'ægritudo animi:' qua de significatione vocis in lib. de Latinit. mer. susp. 14. egimus. *Vor.*

CAP. III. § 1 *Occiso Demetrio*] De Persei in fratrem Demetrium fraude, et Philippi morte, vid. Liv. XL. et Paus. in Corinthiacis. *Bongars.* Zonar. IX. 22. Φίλιππος δὲ ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς τὸν υἱὸν Δημήτριον ἀποκτείνας, καὶ τὸν ἕτερον υἱὸν τὸν Περσέα μελλήσας φονεύειν, ἀπέθανεν. Ἐπεὶ γὰρ προσφιλὴς ἐκ τῆς ὁμηρείας τοῖς Ῥωμαίοις ἐγένετο ὁ Δημήτριος, καὶ αὐτός τε καὶ οἱ λοιποὶ τῶν Μακεδόνων ἥλπιζον ὅτι μετὰ τὸν Φίλιππον τὴν βασιλείαν λήψεται, ἐφθόνησεν αὐτῷ ὁ Περσεὺς, ἅτε καὶ πρεσβύτερος αὐτοῦ ὤν, καὶ διέβαλεν αὐτὸν ὡς ἐπιβουλεύοντα τῷ πατρί. Καὶ ὁ μὲν φάρμακον πιεῖν ἀναγκασθεὶς ἐτελεύτησεν· ὁ δὲ Φίλιππος οὐ πολλῷ ὕστερον τὸ ἀληθὲς γνοὺς ἀμύνασθαι τὸν Περσέα ἠθέλησεν, οὐ μέντοι καὶ ἴσχυσεν· ἀλλ' αὐτός τε ἀπέθανε, καὶ τὴν βασιλείαν ὁ Περσεὺς διεδέξατο.

Non negligentior tantum Perseus] In Ms. legitur *neglectimentior.* Vetus lect. procul dubio fuit *neglectior.* Voss. Lego *non irreverentior.* Id postulat sententia. Alius aliud quæret. In Mss. *nonne clementior*, quod, corruptum licet, ad conj. meam facit. *Faber.* Codd. Mss. quos Bong. vidit, pro *negligentior* habent *neglectimentior*: de quo cogitare ob consensum codicum operæ pretium videtur Vossio. Quid si igitur credamus Just. scripsisse *neglectim habentior?* Vorst. An *negligens in aliquem* Latinum sit, ignoro, certe dubito. In quibusd. est *neglectimentior*, unde Vorst. *neglectim habentior.* Sed nec *neglectim habens in aliquem* procedere videtur. Aliis in libris est *nonne clementior*, unde facillime fieret *non inclementior.* Sed fuisse hanc scripturam veram, non contenderim. Quid? si pro *neglectimentior* legeretur *æqui timentior.* Schef.

§ 2 *Insidiis circumventum*] Junt. *ins. se circ.* Græv. Bene; ita et in aliis Impr. *Faber.* Recte meo judicio. Frequens quidem ellipsis pronominis reciproci est; sed hic tamen paulo durior ea videtur. *Vor.*

§ 3 *Innoxia Demetrii morte*] Legend. *innoxii.* Et ita Ms. *Faber.* Sic et Junt. *Græv.*

§ 5 *Scordiscos*] Hos ad Istrum habitasse, etiam Strab. VII. auctor est. *Bong.*

§ 6 *Namque Galli*] Videtur hic dememinisse Justinus eorum, quæ dixerat XXIV. 8. 16. *Berneccer.* Eum refellit Jensius, qui ad vocem 'Galli' notavit: 'Sc. qui non fuerant in expeditione Delphica. Nam sexaginta illa quinque M. quæ elegerat Brennus ex omni exercitu, una cum Brennо perierunt. XXIV. 7. 6. 'Habebat Brennus lecta ex omni exercitu peditum sexaginta millia.''

§ 8 *Sabi*] Ita ex Vett. edidi. Fluvius is Straboni est Σάος, et Plinio III. 3. 25. *Saus.* Bongars. Bene Junt. *Savi.* Est hic librariorum posterioris ætatis error, qui ubique est expungendus. Stulte enim quis ap. Catull. scripserit hodie, quod in multis antiquis libris legitur, 'bibamus, mea Lesbia,' pro *vivamus.* Græv. *Sabi* pro *Savi* frequenti temporum illorum scriptione. Ita habemus in glossis 'bacca' pro, vacca; 'berbex' pro, vervex; 'bicissim' pro, vicissim; et id genus alia. Nam verum nomen *Savus*, quomodo et ap. Pacatum nostrum scribitur, ubi vid. quæ notavi. Atque ita mox § 14. in Mss. legitur, ubi *Sabi* est in editis. Sed et *Savi* Junt. habet in superioribus. *Schef.*

§ 9 *Tect.*] Τεκτόσαγες Straboni XII. 566.

Aurum argentumque] Leg. Strab. IV. Fuit autem Q. Servilius Cæpio Cos. cum Attilio Serrano, et insequenti anno a Cimbris victus; Epit. Liv. LXVII. Oros. V. 16. Sall. ext. Jugurth. ubi pro *C. Manlio* vet. Cod. legit *M. Mallio.* De ejus morte Strab. et Valer. VI. 11. 13. qui inter se variant: et ipse Valerius secum pugnat IV. 7. 3. *Bongars.* De adagio 'Aurum Tolosanum' Agell. III. 9. De huj. auri raptu quæstionem aliquando habitam Romæ scribunt Cic. de N. D. III. 30. Oros. V. 15. et alii. Porro sacram pecuniam non impune temerari, ostendit præter alios Livius XXIX. 8. 8. item XXIX. 18. 3. et 4. *Bern.*

§ 10 *Fuere auri pondo CX. millia, argenti pondo quinquies decies* C. *millia*] Mira ap. auctores variatio de h. auro. Strab. ex Posidonio refert 15000. talentum fuisse; quanti damnatus magnus Antiochus in belli expensas a Romanis, ut lib. VII. dec. IV. tradit Livius, summa 9000000. coronatorum. Verum, si hæ summæ Justini bene habent, summa in immensum major fuerit: quod ut Lectori clarum faciamus, redigere placet ad nostræ ætatis aurum ac argentum. Primum enim dicit auri pondo 110. millia. Pondo ea si multiplicentur per 112. (tot enim libra pecuniaria coronatos habet) erit summa coronatorum 12320000. Deinde subjungit 'argenti pondo quinquies decies c. millia,' quod Budæus, IV. de Asse, putat dictum pro, quindecies centena millia: ea multiplicata per 10. producent summam coronatorum 15000000. Quæ duæ summæ a Justino proditæ simul additæ facerent summam 27320000. coronatorum, plus triplo majorem quam 15. M. talentum. Lector ipse, quantum his numeris confidendum, dispiciat. Porro, quod post aliquot versus de Colchis subjungit, in plerisque codd. regis Colchorum nomen depravate legitur *Aceta*, cum sit Græce Αἰήτης, *Æëtas. Glarean.* Oros. V. 15. 'Cæpio proconsul, capta urbe Gallorum, cui nomen est Tolosæ, centum mille pondo auri, et argenti centum et decem mille e templo Apollinis sustulit.'

Argenti pondo, &c.] De h. l. ita Budæus IV. de Asse p. 152. Hæc summa vix dicere ausim quanti æstimanda sit. Auri singula pondo minoris æstimari centum aureis solatis non possunt, etiam ut undecima pars æris in eo mixta fuerit. Qua ratione aurum illud Tolosanum centies et decies centenis millibus aureorum valuit: quod si obryzum fuerit, i. e. centenis et duodenis solatis in libras æstimabile, centies vicies ter centenis et viginti millibus valuit. Quod autem ad argentum pertinet, Trogum existimarim non *quinquies decies centena millia pondo* scripsisse, quæ summa quinquagies millies mille aureos valet: sed *quindecies centena millia*, quæ quindecies millies mille aureis coronatis æstimantur a nobis, i. e. centies

et quinquagies centenis millibus. Quod si quis Trogum *quinquies decies* scripsisse malit, tamen pro, quindecies, intelligam, quomodo ap. Suet. Aug. 101. 6. ‘ quaterdecies millies,’ pro, bis septies, i. e. quatuor decies. Strab. ex Posidonio quindecim millibus talentum argenti æstimasse aurum argentumque simul videtur: quæ summa minor est minima prædictarum, i. e. nonagies centena millia aureorum. Hæc Budæus: sed usus editione veteri, quæ, nostræ contraria, summam argenti tribuit auro. Constabit tamen ratio, sed inversa. *Bern.*

§ 11 *Ultor*] F. leg. *ultio*. Gron.

§ 13 *Missos ab Æeta*] Leg. *missis*: sc. qui missi fuerant ad persequendos Argonautas. *Faber*. Hic etiam rem acu tetigit Faber, planeque jam olim in Junt. sic scriptum est. *Græv.*

Æeta] Græcis est Αἰήτης. Quod autem statim dicit, Argonautas navem humeris tulisse, vid. Apollonium IV. Argon. 1383. Τμέας, ὃ πέρι δὴ μέγα φέρτατοι υἷες ἀνάκτων, Ἢ βίῃ ἢ ἀρετῇ Λιβύης ἀνὰ θῖνας ἐρήμους Νῆα μεταχθονίην, ὅσα τ' ἔνδοθι νηὸς ἄγεσθε, Ἀνθεμένους ὤμοισι, φέρειν δυοκαίδεκα πάντα Ἥμαθ' ὁμοῦ νύκτας τε, &c. *Vos o supra modum optimi filii regum, Qua vi, qua virtute, Libyæ per cumulos arenæ desertos Navem sublimem, quæque in navi fertis, Suscipientes humeris, ferre duodecim integros Dies simulque noctes*, &c. Bongars.

§ 14 *Magnitudinem navis*] Vulgo *longitudinem navis*. *Navis* pro, navigationis, dixit. *Bongars.* Non videtur. *Berneccer.* *Navis* Bong. interpretatur, navigationis. Non recte. Simpliciter ita capiendum, quod fl. Sabus triremem illam Argonautarum non caperet, propter magnitudinem. Adeo ut illis necesse fuerit illam fluvio elatam humeris suis in littus Adriaticum deportare. Nota est historia. *Voss.* Bong. notat vocem *navis* positam hic pro voce, navigationis, quod recte displicet Berneccero. Re vera enim *navis* hic compendium est vocis *navigationis*, ac legend. *magnitudinem navigationis*. *Magnitudo* notat longitudinem s. longinquitatem, unde in impr. aliquibus *longitudinem navis*, ex glossa videl. Nam *magnitudinem* rectum puto, nec magis contemnend. quam quod habetur ap. Suet. Aug. 28. ‘ itinera minuta.’ *Schef.*

§ 15 *Istrique ex vocabulo amnis*] Diod. IV. 51. Strab. I. p. 39. m. ut et Plin. III. 18. confutant eorum errorem, qui putaverunt esse quendam fluvium Istro cognominem, qui in Adriam exeat ab illo divulsus, ab eoque denominari gentem Istros, per quos defluit. Quo in errore hæsit etiam Aristot. in Hist. Animal. VIII. 13. *Bern.*

Quo a mari concesserant] Phil. Cluver. Ital. Antiq. I. 21. rectius censet *recesserant*: i. e. quo amne a mari Pontico recesserant, sc. Istrum subeuntes. Nam ad mare Hadriaticum accesserant; ubi Polam urbem condidisse feruntur. Et ita s. ex Justino s. ex ipso Trogo transcripsit Isidorus Orig. IX. 2. ‘ Histrorum,’ inquit, ‘ gens originem a locis [leg. ut ap. Just. *a Colchis*] ducit: qui, missi ad Argonautas persequendos, ut a Ponto intraverunt Histrum fluvium, a vocabulo amnis, quo a mari recesserant, appellati sunt.’ Ergo non ab Histriæ aliquo fluvio, sed ab ipso Danubio id nominis eos adsumsisse voluit Justinus. *Istria* porro et *Ister*, etsi sine aspiratione plerumque legitur, ex antiquis tamen aliquot lapidum inscriptionibus, itemque Cassiodori libro de Orthographia patet, Veteres adspirationem adscripsisse. *Id.*

Quo a mari concesserant] Non possum persuaderi hanc esse veram lectionem: neque illam, quam ex Isidoro Cluverius exposuit. Solemne enim Isidoro, ut, quicquid non intelligeret, aut deleret, aut prave corrigeret. In

Mss. erat *qua e mari concesserant*. Unde conjicio scriptum fuisse *quo a Narico concesserant*. *Naricum* s. *Naracum* est ostium Istri, quod tradiderunt Apsyrtum ingressum esse, cum Argonautas persequeretur. Νάρηκος στόμα est Apollonio IV. Ἀμφὶ δὲ δοιαὶ Σχίζονται προχοαί· τὴν μὲν καλέουσι Νάρηκος, Τὴν δ' ὑπὸ τῇ νεάτῃ καλὸν στόμα, &c. Meminere ejus ostii omnes Geographi. Alii tamen per Pulchrum ostium in Istrum vectos esse Colchos aiunt. *Voss.*

§ 16 *Daci*] De Dacis et Getis leg. Strab. VII. *Bong.*

Qui cum, Orole rege, adversus Bastarnas male pugnassent] Mirum quam turpiter depravatum sit nomen hoc Dacici regis. In minori Epitome Trogi dicitur ‘ Rubobostes.’ Et hoc male. Legend. *cum Bærebista rege*, &c. Vid. Strab. VII. cui est Βοιρεβίστας. *Voss.* Junt. *Orode*. Græv. Notator Anglicanus legit *Barœbista* ex Strabone, quod jam ante Vossius fecerat. Videtur juvare conj. hanc, quod Barœbistes dicatur suos Orobris afflictos bellis refecisse exercitatione, sobrietate, et diligentia. Verum obstat, quod Getarum potius, quam Dacorum rex dicatur. Deinde successores habuisse fertur temporibus Augusti, ut non dici ante videatur vixisse. Et revera Syllæ, Julii Cæsaris floruit ætate, ut ex ipso Strab. et Jornande cognoscitur. Vid. quæ de eo tradidi in Upsaliæ Antiquæ cap. 10. Non potest igitur in locum Orolis substitui, cum, quibus imperavit quondam Oroles, illi deinde cum aliis gentibus militarint Perseo, qui vixit diu ante Bœrebistam. *Schef.*

Ad ultionem segnitiæ] Non dissimiles in disciplina militari animadversiones, plus ignominiæ quam cruciatus habentes, est observare ap. Diod. XII. 16. Plut. Agesilao 51. Liv. XXVII. 15. 8. Tac. XIII. 36. 5. Suet. Aug. 24. Val. M. II. 7. 9. et 15. Frontin. IV. 1. Plato quoque IX. sub init. de Leg. inter leviores pœnas numerat ἀμόρφους ἕδρας καὶ στάσεις, ‘ sessiones stationesve deformes et ignominiosas:’ quales etiam Augusto suo Livia commendat ap. Dion. LV. p. 642. *Bern.*

Quæ ipsis antea fieri] Malim *ab ipsis*. Faber.

CAP. IV. § 3 *Inf. v.*] Vincent. ‘ versusque in f.’

Cretam defertur] Vid. Probum in Annib. Vit. Quo commento Eumenem vicerit, refert et Frontinus IV. 7. 12. Et de ejus morte Plut. in Flaminino 35. Appian. Syriac. Liv. XXXIX. 51. ubi et Africani mortem commemorat. Val. M. IX. 2. 2. Varro περὶ Ἐξαγωγῆς ap. Nonium: ‘ Quærit ibidem ab Annibale, cur biberit medicamentum: Quia Romanis, inquit, me Prusiades tradere volebat.’ *Bong.*

§ 5 *Velut pignus opes ejus tenebat*] Agell. XVI. 10. ‘ Quoniam res pecuniaque familiaris obsidis vicem pignerisque esse apud Rempub. videbatur; amorisque in patriam fides quædam in ea firmamentumque erat: neque proletarii, neque capite censi, milites nisi in tumultu maximo scribebantur; quia familia pecuniaque his aut tenuis aut nulla esset.’ Ita Veget. II. 20. ‘ Miles, qui sumtus suos scit apud signa depositos, de deserendo nihil cogitat: magis diligit signa: pro illis in acie fortius dimicat: more humani ingenii, ut pro illis habeat maximam curam, in quibus suam videt positam esse substantiam.’ Unde callidi Principes, a sibi suspectis mutuam pecuniam accipientes, eorum sibi fidem obstringunt. Id quod feliciter expertus est Eumenes, narrante Diod. XIX. 24. et Plut. Eum. 24. itemque Leucon ap. Polyæn. VI. Fecit hoc Eduardus II. Anglus, teste Cominæo; itemque Reges Hispaniæ faciunt. Rationem explicat Aristot. in Ethicis in Nicom. IX. 7. *Bern.*

Auro suo in statuis, quas secum por-

tabat, infuso] Ita sane edd. tam vett. quam recentiores. Ego tamen vix dubitem, quin legend. sit vel *statuis inf.* vel *in statuas inf.* Vorst. Libri omnes habent *in statuis*, neque quidquam est mutand. Dixi alibi de hac constructione præp. *in*, quæ legitur sæpe in Mss. etiam ap. Nostrum, sed dein mutata in editis per sciolos. *Schef.*

§ 6 *Novo commento*] Strategema hoc imitati Atreni, cum obsiderentur a Severianis, vasa fictilia, volucribus quibusdam venenatisque bestiolis oppleta, dejecerunt in oppugnantes, quæ, cum aut oculis involitarent, aut in apertas corporis partes sensim obreperent, graviter eos sauciabant. Herodian. III. 28. *Bern.*

Mittit] Non dubito, quin Just. scripserit *mitti*, et retulerit ad antecedens 'jussit.' Factum autem est *mittit*, propter sequens 'id,' quod ei adglutinaverunt. *Schef.* Schefferi conj. firmat Junt. in qua *mitti* extat. *Græv.*

§ 9 *Insignis hic annus*] Add. Liv. XXXIX. 50. 10. Similia id. XL. 37. 1. Tac. XII. 64. 3. Dio LX. fin. *Bern.*

§ 10 *Nec tum cum Romano tonantem bello Italia contremuit*] Scrib. cum Junt. *nec cum It. R. tonante b. cont.* Bellum enim tonat, non imperatores, qui fulmina quidem belli dicuntur. XXIX. 3. 'Videre tonantem ac fulminantem ab occasu procellam.' Flor. II. 'Prima belli tempestas detonuit.' *Græv.* Junt. *nec cum It. R. tonante b. c.* Nobis altera illa lect. præferend. videtur. *Vor.*

§ 12 *Neque insidiis suorum*] Ead. Liv. XXVIII. 12. 3. Rationem reddit Tac. H. II. 37. Quia 'exercitus linguis moribusque dissoni,' quales Hannibali fuerunt, 'in consensum non facile coalescunt.' *Bern.*

LIBER XXXIII.

CAP. I. § 1 *Macedonicum*] De h. bello Plut. in Paull. Æmil. Liv. XLI. et seqq. Flor. II. 12. Paterc. I. 9. Paus. Achaicis, Diod. XXXI. cujus habemus tantum excerpta. *Bong.*

Tanto clarius] Id. Livii judicium XXXI. 1. 5. *Bern.*

Auxiliis omnium regum] Liv. lib. II. dec. v. ait Eumenem, Antiochum, et Ptolemæum a Perseo sollicitatos, sed cum Romanis mansisse in fide. Id. de Ariarathe et Masanissa; quapropter rectius dixisset *aliquot*, aut *paucorum*, pro *omnium*, Justinus. *Glarean.*

§ 2 *Legiones plures numero*] Non plures numero legiones, sed quatuor tantum conscripserant Romani, numerum autem militum in singulis legionibus auxerant. Nam, cum 5200. pedites ex veteri instituto legere solerent, in has legiones sena M. peditum conscripsere, ut ex Liv. XLII. 31. tradidit Perizonius, qui oscitantiæ hic accusat Justinum Hist. Animadv. 11. Mallem h. in l. negligentiam hanc in librarios derivare, qui corrupere locutionem, quam non intellexerunt. Puto enim Justinum reliquisse *legionis plures numeros*. Sæpe enim, numeri, sunt, cohortes. Tac. I. H. 6. 'Multi ad hoc numeri e Germania, ac Britannia, et Illyrico,' &c. ubi vid. Lips. Nam et ibi hanc vocem corruperant scioli. *Græv.*

§ 2 *Acciverunt*] Bong. codd. *acceperunt*. Quam lect. puto rectiorem, ut convenientiorem veritati et historiæ. Masinissæ profecto non fuit ea tum conditio, ut Romani talia imperare illi possent aut vellent, quo

tamen respicit verbum *acciverunt*. Et Liv. XLII. 29. tantum sic de eo: 'Masinissa et frumento juvabat Romanos, et auxilia cum elephantis Misagenenque filium mittere ad bellum parabat.' Quibus verbis liquet ultro hoc factum a Masinissa, non quod exegissent Romani. Quorum ne magnitudo quidem animi hoc facile permisisset. *Schef.*

Eumeni regi Bithyniæ] Scrib. *E. r. Pergami.* Gronov. Non apparet, qui Eumenes rex Bithyniæ esse potuerit, cum Prusias, ejus aliquando hostis, rex Bithyniæ; ipse vero rex Pergamenus fuerit. *Vorst.* Hoc *Bithyniæ* suspectum habet Vorstius, cum Eumenes rex fuit Pergamenus, ex Gronov. *Schef.* Præstantiss. Perizon. Animadv. Hist. 11. docet Justinum hic errasse, non librarios, ut XXVII. 3. dum hunc Eumenem Bithyniæ regem appellat, qui fuerit Pergami rex, Attali filius, socius atque amicus Romanorum præcipuus. Vid. Liv. XXXVII. 39. 41. 43. *Græv.*

Denuntiatum] Malim *denuntiarunt*. Bong.

§ 3 *Decennis*] Ita legend. ex vestigiis antiquæ lectionis; ea est *decentis*. Bongars. Firmat hanc Bongarsii correctionem Junt. *Græv.*

§ 4 *In favorem sui*] Liv. XXIX. 30. 6. 'Fama modicæ rei, in principio rerum prospere actæ, convertit ad nos hominum studia.' Tac. H. II. 20. 'Ut initia belli provenerint, fama erit in cetera.' Fama fallax, quia 'Mars communis sæpe spoliantem jam et exsultantem evertit et perculit ab abjecto:' Cic. pro Mil. 21. *Bernec.*

§ 5 *Consul Sulpitius*] Non est mihi dubium, quin h. l. legend. *L. Licinius* pro *Sulpitius*. Deceptio evenisse videtur, quod initio belli Macedonici cum Philippo consul Sulpitius fuerit. Verum id bellum plus 25. annis præcessit. Nec de Sulpitio Gallo Astrologo intelligi potest, qui post devictum Persea consul factus est. Ut nihil dicam de numero regum ad fin. huj. lib. qui sumptus est ex v. lib. Liv. dec. v. In utroque nimis exiguus, si Eusebio credimus: in Liv. 20. hic 30. ap. Euseb. 38. *Glarean. Cos. Sulpitius*] Huj. consulis nemo præter h. Auctorem meminit. Aut igitur fœdum mendum est in libris: aut Just. turpiter lapsus est. Est enim hic *P. Licinius*, qui Cos. fuit cum C. Cassio Longino. Liv. XLII. 28. 3. et Plut. Apoph. 13. quod notavit Glareanus; nescio tamen quo auctore eum L. Licinium vocet. *Bongars.* Bong. etiam in V. L. monet *Sulpitii* nomen huc ex ora libri irrepsisse, quod Studiosus notaverat ad illa quæ statim sequuntur, 'Luna nocte defecit.' *Bernec.* Notator Anglus putat *Sulpicius* delend. ut ex marg. transsumtum in textum. Atque sic jam pridem judicarunt alii. Vid. Not. cl. Bernec. Mihi subesse huic vocabulo videtur aliquod quod respondere debeat sequenti 'victo.' An *supplici*, quia præcedit 'misit, qui pacem peterent?' Num potius *superiori*; quia præcedit 'victor Perseus?' *Schef.* Errasse hic Justinum, cum non Sulpicius, sed P. Licinius Crassus missus fuit ad hoc bellum contra Persen, olim notavit Glareanus, et pluribus adstruit Perizonius Animadv. Hist. II. testatus duo bella Macedonica, Philippicum et Persicum, confudisse Justinum, consulemque P. Sulpicium Galbam, qui prius inchoavit, fallente memoria in posterius contulisse; præsertim cum ap. ipsum Trogum, ab isto consule et imperatore superius Macedonicum bellum cœptum, lib. XXXV. ut ex Prolog. constat, legisset: vid. ibi plura. *Græv.*

§ 7 *Prælium consereretur*] Antiquiores typis expr. *cons. bellum:* id quod a stylo Justini nec abhorret, ut qui subinde 'bellum' pro prælio ponit. *Vorst. Bellum* merito præfert Vorst. *Schef.*

Cap. II. § 1 *M. Cato*] M. Cic. de Senect. Ex ejus I. 11. de Off. constat Catonem filium in Macedonia Persico bello militasse. Totus is locus Ciceronis adducitur a Saresb. VI. Policr. 7. a quo abest glossa illa, *Adeo summa erat observatio in bello movendo*, quæ in textum Ciceronis impudenter irrepsit. *Bongars.* Frontin. Strat. IV. 5. 7. *Bern.*

§ 2 *Corpore collecto*] Nescio an vera sit hæc lect. Sane *corpus colligere* pro, surgere, num dicatur de prolapso, quæro adhuc, nec invenio. Mallem *c. correcto*, aut *c. recorrecto*, quomodo habemus in Fragmento Petronii Dalmatico: 'Sed recorrexit costas ipsius prima vindemia.' Ubi vid. quæ a nobis sunt notata. *Schef.* *Corpus colligere* eod. modo dicitur, ut paulo post 'gladium recolligere.' Sic et 'colligere vires' Cic. *Græv.*

§ 3 *Cum ad unum*] 'C. ad illum un.' Vincent.

Gladius ei e manu elapsus] Sen. Ep. 120. de Horatio Coclite: 'Non minus sollicitus ut armatus, quam ut salvus exiret.' Nam ut ait Diod. XIV. 115. 'Fortes arma et vitam eodem æstimant pretio.' Unde P. Furius maluit cum millenaria cohorte perire, quam redimere salutem traditis armis. Dionys. IX. 80. *Bernecc.* Junt. *gladius manu elapsus.* Mox ead. ed. *ad suos cum clamore omnium revertitur.* Probo *ad suos.* Græv. Junt. *glad. manu elapsus.* Et perinde est, quod quidem ad Latinitatem attinet. Val. Max. II. 16. 2. 'E vagina gladius ejus elapsus decidit.' *Vorst.* Plut. Cat. maj. p. 348. Τοῦ ξίφους ἐκπρουσθέντος ὑπὸ πληγῆς, καὶ δι' ὑγρότητα τῆς χειρὸς ἐξολισθέντος, ἀχθεσθεὶς τρέπεται πρός τινας τῶν συνήθων, καὶ παραλαβὼν ἐκείνους αὖθις εἰς τοὺς πολεμίους ἐνέβαλε· πολλῷ δ' ἀγῶνι καὶ βίᾳ μεγάλῃ διαφωτίσας τὸν τόπον, εὗρε μόλις ἐν πολλοῖς σάγμασιν ὅπλων καὶ σώμασι νεκρῶν ὁμοῦ φίλων τε καὶ πολεμίων κατασεσωρευμένων.

§ 4 *Inspectante, &c.*] Saxo I. p. 6. 12. 'Teutonum Danorumque ex. insp.' IX. p. 172. 11. 'Utroque ex. insp. congressus.'

Ad socios cum clamore hostium revertitur] *Ad suos* optime, in Junt. In al. male, *ad socios.* Faber. Antiquiores typis expr. et inter ceteros, quem Juntæ curarunt, *cum cl. omnium.* Vorst. Vett. *cl. omnium*, atque sic et Junt. quod puto esse rectum, cum hic clamor gratulantium sit intelligend. *Schef.*

§ 5 *Decem millibus talentum*] In Mss. est *tantum*, quasi sermo sit de militibus. Et equitatum totum cum e prælio secutum sunt auctores. Sed re vera illud *tantum* est compendium τοῦ *talentum.* Docet Liv. XLIV. 45. ubi tamen 'duo millia talentum,' non *decem*, leguntur; ut vidend. sit, an non lectio Nostri sit depravata per eos, qui II. pro X. acceperunt. *Schef.*

Quem, &c.] Liv. XLV. 6. ait Persen sese et filium Octavio tradidisse. 'Liberos quoque parvos regios Ion Thessalonicensis Octavio tradidit: nec quisquam præter Philippum, maximum natu e filiis, cum rege relictus. Tum sese filiumque Octavio tradidit.' Filiam quoque Persis ab Æmilio captam fuisse refert Georg. Syncellus in Chronog. p. 282. Οὗτος [M. Αἰμίλιος] Περσέα λαβὼν ζῶντα ἅμα δυσὶν υἱοῖς καὶ μιᾷ θυγατρί. Zonar. IX. 24. Persen cum uxore et tribus liberis captivorum habitu in triumpho ductum fuisse scribit, et paulo post addit: Περσεὺς δὲ εἰς Ἄλβαν σὺν τοῖς παισὶ καὶ τῇ θεραπείᾳ κατετέθη· κἀκεῖ μὲν, ἕως ἤλπιζε τὴν βασιλείαν κομίσασθαι, ἀντεῖχεν· ἔπει δ' ἀπέγνω, ἑαυτὸν διεχειρίσατο· καὶ ὁ Φίλιππος ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἥ τε θυγάτηρ αὐτοῦ οὐκ εἰς μακρὰν ἀπέθανον· μόνος δ' ὁ νεώτατος τοῖς τῶν Ἀλβανῶν ἄρχουσιν ὑπογραμματεύων ἐπί τινα χρόνον διήρκεσεν. Carcerem autem, in quem reclusus fuit Perses, describit Diod. Ecl. 2. lib. XXXI.

§ 6 *Triginta reges*] Liv. XLV. 9. 3. tantum 'viginti' numerat. Eusebius Persen tricesimum nonum facit. *Bern.*

Rerum non nisi centum nonaginta duobus annis potita] Liv. XLV. putat regnum Macedonum, inde a morte Alexandri distractum in multa regna, a summo culmine fortunæ ad ultimum finem stetisse 150. annos. *Vor.*

§ 7 *Ita cum*] Quid sibi velit *Ita* h. quidem l. non intelligo. In Mss. legitur *Itaque*, quod nihilo videtur melius, cum causalitatis nulla hic sit ratio. Legend. sine dubio *duobus annis potita. Quæ cum, &c.* Vocula *Ita* perperam est repetita ex præc. vocis ultimis literis 'potita.' Dein cum *Quæ* scriptum esset per *e* simplex, ut fit in Mss. conjunxerunt utrumque, ac fecerunt *Itaque.* Schef.

§ 8 *Diu detentus*] Mss. Bong. omnes habent *diu tentus*, quod nescio, quare noluerint recipere in textum. Nam 'tenere' pro, retinere vel detinere, frequens ap. optimos scriptores. *Id.*

LIBER XXXIV.

Cap. I. § 1 *Achæi*] Bellum Achaicum, et ejus originem multis describit Paus. Achaicis. Vid. Liv. LII. et Flor. II. 16. Paterc. I. 12. Oros. V. 3. *Bong.*

§ 2 *Unum corpus*] Polyb. II 38. Achæos ut optimum exemplar bene constitutæ Reipub. commendat, cum quo Belgico-Germania in multis convenire videtur. *Bern.*

§ 5 *Frangerentur*] Non displiceat, quod in Mss. esse testatur Bong. *trajicerentur:* ut sc. trajectione populorum contumaciam eorum frangendam Romani censuerint: quod fecit Philippus VIII. 5. 7. *Bernecc.* In libris Bong. fuit *trajicerentur*, quod Bernecc. putat probum. Mihi aliter videtur, cum quia istiusmodi trajectio, tum quidem, et ibi locorum, factu videtur fuisse impossibilis, tum quia non admittit verbum *frangerentur*, quod mihi glossa lect. veræ esse certo videtur. Puto tamen in *trajicerentur* latere vestigia veræ scripturæ. Ac primum quidem censeo delend. literam *t* a capite, quæ ei adhæserit ex fine vocis præcedentis; supererit *rahicerentur;* ita enim fuit in Mss. Hoc quoque puto dividend. in duo, *ra hicerentur:* priori *ra* si imponas virgulam in summo, facile colligas legend. pro eo *ruina.* Jam ex *hicerentur* quid facilius quam formare *diceretur?* i. e. *dijicerentur* vel *disjicerentur.* Ita lect. integra erit: *et, si quæ urbes contumaces essent, ruina dijicerentur*, quod plane illud *frangerentur* est, quod in editis hodie occurrit. *Schef.*

§ 9 *Legatos quoque ipsos*] Flor. II. 16. de Critolao concitore huj. belli: 'Legatosque Romanos, dubium an et manu, certe oratione violavit.' Et Cic. pro L. Manil. 5. propter legatos superbius appellatos Corinthum eversam dicit. Vid. et de Off. I. 11. *Bong.*

Cap. II. § 1 *Mummio consuli*] L. Mummius cum Cn. Corn. Lentulo Cos. fuit: et ab Achaia devicta 'Achaicus' dictus. Oros. Paterc. ceteri. Corinthum captam esse anno 3. Olymp. 156. scribit Plin. XXXIV. 2. Paus. Olymp. 160. *Bong.*

§ 2 *Sed Achæi, velut*] Hermocrates

ad Syracusanos in Thucyd. VI. 34. 'Id unicuique fixum certumque in animo esto, quod contemptum hostium ipsis factis et viribus declarare, in re vero præsenti cum metu apparatum firmissimum, tanquam in haud dubio periculo, comparare, longe sit utilissimum.' Nam, ut inquit Archidamus ap. eund. II. 3. 6. 'Haud raro parva manus magnam multitudinem hostium, qui contemptim et imparati certamen inierant, profligavit.' Curt. VI. 3. 11. 'Nihil tuto in hoste despicitur; quem spreveris, valentiorem negligentia facies.' Quomodo in Floro II. 14. 'Macedo, aliquanto quam ante gravior, dum contemnitur.' *Bern.*

§ 6 *Ut hoc exemplo*] Mss. Bong. *ut ex h. e.* quod non debuit contemni. Plena enim est locutio, quæ vulgo per præpositionis ellipsin effertur. Sane sic legend. etiam hinc colligas, quod in quibusd. reperitur *ut et h. e.* quod sine dubio ex altero, errore scribæ, sic formatum est. Similia et alibi notavimus ap. Nostr. *Schef.*

§ 7 *Rex Syriæ Antiochus Ptolemæo*] Cum tot sint Antiochi ap. scriptores, non dignatur Justinus vel uno verbo innuere, de quonam Antiocho hic loquatur, de Ptolemæo ad idem. Ego quidem puto eum loqui de Antiocho Epiphane, Seleuci VII. regis Syriæ fratre. Vid. Flor. XLI. in Livii Epitome. Item de Ptolemæo Philomatre sexto post Alexandrum, hactenus perpetuo a patre suscipiente imperium, ut inquit Strab. lib. ult. *Glarean.*

Antiochus] Epiphanes dictus, Magni filius: ejus sororis Cleopatræ hic Ptolemæus filius erat. *Bong.*

Nimia sagina] Add. XXI. 2. 1. et XXXVIII. 8. 14. *Bern.*

Regiæ, &c.] Saxo VI. p. 106. 42. 'Intermissisque regiæ majestatis officiis.'

§ 8 *Particip. &c.*] Hegesipp. I. 40. 'Nam, accepto diademate, prope universi regni potentiam cum fratre suo. [Pherora] Herodes participaverat:' ubi ex Ms. et Josepho I. de B. J. 24. reponend. *excepto*. Ita enim ille: Ὃς πάσης μὲν ἐκοινώνει τῆς βασιλείας πλὴν διαδήματος. Saxo XIV. p. 312. 43. 'Rex regni majestatem cum sanguine suo participare non damnum honoris, sed claritatis incrementum putavit.'

CAP. III. § 1 *Legatus P. Popilius ad Antiochum*] Huj. legati et prænomen et nomen varie legitur, ut ap. Val. M. VI. 4. et ap. alios. Ego credo *Caium*, non *Publium:* item *Popilium* absque *m* in prima syllaba, non *Pompilium* nominatum. Certe Liv. V. dec. V. ubique vocat C. *Popilium Lenatem.* Glar.

Legatus Popillius] De eo vid. Liv. XLV. 12. Plut. Apoph. 32. Val. M. VI. 4. 3. a quibus *C. Popillius* dicitur. Paterc. I. 10. 1. est Marcus, et Hieronymo in XI. Daniel. Hic vulgo est *P. Popilius.* Bong. Add. Plin. XXXIV. 6. ubi tamen errore manifesto Cn. Octavius pro Popilio ponitur: itemque Cic. Phil. VIII. 8. et Appian. Syriac. p. 131. m. *Bern.*

§ 2 *Facessere privatam amicitiam*] Ita Timotheus, adversus Jasonem, 'patriæ sanctiora jura, quam hospitii, esse duxit:' Probus Timoth. ext. Quomodo Demosthenes dixit, 'se anteponere salem civitatis hospitali mensæ,' quod ei tamen maledicti loco objicit Æschines in Orat. de Fals. Legat. *Berneccer.* Saxo XIV. p. 335. f. 'Quin potius, ubi publicæ necessitati consulitur, privatas lites facessere oportere.'

§ 3 *Ut et amicos caperet*] Est qui languere hæc verba, et ita rescribenda censet, *ut ut a. c.* quæ quid sibi velit emendatio, non video. Justini mens: Eam fuisse circulo capacitatem, ut intra eum stare possent etiam amici Antiocho advocandi, et in consilium adhibendi. Vox 'amici' sumitur hic eo significatu, ut IX. 8. 16. XII. 12. 8. XXXI. 6. 1. et passim ap. auctores: clarissime vero ap. Suet. Tib. 55. 1. 'Super veteres amicos et familiares, viginti sibi e numero principum civitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis.' *Berneccer.* Post 'prolatoque' addit 'ei' Vincent.

Inclusum, ut et amicos caperet, consulere] Junt. *inclusum amicos capere, et cons.* Quod mihi arridet. Sic 'capere arbitros,' 'generum,' ap. Terent. et alios. *Græv.*

§ 4 *Austeritas*] Ms. Junt. veteresque edd. aliæ *asperitas.* Græv. Vett. et Junt. *asp.* Alterum glossatoris est. *Schef.*

§ 5 *Antiochus decedit*] Appian. Syriac. p. 131. 'Spoliato in Elymæis templo Veneris, tabe periit relicto novenni filio Antiocho Eupatore.' Hieron. in Dan. ex Polyb. et Diod. bibliothecarum scriptoribus refert, eum, cum templum Dianæ in Elymaide spoliare conaretur, oppressum a custodibus templi et vicinis gentibus, quibusd. phantasiis in amentiam versum, morbo interiisse, in Tabes oppido Persidis. *Bongars.* Præterit ergo Auctor quod Antiochus reversus in regnum Judæos vexavit, quodque Elymaida profectus templum ibi spoliare volnit. Judæos a regibus Syriæ vexatos significat demum lib. XXXVI. et primum quidem a Demetrio, qui, sublato Antiochi Epiphanis filio Antiocho Eupatore, regnum occupavit. Quæ sup. XXXII. 2. 1. de templo Jovis Elymæi oppugnato scribit, ea huc referenda fuissent. *Vor.* Margini Leid. 4. ascriptum erat: 'Hic Antiochus Epiphanes, cum quo Judas bella gessit, templi exspoliator, qui lateris vermibus obiit.'

Relicto p. a. filio] Gronov. e Mss. adjiciend. censet *nomine Eupatore.* Vorst. Addunt Mss. *nomine Eupatore,* quod Gronov. putat rectum. *Schef.* Angli quoque id repererunt in tribus Mss. sed ex marg. irrepsisse id contendunt. *Græv.*

§ 6 *Patruus ejus Demetrius*] Appian. Syriac. p. 117. Demetrium hunc dicit Σελεύκου μὲν υἱὸν, Ἀντιόχου δὲ Ἐπιφανοῦς ἀδελφιδοῦν, υἱωνὸν δὲ τοῦ μεγάλου Ἀντιόχου, ἀνέψιον ὄντα τῷδε τῷ παιδίῳ. Non ergo patruus, sed patruelis: erant enim ambo duorum fratrum filii. Leg. Appian. et Epit. Livii XLVI. *Bongars.* Et sic Diod. ap. Vales. 322. *Bern.*

Obsidemque se] Legend. videri possit *obsidem inquiens se,* ut cohæreat oratio. Sed Auctori non insolens est hæc ellipsis. Exempli causa v. 7. 12. *Idem. Obsidem inquiens se* mihi persuasissimum esse scribend. Nam illud *que* in *obsidemque* prorsus hic est otiosum, neque habet quidquam, quo referatur, et *in* in *inquiens* intercidit præcedens *m* in voce 'obsidem.' Nisi plane sequi malumus Mss. Bong. et legere *obsidem se,* omisso illo *que.* Tunc enim valebit, quod de ellipsi a Bernecc. notatum est. *Schef.*

§ 7 *Dimitti igitur se ad regnum, &c.*] Postulatum non iniquum. Qui obses datus est tantum, ut alterum captivum aut obsidem redimat, eo mortuo liberatur. Nam in illo, dum moritur, jus pignoris extinctum est, ut in captivo redempto dixit Ulpianus L. 5. D. de Captivis. Quare, sicut in Ulpiani quæstione pretium non debetur, quod in personæ locum successit, ita nec hic persona manebit obligata, quæ personæ vicaria facta est. Hæc Grotius de J. B. ac P. III. 20. 56. *Bern.*

Deberi] Add. *dicebas.* Faber. Notator Anglicanus putat hic addend. *dicebat* (ex Fabro) vel quid simile. Ac profecto mutila est hæc oratio. Sed mallem eam superius juvari, ubi legitur *obsidemque.* Quæ est enim connexio: Senatum adiit obsidemque se venisse? Legend. igitur existimo *senatum adit, obsidem inquit se venisse.* Schef.

§ 9 *Regnumque ei occiso pupillo a tutoribus traditur*] Tutor fuit Lysias. Is regnum non tradidit Demetrio, sed a militibus interfectus est uter-

que, Lysias et Antiochus, ut tradunt auctor Maccab. I. 7. et Joseph. Antiq. XIII. 16. Liv. Epit. XLVI. 'Hunc Antiochum puerum cum Lysia tutore ejus Demetrius, Seleuci filius, qui Romam obses missus fuerat, clam [sc. elapsus], quia non dimittebatur a Romanis, interemit, et ipse in regnum receptus.' Itaque hic legend. statuo *pupillo et tutoribus*. Græv. Ex historia veteri optime emendavit Græv. *Faber*. Græv. *et tutoribus;* quia aliunde sciri potest tam tutorem Lysiam, quam pupillum Antiochum Eupatora occisum fuisse tum, cum Demetrio regnum traderetur. *Vorst*. Græv. *et tutoribus*. Probo, exigente sic historia; tantum mallem *ac tutoribus*, ut abesset propius a veteri scriptura. *Schef*.

CAP. IV. § 1 *Prusias*] Strab. XIII. scribit interfectum ab Attalo: alii a filio, adjuvante Attalo. Epit. Liv. L. Appian. *Bongars*. Porro de adfectu paterno, novercalibus odiis extincto, vid. Notam XVII. 1. 4. Add. Liv. XXXIX. 9. 4. Tac. I. 3. 6. &c. *Bern*.

Et Romæ, &c.] Usque ad *susceperant* uncinis includit Ed. Bong.

4 *In auct. &c.*] Saxo I. p. 19. 44. 'Dolum in auct. retorsit:' XIV. p. 350. 7. 'Ceterum insidiarum periculis patere malle, quam in auctores facinus retorquere.' Saresb. II. Policr. 20. f. 'Alioquin hominem nulla justitia condemnabit, cum culpa non in eum, sed in ipsius retorqueatur auctorem.'

§ 5 *In latebris*] 'Religione fani Jovis se tutantem confoderunt quidam immissi a filio,' inquit Appian. Mithrid. p. 175. *Bern*.

Quam filium] Melius si rescribas *quam quo fil.* Fab.

LIBER XXXV.

CAP. I. § 1 *Ocium*] XX. 1. 1. 'Grave ocium regno suo.' Catull. C. 52. 'Ocium reges prius et beatas Perdidit urbes.' Vulgo *odium* hic legitur pro *ocium:* quod et quæ sequuntur, et quæ superiore lib. dixit, impugnant. *Bong*.

§ 2 *Fastiditas sororis nuptias*] Exempla bellorum, ob petitæ repulsam inter reges exortorum, extant in Herod. III. 1. Diod. XIV. 107. Dionys. IV. 52. Nostro II. 5. 9. Addend. Apul. sub initium VIII. M. *Bern*.

Orofernem] Ita Vett. Appian. Syriac. p. 118. Ὀλοφέρνην, et Diod. XXXI. *Bongars*. Ælian. H. V. II. 41. 18. Polyb. ap. Vales. 170. *Bern*. Ὀροφέρνης quoque vocatur in Excerpt. Porphyrog. e Diod. Quamvis alii aliter vocent. *Vos*.

§ 6 *Lacessiti*] Impr. *lacessitis*, rectius, ut opinor. *Bern*.

Subornant] De h. Alexandro, incertæ stirpis et ignoto homine, Liv. Epit. LII. et Appian. Syriac. p. 131. *Bongars*. Ejusd. Demetrii filio, item Demetrio dicto, itid. submissus fuit Pseudo-Alexander alius, de quo Noster XXXIX. 1. 5. Hujusmodi scenicos et obrepetitios principes aliquam multos contraxit Lipsius in Monitis et Exemplis Politicis II. 5. Quibus add. Pseudo-Drusum ex Tac. V. 10. Pseudo-Neronem, Suet. Ner. fin. Pseudo-Ariarathen, Val. M. IX. 16. Pseudo-Johannem, Pachymer. III. 12. et 13. et plures. *Bern*.

Propalam quendam] Ampliss. Lingelshem. ostendit mihi locum in doctoris sui Ob. Gifanii plenis bonæ frugis Obss. in L. L. ubi 'propalam' ait 'Latine dici eum qui propalam, velut ante-palum et de-palo, pendentes merces habet et vendit: eamque vocem ubique fere per errorem esse mutatam in *propola*, quæ vox tamen Græca est, et proxenetam seu venditionis conciliatorem significat, teste Polluce VII. 2.' Consimilia Turneb. Advers. I. 1. Ostendit etiam epistolam a Bongarsio, ante hos 20. annos ad se scriptam, et huic expositioni subscribentem, cum antea putarit Justino *propalam* hic adverbialiter accipi. Scaliger tamen in Culicem Virgil. p. 42. statuit *propala* non etymologiæ, sed pravæ librariorum consuetudinis esse scripturam, pro *propola:* hoc autem non esset ortum a mere Græco προπώλης, qui est proxeneta et pararius Senecæ; sed esse ex Græco πωλεῖν et Latina præp. conflatum, duplici argumento: tum quia producit primam syllabam, cum alioqui, si Græca esset, corriperetur: tum etiam quia diversam a προπώλης significationem habet. Dictus enim, quod primus vendat merces, quas in portu primus anticipat, et, ut Persius ait, 'primus tollit piper a sitiente camelo,' ut prior vendat. Quod manifeste innuit Lucillius, citatus a Nonio, voce *Primiter:* 'Sicuti cum primus ficos propola recentes Protulit; et pretio ingenti dat primitu' paucos.' Quanquam etiam in his Lucillianis *propala* nonnulli libri habent: item in Varr. de R. R. III. 14. Quin in illis quoque Cic. in Pison. 27. 'Panis et vinum propala, atque de cupa.' Mss. Palatinorum et edd. vett. hanc esse scripturam, testatur Gruterus. Pro hoc item *propula* in opt. Glossario scriptum invenisse se Scaliger asserit. Porro similem huic in Nostro locum vid. XXXIX. 1. 5. *Berneccer*. Celeberr. vir Fr. Gronovius optime conjecit scribend. hic esse, *sub. Balam q.* Josepho enim Ἀλέξανδρος ὁ Βάλας dicitur III. 8. uti habent libri meliores. *Voss*. Præclara Gronovii emendatio est; ita namque ille Alexander dicebatur. In Mss. et Impressis nihil subsidii. In iis omnia sunt fœdissime inquinata; alii enim habent *propalam*, alii *propolam*, &c. Faber. Gronov. Obs. IV. 10. et Rupert. Obs. ad Hist. Univers. 10. legunt *Balam quendam*. Constat enim ex Strab. Joseph. Euseb. hunc regem dictum esse Alexandrum Balam. Ap. Euseb. corrupte scribitur Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Βαλᾶ, pro Ἀλέξανδρος ὁ Βαλᾶς, ut Rupert. docuit. *Græv*. Frustra sunt qui *propalam* nomen appellativum esse putant. Quoniam ex historia notum est, ipsum hunc, de quo hic agitur, nomine proprio Balam vocatum, quidni cum Gronov. credamus legend. esse *Balam quendam?* Nominibus propriis addi solere *quidam* notum est. Nep. IV. 4. 1. 'Argilius quidam:' et XX. 5. 2. 'Lamestius quidam.' Vid. et Ind. in eum Auctorem: ubi Boeclerus observat, 'pronomen hoc nominibus propriis addi, interdum designandi causa: interdum contemtim: aliquando quasi de ignotiore, obscuro, aut obiter memorato.' Dicitur autem *Balam quemdam* pro, quemdam nomine Balam; ut ap. Nep. 'Argilius quidam' pro, quidam nomine Argilius. *Vorst*. Probe illi, qui pro isto *propalam*, quod est nihil, substituunt *Balam:* sed, quia hoc tantum potest succedere τῷ *palam*, reliqua manet syllaba *pro* in *propalam*. Quæ cum non temere putari possit a librario adjecta, venio in eam sententiam, quasi hic desit nomen aliquod proprium, atque sic hæc verba scribi debeant: *subornant pro....Balam quendam*. Putem autem deesse nomen pupilli, aut filii Antiochi, a Demetrio occisi, quod fuit *Eupatoris*, et sic restitui posse omnia: *subornant pro Eupatore Balam quendam*. Nisi plane alia et plura desint, quia sequitur, indidisse ei nomen non Eupatoris, sed Alexandri. Et finxerunt forte, præter Eupatorem, adhuc alium filium, Antiochum, ut sic in lacuna ista

potius videatur legend. *pro filio Antiochi Balam quendam*, vel *pro pupillo Balam quendam*. Nam et supra 'pupilli' vox in re simili. *Schef.*

§ 7 *Nomen ei Alexandri inditur*] Nec h. l. Auctor uno verbo indicat, cujus Antiochi filius dictus hic Alexander. Eusebius Antiochi Epiphanis ait: quidam Balam putant. Talem etiam Ptolemæus Physcon Demetrio decimo quarto Syriæ regi postea subornasse dicitur, ut hic Auctor tradit XXXIX. Ceterum de hoc Alexandro hoste Demetrii Soteris videtur mentio I. Macchab. 10. Cæterum, si quis conetur in hisce aliquot libris explicare, quoties alii aliis imposuerint, matrimonia junxerint, ac mox rursus ruperint, res nullum finem invenerit. *Glar.*

§ 8 *Tantum odium, &c.*] Sæpe accidere, ut homines quemlibet sibi malint imperare, etiam indignissimum, quam eum a quo læsi sunt, 'documento Vitellius est, nullis stipendiis, nulla militari fama, Galbæ odio promotus:' Tac. H. II. 76. Sic Opilium Macrinum Senatus, odio Antonini Bassiani, libenter imperatorem accepit, cum in Senatu omnibus una vox esset: 'quemvis magis quam parricidam, quemvis magis quam incestum,' &c. Capitolinus in ejus Vit. 2. *Bern.*

§ 9 *Pristinarum sordium oblitus*] Juxta Claudian. illud in Eutrop. I. 18. 1. 'Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.' Et sane insperato felices omnium pessime ferre fortunam apparet etiam ex Proverb. XXX. 22. et 23. Eurip. Supplic. v. 741. Thucyd. III. 6. 25. Curt. IX. 2. 8. Dion. LVIII. ubi de Sejano: Marcellin. XIV. 1. Aristide sub initium Orationis prioris de Pace, &c. *Idem.*

CAP. II. § 1 *Gnidium*] Scrib. *Cn.* Gron.

Commendarerat] Ita est in Vett. 'Commendare' est, deponere, L. 14. D. de Religiosis, L. 186. de Verb. Signif. Cic. de Leg. II. 9. Lar familiaris in Querolo: 'Mihi thesaurum commendavit,' i. e. concredidit thesaurum auri, ut id servarem sibi: ut est in Plaut. Aulul. Prolog. 6. *Bong.* Junt. *demand.* perperam. Est enim, commendare, non nunquam, deponere, servandum et custodiendum mandare. Hygin. Fab. 3. 'Cujus beneficio ad sororem Medeam est commendatus.' Medeæ servandus fuit commissus: vid. ap. Gronov. Obs. III. 23. Alia Scheff. ac Rittershus. ad Phædr. I. 16. in hanc rem. Mox Junt. *velut captivum*, pro vulg. v. *captum*, non male. *Græv.*

§ 2 *Velut captum, inter*] Distinctio prava: debet enim comma rejici post vocem 'greges.' Non enim est sententia, fuisse desidem inter greges scortorum, sed captum. Habebant scorta eum captum, atque inde sequebatur desidia, de qua Justinus. *Schef.*

Auxiliantibus, &c.] Et Ptolemæo Euergete, rege Ægypti, Georgius Syncellus Chronog. p. 292. Τῷ αὐτῷ Δημητρίῳ Σωτῆρι ἐπιλεγομένῳ καὶ Νικάνορι Πτολεμαῖος δίδωσιν ἀφελόμενος Ἀλεξάνδρῳ τὴν θυγατέρα Κλεοπάτραν, ὁμοῦ καὶ τῆς Συρίας ἀρχήν. Leg. Δημητρίῳ τῷ τοῦ Δημητρίου Σωτῆρος, ἐπιλεγομένῳ τῷ Νικάνορι, Πτολεμαῖος δίδωσιν.

§ 4 *Deditque, &c.*] Hunc l. imitari Saxonem I. p. 19. 51. monuit Stephanius. Add. VII. p. 124. 24. 'Deditque pœnas et Haldeno quem provocaverat, et regibus quorum sanguine per vim potitus fuerat.'

LIBER XXXVI.

CAP. I. § 1 *Demetrius*] Nicator dictus: vid. Appian. Livii LII. Epitoma hæc paulo aliter: 'Demetrius,' inquit, 'ob crudelitatem, quam per tormenta in suos exercebat, a Diodoto quodam, uno ex subjectis, qui Alexandri filio, bimulo admodum, regnum asserebat, bello superatus, Seleuciam fugit.' *Bong.*

Quantum odium ex superbia pater habuerat] *Habere odium* quis ferat Latine doctus? Delend. *habuerat*, et subaudiend. contraxerat. *Græv.*

§ 3 *Arsacidæ*] Arsacides pro, Arsace. Arsaces dicebantur omnes Parthorum reges; XLI. 5. 6. Sed et II. 6. 9. *Amphictyon* in Mss. est *Amphictyonides:* Prusiades est Prusias ap. Varronem, cujus locum supra notavimus: et Callias, sub quo Athenas Xerxes incendit, Diodoro dicitur Calliades: et, quod mirius est, Auctor noster II. 12. 11. pro, Thespias, posuit Thespiadas: ita enim vett. libri Mss. omnes. *Bong.*

§ 5 *Pacis simulatione deceptus capitur*] De liberatione Demetrii e captivitate ista Parthica agitur demum XXXIX. 1. *Vorst.*

Traductusque, &c.] Liv. II. 38. 'Vestros liberos traductos p. o. hominum.'

§ 6 *Juxta cultum*] Ita XI. 9. 15. et XXXVIII. 9. 3. *Bern.*

Benigne, &c.] Saxo VIII. p. 156. 21. 'Apud quem benignius habitus.'

§ 7 *Trypho*] Dictus Diodotus. Strab. XIV. et XVI. Appian. Syriac. p. 132. et Liv. Epit. LV. *Bong.*

Antiocho privigno] Alexandrum Alexandri nothi filium vocant Appianus, Livius Epit. LII. et LV. quos leg. *Idem.*

§ 8 *Diu potius*] Triennium habet Josephus XIII. 12. fin. *Bern.*

§ 9 *Civitates quæ initio fraterni imperii defecerant*] Non dubitavi recipere lect. elegantissimam et certissimam ed. Junt. *e. q. vitio f.* Quia nimirum in luxuriam lapsus male regnum administravit: *vitio*, i. e. culpa imperii. Plaut. Aulul. IV. 10. 'Quia vini vitio et amoris feci.' Horat. I. C. 2. 'Audiet pugnas vitio parentum Rara juventus.' *Græv. Vitio* non contemnend. Præcedit enim, 'Frater propter segnitiam contemtus fuit.' *Vorst.* Putant *vitio* legend. Mihi secus videtur, vel propter hoc ipsum, quia de vitio fratris proxime præcessit. Otiosa enim esset ista repetitio. *Schef.*

§ 10 *Jud. quoque qui in Macedonico imperio sub Demetrio patre*] Legend. puto *qui sub M. bello sub D. patre:* ut intelligatur bellum Macedonicum, quod Romani adversus Persea gesserunt. Biennio enim antequam Demetrius Soter, hujus Antiochi pater, in regnum venit, Judas Machabæus Judæos in pristinam libertatem asseruit, ut tradit Euseb. *Glar.*

Judæosque] Tac. H. V. Vid. historiam Macchabæorum. Statim, malim legere *a Macedonico.* Bongars. Add. inf. XXXVI. 3. 9. *Bern.*

Judæos quoque] Ita legere malo ex antiquioribus typis expr. quam *Judæosque.* De Judæis nunc demum agere incipit; cum jam XXXIV. 3. ubi de Antiocho Epiphane agit, de illis agend. fuisset. *Vor.*

CAP. II. § 1 *Origo Damascena*] 'Damascena' pro, Damascus. *Faber.*

Unde et Assyriis regibus genus ex regina Semirami fuit] Quid si ita legatur: *unde et Syriis regibus genus, et reginæ Semiramidi fuit?* Glarean. Ms. et Junt. *unde et Assyriis regibus genus et reginæ Semiramidi fuit.* Constat ex

1. 2. Syros pro Assyriis accepisse Veteres et cum iis confudisse, non Semiramidem solam; quamvis et hanc Syram fuisse, et ap. Syros postea divinis honoribus affectam quam plurimi tradant. *Græv.* Forte vera lect. est *ex regina Semiramide*: sed et illa vera esse potest quæ in Junt. est, *et reginæ Semiramidi.* Faber. Antiquiores typis expr. *Semiramide*, aut *Semiramidi*, et Junt. quidem casu tertio sic, *Et reginæ Semiramidi.* Vorst. Verum puto, quod in multis legitur, *et reginæ Semiramidi.* Nam reges Assyrios genus suum habuisse ex Semiramide non existimo. Saltem unius fuisse stirpis omnes verisimile haud videtur. *Schef.*

§ 2 *Nomen urbi a Damasco rege inditum*] Nemo potest ignorare, quantopere semper in usu fuerit ap. librarios nomina eorum, a quibus urbes et regiones denominatæ et conditæ traderentur, corrumpere, et inflectere ad ipsiusmet loci appellationem. Id. quoque hic factum esse, non injuria quis dubitare possit. Is enim, qui hic nomen urbi dedisse, quique Athares uxoris cultum instituisse dicitur, ab aliis non Damascus, sed Damas vocatur. Etymol. M. Δαμασκὸς πόλις Συρίας, περὶ τὸν Ἀντιλίβανον· εἴρηται ὅτι Δαμᾶς στρατεύων μετὰ Διονύσου, ἐκεῖσε σκηνὴν πηξάμενος, ἱδρύσατο τὸ ἐκεὶ Συρίας Θεοῦ ξόανον. Ἡ οὖν Δαμασκηνὴ, Δάμασκος. Scio quidem alios mentionem facere Damasci cujusdam, qui a Baccho excoriatus esse traditur, unde Δερμασκὸς, et postea κατὰ παραφθορὰν Damascus dicta sit. Sed eum quidquam cum Athare, aut Atargati, commune habuisse, nemo dixit. De appellatione autem huj. urbis tantum a sese abeunt Veteres, quantum a veritate. Vid. Damascium ap. Photium, Phil. Judæum, Steph. Verum hæc alibi. *Voss.*

Arathis] Hermolaus in Plin. v. 23. dubitat, an h. l. permutatis litteris legend. sit *Atharan*, quæ est Syrio-rum Dea, etiam Atargatis dicta; Strab. fin. lib. XVI. cujus meminit et Macrobius I. Sat. *Bongars.* Discutit hæc exactissime, more suo, Salmas. ad Solin. p. 574. *Berneccer.* Leg. *Athares*, et alii viderunt ita scribend. esse. *Faber.* Notator Anglicanus ex Strab. et Macrob. existimat scribend. *Athares.* Sed vitium hic est typographi: legend. enim *Astara* vel *Athara.* Nec res ipsa convenit. Nam Athara vel Asthara mater Semiramidis: vid. Rupert. ad Besoldi Synopsin cap. 3. *Græv.*

Sepulcrum Athares uxoris ejus pro templo coluere] Vix equidem possum amplecti hanc lectionem, præsertim cum Mss. præferant *ejus extemplo.* Puto itaque scribend. *ejus exemplo.* Ait, Syros, æstimatione Damasci, Athares conjugis sepulchrum (quam ipse, dum viveret, impensissime amarat, mortuam plus quam debita pietate prosecutus erat) coluisse, regis sui, quamdiu superstes esset uxori, exemplum secutos. *Voss.* Non displicet: cum *colere quid pro templo* insolentius videatur dici, quia potius coluntur numina in templis. *Schef.*

§ 4 *Decem filiorum proventus*] Ad veritatem historiæ sacræ rescribend. fuerit *duodecim.* Simile in Notis Lipsii ad Val. M. I. 1. 1. Quanquam nihil mirum, Auctorem hic impingere, cum multo graviorum errorum in hac tota sit historia manifestus. Et sane res Judaicas valde Romanis incognitas fuisse, facile intelliget, qui cum Mosis libris, præter hunc Autoris, etiam Taciti librum v. H. Strabonis XVI. et Dionis XXXVII. contulerit. Sed et Græcorum commentis multa, a fide historiæ abhorrentia, de Judæis prodita fuisse, Josephus lib. I. adversus Apionem auctor est, et fidem facit Ecloga ex Diod. XL. *Bern.*

§ 5 *Ejus portio*] F. *cujus portio*, aut, *nam ejus port.* Videtur enim in his verbis consistere ratio, propter quam coli ipsum voluerit Israel: aliter, quomodo hæc explicari possint, non video. *Freinsh.* Mihi verosimilius videtur scripsisse Just. *ut ejus portio.* Particulam *ut* litteræ *it* postremæ in voce *jussit* intercepere. *Schef.* Leg. *cujus portio.* Faber. Lectio rectissima, et in textum ubique transferenda, nisi malis sequi, quod nos attulimus in notis. *Græv.*

§ 6 *Joseph*] De toto h. l. vidend. Oros. I. 8. *Bern.*

Clam] Nesciunt Oros. Frec. et Otto Frising. I. Chron. 14.

§ 7 *Brevi*] Oros. ex Mss. Leid. Freculphus atque Otto Frising. 'in b.' Vid. Var. Lect. ad XXIII. 1. 14.

§ 9 *Steril. pr.*] Saxo XIV. p. 270. 39. 'Eskillus defectionem providens.'

§ 10 *Dari*] Desideratur ap. Frec. Ottonem Frising. atque in plerisque Mss. Orosii.

§ 11 *Paternæ scientiæ*] Sc. artis magicæ. Quomodo Plin. XXX. 1. 'Est et alia magicæ factio, a Mose et Jamne et Jodape Judæis pendens,' &c. Mosen inter magos numerat et Apuleius in Apol. Sed Strabo XVI. p. 524. Mosen non tam fuisse magum dicit, quam oraculis deditum, quales Minos, Lycurgus, aliique legumlatores, item Amphiaraus, et Orpheus, et Musæus fuisse leguntur. Indicio eruditissimi juxta et optimi Viri, D. Nic. Vedelii, cum anno superiore in transitu perhumaniter ad me viseret, e Suida didici, Alexandrum Milesium, cognomine Polyhistora, qui Syllæ temporibus vixit, præter alia scripsisse de Roma libros 5. in quibus ait: 'Hebræam fuisse mulierem, Moso nomine: a qua perscripta sit lex Hebræorum:' depravato et sexu et nomine nostri legislatoris. Ita sc. in tenebris illis aliquas tamen veri stricturas *οἱ ἔξω* viderunt. *Bern.*

§ 12 *Vitiliginem*] Ita ex Ms. legend. et Orosio I. 8. et 10. Vitiligo Arnobio est, lepra, ut me docuit doctorum princeps Jac. Cujacius: 'Ille notas albicantium vitiliginum manu admota detersit.' Et Sen. N. Q. III. 25. vitiliginem vocat 'fœdam ex albo varietatem.' Græcis λευκὴ. Exodi IV. 6. et Numer. XII. 20. lepra dicitur candens *ὡσεὶ χιών.* Hæc debeo, sæpius a me commemorato, nunquam tamen satis laudato doctori meo; cujus de humanitate et doctrina numquam quisquam ita magnifice dicet, quin id virtus ejus exsuperet. Sed clarissimi viri gloriæ neque mea prædicatione accedere quidquam potest: neque tenebrionum quorundam obtrectatione decedere. Illuc revertor. Vitiliginem hanc Tac. H. V. 3. tabem vocat, quæ corpora fœdaret. De Mose aliter Strab. XVI. *Bongars.* Etiam Mss. nostri habent *uliginem.* Turnebus tamen, magnus ille Galliæ sol, *scabiem et pruriginem* probavit. 'Est enim,' ait ex Isidoro Etymol. IV. 8. 'prurigo vocata a perurendo et ardendo,' legendumque censet etiam ap. Juv. 'Unius scabie cadit et prurigine porci:' nam *porrigo*, quam vocem etiam h. l. quidam reponunt, capitis videtur morbus esse, furfuribus et farina quadam obsiti. Serenus 3. 'Cum caput immensa pexum porrigine ningit.' Et Lucil. ap. Nonium: 'Tristem et corruptum scabie, et porriginis plenum.' *Modius.* Plin. XXXI. 2. ex Varrone narrat, Titium quendam, prætura functum, 'marmorei signi faciem habuisse propter vitiliginem.' Ap. Photium Biblioth. 279. nugatur Helladius, Mosem 'Alpha' vocari, quod corpus habuerit *ἀλφοῖς*, i. e. vitiligine distinctum: et ad mendacium Philonem testem adhibet. Ceterum Adr. Turnebus Advers. XIV. 17. adstruit vulgatarum edd. scripturam, *pruriginem*, quem vid. Modius in Fuldensibus esse dicit *uliginem.* Sed haud dubie Bongarsii correctio *vitiliginem* est bona: certe Lipsio Not. 4. ad v. H. Tac. probata. *Bern.*

Cum scabiem et vitiliginem pateren-

tur] Non reprehendo hanc incomparabilis JCti Jacobi Cujacii emendationem, fide antiquorum librorum fultam. Non tamen frustra in antiquis edd. legitur *pruriginem*. In Junt. vero et nonnullis aliis optime, si quid video, *porriginem*. Sic scabiem et porriginem jungit Juv. VI. 'Grex totus in agris Unius scabie cadit et porrigine porci.' Et Lucil. 'Tristem et corruptum scabie et porrigine plenum.' Est autem *porrigo* secundum Celsum proprie: 'ubi inter pilos quædam quasi squamulæ surgunt, eæque a cute resolvuntur, et interdum madent, interdum siccæ sunt.' Tribuitur tamen et iis porrigo, quorum totum corpus squamulis et scabie obsitum est, ut ex iis patet exemplis, quæ attulimus. *Græv.* Bechar. et alii pro *vitiliginem* edidere *pruriginem*. Sed voluere, aut debuere, ut in Junt. est, *porriginem*. Vorst. Junt. et nonnullæ aliæ edd. *porriginem*. Liquet alterutrum glossatoris esse. *Schef.*

§ 14 *Montem Synan*] Junt. *Synæ*, ut 'mons Soractis,' 'Vergelli torrens,' 'flumen Arethusæ,' et sexcenta huj. notæ ap. optimos L. L. auctores. *Græv.* Bechar. rursus et alii edidere *Synæum*. Voluere, credo, aut debuere, ut in Junt. est, *Synæ*. Quod est ejus formæ, cujus sunt 'urbs Antiochiæ,' 'mons Soractis.' Nimirum nomini communi jungitur proprium casu secundo: ut rectio quam vocant sit pro appositione. *Vorst.* Placet *Synæ*. Sed puto alia quoque hic esse vitiosa. Quomodo enim occupat primum montem Synæ, dein iter facit per deserta Arabiæ, et tandem venit Damascum? Hæc omnia mediocriter locorum perito sunt absurda. Vitium latere in *occupat quo* videtur, sed, quid pro eo substitui debeat, non invenio. *Schef.*

Sabbatum, &c. jejunio sacravit] Eund. errat errorem Augustus ap. Suet. 76. 'Ne Judæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbatis jejunium servat.' Nimirum Romani, cum scirent a Judæis crebra jejunia usurpari, et Sabbatum ab iisd. præcipua castimonia celebrari, Sabbatis eos jejunare temere sibi persuaserunt: quod falsum, nisi Sabbatum, non pro septimo die hebdomadis, sed pro tota hebdomade accipiamus, quo sensu Pharisæus, Lucæ XVIII. 12. 'Jejuno bis in Sabbato.' Hæc fere Casaub. ad Suet. *Bern.*

§ 15 *Eadem causa*] 'Causam' vocat Auctor, quam ante dixit 'scabiem et vitiliginem.' Causa sæpius pro morbo usurpatur. Celsus: 'Partes quæ in causa sunt.' Unde et causarius pro ægroto. Plin. XXIII. 3. 'Causarii dentes:' et XXV. 6. 'Causarii vel latere vel faucibus.' Sen. 'causarium corpus' vocat infirmum. 'Causaria missio' ap. Romanos erat, cum quis ob adversam valetudinem a militia dimitteretur. Aretæo quoque dicitur ἐν αἰτίᾳ εἶναι, pro, morbo laborare. *Gron.*

Cum peregrinis communicarent] Mss. Fuld. optimi *cum p. conviverent*: quod amplectend. puto: maxime cum ita etiam in suis Mss. repererit Bongarsius: ut sit hic *convivere*, conjunctione vitæ mutua uti, frui. Unde 'convivium:' de quo ita Cic. de Senect. 13. 'Bene majores nostri accubationem epularem amicorum, quæ vitæ conjunctionem haberet, convivium nominarunt.' Plautus: 'Misisti ad navim Sosiam, ut hodie tecum conviveret:' quod supra quoque allegare memini, quo l. vid. plura de h. verbo. *Modius.* Constructio verbi sic se habet ut ap. optimos; cum ablativo puta intercedente præpositione *cum*. Sed significatio, quæ hic non activa, sed neutralis est, ap. eosd. illos nondum, credo, est observata. Ap. Sulp. Severum aliosque scriptores ecclesiasticos satis frequens est. An ipse Just. ita scripserit, ambiguum facit illud quod codd. Mss. Fuld. et Bongg. quidam pro *communicarent* habent *conviverent*: id quod Modius pro altero et rescribend. putat. *Vorst.*

Quod ex causa factum] Just. arbitror ita scripsisse, *q. ea c.* Faber. Imo 'causa' hic est, morbus: *quod ex causa factum* est: Propter illum morbum, vitiliginem sc. propter quam expulsi ex Ægypto fingebantur a Judæis, factum est, ut ab aliarum gentium commercio abhorrerent. *Græv.*

Convertit] Absolute, pro, conversum est. Ita Sall. Cat. 6. 'Regium imperium in superbiam dominationemque convertit.' Sic Cic. in Bruto 38. 2. Hoc modo Liv. II. 8. 1. 'Leges in contrarium vertunt.' Tac. XII. 29. 'Diuturnitate in superbiam mutans,' h. e. mutatus. Flor. II. 15. 6. 'Quum bellum sederet:' ubi meliores edd. *sedaret*, h. e. sedaretur: quod rectum est. Sic enim et Propert. III. El. 18. 'Flamma per incensas citius sedaret aristas:' ut in Animadv. ad illum poëtam e cod. Pal. eruit V. C. Janus Gebhardus: Agel. XVIII. 12. ex Vell. 'Tempestas sedavit.' Nec aliter Marcellin. XXIX. fin. 'Tempestas mollivit.' Add. sup. Notam ad III. 3. 5. *Bern.*

§ 16 *Aruas sacerdos*] In Ms. quodam Bongarsii legebatur *Arruans*. Mihi non est dubium, quin litera *s* huic voci adglutinata sit ex sequentis vocabuli initiali, legique debeat *Arnan*. Sic enim Aronis nomen corrupisse barbari videntur. *Schef.*

Semperque exinde hic mos] Aliter veriusque Joseph. Antiq. XIII. 19. 'Ut quidam principes simul et pontifices essent, tempore Maccabæorum primo fieri cœpit, præsertim principatu Aristobuli, qui primus principatum summo pontificatui conjunxit, et diadema sibi imposuit, annis post captivitatem Babylonicam 481.' *Ber.*

Ut eosdem, reges et sacerdotes, &c.] Non tantum ap. Judæos mos hic fuit: sed etiam, si quid Servio credimus, ap. alias gentes. Qua de re sic ille ad istum Virgilii versum Æn. III. 80. 'Rex Anius, rex idem hominum Phœbique sacerdos;' 'Majorum enim hæc erat consuetudo,' inquit, 'ut rex esset etiam sacerdos, vel pontifex. Unde hodieque [sic enim l. hunc corrigo ex membranis vulgo corruptum, et inepte interpolatum] Imperatores Pontifices dicimus.' *Modius.* Add. Liv. I. 20. 1. Diod. III. 5. Nostr. XI. 7. 14. Casaub. ad Suet. Aug. 31. 1. *Bern.*

Justitia religione permixta] Strab. δικαιοπραγοῦντες, καὶ θεοσεβεῖς ὄντες. *Bong.*

Coaluere] F. scribend. *convaluere*, h. e. potentiam acquisivere, quo significatu verbum hoc Auctori usitatum esse, supr. not. ad XVIII. 4. 1. ostensum est. *Berneccer.* Certiss. est conj. Bernecceri legentis *convaluere*. *Coalescere* hic locus nullus est. *Græv.*

CAP. III. § 1 *Opes genti ex vectigalibus opobalsami crevere*] De balsamo, opobalsamo, ac xylobalsamo multa præclare Plin. XII. 25. Lector cogitet, utri Auctori plus tribuend. Nam in multis nimis dissident hic Trogus ac Plinius. Trogo posterior Plinius, Plinio Justinus; 'Spatium loci,' inquit Justinus, 'ducenta millia jugera;' Plinius, 'Duobus hortis, altero jugerum non amplius XX. altero pauciorum.' Hæc Plin. In Justino errorem putant, cum etiam Latinitas male habeat, 'ducenta millia jugera,' pro, ducenta millia jugerum. Iterum Justinus: 'Et arbores opobalsami formam similem piceis arboribus habent.' Plinius, 'Quippe viti similior est quam myrto.' Unde pro *piceis* f. *myrteis* legend. quis censuerit, quod alii *pineis* emendarunt. Strab. XVI. Cythiso et Termintho persimilem dicit. *Glar.*

Opes genti ex vectigalibus opobalsami crevere] Balsamum in Judæa provenisse unquam sunt qui negent, eamque mercem aliunde importatam credant. Sed, ut in Ægypto et Arabia

provenisse olim scimus, ita et in Judæa, at vetustioribus paulo temporibus: id quod ex Genesi probare possis in historia Jacobi, ubi de muneribus ad Josephum mittendis agitur. Unde apparet tunc in Judæa crevisse balsamum, in Ægypto non crevisse. At, quum balsamum Galaaditicum memoratur in Scripturis Sacris, hoc meminisse potes, prophetam illum, qui mihi in animo est, multis post Jacobum seculis scripsisse; tunc autem, ut valde verisimile est, in Judæa Propria defecerat Balsamum. De h. argumento libellum egregium Prosperi Alpini legimus. *Faber.*

In his tantum regionibus] Ita sane tunc fuerit. Postea non dubium, stirpem eam in Ægyptum transisse, atque illic crevisse. Claudian. in Epithalamio Palladii: ' Gemmatis alii per totum balsama tectum Effudere cadis, duro quæ saucius ungue Niliacus pingui desudat vulnere cortex.' Perseverare etiam illic nostro ævo, qui peregrinati sunt, affirmant. Lipsius Not. 15. ad Tac. v. H. *Bern.*

§ 2 *Ducenta jugera, nomine arcus dicitur*] Vulg. *ducenta millia jugera:* immanis et sup. fidem numerus. Vett. plerique *ducenta jugera nomine arcus dicitur.* Quid si legamus *viginti jugerum Hierichus dicitur?* Et id Plin. XII. 25. et Solin. 38. confirmat: et Strab. XVI. p. 525. 10. Ἱερικοῦς ἐστι πεδίον κύκλῳ περιεχόμενον ὀρεινῇ τινι καί που καὶ θεατροειδῶς πρὸς αὐτὸ κεκλιμένῃ. Is tamen spatium loci facit centum stadiorum. *Bongars.* Ex hoc Strabonis loco considerandum monuit Freinshemius, an f. Noster ad formam loci potius quam nomen respiciat. Theatrum enim cum arcu similitudinem quandam habet. Sed potius est ut Salmasium audiamus, in Exerc. ad Solin. p. 583. c. 1. locum h. ita restituentem: *Spatium loci ducentum jugerum Jericus dicitur.* Nam quod Bongarsio ex Plin. XII. 25. pr. visum est *viginti jugerum,* id ad unum tantum balsametum, partem vallis non magnam, a Plinio refertur. At Auctori nostro de totius vallis Jericuntis longitudine sermo est, quam non plus spatii habuisse quam viginti jugerum, non est credibile. *Berneccer.* Junt. *Spatium loci ducenta millia jugera nomine Hyericho dicitur.* Præclare Salmas. ad Solin. *Spatium loci ducentum jugerum Jerichus dicitur.* Græv. Ex Strab. Bongarsius pro *arcus* legit *Hierichus;* locus est celeberrimus in lib. Sacris, ut et urbs ibi olim. Sed profecto nihil mutand. puto, quamvis etiam in quibusd. Impr. ante Bongarsium legatur *Hiericho.* Formam enim loci, non proprium nomen, respexisse Justinum credibile est. In ead. sententia Freinsh. fuisse comperio. Ceterum videtur ignorasse Justinus, aut Trogus, opobalsamum non esse arborem ipsam, sed succum expressum et deciduum ex balsamo. *Faber.* Sed, cum in Anglicano quoque Ms. habeatur *Hiericho,* non video cur Salmasiana correctio sit respuenda, præsertim cum nullus a quoquam commemoretur locus, qui ' arcus' fuerit appellatus. Non enim de forma loci hic agit, sed de nomine. *Nomine,* inquit, *arcus dicitur.* Græv.

Spatium loci ducenta jugera, nomine Hierichus dicitur] Quoniam in antiquioribus typis expr. etiam Junt. est *Hiericho,* et in plerisque Mss. quos Bong. vidit, *arcus:* quidni Salmasium sequamur, et legend. statuamus *Hierichus* aut *Jericus:* ut Plin. et alii appellant? *Vor.*

§ 3 *In ea silva est*] Scrib. *In eo,* nempe spatio. *Gronov.* Major sic, *In ea valle silva est.* Et sane *valle* videtur vix abesse posse; quod in proximis superioribus ead. non apparet. *Vorst.* Junt. quoque *In ea valle silva est.* Græv.

Opobalsamo] Balsamum proprie de arbore, opobalsamum vero (quasi ὀπὸς τοῦ βαλσάμου, sicut ὀποπάναξ est

ὀπὸς τοῦ πάνακος) de succo, xylobalsamon denique de ligno dicitur. Justinus tamen inversa vice, contra usum auctorum, opobalsamum pro arbore posuit, balsamum pro lacrima s. succo arboris. Salmas. ad Solin. 582. E. 1. *Berneccer.* Mss. *opobalsameta.* Junt. *opobalsameto.* Nimirum arboribus opobalsami et palmis ea planities est consita. *Græv.* Junt. *opobalsameto.* Probo cum cl. Græv. et *opobalsamo* per compendium cum linea in capite pro eo scriptum puto. *Schef.*

§ 4 *Piceis arboribus*] Vett. plerique *specie,* transpositis literis. Strabo cytiso et terebintho similes facit. Vid. Plin. et Solin. *Bongars.* Ex isto veteri *specie* Salmas. ad Solin. 579. E. 2. eruit hanc indubitato meliorem scripturam *piceæ arboribus.* Sic enim Auctor ipse modo dixerat ' opobalsami arbor:' et Cic. pro Flacc. 8. ' fici arbor:' et Liv. XXIV. 3. 4. ' abietis arbores.' *Bern.*

§ 5 *Opacitatis*] In Mss. manifesto errore legitur *apricitatis.* Bongars. Non dubitavi reddere Justino vocem suam, in Mss. omnibus extantem, attestante Bongarsio: qui tamen erroneum hoc, et edend. censuit *opacitatis,* et mox hoc versu *perpetua opacitas,* quod crederet, opinor, ardentissimum Solem, nisi opacitate, non potuisse ab Hierichuntis valle defendi. Atqui, quod Salmas. ad Solin. p. 990. docet, non omnis locus Soli expositus, sed is demum ex Latine loquentium usu dicitur ' apricus,' qui Soli tepido, leni, temperato, non torrentissimo, patet. Hinc ' aprici colles' Virgil. Ecl. IX. 49. qui obversi sunt orienti Soli, qui, quoniam non est intemperate calidus, coquendis uvis maxime est accommodatus. Huj. vocis vim clarius aperit Solinus 54. ' Attacis temperiei prærogativa miram aëris clementiam subministrat. Arcent afflatum noxium colles, qui salubri apricitate undique secus objecti prohibent auras pestilentes.' Plin. VI. 17. ' Gens apricis ab omni noxio afflatu seclusa collibus.' *Bern.*

§ 6 *In ea regione lacus*] Mss. quidam *latus lacus:* alii *Non longe est lacus Asph.* Postremam hanc lect. non rejicio: loquitur enim h. l. de Asphaltite lacu, quem cum Sirbone eund. facere videtur Strabo XVI. p. 525. 27. cum eos distinguat Plinius V. 13. 15. 16. *Bongars.* Add. Tac. H. V. 6. Diod. XIX. 98. Joseph. Jud. V. 5. *Bernec.* Mss. et Junt. *In ea regione lacus est Asph.* Quos sequor. In nonnullis Mss. est *Non longe est lacus Asph.* Græv. Codd. quidam Mss. quos Bong. vidit, et typis expressus Juntarum, ipsum lacus nomen additum habent, *Asphaltites* puta. *Vorst.* Addunt Mss. et Junt. *Asph.,* quod Grævio probatur. *Schef.*

§ 7 *Stagnatur*] H. e. munitur, firmatur, induraturque, a στεγανῶσαι vel στεγῶσαι, ut placet Salmasio ad Solin. p. 577. *Bernecc.* Græcum est στεγανόω. *Faber.*

Illinatur] Mss. *illustratur.* Junt. cum nonnullis vett. edd. *illutatur.* Quod non damnem temere. Eod. sensu, lutare, pro, illinere, Pers. S. III. 104. ' Compositus lecto, crassisque lutatus amomis.' Et, ' delutare,' Catoni de R. R. 128. ' Si habitationem delutare vis, terram quam maxime lutosam vel rubricosam sumito; eo amurcam infundito, paleas indito, sinitoque quatriduum fracescat; ubi bene fracuerit, rutro concidito; ubi concideris, delutato.' *Græv.* Codd. quidam Mss. teste Bong. *illustratur.* Et vetus typis expr. Becharii *illustretur.* Utrumque perperam scriptum videtur pro *illutatur,* quod in Junt. est, et a Maj. item atque Sichardo adscriptum in marg. *Vorst.* In Mss. legitur *inlustratur,* de quo ipso quoque f. non male sentiend. ' Lustro' enim est a, luo, quod prima significatione sua id. esse ac, lavo, constat vel ex compositis ipsius ' abluo,' ' eluo,' et similibus. Hinc ' inlustro,' imbuo, et fre-

quenter lavo, quæ significatio non est aliena ab h. l. *Schef.*

§ 8 *Primum Xerxes*] Atqui Xerxes nunquam bellum movit Judæis, utpote qui a Cyro, primo Persarum rege, Persico imperio semper fuerant subjecti: et, plus 150. annis ante Xerxem, Chaldæorum rex Nabuchodonosor ter domuerat Judæos, et in servitutem redegerat. *Bernec.* Leg. cum Junt. *Primus rex Persarum.* Græv.

Primus Xerxes rex P. J. d.] Hoc falsum ex ipsamet historia Judæorum (ita tamen in Junt. est): al. *Primum* ..... quod non minus a vero remotum est, quam illud alterum. *Faber.*

Diuque, &c.] Africanus ap. Georg. Syncell. Chronog. p. 276. Ἀπὸ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου χρόνων ὑποδύντες Ἰουδαῖοι τῇ Μακεδόνων ἀρχῇ, ποτὲ μὲν Πτολεμαίοις, ποτὲ δὲ Ἀντιόχοις ἐτέλουν ὑπόφοροι.

§ 9 *Amicitia Romanorum petita*] Joseph. Antiq. XII. 17. refert Judam Pontificem, postquam accepisset partas a Romanis de regibus victorias, legatos Romam ad amicitiam societatemque jungendam misisse; Senatumque dedisse quod petebant. Postea etiam, ad renovandam cum Rom. amicitiam, a populo Judaico, et rursum ab Hircano Pontifice, post Antiochi regis obitum, legatos Romam missos scribit, ipsaque Senatusconsulta de postulatis eorum facta recitat id. Auctor XIII. 17. et XIV. 16. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Et ab Eumene patruo*] Aut *ab Eumene patre*, aut *ab Attalo patruo* legendum: idque ex Strab. ap. quem lib. XIII. Attalorum progenies ita habet. Philetærus spado Lysimachi quæstor 2. habuit fratres, Eumenem natu majorem, et Attalum natu minorem. Ex Eumene natus Eumenes, ex Attalo Attalus; qui Attalus filius 4. habuit filios, Eumenem, Attalum, Philetærum, ac Athenæum: ex primo filio Eumene fuit hic ultimus Attalus, de quo h. l. Justinus. Sed ea omnia in typum sub uno aspectu sic ponere placuit.

Tres fratres Strab. XIII.

I. Philetærus spado.

Eumenes, qui genuit Eumenem.

Attalus, qui genuit Attalum.

II. Eumenes. Hic Pergami successionem habuit; Antiochum Soterem apud Sardes vicit, obiit cum regnasset annis 22.

II. Attalus rex. Hic Galatas vicit, ac secundo bello Punico pro Romanis contra Philippum Macedonum regem bellavit. Regnavit annis 43. Hic 4. habuit filios, quorum primus Eumenes ei successit.

III. Eumenes. Hic contra Magnum Antiochum et Persea reges pro Romanis pugnavit: regnavit annis 49. relicto regno Attalo filio.

III. Attalus. Hic tutor parvi relicti Attali 31. annis administravit regnum, multaque alia gessit contra Demetrium Sotera, Pseudophilippum, ac Prusiam.

Philetærus, Athenæus. Hi duo privati vixerunt, sicut et frater eorum Attalus, vivente Eumene.

IV. Attalus ultimus. Hic, Philometor dictus, cum 5. annis regnasset, mortuus est, et populum Romanum reliquit hæredem. *Glar.*

Ab Eumene patruo] Ex Strab. XIII. constat Eumenem huj. Attali patrem fuisse, et ita quidam hic ediderunt contra libros. Dictus est hic Attalus 'Philometor:' et morbo interiit, populo Rom. herede instituto. Strabo, Epit. Livii LVIII. Flor. extr. II. Oros. V. 8. alii. *Bongars.* Puto fuisse tantum *a patruo:* nomen *Eumenis* insertum postea fuisse. *Freinsh.* Pro 'acceptum' Vincent. habet 'suscept.'

Matrem anum] In quibusd. Mss. quos habuit Bong. legebatur *m. manu*, quod videtur rectius, ut sit oppositum sequentis 'maleficiis.' *Schef.*

§ 2 *In modum reorum*] De h. more reorum, utendi veste squalida, barbam capillumque producendi, ut sc. eo habitu suffragatores conciliarent, inimicos permulcerent, et judices temperarent, his quæ Cujacius Obs. VI. 5. et Rad. Fornerius Rer. quotidian. IV. 5. habent, addendi Sisenna ap. Nonium in 'Vicatim:' Cic. Verr. II. 8. Liv. VI. 16. 4. VI. 20. 1. XLIV. 19. 5. Sen. ad Polyb. 36. Val. M. VI. 4. 4. Suet. Ner. 47. 6. Plin. VII. Ep. 27. fin. Plut. Quæst. Rom. 14. Agell. III. 4. Oros. V. 17. fin. Hinc Tertulliano de Anima 39. 'caput reatui vovere' est, comam reorum more promittere. Sic ap. Sen. Benef. II. ult. et IV. 12. 'detrahere sordes' est, reum liberare. Vidend. et adagium, 'Quasi dies dicta sit.' *Bern.*

Lætiora convivia] Pro *lætiora* in Mss. est *lætitia.* Unde suspicor non satis commode hunc l. se habere in vulgatis; certe mirum, quod sola convivia hic inter omnia, quæ tractantur domi, memorentur. Mallem itaque sic l. istum totum legere, ac distinguere: *non in p. prodire, non p. se ostendere. Non domi lætitia, convivia inire, aut, &c.* Hoc vult: Non tantum publice tristem sese exhibuisse, sed ne domi quidem ejus ullam fuisse lætitiam, abstinuisse quoque ab omnibus conviviis, et convictu cum aliis. *Schef.*

§ 3 *Seminabat*] Mss. duo *serebat*; quod æque convenit. *Mod.*

§ 5 *Matri deinde sepulchrum*] Hinc et similia propter facta videtur acquisisse Philometoris nomen, quod ipsi tribuit præter alios Appianus Mithrid. p. 212. b. et Strab. XIII. p. 429. 50. *Bernecc.* Huj. Attali mater erat Stratonice Ariarathis Cappadocum regis filia, ut refert Strabo XIII. p. 624.

Heres populus Rom.] Vid. Liv. Epit. LVIII. Vell. II. 4. 1. Aug. Civ. XIII. 11. Flor. II. 20. Oros. V. 8. alios. Id. factum a Nicomede, Bithyniæ rege, tradit Epitome Livii XCIII. et ab Appione, rege Cyrenæ, Appian. Mithrid. fin. ipseque Noster XXXIX. 5. 2. Liv. Epit. LXX. 2. itemque ab Archelao Cappadociæ, et Pylæmene Paphlagoniæ regibus, Jornandes de Success. Regnor. 55. Ceterum in adeunda hac Attali hereditate Romanos doli mali accusat Mithridates ap. Sall. IV. H. et Horat. II. Od. 18. 'Neque Attali Ignotus heres regiam occupavi.' *Bern.*

§ 6 *Aristonicus*] De bello Aristonici præter Liv. Epit. LIX. Flor. II. 20. Vell. II. 4. leg. Strab. XIV. p. 444. fin. Licinius Crassus, qui a Nostro Consul dicitur, Floro est Prætor, Paterculo Proconsul: qui eum juris scientissimum vocat. A nostro Auctore sunt Liv. Oros. Cic. Phil. XI. 8. *Bongars.* Mox pro 'paternum' Vincent. habet 'avitum.'

§ 7 *Adversus civitates*] Mindum, Samum, et Colophonem. Flor. II. 20. 5. *Bern.*

§ 8 *Inconsultæ avaritiæ*] Vid. notam ad XXIV. 7. 4. *Bernecc.* Saxo II. p. 27. 14. 'Pœnituit tunc oneris Britannos sanguine pœnas avaritiæ dantes.'

§ 9 *Perpenna*] In Fastis Perperna. Vid. auctores sup. notatos. *Bongars. Perpenna* constanter omnes edd. Supcitatis auctoribus M. Perperna dicitur. De eo vidend. quoque Val. M. III. 4. 5. *Berneccer.* In Capitolinis

aliisque monumentis vocatur Perperna: itaque et in Val. M. III. 4. 5. edidimus. *Vorst.* Rectius *Perperna* legitur ex Capitolinis, ut observat Vorst. *Schef.*

§ 10 *M. Aquilius*] Rescripsi *Manius Aq.* ex Fastis Capitolin. *Græv.* *Manius Aquilius* est in notis doctissimi Grævii. Et recte sane. Sic enim dicitur ab omnibus Latinis. Error natus est ex compendio scripturæ. Cum enim Manium volebant scribere, sic scribebant, M'. cum Marcum, per M. simpliciter. *Faber.* Vulgo plena voce *Marcus* editur. Sed prænomen fuisse *Manius*, e monumentis rursus Capitolinis sciri potest. *Vorst.* Integre *Manius Aquilius*, ut ex Fastis Cap. docet Græv. *Schef.*

§ 11 *Contentionem, &c.*] Saxo II. p. 21. 36. 'Medium pugnæ certamen nova facti diremit occasio.'

§ 12 *Asia, &c.*] Dio in Excerpt. Constantini Porphyrog. p. 609. Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τῆς τρυφῆς τῆς Ἀσιανῆς γευσάμενοι, καὶ μετὰ τῆς τῶν λαφύρων περιουσίας τῆς τε παρὰ τῶν ὅπλων ἐξουσίας, ἐν τοῖς τῶν ἡττηθέντων κτήμασιν ἐγχρονίσαντες, καὶ τὴν τε (leg. γε) ἀσωτίαν αὐτῶν διὰ βραχέος ἐζήλωσαν, καὶ τὰ πάτρια ἤθη οὐ διὰ μακροῦ κατεπάτησαν. Οὕτω τὸ δεινὸν τοῦτ' ἐκεῖθεν ἀρξάμενον καὶ ἐς τὸ ἄστυ ἔπεσε.

Cum opibus vitia, &c.] Flor. III. 12. 'Syria prima nos victa corrupit: mox Asiatica Pergameni regis hereditas.' Add. Liv. XXXIX. 6. fin. Sall. Cat. 11. Plin. XXXIII. 11. fin. Nostr. II. 14. 6. et Notam ad XXXI. 8. 9. Prudenter ergo, 'Spartana civitas, severissimis Lycurgi legibus obtemperans, aliquamdiu civium suorum oculos a contemplanda Asia retraxit; ne, illecebris ejus capti, ad delicatius vitæ genus prolaberentur. Quod eos non frustra timuisse, dux ipsorum Pausanias patefecit, qui maximis operibus editis, ut primum se Asiæ moribus permisit, fortitudinem suam effeminato ejus cultu mollire non erubuit,' ut ait Val. M. II. 6. 1. *Bern.*

LIBER XXXVII.

CAP. I. § 1 *Phocensibus*] Scrib. *Phocæens.* Phocæenses enim, a Phocæa, quæ urbs est Asiæ Minoris in Ionia, unde et oriundi Massilienses: Phocenses vero dicti a Phocide vicina Bœotiæ in Græcia. Eod. modo et XLIII. 5. legend. *Phocæensium* pro vulg. *Phocensium.* Gronov.

§ 2 *Regibus....pr. pers.*] Suet. Aug. 15. 'Ut promissa veteranis pr. persolverentur.'

Syria major] Quidam impr. Codd. *Phrygia major:* quod probo. Inf. XXXVIII. 5. 3. Vid. Appian. Mithridat. p. 203. *Bongars.* Quænam *Syria major?* Optime Junt. et alii impr. *Phrygia major*, quod et Bong. vidit. *Græv.* Excudi jussi *Phrygia Major.* Faber. Editur vulgo *Syria major:* sed contra historiam. Inf. XXXVIII. 5. 3. ipse Mithridates, huj. filius, sic loquens inducitur: 'Sibi pupillo majorem Phrygiam ademerint, quam patri suo, præmium dati adversus Aristonicum auxilii, concesserant.' Quoniam ergo in Junt. teste Græv. manifeste et historiæ convenienter est *Phrygia major*, idemque de codd. typis expressis et Bongarsius testatur, quidni ipsum illud recipiamus? *Vorst.* *Phrygia major* exigente historia restituit Vorst. Grævium secutus. *Schef.*

§ 4 *Namque Laodice*] Femineæ regnandi cupiditatis, nec filiis parcentis, simile exemplum est XXXIX. 2. 9. et luculentum aliud ap. Zonar. in Vita Irenes filiique Constantini. *Bern.*

Ne non diutinam regni administrationem adultis quibusdam potiretur] Hoc *potiretur* suspectum mihi, non propter casum appositum, sed significationem non satis aptam huic l. Nam 'potiri' de futuris usurpatur; jam regni adminstratio res erat non futura ap. Laudicem, sed præsens, quia eam jam tunc habebat in manibus, nec tam potiebatur ea seqq. temporibus, quam continuabat. In Mss. extat *pateretur.* Quare suspicor lect. veram esse *paterentur*, ut sit ordo: Necavit quinque, timens ne non paterentur administrationem regni diutinam, adultis quibusdam, i. e. quia erant adulti. *Schef.* Num, qui rerum potitur, futuram rem agit? Atqui in hac locutione, 'rerum potiri,' semper omittitur *administrationem.* Nihil h. l. sanius. *Græv.*

§ 6 *Mithridates*] Hic Euergetes dictus: filius autem ejus, quem 11. annos natum regni successorem reliquit, Eupator. Strab. X. Vid. Appian. Mithridat. *Mithridates* est in nostris Mss. In uno *Methridatis.* Quod quidam *Mithradates* scribend. censent, ex numismatibus antiquis, non probo. Μιθραδάτης enim Græcum est, 'Mithridates' Latinum; α in ι: ut Μασσαλία, 'Massilia:' Κατάνη, 'Catina:' Νομάδες, 'Numidæ:' Ἀκράγας, 'Agrigentum:' et f. etiam Μασανίσσης, qui in Eclogis Diodori vitiose dicitur Μανασσῆς, 'Masinissa.' Sed et in Latinis vocibus τὸ a in i vertitur: 'sapiens,' 'insipiens:' 'cano,' 'tibicines,' &c. *Bongars.* Add. notam ad IV. 3. 4. *Bern.*

Repentina morte interceptus] Amicorum dolo necatum tradit Strab. X. p. 329. 15. *Idem.* Mithridates Euergetes familiarium insidiis occisus fuit teste Strab. X. p. 447.

§ 7 *Bellaque cum Romanis per quadraginta sex annos*] De annis Mithridatici belli nihil convenit ap. auctores. Flor. in sua Epit. III. ait 40. annis Mithridatem obstitisse Romanis; hic 46. anni produntur. In Liv. Epit. 30. anni produntur. De regionibus, quas possederat, ex Latinis auctoribus nihil certi propemodum habetur, cum Pontum et Bithyniam confundunt; jam sinistra, jam dextra Ponti possedisse memorant ex Strabone; dextra Ponti et vicinæ nationes Cappadociæ ac Armeniæ minoris partes ad Colchidem usque sub ejus imperio esse colliguntur. Sed id alterius considerationis est, quam ut ea latius prosequamur. *Glar.*

Per quadraginta sex annos] Oros. VI. 1. fin. 'Triginta gerendi belli inveniuntur anni. Qualiter autem XL. a plerisque dicti sint, non facile discernitur.' Florus III. 5. 3. annos 40. Appianus 42. Si rationem inieris, 29. annos invenies ab ortu ipso Mithridatici belli ad Pompeii triumphum. *Bong.*

§ 8 *Damnisque terribilior*] Ita 'Samnites cladibus ipsis animosiores:' Flor. I. 16. 15. Sed multo maxime prisca illa Roma, quæ, secundum Horat. IV. Od. 4. 'Duris ut ilex tonsa bipennibus, Nigræ feraci frondis in Algido, Per damna, per cædeis, ab ipso Ducit opes animumque ferro.' Et, ut ait Claudian. Laud. Stilicon. III. 144. 'Nunquam succubuit damnis, et territa nullo Vulnere, post Cannas major Trebiamque fremebat.' Add. Notas ad XXVII. 2. 4. *Bern.*

§ 9 *Denique ad postremum*] Libenter deleam isthuc, *Denique.* Faber. At vero Noster ad eund. modum XII. 16. 'Victus denique ad postremum est non virtute hostili, sed insidiis suorum.' Qui locus Fabro transmissus est sine censura. Et solent huj. generis jungi alia. Cic. pro Mil. 'Deinde postea se gladio perculsum esse.' Apul. III. Asini: 'Tandem denique reversus ad sensum præsentium.' F.

huc referend. et quod legitur ap. Nostr. XIII. 1. 'Contra Macedones versa vice,' in quo similiter illud *versa vice* Faber delet. *Schef.*

Victus] Præstaret abesse, sicuti in Junt. recte abest. *Græv.* Ab Junt. abest; recte, ex judicio Grævii et meo. *Faber.* Ab Junt. abest: nec male. *Vorst.* De morte Mithridatis inter se dissentiunt auctores. Dio Cass. XXXVIII. 12. illum a Pharnace filio interfectum fuisse scribit: *Τόν τε πατέρα ἐς τὸ βασίλειον καταφυγόντα ἀπέκτεινεν.* Et Dionem sequitur Zonar. X. 5. *Ἠγγέλη μέν τοι αὐτῷ* [Πομπηΐῳ] *τεθνεὼς καὶ ὁ Μιθριδάτης, Φαρνάκου τοῦ υἱοῦ διαχρησαμένου αὐτόν.* Oros. vero VI. 5. Mithridatem Gallum quendam militem invitasse, eique jugulum præbuisse, refert: idemque tradunt Livii Epit. CII. et Auctor de Viris illustr. cap. 76. atque Appian. de B. Mithr. p. 410. ubi de Mithridate ait: *Βίτοιτον οὖν τινα ἰδὼν, ἡγεμόνα Κελτῶν, Πολλὰ μὲν ἐκ τῆς σῆς, ἔφη, δεξιᾶς ἐς πολεμίους ὠνάμην· ὠνήσομαι* (leg. *ὀνήσομαι*) *δὲ μέγιστον, εἰ νῦν με κατεργάσαιο, ἐς πομπὴν ἀπαχθῆναι κινδυνεύοντα θριάμβου, τὸν μέχρι πολλοῦ τοσῆσδε ἀρχῆς αὐτοκράτορα καὶ βασιλέα....Ὁ μὲν δὴ Βίτοιτος ἐπικλασθεὶς ἐπεκούρησε χείζοντι βασιλεῖ.*

CAP. II. § 2 *Nam et quo*] Mss. *Nam et eo quo*, rectius haud dubie, quam quod editur: quia mox similiter, 'et eo quo regnare primum cœpit.' *Schef.* Sic et tres libri Angl. *Græv.* Vincent. VI. 100. 'Nam eo etiam quo g. e. anno, etiam et eo quo regnum pr. capit.'

Et quo genitus est, &c.] Totum h. locum reperias, paulo aliter scriptum, ap. Lupum, Abbatem Ferrariæ in Senonibus. Eum, si voles, si tempus erit, conferre poteris cum hodierna lectione; nam in quibusd. melior Lupi lectio erat quam quæ in impressis est. (Vixit ille Lupus abhinc ferme nongentis annis.) *Nam et eo quo genitus est anno, et eo quo regnare primum cœpit, stella cometes per utrumque tempus septuaginta diebus ita eluxit, ut cœlum omne flagrare videretur.... quartam cœli partem occupaverat, et fulguris sui radiis nitorem Solis vicerat, &c.* Istud *fulguris*, pro *fulgoris*, Lucretii est; sed, quod mox sequitur, *radiis*, verum est, et longe optimum. *Faber.*

Stella cometes] Quæ Ovidio in fine Met. 'Stella comans,' Plinio II. 23. 'Sidus crinitum.' Est enim cometæ vox adjectiva, qua, cum etiam absolute utuntur auctores, *ἀστέρα* s. stellam subintelligunt. *Berneccer.* Quam describit L. Seneca VII. N. Q. 15. Artemidorus II. 38. *Οἱ λεγόμενοι κομῆται ἀστέρες.*

Per utrumque tempus] Noctu sc. et interdiu. Quod autem cometes ille cœli s. superioris hemisphærii quartam partem, h. e. gradus 45. occupasse, et 4. horarum spatium ortu occasuque consumsisse dicitur, id de cauda ipsius in tantam porrecta longitudinem, et Solis radiis illustrata, non de capite ipsoque corpore est intelligend. Similis Cometa an. ant. Nat. Chr. 372. quem Aristot. Meteor. I. 6. 'magnum cometam' appellat, et splendorem (caudæ) ad tertiam usque cœli partem, i. e. ad gradus 60. extendisse perhibet: Diodorus XV. 50. lumen æmulum Lunæ prætulisse. Pontanus scribit Cometam anni 1456. amplius quam 2. cœli signa (gr. 60.) comæ suæ tractu occupasse. Vid. Keppleri Paralipom. ad Vitell. p. 266. *Bern.*

Septuaginta diebus] Plin. II. 25. Brevissimum, quo cometæ cernuntur, spatium 7. dierum annotatum est: longissimum, 80. *Id.*

Omne conflagrare] In Mss. legitur *flagrare*. Num Justinus scripsit *omne eo flagrare?* Sic Noster alibi, 'flagrare belli cupiditate,' nec temere aliter ceteri scriptores. *Schef.*

§ 4 *Fero equo*] *Equo* glossema mihi videtur, annotatum explicandi non protriti vocabuli caussa. Nam 'ferus' per se et substantive sumtum, equus est: ut ap. Virgil. Æn. II. 51. et Manil. Astron. v. 77. 348. et 643. ex emendatione Scaligeri: f. etiam IV. 795. Sic Accius in Medea: 'Perite in stabulis immittens frenos feris.' Nazarius Paneg. Constantin. 29. 'Quos insultans ferus proterit.' Arnob. adv. G. IV. p. 181. 'Saturnus induit formam feri.' Hinc vernaculum nostrum Pferd ortum putatur. Ita 'ferinus' Virgil. Æn. XI. 571. est, equinus: et poëtæ passim 'semiferos' vocant Centauros: non quidem a 'feritate' vocabuli ejus etymologia petita; sed a forma ipsa, qua 'feros,' h. e. equos dimidiata sui parte repræsentare finguntur. Add. quod putida phrasis hic fuerit *equo equitare*: nec sane Mithridati periculum erat ab equi feritate; sed ab imperita regendi pueritia. *Bern.*

§ 5 *Veneno, &c.*] Lactant. V. 9. 'Qui cœlum quoque ipsum veneficiis appetant.' Helmold. I. Chron. Slav. 48 'Ne obsidentes jaculis appetant.'

§ 6 *Quod, &c.*] Helinand. ap. Vincent. 'In quibusdam quoque experimentis legisse me memini quod Mithridates timens ne a fratre suo invenenaretur, rutæ folia XX. cum duabus nucibus et totidem caricis, admixto sale, quotidie jejunus edebat.'

Antidota, &c.] Plin. XXIII. 8. et XXV. pr. 2. et XXIX. 1. f. *Bong.*

Adversus insidias exquisitioribus remediis stagnavit] *Exquisitioribus* est in antiquioribus typis expr. Pro quo Bong. maluit *exquisitis tutioribus:* ut *exquisitis* sit participium. Sed est illud plerumque ex participio factum nomen: diciturque exempli gratia 'exquisita ars,' 'exquisita doctrina.' Deinde 'exquisitior adulatio' affertur ex Tac. XI. Et denique superlativi gradus vox 'exquisitissimus' est itid. satis nota. 'Stagnare' est hic pro, munire. Sup. XXXVI. 4. 7. 'aqua stagnari,' i. e. densari ac firmari dicitur. *Vorst.* Vorst. ex antiquioribus restituit *exquisitioribus remediis;* et *tutioribus*, quod addit Bong. ex glossa natum videtur. *Schef.*

Stagnavit] H. e. munivit, ut XXXVI. 3. 7. *Berneccer.* Legend. *stannavit* pro *stagnavit*, quod est in Mss. Solent enim literæ G et N confundi a scribis, ut ap. Liv. XXI. 27. in Ms. Vossiano *ignare* pro *innare*. Gronov. Jam sup. occurrit; hic pro, induravit, præparavit, muniit, corroboravit. Alibi 'stagnare sanguinem,' pro, supprimere; Gall. *arrêter le sang.* Faber. Stagnari potest dici aqua, sanguis, et liquor, cum quasi stagnum fit. Sed stagnari homo contra venenum pro, muniri, absurde sane diceretur: nec quisquam hanc translationem aut capere potest, aut probare. Assentior itaque viris doctis, qui legend. censent *stannavit*, h. e. pectus obmuniit, et quasi obduxit antidotis contra veneni vim. Est quidem translatio durior, sed tamen non inepta et aliena a re, quam exprimere voluit. *Græv.*

§ 7 *Quo per*] Mallem *quapropter*, quod est in quibusd. editis. *Schef.*

§ 8 *Fugare*] Freinsh. *fugere* legit, ut opponatur mox subjuncto 'persequi.' *Berneccer.* Sicut conjecerat legend. esse Freinsh. sic olim legitur in optima Juntina, *fugere*. Nihil verius. Quid enim discriminis inter 'fugare' et 'persequi?' *Græv.* Assentior Freinshemio, scribenti *fugere*, quia nulla alias est oppositio, quam conjunctio 'aut' hic postulare videtur. Nam, ut pro, et, accipiamus, quod aliquando fit, nulla ratio est, cum hoc fiat saltem in diversis, qualia non sunt 'fugare' et 'persequi.' Et probat quoque Junt. *Schef.*

§ 9 *Virtutis*] H. e. fortitudinis. Unde Xen. I. Cyripæd. venationem verissimam esse rerum bellicarum exercitationem ostendit. De Trajano Plin. Paneg. 81. 'Olim hæc experientia juventutis, hæc voluptas

erat, his artibus futuri duces imbuebantur: certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu,' &c. Addendi Plato non uno loco, præcipue VII. de Leg. Aristot. Polit. I. 5. Plutarchi Sertorius 19. Veget. I. 7. Chrysost. Orat. III. de Regno, sub finem. Pollux Præf. lib. V. *Bern.*

Virtutis patientiam] Mira locutio, etiamsi *virtutem* pro fortitudine accipias. An enim *pati virtutem* recte dicimur? Ergo vereor, ne ex glossa hoc *virtutis* irrepserit in textum. *Schef.*

CAP. III. § 2 *Itaque Scythas*] Strab. VII. Id. I. et II. refert Mithridatem hunc barbaros ad Mæotidem paludem, et inde Colchos usque devicisse. Vid. Memnonis Excerpta. *Bong.*

Sopyriona] De quo XII. 2. 16. *Bern.*

Philippum] Auctor ipse sibi contrarius esse videtur IX. 2. 14. *Idem.* Rectius hic de Dario Hystaspis dixisset: hunc enim a Scythis fugatum constat. At de Philippo ipse Auctor IX. 2. 14. aliud prodidit. *Vorst.* Mihi nil mutand. videtur. Liquet enim ex oratione Mithridatis, quam ipsius Trogi verbis Noster adfert in sequentibus, fuisse, qui et Darium fugatum a Scythis scriberent. Verba clara sunt XXXVIII. 7. 'Scythiam duos unquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Darium et Philippum, ægre inde fugam sibi expedisse.' *Schef.*

§ 4 *Regno*] Junt. *a r.* F. *e r.* Sed nihil muto. *Græv.*

§ 7 *Veneno, &c.*] Oros. VI. 5. 'Cum unaquæque civitas tantis concursibus periclitaretur.' Saxo V. p. 73. 37. 'Aut enim levanda esuries, aut fame periclitandum erat:' p. 88. 38. 'Huni passim inedia periclitari cœperunt:' VIII. p. 163. 51. 'Periclitatis inedia sociis.'

§ 8 *In auctores*] Quomodo *in auctores*, cum de unica præcesserit Laodice? puto igitur *in auctore* scribendum, nisi malis *in auctore ejus.* Et potest fieri, ut ex *auctore ejus* junctim scripto, ut sæpe solet in libris vett. formaretur illud *auctores.* Schef.

CAP. IV. § 1 *Hieme deinde*] Etiam hibernis diebus exercendos milites, ne intermissa consuetudo et animos eorum debilitet et corpora, monet Veget. II. 23. *Bern.*

Appetente] Pro *imminente* Angli *app.* Alterum horum est ex glossa. Et quia illud *app.* doctius, quam ut Glossatori conveniat, idcirco genuinum esse censeo Justini. Liv. V. 'Comitiorum consularium jam appetebat tempus.' *Schef.* Secutus sum Britannos, qui hanc lect. ex duobus codd. eruerunt. Vulg. *imm.* Græv.

Non in vacationibus] Bong. edidit *advocation.* Janus Guillielm. I. Verisimil. 18. a Palmerio se monitum scribit, et contendit Modius, omnino hic legend. *vocation.* h. e. invitationibus, conviviis, de quo significatu sup. ad XII. 6. 1. diximus. Verum Lips. Not. 90. ad Tac. H. I. pertendit rectum esse *vacation.* et interpretatur de vacationibus militarium operum, quas recte proprieque Noster exercitationibus hic opponit. 'Vacationes munerum' appellat Tac. I. 17. 7. et Quintil. pro Milite. 'Militare otium' est eid. Tac. H. I. 46. 5. de quo Liv. etiam VII. 7. 8. accipiendus. Itaque veterem impressorum lect. revocare non dubitavi. Sed omnino rectum est *advocation.* Vid. Gruteri notas in Panegyricos p. 577. fin. et seq. *Bern.*

Sed in ex.] Uncinis includit Ed. Bong.

Sed inter cœquales aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat] Sic de Pompeio, cui res gestæ Magni nomen peperere, Sallustius: 'Equitare, jaculari, cursu cum æqualibus certare.' Porro in præcedd. *non in advocationibus, sed in exercitationibus,* fuit cum legend. existimarem *non in vocationibus,* quæ est, ut sup. docui, vox conviviorum peculiaris, et convenit insane

bene cum eo quod sequitur, 'nec inter sodales.' Erat enim 'sodalitium,' quod Græci ἑταιρείαν dicunt, teste Gaio JCto L. ult. Dig. de Colleg. et Corp. Tertullianus II. ad Uxorem 6. 'Discumbet cum marito in sodalitiis, sæpe in popinis.' Cic. de Senect. 13, 'sodalitates' appellat: quem vide, cum ibi, tum pro Planc. 15. ubi legem quandam Liciniam de his latam refert. *Mod.*

Cœquales] Latinius Junt. et alii impr. *æquales.* Æquales enim melioris ætatis scriptoribus sunt, ejusd. ætatis homines, non *cœquales,* quod postea inolevit; ut et 'concivis' pro, civis; 'contribulis' pro, tribulis. Vid. si tanti est, quæ notavi ad Luciani Solœcist. *Græv.*

Coæquales] Hanc vocem non ausim reprehendere, cum jam antea usus illa fuerit Justinus, ubi de Hierone hæc dicit: 'Eidem, in ludo inter coæquales discenti, lupus tabulam.... eripuit.' Add. auctoritatem Columellæ, qui ex optimis scriptoribus est. Is de pullo anserino agens sic ait: 'Ubi se paululum confirmavit, in gregem coæqualium compellitur.' Quod in lib. de Vitiis Sermonis meminisse poterat doctiss. ille Gerard. Voss. *Faber. Æquales* Bechar. Maj. et ipsi Junt. edidere. Bong. tamen maluit *coæquales.* Sed alterum elegantius est. Contra IX. 6. 6. ubi Bong. *æquales* edidit, antiquiores edd. habent *coæquales.* Vorst. Sane non damno h. vocem. Verum tamen est eam jam esse inclinantis Latinitatis, Terentio, Tullio, et omnibus illius ætatis scriptoribus ignotam, ap. quos semper *æquales* legitur; quod, cum in optima reperiatur editione, non video cur rejici debeat. *Græv.*

§ 2 *Quotidiana exercitatione*] Veget. II. 1. 'Exercitus ex re ipsa atque opere exercitii nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci quod vocatur.' *Bern.*

§ 5 *Se quod ei*] Ms. *se quoque cum ei.* Glareani editio *se quæ ei.* Scrib. *se quod quæ ei.* Adstipulantur Juntæ. *Græv.* Assentior Grævio. *Faber.* Optime Juntina. Bongarsii et Bernecc. edd. *quæ;* at Becharii aliæque antiquiores edd. *quod* omittunt. Sed neutrum abesse potest, ut facile intelligitur. *Vorst. Quod quæ ei* in textum recepit Vorst. *Schef.*

§ 7 *Potuerat*] Scribo *poterat.* Fab.

§ 8 *Mutato nomine*] Hoc non Justini, sed glossatoris esse videtur. Est enim totum otiosum, et mox 'nomine' sequitur, ingrata prorsus repetitione. *Schef.*

Philiamenem] *Pylæmenem* legend. est. Πυλαιμένης Paphlagonum regum nomen est, et ap. Liv. I. ab init. et ap. Homer. (unde Livius habet) ad fin. Bœotiæ: Il. II. 851. Παφλαγόνων δ' ἡγείτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ Ἐξ Ἐνετῶν. Occiditur a Menelao Iliad. V. *Glarean. Pylæmenem* ex Homero legend. docuit Glareanus. Ejusd. meminit Eustath. in Dionys. et Strabo XII. et Probus in Datame, qui eum, memoria lapsus, a Patroclo interfectum ait: cum ex Homeri Il. V. 578. constet, Menelaum eum hasta confodisse. Ab hoc Paphlagonia aliquando Pylæmenia dicta: Plin. VI. 2. Nicomedem autem et Pylæmenem reges commemorat Oros. VI. 2. *Bong.* Non procul recedunt a vera lect. Juntæ: *Philæmenem.* Extrita enim unica litera scribend. *Pylæmenem,* ex Homero aliisque ostenderunt Glareanus in notis ad h. l. et Thom. Reines. in V. L. *Græv.* Non est dubium quin legend. sit *Pylæmenem.* Hoc enim Paphlagonum regum nomen fuisse ex Homero et aliis constare potest. Nec procul inde abit Junt. quippe quæ *Philæmenem* habet. *Vor.*

erat, his artibus futuri duces imbuebantur: certare cum fugacibus feris cursu, cum audacibus robore, cum callidis astu,' &c. Addendi Plato non uno loco, præcipue VII. de Leg. Aristot. Polit. I. 5. Plutarchi Sertorius 19. Veget. I. 7. Chrysost. Orat. III. de Regno, sub finem. Pollux Præf. lib. V. *Bern.*

Virtutis patientiam] Mira locutio, etiamsi *virtutem* pro fortitudine accipias. An enim *pati virtutem* recte dicimur? Ergo vereor, ne ex glossa hoc *virtutis* irrepserit in textum. *Schef.*

CAP. III. § 2 *Itaque Scythas*] Strab. VII. Id. I. et II. refert Mithridatem hunc barbaros ad Mæotidem paludem, et inde Colchos usque devicisse. Vid. Memnonis Excerpta. *Bong.*

Sopyriona] De quo XII. 2. 16. *Bern.*

Philippum] Auctor ipse sibi contrarius esse videtur IX. 2. 14. *Idem.* Rectius hic de Dario Hystaspis dixisset: hunc enim a Scythis fugatum constat. At de Philippo ipse Auctor IX. 2. 14. aliud prodidit. *Vorst.* Mihi nil mutand. videtur. Liquet enim ex oratione Mithridatis, quam ipsius Trogi verbis Noster adfert in sequentibus, fuisse, qui et Darium fugatum a Scythis scriberent. Verba clara sunt XXXVIII. 7. 'Scythiam duos unquam ante se reges non pacare, sed tantum intrare ausos, Darium et Philippum, ægre inde fugam sibi expedisse.' *Schef.*

§ 4 *Regno*] Junt. *a r.* F. *e r.* Sed nihil muto. *Græv.*

§ 7 *Veneno, &c.*] Oros. VI. 5. 'Cum unaquæque civitas tantis concursibus periclitaretur.' Saxo V. p. 73. 37. 'Aut enim levanda esuries, aut fame periclitandum erat:' p. 88. 38. 'Huni passim inedia periclitari cœperunt:' VIII. p. 163. 51. 'Periclitatis inedia sociis.'

§ 8 *In auctores*] Quomodo *in auctores*, cum de unica præcesserit Laodice? puto igitur *in auctore* scribendum, nisi malis *in auctore ejus.* Et potest fieri, ut ex *auctore ejus* junctim scripto, ut sæpe solet in libris vett. formaretur illud *auctores.* Schef.

CAP. IV. § 1 *Hieme deinde*] Etiam hibernis diebus exercendos milites, ne intermissa consuetudo et animos eorum debilitet et corpora, monet Veget. II. 23. *Bern.*

Appetente] Pro *imminente* Angli *app.* Alterum horum est ex glossa. Et quia illud *app.* doctius, quam ut Glossatori conveniat, idcirco genuinum esse censeo Justini. Liv. V. 'Comitiorum consularium jam appetebat tempus.' *Schef.* Secutus sum Britannos, qui hanc lect. ex duobus codd. eruerunt. Vulg. *imm.* Græv.

Non in vacationibus] Bong. edidit *advocation.* Janus Guillielm. I. Verisimil. 18. a Palmerio se monitum scribit, et contendit Modius, omnino hic legend. *vocation.* h. e. invitationibus, conviviis, de quo significatu sup. ad XII. 6. 1. diximus. Verum Lips. Not. 90. ad Tac. H. I. pertendit rectum esse *vacation.* et interpretatur de vacationibus militarium operum, quas recte proprieque Noster exercitationibus hic opponit. 'Vacationes munerum' appellat Tac. I. 17. 7. et Quintil. pro Milite. 'Militare otium' est eid. Tac. H. I. 46. 5. de quo Liv. etiam VII. 7. 8. accipiendus. Itaque veterem impressorum lect. revocare non dubitavi. Sed omnino rectum est *advocation.* Vid. Gruteri notas in Panegyricos p. 577. fin. et seq. *Bern.*

Sed in ex.] Uncinis includit Ed. Bong.

Sed inter coæquales aut equo, aut cursu, aut viribus contendebat] Sic de Pompeio, cui res gestæ Magni nomen peperere, Sallustius: 'Equitare, jaculari, cursu cum æqualibus certare.' Porro in præcedd. *non in advocationibus, sed in exercitationibus,* fuit cum legend. existimarem *non in vocationibus,* quæ est, ut sup. docui, vox conviviorum peculiaris, et convenit insane

bene cum eo quod sequitur, 'nec inter sodales.' Erat enim 'sodalitium,' quod Græci ἑταιρείαν dicunt, teste Gaio JCto L. ult. Dig. de Colleg. et Corp. Tertullianus II. ad Uxorem 6. 'Discumbet cum marito in sodalitiis, sæpe in popinis.' Cic. de Senect. 13, 'sodalitates' appellat: quem vide, cum ibi, tum pro Planc. 15. ubi legem quandam Liciniam de his latam refert. *Mod.*

Coæquales] Latinius Junt. et alii impr. *æquales.* Æquales enim melioris ætatis scriptoribus sunt, ejusd. ætatis homines, non *coæquales,* quod postea inolevit; ut et 'concivis' pro, civis; 'contribulis' pro, tribulis. Vid. si tanti est, quæ notavi ad Luciani Solœcist. *Græv.*

Coæquales] Hanc vocem non ausim reprehendere, cum jam antea usus illa fuerit Justinus, ubi de Hierone hæc dicit: 'Eidem, in ludo inter coæquales discenti, lupus tabulam.... eripuit.' Add. auctoritatem Columellæ, qui ex optimis scriptoribus est. Is de pullo anserino agens sic ait: 'Ubi se paululum confirmavit, in gregem coæqualium compellitur.' Quod in lib. de Vitiis Sermonis meminisse poterat doctiss. ille Gerard. Voss. *Faber. Æquales* Bechar. Maj. et ipsi Junt. edidere. Bong. tamen maluit *coæquales.* Sed alterum elegantius est. Contra IX. 6. 6. ubi Bong. *æquales* edidit, antiquiores edd. habent *coæquales.* Vorst. Sane non damno h. vocem. Verum tamen est eam jam esse inclinantis Latinitatis, Terentio, Tullio, et omnibus illius ætatis scriptoribus ignotam, ap. quos semper *æquales* legitur; quod, cum in optima reperiatur editione, non video cur rejici debeat. *Græv.*

§ 2 *Quotidiana exercitatione*] Veget. II. 1. 'Exercitus ex re ipsa atque opere exercitii nomen accepit, ut ei nunquam liceret oblivisci quod vocatur.' *Bern.*

§ 5 *Se quod ei*] Ms. *se quoque cum ei.* Glareani editio *se quæ ei.* Scrib. *se quod quæ ei.* Adstipulantur Juntæ. *Græv.* Assentior Grævio. *Faber.* Optime Juntina. Bongarsii et Bernecc. edd. *quæ;* at Becharii aliæque antiquiores edd. *quod* omittunt. Sed neutrum abesse potest, ut facile intelligitur. *Vorst. Quod quæ ei* in textum recepit Vorst. *Schef.*

§ 7 *Potuerat*] Scribo *poterat.* Fab.

§ 8 *Mutato nomine*] Hoc non Justini, sed glossatoris esse videtur. Est enim totum otiosum, et mox 'nomine' sequitur, ingrata prorsus repetitione. *Schef.*

Philiamenem] *Pylæmenem* legend. est. Πυλαιμένης Paphlagonum regum nomen est, et ap. Liv. I. ab init. et ap. Homer. (unde Livius habet) ad fin. Bœotiæ: Il. II. 851. Παφλαγόνων δ' ἦγεῖτο Πυλαιμένεος λάσιον κῆρ 'Ἐξ 'Ενετῶν. Occiditur a Menelao Iliad. V. *Glarean. Pylæmenem* ex Homero legend. docuit Glareanus. Ejusd. meminit Eustath. in Dionys. et Strabo XII. et Probus in Datame, qui eum, memoria lapsus, a Patroclo interfectum ait: cum ex Homeri Il. V. 578. constet, Menelaum eum hasta confodisse. Ab hoc Paphlagonia aliquando Pylæmenia dicta: Plin. VI. 2. Nicomedem autem et Pylæmenem reges commemorat Oros. VI. 2. *Bong.* Non procul recedunt a vera lect. Juntæ: *Philæmenem.* Extrita enim unica litera scribend. *Pylæmenem,* ex Homero aliisque ostenderunt Glareanus in notis ad h. l. et Thom. Reines. in V. L. *Græv.* Non est dubium quin legend. sit *Pylæmenem.* Hoc enim Paphlagonum regum nomen fuisse ex Homero et aliis constare potest. Nec procul inde abit Junt. quippe quæ *Philæmenem* habet. *Vor.*

LIBER XXXVIII.

Cap. I. § 1 *Mithridates*] *Φοινικώτατος ἐκ παιδὸς ὁ Μιθριδάτης ἦν.* Vid. *Ἐκλογὰς* Memnonis. In iis filius sororis Mithridatis Arathes dicitur, ut et in Prol. huj. lib. *Bong.*

Nece] Scribend. *a n.* Faber. Edidere Bong. Bernecc. et alii *nece*. Sed perperam. Antiquiores edd. recte *a n.* Plin. VII. proœm. 'A suppliciis vitam auspicatur.' Et Noster v. 8. 12. 'Cædes ab Alcibiade auspicantur.' *Vor.*

Laudices filios, &c.] Vid. XXXVII. 1. 4. Aut enim contradicit sibi Auctor, aut historiam mire confundit. *Freinsh.*

Per Gordium insidiis occiderat] 'Per Gordium' inquit, quasi omnibus notum, cum nullum omnino verbum de eo ante dictum sit. Mox 'Mithridatem Cappadociæ cupiditate flagrare,' cum priore lib. dicat eam occupasse. Capit f. excusationem per hysteron proteron. Sed videtur Auctoris incuria accidisse: tres nomine Ariarathes viros, tres mulieres sub Laodices nomine in unam Mithridatis ætatem incidentes, nunquam ne uno quidem verbulo distinguere dignatus est. Item, inter legatorum Romanorum a Mithridate devictorum nomina, Malthini nomen haud scio an uspiam legerim. Verum hæc, ac ea omnia, quæ in prolixa illa Mithridatis oratione, qua probe Romanos pinxit, continentur, facile ex historia corrigi possunt. *Glar.*

Nihil, &c.] Ita XII. 3. 3. 'Ibi n. a. tot egregiis præliis ait.' Saxo XIV. p. 306. 25. 'N. a se a. existimantes, si,' &c. Saresb. VI. Policr. 20. p. 405. 'Qui sibi nil a. credunt, dum aliquis,' &c.

§ 3 *Ad expellendum Cappadocia Nicomedem*] Alii *N. C.* Liquet *τὸ Capp.* glossatoris esse, non Justini; et ideo id in plerisque suis Bongarsius non reperit. *Schef.*

§ 7 *Quod ubi Ariarathes junior moliri cognovit*] 'Moliri' passive: nisi vocula f. exciderit, aut subintelligenda sit, eum moliri. Composito sic utitur et Liv. XXXIX. 41. 3. 'Quæ in loca publica inædificata immolitave privati habebant.' *Bernec.* F. scrib. *Quem ubi.* Cic. XII. Fam. 12. 'Dein, cum suspicarere nos moliri, quod te sollicitum esse et de salute nostra, et de rerum eventu putabam.' *Gronov.* Mss. Bong. illud *quod* non agnoscunt. Et puto rectius abesse. 'Moliri' plane active accipiend. F. scripserat Just. *Quem id ubi;* deinde duæ voculæ *Quem id* conjunctim scriptæ *Queid* cum lineola sup. literam *e;* post factum *Quod.* Schef.

§ 8 *Incertum belli*] Malim *incerta belli:* sicut Liv. XXX. 30. 12. 'Incerta casuum:' et Tac. H. I. 26. 'Incerta noctis.' Nam ita quoque vetus dictum habet, relatum a Philone de Fortitud. m. *Τὰ κατὰ πολέμους ἄδηλα*, h. e. interprete Cic. ad Att. VII. 7. fin. 'Nemini est exploratum, cum ad arma ventum est, quid futurum sit.' Quomodo Annibal ap. Liv. XXX. 30. 22. 'Nusquam minus, quam in bello, eventus respondet.' Egregie Sen. Theb. 625. 'Nunc belli mala Propone, dubias Martis incerti vices. Licet omne tecum Græciæ robur trahas; Licet arma longe miles ac late explicet; Fortuna belli semper ancipiti in loco est.' *Bernec.* Bernecc. mallet *incerta belli.* Sed nihil mutand. *Incertum* dicit Auctor quod vulgo perperam, incertitudinem. Vid. libri nostri de Latinit. mer. susp. c. 7. *Vor.*

§ 9 *Inter fascias*] Feminales fascias accipe, de quibus Casaub. ad Suet. Aug. 82. 1. ubi tamen has de braccis

etiam accipi posse conjicit, non dissentiente Salm. ad Hist. August. 223. E. 1. *Bernec.* Intelligit subligar, quod ex fasciis constabat. *Faber.*

Scrutatori] Scrutatores in officiis principum fuere. Vid. Suet. Claud. 35. et Vesp. 12. *Vorst.*

Regio more] Qui patet ex Plut. Timol. 21. et Dione 23. Regiam deinde hanc salutantes scrutandi consuetudinem Romæ primus usurpavit Augustus, Senatum legens, Suet. 35. Postea Claudius, Id. 35. Sed eam omisit Vespasianus, Id. 12. Post alii repetivere, ut Severus ap. Spartian. 6. *Bern.*

Curiosius, &c.] Saxo IV. p. 64. 16. 'Corpore deinde ejus cur. contrectato.'

Aliud telum] Sc. quod salva lege Cornelia gestare licet: nec tamen honeste nominari potest. Simili metaphora Catull. C. 68. 'siculam' dicit: Propert. I. 3. et III. 19. 'arma.' Cæcil. Hymnide: 'Nihil agit in amore inermus.' Nec aliter Græcis, *ὅπλον, κέντρον, στόρθυγξ.* Hinc jocus ap. Quintil. VI. 3. 81. *Bern.*

§ 10 *Evocatum ab amicis*] Leg. *sevocatum.* Cic. II. Phil. 14. 'Cum interficeretur Cæsar, tum te a Trebonio vidimus sevocari.' *Gronov.* Olim vidi legend. esse *sevocatum.* Non enim evocabatur ab amicis, sed ab illis sevocabatur. Sevocare est, seorsum vocare; quod ii faciunt, qui soli cum aliquo sunt collocuturi; ut seducere est, seorsim ducere, secubare, seorsim, solum cubare. Plaut. Menæc. v. 9. 'Sevocabo herum, Menæchme.' Men. So. Ambo. Quid vis? Men. Non ambos volo.' Ov. 'Sevocat hunc genitor, nec causam fassus amoris.' Suet. Cal. 36. 'Egressus triclinio, cum maxime placitam sevocasset.' Cic. pro Muræn. 'Facit ut rursus plebs in Aventinum sevocanda videatur.' Id. I. Fam. 9. 'Quoniam quidam nobiles homines inimicum meum me inspectante sæpe in senatu modo severe seducerent, modo familiariter amplexarentur.' Hanc emendationem cum communicassem cum celeberrimo et unico doctore nostro Gronovio, ostendit sibi id. dudum venisse in mentem. Postea, cum adhiberem Juntinam, cognovi sic dudum in illa fuisse lectum, uti et in aliis impr. quod ex V. L. Bongarsii liquet. Sane in Glareani editione legitur *sevocatum.* Nec puto in posterum quenquam futurum, qui vulgati *evocatum* sit patrocinium susceptur. Nihil enim eo h. l. est absurdius. *Græv.* Bong. edidit *evocatum.* *Sevocatum* vero antiquiores typis expr. 'Sevocare' formatum, ut 'seponere,' 'seducere,' 'secubare;' et ab aliis item usurpatum. *Vorst.*

Cap. II. § 1 *Sed Cappadoces*] Strab. XII. p. 273. 35. Romani, inquit, *θαυμάσαντες εἴ τινες οὕτως εἶεν ἀπειρηκότες πρὸς τὴν ἐλευθερίαν, ἐπέτρεψαν αὐτοῖς ἐξ ἑαυτῶν ἐλέσθαι κατὰ χειροτονίαν ὃν ἂν βούλοιντο*, &c. *Bongars.*

Præfectorum] Hoc suspectum est. Qui enim sunt præfecti illi, quos hic nominat, et cujus? Ariarathis? Quid ergo faciebat Gordius? Num Mithridatis? At in filium octo annorum libido non cadit. In impr. quodam est *præfatorum.* Sed hoc glossatoris videtur, qui volebat præfectos illos de Gordio et filio Mithridatis accipi. Ego censeo, unum Gordium hic innui; de lectione loci nondum possum quid statuere. *Schef.*

Revocant] Mallem *evocant.* Nam 'revocare' proprie illius, qui ante dimisit. At hoc non fecere Cappadoces, verum pater Ariarathis huj. Verbo 'evocare' alibi etiam hoc sensu utitur. Estque eo verosimilius sic hic legend. quia adhæsisse a fine vocis præc. videtur huic vocabulo. *Idem.*

§ 3 *Ne Mithridates accessione Cappadociæ etiam, &c.*] F. leg. *ne M. velut accessionem Cappadociæ, etiam.* Sensus est: Ne Mithridates Bithyniam faceret tanquam additamentum Cappa-

dociæ. Val. M. IX. 1. ‘ Ptolemæus accessione vitiorum suorum vixit :’ et Flor. II. 11. 9. ‘ Quidquid insularum in eo mari inter Ceraunios montes jugumque Maleum, Ætolici belli accessio fuerunt.’ *Gron.*

§ 5 *Qui senatui assereret*] Legend. *asseveret*. Cic. Bruto 57. ‘ Quemadmodum adversarius de quaque re asseveret.’ *Gronov.* ‘ Asserere’ pro, affirmare, notum usurpari a Veteribus; at *asserere quid alicui* an reperiatur dubito. In Mss. Bong. est *asseveret*. Unde putem Nostrum *asseveraret* scripsisse. *Schef.* Veriss. est scriptura librorum Bong. qui *asseveret* legunt pro *assereret*. Nam ‘ asserere’ pro, affirmare, nusquam ap. meliores scriptores veteriores reperitur. ‘ Asserere in libertatem’ frequens est. Sed ‘ asserit hoc hic aut ille’ deterioris temporis. *Græv.*

§ 8 *Negant vivere gentem sine rege posse*] ‘ Gentem,’ subaudi, suam, sc. Cappadocum: quomodo Auctor ea voce speciatim etiam utitur XXXVI. 2. 14. Hoc non monerem, nisi magni nominis Politicus Auctoris ista de omni gente pronuntiari censeret. Quod non est ita. Nam, etsi de sententia Mithridatis ap. Sall. H. IV. ‘ Pauci libertatem, pars magna justos dominos volunt :’ hoc tamen iis solum accidit, qui ‘ libertatis dulcedinem nondum sunt experti,’ Liv. I. 17. 3. Sicuti ap. Tac. XIII. 34. ‘ Armenii, libertate ignota, magis ad servitium inclinant.’ Add. de Ægyptiis Herod. II. 147. Ceteroqui sane ‘ nihil omnino bonorum multitudini gratius, quam libertas,’ Liv. XXXIII. 18. 6. *Bern.*

Ariobarzanes] Hunc postea regno expulsum refert Cic. pro L. Manil. 5. et Auctor ipse cap. seq. 3. *Idem.*

CAP. III. § 1 *Tigranes*] Leg. Strab. XI. ext. ex quo et ex uno Ms. scripsi *obses Parthis*, cum in ceteris sit *obses a P.* inepte. Appian. Mithr. p. 176. d. Ariobarzanem a Mithraa et Bagoa Cappadocia pulsum scribit, et in ejus locum Ariarathen constitutum: Nicomedem vero Bithynia a Socrate fratre ejectum. *Bong.*

Ante multum temporis] Ita Bong. et post eum alii edidere, Sed antiquiores typis expr. habent *ante non m. tempus:* quod ego quidem rectum putem. *Multum tempus* pro, multum temporis, dicitur, ut ‘ multum oleum,’ ‘ exiguum vinum’ a Scribonio Largo. Vid. Indicem in hunc Rhodii. *Vorst.* Pro *temporis* in editis quibusd. *tempus* legitur, quod non repudiem. At, quod iid. adjiciunt *non*, sensumque faciunt contrarium, vix puto admittendum, cum repugnent Mss. E quibus mox pro *sed olim* sunt qui *nec olim* malunt. Mihi omnia examinanti locus totus ita videtur scribendus: *obses Parthis ante multum tempus datus, sed nec olim ab iisd. in r. p. r.* Schef.

Sed olim] Pro hoc malim *nec ol.* ut Bechar. edidit: ut hoc sit pro, non ita pridem. *Vorst.* Junt. quoque *ante non multum tempus, nec olim.* Græv.

Quod olim] *Olim* abest a Becharii aliisque antiquioribus edd. et recte meo judicio. Non Mithridates olim, sed jam tum meditabatur: nec potest quisquam aliquid olim meditari: repugnant enim hæc inter se, ut quæ tempora diversa, præteritum et futurum, aut præsens et futurum, comprehendunt. Meditari aliquis potest quod olim demum sit gerendum, sed non potest olim meditari. *Vorst.*

§ 2 *Et ne quis dolus, &c.*] Quia nullus est contractuum, qui videatur fieri meliore fide: quippe ‘ generi soceris sunt loco filiorum: et hi vicissim in loco parentum suis generis,’ ut ait Philo Jud. II. de Monarchia. ‘ Hoc sacrum est, quod nulla permittitur commotione violari: nam quibus obsidibus habeatur fides, si non credatur affectibus?’ Cassiod. Var. III. Ep. 4. pr. *Bern.*

Filiam suam Cleopatram] Inde Appian. Mithr. p. 180. c. Τοτγβάνης [legend. Τιγράνης] ὁ Ἀρμένιος αὐτῷ

κηδεστὴς ἐστι. ‘ Socer’ vertit Interpres: cum h. l. κηδεστὴς sit ‘ gener.’ De Nicomede filio pulso vid. Strab. XII. *Bong.*

§ 4 *Aquilius et Manlius Maltinus*] Legend. arbitror *Manius Aquilius et M. Attilius.* Vett. quidam *Aquilius et Marcus Altinius.* Appian. Mithr. p. 276. c. missos legatos ait, ὧν Μάνιος Ἀκύλιος ἡγεῖτο: quem superatum a Mithridate, docet Epit. Liv. LXXVII. *Idem.* Vir summus Thomas Reines. in Epist. XXIII. ad Rupert. legit *Aquilius et M. Acilius* ex Vincentii Bellovacensis VI. Spec. Hist. 101. quem vid. Junt. *Aquilius Manlius, et Manius Attilius.* Græv. Inf. XXXVIII. 4. 4. ‘ Aquilium et Maltinum.’ Nec dubium illud *Manlius* nihili, et pro *Manius* esse, s. jam Aquilii, s. Maltini prænomen hoc sit. Bechar. et Maj. *Aquilius Mallius et Maltinus.* Bong. legend. arbitratur *Manius Aquilius et M. Attilius.* Certe Appianus principem eorum, qui missi tum ad Mithridatem fuerunt, Manium Aquilium vocat. *Vorst.*

§ 6 *Intelligens*] Junt. *intellecto.* Optime. Nihil frequentius Nostro est hac ratione loquendi. *Græv.* Junt. *intellecto*, quod elegantius, et magis e consuetudine Justini. *Faber.*

Ad Cimbros] Freinsh. legend. putat *Cimmerios*, ex XXXVIII. 7. 10. Nam quomodo huc Cimbri? licet ab illis ortum traxisse quidam fabulentur. Pro *Cimbros* legit *Iberos* Jo. Isacius Pontanus. Vid. de situ harum regionum Marcellin. XXII. 11. et seqq. *Bern.*

§ 7 *Romanum, &c.*] Saxo XIV. p. 264. 14. ‘ Sueno Suetica med. bella.’

§ 8 *Non magno, &c.*] Qua ratione Mithridates Aquilium et C. Cassium Romanos duces vicerit, leg. Appian. Mithr. p. 181. et seqq. *Bong.*

§ 9 *Vacationem quinquennii*] Ita Cappadocibus in formam provinciæ redactis a Romanis, ‘ quædam ex regiis tributis deminuta, quo mitius Romanum imperium speraretur :’ Tac. II. 56. De Macedonibus similia Liv. XLV. 18. Add. Sc. Amirat. XX. 7. *Berneccer.* Antiquiores typis expr. *quinquennio;* ut, quantum in tempus concessa vacatio fuerit, casu sexto notetur: id quod sane nec insolens est. Sup. I. 9. ‘ Militiæ vacationem in triennium permittunt.’ *Vorst.*

§ 11 *Quod conciones directas*] De iis qui ὑπερμήκεις δημηγορίας historiæ inserunt, et ita historiam concionum προσθήκην faciunt, vid. init. XX. Diodori. *Bongars.* Quod Liv. Sall. et alii oratione directa usi sunt, id minime reprehendendum. Et concinnius fecisset Noster, si et ipse orationem directam usurpasset, cum tam longam formare vellet. Placet hac super re judicium Freinshemii, quod is ad Curt. III. 2. 11. exposuit his verbis: ‘ Ut largiar in brevioribus concionibus decentius hoc fieri [ut oratio obliqua sit]: hoc certe concedere non possim, in prolixioribus idem obtinere, cum toties inculcanda sint ista ‘ se,’ ‘ sibi,’ et ‘ inquam,’ ‘ inquit,’ quæ verba vitanda Cicero sibi censuit, ne sæpius interponerentur. Adde quod vix caveri possit, quin alia quoque hac ratione indecora committantur, verbi gratia in oratione Trogi XXXVIII. 7. 8. ‘ Tantumque se avida expectat Asia, ut etiam vocibus vocet: adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas proconsulum,’ &c. hæc enim directæ orationi congruerent, obliquæ minus conveniunt.’ Observo ipsum quoque Nostrum oratione directa alicubi usum; et quidem XIV. 4. ubi Eumenem, et XVII. 7. ubi Maleum loquentem inducit. *Vorst.*

CAP. IV. § 1 *Optandum sibi, &c.*] Simillime Pericles ap. Thucyd. II. 11. 7. ‘ Qui arbitrium belli pacisque habent, dementes fuerint, si bellum malint. At, quibus ea necessitas injungitur, ut aut cedendo finitimorum ferre dominatum, aut pro victoria belli discrimen adire cogantur; hic,

qui periculis se subducit, multo majorem, quam qui ea sustinet, reprehensionem meretur.' Ita Sulpitius ap. Liv. XXXI. 7. 2. et rursus ipse Mithridates init. Epist. ad Arsacen, ap. Sall. H. IV. *Bern.*

§ 2 *Nec eos quidem dubitare*] Scribend. *ne eos;* et mox *agatur* pro *agitur.* Gronov.

§ 3 *Agitur*] Ut multa alia in oratione hac indirecta sunt, quæ magis orationi directæ conveniunt, ita et τὸ 'agitur' non tam ad indirectam, quam ad directam orationem pertinere videtur. *Vorst.*

Prælio congressis] Ms. Leydensis *prælii congressu.* Ita et alii. Nec male. *Boxhorn.*

§ 7 *Solum finium*] Hoc *finium* non videtur Justini esse, aut sub eo corrupto aliud latere vocabulum, quod difficile divinare. *Schef.*

Eosdem Gallos occupasse] Præfero quod habent Mss. Bong. *iidem Galli occupassent.* Idem.

§ 9 *In partem virium suarum ipse numeret*] Mallem legere *in parte v. s. ipsum numerare;* i. e. inter suæ potentiæ assertores et propugnatores se habere. Et mox, pro *occupaverunt, occupaverint.* Gronov. Constructionem hic non video. Debebat, nisi fallor, scripsisse *in partem v. s. se numerare.* An verba, *semper Romanos terruit,* delenda? Fieret profecto melior oratio: *G. autem nomen* (supple, esse), *quod in partem v. s. ipse numeret.* Schef. Non facile hæc refingam omnibus libris invitis, sed potius referam inter illa vitia, quibus hanc orationem obliquam laborare Freinshemius doctissimus superius observavit. *Græv.*

Hos qui Asiam incolunt] Causæ suæ potius, quam vero servit h. l. Mithridates. Verius de iisd. Flor. II. 11. 'Gens Gallogræcorum, sicut ipsum nomen indicio est, mixta, et adulteratæ reliquiæ Gallorum, qui Brenno duce, &c. Itaque ut frugum semina mutato solo degenerant: sic illa genuina feritas eorum Asiatica amœnitate mollita est.' Add. Liv. XXXVIII. 17. *Bern.*

§ 10 *Sagaciora*] In Mss. legitur *acriora,* quod miror omisisse sumere in textum. Est enim alterum glossatoris, et quidem prorsus inepti. Ecquid enim hic sagacitas faciat, cum de virtute fortitudineque manifeste præcedat, operositasque itineris duros potius, quam sagaces faciat? *Schef.* Nec hic viro doctissimo possum subscribere. Sagacitas an non requiritur in bello? Cur barbari viribus et impetu potentiores victi sunt a Romanis, quam quia hi prudenter secundum artem militarem bella gerebant? Acres erant omnes Galli: h. e. intrepidi, bellicosi, sed non sagaces: sed non ratione bellum gerebant, quæ non potest esse sine sagacitate. Pulchre Sen. I. de Ira 11. 'Germanis quid est animosius? quid ad incursum acrius? quid armorum cupidius? quibus innascuntur innutriunturque,' et quæ sequuntur. Dein: 'Agedum, illis corporibus, illis animis, delicias, luxum, opes ignorantibus da rationem, da disciplinam, ut nihil amplius dicam, necesse erit nobis certe Romanos mores repetere.' Hos itaque Gallos, qui virtutem pristinam retineant, difficultates, labores, (nam παθήματα μαθήματα) et loca ipsa cultiora, in quibus consederant, sagaciores reddiderant, ut illorum vis magis esset timenda, quam ceterorum. Acuerant ratione virtutem, ut Florus loquitur. Plurima possent in hanc rem afferri, nisi res esset in aperto. *Græv.*

§ 11 *Jure imperii*] Mss. *vice imp.* quæ lect. omnino præferenda est. Intelligit enim alteram imperii, et senatus, et consulum partem, ut ipsis essent vices imperii et partes: cum peterent populi Latii jus civitatis, et alterum consulem, et dimidiam senatus partem. Flor. I. 14. 'Quum jus civitatis, partem imperii ac magistratum poscerent.' *Gron.*

§ 12 *Sub jugum missos*] Sc. a Samnitibus ad Caudinas furcas. Liv. IX. 6. *Bern.*

§ 13 *Immoremur*] Mallem *immoretur.* Sed sunt alia quoque huj. generis orationi directæ propria in hac oratione, de quibus pridem viri docti monuere. Ut f. Justini potius, quam librarii hæc sit culpa. *Schef.* Cujus emendationem confirmat Junt. in qua legitur *immoretur.* Græv. Saxo XIV. p. 348. 11. 'Ne peregrinis diutius immorer, stylum ad propria referam.'

Bello Marsico] Dictum a Marsis belli auctoribus, Strab. V. Dictum etiam Italicum et Sociale: de eo leg. Appian. et Flor. et alios: ap. quos et ap. Plut. vid. historiam belli civilis Mariani et Cimbrici, quorum mox meminit. Oros. V. 19. eod. anno bellum Civile commotum et Mithridaticum cœptum scribit. *Bong.*

§ 14 *Vicino Italiæ*] Junt. *vicinæ:* et mox iid. *peric. accessisse Ital.* Quod præferend. vulgato *esse.* Græv.

Esse] Antiquiores typis expr. habent *accessisse:* nec male meo judicio. *Vor.*

CAP. V. § 1 *Utendum occasione*] 'Valet in omnibus rebus humanis et pollet occasio, sed maxime in bellicis,' Polyb. IX. 14. et X. 39. *Bern.*

Rapienda incrementa] Verbi emphasin exprimit illud Senecæ ad Marciam 10. 'Quicquid a fortuna datum est, tanquam extemplo abiturum possideat animus. Rapite ex liberis voluptates: fruendos vos invicem liberis date, et sine dilatione omne gaudium haurite: nihil de hodierna die promittitur, imo nihil de hac hora. Festinandum est: instat a tergo mors,' &c. Et alibi: in re subita 'rapienda, non capienda consilia.' Ennius ap. Cic. de Orat. III. 40. 'Vive, Ulysses, dum licet: Oculis postremum lumen radiatum rape.' *Berneccer.* Liv. XXVII. 17. 'Eam velut primam occasionem raptam.' Lucan. X. 508. 'Cæsar semper feliciter usus Præcipiti cursu bellorum, et tempore rapto:' et Stat. V. Th. III. 'Rapuit gavisa Polyxo Fortunam:' et Paulus JCtus L. 168. D. de Reg. Juris. 'Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum.' *Gron.*

Rapienda incrementa virium] Quis Latine dixerit *rapere incrementa virium?* Nemo, quod sciam. Ms. Leydensis *r. marnica v.* Ex quo quid elicere possint, videant eruditi. *Boxh.*

§ 3 *Dati auxilii*] Legend. puto *lati.* Nam *dare auxilium* non memini legi ap. Latinos scriptores. *Græv.*

§ 4 *Adoptione testamenti*] Mira locutio. Quid enim *adoptio testamenti?* F. quæ fit per testamentum. At hoc nemo ista formula exponit. Dein unde constat, factum id per testamentum? Nisi omnia me fallunt, scripsit Just. *sed adoptione, testamento, et.* Schef.

§ 5 *Parendo non tamen*] Id. questi de Romanis Britanni, 'Nihil,' inquiunt, 'profici patientia, nisi ut graviora tamquam ex facili tolerantibus imperentur.' Pub. Syrus: 'Patiendo multa veniunt, quæ nequeas pati.' Add. Thucyd. I. 24. 13. Liv. XXXV. 17. 6. et XLII. 1. 8. *Bern.*

Cum inter hanc decretorum amaritudinem parendo non tamen eos mitigaret, quin acerbius se in dies gerant, non obtinuisse] Ms. et Junt. *cum hac decr. amaritudine parendo.* Junt. quoque *mitigarit.* Totus locus sic est scribendus: *cum interea, huic decr. amaritudini parendo, non tamen eos mitigarit.* 'Decr. amaritudo' sunt amara decreta: de quo loquendi genere plura supra notavi. *Græv.* Rectius videtur *mitigarit.* Vorst. Vorst. cum Græv. mallet *mitigarit.* Nec repugno. Illud quæro potius, quomodo cohæreant *parendo non mitigarit, non obtinuisse.* Manifeste hæc mendosa sunt, quæ videntur posse sanari, si verba illa, *non tamen eos mitigaret,* penitus de-

leantur. Et existimo ab eo esse, qui sequentia explicare volebat. *Schef.* Facile videas l. hunc vitiose scriptum esse. Sic emendari potest, et ex mente ac stylo Justini: *cum inter hanc decr. amaritudinem parendo, non tantum eos non mitigasset, quin, ne acerbius se in dies gerant, non obtinuisset.* Aliter conjecit amicus noster, alii aliter conjicient, queis plus otii, plus ingenii, plus felicitatis in hoc genere fuerit. *Faber.* Non contemno hanc emendationem. Videtur tamen propius a lect. veteri abire, si legamus, *non tamen eos mitigarit. Quin acerbius se gerant non obtinuisse.* Nisi malis sequi quod in notis jam ante monui. *Schef.*

Non obtinuisse] Hæc f. delenda sunt, utpote transposita ex seqq. §. 9. *Gron.*

§ 7 *Raptam tamen sibi esse victoriam ejus ab illis*] Junt. non invenuste *Raptum t. s. e. victoriæ jus.* Græv. Quod non contemnend. Præcedit enim 'Quam jure gentium victor occupaverat.' *Vor.*

Quorum nihil] Similia Minio legatis Romanis objicit ap. Liv. XXXV. 16. *Bern.*

§ 8 *Regem, &c.*] Memnon 32. Μιθριδάτης τὸν Χρηστὸν ἐπικληθέντα Νικομήδην ἀντεκαθίστη.

§ 9 *Populo Cappadocum pro libertate oblata Gordium regem orante, &c. ideo non obtinuisse*] Non ferunt aures Latinæ *populo orante non obtinuisse.* Junt. *populos:* alii *orantem.* Leg. *populos Cappadocum pro l. o. G. r. orantes, &c. non obtinuisse:* cap. 7. iid. Junt. 'Seu populis eorum conferat suos.' Sic 'Latini populi,' 'Æqui Volscique populi,' 'Samnitium populi' ap. Liv. De quo vid. multa exempla ap. Gronov. ad Liv. v. 34. *Græv.* Recte Græv. *populos.* Faber. In Junt. est *populos.* Ideo cl. Græv. mox scribit *orantes.* Ego, quoniam in libris aliis est *orantem,* malim alterum mutare, ac scribere *populum.* Vitium ex eo natum, quoniam librarius antiqua ratione *populo* cum lineola supra *o* finali scripserat pro *populum.* Inde alii *populo* simpliciter, neglecta lineola, alii *populos* fecere, ut facile colligitur. *Schef.*

§ 10 *Ultum ierit se*] Ita ex Vett. emendavi: quomodo et ap. Tac. legend. docuit me P. Pithœus, VI. 36. 1. 'Mox Artabanus tota mole regni ultimi id peritia locorum.' Leg. *ultum iit,* ut doctissimus et diligentiss. Lips. annotavit. *Bongars.* Amat ita loqui Tacitus: ut XIII. 44. 7. 'Injurias ultum isse.' F. imitatione Sallustii Ju. 6. 8. 1. 'Ultum ire injurias festinat.' Ita Curt. X. 8. 'Temeritatem armis ultum ivit.' *Berneccer. Ultum ierit* recte rescripsit Bong. e Mss. Et loquuntur ita et alii. *In eo* ab antiquioribus typis expr. et inter hos Juntino abest; adjectumque non æque bene est a Bongarsio. *Vor.*

Ventum obviam in eo, et nunc] Juntæ non agnoscunt *in eo:* rectius abesset. *Græv.* Error manifestus; pro *in eo* legend. *tunc,* cum mox addat 'et nunc.' *Faber.* Recte censent posse τὸ *in eo* abesse. Quod si tamen probis in codd. reperit Bongarsius, putem Just. sic scripsisse, *ab ipsis ventum obviam. Eo et nunc,* ut illud *eo* referatur ad 'quod' subsequens, et potest *in* ante *eo* factum esse ab *m,* quod præcedit proxime in fine vocis 'obviam.' *Schef.*

Saltatr.] Quæ Νύση fuit appellata. Vid. Memnonem, 33.

CAP. VI. § 1 *Non delicta regum*] Sall. in Epist. Mithr. ad Arsacem: 'Namque Romanis cum nationibus, populis, regibus cunctis, una et vetus causa bellandi est, cupido profunda imperii et divitiarum,' &c. Id. et Jugurtha ap. eund. Sall. 81. 2. *Bongars.* Id. Britanni ap. Tac. Ag. 30. Nec diversus abit Appianus in fine lib. de B. Mithr. *Bern.*

Neque in se uno, sed] Cic. III. Fam. 8. 'Quod in te bene merito grati essent.'

Liv. XXX. 26. 'Se nihil nec institutis populi Romani nec moribus suis indignum in iis facturum.' Plin. XXXV. 10. 'Apelles et in æmulis benignus.' Virgil. II. Æn. 541. 'At non ille, satum quo te mentiris, Achilles Talis in hoste fuit.' Vid. Not. ad Sen. N. Q. IV. Præf. *Gron.*

In se uno] Non rejicio penitus. Suspicor tamen evenisse hic, quod in superioribus, ut pro *unum* librarius scriberet *uno* cum lineola in littera finali *o,* antiqua ratione. Noster certe alibi semper quartum casum apponit verbo 'grassari' et præpositioni 'in,' non ultimum. *Schef.*

§ 5 *Imputari*] Non mala tantum, sed et bona imputari dicunt: estque 'imputari' hic id. quod, acceptum referri. Tac. I. H. 38. 'Hoc erit solum certamen, quis mihi plurimum imputet,' i. e. quis plurimum mihi tribuat, et me sibi devinciat. Plin. XXIX. H. N. 1. 'Stertinius imputavit principibus, quod HS. quingenis annuis contentus esset.' Sæpe casus tertius omittitur. Plin. Paneg. 'Copiam tui, non ut imputes, facis.' Suet. Tib. 53. 'Imputavit etiam quod non laqueo strangulatam in Gemonias abjecerit.' Sed discrepant nonnihil ab eo quod Noster dicebat. Cum enim illud, ut dixi, per τὸ, acceptum referri, explicari possit, hæc per τὸ, expensum ferre, explicanda potius fuerint. *Vor.*

§ 6 *Modo*] I. e. ante annos 16. Nam ἐν πλάτει, s. παρατατικῶς, hoc accipiend. est. Ita Cic. in Bruto de annis 30. dixit 'nuper,' et Val. M. I. 1. 13. agens de supplicio Tullii Duumviri, quem Tarquinius rex culleo insutum in mare abjici jussit: 'Idque,' inquit, 'supplicii genus non multo post parricidis lege inrogatum est,' i. e. annis a regifugio circiter 60. ubi nonnullos, contra membranarum fidem, extrita negandi particula vitiose legere *multo post,* ostendit Theod. Marcilius Interpretam. Legis XII. Tabularum, p. 285. Sic Plinius XXXV. 10. fin. 'Fuit et nuper,' &c. Nempe Neronis tempore, cum scriberet Plinius sub Tito. Liv. IX. 17. 6. 'Sicut magnum modo Pompeium,' id fuit spatium annorum minimum 20. Cic. Off. II. 21. 9. 'Modo hoc malum in Remp. invasit,' &c. 'nondum centum et decem anni sunt,' &c. *Bern.*

Ut ne victum quidem memoriæ patris donarent] Junt. *memoriæ avi.* Et hoc ratio postulat. Patris nulla hic fit mentio, sed avi et nepotis. *Græv. Avi* verum est, et jure a Græv. probatur. Avus erat Masinissa. *Faber. Avi* ratio postulare videtur; quia non de filio, sed de nepote prædictum fuerat. 'Memoriæ alicujus aliquem donare' est, parcere alicui propter aliquem. Sic XXXII. 2. 5. 'Non tam absolutum regem, quam donatum filio patrem.' *Vorst.* Junt. *memoriæ avi,* quod historiam postulare dicit Græv. *Schef.*

§ 7 *Tales reges, &c.*] Regii nominis odium quantum Romæ fuerit, aliquot Livii locis perspicitur: ut II. 1. 10. III. 38. 2. XXVII. 21. 4. &c. Add. Latini Pacati Paneg. Theodos. 20. *Bern.*

Inter hæc] Junt. et aliæ vett. edd. *inter hos.* Græv.

Atque ut ipsi ferunt] An scribend. *atque ut, ut i. ferunt?* Debet enim sequens 'sic' habere, quo referatur. *Schef.*

§ 8 *Luporum animos*] Hinc 'lupi' convitio dicti ab hostibus Romani: ut a Volscis Æquisque ducibus ap. Liv. III. 66. 5. a Telesino Samnitium duce ap. Vell. II. 27. 3. *Bern.*

Inexplebiles] 'Romani raptores Orbis, quos non Oriens, non Occidens satiaverit,' &c. inquit Britannicus ille Galgacus in Tac. Ag. 30. *Idem.*

CAP. VII. § 1 *Majores suos a Cyro*] Appian. de Mithridate originis huj. auctore, ἀνὴρ γένος βασιλείου Περσικοῦ. Flor. III. *Bong.*

Seu populus eorum conferatur suo]

Antiquiores typis expr. Becharii, et teste Grævio Junt. *seu populis illorum conferat suos;* quod rectius videtur. Sane Romani varios in ditione sua populos habebant: neque minus Mithridates. *Vor.*

Nicatore Seleuco] Appian. Syriac. p. 124. c. Seleucum a victoriis potius, quam ab occiso Nicatore, cognomentum hoc traxisse scribit. Liv. XLIII. 19. 9. Cohortis regiæ meminit, quos Nicatoras appellabant. *Bern.*

Earum se gentium esse] Add. necessario *regem: earum se gentium regem esse, &c.* Faber. Sc. regem vel ducem.

§ 4 *Bella, &c.*] Saxo XIV. p. 269. f. 'Qua fide præsens bellum ingredi vellent.'

Solitudinibus] Plin. Paneg. 14. Germaniam veterem prope infinita vastitate interjacentis soli muniri dirimique dicit. Herodian. II. scribit Imp. Augustum munivisse imperium, cum aliis rationibus, tum ἐρήμῳ γῇ καὶ δυσβάτῳ, 'terra deserta et ægre pervia.' *Bern.*

Scythiæ præter arma, &c. vel frigoribus instructæ] Vides hæc non congruere cum oratione obliqua: itaque aut legend. *Scythiam instructam;* aut cum Junt. *Scythas instructos.* Græv.

Scythas .... instructos, &c.] Cum oratio sit obliqua, necessario admittenda est scriptura Junt. Longe optima lect. est, et quæ in dubium vocari haud possit. Vulgata autem vitiosa est, *Scythias, &c.* Faber. *Scythiæ instructæ* quo referri possit, non apparet. Legend. ergo *Scythiam instructam:* vel, ut Junt. *Scythas instructos.* Vorst. Recte Vorst. observat illud *Scythiæ instructæ* non habere, quo possit referri; et jam Græv. hoc monnerat. Mallem tamen legere non *Scythiam instructam,* ut ipse, verum *Scythia instructa;* postremo locum totum sic distinguere, ac legere: *Multoque se t. ac d. b. P. ingressum: cum ipse r. ac t. esset, Scythia p. a. v. animi, locorum quoque s. vel f. instructa; per quæ, &c. Scythia instructa* regitur ab, esset, quod ex præc. 'esset' intelligend. atque huc trahend. *Schef.*

§ 8 *Tantumque se avida expectat*] Lego *tamque se a. expectet.* Faber.

Tantumque se avida expectat Asia] Hæc et proxime seqq. orationi indirectæ, qua Auctor usurum se professus fuerat, minime omnium congruunt. *Vor.*

Odium Romanorum incussit] Scrib. *inussit.* Cic. I. Cat. 6. 'Quæ nota domesticæ turpitudinis non inusta vitæ tuæ est?' et II. 9. 'Tantus enim illorum temporum dolor inustus est civitati.' *Gron.*

§ 9 *Quam nemo ante transire tuto atque adire*] Mallem *quæ nemo,* ut illud *quæ* referretur et ad 'Scythiam' et ad 'Pontum.' Nam alias non video, quomodo conveniant duo illa verba sequentia, 'transire' et 'adire;' nisi alterum ad 'Pontum,' alterum ad 'Scythiam' referatur. De sola quippe Scythia præposterum esset dicere primo 'transire,' post 'adire.' *Schef.*

§ 10 *Ne ipsos milites*] In exiguo verbulo magnus error; leg. *nec,* i. e. ne quidem. *Fab.*

Colchos] Strab. XII. *Bong.*

Bosphorum] Nempe Cimmerium. *Bernecc.* Hic agitur de faucibus Cimmerii freti, non de angustiis freti Byzantini. Sed vellem hunc errorem ex omnibus libris sublatum esse. Scribi enim debet *Bosporus,* non *Bosphorus.* Fab.

CAP. VIII. § 1 *Post annos tres et viginti*] Pro, annis tribus et vig. post sumptum regnum. Simile illi quod XVIII. 3. 5. observatum, 'ante annum Trojanæ cladis.' *Vor.*

§ 2 *Mortuo rege Ptolemæo*] Post Ptolemæum Philometorem ordo successionis regum Ægypti mutatus est: huc usque enim patri filius successerat. At Philometori frater successit Evergetes II. dictus, et Physcon.

Strab. XVII. Vid. Epit. Liv. LIX. et Oros. V. 10. *Bong.*

§ 6. 7 *Quibus rebus, &c.*] Tertullian. Apolog. 37. 'Si tanta vis hominum in aliquem orbis remoti sinum abrupissemus a vobis, suffudisset utique dominationem vestram tot qualiumcunque amissio civium: imo etiam et ipsa destitutione punisset; proculdubio expavissetis ad solitudinem vestram, ad silentium rerum et stuporem quendam quasi mortuæ urbis: quæsissetis quibus in ea imperassetis.' *Bern.*

§ 8 *Legatis Romanorum*] Meminit huj. legationis Strab. XIV. *Bongars.* Val. M. IV. 3. 13. Scipionis continentiam laudat, quod hanc legationem, septem tantum servis comitatus, obierit. Plut. Apoph. Rom. 23. *Bern.*

Inspicienda] Ap. Vincent. corrupte editur *aspic.*

§ 9 *Sagina ventris*] A qua Ptolemæus hic 'Physcon' est appellatus, h. e. ventricosus, obesus. *Bern.*

§ 10 *Subtilitas perlucidæ vestis*] De his vestibus Ceis s. Cois Plin. XI. 22. 'In Ceo mulier Pamphila excogitat rationem, ut denudet feminas vestis.' Et cap. seq. 'Nec puduit has vestes usurpare etiam viros, levitatem propter æstivam. In tantum a lorica gerenda discessere mores, ut oneri sint etiam vestes.' In eas graviter invehitur Sen. Benef. VII. 9. et Epist. 90. et Consol. Helviæ 16. Pellucidis vestibus Tarentinos amictos refert Athenæus XII. 5. p. 522. Ælian. VII. 9. Hieron. adv. Helvid. sub fin. Dio ap. Vales. III. 93. *Idem.*

§ 11 *Dum, &c.*] 'Inspicit urbem,' ut ap. Spartian. Sever. 17. 'Nam et Memphim et Memnonem, et pyramides et labyrinthum diligenter inspexit.' Vincent. 'dum inspiceret u.'

§ 12 *Detrahit*] Detrahere est, de loco superiore dejicere aut amovere. Imagines autem sublimes dedicari solitas, est notum. Aptum ergo verbum, quo in re simili utitur Suet. Domitian. 13. 4. Et inter senatus acclamationes, extincto Commodo, fuit hæc: 'Gladiatoris statuæ detrahantur:' Lamprid. 19. *Bern.*

§ 13 *Filium*] Nomine Menephitem, referente Val. M. IX. 2. Ext. 5. Truculentum hoc facinus memoratur etiam in Epit. Liv. LIX. Legend. *Memphitem* ex Diod. ap. Vales. 354. et 374. *Idem.*

In cista compositum] Antiquiores typis expr. *impos.* Legend. ergo f. *in cistam impos.* Vorst.

Die natalis] Subintell. lucis. Plin. XXXVII. N. H. 2. 'Tertio triumpho, quem pridie Calend. Octob. die natalis sui egit, transtulit alveum' &c. Lamprid. in Commodo 10. 'Eum etiam, qui Tranquilli librum Vitam Caligulæ continentem legerat, feris objici jussit, quia eandem diem natalis habuerat, quam et Caligula.' Cod. Theodos. VI. Tit. XXIX. L. 6. 'Felicis natalis nostri die.' *Gronov.* Bong. edidit *die natalis ejus;* idque Bernecc. et alii retinuere: quod miror. Et sane τὸ *natalis* nomen adjectivum, cumque altero convenire hoc oportet casu. Quod 'natalem,' subaudito, diem, dicunt, id sæpissime quoque plene 'diem natalem' appellant. *Vorst.*

§ 14 *Luctu incenderetur*] Ita et Græci loquuntur, et, si satis commemini, Virg. Exemplum Græcum est ap. Simonidem, et alios. Sed hic characteres Græcos non habeo. *Faber.* Pro 'Quæ res' Vincent. habet 'Hæc res.'

CAP. IX. § 1 *Cujus, &c.*] Saxo II. p. 20. 1. 'Cujus [Frothonis] varii insignesque casus fuere.'

§ 2 *Ut supra dictum est*] Sc. XXXVI. 1. *Bern.*

§ 3 *Cui, &c.*] Appian. de B. Syr. p. 213. de Demetrio scribit: Ἐπὶ δὲ Παρθυαίους καὶ δδε μετὰ Σέλευκον ἐστράτευσε, καὶ γενόμενος αἰχμάλωτος, δίαιταν εἶχεν ἐν Φραάτου βασιληίῳ (ed. Steph. βασιλέως) καὶ Ῥοδογούνην ἔζευξεν αὐτῷ

τὴν ἀδελφὴν ὁ βασιλεύς.

Arsacides] Error pudendus; leg. *Arsaces*. Ita alibi Justinus, et res notissima est. Unde XLI. 5. 'Cujus memoriæ hunc honorem Parthi tribuerunt, ut omnes exinde reges suos Arsacis nomine nuncupent.' *Faber*.

Parth. r. m. et r. a. m.] Uncinis includit Ed. Bong.

Misso in Hyrcaniam] XXXVI. 1. 6. Similis magnanimitas Alexandri XI. 9. 15. *Bern.*

§ 4 *Vitam, &c.*] Saxo XV. p. 368. 28. 'Fioniensium Jutorumque comitatum pertæsus.' Id. XIV. p. 270. 49. 'Fugam meditans.'

§ 5 *Gallimander*] Hic Josepho Καλλίμανδρος dicitur. *Gronov.* Scribend. *Callim.* Fab.

Ducibus] Sc. viæ s. itineris ὁδηγοῖς. Ea voce simpliciter utitur quoque Liv. XXII. 13. 6. et Suet. Cæs. 31. 3. Recentiores Græci pro ὁδηγεῖν dixerunt διασώζειν, et duces viæ vocarunt διασώστας, item ἀνασώστας. Utuntur et in Latinum corrupta voce δουκάτωρ. Meurs. Glossar. Græcobarb. *Bern.*

§ 6 *Arsacidæ*] Legend. *Arsaci.* Fab.

§ 7 *Præmium fidei*] Simile exemplum de Mithridate et Attilii libertis habet Appian. Mithrid. 233. pr. et plura in hanc rem Gruterus Diss. 48. ad Tac. *Bern.*

§ 8 *Deprehenditur*] Acidal. ad Vell. II. 130. 8. monet hic legend. *repr.* quod proprium de fugiente verbum. Ita Curt. IV. 14. 3. 'Reprehensi ex fuga Persæ,' h. e. retracti. Liv. aliquoties: ut II. 10. 3. XXXIV. 14. 6. &c. Suet. Calig. 45. 5. *Idem.* Recepi ex Mss. et Junt. *repr.* Quomodo legend. divinaverat Acidal. Curt. 'Reprehensi ex fuga Persæ.' Phædr. 'Elapsum semel Non ipse possit Jupiter reprehendere.' *Græv.* Recte Græv. *repr.* Est enim proprium eorum quos certi homines reducunt ex fuga. Id etiam, retrahere, dicebant. Salust. 'Quem pater ex fuga retractum,' in Catil. et Terent. 'Retraham hercle fugitivum argentum.' Sed et ita Just. XXXVIII. 10. 11. 'Ad quem retrahendum cum turmas equitum festinato misisset,' &c. Quin et hoc lib. cap. 9. 6. 'Per compendiosos tramites occupatum retrahit.' *Faber.* Bong. et alii ediderunt *depr.* Sed legend. sine dubio *repr.* 'Reprehendere' est, rursus prehendere: quæ significatio maxime quoque propria est. Vid. et Lib. de Latinit. F. Susp. p. 180. *Vor.*

§ 9 *Civitatem*] Ut alibi, provinciam, remp. 'Civitatem' vocat totam Hyrcaniam, non aliquam urbem. *Fab.*

Talis aureis ad exprobrationem puerilis levitatis, &c.] Puerilis enim talorum ludus est. Hinc illud Lysandri ap. Plut. Apoph. 94. 'Pueros talis, viros jurejurando decipi debere.' De talorum tesserarumque jactu plura collegit Hadr. Junius Animadv. II. 4. *Bern.*

§ 10 *Tam mitem in Demetrium clementiam*] Valde metuo, ne in vitio cubet hic l. Ecquid enim *mitis clementia?* cui fini hoc epitheton adjicitur? num quæ non mitis clementia? Ergo plane suspicor Just. scripsisse *tam miram.* Schef.

Non misericordia gentis, &c.] Eod. respectu 'Arminii conjux et filius non hostiliter habiti' a Romanis: Tac. I. 10. Sic 'Maroboduus Ravennæ habitus, si quando insolescerent Suevi, quasi rediturus in regnum ostentabatur.' Id. I. 36. *Bern.*

Resp. cogn.] Saxo XIV. p. 280. 14. 'Sub respectu cognat.'

Adversus Antiochum fratrem] Qui Sidetes dictus est. Ejus in Parthos expeditionis meminit Livii Epit. LIX. et Orosius V. 10. et Appian. Syr. qui Antiochum victum sibi ipsi manus attulisse refert. *Bong.*

CAP. X. § 2 *LXXX. millia armatorum*] Oros. V. 10. 'Centum millia armatorum, ducenta millia amplius calonum atque lixarum, immixta scortis et histrionibus.' *Idem.* Tac. H. III. 33. 1. 'Quadraginta armatorum millia irrupere: calonum lixarumque amplior numerus.' *Bern.*

Scenicorumque] Hoc Mss. Bong. non agnoscunt. Et videtur rectius abesse. *Schef.*

§ 3 *Caligas auro figerent*] Caligas inter calceamenta fuisse, vel ex h. l. manifestum est: et imperite 'braccas' sic appellari vulgo censemus, quarum tamen usum vett. Romanos, Græcos, Hebræos penitus ignorasse, Casaub. demonstrat ad Suet. Aug. 82. Ceterum de hoc calceamentorum luxu multa collegit ex antiquitate Phil. Rubenius in Electis II. 14. Add. quædam ex Brisson. Antiq. II. 5. et Pancirolli Deperditis p. 338. et seqq. *Bernec.* Ms. *suerent.* Festus in voce, *Mustricola:* 'Mustricola est machinula ex regulis, in qua calceus novus suitur.' *Gronov.* 'Caligæ' hic munimenta pedum: ut vel ex verbo 'proculcare' quod sequitur apparet. Val. M. IX. 1. Ext. 4. ead. de re agens, 'aureos clavos crepidis subjectos' ait. Ubi, quod Noster 'aurum' dicit, 'aureus clavus;' quodque 'caligam' vocat, 'crepida' appellatur. Vid. et Nigronium in lib. de Caliga Veterum, et Casaub. in Suet. August. *Vorst.* Hoc *figerent* suspectum est. Ut enim fulmenta solearum figuntur, aut suffiguntur, ita non soleæ ipsæ, aut caligæ. Mss. habent *facerent, fierent,* a quo posteriori proxime abest *suerent,* quod itid. in quodam reperitur. Et puto rectissime de caligis usurpari. Suuntur auro, quando fulmenta clavis aureis suffiguntur. Sed f. nil in Nostro est mutand. Nam et Plin. ad h. ipsum fere modum XXXIII. 3. 'Agnonem Teium Alexandri Magni præfectum aureis clavis suffigere crepidas' solitum ferunt, quanquam libri vett. ibi habeant *configere,* quod rectius videtur. Neque aliter accipiend. *figere* ap. Nostrum, quam ut simplex pro composito, configere, quod frequenter in talibus usurpant. Sic Colum. VII. 3. 'Robustam tabulam configunt aculeis.' Nisi quis plane censeat ap. Nost. primitus fuisse *auro configerent;* post librarium compendiose scripsisse *cofigerent,* cum lineola in *o,* postremo illud *eo* a præc. *ro* absumptum esse. *Scheff.* Mox 'dimicant' ignorat Saresb.

§ 8 *Copiarum præbitione*] In Ms. legitur *exhibitione,* quod præfero, vulgatumque huj. habeo pro glossemate: 'copiæ' de rebus necessariis intelligendæ cum ad victum, tum ad alia. *Schef.*

Et die statuta] De vesperis Siculis, et ejusmodi lanienis improvisis, vid. collectanea Camerar. Hor. Subcis. I. 83. *Bern.*

Divisum exercitum] Frontin. Strat. I. 8. 11. Polyb. ap. Vales. 37. *Idem.*

§ 10 *Vincerent*] F. *vinceret.* Freinsh. Probo conj. Freinsh. et lego *vinceret.* Schef.

Occiditur] Appian. Syr. p. 132. b. ipsum sibi manus intulisse scribit. *Bernec.* Verba hæc sunt: Καὶ στράτευει καὶ ὅδε [Ἀντίοχος] ἐπὶ τὸν Φραάτην, τὸν ἀδελφὸν αἰτῶν. ὁ μὲν δὴ Φραάτης αὐτὸν ἔδεισε καὶ τὸν Δημήτριον ἐξέπεμψεν· ὁ δ' Ἀντίοχος, καὶ ὃς συνέβαλλέ τε τοῖς Παρθυαίοις, καὶ ἡσσώμενος, ἑαυτὸν ἔκτεινεν. Pro καὶ ὃς in Med. codice scriptum est καὶ ὡς. Hinc f. legend. ὁ δ' Ἀντίοχος κακῶς. Κακῶς, *infeliciter,* ut ap. Herod. IV. 205. de Pharetima: Ἀπέθανε κακῶς· ζῶσα γὰρ εὐλέων ἐξέζεσεν: et Ælian. XIII. V. H. 31. Κακῶς ἀπαλλάξας. Id. quoque X. de Nat. Anim. 34. violenta morte Antiochum periisse tradit: Καὶ Ἀντιόχῳ δὲ νεοττεύουσα [χελιδὼν] ἐν αὐτοῦ [σκηνῇ] τὰ μέλλοντά οἱ ἀπαντήσεσθαι ὑπηνίξατο· ἀνελθὼν γὰρ εἰς τοὺς Μήδους, εἶτα μέντοι οὐκ ἐπανῆλθεν εἰς τοὺς Σύρους, ἀλλ' ἑαυτὸν κατά τινα ἔωσε κρημνόν.

§ 11 *Festinato*] Saxo XI. p. 218. 5. 'Slesvicum f. contendit.' XIV. p. 252. 39. 'F. post ipsum pervehitur.'

LIBER XXXIX.

Cap. I. § 1 *Obsidione*] 'Obsidio' pro captivitate, ut supra non semel. De initio captivitatis ejus Demetrii dixit XXXVI. *Vorst.*

§ 2 *Prospere gessisset*] Omnino scribend. *cessissent*. Voss. Num ille fratris bella gessit? Mss. *gessissent*. Leg. *cessissent*, cum Junt. Ita et in Mss. XL. 2. 'Quod gesserit Tigrani non daturum,' pro vulg. *Quo cess. T.* Ut I. 10. 'Tanta patientia cessisse eo [regno Persarum], quod, ut eriperent Magis, mori non recusaverint,' et XXXIX. 2. 'Cedere se illi regno, quod Romani occupaverint.' *Græv. Cessissent* etiam emendaverat Bongarsius ante Voss. in V. L. In vulgatis corrupte legitur *gessisset*. Faber. Vidit Voss. legend. esse *cessissent*, idemque in Junt. reperit Græv. Juvat item conjecturam, quod codd. quidam Mss. numero plurali *gessissent* habent. *Vor.*

Ita Ægypto] Τὸ *ita* supervacuum videtur. *Gron.*

§ 3 *Dum aliena, &c.*] Loci huj. est fabula de camelo, qui cornua affectans etiam aures perdidit. *Bern.*

Apamenii] Scriberem *Apameni*. V. tamen Steph. de Urb. *Fab.*

Per absentiam regis] Ms. habet *per a. ejus:* rectius opinione mea, quia Demetrius intelligitur, de quo non satis apte præmittitur vox *regis*, quippe quæ facilius de alio, quam ipso accipitur. Et persuasum mihi successisse hanc in locum veræ ex glossa. *Schef.*

§ 4 *Immittit*] Vid. Notam XXXV. 1. 6. *Bern.*

Armis peteret. Et composita fabula] Lectio et distinctio hæc vitiosa videtur. Datur utique hic ratio, qua subornare illum mercatoris filium potuerit ad petendum regnum. Debet ergo illud *Et* deleri, quod haud dubie factum est ex syllaba proxime præcedente; pro puncto quoque comma scribi, ut 'composita' sit non primus, verum sextus casus, modumque significet. *Schef.* Recte Junt. *Et* ignorant. *Græv.* Vincent. VI. 87. 'qui r. S. et armis p. et comp.' ac dein: 'Et ne Dem. sup. pat. . . . . auxiliaque ei ab Æg. ing. mitt.'

§ 5 *Quemlibet regem*] Exemplum referend. ad Notam XXXV. 1. 8. *Bern.*

Nec Syriis quemlibet] In Ms. quodam legitur *quidem libet*. F. junxit utrumque Justinus, et scripsit *nec Syriis quidem quemlibet*. Solent sane illud 'quidem' sic libenter usurpare Latini. *Schef.*

Nomen Alexandri imponitur] Zebinam cognominatum scribit Joseph. Antiq. XIII. 17. Et Porphyrius subjunctus Eusebio p. 227. quo nomine fuit martyr quidam ap. Euseb. Hist. Eccles. VIII. 19. *Bernec.* Scrib. *nomen juveni Alexandro imp.* Gron.

§ 6 *Pervenit*] Præstat Junt. lect. *supervenit*. Inopinato venit et peropportune in illo mimo. Hæc vis verbi. 'Grata superveniet, quæ non sperabitur hora.' Sed ap. Just. sæpius occurrit. *Græv.*

Quæ res, &c.] Saxo X. p. 201. f. 'Quippe spectata patris sanctitas pop. ei fav. conciliaverat.' Mox Vincent. 'non fictas in eo lacrymas:' et 'cum undique a circumstantibus.'

§ 7 *Demetrius autem victus*] Appian. Syr. p. 132. b. 'interfectum,' ait, 'ab uxore Cleopatra διὰ ζῆλον τοῦ γάμου Ῥοδογούνης, et post ejus mortem Seleucum filium ab ea veneno sublatum.' Vid. et Epit. Liv. LX. *Bongars.* De Demetrii cæde cum Nostro magis consentit Joseph. Antiq. XIII. 17. Seleucum vero sagitta confossum a matre Cleopatra, modo indicato loco,

confirmat Appian. Nam, quod de veneno Bong. habet, deceptum crediderim voce ἐπιτοξεύσασα, et pro ea ἐπιτοξικεύσασα legisse. *Bern.*

§ 9 *Cui propter nasi magnitudinem cognomen Grypo fuit*] Male: nam, qui a Græcis 'Grypos' dicitur, non ea causa ita dicitur, quod nasum magnum habeat, sed quod altum, atque adeo incurvum. Inde est quod Lexicographi veteres, ut Hesychius et alii, vertunt, καμπυλορρῖν, i. e. ad verbum, homo nasi incurvi, ut gryphes, psittaci, et aquilæ. Itaque legend. omnino est *cui p. n. altitudinem, &c.* Hanc nasi formam amabant Persæ. Xen. *Faber.* Verum quæri posset an hoc doceat vox *altitudinis*, ut significet nasum formæ aduncæ. Sed nec *altum nasum* ap. Latinos temere reperias. Et *magnitudinis* voce potest intelligi, quod aduncum dicitur. *Schef.*

Grypo] Ita Vett. et Appian. Γρυπός. Est autem 'Grypus' καμπυλορρῖν, ὁ ἐπικαμπῆ τὴν ῥῖνα ἔχων, Hesych. De his cognominibus leg. elegantem locum Plut. Coriolano 14. et 15. Huj. frater uterinus Antiochus, Κυζικηνὸς dictus, quod Cyzici esset educatus. Leg. Appian. ext. Syr. *Bong.*

Jus autem] Dubitari queat, an non rectius sit *vis*, quod magis proprie nomini regis opponi videtur. Ita Tac. VI. 43. 5. 'Neque penes Arsacidem imperium, sed inane nomen apud imbellem: vim in Abdagesis domo.' Item H. IV. 11. 4. 'Vim Principis amplecti: nomen remittere.' Nec aliter id. Auctor A. II. 37. 1. III. 60. 1. XV. 14. 4. et 69. 1. et H. II. 39. 1. Possis tamen et vulgatam indidem tueri, ut XV. 31. 2. 'Apud Romanos jus imperii valet: inania transmittuntur.' Nisi f. hic quoque *vis* legere præstat. *Berneccer.* Quam acute conjecerit Bernecc. *vis* ostendere Juntæ, ap. quos sic extat, ut et in cod. manu descripto. *Græv.* Magno cum judicio Bernecc. legit *vis*, non *jus;* optime. Sed et illum Mss. monere poterant; quos tamen, ut est homo ingenuus, ab ipso minime h. l. consultos puto. *Faber.* Non dubito rectum esse *vis.* Et conjecerat ita Bernecc. Sed et cod. quidam Ms. quem Bong. vidit, habet *vis.* Vor.

Cap. II. § 1 *Jam etiam*] 'Etiam' nescit Vincent. VI. 88. Id. habet 'a quo suborn. f.' et 'reconcil. sibi sorore,' et 'Gryphinam Grypo sub spe nuptiarum.' In § 6. habet 'in fugam versus est, et magna,' et 7. 'oppetitur.'

§ 3 *Tryphenam*] Leg. *Tryphænam*, postulante et analogia, sicut 'leæna,' et usu ap. Petronium: 'Lycam Tarentinum esse dominum hujusce navigii, qui Tryphænam exulem Tarentum ferat.' *Græv.*

§ 5 *Templo Jovis*] Ms. et Junt. *in temp. J.* Quod non intellexerunt, qui repudiarunt. In, sæpe ponitur pro, ex. Flor. III. 4. 'Bibere in ossibus capitum,' h. e. ex ossibus. Sen. Agam. 868. 'Merumque in auro veteris Assaraci trahunt.' Cic. I. Fam. 6. 'Me in summo dolore quem in tuis rebus capio.' Inscriptio antiqua: 'Statuam in ære auratam posuere.' *Græv.*

Facetis jocis sacrilegium circumscribens] Exempla talia vid. XIV. 64. Ceterum an et quatenus templorum opes in bellicas necessitates conferre liceat, docent bene secusve dicta et facta ap. Thucyd. II. 4. 7. cum seqq. et IV. 20. 9. Liv. V. 50. 7. et XXII. 57. 10. Tac. XV. 45. 2. Val. M. VII. 6. 4. &c. *Berneccer.* Joci illi faceti, quos nemo explicavit, sic intelligendi sunt. Ex veterum monumentis, præsertim autem ex Numismatibus, constat, Jovem sæpe ita sculptum aut fusum fuisse, ut Victoriæ simulacrum vola manus sustineret, porrecto brachio. Ille autem Alexander, de quo Justinus, rem facete ad jocum traducens, Ecquid videtis, inquiebat, Jovem ipsum Opt. Max. Victoriam mihi ultro offerre, ac me prope invitare, ut eam e

manu ipsius tollam, quæ sc. nimio oneri est, eumque in sudorem dare posset; ita grave ac ponderosum est solidum illud ex auro Victoriæ simulacrum. Hic jocus, hæc irrisio sacrilegi principis fuit. *Faber.*

§ 6 *Jovis aureum simulacrum*] Arnob. VI. adv. G. p. 257. hoc sacrilegium tribuit Antiocho Cyziceno, ‘ quem ferunt decem cubitorum Jovem ex delubro aureum sustulisse, et ex ære bracteolis substituisse fucatum.’ *Bern.*

A latronibus capitur] Cl. Bochart. II. 16. Phaleg. putat hanc historiam pertinere ad Alexandrum Balam, quum Justinus hic agat de Alexandro, cui cognomen fuit Zabinæ. *Gron.*

§ 7 *Quæ cum, &c.*] Simillimum exemplum est ap. Liv. VIII. 18. cujus meminit quoque Val. M. II. 5. 3. et Orosius III. 10. Plura collegit Ph. Camerar. Centur. I. 9. quibus add. Paul. Diac. II. 15. *Bern.*

Cupiditate dominationis] Ita XXXVII. 1. 4. *Idem.*

Venienti ab exercitatione] Cl. Usser. in Annal. Ætat. VI. p. 124. mallet *ab exercitu.* At nihil mutand. Exercitatio enim luctam notat. XXXVII. 4. ‘ Non in advocationibus sed in exercitationibus.’ Plut. in Pomp. p. 640. Καὶ γυμνάζοντος ἑαυτὸν ἵππῳ περὶ τὸ στρατόπεδον. Liv. X. 11. ‘ T. Manlius, vix dum ingressus hostium fines, quum exerceretur inter equites, ab rapido cursu circumagendo equo effusus, extemplo prope exspiravit.’ *Gron.*

§ 8 *Prædictis*] Non placet hic *prædictis*, et vitiosum esse liquet vel ex eo, quia sequitur ‘ jam ante,’ quod τῷ *prædictis* otiose apponitur. Malo scribere *proditis.* Schef.

CAP. III. § 1 *Quam Syriæ regnum esset*] F. leg. *q. S. futurus ess.* Gron.

§ 3 *Cyzic.*] Antiochus hic Cyzicenus cognominatus fuit, quia Cyzici ap. Craterum hospitem fuit educatus. Vid. Vales. ad Excerpt. Porphyrog. ex Diod. p. 19.

Exercitum Cypri sollicitatum] Mss. et Junt. *Grypi.* Et hoc verum censeo. Sollicitantur enim exercitus aliorum, ut in nostras transeant partes; non vero qui nostris sumtibus colliguntur in aliis regionibus. *Græv.* In Mss. est *Grippi*, unde facile intelligas scribend. esse *Grypi.* Quod et in ed. illa optima Junt. apparet. *Faber.* Grævio placet *Grypi.* Mihi vero *Cypri* rectum videtur. Paulo post enim eund. illum exercitum, ‘ peregrinos exercitus qui in certamina fratrum adducti sint,’ vocat. *Vorst.* Recte Faber. Nam sollicitantur aliorum exercitus. Si scripsisset *Cypri collectum*, aut *conscriptum*, et libri vett. nihil moverent, vulgatæ scripturæ non adversaremur. *Græv.*

Velut dotalem] Virgil. Æn. IV. 104. ‘ Liceat Phrygio servire marito, Dotalesque tuæ Tyrios permittere dextræ.’ Et IX. 737. ‘ Non hæc dotalis regia Amatæ.’ *Gron.*

§ 5 *Requiri jussit*] Prætulerim Junt. scriptionem, *req. duxit.* Græv. Junt. *duxit*, i. e. putavit, judicavit. Male. Neque enim dicimus *duxit illam requiri*, sed *requirendam esse.* Memoriæ certe nulla exempla occurrunt, quæ id suadeant. *Faber.* Editur vulgo *jussit.* Sed mihi placet *duxit.* Sensus manifestus est: Tryphænam nihil antiquius duxisse quam sororem Cleopatram requiri: estque ita ‘ antiquius,’ ut alias, adjectivum nomen comparativi gradus. Si autem *jussit* legas, non pro nomine adjectivo, sed pro adverbio habendum erit: idque sine exemplo fere. *Vorst. Nihil antiquius*] Huic non recte jungitur verbum *jussit*, quod est in vulgatis. Itaque Juntæ ediderunt *duxit* pro eo, quod probarunt viri docti. Ego præfero lectionem Ms. in quo habetur *nihil ante, quam.* Nimirum illi *ante* adscripserat aliquis voculam *prius*, quæ deinde juncta priori, factumque *anteprius*, ita natum *antiquius* ex ingenio emendatoris. Certe verbum *jussit* Mss. servant omnes. *Schef.* Tritius est hoc loquendi genus, ‘ duxit requirendum.’ Sed et illud ferri potest, quod liquebit, si refinxeris infinitum in verbum finitum, ‘ nihil antiquius duxit quam ut requiratur.’ Verum non minus insolens est *nihil antiquius jussit*, quam *duxit requiri.* Græv.

§ 8 *Quippe ipsius, quæ tam cruente sæviat, sororem equidem germanam esse*] Malim ego interpungere et scribere *q. ipsius, q. t. c. sæviat, sororem; et quidem g. esse*, quomodo erit oratio non paulo vehementior. Neque enim soror uterina tantum, aut eod. patre sed matre diversa erat edita: sed utroque parente eod. nata. Dicitur enim a germine ‘ germanus.’ Festus: ‘ Germen est, quod ex arborum surculis nascitur: unde et germani, quasi eadem stirpe geniti.’ *Mod.*

§ 9 *His tot necessitudinibus sanguinis*] Antiquiores typis expr. *necessitatibus.* Nec est hoc insolens ‘ necessitatem’ pro necessitudine poni, ut in Notis ad Val. M. docuimus. *Vor.*

§ 10 *Sed quanto G. a. t. soror muliebri pertinacia*] XXII. 4. 13. ‘ Femina rum contumaces animi.’ Elliptice dictum ‘ quanto’ pro, quanto magis. *Berneccer.* Statuendum potius ‘ quanto’ et ‘ tanto’ esse posita pro, quantum et tantum. Sæpe enim talia permutantur. Vid. Sciopp. Ep. 5. Parad. Literar. *Vorst.*

Vocatis ipsa militibus] F. leg. *vocatos i. milites mittit.* Gron.

§ 11 *Evellere*] Scribend. *avellere;* et mox *cum exsecratione parricidarum.* Idem.

§ 12 *Tryphænam quæ*] Mss. una voce auctius legunt vel *impie namque*, vel *impiam quæ;* quod posterius rectum, nec f. hic omittend. *Schef.*

CAP. IV. § 1 *Cum gravaretur socio regni*] Leg. cum Gron. *socium.* Græv. Emendavit sup. Gronov. *socium.* Faber. Gronov. leg. censet *socium*, quomodo XX. 2. 11. ‘ longinquam militiam gravati,’ pro, longinqua mil. grav. ad quem l. Notas vid. *Vor.*

Arcessito minore filio Alexandro] Contra jus gentium, et nominatim Ægyptiorum. Nam etiam ap. hos viguisse jus primogenituræ, nec a Ptolemæis introductum, sed ab ultima Pharaonum memoria observatum fuisse, patet ex his quæ leguntur Exodi XI. 5. ‘ Occidam omne primogenitum, a primogenito Pharaonis, qui sedet in solio ejus, usque,’ &c. *Bern.*

§ 2 *Nec fil., &c.*] Vincent. VI. 94. ‘ Sed nec filium ... persequitur. Unde eo pulso interficit.’

§ 5 *Occup. &c.*] Saxo VI. p. 106. 35. ‘ Ab eodem occupatus occiditur.’

CAP. V. § 1 *Qui neque*] In Ms. quodam legitur *quod neque*, unde suspicor lect. veram esse *quia n.* Schef.

§ 2 *Frater ejus ex pellice*] Ptolemæus Apio dictus populum Rom. testamento heredem reliquit; Euseb. in Chronicis. *Bongars.* Item Appian. in fine Mithrid. *Berneccer.* Vid. Tac. XII. 18. et Henr. Vales. ad Marcell. p. 248. *Gron.*

§ 3 *Provincia facta*] Ejus regni civitates liberas esse senatus voluit, Liv. Epit. LXX. contra Auctorem nostrum. *Bongars.* Sigonius de Antiquo Jure Provinciar. VIII. 16. contradictionem hanc ita conciliat: Cyrenæos, liberos a senatu relictos, post a tyrannis oppressos esse: atque inde populum Rom. Cyrenaicæ in provinciam redigendæ occasionem arripuisse. *Bern.*

Creta Ciliciaque] Bellum piraticum et maritimum, a P. Servilio, qui, expugnato Isauro arce Ciliciæ, Isaurici cognomen reportavit, cœptum Pompeius confecit, mira felicitate et celeritate, intra 40. diem nimirum, aut, ut alii 49. Vid. Plut. Appian. Cic. pro L. Manil. Cretam Q. Cæcil. Metellus debellavit, qui inde Creticus: Flor. III. 7. *Bong.*

§ 4 *Quo facto*] Ms. quidam *Q. pacto*, quod videtur rectius. Mallem tamen

scribere *Q. fato*, quia sup. de fortuna Romanorum cœpit loqui. *Schef.*

Bellis quærere] F. *bello q.* Gron.

§ 5 *Assiduis præliis comsumpti*] Atqui præcedit 'et Syriæ et Ægypti regna,' quo hoc referend. Num ergo Noster rem, quam verba, magis habuit in animo, cum ista scriberet, et, pro regnis, incolas regnorum intellexit? an potius scripsit *consumpta*, idque post mutatum est in *consumpti* propter sequens 'in,' quod ab *i* initium habet? *Schef.*

§ 6 *Erotimus*] Non dubito quin hic sit Aretas, ut ab aliis vocatur. Meminit ejus sæpe Josephus: erat autem hic fil. Obodæ, ut testatur Steph. in Ἀβαρα. *Voss.*

Divisis] Præfero, quod in multis Mss. legitur, *diversis*. Schef.

LIBER XL.

Cap. I. § 1 *Filiis inimicitiis parentum succedentibus*] More priscorum Germanorum, ap. quos 'suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui, quam amicitias, necesse est.' Tac. G. 21. Quomodo Cato major, quum in adolescentem, qui defuncti patris inimicum involverat infamia, in foro post judicium ambulantem incidisset, dextera data dixit: 'ita parentibus esse parentandum: non agnis, non hædis, sed inimicorum lacrimis damnationibusque:' Plut. in Cat. Maj. 28. Sen. tamen de Ira II. 34. pronuntiat 'nihil iniquius, quam aliquem heredem paterni odii fieri.' *Bernec.* Antiquiores typis expr. *filiorum:* ut 'inimicitiis,' quod expressum est, sit sexti casus; et, inimicitiis, tertii casus sit subaudiendum. Si legatur *filiis inimicitiis p. s.* est hoc concise dictum pro, filiorum inimicitiis inimicitiis p. s. et simile illis quæ ad I. 7. 14. et II. 14. 10. notavimus. *Vorst.* Impr. Vett. habent *filiorum*, quod nonnulli probant. Atqui *filiorum succedentibus* non congruit. Puto Just. scripsisse *et mox filiorum, iis inimicitiis p. s.* Librarius rudis illud *iis* emendationis gratia putavit adjectum, quasi, pro *filiorum, filiis* esset scribendum, atque sic, mutato illo, hoc *iis* penitus exclusit. *Scheff.* Cum in antiquioribus edd. legatur *filiorum*, laborarunt viri docti in h. l. constituendo et explicando. Discutientur omnes nebulæ, si cum Junt. legas *et mox filiorum inimicitiis succedentibus.* Ex marg. irrepsit *parentum.* Facile enim intelligebatur filios hos esse eorum fratrum, qui mutuis odiis flagrarant. *Græv.*

Et reges et regnum Syriæ consumtum esset] Existebat adhuc Antiochus, Antiochi Cyziceni filius: quem regem sumere, eique tutorem dare, donec adolevisset, utique potuissent. *Vor.*

§ 3 *In Tigranen*] Tigranes, Syria ultra Euphratem et Cilicia potitus, 'rex regum' dictus est: Appian. Syr. p. 118. Strab. XI. f. Eo a Lucullo superato, Antiochus, Εὐσεβὴς, h. e. Pius, dictus, Cyziceni filius, ἦρχε τῶν Σύρων ἐκόντων. Duxerat is patris uxorem Selenem, quam deinde Tigranes interfecit. Strab. XVI. *Bong.*

Cap. II. § 3 *Ademit Pompeius*] Ὅτι τοὺς Σελευκίδας ὑπὸ Τιγράνους ἐκπεσόντας οὐκ εἰκὸς ἦν ἔτι Συρίας ἄρχειν μᾶλλον, ἢ Ῥωμαίους Τιγράνην νενικηκότας, Appian. Syr. p. 119. b. De Luculli autem et Pompeii rebus in Syria contra Mithridatem et Tigranem gestis, leg. præter Appianum, Plut. in utriusque Vita, et Dion. *Bong.*

Alieni operis præmia] Fabius ap. Liv. X. 24. 8. 'Quam arborem conseruisset, sub ea legere alios fructum, indignum esse' dixit. *Bern.*

§ 4 *Ut habenti regnum non ademerit*] Quomodo hæc stare possunt cum superioribus, ubi dicit a Lucullo 'regem Syriæ appellatum?' An hoc proprie et stricte accipiend. de appellatione nuda, non immissione simul in regnum? Videtur: sed sic legerem, *adimeret.* Schef.

Quo cesserit] Non improbo; quia tamen quidam Mss. habent *quod gesserit*, suspicor scripturam veram esse, *quod cesserit*, regnum sc. *Schef.*

§ 5 *Redigit*] An *redegit?* ut respondeat superioribus 'ademit,' 'respondit,' propter insertam conjunctionem 'Atque.' *Schef.* Consentit Juntina. *Græv.*

LIBER XLI.

Cap. I. § 1 *Parthi*] Vid. Strab. XI. et Dionys. et quæ in eum notavit Eustathius, et Agathiam II. et Jornandem, qui hunc l. citat ex Trogo. Strabo eos dicit ἀντιπάλους τῶν Ῥωμαίων κατὰ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. *Bongars.* Add. cum primis Marcellinum XXIII. 16. *Bernec.*

§ 2 *Scythico sermone Parthi exules*] Cum Parthi Scythicæ, s. ut Jornandes de Reb. Get. 6. specialius exprimit, Gothicæ, h. e. Germanicæ sint originis, a vero non abludere videtur amici mei veteris, Casp. Simonis Franci, linguarum et politioris litteraturæ scientissimi, conjectura, dictos Parthos, quasi die fahrter, sive fahrende, h. e. vagabundos, errones, non inusitata litterarum p et f commutatione. Quomodo dicimus die fahrende Schuler. Affinis eid. originationi vox Hispanica *farandulero.* Certe minus absurdum hoc etymon, quam commentitium illud Græcorum, Parthos dictos ἀπὸ τοῦ πορθεῖν, quod vastando omnia perdant. Habuit autem Parthica lingua multa communia cum Germanica: vid. Reineccii partem III. p. 213. m. *Bern.* Suid. v. Σῶστρις. Καὶ κατῴκισεν ἐν τῇ Ἀσσυρίων χώρᾳ. Σκυθῶν ἄνδρας μυριάδας φ', οἵτινες ἐκλήθησαν Πάρθοι, ὃ ἐστι Περσικῇ γλώσσῃ Σκύθαι, καὶ μέχρι σήμερον ἔχουσι τὴν στολὴν καὶ τὴν λαλίαν καὶ τοὺς νόμους τῶν Σκυθῶν.

§ 4 *Cum imperium Orientis, &c.*] 'Sic omnia verti Cernimus, atque alias assumere pondera gentes, Concidere has,' Ov. M. XV. 420. *Bern.*

§ 6 *Per virtutem*] *Per v.* desideratur in Juntis, et posset non incommode abesse. Dein [n. 11.] iid. cum aliis impressis *ut non immensa tantum jam ac profunda camporum.* Græv. Ex ratione debent hæc verba *per v.* deleri. *Faber. Per v.* videtur sane glossema esse, quod ex marg. irrepserit in textum. *Vor.*

§ 7 *Trinis bellis per maximos duces*] Crassum et Antonium: tertium adhuc quæro. An Cesennium Pætum? Sed is inferior ætate Trogi. Itaque *binis* f. rectius legas. *Bern.*

§ 8 *Et opulentissimum illud urbium*] Scrib. ut est in aliis, *et op. illud urb. mille.* Bong.

Et opulentissimum mille urbium, &c.] Strab. XV. p. 686. ex Apollod. Εὐκρατίδαν γοῦν πόλεις χιλίους ὑφ' ἑαυτῷ ἔχειν. Sed inter has pleræque Indiæ. *Gronov.* Mss. *op. illud*, unde Bongarsius *op. illud urbium mille*, ut legi ait in quibusd. Mallem tamen credere Just. transposite scripsisse *op. illud*

mille urbium, vel ob hanc solam causam, quoniam alias vocabulum *illud* non fuisset abolitum, si simillimum ei 'mille' non arctissime habuisset sibi conjunctum, per quod extinctum est. *Schef.*

Longinqua bella vicisse] Multum dubito Justinum sic scripsisse; certe, vincere bella, num reperiatur alibi usurpatum ignoro. Nec est oppositio, quam hic facere Justinus videtur, inter 'imperium Bactrianum' et *longinqua bella*. Itaque crediderim fuisse olim *bello:* ut 'longinqua' referatur ad, imperia, vel regna, de quibus præcedit. Ita enim elegans existit oppositio inter, emergere inter regna, in quibus constituti erant Parthi, et, vincere longinqua, a quibus procul aberant. *Bello* quoque *vincere* convenientissimum et receptiss. loquendi genus, Nostro etiam alibi usitatum. *Idem.*

§ 9 *Præterea*] Hoc vitiosum esse, mihi non est dubium, cum significatio hic ejus nulla sit. Rectius scriberetur *Præsertim:* verum ita scripsisse Justinum haud contenderim. *Schef.*

Cum gravibus Scythicis et vicinalibus bellis assidue vexati] Mss. *Scythis:* h.e. cum vexarentur a Scythis, qui iis graves erant, et vicinalibus bellis. IV. 3. 'Catinienses quoque, cum Syracusanos graves paterentur.' Horat. III. 5. 'Adjectis Britannis Imperio, gravibusque Persis.' Et I. 9. 'Quo graves Persæ melius perirent.' *Græv.*

§ 10 *Et Dacas et Areos et Spartanos et Maianos*] Ut nihil pudet hæc tam manifesta errata in libris publicare, cum nemo nesciat esse falsa. Legend. est *et Daas et A. et Carmanos et Margianos.* Quis unquam Spartanos in Asia posuit? *Maianos* autem gentis nomen non facile reperias ap. Geographos. In Margiana autem Ptolomæus et Daas et Tapuros et Massagetas ponit. *Glar.*

Et Dahas, et Arcos, et Spartanos, et Maggianos] Vett. librorum Mss. lectionem exhibui. Legend. autem *et D. et Arios, et Arianos, et Margianos,* ex Strab. Ptolem. et Plin. VI. 25. ubi Parthi, inquit, 'habent ab ortu Arios, a meridie Carmaniam et Arianos.' *Bongars.* Hanc emendationem Bongarsii confirmat et Salmasius in Solin. p. 1198. A. 2. *Bernec.* Codd. Mss. teste Bong. habent *et Dahas, et Areos, et Spartanos, et Maggianos.* Putat autem Bong. pro *Areos* legend. esse *Arios.* Verum, si hic ita legend. sit, sup. quoque XIII. 4. 22. legend. ita erit. Quia vero supra *Arei* sunt tolerati, et hic tolerari, credo, possunt. Græce dicuntur Ἄρειοι. Unde Latine æque *Arei* atque *Arii* dici possunt. Porro *Arianos et Margianos* pro *Spartanos et Maggianos* legend. esse facile accredo. *Vorst.*

Spartanos] Sic alicubi memini legere. Barbarum nomen; sed hic nulli esse Spartani possunt. Ortelius putabat legend. esse *Arianos,* qui populi Cadusiis finitimi sunt. *Faber.*

§ 11 *Intercedentibus*] H. e. vetantibus; vox tribunitia. Intercedimus verbo: prohibemus manu et opere. *Bern.*

In tantum] 'In tantum' plena locutio pro, tantum. Sic et XLIII. 3. 13. 'In tantum enituerunt.' Et judicat Sciopp. 'quantum,' 'tantum,' et id genus alia regulariter cum præpositione; figurate vero sine præpositione dici. Liv. XXII. 27. 'In tantum suam virtutem enituisse.' Virgil. Æn. VI. 'Nec puer Iliaca quisquam de gente Latinos In tantum spe tollet avos.' Vid. Sciopp. Parad. Literar. Ep. 5. quam sub nomine Paschasii Grosippi edidit. *Vorst.*

Profunda camporum] Vid. Flori Indicem, quem brevi dabit Freinshemius, in 'Diversa terrarum.' Ita XXXVIII. 1. 8. legend. videbatur *incerta belli;* quod ipsum est in Tac. IV. 23. 6. *Bernec.* Cl. Pricæus ad Apul. M. I. legit *immensa tantum jam ac porrecta camporum.* Porro 'immensa camporum' Auctor dixit, ut Cic. II. de N. D. 39. 'Immensitates camporum:' et 64. 'Immensa camporum.' *Gron.*

Ardua montium] Tac. XI. 9. 'ardua castellorum:' et Varr. II. de R. R. 'montium arduitatem' dixit. *Idem.*

§ 12 *Pleraque finium*] Vocem *finium* glossatoris puto esse, tractam huc ex superioribus, 'Fines deinde.' *Schef. Nix* uncinis includit Ed. Bong.

CAP. II. § 1 *Administr. &c.*] Saxo XIV. p. 260. 41. 'Adm. deinde provinciæ sub nostris reg. esse cœpit.'

Populorum ordo est] Scrib. *optimatum o. est.* I. 9. 'Ostanes optimatibus Persarum rem indicat:' et XLII. 5. de Phrahate: 'Cum infestos sibi optimates propter assidua scelera videret.' Vid. Strab. XI. p. 515. *Gronov.* Mihi nihil certius, quam vocem *populorum* esse vitiosam. Quales enim illi populi, et quis unquam 'ordinis' vocabulum usurpavit de populo? Quid vero substitui pro eo debeat, in hoc defectu historiæ Parthicæ, nondum potui videre. Nisi *optimatum* velis, ex XLII. 5. 2. *Schef.*

§ 3 *Et utrisque*] F. *ex utr.* Freinsh. Mallem *utrimque.* Gron.

Et utrisque mixtus] Ita Bong. et post eum alii edidere. Maj. et Sichard. ediderant *et ex utroque.* At Bechar. *utriusque:* quod ad τὸ *utrisque* propius accedit. Ego cum Freinsh. legend. puto *ex utrisque.* Solent enim 'utrique' plurali numero dicere pro, uterque. Exempli gratia 'utrique Dionysii' pro, uterque Dionysius. Vid. Ind. in Nep. *Vorst.* Legunt alii *ex utrisque.* Puto junxisse Justinum, et scripsisse *et ex utrisque.* Schef.

§ 4 *Vestis olim, &c.*] Julianus ὁ παραβάτης, in Oratione de Constantii Gestis: Διασώζουσι καὶ ἀπομιμοῦνται τὰ Περσικὰ, οὐκ ἀξιοῦντες, ἐμοὶ δοκεῖ, Παρθυαῖοι νομίζεσθαι, Πέρσαι δὲ εἶναι προσποιούμενοι, ταῦτά τοι καὶ στολῇ Μηδικῇ χαίρουσι. Statim post ap. Just. sequitur: 'Armorum patrius ac Scythicus mos.' Quod f. Trogi ævo verum fuit, sed Juliani non item. Ait enim ille, quod Parthi ἐς μάχας ἔρχονται, ὅμοιοι Μήδοις, ὅπλοις τε ἀγαλλόμενοι τοιούτοις, καὶ ἐσθήμασι ἐπιχρύσοις, καὶ ἁλουργέσι. *Voss.* Hinc Apuleio Flor. 5. dicuntur 'fluxi vestium Arsacidæ.' 'Posteaquam accessere opes,' sc. iis, quod eleganter subintelligi solet. Vid. Avum ad Liv. XXXVIII. 17.

Fluida] Tac. G. 17. 'Veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatæ ac Parthi, sed stricta.' Herodian. IV. 20. de Parthis Antonini dolo oppressis: 'Nec evadere fuga poterant, impediente cursum fluxa veste ad pedes deducta.' Lucan. VIII. 367. 'Illic et laxas vestes, et fluxa virorum Velamenta vides.' De vestitu Persarum ac Medorum, unde Parthi suum accepere, multa Brisson. Regn. Pers. II. *Bern.*

§ 5 *Servorum*] Mss. præferunt *servitiorum.* Quod probo. Ita enim semper solet Just. *Voss.* Junt. et Ms. *servitiorum.* Sic scripsit Just. XXII. 6. 'Eodem congestis etiam servitiis,' h. e. servis. Ita et 'ministeria,' pro ministris, Tac. XIII. Opera, pro operariis, Horat. 'Accedas opera agro nona Sabino.' 'Famulatio,' pro famulis, Apul. VI. M. et Græcis θεραπεία, Matth. XXIV. 45. pro θεράποντες. 'Matrimonia' Just. XII. 3. pro uxoribus, et mille talia. *Græv.* Mss. *servitiorum:* familiaris Justino loquendi ratio. Et docti viderunt. *Faber.* Codd. quidam Mss. quos Bong. vidit, et Junt. *servitiorum:* id quod a stylo Justini minime abhorret. *Vorst.*

Equitare et sagittare] Et hoc ex instituto Persarum hausere, de quibus Herod. I. 136. 'Liberos suos, a quinto anno incipientes usque ad vicesimum, tribus tantum instituunt, equitare, arcu sagittas excutere, vera loqui.' Porro, ne quis de Latinitate verbi 'sagittare' dubitet, utitur eo quoque Curt. VII. 5. 64. *Bern.*

§ 7 *Obsessas expugnare urbes*] Lucan. VIII. 377. ‘ Non aries illis, non ulla est machina belli: Haud fossas implere valent: Parthoque sequente Murus erit, quodcunque potest obstare sagittæ.’ Tac. XII. 45. 4. ‘ Nihil tam ignarum barbaris, quam machinamenta et astus oppugnationum.’ Add. de Gothis Marcellin. XXI. 18. et 22. *Idem.*

Pugnant autem proc.] Præstat Juntas sequi, qui legunt *P. aut p.* Græv. Junt. *aut:* idque convenienter τῷ ‘ aut,’ quod sequitur. *Vorst.*

Fugam simulant] Tac. VI. 35. 2. ‘ Cum Parthus, sequi vel fugere pari arte suetus, distraheret turmas, spatium ictibus quæreret.’ Atque de hac fugæ simulatione capiend. illud Propertii III. 8. 54. ‘ Parthorum astutæ tela remissa fugæ.’ Quem ad l. vid. notata ab eruditiss. Gebhardo: quibus add. Lucan. VIII. 376. Plut. Crasso 46. Appian. Parth. p. 144. c. Ceterum hoc astutæ fugæ genus tribuit etiam Ætolis Thucyd. III. 15. 18. Persis Xen. III. Exp. Cyr. p. 306. d. Thessalis Curt. III. 11. 26. Germanis, et præcipue Cattis, Tac. I. 56. 8. et G. 6. 8. Sed et Plato in Lachete Scytharum exemplum, qui fugientes, non stantes, cum hoste pugnant, adducit contra fortitudinis imperfectam illam descriptionem, quod sit ea vis, qua quis in acie stans fortiter pugnat. Homerus item Il. VIII. 108. Æneam hoc nomine commendans, *μήστωρα φόβοιο*, ‘ fugiendi rite peritum,’ appellat. *Bern.*

§ 8 *Nec pugnare diu possunt*] Facit tales et Germanos Germanicus ap. Tac. II. 14. 8. ipseque Tacitus G. 4. 2. Par elogium Gallorum in Liv. X. 28. 4. et Flor. II. 4. 2. *Idem.*

9 *Ut, cum, &c.*] Saxo V. p. 95. 21. ‘ Quo fit, ut, cum victoriam tibi cessisse putes, discrimen immineat.’

§ 10 *Loricæ plumatæ*] H. e. ex laminis ferreis in modum plumæ factis consertæ. Virg. Æn. XI. 770. ‘ Spumantemque agitabat equum, quem pellis ahenis In plumam squammis auro conserta tegebat.’ Ubi Serv. vide: præterea Turneb. Advers. XI. 25. Lips. de Mil. Rom. III. 6. et Stewech. in Veget. III. 23. *Bern.* Incertus Auctor ap. Suid. v. Θώραξ· Θώραξ δὲ ἱππέως Πάρθου τοιόσδε ἐστί· τὸ μὲν γὰρ αὐτοῦ πρόσω στέρνα (Ms. Leid. στέρνον) τε καὶ μηροὺς καὶ χεῖρας ἄκρας καὶ κνήμας καλύπτει· τὸ δὲ ὄπισθεν νῶτά τε καὶ τὸν αὐχένα καὶ τὴν κεφαλὴν ἅπασαν· περόναι δέ εἰσι πρὸς ταῖς πλευραῖς πεποιημέναι, αἷς ἑκάτερον τῶν μερῶν συμπορπηθὲν ὅλον σιδηροῦν ποιεῖ φαίνεσθαι τὸν ἱππέα. κωλύει δὲ οὐδὲν ὁ σίδηρος οὔτε τὰς ἐκτάσεις τῶν μελῶν οὔτε τὰς συστολάς· οὕτως ἀκριβῶς πρὸς τὴν τῶν μελῶν φύσιν πεποίηται. ὁπλίζουσι δὲ καὶ τὸν ἵππον ὁμοίως σιδήρῳ πάντα μέχρι τῶν ὀνύχων, διότι οὐδὲν αὐτοῖς ὄφελος ἂν εἴη τῶν ἰδίων ὅπλων, εἰ ὁ ἵππος αὐτοῖς προαπόλοιτο.

CAP. III. § 2 *Feminis non convivia, &c.*] Vid. Notam VII. 3. 3. *Bern.*

§ 3 *Venatibus*] De Parthorum acri studio venandi meminit et Herodian. VI. Unde Vononem ap. Augustum, cui a Phrahate obses datus fuerat, educatum, petitum Roma acceptumque regem, quamvis gentis Arsacidarum, ut externum tamen aspernatos Parthos Tac. II. 1. narrans, addit: ‘ Accendebat dedignantes et ipse, diversus a majorum institutis, raro venatu, segni equorum cura.’ Suet. Calig. 2. ait, ‘ Regum regem [h. e. Parthicum] ad indicium maximi luctus, exercitatione venandi abstinuisse.’ *Idem.*

§ 5 *Sepultura, &c.*] Etiam inhumanus hic humandi ritus ad Parthos defluxit a Persis, de quibus Herod. I. 140. eumque postremis quoque Persarum temporibus in usu fuisse patet ex Procop. I. Pers. et Agathia II. Consulendi Cic. Tusc. I. 44. et 45. Kirchman. in Append. ad lib. de Fun. Rom. 2. C. Barth. Advers. XLIX. 10. *Idem.*

Sepultura vulgo aut avium aut canum laniatus est] Perperam puto hunc morem Parthis attribui, cum is Hyrcanorum proprius sit. Scio quidem id. fere Herod. asserere de Persis: *οὐ πρότερον θάπτεται ἀνδρὸς Πέρσεω ὁ νέκυς, πρὶν ἂν ὑπ' ὄρνιθος ἢ κυνὸς ἑλκυσθῇ.* De canibus nescio an verum sit. De avibus constat. Quamvis id. habent et alii. Moris enim semper fuit Persis, s. Parthis, ut immatura morte defunctis os oculosque lacte oblinerent: inde equo impositos, instigatoque eo, corvorum prædæ exponerent. Quod si ab iis, quibus ejus rei negotium incumberet, animadversum fuisset, dextrum ejus oculum prius a corvis maceratum, felicem judicabant: sin sinistrum, contra. Cum senibus aliter agebatur. Eos enim ad montana deferebant, fameque enecabant: et omnes, qui hoc fato defungerentur, felices existimabantur. Strabo, qui Caspiis illud tribuit, videtur hæc duo mortis genera confudisse. Ait enim XI. Κάσπιοι δὲ τοὺς ὑπὲρ ἑβδομήκοντα ἔτη λιμοκτονήσαντες εἰς τὴν ἐρημίαν ἐκτιθέασιν. ἄποθεν δὲ σκοπεύοντες, ἐὰν μὲν ὑπ' ὀρνίθων κατασπωμένους ἀπὸ τῆς κλίνης ἴδωσιν, εὐδαιμονίζουσιν· ἐὰν δὲ ὑπὸ θηρίων ἢ κυνῶν, ἧττον· ἐὰν δ' ὑπὸ μηδενὸς, κακοδαιμονίζουσι. Videsis Petrum Teicheram in Compendio Mircondi. *Voss.*

§ 6 *Præcipua omnibus*] Insigniter hunc l. restituit Gronovius, qui legit *pr. amnibus*, h. e. præcipue religiose amnes et fluvios venerantur; quod ex Herod. Plin. Tac. Arnob. et aliis probat scriptoribus IV. Obs. 10. *Græv.* Præclara Gronovii emendatio ap. Voss.; nam et Parthi et Scythæ et omnes ferme Septentrionales populi fluvios venerabantur. *Faber.* Certiss. est emendatio Gronovii. Persas et Parthos veneratos fuisse fluvios variis Veterum testimoniis ostendit ille IV. Obs. 10. Ceterum inepta quoque locutio esset, si dixisset, præcipuam omnibus venerationem esse, i. e. præcipuam omnes venerationem habere in superstitionibus et cura Deorum. Quid illud est, venerationem esse alicui in superstitionibus, in cura Deorum? Veneratio Deorum enim, superstitio, et cura Deorum, unum et id. sunt. At recte et concinne dictum fuerit, *in superstitionibus et cura Deorum præcipuam amnibus venerationem esse*, i. e. inter superstitiones et culturas Deorum ap. Parthos, præcipuam amnes s. fluvios venerationem habere, s. præcipua veneratione eos frui. *Vorst.* Veriss. lect. est *amnibus*, quod cl. Gronov. primus ostendit. *Schef.*

§ 8 *Ad faciendum, quam, &c.*] Sall. Cat. 8. 6. de Romanis: ‘ Optumus quisque facere quam dicere malebat.’ Marcellin. XXI. 8. ‘ Plus audire quam loqui militem decet, actibus coalitum gloriosis.’ Add. notam II. 10. 23. *Bern.*

§ 9 *Principibus, &c.*] Sarisb. ‘ Princ. m. n. p. vel religione par.’

In libidinem projecti] Quo argumento dissuaserunt amici Pompeio fugienti Corneliam uxorem formosam ad Parthos ducere. Plut. Pomp. 126. et Appian. Civ. II. *Bern.*

§ 10 *Quatenus expedit*] Pestilens Lysandri dictum ap. Plut. Apoph. Lacon. 94. ‘ Veritatem nihilo meliorem esse mendacio: sed utriusque dignitatem et pretium usu definiri.’ *Idem.*

CAP. IV. § 1 *Stagnori*] Legend. *Statanori*, ut XIII. 4. 22. cui tamen Drancas et Areos tribuit, (ut et Diod. XVIII. 3.) Parthos autem Nicanori assignavit. Diodorus Parthiam et Hyrcaniam Phrataferni evenisse refert: et Strabo a Macedonibus Hyrcaniam Parthiæ junctam scribit. *Bongars.* Ms. *Staganori.* Junt. *Stasanori:* optime, ut XIII. 4. *Græv. Statanori* emendavit Bong. pro *Stagan.* sed et *Stasanori* probum est, et ex analogia

linguæ Græcæ, ut 'Phthisanor,' et alia ejus formæ. *Faber.* Rescripsi audacter *Stasanori* ex ed. Junt. Bong. edidit *Stagnori.* Sed addit tamen legend. esse *Statanori*, ut XIII. 4. 22. legitur. Sed et Græv. pro *Stasanori*, quod in ed. Junt. ipsa reperit, cum Bongarsio *Statanori* legend. putat. Verum quidni ipsum *Stasanori* reponamus, postquam editionem Junt. sic habere, ceterosque omnes tum Latinos tum Græcos, qui ejus hominis mentionem fecere, sic eum appellare scimus? Vid. et sup. Notas ad XIII. 4. 22. *Vorst.*

Externo socio] Vocabulum *externo* mihi suspectum est, cum omnes socii sint externi, sic accepto externorum vocabulo. Num apposuit glossatorum aliquis, quia præcedit 'nullo Macedonum?' *Schef.*

§ 2 *Deductis*] F. *did.* Freinsh. Placet mihi quoque *did.* Noster ipse XV. 4. 23. 'Et, cum de præda non convenirent, iterum in duas factiones diducuntur.' *Schef.*

§ 3 *Pronepote Seleuco*] Male: nepos enim fuit, ipso Justino teste. Hic enim Seleucus Antiochi filius est XXVII. 1. 1. hic vero Seleuci primi s. Nicatoris XVII. 2. 10. *Freinsh.*

Bulsone, M. Attilio] Vett. plerique *Bulsione.* Legend. *Vulsone.* In Fastis est C. Attilius, non M. Attilius. [In fastis Capitolinis a Pighio suppletis est M. Attilius.] Constitutum est Parthorum imperium, et conditum, Selenco Callinico Asiam obtinente. Strab. XI. Euseb. Chronico. Lubet adscribere ortum regni Parthici ex Georgii Monachi Chronico, cujus mihi copiam fecit præstantiss. vir Fr. Pithœus. Συρίας καὶ Ἀσίας δ' ἐβασίλευσεν Ἀντίοχος ἐπικληθεὶς Καλλίνικος, ὁ αὐτὸς καὶ Σέλευκος. Et paulo post: Ἐπὶ τούτου τοῦ Ἀντιόχου Πέρσαι τῆς Μακεδόνων καὶ Ἀντιόχων ἀρχῆς ἀπέστησαν ὑπ' αὐτοὺς τελοῦντες ἀπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ κτίστου· διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἀρσάκης τις καὶ Τηριδάτης ἀδελφοὶ, τὸ γένος ἕλκοντες ἀπὸ τοῦ Περσῶν Ἀρταξέρξου, ἐσατράπευον Βακτρίων, ἐπὶ Ἀγαθοκλέους Μακεδόνος ἐπάρχου τῆς Περσικῆς· ὃς Ἀγαθοκλῆς ἐρασθεὶς Τηριδάτῃ, ὡς Ἀριανός φησιν, ἑνὸς τῶν ἀδελφῶν, καὶ τὸν νεάνισκον σπουδάζων ἐπιβουλεῦσαι, διαμαρτήσας ἀνῃρέθη παρ' αὐτοῦ καὶ Ἀρσάκου ἀδελφοῦ αὐτοῦ· καὶ βασιλεύει Περσῶν Ἀρσάκης, ἀφ' οὗ οἱ Περσῶν βασιλεῖς Ἀρσακίδαι ἐχρημάτισαν, ἔτη β', καὶ ἀναιρεῖται καὶ μετ' αὐτὸν Τηριδάτης ἀδελφὸς ἔτη λζ'. Integrum locum adscripsi, quia editus non est, et narrationem continet memoria dignam. *Bongars.* Hisce Suidas obstrigillat, qui scribit, 'Arsacem Parthum, imperio Persarum potitum anno 293. [sc. ab initio Cyri] ejectis Macedonibus, regnum Parthis tradidisse.' Atque ille annus 293. abest a Consulatu Vulsonis et Reguli (quem Noster terminum statuit) annis 17. Major discrepantia ap. Marcellin. XXIII. 16. qui Seleucum Nicatora ab hoc Arsace debellatum perhibet, ac tum Arsacidarum imperium iniisse. Tac. H. v. 8. 4. sub Antiocho Epiphane hoc contigisse refert. *Bern.*

§ 5 *Theodotus*] Straboni XI. p. 355. 20. Διόδοτος. *Bong.*

§ 6 *Arsaces, vir, sicut incertæ originis, ita virtutis expertæ*] Georg. Monachus in allato jam modo l. dicit Arsacem et fratrem Tiridatem ab Artaxerxe, Persarum rege, genus ducere. *Berneccer.* Doctissimus Schicard. in Tarich Regum Persiæ, putabat originem trahere Arsacem a Dario Codomanno: quod tamen non videtur. Nam in Chronico Persico, quod penes cl. Elichmannum est, dicitur esse ex semine Chaichosrou, qui est Cyrus. Pater vero ejus vocatur Darius quidam. Quæ potuit erroris causa fuisse. *Voss.*

§ 7 *Parthos ingressus*] Credo legend. *P. aggr.* Fab.

Andragoram] Unum ex Andragoræ posteris, de quo sup. XII. 4. 12. quem Arrian. III. Ammynapen vocat. Georgius hunc vocat Agathoclem. *Bong.*

§ 8 *Ita duarum civitatium*] 'Civitates,' h. l. sunt, regiones; ut sup. 'pœnalem civitatem,' i. e. Hyrcanos. *Fab.*

Imperio præditus] Sallustiana phrasis: Cat. 51. 1. 'Qui, imperio præditi, in excelso ætatem agunt.' *Bern.*

CAP. V. § 2 *Urbem quoque nomine Duram in monte Taborteno*] Hæc nomina mihi plane suspecta. Strab. XI. Parthorum optima inquit loca Arla et Mariana. Ptolemæus Dornam in Niphate monte ponit supra Assyriam: item in ipsa Assyria Dartheno, in Susiana Deram ad montem. F. de hac nunc loquitur. *Glar.*

Daram in monte Zapaortenon] Scripturam veterem expressi, ut ex ea veram lect. quilibet assequi conetur. Pro *Daram* putavi aliquando legend. *Choaram* ex Plinii VI. 15. sed videat lector, an ex cap. 16. facilius possit erui vera lectio. 'A Caspiis,' inquit, 'orientem versus regio est Zapavortene dicta, et in ea fertilitatis inclytæ locus Darieum dictus.' Ibi Hermolaus *Dasan* h. l. legit, non *Daram.* Bongars. Vid. Salmas. in Solin. 982. b. Quem refutat Petavius in Misc. Exercit. p. 382. *Bern.*

Daram in monte Apavarticeno condit] Sup. quoque meminit Daræ, ut nos ostendimus. H. vero l. pro *Dara* doctiss. Schicardus ex sua Tarich Persica putabat rescribend. *Asca*, quod reperisset Arsacem urbem condidisse, quam de suo nomine appellarit اشک. Sed hæc alia est. Dara enim ad Caspias Pylas, hæc vero in Hyrcania. Videtur huj. meminisse Isidorus Characenus: Ἐντεῦθεν Ἀστανηνὴ σχοῖνοι ξ'. ἐν ᾗ κῶμαι ιβ'. ἐν αἷς σταθμοὶ ιβ'. πόλις δὲ Ἀσαὰκ, ἐν ᾗ Ἀρσάκης πρῶτος βασιλεὺς ἀπεδείχθη· καὶ φυλάττεται ἐνταῦθα πῦρ ἀθάνατον. Ita enim legend. est ille l. Alii tamen Arsaciam vocant urbem illam, et eand. ac Ragas, Europum, Duram faciunt. Sed plures suo nomine insignitas urbes constat Arsacem condidisse. Verum hæc confusissima. Alibi de iis erit fusior dicendi locus. *Voss.*

In monte Zapaortenon] Legend. videtur *Zapaorteno.* Regio Zapaortena vocatur a Plin. VI. N. H. 16. *Gronov.* Lucas Holsteinius legend. existimat *Apovartenon.* Ἀπουαρτική fuit Parthiæ regio, ut auctor est Isidorus Characenus. Corrupte ap. Plin. scribitur *Zapavartene* pro *Apovartene:* in hac situs est mons Apavartenon dictus. *Græv.*

§ 3 *Ut tutela loci nullis defensoribus egeat*] Vix ita scripsit Just. Quam enim horrida ista, et inconvenientia: Locus cingitur rupibus, ut tutela loci non egeat defensoribus? Et quid est tutela eget defensoribus? Itaque persuasum habeo adscripsisse aliquem in margine, velut argumentum eorum, quæ verbis hisce proponuntur, 'tutela loci,' quasi diceret: Agitur hic de tutela loci, s. quomodo is locus redditus sit tutus. Postea id argumentum transumptum esse in ipsum textum. *Schef. Tut.* h. l. sexti casus esse existimabat Jensius, sc. ut, per tutelam loci, quæ sunt rupes, nullis defensoribus egeat.

§ 4 *Jam fontium ac silvarum*] Junt. *Nam f. et s.* Sed nihil muta. *Jam* sæpe venuste usurpatur in connexionibus. Cic. I. de Orat. 'Jam vero narrationem quod jubent verosimilem,' &c. Id. III. Fin. 'Jam membrorum, id est, partium corporis alia videntur propter eorum usum natura esse donata.' *Græv.* Angl. illud *Jam* non agnoscit. Ego tamen in vulgatis nihil mutem. Solent enim optimi scriptores hac particula sic uti, ut a glossatore vix videatur intrusa. Ipse Noster IV. 1. 16. in descriptione Siciliæ: 'Jam ipsa Italiæ Siciliæque vicinitas, jam promontoriorum alti-

tudo ipsa ita similis est,' &c. Locus nostro huic simillimus. *Schef.*

§ 6 *Arsacis nomine*] Ap. Parthos inquit Strabo XV. p. 483. 33. Ἀρσάκαι καλοῦνται πάντες· ἰδίᾳ δὲ ὁ μὲν Ὀρώδης, ὁ δὲ Φραάτης, ὁ δὲ ἄλλο τι. *Bongars.* Serv. ad illa Virgil. Æn. XII. 529. 'Murrhanum hic, atavos et avorum antiqua sonantem Nomina, per regesque actum genus omne Latinos,' &c. 'Hoc est,' inquit, 'cujus nomine majores omnes Murrhani dicti sunt, et reges fuerunt. Scimus enim plerumque solere fieri, ut primi regis reliqui nomen etiam possideant. Ut apud Romanos Augusti vocantur: apud Albanos Silvii: apud Persas Arsacidæ: apud Ægyptios Ptolemæi: apud Athenienses Cecropidæ.' *Modius.* Add. eund. Serv. in Æn. VI. 760. Curtium VIII. 12. 23. Marcellin. XXIII. 16. Suid. in 'Arsaces,' Isidor. Origin. IX. 3. et Freinshemii Ind. in 'Regis.' *Bern.*

§ 7 *Hujus filius et successor regni, Arsaces et ipse nomine*] Alii huj. Arsacis non meminerunt. Persæ tamen norunt. Quemnam vero *Pricipatium*, aut *Pampatium*, Justinus vocet, ignoro. An est *Pharnapatius?* In Parthicorum sane regum catalogo, quem habeo, a cl. Joanne Elichmanno, nihil simile apparet. Lubet hic eorum nomina apponere, quoniam non parum lucis Græcorum Historia inde potest mutuare. Mancus namque multis in locis fuit Catalogus ille, quem edidit Schicardus; quod vel hinc apparebit: 'Askan filius Darii est primus Asfaniensium rex, et totam familiam ab eo denominant. Tempus regni ejus X. anni. Ascan, filius Ascan, regnavit annis XX. Behran, fil. Siabur, XI. annis. Belas f. Behram XV. annis. Hormoz f. Belas XIX. annis. Nuscha f. Belas XVII. annis. Feruz filius Hormoz XII. annis. Chosrû f. Belas XIII. annis. Ardavan f. Belas XIII. annis. Ardavan f. Asfan XV. annis. Belas f. Asfan XII. annis. Gjudar fil. Asfan XXX. annis. Barsehi f. Gjudar XV. annis. Gjudar filius Mehras II. annis. Beri filius Gjudar XV. annis. Gjudar filius Beri II. annis. Beri f. Gjudar XX. annis. Ardavan XXXI. annis. Et hic ultimus Asfaniensium est, quem Ardxir Babek e medio sustulit.' Tempus autem imperii Parthorum s. Asfaniensium circiter 250. annorum faciunt: juxta alios vero 430. annorum. *Voss.*

Antiochum] Magnum nempe, Seleuci Callinici filium, de quo XXIX. 1. 3. et toto lib. XXXI. *Bern.*

§ 8 *Priapatius*] Gronov. IV. Obs. 10. censet legend. esse *Phriapitus;* aut certe *Parapitus;* quoniam Arrian. in Parthicis ap. Phot. commemoret Φριάπιτον quendam, et ap. Xen. IV. H. Gr. Parapita Persicum mulieris nomen sit. Sed non magna eorum nominum est differentia; nec mirum, si in literis vocalibus Justinus ab aliis nonnihil discrepet. *Vor.*

Nam omnes, &c. usque ad *cognom.*] Posteriora Trogi non esse suspicabatur Rupert. in Epist. XL. ad Reines. p. 324.

§ 9 *More gentis*] *M. gentium* hic legend. censuit Bong. Not. ad XXI. 1. 2. *Bern.*

Phrahates more gentis, hæres regni, Mardos, validam gentem, bello domuit] Mardos in Characem urbem transtulisse, auctor est Isidorus Characenus: Εἰς δὲ τὴν Χάρακα πρῶτος βασιλεὺς Φραάτης τοὺς Μάρδους ᾤκισε. Ita leg. *Voss.*

§ 10 *Fratri potissimum*] 'Gala rege mortuo, regnum ad fratrem ejus Desalcem, prægrandem natu (moris ita apud Numidas est), pervenit:' Liv. XXIX. 29. 3. Attamen plurium gentium jura nepoti favent, subscribente Lycurgo, qui regnum Charilao fratris filio cessit, quod in manu ejus erat, omnium gratia, tenere. Noster sup. III. 2. 5. Plut. Lycurg. 4. Cui simillimum Ferdinandi, Aragoniæ et Siciliæ regis, exemplum refert Th. Fazellus de Reb. Siculis decad. posterior. lib. IX. *Bern.*

Mithridati] Sextum ab Arsace facit Oros. V. 4. *Bong.*

Plus regio, quam patrio, &c.] Metius ad Imp. Tacitum ap. Vopiscum 6. 'Ingens est gloria morientis principis, rempub. magis amare quam filios.' Ap. Tac. I. 42. 1. Germanicus: 'Non mihi uxor aut filius patre et repub. cariores sunt.' *Bern.*

CAP. VI. § 1 *Eucratides*] Ejus meminit Strabo init. lib. XV. et lib. XI. *Bong.*

§ 3 *Sogdianorum et Drangaritanorum*] Scrib. *Drangianorum.* Voss. Ms. et Junt. *Sogdianorum et Arachotorum et Drangianorum.* Arachoti sunt Arachosii. Nam Arachosia dicitur et Arachotis, et incolæ Arachoti: vid. Strab. et Steph. Superius XIII. 4. corrupte legitur *Aracossi* pro *Arachoti*, aut *Arachosii.* Græv. Voss. *Drangianorum.* Vere. *Faber.* Codex Ms. teste Bong. et Junt. teste Græv. *Sogdianorum et Arachotorum et Drangianorum.* Ἀραχωτοί, Arachoti, ut Arrianus appellat, s. Arachosii, et sup. XIII. 4. 22. nominantur: quanquam ibi ex edd. vulgaribus *Aracossi* retentum. Sed et, qui hic *Drangaritani* vocantur, jam supra memorati, et quidem Drancæ appellati videntur. *Vorst.* Mihi duorum populorum vocabula videntur coaluisse in unum. Unius certe verum nomen non *Drangaritani*, verum *Drangæ.* Itaque, quod reliquum est in hac voce, pertinet ad gentem aliam. Quale autem illud fuerit, nunc non est otium inquirere. *Schef.* Sed, cum Juntæ quoque *Drangianorum* legant, merito illos sequimur. *Græv.*

Ab invalidioribus] Videri possit *valid.* scribendum, quia validiorem invalidi non opprimunt. Sed retinenda lect. vulgata, nam *invalidiores* debent intelligi non respectu ejus temporis, quo Bactriani redditi erant exsangues per bella cum Sogdianis et aliis, sed reliquorum omnium, quibus semper Bactriani eos superabant viribus. *Schef.*

§ 4 *Adsiduis, &c.*] Oros. VI. 21. 'Hi Vaccæos ads. erupt. populantur.'

§ 5 *Per sanguinem ejus currum egit*] Junge Tulliæ exemplum ap. Liv. I. 48. et Flor. I. 7. 3. ubi Freinsh. *Ber.*

§ 7 *Bacasin*] F. decurtatum est ex *Bacabasum.* Fab.

§ 8 *Elymæorum rege*] De horum potentia et viribus, quibus freti Parthorum imperia contemnebant, Strab. XVI. p. 512. 36. *Bong.*

§ 9 *Arreptus*] In Mss. legitur *correptus*, quod sine dubio est præferend. Factum autem ex eo *arreptus*, quia littera initialis *c* per præc. finalem *e* ob similitudinem omissa est. Tum enim ex *orreptus*, quod remanserat, *arreptus* per emendationem sc. est formatum. *Schef. Correptus* stabilit etiam Juntina: sic sup. XXIII. 3. Suet. Jul. 72. ut notavit Scheff. in Auctuario Notarum. *Græv.*

LIBER XLII.

CAP. I. § 1 *Post necem*] 'Nex' raro exemplo de morte naturali. Nam in fine lib. præc. dicitur hunc 'fato decessisse.' Ita Sen. ad Marc. 21.

fin. 'Fata nobis sensum nostræ necis auferunt.' Et Suet. Cæs. 5. 2. 'Post necem Consulis' Lepidi, quem morbo extinctum constat ex Flor. III. fin. *Bern.*

Rex constituitur] Mss. plures Bong. habent *statuitur*, quam proinde lect. puto esse veram. Nam et alibi sic Noster; ut XII. 4. 'Parthis deinde domitis præfectus his statuitur ex nobilitate Persarum Andragoras.' Τὸ *constituitur* est glossatoris. *Schef.*

§ 2 *Dolentes tantum iis itineris*] Leg. *dol. t. sibi it. &c.* Faber. *Iis* pro, sibi: quæ pronominum permutatio in auctoribus est frequens. Contra 'sibi' et 'suus' dicunt pro, illi et illius. Vid. lib. de Latinit. f. susp. 5. *Vor.*

§ 3 *Hymerum quemdam*] Athenæo X. est Ἵμερος. Eum vid. *Voss.* Scripseram in libro meo *Himerum.* Sed ita prior, in suo, Vossius, et sic legend. Add. quod ita in Impr. quibusd. legitur, et Græca origo approbat. *Faber.*

Pueritiæ flore] Claudian. in Eutrop. I. 342. 'Parthica ferro Luxuries vetuit nasci lanuginis umbram, Servatoque diu puerili flore coëgit Arte retardatam Veneri servire juventam.' *Bernecker.* Liv. XXI. 2. 'Flore ætatis primo sibi conciliatus.' Plura exempla congessit Mercer. ad Non. Marcell. p. 96.

Importune vexavit] 'Importunus,' 'importune,' et 'importunitas' verba sunt quæ in tyrannum accidunt, et extremæ atque effrenatæ impotentiæ odorem habent. Cic. Liv. Flor. *Faber.*

§ 4 *Ipse autem Phrahates exercitum, &c.*] Non temere utendum milite qui causas habet cur animo sit a nobis alieniore. Polyb. v. 54. pr. simile huic nostro proponit exemplum Molonis, Susianæ et Babyloniæ populis recens a se nec opinata victoria subactis, infeliciter utentis adversus Antiochum regem, a quo ipse antea defecerat. *Bern.*

§ 5 *Inclinatam, &c.*] Saxo v. p. 89. 40. 'Incl. Hunnorum ac. conspicatus.' Add. VII. p. 122. 30. XIV. p. 255. 50.

Captivitatis, &c.] Id. IV. p. 62. 1. 'Quam [ultionem] se parum bello exequi posse credentes:' et VIII. p. 156. 26. 'Fraternam ult. quia viribus nequibat, fraude exequi pertentabat.'

CAP. II. § 1 *Contenti victoria*] Mss. mei Fuld. mire mira syntaxi *cont. victoriæ*: de qua locutione nos cum Deo alibi. *Modius.* Huj. locutionis exemplum vix aliud invenias: nisi quod Claudius JC. etiam ita locutus est L. 37. §. 4. in fin. D. de Legatis III. 'Quoniam in his expressit, ut contentus esset partis dimidiæ dotis.' *Bern.*

§ 2 *Sed Artabanus bellum Colchatariis*] Colchatarii qui sint, non est clarum. Strab. XI. Chalachanen ponit extra Armeniæ montes, de qua hic eum loqui nunc puto. Item post aliquot versus Justinus Armeniorum regem Artoadisten nominat. Quem Plutarchus Artuasden. Strab. jam dicto lib. Artabasden Tigranis filium appellat. Sed in barbaris non est multum momenti. *Glar.*

Sed Artabanus] Mallem quod habent Mss. Bong. *Sed et A.* ut fieret respectus etiam ad Phrahatis breve imperium. Cui alias hoc opponitur, si non ita scribatur, cum tamen oppositio sit nulla. *Schef.*

Thogariis] Ita libri vett. Quidam tamen *Teogariis:* unus *Thocaris.* Tocharios Scythicum genus commemorat Plin. VI. 17. et Τοχάρους Dionys. Perieg. et Ptolemæus. *Bongars.* Antiquiores typis expr. *Colchatariis:* et paulo post *Artoadisti* pro *Ort.* Vor.

§ 3 *Quippe, &c.*] Saxo præf. p. 2. m. 'Ita antecessorum famam atque opinionem operum magnitudine supergressus.'

Claritatem parentum] Cic. Off. III. 13. 'Si quis ab ineunte ætate habet causam celebritatis et nominis, aut a patre acceptam,' &c. Add. sup. Notam ad XXIX. 1. 9. *Bern.*

§ 6 *Ortoadisti*] Ἀρταουάσδης Armeniæ regis nomen est in Strab. XI. et Plut. Antonio 66. De Armenia leg. Strab. XI. Plin. VI. 9. Dionys. et Eustath. qui in magnitudine ab Auctore nostro dissentiunt. *Bongars.* Junt. *Artoadisti.* Quod propius ad verum accedit. Appellatur enim, ut ex Strab. et Plut. Bongarsius ostendit, Artavasdes; sicut et, qui Tigrani postea successit, ejusd. nominis fuit, ut ex Joseph. et aliis liquet. *Græv.* In Mss. *Arthoadisti,* unde sane pronum Bongarsio fuit restituere ex omnibus historicis *Artavasdi,* quo nomine multi Armeniorum reges olim dicti. *Faber.* Junt. *Artoadisti,* quod factum ex *Artavasde,* vero nomine, ut ex Strab. ac Plut. docet Bongarsius, Grævius arbitratur. *Schef.*

§ 7 *Paullo, &c.*] Oros. VII. 9. 'Namque ut p. a. repetam.'

§ 8 *Cum fines ejus post Parthiam*] Mss. Bong. *cum f. p. P.* F. leg. *cujus f. p. P.* Gron.

§ 9 *Undecies centum millia patet*] Rideas magnitudinem, quam tribuat Armeniæ. Sed hæc alibi. *Voss.*

§ 10 *Ab Armenio*] Armenum vocant Strabo et Eustathius, ἐξ Ἀρμενίου πόλεως Θετταλικῆς. Stephanus, ex Antipatro, Rhodium fuisse dicit. *Bong.*

Quem cum perditum, &c.] His illustrandis faciunt illa Val. Flacci I. Arg. 29. 'Super ipsius ingens Instat fama viri, virtusque haud læta tyranno. Ergo anteire metus, juvenemque extinguere pergit Æsonium: letique vias ac tempora versat,' &c. Ead. via grassati, per speciem honoris suspectos aut æmulos amoliri tentarunt, Saul Davidem, Joseph. Antiq. VI. 11. Cumani Aristodemum, Dionys. VII. 4. Hiero Polyzelum fratrem, Diod. XI. 48. Dionysius Leptinem fratrem, Æneas Poliorcet. 10. Alexander Clytum, Curt. VIII. 1. 46. *Bern.*

Ex bello, &c.] Saxo XIV. p. 329. 15. 'Prof. bar. piratæ.'

§ 11 *Principes juventutis*] 'Juventus' hic de virili ætate dicitur: unde mox hi ipsi 'fortissimi viri' audiunt. Romanis 'Juniores,' ex instituto Servii, ad annum XLV., ultra 'Seniores,' Dionys. IV. 20. et Liv. I. 43. 1. Hinc Plin. in Paneg. 8. Imp. Trajano 'juventam' tribuit: qui tamen agebat ætatis annum 44. Et cap. 22. factis tribus ætatis gradibus, inquit: 'Te parvuli noscere, ostentare juvenes, mirari senes.' Itemque cap. 69. Consulatus Candidatos 'juvenes' vocat: at illi utique jam viri, quomodo Suetonio Aug. 34. 3. Germanicus post susceptos jam aliquot liberos 'juvenis' dicitur. Ita Tibullo I. 4. 33. 'juvenis' est ein altlechte Frauw uber ihr viertzig Jahr. Nam adolescentiores uxores 'puellas' appellari patet ex Horat. Ov. Sen. Quin et Pythag. in Diog. Laërtio, virilis et constantis ætatis hominem νεανίαν vocavit. Et Herodian. sub init. lib. IV. Οἱ τῆς Συγκλήτου ἐπίλεκτοι νεανίαι, 'Senatorii ordinis lectissimi juvenes.' *Bern.*

Principes juventutis totius ferme orbis concurrerent] De expeditione Argonautica loquitur Justinus; quare falsum est quod legis, ut ex toto orbe juventus concurrerit. Nulli enim huic interfuerunt, nisi qui Græci nominis erant, ut ex Apollodoro, Apoll. Rhodio, et aliis constat. Id cum ita sit, scribend. est *totius Græciæ;* quis enim credat in re adeo pervulgata, et quam in Scholis pueri discebant, Justinum ita turpiter lapsum fuisse? Dicetur tamen contra, Just. ipsum pauculis post lineis dicere, multitudinem ex 'omnibus gentibus' sequutam esse Jasona, cum Colchidem repetivit. Fateor. Sed in Græcia

quot gentes? quot populi erant? Itaque gentes illæ erant non homines Siculi, non Itali, non Asiatici, &c. sed Græci. *Fab.*

§ 12 *Medea*] Cujus historiam, præter Euripidem et Apoll. Rhod. habet Ov. M. VII. Cic. de N. D. III. 26. et pro L. Manil. 9. *Berneccer.* Medea per divortium decesserat ab Ægeo, rege Athenarum. Vid. sup. II. 6. 14. *Vor.*

Medio] Ita boni libri; unus *Medo*, quomodo eum Strab. Steph. et Eustath. vocant. *Bongars.* Hesiod. in Theog. 1001. Μήδειον illum appellat. *Gron.*

Socerumque etiam] Scrib. *socerumque Æëtam.* Vid. Higin. Fab. 27. *Idem.* Tetrum ulcus in h. l. est, quod a nemine animadversum et sanatum fuisse vehementer miror. De illo nuper scriptum est ad Græv̈ium nostrum, sed antea ad Borellum; Epistola est in fine harum notularum. Sed absolvamus cetera, et hinc tandem emergamus; nam paucula supersunt. *Fab.*

CAP. III. § 1 *Et filium Ægialium*] Hic Apollonio et Straboni VII. est *Absyrtus.* Bongars. Quidam impressi *et filium Œtæ.* Male. Alii *filium Ætæ.* Male positum pro *Æëtæ.* Sed est glossema. Nam præcessit *ejus.* Hoc pertinet ad emendationem, quæ a me in extremo fine posita est. *Faber.* Num reperiatur usquam Ægialius ignoro. Ægialeus legitur, sed Adrasti filius. Num errore glossatoris adscriptum in margine, ac dein transsumtum in textum? Ita malo credere. Nam *ejus* Fabri nimis longe abit a vocabulo *Ægialium.* Schef.

§ 2 *Primusque humanorum*] 'Humani' pro hominibus. Cic. Att. XIII. 21.' Possum falli ut humanus.' Ov. II. F. 'Pulcher et humano major.' Lucret. III. 'Et sæpe usque adeo mortis formidine vitæ Percipit humanos odium lucisque videndæ.' Pari modo vernaculum nostrum mensch proprie nomen adjectivum est pro menniſch, nihilque aliud quam humanum et ad hominem pertinens significat; sed ex adjectivo factum deinde est substantivum: ut in cap. 2. Obs. in Ling. Vernac. demonstravimus. *Vor.*

Cæli plagam] An *soli* legendum. *Freinsh.* Mihi vocula *cæli* ab inepto glossatore intrusa videtur, qui alias, nisi cœli plagas nescivit. *Schef.*

§ 3 *Frudium et Amphistratum*] Straboni et Eustathio Ῥεκὰς καὶ Ἀμφίστρατος, οἱ τῶν Διοσκούρων ἡνίοχοι, a quibus populi isti Heniochi dicti. Solinus 20. Marcell. XXII. 15. 'Amphitus et Telchius Spartani, aurigæ Castoris et Pollucis.' *Bongars.* Antiquitus impressi *Phrygium* habent, manifestis vestigiis veræ lect. quæ est *Rhecium.* Salmas. in Solin. 193. F. 1. *Berneccer.* Junt. *Recam et Amphistratum.* Strab. sane et Eustath. *Recam* appellant. *Græv.* Bechar. et Maj. pro *Frudium* edidere, *Phrygium.* In quo Salmas. vestigium esse putat veræ lect. quæ sit *Rhecium.* At Juntæ *Recam* habent, quod cum appellatione Strabonis et Eustathii, utpote quibus Ῥεκὰς est, optime omnium congruit. *Vor.*

Recam] Bong. ex Strab. et Eustath. ita restituit; quæ vera lect. est. Antea legebatur *Frudium*, quod monstrum unde advectum fuerit nescio. *Fab.*

§ 4 *Qui Herculem*] Tac. VI. 34. Hiberos et Albanos Thessalis ortos scribit. *Bongars.* Plinius VI. 13. m. Nostro propius accedens, 'Albanos ortos ab Jasone' dicit. *Bern.*

§ 5 *Jasoni totus, &c.*] Orientales enim servitio nati, et summi adulandi artifices, principes suos adorabant, et pro Diis habebant. Curtius meus: 'Persas non solum pie sed etiam prudenter reges suos inter Deos colere: majestatem enim imperii, salutis esse tutelam:' quem tamen morem etiam Romani excepere, apud quos ille, qui, si Diis placet, dominus audire nolebat, ut Deus colebatur; templisque et aris honorabatur: cujus tamen rei invidiam ut non nihil mitigaret, non soli sibi permisit templa statui, sed conjunctim sibi et urbi Romæ. Ita enim a communi Asiæ Pergami statutum templum illi, de quo vid. Tac. IV. ubi elegantissimus Lipsius etiam denarios extare hodieque ait, cum forma ipsius templi et inscriptione COM. ASIÆ. ROM. ET AVG. i. e. Commune Asiæ Romæ et Augusto. Item lapides in quibus legatur FLAMINI. ROM. ET AUG. *Modius.* Junge Strab. XI. p. 526. p. 531.

Templaque constituit] Ἰασόνεια vocat Strabo, et Ἰασόνεια ἡρῷα, τιμώμενα σφόδρα ὑπὸ τῶν βαρβάρων: qualia multa reguli everterunt: Parmenion autem id, quod erat Abderis, diruit. *Bongars.* De his capiendus Tac. VI. 34. 6. 'Multa de nomine Jasonis' (sc. appellata templa sacellaque) 'celebrari.' *Bern.*

Post multos annos] Quot annos? Circiter 900. *Fab.*

§ 7 *Thalestrem*] De qua II. 4. 33. et XII. 3. 5. *Bern.*

§ 9 *A cujus montibus*] Mss. illud *a* non agnoscunt; itaque crediderim Just. scripsisse *e*; verum illud *e* a seq. litera *c* absumptum esse. *Schef.*

Tigris] Præter Strab. leg. Plin. VI. 27. et Solin. 40. et libellum Plutarchi de Fluviis. *Bongars.* Add. Diod. XIX. 17. Curtius IV. 9. 33. a celeritate fluxus ita dictum ait, quia Persica lingua *Tigrim* sagittam appellant. *Bern.*

Sub terras mergitur] Ejusmodi fluminum, terras subeuntium, et post longius intervallum emergentium, exempla vid. ap. Plin. II. 103. pr. et III. 16. pr. Strab. VI. p. 190. 1. Curt. VI. 4. 6. &c. *Idem.*

CAP. IV. § 1 *A senatu Parthico, regno pellitur*] Est qui interpretetur, a senatu (sc. Romano) Mithridatem depulsum Parthico regno. Verum non dubie *senatu Parthico* legendum, de quo XLI. 2. 2. *Bern.*

§ 2 *Orodes*] Ab hoc fratrem regno pulsum scribit Appian. Parthic. et Syriac. Hist. sed in hac Ἡρώδης editum est. Plutarcho in Crasso 33. dicitur Ὑρώδης, in Antonio 48. Ἡρώδης. *Bong.*

§ 4 *Plus hostem, quam fratrem cogitans*] Simile fere in Tac. XII. 14. 8. Add. Notam ad XIX. 2. 6. *Bern.*

Crassumque] Præter Plutarchi Crassum, de h. bello videndi Liv. Epit. CVI. Appian. Parthic. Flor. III. 11. Eutrop. VI. 31. Oros. VI. 13. Tangit etiam Plin. II. 56. et V. 24. Lucan. passim: Propert. IV. 6. 83. *Idem.* Athenæus VI. 14. ex Nic. Damasceni libro XIV. Crassum ab Andromacho Laodiceno, qui eum adulari solebat, et quicum consilia sua communicare solebat, Parthis proditum fuisse narrat.

§ 5 *Hujus fil. Pacorus*] Πάκορος in Græcis codd. legitur. Quidam 'Pacorus,' ut ap. Horat. III. C. 'Jam bis Moneses et Pacori manus Non auspicatos contudit impetus.' Id. de Phraate II. C. 'Redditum Cyri solio Phraatem Dissidens plebi numero beatorum Eximit virtus.' Et de Tiridate I. C. 'Quid Tiridatem terreat, unice Securus.' Ut lector syllabarum rationem eo diligentius notet, hæc adducere placuit. *Glar.*

Hujus fil. Pacorus missus] Hoc ipsum quoque testatur Cic. ad Att. Sed perperam ap. eum hoc Orodi tribuitur, non filio ejus Pacoro. Verba ejus V. Ep. 21. 'Maximum bellum impendet. Nam et Orodes, regis Parthorum filius, in provincia nostra est,' &c. Sed scribend. erat *Nam et Orodis regis Parthorum filius, &c.* Nihil certius. *Voss.*

A Cassio] Leg. Cic. ad Att. V. 20. Oros. V. 13. Paterc. II. 46. De Pa-

coro a Ventidio cæso Plut. in Antonio: Appian. in Parthic. alii. *Bongars.* Cassii meminit Cic. Phil. XI. 14. 'Magnas ille res gessit ante Bibuli, summi viri, adventum, cum Pacori nobilissimos duces maximasque copias fudit, Syriamque immani Parthorum impetu liberavit.'

§ 6 *Cujus, &c.*] Lips. margini ed. Bong. adscripserat: 'Immo is interfectus est cum eo.'

§ 7 *Et Cassio, &c.*] Appian. IV. B. C. p. 1001. Καὶ αὐτῷ [Κασσίῳ] τινὲς καὶ Παρθυαίων ἱπποτοξόται συνεμάχουν, δόξαν ἔχοντι παρὰ τοῖς Παρθυαίοις, ἐξ οὗ Κράσῳ ταμιεύων ἐμφρονέστερος ἔδοξε τοῦ Κράσου γενέσθαι.

§ 8 *Simulato timore*] Captus arte sua Parthus. 'Nam ea gens præter armorum fiduciam callida simulat trepidationem:' Flor. IV. 10. 3. Cujus strategematis exemplum insigne vid. ap. Cæs. B. G. III. 18. et 19. *Bern.*

In div. abiere] Saxo v. p. 91. 29. 'In div. fugere.'

§ 10 *Ventidius*] Tac. G. 37. 7. 'Infra Ventidium dejectus Oriens.' Quo dicto non obscure cladem illam Parthicam exaggerat a Ventidii victoris ignobilitate, de qua Agell. XV. 4. vid. Ceterum de h. bello Liv. Epit. CXXVII. et CXXVIII. Paterc. II. 78. Flor. IV. 9. Val. M. VI. 9. 9. Plut. Antonio, Appian. Parthic. Eutrop. VII. 5. Oros. VI. 18. alii. *Bern.*

§ 11 *Orodes p. P.*] Gregor. Syncell. Chron. p. 304. Ὁ δὲ [Ἀντίγονος] ἀκούσας Λαβιῆνόν τινα τῶν ἐν τέλει Ῥωμαίων ἕνα τῶν ἐπὶ Βροῦτον καὶ Κάσσιον πρὸς Ἡρώδην Περσῶν βασιλέα φυγόντα, καὶ Ῥωμαίοις πολεμεῖν πείσαντα: et p. 305. de Antigono: Καὶ κατάγεται διὰ Πακόρου παιδὸς Ἡρώδου εἰς τὴν Ἰουδαίων. Leg. πρὸς Ὀρώδην, et παιδὸς Ὀρώδου.

§ 13 *Post multos, &c.*] Vid. Avum II. Obs. 21. p. 396.

Pacorus, &c.] Simile exemplum refert Hegesipp. I. 37. f. de Herode: 'Et, ubi ira cecidit, amor successit: et passio resuscitata est: tantusque incandnit fervor cupiditatis, ut defunctam [Mariamnen] non crederet, atque in excessu mentis positus quasi viventem alloqueretur. Et sicut ad eam, quæ viveret, pueros dirigebat, rogans ut depositis simultatibus ad sese veniret et redderet se conjugali gratiæ.'

§ 16 *Fecit*] F. leg. *fuit.* Gron.

Solemne est, reges parricidas haberi] Ut hodie in Turcico imperio, quod illi quasi successit. *Berneccer.* [Quæd. edd. *habere.*]

Phrahates] Φραάρτην vocat Plutar. Antonio 49. quem leg. et Appianum. Totus hic l. explicat quod Horat. Od. II. 2. ait: 'Redditum Cyri solio Phrahaten:' et quod Od. I. 26. 'Quid Tiridatem terreat, unice Securus.' Quod primus notavit Glareanus, non tam ineptus, quam eum quidam haberi volunt. *Bong.*

CAP. V. § 1 *Fratres, &c.*] Zonar. X. 26. Ὁ δὲ [Φραάτης] ἀνοσιώτατος γεγονὼς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ ἐδολοφόνησε, καὶ αὐτὸν τὸν πατέρα δυσανασχετοῦντα δι' ἐκείνους ἀπέκτεινε.

Triginta] In Mss. est *omnes triginta*, quod probo; nec obstat, quod objicitur, τὸ *triginta* esse ex inepta glossa, cum Phrahates ipse fuerit unus de triginta. Nam, ut Jan. Rutgersius V. L. I. 8. demonstrat, in antiquis scriptoribus novum non est, ut, quoties alicujus sodalitii fit mentio, etsi, unum nominando, eum e numero reliquorum excepisse videantur, postea tamen universum totius collegii numerum ita ponant, quasi is, quem exceperant, includeretur. Exempla vid. I. Cor. 15. 5. Val. M. IX. 2. 6. Ext. ex correctione indicata sup. I. 9. 9. item Rutil. Numatian. 300. *Bern.*

§ 3 *Antonius, &c.*] Præter Plutarchi Antonium, vid. Liv. Epit. CXXX. Flor. IV. 10. Appian. Parth. Eutrop. VII. 7. Oros. VI. 19. alios-

que. *Id.*

§ 5 *Maximo*] Freinsh. *maxime*, sc. præ finitimis civitatibus: placet. *Id.* Non dubito, quin cum Freinsh. hic *maxime* sit legend. *Schef.*

§ 6 *In Hispaniam bellum gerentem*] Leg. *in Hispania*: vid. III. 1. *Faber.*

§ 7 *Mittit, servum*] Mallem *mittit, et servum*; quia verisimile conjunctionem a syllaba ultima vocis præcedentis per similitudinem esse interceptam. *Schef.*

§ 8 *Si ejus regnum muneris eorum fuisset*] 'Fuisset' pro, esset: quæ temporum permutatio, ut sup. monuimus, frequens est. 'Esse muneris aliquorum' talis ῥῆσις est, qualis 'esse juris,' 'esse ditionis aliquorum.' Deinde dicunt 'facere aliquid muneris,' 'juris,' 'potestatis aliquorum,' pro, facere ut sit muneris, juris, potestatis aliquorum; ut sup. ostendimus. *Vor.*

§ 10 *Metum Phrahati incussit*] Junt. *injunxit.* Sic, injungere, interdum est, inferre. Injungere injuriam, Cic. III. de N. D. 'Ita ab inopia temeritatem in Deos, in homines injunxit injuriam.' 'Injungere detrimentum' eid. pro, damnum inferre. 'Injungere inimicos' Livio. *Græv.* Rescripsi audacter *injunxit*; quod in antiquioribus typis expressis, et inter ceteros, Juntino est. Bong. maluit *incussit*: quod, credo, in aliquibus codd. Mss. ille reperit. Sed ego non dubito quin hoc alterius modo interpretamentum sit, et ex marg. in textum irrepserit. Solent enim minus nota aliis notioribus explicari, et in illorum locum deinde hæc succedere. Injungere, pro, inferre, imponere, non rarum. Brutus in Ep. ad Cic. 'Ne quid detrimenti reip. injungant.' Vid. et sup. Notas ad III. 5. 8. Ipse Cic. III. de N. D. 'In homines injunxit injuriam.' Sic Livius dicit 'injungere alicui onus,' 'stipendium,' 'militiam,' 'servitutem,' 'ignominiam.' Usus et Val. M. non semel; ut in Notis in hunc ostendimus. *Vor.*

§ 11 *Tota Parthia*] Meminit Strab. VI. et XVI. Suet. Octavio 21. Horat. IV. Od. ult. de Augusto: 'Et signa nostro restituit Jovi,' &c. Suetonii locus confirmat antiquam scripturam *Crassiano.* Vulgo enim legitur *Cassiano.* Bongars. Vid. Flor. IV. 12. 63. *Bern.*

§ 12 *Filii Ph.*] Quorum unus Seraspadanes, alter Rhodaspes appellatur in inscriptione, quæ extat in hortis Mediceis, publicata ab illustri Scaligero III. Isagog. p. 523. Strab. XVI. p. 748. de Phrahate scribit: Καὶ, καλέσας εἰς σύλλογον Τίτιον τὸν ἐπιστατοῦντα τότε τῆς Συρίας, τέτταρας παῖδας γνησίους ἐνεχείρισεν ὅμηρα αὐτῷ Σαρασπάδην καὶ Κεροπάσδην (Mss. Casaub. Κερεσπάδην) καὶ Φραάνην (Mediceus Φραάτ.) καὶ Βοώνην.

Magnitudine nominis, &c.] Hoc sc. est 'fama bella profligare,' ap. Tac. G. 13. Qua de re Gruteri Diss. VII. ad Tac. operæ pretium est inspicere. *Bern.*

LIBER XLIII.

CAP. I. § 1 *Explicatis*] Junt. nec non vett. edd. aliæ *expeditis*: quod elegans est. Nullus dubito quin *explicatis* sit expositio τοῦ *expeditis*. Solent enim minus trita, quæ non intelligunt, delere librarii et scioli, ac vul-

gatiora, et quæ exponendi gratia sunt adscripta, supponere. Cic. proœm. de N. D. 'Sin autem quis requirit, quæ causa nos impulerit, ut hæc tam sero litteris mandaremus, nihil est quod expedire tam facile possimus.' Sall. Jug. 5. 'Priusquam hujuscemodi rei initium expedio.' Cic. Fin. 'Istiusmodi autem res ornate velle dicere, puerile est: plane autem et perspicue expedire posse docti et intelligentis viri.' P. Mela proœm. 'Ac primo quæ sit forma totius, quæ maximæ partes, quo singulæ modo sint, atque habitentur, expediam.' Plaut. Amphit. III. 2. 'Cur dixisti? inquies; ego expediam tibi.' *Græv.* Al. *explicatis.* Al. ed. et illa Junt. *expeditis;* optime, si quid mihi credend. *Faber.*

Ingrati civis officium] F. melius *indicium* dixisset. Nullum enim ingratitudinis officium est. *Freinsh.* Rectissime Freinsh. observat ingrati nullum esse officium. Sed, quod pro *officium* existimat *indicium* legendum, haud persuadet. Potius deleverim vocabulum *officium*, ex glossa natum. Nempe accidit h. loco, quod sup. XL. 5. notavimus. Adscripserat aliquis in margine tanquam argumentum 'civis officium,' quasi diceret ostendi verbis hisce, quodnam civis sit officium, illustrare sc. vel præcipue res patriæ suæ. Inde extiterunt, qui vocem *officium* putarent abesse, atque ideo receperunt in textum. *Schef.*

De sola tantum patria taceat] Angl. vocem *tantum* non exhibet. Probo. Nam, qui de sola patria tacet, in tantum de patria tacet. Glossa est igitur illud *tantum.* Idem.

§ 2 *Breviter, &c.*] Oros. VI. 6. 'Sed hanc historiam nunc a nobis brev. fuisse perstrictam sat est.' Saxo I. p. 9. m. 'Quorum summatim opera perstricturus.' III. init. 'Pulchrius enim pleniusque extrema annorum illius curricula perstringitur, ubi prima silentio non damnantur.'

Caput totius Orbis] Liv. I. 16. 7. et XXI. 30. 11. 'Roma caput Orbis terrarum.' *Bern.*

§ 3 *Aborigines*] Hos describit Sall. Cat. 6. 'Genus hominum agreste, sine lege, sine imperio, liberum atque solutum.' Lucem adferet huic toti l. Dionysius I. 10. et seqq. *Idem.* Cedren. p. 147. Οὗτος [Ῥώμυλος] *μετωνόμασε τὴν πόλιν καὶ τὸ ἔθνος τῷ ἰδίῳ ὀνόματι Ῥωμαίους, πρότερον λεγομένους Λατίνους, πρὸ δὲ τούτου Αβοριγίνας.* Georg. Syncell. p. 194. *Πρὸ δέ γε τούτου Λατῖνοι μὲν ἀπὸ Λατίνου παιδὸς, ὥς φασιν, Ἡρακλέως ἐλέγοντο, καὶ πρὸ Λατίνου Ἀβορίγινες ἐκ τῶν πρὸ Λατίνου Ῥωμαίοις γενεαρχησάντων πρωτογόνων· οὕτω γὰρ ἑρμηνεύεται παρὰ Ῥωμαίοις ἡ τῶν Ἀβορηγίνων προσηγορία, οὓς αὐτόχθονάς φασιν Ἰταλίας.*

Indivisa omnibus] Tibull. I. 3. 43. de Saturnio regno: 'Non domus ulla fores habuit: non fixus in agris Qui regeret certis finibus arva lapis.' Add. Macrob. Sat. I. 8. *Bern.*

§ 5 *Saturnia, &c.*] Vid. Tertullian. Apolog. 10. f. Macrob. Sat. I. 7. *Idem.*

Et mons, &c.] J. Canabutzes Comment. Ms. in Dionys. I. 63. *Οὗτοι δὲ οἱ τοῦ Ἡρακλέους· Ἕλληνες κατοικίζονται εἰς ἕνα λόφον, ἤγουν εἰς βουνίον μικρὸν, ὃς τότε ἐλέγετο Σατούρνιος ἀπὸ τοῦ ὀνόματος τούτου τοῦ Σατούρνου, ὅντινα λέγουσιν οἱ Ἕλληνες Κρόνον, Λατῖνοι δὲ Σατοῦρνον. Νῦν δὲ ὁ λόφος ἐκεῖνος λέγεται Καπιτωλῖνος, καὶ ἔστι σήμερον ἐντὸς τῆς Ῥώμης.*

§ 6 *Sub quo, &c.*] J. Canabutz. *Τρίτος στόλος Ἑλληνικὸς ἀπῆλθεν εἰς Ἰταλίαν, καὶ οὗτος τῆς Ἀρκαδίας, ἀπὸ πόλεως Παλαντίου ὀνομαζομένης. Ταύτης γὰρ τῆς πόλεως ὁ λαὸς ἐστασίασε, καὶ ἐμερίσθη εἰς δύο. Τὸ γοῦν ἓν μέρος μὴ ὑπομεῖναν τὴν καταφρόνησιν τοῦ ἑτέρου ἐποίησαν ἡγεμόνα καὶ ἀρχηγὸν εὐανδρόν τινα ὀνόματι, καὶ ποιήσαντες πλοῖα διεσπάρησαν· καὶ οὗτοι εἰς τὴν Ἰταλίαν εἰς τὰ μέρη ταῦτα τῆς Ῥώμης, καὶ κατῴκησαν ἐκεῖ μετὰ τῶν Οἰνωτρίων καὶ τῶν Πελασγῶν, Ἑλληνικῶν ἐθνῶν, περὶ ὧν εἴπομεν.*

Κατῴκησαν δὲ οὗτοι εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν, ὅστις ῥέει σήμερον διὰ μέσης τῆς Ῥώμης.

Pallanteo] Steph. *Παλάντιον, πόλις Ἀρκαδίας.* De Palatio vid. Virgil. VIII. Æn. Varr. IV. de L. L. et Festum, Ovidii Fastos, Propertii lib. IV. *Bong.*

Palatinum] Ms. *Palantinum.* Junt. *Palatinum.* Scrib. *Palantium.* Festus: 'Palantium mons Romæ appellatus est, quod ibi pascens pecus balare consueverit: vel quod palare, id est, errare, ibi pecudes solerent: alii quod ibi Hyperborei filia Palanto habitaverit, quæ ex Hercule Latinum peperit.' Virgil. Æn. VIII. 'Posuere in montibus urbem Pallantis proavi de nomine Pallanteum:' vid. ibi Serv. *Græv.* Antiquiores typis expr. *Palatinum.* Unde Græv. legend. censet *Palantium:* quomodo Festus appellat. *Vor.*

§ 7 *Lyceo*] Ov. F. II. 424. 'Faunus in Arcadia templa Lycæus habet.' *Bern.*

Nudum, caprina pelle amictum] Hæc *ἀντιφατικὰ* videri queant; non sunt tamen. Sen. Benef. V. 13. 'Qui male vestitum et pannosum vidit, nudum se vidisse dicit.' Tac. G. 20. 'In omni domo nudi:' h. e. explicante Cæsare Gall. VI. 21. 'Pellibus aut parvis renonum tegumentis utuntur; magna corporis parte nuda.' *Id.*

§ 8 *Fatua*] Soror eademque conjux Fauni: quam 'Fatuam' nominatam tradit C. Bassus, quod mulieribus 'fata' canere consuevisset, ut Faunus viris: Lactant. I. Vid. Serv. in illud Æn. VI. 775. 'Castrumque Inui, Bolamque, Coramque:' et VII. 47. 'Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica Accipimus.' Quo l. Virgilius a Trogo dissidet: facit enim Latinum Fauni et Maricæ filium. *Bongars.* Varr. VI. de L. L. 'Fauni Dii Latinorum; hos versibus, quos vocant Saturnios, in silvestribus locis traditum est solitos fari.' Nescio quis inter obscœni carminis auctores: 'Fronte et comantes Arcadas vides Faunos.' *Modius.* De Fatua scribit Lactant. I. 22. 9. 'Faunus in Latio sororem suam Fatuam Faunam eamque conjugem consecravit, quam Gabius Bassus Fatuam nominatam tradit, quod mulieribus fata canere consuevisset, ut Faunus viris.'

Velut per furorem futura præmonebat] Serv. ad illud Virgil. Æn. III. 443. 'Insanam vatem adspicies, quæ rupe sub ima Fata canit:' 'Insanam vatem, alii,' inquit, 'magnam dicunt: sed melius est, Deo plenam et vaticinatricem intelligamus: a Græcorum tractum etymologia, qui *μάντεις ἀπὸ τῆς μανίας* appellaverunt. Nam supra sensus humanos intelligentia, furor et insania dicitur, teste Cicerone de Divinatione [I. 31.]. Huic præstantissimæ rei nomen nostri a 'Divis,' Græci (ut Plato interpretatur) a 'furore' dixerunt, prorsus furoris divinationem Sibyllinis maxime versibus contineri arbitrati.' *Modius.* Sane Picus Mirandula lib. IX. de Prænotione, futura prænoscendi et revelandi munus feminis præ maribus ideo datum arbitratur, quod magis fatuus ille sexus sit. Exempla sunt in Tac. XIV. 32. 2. Curt. VIII. 6. 22. Zonaræ Leone Armenio, et passim. *Bern.*

Futura præmonebat] Gronov. præfert Ms. lectionem, *f. præcinebat.* Canere enim est vatum futura prædicentium. XXX. 4. 'Quo prodigio territis omnibus vates cecinere:' III. 4. 'Hoc enim modo recuperare illos patriam suam posse, Apollinem Delphis cecinisse:' VII. 6. 'Propter vetera Macedoniæ fata, quæ cecinerant, uno ex Amyntæ filiis regnante, florentissimum fore Macedoniæ statum:' XI. 7. 'Antiqua fata cecinisse:' XVIII. 5. 'Cui cum inspirati vates canerent.' *Græv.* Cod. aliquis Ms. *præcinebat.* Quod Gronov. alteri præfert; quia 'canere' vatum est futura prædicentium. *Vor.*

Qui inspirari solent] Virgil. 'Magnam cui mentem animumque Delius inspirat vates.' *Mod.*

§ 9 *Ex filia Fauni et Hercule*] Aliter Virgilius, qui ita tradit: 'Rex arva Latinus et urbes Jam senior longa placidas in pace regebat. Hunc Fauno et nympha genitum Laurente Marica Accipimus.' Sed quis in hisce talibus a Poëta juratores exigat, cum etiam historici inter se non conveniant? qua de re dicam, si erit operæ, ad Livium meum. *Modius.* Serv. ad Virgil. VIII. Æ. 314. 'Hic Faunus habuisse filiam dicitur Omam castitate et disciplinis omnibus eruditam, quam quidam, quod nomine dici prohibitum fuerit, Bonam Deam appellatam volunt.'

§ 11 *Commune utriusque*] Rectius Junt. *utrique.* Dein iid. *urbem ex nomine uxoris Lavinium condidit.* Græv. *Utrique* magis placet. *Vor.*

§ 12 *Jure victoriæ*] Flor. II. 7. 4. 'Ultra jus victoriæ in templa, aras, et sepulcra ipsa sæviret.' Vocant et 'Jus belli.' *Vor.*

Lavinium] Bongarsius *Laviniam.* Unde pessime non semel editum est *Lavinia.* Bechar. et alii *Laviniæ.* Sed optimum *Lavinium.* Vorst. *Lavinium* emendavit Vorstius Græv. præeunte. *Schef.*

13 *Qui Lavinio, &c.*] Georg. Syncell. Chron. p. 194. ex Diod. VII. Τὴν δ' ἀρχὴν διαδεξάμενος Ἀσκάνιος υἱὸς ἔκτισεν Ἄλβαν τὴν νῦν καλουμένην Λόγγαν, ἣν ὠνόμασεν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ τότε μὲν Ἀλβᾶ καλουμένου, νῦν δὲ Τιβέριος ὀνομαζομένου.

Trecentis annis] Virgil. Æn. I. 276. de Albano regno: 'Hic jam ter centum totos regnabitur annos.' Strab. tamen V. p. 158. 46. quadringentos annos ab Albæ conditu ad Amulium Numitoremque, postremos Albæ reges, numerat. *Berneccer. Trecentis annis*] Falsum est: sed Virgilium sequitur: 'Hic jam ter,' &c. *Faber.*

CAP. II. § 2 *Amulius cum ætate priorem, &c.*] Leg. ex Mss. *Am. cum vi ætate pr.* Gronov. Antiquiores typis expr. *potiorem.* Vorst.

Filiam ejus Rheam] Quæ et Silvia. Ap. Ælian. VII. V. H. 16. mendose legitur Σερβία pro Σιλβία. Quæ hic de urbis origine referuntur, pervulgata sunt. *Bongars.* Ἰλίαν præter alios scriptores Romuli ac Remi matrem vocat Zonar. VII. 2. Syncell. p. 192. Ῥῶμος καὶ Ῥώμυλος ἐγεννήθησαν Ἄρει καὶ Ἠλίᾳ τῇ Ἐμήτορος: ubi in marg. emendatur Ἰλίᾳ τῇ μητρί. Verum Syncell. scripsisse videtur, Ἰλίᾳ τῇ Νομίτορος. De variis nominibus, quibus hæc Numitoris filia appellatur, egerunt eruditissimi viri J. Perizon. et T. Ryck. in Epistolis Æliani libro VII. V. H. subjunctis.

Addita injuriæ specie honoris] Leg. *addita injuria*, vel, *additæ injuriæ specie honoris.* Voss. Quid est *injuriæ species?* dein unde pendet aut 'honoris,' si 'specie' pertinet ad *injuriæ:* aut unde *injuriæ*, si refertur 'specie' ad 'honoris?' Sine dubio legend. *addita injuria s. h.* Sub specie honoris, dum eam in perpetuam virginitatem demersit, Virginum enim Vestalium magnus erat honor, injuria illam affecit, cum invitam coëgit sacerdotem esse. *Græv.*

§ 5 *Fortuna origini Romanæ prospiciens*] Manil. Astron. IV. pr. ostensurus, quod 'Fata regant orbem, certa stent omnia lege,' postea subjicit: 'At, nisi fata darent leges vitæque necisque, Fugissent ignes Æneam, Troja sub uno Non eversa viro fatis vicisset in ipsis, Aut Lupa projectos nutrisset Martia fratres.' *Bern.*

§ 7 *Martios pueros fuisse*] Hoc *Martios* vix sanum puto. 'Martium' sane Latinis non semper quod ex Marte, sed et quod Marti simile, ut notum. Unde 'martii homines,' 'martia ingenia,' &c. Cur ergo adhibetur hic vocabulum ambiguum? Lego potius

Martis eos p. f. Ex *Martis eos* junctim scriptis, factum post est *Martios. Schef.*

Enixi sunt] Notandum, passive. *Faber.*

§ 9 *Veluti ipse esset, quod in aliis prohibebat*] Vereor ne hæc perverterint librarii. Num dicimus: Ipse sum, quod in aliis prohibeo? Imo sic loquimur, et Vett. sic loquebantur: Ipse ago, quod in aliis prohibeo. Censeo igitur Just. scripsisse, *v. ipse fecisset, q.* Græv. 'Quod' non ad substantiam, sed ad qualitatem significandam pertinens. Sic XVIII. 3. 'Quod ipsi non erant, liberos procreant.' Vid. et lib. de Lat. f. susp. 5. *Vorst.*

Crimini datur] Alter ex Mss. Fuld. *criminaturque:* de quo etiam viderimus alias. *Mod.*

§ 10 *In vindictam cr. r. armantur*] Pro, armant se. Estque hoc illud quod sup. quoque alicubi legend. dicebamus. *Vorst.*

CAP. III. § 2 *Constituitur: tunc et*] Vocula *tunc* delenda est, quippe nata ex syllaba *tur*, quæ præcedit. *Schef.*

§ 3 *Reges hastas pro diademate habebant*] Inde Homero σκηπτοῦχοι reges. Sup. XXIII. 4. 10. cum Hieroni 'aquila in clypeo, noctua in hasta consedisset, consilio cautum, et manu promptum, regemque futurum significabatur.' Paus. in Bœoticis Chæronenses refert ex Diis sceptrum colere, quod Vulcanus Jovi fabricavit, et id 'hastam' vocare. *Bongars.* Unde est illud Virgilianum: 'Nunc, o numquam frustrata vocatus Hasta meos:' et sic ap. Æschyl. Parthenopæus per hastam jurat, et eam colit pro Deo; notaque est hasta Cænei, etiam proverbio celebrata, quam ille a civibus et viatoribus coli, et cujus nomine jusjurandum concipi jubebat. Val. Fl. 'Hanc ego magnanimi spolium Didymaonis hastam, Quæ neque jam frondes virides, neque proferet umbras, Ut semel est avulsa jugis, ac matre perempta, Fida ministeria et duras obit horrida pugnas, Testor:' quæ est imitatio Maroniana ex Æn. XII. *Mod.* Add. Turneb. Adv. XXII. 12. ubi tamen quod mulieres non solitas dicitur hastam gerere, diversum habet scientissimus antiquitatis Apollinaris C. II. 432. Add. Chrysost. 69. C. Ælian. XII. 17. Arrian. V. 1. 3. Max. Tyr. Diss. 33. ubi Διογένους βακτηρίαν opponit Ἀλεξάνδρου τῷ δόρατι. *Berneccer.* Sebastianus Mugius, vir nobilis genere ap. Argentoratenses meos, litteris vero Græcis pariter ac Latinis summopere doctus, in suo codice, qui una cum bibliotheca ejus emptionis jure meus factus est, sic ad hæc verba notaverat: 'Forte *cum diademate*, legendum. Nam et diadema gestasse, indicio sunt Numæ nummi. Aut certe Numam primum id usurpasse, hinc dicendum. Vide, quæ notat B. Leand. Ital. p. 157.' *Schef.*

Pro Diis hastas coluere] Turnebus Adv. VIII. 16. ex Virgil. Æn. XII. 95. Æschyl. Sept. ad Th. 483. et Val. Fl. III. 707. Add. parœmiographos in 'Cænei hasta.' *Bern.*

§ 4 *Temporibus Tarquinii regis*] Jam ante illa tempora Cyri et Tarquinii deductam esse a Phocæensibus Massiliam, testatur Aristoteles, ap. Harpocrat. in voce Μασσαλία. Hoc ipsum quoque testatur Scymnus Chius: Μασσαλία δ' ἔστ' ἐχομένη Πόλις μεγίστη Φωκαῶν ἀποικία. Ἐν τῇ Λιγυστικῇ δὲ ταύτην ἔκτισαν Πρὸ τῆς μάχης τῆς ἐν Σαλαμῖνι γενομένης Ἔτεσιν πρότερον, ὡς φασὶν, ἑκατὸν εἴκοσι. Sic leg. Tempus igitur, quo condita est Massilia, incidit in annum 1. Olymp. 45. Errat autem Agathias, qui ait, regnante Dario Hystaspe Massiliam conditam. *Voss.*

Phocensium] Φωκαιέων scribunt Græci, i. e. Phocæensium, a Phocæa Ioniæ urbe. Gell. X. 16. 'terram Phocidem' dixit. *Bongars.* Hinc Lucano III. 301. 'Phocais juventus' pro Massiliensibus: et Silio IV. 52.

'Phocaica ora,' i. e. Massilienses: quorum ager suburbicarius in Itineraria Tabula 'Græcia' dicitur. *Berneccer.* Scribere volui *Phocæensium* per *æe*; Phocenses enim, per *e* simplex, in meditullio Græciæ sunt; Phocæënses autem in ora Ioniæ. Hic error in omnibus libris emendari debet. Debet quoque emendari titulus Epistolæ D. Pauli ad 'Colossenses;' vitiose enim scribitur, cum dicendum sit, *Colossæenses.* Fit enim a 'Colossæ,' non a 'Colossi;' res ex Geogr. veteri notissima esse debet. *Faber.*

Massiliam] De Massilia vid. Strab. IV. Solin. 8. Ammian. XV. 23. et Gell. X. 16. Hi conditam Massiliam a Phocæensibus Persicam servitutem fugientibus referunt, cum ipsorum urbs ab Harpalo (Harpagum vocat Herod. I.) obsideretur. Plut. in Solone 3. conditam scribit a Proto: eum Justinus Protin vocat. Plutarchi sensum non sunt assequuti Interpp. *Bongars.* Massiliæ a Phocæensibus conditæ meminit et Thucyd. I. 3. 9. item Liv. XXXIV. 9. 1. Urbis etymon ex Timæo Steph. indicat. Ejus de conditu accurate Scaliger Animadv. in Eusebii Chronicon p. 80. et seq. *Bern.*

§ 5 *Nam Phocenses exiguitate ac macie terræ coacti*] Atqui Phocæensium tractus non sterilis, sed quam maxime fertilis, omniumque rerum abundans. Sed Phocensium regio (quos hic confundit cum Phocæënsibus) arida et sterilis erat, maximaque ex parte montibus obsita. Unde Dorienses, qui eand. cum Phocensibus regionem incolebant, Λιμωδωριεῖς audiebant, διὰ τὸ λιμώττειν. Contra Phocæënses Asiatici, quibus e terræ fecunditate morum quoque luxuria accessit. Hinc quoque Massilienses, eorum ἀπόγονοι, θηλυγενεῖς Ciceroni dicuntur ad Att. X. 11. 'Massiliensium factum cum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est, recte esse in Hispaniis. Minus enim auderent, si aliter esset: nam et vieti et diligentes sunt.' Emendarunt alii, et δειλοὶ *gente sunt.* Noli dubitare, quin Cic. scripserit *nam et vieti et θηλυγενεῖς sunt.* Voss.

Latrocinio] Hinc illa ap. Homer. Od. III. 71. amica interrogatio, 'An prædones estis?' ex qua Thucyd. I. 1. 22. probat latrocinium ap. vett. Græcos probro non fuisse; quod et de priscis Germanis asserit Cæs. B. G. VI. 23. itemque de Tartaris Sigism. Herberstenius in Commentar. Rer. Moscoviticar. Vid. L. ult. D. de Collegiis. *Bern.*

§ 8 *Duces classis Simos et Protis fuere*] Athenæus ex Aristotelis libro περὶ τῆς Μασσαλιωτῶν πολιτείας, affert hanc historiam lib. XIII. Sed variat nonnihil in nominibus. Quem enim Justinus hic Protin, ille Euxenum, Nannum Nanum, Gyptin Pettam, s. mutato nomine, Aristoxenam vocat. Filium vero Euxeni et Aristoxenæ facit Protin; unde ejus posteri Protiadæ dicti sint. Sed Plutarchus ipsum conditorem Πρῶτιν vocat in Solone: Ἔνιοι δὲ καὶ πόλεων οἰκισταὶ γεγόνασι μεγάλων, ὡς καὶ Μασσαλίας Πρῶτις, ὑπὸ Κελτῶν τῶν περὶ τὸν Ῥωδανὸν ἀγαπηθείς. Ita legend. Vulgo enim male Μασσαλίας πρῶτος, tanquam Massalias esset conditoris nomen. *Voss.*

Segobrigiorum] Quidam Vett. *Segobriorum.* Qui sint hi Galliæ populi, non memini legere. Plin. III. 3. Segobrienses in Celtiberia collocat, et Strabo Segobrigam. In Gallia Narbonensi sunt Segalauni, qui Plinio III. 4. dicuntur Segovellauni: quo pacto hic f. reponend. est. *Bong.*

Regem Segoriegiorum Senanum nomine] Ptolemæus ad Rhodanum ponit Segalaunos, quos Celtica lingua puto dictas *Sigland.* Ex *land* i. e. regio. Ptolemæus fecit 'Launus,' Justinus 'Regio.' Et utrumque quadrat; et *senan* durat adhuc hodie in Helvetiorum lingua, quem hic 'Senanum' fecit. Latinis enim exterarum gentium linguæ in parva cura erant, ut videre licet ap. Cæs. *Glarean.*

§ 9 *Nuptum tradere illic parabat*] Junt. *ille.* Græv. Nescio, quid hoc *illic* hic faciat. Viderunt, qui adornarunt vett. editiones, et pro eo substituerunt *illi.* Sed et hoc est otiosum. Quid enim est *electo genero illi tradere parabat?* Aut me fallunt omnia, aut Just. scripsit, *tradere illico parabat*, i. e. sine mora inter electionem et ipsas nuptias intercedente. *Schef.* Paulo ante 'more gentis,' ut ap. Saxon. XV. p. 368. 33. 'M. g. misso per omnes stipite.'

§ 10 *Ad nuptias invitati omnes processissent*] *Procedere ad nuptias* semper perinsolens mihi visum, et alienum a Lat. linguæ indole. Si loqueretur de pompa nuptiali, cum in publico ducitur, nullus esset scrupulus. Sed de pompa hic ne sit quod cogitemus, sequentia vincunt, quæ de invitatione hic loqui Justinum indicant: 'rogantur etiam Græci hospites ad convivium.' Jam quinam sunt illi omnes qui ad nuptias erant invitati? Itaque ante multos annos hic l. mihi fuit suspectus, veram autem lect. nobis servarunt Juntæ, ap. quos rectissime legitur *omnes proci essent.* Qui ambierant virginem, erant ex more gentis invitati, ut ex iis maritum sponsa caperet et eligeret. Hoc ostendunt sequentia clare: 'Introducta deinde virgo, cum juberetur a patre aquam porrigere ei quem virum eligeret,' nimirum inter procos. Nullus dubito Just. ita scripsisse: nec cunctatus sum ei suam restituere lectionem: nec in posterum ullus dubitabit, quin recte restituerim, etsi dubitator sit magnus, si modo hunc l. accurate expendit. Sed et pro *rogantur ad nuptias* mallem *vocantur.* XII. 6. 'Amicos in convivium vocat.' *Græv.* Nil melius quam quod in Junt. est. *Faber.* Junt. et Maj. *proci essent*: quod minime contemnend. *Vorst.* Vera lect. *proci essent.* Schef.

Rogantur etiam Græci hospites ad convivium] Græv. mallet *vocantur*: credo, quod 'rogare ad nuptias' Germanismi nomine suspectum ipsi sit. Loquitur tamen ita et Ambros. Serm. 21. de Epiph. ut in cap. 17. lib. de Latinit. f. susp. ostendimus. *Vorst.* Sed auctoritas Ambrosii valet quidem in capitibus Christianæ religionis, non in Lat. linguæ proprietate asserenda. *Græv.*

§ 11 *Aquam Proti porrigit*] Alter ex manu exaratis cod. Fuld. *aq. manibus P. p.* Mod.

§ 13 *In tant. en.*] Ita Liv. XXII. 27. 'In t. suam felicitatem virtutemque enituisse.'

In captivis agris] Ms. et Junt. *in captis ag.* Quis non probet? *Græv.* Mss. habent *captis.* Utrumque rectum est. Virg. 'Captivaque vestis,' et 'Captivas naves' sup. v. cap. 7. *Faber.* Junt. *captis.* At Bechar. et aliorum *Capertinis*, quasi nomen proprium sit. *Vorst.*

Colonias constituerent] Ad coërcendos nimirum hostes. Qua causa coloniam sedem servitutis vocat Tac. Ag. 16. 2. 'Æqui coloniam ægre patiuntur velut arcem suis finibus a Romanis impositam.' Liv. X. 1. 7. Oppida ab Alexandro condita 'velut freni domitarum gentium erant,' Curt. VII. 10. 16. Conditæ ab Alexandro urbes, et colonis repletæ, 'res novare cupientibus obstant,' Id. X. 2. 8. *Bern.*

CAP. IV. § 1 *Ab his igitur, &c.*] Massiliensium instituta præclara tradit Val. M. II. 6. 7. et Strab. IV. sub initium. Tac. Ag. 4. 'locum' vocat 'Græca comitate et provinciali parcimonia mistum, beneque temperatum.' Add. Cic. pro Flacc. 26. *Bern.*

§ 2 *Tunc et vitem putare*] Lips. ad 'vit. p.' ascripserat: 'Imo diu post.' Macrob. II. Comment. in Somn. Scip. 10. 'Galli vitem vel cultum oleæ Roma jam adolescente didicerunt.'

§ 3 *Mortuo rege Nanno* (al. *Manno*)

Segobrigiorum, ... affirmante regulo quodam, quandoque, &c. subnectit et illam fabulam, &c.] Ad h. l. Grævius, qui ed. Junt. habet, ita scribit: 'Junt. *adfirmat Ligur quidam.*' Tam isthæc Juntarum scriptura vera est, ut de illa dubitari non possit; alioqui esset gravissimum peccatum contra orationis puritatem; unde enim peteres casum, qui præcedere debet illud verbum, 'subnectit?' nam tollend. omnino punctum est. Est etiam alius error tantillulus, nam verba male collocata sunt. Scrib. *Mortuo Segobrigiorum rege Nanno.* Faber. F. leg. *affirmare regulus quidam.* Gronov. Junt. *affirmat Ligur quidam.* Græv. Junt. *a. L. q.* Et sane verbum indicativi modi hic plane necessarium est: neque aliud, hac quidem in periodo, visitur. Illud de *Ligure* perquam item verisimile est. Apparet enim ex proximis sequentibus, Ligures fuisse qui Massiliæ insidias struxerunt atque comprehensi sunt. *Vor.*

Comanus] Ptolemæus Massiliam vocat Κομμονῶν πόλιν, f. ab h. rege, aut ejusd. nominis alio: Plinius tamen circa Massiliam Cenomannos habitasse in Volscis, refert: unde dubito, an in Ptolemæo mendum sit. *Bong.*

§ 4 *Subnectit et illam fabulam*] Nihil ad h. fabulam Interpp. Ea autem ap. Phædr. est I. 19. 'Canis parturiens cum rogasset alteram, Ut fœtum in ejus tugurio deponeret,' &c. *Faber.* Expressit eam Phædrus I. 19. *Vorst.* Satis ostendunt hæc verba, non contemnendam lect. Junt. in superioribus, qui habet *affirmat Ligur quidam.* Schef.

Canem aliquando partu gravidam locum, &c.] Vid. Adagium, 'Hospes indigenam.' Exempla sunt ap. Thucyd. II. 13. 4. Liv. IV. 37. 3. &c. *Bern.*

§ 6 *Extruit*] Scrib. *struit.* Gron.

Plures scirpeis latentes] Optime Gronov. *pl. in sirpeis l.* Sirpeæ enim erant cophini ex viminibus texti in plaustris. Ov. IV. F. ex emendatione Salmasii: 'Et in plaustro sirpea lata fuit.' Nam et ibi legebatur *scirpea.* Varr. IV. de R. R. 'Sirpea quæ virgis sirpatur, id est, colligando implicatur, in qua stercus aliudve quid evehitur.' Cato sæpius utitur. *Græv.* Qui Plautum legerunt, sciunt illi scribend. esse *sirpeis.* Vid. Interpp. Mox, *miserata formæ.* Impr. habent *formam.* Faber. Editur vulgo *scirpiis.* Sed antiquiores typis expr. habent *sirpis* aut *sirpeis.* Ipsumque *sirpeis* Gronov. et Græv. genuinum judicant. Fuere autem sirpeæ cophini ex viminibus texti in plaustris. Varr. I. de R. R. 'Ut habeas vimina, unde utendo quid facias: ut sirpeas, vallos, crates.' Est et verbum 'sirpare' pro, colligare, eid. Varroni non semel usurpatum. *Vor.*

§ 7 *Nocte a prædictis*] Leg. *n. prædicta.* Gron.

Somno ac vino sepultam] Mutuo sumptum a Virgil. Æn. II. 265. *Bernecc.* Saxo II. p. 22. 12. 'Urbs vino sepulta diripitur:' XIV. p. 251. 21. 'sepulti somno milites.'

§ 8 *Mulier quædam*] Sæpius a mulierculis arcana conjuratorum in vulgus manare, Piccart. Obs. Dec. VII. 3. exemplis nonnullis ostendit: quibus addantur relata a Liv. XXVII. 17. 9. Plut. Alex. 86. et Orat. II. de Fortun. Alex. 17. Nostro V. 2. 5. *Bern.*

Adulterare] Alii, 'adulterari:' ut Cic. Off. dixit: 'Adulterari turpe est.' Frequentius tamen est ap. auctores illud. *Mod.*

Miserata formæ ejus] Iterum alii, 'miserata formam ejus:' quomodo Cæsar B. G. I. 39. ait: 'Cum familiaribus commune periculum miserabantur:' et Virg. Æn. XII. 243. 'Turni sortem miserantur iniquam.' *Idem.* Et Auctor ipse VIII. 5. 13. et XII. 5. 4. &c. Rectius fuerit opinor *miserta formæ;* ut et XV. 3. 6. *Bernecc.* Junt. ut conjecerat Modius. *miserata formam ejus.* Mox iid. *insidias aperit.* Græv. Rescripsi *formam,* ut in antiquioribus typis expressis est, et usus obtinet: qua forma vulgari VIII. 5. 13. et XII. 5. 4. ipse quoque Noster usus est. Bong. maluit *formæ.* Vorst.

§ 9 *Patef. ins.*] Oros. V. 6. 'Patefacta Catilinæ conjuratione.'

§ 11 *Curas habere*] H. e. curiose scrutari. Non dissimiliter 'curas agere' posuit Lampridius in Al. Severo 64. ubi Salmas. *Bernecc.* Antea dixit 'vigilias agere;' hic autem scriptum arbitror fuisse *excubias agere.* Aliud enim excubiæ, aliud vigiliæ. *Faber.* Explicat Bernecc. curiose scrutari. At jam præcesserat 'peregrinos recognoscere,' ut hoc sit supervacuum. Mihi persuasum est scripsisse Just. *curæ habere.* Notum genus hoc, et usurpatum Suetonio aliisque. Infinitivi sunt pro nominibus, ut 'curæ habere recognitionem,' atque ita et in cæteris. *Schef.*

§ 12 *Adeo illic, &c.*] Cf. hisce Græcos Emporiis habitantes, ap. Liv. XXXIV. 9. 4. et seqq. *Bern.*

CAP. V. § 2 *Carthagin. quoque exercitus*] Thucyd. I. 13. 9. Φωκαεῖς, Μασσαλίαν οἰκίζοντες, Καρχηδονίους ἐνίκων ναυμαχοῦντες. *Bongars.* Add. Herod. I. 166. *Bern.*

§ 3 *Fœdus summa fide custodierunt*] 'Custodire' pro, servare, præstare, satis Latinum. Vid. Lex. Rhodii in Largum. Sic et Græci suum φυλάσσειν usurpant. Videsis lib. nostrum de Hebraismis N. T. c. 6. *Vorst.*

§ 4 *Gloria virente floreret*] Valde dubito, scripsisse sic Justinum, et vocabula duo id. significantia junxisse. Mallem pro *virente* scribere *nitente,* aut potius totum delere, cum suspicer ex glossa τοῦ 'floreret' esse formatum. *Schef.*

§ 6 *Simulacro Deæ*] Quod sedens fuisse in Massilia, Strabo refert XIII. *Bong.*

§ 9 *Publico funere*] Indicto sc. a senatu justitio publicoque luctu. De hoc honoris genere vid. Kirchman. Fun. Rom. I. 4. *Bernecc.* Existimo Just. scripsisse *p. luctu,* non *p. funere.* Faber.

§ 10 *Immunitas*] Sc. a tributis et vectigalibus. Ap. Suet. Aug. 40. Augustus Liviæ, pro quodam tributario Gallo roganti, 'civitatem negavit, immunitatem obtulit,' puta ne posthac esset tributarius. Quales an Romanis Massilienses antea fuerint, haud ab re dubites: quippe socia civitas et amica: quam Cæsar et secuti Principes etiam post graves offensas liberam conservarunt, teste Strab. IV. p. 125. 40. Vid. tamen immunitatis libertatisque discrimen ap. Liv. XLV. 26. II. 12. 13. *Bern.*

Locus spect. &c.] Corn. Fronto de Diff. Vocum: 'Spectacula, loca sunt unde spectamus.' Cf. Lips. ad Tac. XIII. A. 54.

In senatu] Sic ait alibi Suet. 'in equite spectare,' h. e. inter equites: ut hic 'in senatu,' i. e. inter senatores. Vid. Lips. ad XIII. Tac. *Mod.* Ead. phrasi sic usus Suet. Claud. 25. 16. dicit Armenios 'sedisse in senatu,' h. e. ut ibid. explicatur, in Orchestra, s. loco ad Theatri radices scenæ proximo, ex quo Senatores spectabant. Ita 'spectare in Equite' dixit Suet. Domit. 8. 7. h. e. in equestribus subselliis, s. Equitum cuneis. Jungit Tertullianus in lib. de Spectaculis, 'arceri senatu et equite,' h. e. honestioribus theatri locis: de quibus omnino videndi Lips. Amphith. c. 14. et P. Faber Semest. II. 6. *Bern.*

§ 11 *Vocontiis*] Vulgo inepte *Volscis:* cui lectioni Volcæ, Galliæ ad Rhodanum populi, causam dederunt. Vocontii sunt in Gallia Narbonensi, qui in Ptolemæo mendose Οὐσκόνδιοι, pro Οὐοκόντιοι. Est et Massilia ejusd. Narbonensis Galliæ civitas. Inde occasionem sumpsit Trogus originem suam edisserendi. *Bongars.* Plin. III. 4. fin. et VII. 18. Voconțios fœ-

deratam Romanis gentem appellat. *Bern.*

§ 12 *Legationum*] Legationes suscipere, et ad Principem admittere, sub citerioribus Principibus fuisse munus Magistri officiorum, interdum Magistri epistolarum, observavit Auctor Notitiæ utriusque Imperii. Ap. Persas id muneris gessit chiliarchus s. tribunus militum, qui secundum imperii gradum tenebat; Probus in Conone, et Ælian. Var. I. 21. In Ægypto, Nicanorem excipiendis Legatis a Ptolemæo præpositum scribit Joseph. Antiq. XII. 2. m. *Bern.*

Anuli curam] Quam etiam ab Imp. Augusto Mæcenati atque Agrippæ, et Muciano a Vespasiano commissam, ex Dione et ejus epitomatore docet V. C. Joan. Kirchmannus de Anulis c. 6. *Idem.*

LIBER XLIV.

CAP. I. § 1 *Hispania*] Cf. Strab. III. Melam II. 6. Plin. III. 1. Solin. 26. Vid. et Curt. X. 1. 18. Iberiam quidem ab Ibero dictam putant, Herculis filio, fratre Celti: Eustath. in Dionys. *Bong.*

§ 2 *Hæc inter Africam et Galliam posita, Oceani freto*] Improprie loquitur *inter Africam et Galliam.* Sed de Sardinia id verius. Cæterum *Oceano* legend. puto, ac distinguend. post *Oceano*, ut tres terminos faciat Hispaniæ, a septentrione ac occasu Oceanum, a meridie Fretum Herculeum, et ab ortu Pyrenæos Montes, comprehendens Ibericum Mare in verbo 'freto.' *Glar.*

Fertilior] Fertilitas Hispaniæ commendatur etiam a Plin. Diod. Strab. Solin. Mela: sed nimirum 'quacunque ambitur mari,' ut ait Plinius XXXVII. 13. fin. qui quidem Bæticam ceteris Hispaniæ partibus anteponit. Nam, qua spectat Arctum, aspera est et sterilis: adeo ut quidam existiment a D. Paulo Rom. XV. 24. et locis aliis sup. XII. 13. 1. citatis Σπανίαν vocari διὰ τὸ σπάνιον τῶν ἐπιτηδείων, ob rerum ad vitam sustentandam necessariarum indigentiam. Unde 'duræ tellus Iberiæ' dicitur Horatio IV. Od. 14. Cur autem hodie tantum videatur a prisca fertilitate degeneravisse, rationem reddit Ludov. Nonius in Hisp. 5. fin. *Bern.*

§ 4 *Tempestivis imbribus*] Apul. de Mundo p. 71. ed. Elmenh. 'Hinc tempestivi imbres, et spiritus haud infœcundi:' et Apolog. p. 289. 'Ad tempestivum imbrem agellum exarabat.' Lucret. II. 877. et 928. 'Intempestivi imbres.' Levitic. XXVI. 4. Τετὸς ἐν καιρῷ αὐτοῦ. Deut. XI. 14. Τετὸς καθ' ὥραν πρώϊμος καὶ ὄψιμος. Neque aliter D. Jacob. V. 7. Hesiod. Ἔργ. 410. ὄριος ὄμβρος. Athenæus XIV. Deipnos. 20. ὡραῖα ὕδατα. *Gronov.*

§ 5 *Materia præcipua est*] Hoc *præcipua* quem sensum habeat, non intelligo h. quidem l. Putem potius Just. pro eo scripsisse *preciosa.* Vix tamen quid mutandum; nam similiter cap. seq. 3. 8. *Schef.*

Equorum pernices greges] Vid. Symmach. IX. Ep. 23. ubi plura Juretus. *Bern.*

§ 6 *Nec summa tantum terræ laudanda bona*] Scrib. *summæ. Summæ terræ bona* sunt, quæ nascuntur in terræ superficie, ut oleum, vinum, frumentum, fruges; atque opponuntur metallis, quæ in mediis terræ visceribus abdita latent. Sen. IV. Benef. 6. 'Latentium divitiarum in summa terra signa disposuit:' et Ep. 90. 'Cum incendio silvarum adusta tellus in summo venas jacentes liquefactas fudisset.' Varr. de R. R. I. 29. 'Seminaria omne genus ut serantur: putari in primis; circum vites ablaqueari; radices, quæ in summa terra sunt, præcidi.' Plin. XXI. 2. 'Abrotono radix una, et alte descendens: ceteris in summa terra leviter hærens.' Strab. III. p. 147. Τὸν δὲ καττίτερον οὐκ ἐπ' ἐπιπολῆς εὑρίσκεσθαί φησιν, ἀλλ' ὀρύττεσθαι. *Gronov.*

Nec summa] Melius in Mss. *sed nec summa.* Multo elegantius quam in vulgatis. Istud autem *bona* posset deleri, et delend. reor. *Summa terræ*, ut 'ardua montium,' 'strata viarum,' 'plana camporum,' &c. *Faber.* Gronov. scribend. præcipit *nec summæ t. t. l. bona*, quæ in summitate terræ proveniunt, quibus opponuntur 'abstrusorum metallorum latentes venæ.' *Græv.* Placet conj. Gronovii pro *summa* legend. esse *summæ. Summa terra* dicitur pro, summa pars terræ: ut 'ultima platea' ap. Terent. pro, ultima pars plateæ: et 'postremus liber' a Nostro XLIII. 5. 11. pro, postrema pars libri; et infinita id genus alia. *Vorst.* Gronov. *summæ tantum terræ*, quod accipiunt viri docti. *Schef.*

Abstr. &c.] Auctor I. Maccab. VIII. 3. Καὶ ὅσα ἐποίησαν [οἱ Ῥωμαῖοι] ἐν χώρᾳ Ἰσπανίας τοῦ κατακρατῆσαι τῶν μετάλλων τοῦ ἀργυρίου καὶ τοῦ χρυσίου τοῦ ἐκεῖ.

Lini spartique vis] De sparto Plin. XIX. 2. Agell. XVII. 4. 'Herbam Ibericam' dixit aliquis ap. Quintil. VIII. 2. 2. a Cassio Severo propterea irrisus. *Bern.*

§ 7 *Auro, quod in paludibus vehunt*] Quæ, malum, istæ paludes, in quibus aurum vehitur? Legend. si quid divinare scio, *in balucibus.* Balux est, quæ Straboni (III. p. 100. 54. ubi de Hispania) χρυσῖτις ἄμμος (nobis Goldsand). Plin. XXXIII. 4. m. de auro et Hispanis: 'Idem, quod minutum est, balucem vocant.' Minuta igitur ramenta, 'baluces' vel 'balucæ.' Glossæ: 'Χρυσάμμος, baluca.' Græcum est βάλλεξ, Latine 'ballux:' ut Βρέττιοι, 'Brutii:' Βρενδέσιον, 'Brundusium:' Σικελὸς, 'Siculus.' Hesych. Βάλλεκα, ψῆφον. Minutus igitur auri calculus, 'balux.' Hæc Salmas. ad Solin. p. 277. A. 1. Palluca dicitur χρυσάμμος. Pollux τὴν χρυσῖδα ψάμμον vocat arenam auream. Vet. Gloss. Palluca ἀχώνευτος γῆ, ἢ χρυσώδης: terra non conflata, aut aurea: γήδιον χρυσοῦ ἀκαθάριστον, glebula auri non purgata. Libra obrusæ 12. unciis constat: libra bellucæ 14. quia multum imminuitur inter purgandum, cum fornacibus excoquitur. Hæc Bulengerus de Imperat. p. 420. m. *Bern.* Nihil verius Salmasiana emendatione. Vid. Exercit. Plinianas. Tale est quod nunc ex Guinea in Europam adfertur aurum. *Græv.* Emendavit hunc l. Salmasius. Splendida correctio est, ac tanto viro digna, quam hausit Berneccerus ex Plinianis Obss. ad Solinum: est autem balux, s. baluca (nam utrumque dicitur), est, inquam, arena, s. terra, s. gleba auraria, i. e. ex qua aurum excoquitur. *Faber.* Quis dubitet legend. esse, ut Salmas. conjecit, *in baluc.* i. e. in minutis ramentis, in minutis calculis? *Vorst.*

§ 9 *Quadrata*] Hispaniam trigonam imperite faciunt Æthicus in Cosm. et Orosius I. 2.; sed Strabo, Mela, Ptolem. et alii comparant eam corio bubulo extenso: cujus partes ad collum pertinentes in adhærentem ipsi Galliam porriguntur: inde dilatatur ad brachia, ab Nova Carthagine usque ad Cantabros: crura a Freto Herculeo usque in Gallæciam et Mare Britannicum: ultimum corii, ad modum candæ, promontorium Sacrum, hodie *S. Vincentii*, quod in Oceanum Atlanticum extenditur. *Bernec.*

Sexcenta millia passuum] Quæ sunt stadia 4300. Strab. III. p. 111. 46. Tarracone ad Pampelonem ipsamque Oceani oram stadia numerat 2400. tantum. At vero Diod. IV. 35. Pyrenæos ait in longitudinem stadia fere 3000. extendi. *Idem.* Puta, spatium. At hoc per tautologiam dicetur: spatium montis efficit spatium tot passuum. Quanto igitur rectius in Mss. Bong. legitur *DC. M. passus*, i. e. *sexcenties mille passus?* Vitium ex eo, quod litteras numerales alius hoc, alius alio modo explicavit ex librariis. *Schef.*

§ 10 *Undique versus*] Vulgati et duo Mss. *undique adversus.* Malim *u. adversi et.* Bongars. Acidal. in Velleianis lectionibus, sub finem, pro *undique versus*, addita copula, reponit Apuleianum, *et undique secus*, i. e. ab omnibus partibus. Lego tamen *undique versum* etiam ap. Apul. IV. M. et Apolog. nec video cur damnand. sit. *Berneccer.* Et impressi et Mss. habent *undique adversi*, quod videtur melius. Sunt autem *undique adversi*, qui undecunque veniant, habent flatus alios sibi adversos. Cujus rei causa, quia undique mari cincta Hispania excepto eo latere, quo Galliæ adhæret. Cum ergo flatus surgant e mari, fit, ut, qui ab hoc oriuntur latere, spirent contra eos, qui surgunt a latere opposito. *Schef.*

CAP. II. § 1 *Animi ad mortem parati*] Sil. I. 225. de Hispanis: 'Prodiga gens animæ, et properare facillima mortem. Namque, ubi transcendit florentes viribus annos, Impatiens ævi spernit novisse senectam, Et fati modus in dextra est.' *Bern.*

§ 2 *Si extraneus, &c.*] 'Nulla magna civitas 'nec ulla bellicosa natio' diu quiescere potest. Si foris hostem non habeat, domi inveniet,' Liv. XXX. 44. 6. Quo consilio etiamnum ap. Hispanos, foris arma, domi quies. *Id.*

§ 3 *Fortior*] Scrib. *potior.* Gronov.

§ 4 *Celebratur etiam*] Vid. Liv. XXI. 2. 6. Val. M. III. 3. fin. *Bongars.* Exemplum Hisp. constantiæ in tormentis habet etiam Tac. IV. 45. Strab. III. p. 114. 25. Add. sup. II. 9. 4. et Plin. VII. 23. Sen. Ep. 47. 4. *Bern.*

§ 5 *Et arma sanguine ipsorum cariora*] Liv. XXXIV. 17. 6. Hispanos plerosque sibi manus attulisse refert ob adempta arma: 'ferox gens,' inquit, 'nullam vitam rati sine armis esse.' *Bongars.* Sil. III. 330. 'Nec vitam sine Marte pati: quippe omnis in armis Lucis causa sita, et damnatum vivere paci.' Add. notata sup. ad XXXIII. 2. 3. et 4. *Bernec.*

§ 6 *Nullus epularum apparatus*] Plin. XVI. 3. scribit, eos ævo suo 'glandem in secundis mensis habuisse.' Quin ex glandium farina etiam panem confecisse docet Strab. III. Quamvis ditissimi aquam bibebant, ut videre est ap. Athenæum II. 6. *Idem.*

Aqua calida lavari] Id quod jam olim deliciarum nomine taxatum apparet ex Homeri Od. VIII. 248. et illo Hermippi Comici veteris: Μὰ Δί' οὐ μέν τοι μεθύειν τὸν ἄνδρα χρὴ Τὸν ἀγαθὸν, οὐδὲ θερμολουτρεῖν· ἃ σὺ ποιεῖς: 'Sed inebriari non decet virum probum, Calida aut lavari: quæ facere tamen soles.' Sane Bunduica (quæ Tacito Boudicea) regina Britannica, in Oratione ad exercitum, 'Romanos nec viros,' ait, 'appellandos, quod calida laventur:' Dionis Abbreviator in Nerone p. 172. f. Quod Germanis excusatius est, 'ut apud quos plurimum hiems occupat,' Tac. G. 22. Qui idem inter delinimenta vitiorum, quibus Romani Britannos denique jugi patientiores reddidere, balnea quoque numerat, Ag. 21. Fortissimos Spartanos 'psychrolutas' (Senecæ verbo) facit Plut. in Alcib. 40. *Idem.*

§ 7 *In tanta seculorum serie*] Ἐπίθετοι γὰρ καὶ λῃστρικοὶ ἐγένοντο τοῖς βίοις, τὰ μικρὰ τυλμῶντες, μεγάλοις δὲ οὐκ ἐπιλαβόμενοι, &c. Strab. III. p. 109. 7. *Bongars.*

Annis decem] Cum Viriatho bellum gestum annos 14. Flor. II. 17. 25. et Oros. V. 4. scribunt. *Bongars.* Vid. omnino Lips. Not. 172. ad Vell. II. *Bern.*

Adeo feris propiora] Hæc in parenthesi vulgo ponunt, sine causa, ut opinor, et f. quia mentem Auctoris haud percipiebant. Continent enim rationem, ob quam nullos duces magnos habuerint, videl. quia ducibus aliquibus detrectaverint parere, ferarum instar, quæ et ipsæ duces agnoscunt nullos, sed suo arbitratu per se vagantur. Itaque subjungitur, ne Viriatum quidem secutos, ut ducem, et a se electum, ut ipsi pareant, ceu superiori, verum quia ostendebat rationes effugiendi periculi. Debet itaque sic distingui totus locus: *qui a. d. R. v. fatigavit: adeo f. p. q. h. i. gerunt. Quem ips. non, &c.* Schef.

Ut cavendi, &c.] Dio in Excerpt. Constantini in Porphyr. p. 614. Ληστής τε γὰρ ἐκ ποιμένος καὶ μετὰ τοῦτο καὶ στρατηγός· ἐπεφύκει γὰρ καὶ ἤσκητο τάχιστος μὲν διῶξαί τε καὶ φυγεῖν, ἰσχυρώτατος δὲ ἐν σταδίᾳ μάχῃ εἶναι.

§ 8 *Non vestis cultum*] Talis Otho ap. Tac. H. II. 11. 8. Talis Carinus, s. potius Carus, ap. Synes. Orat. de Regno p. 13. *Bernec.*

CAP. III. § 1 *In Lusitanis*] 'Rem incredibilem' dicit Varro, 'sed veram,' II. de R. R. 5. et Colum. VI. 27. et Plin. VIII. 42. Vid. et Maronem G. III. 273. *Bongars.* Add. citatos et comprobatos a Lud. Carrione Emendat. I. 17. et II. 4. Franciscus tamen Fernandius de Cordova, Hispanus, illam narrationem de equabus Hispanicis vento concipientibus esse commentitiam, et auctoritate, et ratione, et experientia docet in Didascalia multiplici 48. In quam sententiam concedit et Joh. Wouwerius Polymath. 11. pr. *Bern.*

Quæ fabulæ] Imo rem ita se habere, neque fabulosum hoc esse, tradunt præter Varr. Virgil. Plin. et Colum. etiam Silius, cui, ut Hispanici generis homini, maxime hic fides adhibenda videtur, his versibus: 'Mirabile dictu, Nullus erat pater; ad Zephyri nova flamina campis Vettonum eductum genitrix effuderat Harpe.' Et Solinus, qui inquit: 'Tagum ob harenas auriferas ceteris amnibus prætulerunt: in proximis Ulyssiponis equæ lasciviunt mira fœcunditate: nam spirante vento Favonio concipiunt, et sitientes viros aurarum spiritu maritantur.' Item alibi: 'Edunt equæ ex ventis conceptos: sed hi numquam triennium ævum trahunt.' Martianus Capella de Ulyssipone agens: 'In ejus,' inquit, 'confinio equarum fœtura ventis maritantibus inolescit:' quod autem ait, 'numquam triennium ævum trahunt,' adfirmat etiam Columella: 'Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem juxta Oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse, fœtumque educasse; qui tamen inutilis est: quod triennio, priusquam adolescat, morte absumitur:' adfirmat, inquam, Columella; sed non etiam Silius idem, cujus sunt isti versus: 'At Vettonum alas Balarus probat æquore aperto. Hinc adeo, cum ver placidum flatusque tepescit, Concubitus servans tacitos grex prostat equarum, Et Venerem occultam genitali concipit aura. Sed non multa dies generi: properatque senectus: Septimaque his stabulis longissima ducitur æstas.' Ecce, septem annos illis dat: quibus alii vix tres, nisi quis audacior censeat etiam hic reponendum: 'Tertiaque his stabulis.' Quod mihi tamen non persuadebit. *Mod.*

Gallæcia] Ita scribendum; non ut vulg. *Gallecia.* Vlitius in Notis ad Gratium mallet *Callæcia.* Sed literæ G et C, ut ejusd. instrumenti, facile permutantur. *Vorst.*

§ 2 *Galleci autem Græcam sibi originem asserunt*] Hoc non puto verum. Sed ut ap. Vett. Celtiberi

ex Celtis Galleci erant, arrepta ad Iberum fl. habitatione, et posterioribus temporibus Portugallia; ita Gallecos ex ead. Gallia fuisse, ac venisse in Hispaniam non est ap. me dubium. Eos tum Ptolemæus et Strabo Callaicos nominasse videntur. Et Ptolemæus eos duplices facit, et ad utrumque Oceanum septentrionalem ac occiduum ponit. Regionem eam hanc putant Galiciam vocari. Multa in h. lib. *ὑπερβολικῶς* quibusd. dicta videntur: ut quod Hispaniæ, Italiæ, urbique Romæ cunctarum rerum abundantiam suppetat, et adeo auro dives sit, ut etiam aratro frequenter glebas aureas excindant: quæ longe aliter hodie narrantur. Ego veras Hispanorum hodie laudes puto a sobrietate, a patientia, ab indefesso labore, a studio in Christianam religionem, cujus gentis auspicio totus Oceanus occiduus ac Indicus lustratus est, ac infinita gens ad Christianam fidem pervenit. *Glarean.*

Gallæci] A quibus devictis Decimus Brutus 'Gallæcus' dictus. Hi Straboni III. p. 115. 24. sunt Καλλαϊκοί, et p. 105. 3. Brutus Καλλαϊκός. Id. p. 108. 30. non ipsum Teucrum ibi consedisse, sed *τῶν μετὰ Τεύκρου στρατευσάντων τινάς*. De Amphilochis leg. eund. *Bong.*

Teucrum, &c.] De Teucro id. refert Schol. Æsch. Pers. 896. Σαλαμῖνα *τὴν ἐν Κύπρῳ φησίν· ἧς ἡ μητρόπολις, ἡ ἐν τῇ Ἀττικῇ δηλαδὴ, ἡμῖν αἰτία ἐστὶ τῶνδε τῶν στεναγμάτων. Ἄποικοι γάρ εἰσιν οἱ ἐν Κύπρῳ Σαλαμίνιοι τῶν ἐν Ἀττικῇ. Φασὶ γὰρ ὅτι τοῦ Αἴαντος αὐτόχειρος γεγονότος*, [Ms. Leid. αὐτ. σφαγέντος ἐν Τροίᾳ,] *ὁ Τεῦκρος, ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς, ἐν τῇ Σαλαμῖνι τῇ αὐτοῦ πατρίδι ἀπελθὼν*, [Ms. Leid. κατελθὼν,] *οὐκ ἐδέχθη τῷ πατρὶ αὐτῶν Τελαμῶνι, ἀλλ' ἐδιώχθη ἀπὸ τῆς Σαλαμῖνος, ὡς μὴ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Αἴαντα κωλύσας σφαγισθησόμενον ὑφ' αὐτοῦ. Κατελθὼν οὖν ἐν τῇ Κύπρῳ, ἀνεδείματο πόλιν, καὶ ταύτην καλέσας Σαλαμῖνα ἐπ' ὀνόματι τῆς ἐν Ἀττικῇ*. Ms. Leid. *ἐδείματο π. καὶ ἐκάλεσε ταύτην Σαλαμῖνα ἐπ' ὀν. τῆς ἐν Ἀττ. Σαλαμῖνος.*

§ 3 *Eurys. A. f.*] Ex Tecmessa. Historia Trojana in Catalogo Mss. Biblioth. Uffenbachianæ tom. I. cap. 32. p. 679. *Αἴας λῃΐζεται Θράκην, κἀκεῖθεν αἰχμάλωτον ἄγει τὴν Τελμήσσην* [leg. *τὴν Τέκμησσαν*]....*καὶ τὸν Εὐρυσάκην ἐκ ταύτης γεννᾷ*. Soph. Aj. 331. *Τέκμησσα, δεινὰ, παῖ Τελεύταντος, λέγεις Ἡμῖν.*

Carthago nova] Sil. III. 368. 'Dat Carthago viros Teucro fundata vetusto.' Quem versum cum historica veritate pugnare demonstrat Lud. Nonius Hispan. 66. *Bern.*

§ 4 *Amphilochi*] De his leg. Strab. III. p. 108. 33. *Bong.*

Minio, quod etiam] Minius amnis, Plin. IV. 20. qui et Βαῖνις Straboni: cui sacer mons est *ἱερὸν ἀκρωτήριον*, de quo id. init. lib. III. *Bong.*

Minio] Legend. est *minii*. Faber. Cur non *minii*, cum præcedat 'æris ac plumbi?' Nulla sane causa est, cur mutare casum hic debuerit. Sed credo aliter hæc distinxisse Justinum, ac ut fit in vulgatis, et hoc *minio* retulisse non ad antecedens 'uberrima,' sed subsequens 'ditissima,' hoc modo: *Regio cum æ. ac pl. uberrima, tum et minio, quod e. r. fl. n. dedit, auro quoque dit.* Scheff.

§ 5 *Auro*] Meminit aurariarum Hispanicarum et sacra Scriptura 1 Maccab. 8. 3. *Bern.*

§ 7 *Feminæ*] Hunc ipsum et alios Gallæcorum mores graphice describit Silius III. 344. cum seqq. *Idem.*

Agror. &c.] Colum. XI. 2. 'Possit igitur ab Idibus Januariis auspicari culturarum officia.' Marcian. Capella VI. p. 225. 'Culturas et venatus amant.' Ammian. XXII. 15. de Nilo: 'Gurgitum enim nimietate humectans diutius terras, culturas moratur agrorum.'

§ 8 *Nec ullum apud eos*] Ita antiquiores typis expr. Bongarsius malnit *ad eos;* credo, quod in quibusd. Mss. sic reperisset. Neque ego negem 'ad' interdum pro, apud, usurpari. *Vorst.*

Chalybe] Is. Vossius vir magnus, in notis ad Catullum, Chalybem ait fluvium esse inter Anam et Tagum, qui a Ptolemæo et Marciano dicatur Καλίπους vel Κάλιπος. Quod credo verum esse. *Græv.*

§ 9 *Unde etiam Chalybes, &c.*] De his consulendus Hieron. Magius Misc. II. 8. *Bern.*

Ferroque] An legend. *ferro, qui cæteris?* num potius quid deest, ad quod *que* conjunctio referebatur? Hoc malo credere, ac scribere *Unde etiam Chalybes, fl. h. fin. appellati, acie ferroque p. d.* Dicitur Latinis 'acies,' quod Græcis *στόμωμα*. Vid. Plin. XXXIV. 14. Hæc autem vocula videtur sublata, quod proxime præcederet *ati* litteris similibus, unde has otiosas et superfluas putarunt. *Schef.*

CAP. IV. § 1 *Tartesiorum*] Eorum regem Arganthonium, ad quem venerint Phocenses, commemorat Herod. I. 163. quem annos 120. refert vixisse. Meminit et Cic. de Sen. 19. Tartessios omnium bonorum affluentes esse; et cælo salubri, maximaque aëris temperie frui: ideoque longævos dictos, Strabo auctor est. *Bong.*

Curetes] Nulli in saltibus Tartessiorum *Curetes*. Sed *Cynetes:* et ita legend. esse h. l. ostendimus in Ptolemæo. *Voss.*

Curetes] Ridicula scriptura, sed quæ ab Is. Vossio V. C. optime mutata fuit in *Cynetes*. Poterat etiam dicere *Cunetæ;* sunt autem Cunetæ in Hispaniæ parte, qua Anas fl. aquas suas in mare effundit. *Faber.* Nihil hic Curetibus loci. Corrige cum Vossio, *Cynetes*. Sic dicebantur incolæ Cunei promontorii proprie, qui postea fines suos protulerunt. Vid. Notas ejus ad Mel. III. 1. *Græv.* Scripsi auctoritate Vossii *Cunetes:* qui sunt Cunei promontorii incolæ. Vult equidem ille *Cynetes:* sed quam facile Y in U transeat, notum; ita enim 'Sulla' pro, Sylla, et 'Suphax' pro, Syphax dixere. *Curetes*, ut vulgo editur, non Hispaniæ, sed Græciæ populus sunt: de quibus Paus. et alii. *Vorst.*

Gargoris] Joann. Episcopus Gerundensis Paralipom. Hispan. I. 'Gorgonium' vocat; ejus nepotem 'Abium.' *Bong.*

§ 2 *Ex filiæ stupro*] Ms. *ex f. æstu.* Scripsisse Just. censeo *ex f. incestu.* Inde sequitur 'pudore flagitii.' *Græv.*

Tot periculorum miseratione] Junt. *admiratione.* Ut paulo post: 'Admiratione tot casuum periculorumque ab eodem successor regni destinatur.' *Græv.* Rectius videtur *admiratione.* Sic paulo post, 'Admiratione,' &c. *Vorst.* Quænam illa *miseratio periculorum?* unde, aut in quo? Lego potius *iteratione*, sensu elliptico, pro, ex tot periculorum iteratione. Voci *iteratione* adhæsit *m* in pr. ex fine vocis præc. Post, ex *miteratione, miseratione* factum, quod accidit in aliis similibus. *Admiratione* Juntarum est ex § 10. seq. *Schef.*

§ 4 *Simplici morte*] 'Simplicem mortem' dixere et alii; ut Suet. Cæs. 74. et Curt. VIII. 7. 8. Lucan. III. 751. 'mortem non unam' vocat. Vid. Notas Bernecc. ad Just. XII. 10. 2. *Vorst.*

§ 5 *Cum inviolatus esset*] Mallem *cum non violatus esset;* debet enim præcedere verbum. *Schef.*

§ 6 *Non solum non noceretur*] Ita recte et alii hic emendarunt, et nostri Mss. omnes habent: cum in edd. hactenus male *non nocerent* fuerit. Cic. Verr. IV. 'Confirmat curaturum se, ne quid ei per filium suum noceretur.' Et Colum. II. 'Non nocebitur ei nocturnis roribus.' *Mod.*

Non solum non noceretur] Ergo ex Justini auctoritate dicere possumus 'nocere aliquem,' quod contra Cano-

nes receptos Latinitatis est. Sed et id. me ap. Plaut. observasse scio, quod satis est. Franc. autem Modius ap. Bernecc. quamquam alias et doctrina et judicio singulari præditus, hic aliquid humani passus est; erravit enim; quod monend. putavi, ne cui auctoritas illius imponat, si credulum lectorem nactus erit. Is ad huj. l. confirmationem affert ex Cic. in Verr. 'Confirmat,' &c. Tum et hoc ex Colum. I. 'Non nocebitur,' &c. Quod utrumque exemplum nil quidquam probat. Quid enim novi si dicamus 'noceretur Julio,' 'nocetur pudori?' nempe in activa significatione dicend. esset 'nocere Julio,' non *Julium*. At hic, inquies, est itid. 'noceretur,' ut ap. Just. Fateor; sed 'noceretur ei,' non *noceretur ille*, quod erat probandum. Sæpius legas ap. optimos scriptores 'statur,' 'quiescitur,' 'venitur,' neque tamen propterea unquam dicas *stor*, *curror*, *quiescor*, *calcor*, *venior*. Neque enim isthæc per plures personas flectuntur. Quid igitur afferre poterat Modius? Hunc Plauti locum sc. 'Jura, te non nociturum esse hominem de hac re neminem:' tum vero rem plane confectam dedisset. *Faber*. [Vitruv. II. 7. 'Nocentur a tempestatibus petræ.']

§ 9 *Laqueo captus*] Vid. Not. ad Sen. Octav. 412. *Gronov*.

§ 11 *Nomen i. i. H.*] Ita Lactant. I. 13. ex Ms. Menardi: 'Adeo ut ei multarum rerum et artium scientia Trismegisti nomen imponeret.' Vulg. *Trismegisto cognomen*.

§ 12 *Hujus casus fabulosi viderentur*] Hominum θηριοτρόφων, h. e. a feris educatorum, et agilitate feras æquantium exempla congessit Phil. Camerar. Horar. Subcis. I. 75. *Bern*.

Lupa nutriti] XLIII. 2. 5. Liv. I. 4. Plut. Romulo 5. et de Fort. Rom. 12. Strab. v. Virgil. Æn. VIII. 630. et plerique, qui de origine urbis Romæ tradunt. Plin. VIII. 17. 'Quæ de infantibus ferarum lacte nutritis, cum essent expositi, traduntur, sicut de conditoribus nostris a lupa, magnitudini fatorum accepta ferri æquius, quam ferarum naturæ, arbitror.' Id. visum Plutarcho Romul. 11. 'Suspectam quidam habent fabulam et commentum: nos quum cernamus, quanta vis sit fortunæ, non debemus ei fidem derogare, reputantes animo, rem Romanam sine divino aliquo auspicio et magno miraculo non fuisse eo potentiæ progressuram.' Add. Demster. ad Rosin. p. 4. c. *Idem*.

Cane alitus] I. 4. 10. Lucian. in lib. de Sacrificiis post pr. Ælian. V. H. XII. 41. Aliter Herod. I. 10. *Id*.

§ 14 *Et quæ ex insulis*] Malim *ea quæ*. De Geryone quæ referuntur notiora sunt, quam ut quidquam notari ad ea debeat. Narratio extat in Diod. IV. 17. *Bongars*. Meminit et Plato in Gorgia. *Bern*.

Tanta pabuli lætitia] Strab. III. p. 117. 14. scribit, ibi pascentium ovium lac sero carere, multumque aquæ ob pinguedinem affundi, ut caseus cogi possit; et 50. dierum spatio pecus suffocari, nisi post quinquagesimum quemque diem sanguinis missione pinguedo castigetur. Similia de agro Catanæo in Sicilia tradit id. VI. p. 186. 3. et de Arabia Curt. v. 1. 15. *Idem*.

Interpellata] Vid. notata ad XVIII. 5. 7. *Idem*.

§ 15 *Herculem ex Asia*] Herculem Tyrium intelligit. Vid. Arrian. II. *Bong*.

§ 16 *Porro Geryonem, &c.*] Aliter Serv. ad illa Virgil. Æn. VII. 661. 'Postquam Laurentia victor, Geryone extincto, Tirynthius attigit arva.' In hæc verba: 'Geryones rex fuit Hispaniæ, qui ideo trimembris fingitur, quia tribus insulis præfuit, quæ adjacent Hispaniæ, Balearicæ Majori, et Minori, et Ebusæ. Fingitur etiam bicipitem canem habuisse, quia et terrestri et navali certamine plurimum

potuit. Hunc Hercules vicit: qui ideo dicitur ad eum olla ærea transvectus, quod habuerit navem fortem et ære munitam.' *Mod*.

Uno animo regi] Imitatio Virgiliana, 'Dum spiritus hos reget artus.' *Fab*.

CAP. V. § 1 *Post regna deinde Hispaniæ*] Quænam regna? Hispania namque, de qua hic sermo, unum tantum habuit. Videtur ergo istoc *regna* glossatoris esse. Id. censeo et de seq. *provinciæ* vocabulo, et utrumque arbitror delend. *Schef*. Atqui dixit in alia Hispaniæ parte regnasse Habidem, in alia Geryonem. Est tamen hic locus ὕπονλος. *Græv*.

§ 2 *Cum Gaditani a Tyro*] Hæc prolixe narrat Strab. ext. lib. III. *Bongars*. Colonias a Tyriis conditas referunt Plin. V. 19. et Curt. IV. 4. 27. Add. Diod. XXV. 2. Arist. Mirab. 122. *Bern*.

Invidentibus incrementis, &c.] Add. sup. XLIII. 3. 13. et 5. 4. Liv. I. 9. 4. et I. 14. 6. Tac. IV. 63. 4. Amirat. XX. 10. *Idem*.

§ 4 *Hamilcarem*] Cujus cognomen 'Barcas.' Leg. Polyb. II. Appian. Iberica p. 258. f. Probum in ejus Vita. De Hasdrubale a servo, cujus sup. hoc ipso lib. Auctor meminit, interfecto, vid. eosd. *Bong*.

§ 5 *A servo*] XLIV. 2. 4. Val. M. III. 3. fin. Appian. Annib. p. 314. Sil. I. 165. &c. Diod. XXV. 2. *Bern*.

§ 7 *Scipionibus*] Cneum et Publium intelligit, quos 'duo fulmina imperii Romani' vocat Cic. pro Balbo 15. Liv. XXV. De Hispania ab Augusto domita leg. Dion. Suet. Flor. Oros. Horat. III. Od. 14. Sed hic, ut Augusto bellicorum certaminum, ita et mihi commentationis hujus, laboriosæ quam gloriosæ magis, finis esto: et, vacuo tunc duellis orbe terrarum, Janus Quirini ab illo clusus, leve hoc, non futurum tamen inutile, opus claudat Feliciter. *Bong*.

§ 8 *Perdomita provincia*] Illa verba deleo; nata quippe sunt ex illis quæ in ead. periodo leguntur 'perdomito' et 'provinciæ.' Id quod adeo verum est, ut hinc quoque error alius manarit, qui in Mss. Codd. occurrit. *Faber*. Certissima est hæc Fabri elegantissimi conjectura. *Græv*.

TANAQUILLUS FABER

AD

ELIAM BORELLUM.

EPISTOLAM hodie ad Grævium scripsi, Mea Suavitas, in qua satis multa erant quæ ad Justini emendationem pertinerent; idque a me ideo factum est, (nam, ut nosti, alia poteram scribere,) quod ipse Grævius vir doctissimus, et mei amantissimus, nuperam Justini editionem a se procuratam, et feliciter emendatam, ad me per amicum miserat. Ex iis autem locis, (nam bene multi erant,) en tibi unum ex lib. XLII. cap. 2. in fine. Loquitur ibi Justinus de Jasone, qui Colchidem, postquam in Thessaliam rever-

sus fuerat, repetiit. ' Comite Medea uxore, quam repudiatam miseratione exilii rursum receperat, et Medio privigno, ab Ægeo rege Atheniensium genito, Colchos repetivit, socerumque etiam regno pulsum restituit.'

Quid autem, inquies, an est ibi quod reprehendas, quod emendari postules? Est vero, o Noster; et brevi una mecum senties. Sed prius audi carmen, si me amas, quod ipse pæne aliud agens, sed de te cogitans, tamen, ad Divam Criticen cecini, cum de hujus loci emendatione mihi gratularer ludibundus, nugabundus, et requiem animo quærens, ut meus est mos scilicet.

AD DIVAM CRITICEN.

O Dea, quæ, tacitis residens sub rupibus, olim
Ringeris, æternum obrodens sub corde laborem;
Huc ades, o Critice mater; Te quattuor aræ
Hic, o Diva, manent, rusco urticaque revinctæ;
Carduus hic, spinisque frequens paliurus acutis;
Apsinthique latex acri confusus aceto,
Et quæ sopitos valeant pervellere sensus;
At pro Malobathri foliis et thure Sabæo
Juniperus mordax plena tibi fumat acerra.
Huc ades, o Regina, tuo si Numine dignum est
Carmenque, et Sacrum, tibi quod mea Musa paravit.
Sed tamen est aliud, quod et ipsa fatebere majus,
Et quod te invitet nigrantia linquere tesqua;
Scilicet ex imo redivivum sistimus Orco,
Ante fores templi, regem, quem Colchica tellus
Phasidos ad ripas herbosaque pascua quondam
Auriferas vidit late regnare per oras.

Uno verbo, Mi Borelle, pro *etiam* apud Justinum legendum omnino est *Æetam*, qui Medeæ pater, Jasonis autem socer, invitus licet, fuit tamen. Vale. Vides me de Justino cogitare; neque aliter res est, et jam aliquid orsus sum; hujus autem principis nomen est lib. XXXII. c. 3. ' Istrorum gentem fama est originem a Colchis ducere, *missis* ab Æëta rege ad Argonautas raptoresque filiæ persequendos.'

FINIS NOTARUM VARIORUM.

RECENSUS EDITIONUM JUSTINI,

AUCTIOR FABRICIO-ERNESTIANO, ET IN V. ÆTATES DIGESTUS.

[EX ED. BIPONT. 1802.]

ÆTAS I. NATALIS s. ECTYPORUM.

1470—1497.

(1470) EDITIO princeps s. Romana I. sine anni et loci nota, sine sign. cust. pagg. et tit. 4. maj. s. fol. min. Initio operis impressum legitur: ' Justini historici politissimi Epitoma in Trogi Pompei historias proëmium incipit.' Singuli librorum tituli sic habent: I. Ex Primo uolumine. II. Ex secundo uolumine Trogi Pomp. et sic deinceps. Ad calcem tria hæc leguntur disticha (notissima illa quidem, typographiæ præ calamorum usu præstantiam extollentia):

Anser Tarpei custos Iouis: unde: quod alis
Constreperes: Gallus decidit: Vltor adest.
Vdalricus Gallus: ne quem poscantur in usum
Edocuit pennis nil opus esse tuis.
Imprimit ille die: quantum non scribitur anno
Ingenio: haud noceas: omnia uincit homo.

Maittar. pag. 292. Panzer Tom. II. pag. 422. Editio elegans et rarissima, neque, quantum scimus, ab ullo recentiorum Criticorum consulta. Nobis ejus conferendæ copiam fecit instructissima bibliotheca publica Argentoratensis, olim Schœpfliniana. Multas quidem lectiones cum Jensoniana et Romana II. communes habet; multas vero proprias et exquisitas. E. g. I. 8. post *satia te sanguine* non agnoscit v. *inquit*, quod vulgo ibi intrusum legitur. II.

10. cum in omnibus, quas vidimus, editionibus legatur, *fido deinde servo perferendas tradit, jusso, magistratibus Spartanorum tradere;* multo concinnius dedit, *fido deinde servo perferendas tradit magistratibus Spartanorum.* VI. 15. commode omittit *recte* ante *reputantibus.* VII. 1. *subactis primo finitimis, mox populis nationibusque,* inter postrema duo verba addit *loginquis.* Sic I. 1. *longinqua, non finitima bella.* IX. c. 1. diserte habet *exhaustus pecunia, commercium,* &c. ut Schefferus volebat, pro vulg. *exhaustus pecuniæ commercium,* &c. XI. 10. pro *a qua postea susceptum,* legit *ex qua,* &c. XII. 6. fin. *condiscipulatu,* ubi in plerisque Mss. est *quondam discipulatu,* utrumque scribit *quondam condiscipulatu.*— Ex quibus facile colligitur, eam ex alio Codice descriptam esse. Nos ea diligenter usi sumus ad emendandum textum novæ hujus editionis; meminerintque, velimus, Lectores, si quam offenderint lectionis discrepantiam ab edd. recentioribus, præsertim Gronoviana secunda, eam antiquissimo huic codici deberi.

1470 Altera princeps Veneta I. s. Jensoniana. Fol. In ea titulus libri I. ita concipitur: 'Justini Historici in Pompei Trogi Historias liber primus incipit.' Ad finem libri XLIV: 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei Historias liber XLIIII. feliciter explicit. MCCCCLXX.

Historicos veteres peregrinaque gesta reuoluo
Justinus. lege me. sum Trogus ipse brevis.
Me Gallus Veneta Jenson Nicolaus in urbe
Formavit Mauro principe Christophoro.'

Panzer Tom. III. p. 70. Contulit eam Gronovius.

. . . . s. a. l. et typ. nemini bibliographorum memorata; quæ an anteverterit Romanam et Venetam, adeoque omnium princeps sit habenda, viderint quibus ejus accuratius examinandæ facultas data fuerit. Ea literis rotundæ formæ elegantibus, multisque scripturæ compendiis expressa fol. brevi, servatur in Bibl. Archipalatina, prout nobis significavit vir clar. Andreas Lamey, illius præfectus, Consil. aulicus, et Acad. Scient. ab epistolis. Signatura quaterniorum, e quibus duplicatis oriuntur 8. folia, procedit ab *a* ad *n* usque. Charta ipsa signata videtur cruce eleganter formata cum apice quodam tropæi instar.

1472 Romana II. fol. per Conradum Sweynheim et Arnoldum Pannartz. 'Justini historici politissimi Epitoma in Trogi Pompei historias prohemium incipit.' Initio libri I. 'Ex primo volumine;'

et libri II. 'Ex secundo volumine Trogi Pomp.' Ad calcem libri XLIV. extant hæc disticha:

Aspicis illustris lector quicunque libellos
Si cupis artificum nomina nosse: lege.
Aspera ridebis cognomina Teutona: forsan
Mitiget ars Musis inscia verba virum.
Conradus Sweynheim, Arnoldus Pannartzque magistri
Rome impresserunt talia multa simul.
Petrus cum fratre Francisco Maximus ambo
Huic operi aptatam contribuere domum.
M. CCCC. LXXII. die XXVI. Septembris.

Maittar. pag. 313. qui quidem Justinum una cum Floro prodiisse in hac ed. ait: quod persuadere possit *τὸ libellos,* quæ vox extat in primo versu. Sed in duobus exemplaribus, quorum unum manibus oculisque versavit Gronovius in bibliotheca Meadi, alterum asservatur in bibliotheca Lugduno-Batava, desideratur Florus. Ejusmodi exemplum etiam extabat in bibliotheca Smithiana. Idem Gronovius, primum, qui Florum Justino comitem dedit, addito anni et loci indicio, Philippum Pincium Mantuanum suspicatur, in cujus typographia Justinus et Florus una fuerunt excusi Venetiis an. 1493. Panzer Tom. II. p. 431.

1474 Mediolanensis I. s. Zarotina: fol. quam Jensonianæ imitatricem esse, imitatio versuum illi subjectorum satis videtur indicare:

Historias veteres peregrinaque gesta revolvo
Justinus. lege me. sum Trogus ipse brevis.
Quem manus Antoni Zarotho sanguine creti
Impressit solers, Insubribusque dedit.

'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei Historias Liber XLIV. feliciter explicit MCDLXXIV. Idibus Junii.—Maittar. p. 335. Panzer Tom. II. p. 16.

1476 Mediolanensis II. fol. per Christoph. Valdarfer. 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompeii Historias.' In fine: 'Impressum Mediolani per Christophorum Valdarfer Ratisponensem Anno Domini MCCCCLXXVI. Kal. Junii.'—Maittar. p. 361. Panzer Tom. II. p. 24. Quo curante facta sit hæc editio, æque cum aliis nescimus; sed e Codice perbono, eoque cum optimis Bongarsii libris conveniente, ductam esse bene vidit, qui eam contulit Jo. Frid. Fischerus, quem vide in Præf. Justini sui an. 1757. editi, p. XIV.

1478 Veneta II. fol. Justini Historiæ. Venetiis per Philippum Condam Petri. 1478. d. 12. Decembris.—Maittar. p. 394. Laire Ind. I. p. 444. Quam tamen eandem esse cum sequente suspicamur cum Panzero Tom. IV. p. 432.

1479 Veneta III. fol. In ejus fronte fol. 1. a. legitur: ' Justini Historici clarissimi in Trogi Pompeii Historias exordium.' In fine: ' Justini opere finis cum magna diligentia. Impressum per Philippum condam petri in ueneciis ducante Johanne mozenico inclito duce. M. CCCC. LXXVIIII. die XII. decembris.'—Maittar. p. 397. Crevenna Tom. V. p. 43. Panzer Tom. III. pag. 147. sq.

. . . . Justinus, cum Floro ex recens. Beroaldi. fol. s. a. l. et typogr. (circa an. 1480. Brixiæ per Henricum Coloniensem, ut quidem videtur Com. de Reviczky Cat. p. 183. coll. p. 192. ed. sec. Berol. 1794.) Ad finem Flori leguntur quatuor disticha: ' Aurea Justini,' &c. dein repetita in edd. Sabellicanis.

1484 Veneta IV. fol. Memoratur Fabricio in Bibl. Lat. et post eum Fischero in Præf. p. XV.

1487 Epitome Justini et Flori. Venetiis 1487. fol.—Maittar. p. 490. At in Indice omisit Maitt. hanc editionem, quæ forte ad an. 1497. pertinet. Panzer Tom. III. p. 248.

1491 Veneta V. fol. Justini et Flori Epitome. Veneciis 1491. die 5. Novembris.—Denis Suppl. p. 309. Panzer Tom. III. p. 310.

1493 Veneta VI. fol. cum Floro. ' Venetiis, per Philippum Pincium 1493. die vigesima decembris.'—Maittar. p. 558. cujus tamen fidem suspectam facit Panzer Tom. III. p. 342.

1494 Veneta VII. fol.—Maittar. p. 574.

ÆTAS II. SABELLICI,

1497—1522.

a Marco Antonio (Coccio) Sabellico, qui primus critica ratione textum Justini recensuit: e qua recensione cum Floro primum prodiit Venetiis 1497. deinde s. a. et l. tum iterum Venetiis 1507. Imitatrices autem habuit ceteras hujus ætatis editiones, præter Bechariensem, et quæ illam secutæ sunt. Sabellici recensio tandem superata est ab Aldina 1522.

1497 Sabellicana I. Justini cum Floro. Fol. Justinus historicus. Hæc in fronte fol. 1. Post librum XLIV. et ultimum: ' Justini viri

clarissimi epithomatum in Trogi Pompei historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Fol. 38. legitur: ' Ad magnificum Petrum Mariam Rubeum Parmensem Philippi Beroaldi Bononiensis Epistola;' post cujus finem eadem pagina L. Flori gestorum Romanorum epithoma incipit. In fine Flori:

Aurea Justini Lucique epithomata flori
Ære tibi modico candide lector eme.
Contrahit iste Titi numerosa volumina Livi.
Pompeii historias colligit ille Trogi.
Quam bene conjuncti: nempe hic ubi desinit: ille
Incipit: atque unum pene uidetur opus.
Rite recognovit quos Justinianus ad unguem
Romanus. Felix lector amice Vale.

' Venetiis. M. CCCCXCVII. die VIII. nouembris.' (sine nomine typogr.) Hæc excipit Epistola Sabellici ad Contarenum: ' Marcus Antonius Sabellicus Jo. Matthæo Contareno viro patritio salutem. Recognovi his paucis diebus Justini: et Lucii Flori Epitomen: Fuitque ea mihi lectio parum jucunda, non quia non uterque sit amabilis: et ut hic ex Livii majestate multum referens: ita ille ex Trogi gravitate. Verum romanæ: Peregrinæque historiæ imaginem velut duplici tabella intuitus non sine dolore animi admonebar: quantum in duobus viris, quorum hi lineamenta verius quam typum expressere: amiserit posteritas. Cæterum si fatorum invidia ea fuit ut tanta hominum indole necessario careremus: haud vulgaris gratia debetur his: per quos demum consecuti sumus ut si non corpus: imaginem saltem tantarum lucubrationum teneremus: quamquam (proh dolor) ne hanc quidem umbram nisi mendosam: claudam: et corruptam: librariorum sive inscitia: sive incuria ad posteros transmisit. Scio ego virum nostri temporis ingenio et eruditione florentem [Beroaldum seniorem dicit] in hoc multum operæ adhibuisse, ut Florus ipse quam emendatissime legeretur: sed vel suo ipsius judicio: vel quod magis credo librariæ officinæ vitio parum quod voluit effecit: Quod tu vir eruditissime ita esse facile deprehendes: si recentia exemplaria (nisi ego quoque pari fraude sum deceptus) cum veteribus illis contuleris. Nihil enim quod ad eam recognitionem attineret: quæ diligentissima esse potuit: a me prætermissum puto: nec Antonius Moretus,* vir summa diligentia: ac supra quam dici possit accuratus: gerendæ rei defuit: sed sic ego evenire arbitror: ut nihil quod a nolenti-

bus: et invitis fiat recte fiat. Tu vero quid in hac parte profecerimus vide: ac boni consule. Vale.' Hanc Epistolam scripsit Sabellicus die VIII. Novembris MCCCCXCVII. Est ergo hæc prima inter edd. Sabellicanas; recensuitque idem vir doctus lectionem Flori Beroaldinam. Cf. Gronovii Præf. in Justin. Maittar. p. 490. Panzer Tom. III. p. 423.

* Hic fuit bibliopola Venetus, cujus quoque meminit Sabellicus in Epistola ad Rambertum Malatestam VIII. 26. 'Conveni, quod potui, Antonium Moretum bibliopolam hic longe principem mihique familiarissimum.'

. . . . Sabellicana II. s. a. et l. fol. (per Bernardinum Rasinium Novocomensem) JUSTINI ET FLORI EPITHOMÆ. Hæc literis capitalibus fol. 1. Fol. 2. 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompeii Historias Liber I.' Fol. 39. b. 'Justini historici viri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Fol. 40. præmissa Philippi Beroaldi ad Petrum Mariam Rubeum Comitem Parmensem epistola LUCII FLORI GESTORUM ROMANORUM EPITHOMA INCIPIT. In fine fol. 57. quatuor disticha: 'Aurea Justini,' &c. Fol. ultimo legitur M. Antonii Sabellici ad Jo. Matth. Contarenum epistola, supra a nobis adlata.—Cf. Gronov. in Præf. Maittar. p. 761. Panzer Tom. IV. p. 149. Braunio P. II. p. 43. Not. de libris in bibl. Monast. ad S. Udalr. verosimile videtur, hanc ed. Venetiis prodiisse.

. . . . Sabellicana III. s. a. et l. fol. Justini Epitome Historiarum; accedit Flori Epitome. In medio folio 1. a. JUSTINI ISTORICI. Sequitur JUSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIUM. In fine fol. 37. b. 'Justini historici uiri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Fol. seq. a. incipit Florus, præfixa epistola Beroaldi ad Petr. Mariam Rubeum. In fine versus: 'Aurea Justini,' &c. Hos excipit M. Ant. Sabellici epistola cum registr.—Panzer Tom. IV. p. 455.

. . . . Parisina I. 4. s. a. 'Justini Historia ex Trogo Pompeio collecta. Lucii Flori Epithomata quatuor in decem Titi Livii decades. Sexti Ruffi ad Valentinianum Augustum de Historia Romana opus. Parisiis apud Joh. Petit.'—Sic legitur in Catal. bibl. Hasæanæ, Bremæ an. 1732. edito, p. 530. n. 75. sed in Catal. bibl. Zechianæ, Lips. 1780. p. 44: 'impress. in vico D. I. Bellovacensis.' Nimirum Jo. Petit. s. Parvus habitabat 'in vico divi

Jacobi.' Servatur quoque in bibl. Francof. ad M. et extabat inter libros H. A. Werumei Jcti Groning. p. 99. n. 527. eadem forma. Alii tamen Parisinæ huic s. a. formam, quæ folio minus dicitur, ascribunt.

1502 Mediolanensis III. Justini in Trogi Pompei Historias Libri XLIIII. Lucii Flori Historia Romana in compendium redacta, ex recensione Philippi Beroaldi. Impressum Mediolani apud Alexandrum Minutianum MCCCCCII. Idib. Januar. Fol.—Panzer Tom. VII. p. 379.

1503 Venetiis. Fol. Justinus Historicus: et Florus cum ep. Philippi Beroaldi Bononiensis ad magnificum comitem Petrum Mariam Rubeum Parm. Venetiis per Bartholomæum de Zanis de Portesio MCCCCCIII. die tertio Febr. Justino præmittitur Epist. Sabellici ad Contarenum. Servatur hæc editio inter cimelia Bibl. Archipal. Manhem.

1505 Bononiæ. Fol. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio in epitomen redactarum Libri XLIV. una cum L. Floro a Philippo Beroaldo correcto. Bononiæ 1505.—Panzer Tom. IX. p. 413.

1506 Argentorati. 4. Justinus cum Floro et Plinio (vel potius Aurelio Victore) de viris ill.—Memoratur Fabricio in Bibl. Lat.

— Parisina II. fol. 'Justini Historia ex Trogo Pompeio quattuor et triginta epithomatis collecta. Lucii Flori Epithomata quatuor quam cultissima in decem Titi Livii decadas. Sexti Ruffi C. V. ad Valentinum (sic) Augustum de historia Romana opus dignissimum. Parisiis 1506.'—Hujus contextus, ut testatur Gronovius, plurimum quantum differt a Sabellicano, et plerumque cum Bechariano conspirat; quod etiam haud obscure indicat titulus, quem communem habet cum parte tituli ed. Becharii, (cf. infr. an. 1510.) in qua tamen rectius editur *Valentinianum*. Anteverterit igitur oportet Bechariana prima hanc Parisinam; sed quo anno quove loco lucem ea viderit, nobis non cognitum. Editio anni 1500. a Bechario curata, quam recenset Gronovius in Præfat. eadem est cum Juntina II. an. 1510. ubi vide.

1507 Sabellicana IV. fol. 'Justini ex Trogo Pompeio Historiæ cum multis memorabilibus in margine. Addito insuper indice: quo facilius notatu clariora reperiri possint: nuper emendatæ.' In fine Justini: 'Justini historici viri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber XLIIII. et ultimus feliciter finit.' Sequitur Florus, præmissa epistola Phil. Beroaldi ad Petrum Mariam Ru-

beum. Subjunguntur quatuor disticha: 'Aurea Justini,' &c. Post quæ tandem exhibetur Epistola Sabellici ad Contarenum, cum subscriptione: 'Impressum Venetiam (sic) per magistrum Joannem Tacuinum de Tridino M. CCCCC. VII. die XVII. Maii.'—Index, quem promittit titulus hujus editionis, in ea non reperitur. Unde Gronovio orta suspicio, eam 'vivente quidem Sabellico prelum subiisse, post mortem vero ipsius demum ad finem fuisse perductam: siquidem anno MDVI. animam Deo reddidit illustre illud Italiæ literatæ ornamentum.' Cf. Panzer Tom. VIII. p. 385.

1510 Juntina I. 8. curante Mariano Tuccio. 'Justinus una cum L. Floro nuper castigatus.' Fol. 1. b. 'Marianus Tuccius Florentinus Andreæ Marsuppino juveni ornatissimo S.' In fine: 'Impressum Florentiæ, opera atque impensa Filippi de Giunta Florentini, 1510. tertio Galeodas (l. Calendas) Februarii, Petro Soderino perpetuo Vexillifero existente.'—Gronov. in Præf. Panzer Tom. VII. p. 12.

— Mediolanensis IV. fol. 'Trogi Pompeii Historia per Justinum in compendium redacta proxime quam emendatissime edita.' Justinum comitantur Florus et Rufus, in cujus fine additur: 'Habes Candide Lector in hoc volumine non minus utilia quam lepida Justini in Trogum, et Flori in Livium: insuper Sexti Ruffi viri consularis Epithomas nuper castigatissime Mediolani impressas apud Leonardum Vegium. M. D. X. nonis Maiys.'—Gronov. ibid. Panzer Tom. IX. p. 534.

— Juntina II. s. l. et typogr. 8. 'Justini Historia ex Trogo Pompeio quatuor et triginta (sic) epithomatis collecta. Lucii Flori Epithomata quatuor quam cultissima in decem Titi Livii decadas. Sexti Ruffi Consularis uiri ad Valentinianum Augustum de Historia romana opus dignissimum. Nerua cocceius ex dione Græco per Georgium Merulam Alexandrinum. Trajanus Nerva ex dione per eundem Merulam. Adrianus ex dione græco. Conflagratio Vesævi montis ex dione per supradictum Merulam. P. Victoris de regionibus urbis Romæ libellus unicus.' Sequitur lilium rubrum, ex quo manifeste apparet, hanc editionem excusam fuisse Florentiæ in typographia Philippi Juntæ. Præfationem præmisit editor Augustinus Becharius Mortariensis Sacerdos. In fine P. Victoris legitur: 'Impressum fuit hoc opus Anno domini M. CCCCC. decimo. Nono Kalend. Augusti.'—Gronovius, qui usus est hac editione, male eam retulit ad an. 1500. ideo merito reprehensus a Crevenna in Catal. Tom. V. p. 44. Ascribamus ejus verba: 'Gronovius n'a pas bien fait attention à la date de la souscription, qu'il marque 'M. CCCCC. decimo nono Kalend. Augusti,' au lieu de 'M. CCCCC. decimo. Nono Kalend. Augusti,' et par consequent il la croit executée dans l'année 1500. au lieu de 1510. comme nous croions qu'on doit la noter, 1. parceque dans la dite souscription le *decimo* est imprimé avec un point après, comme nous le rapportons, et que la premiere *N* de *nono*, qui suit aprés le point, est grande, ce qui fait voir que le *decimo* appartient à l'année, et le *nono* à *Kalendas*. 2. parceque les *Kalendæ Augusti* ne vont pas plus loin que Dixsept, et que par consequent *Decimo nono Kalendas Augusti* ne peut pas subsister, et seroit faux.' Quod quidem non animadvertens Panzer Annal. typ. Tom. I. p. 429. coll. Tom. VII. p. 13. duas statuit esse editiones, quæ nonnisi una erat habenda: eundemque errorem repetiisse videmus Harlesium in Suppl. ad brev. not. lit. Rom. Parte II. p. 155.

. . . . Parisina III. s. a. 4. Justinus, Florus, et Sext. Rufus. 'Parisiis in Campo Gaillardo venalis apud Joannem Petit.'—Panzer Tom. VIII. p. 211.

1512 Venetiis. Fol. 'Justini ex trogo pompeio historiæ cum multis memorabilibus in margine. Addito insuper indice, quo facilius notatu clariora reperiri possint: nuper emendate.' Hæc in fronte. In fine Justini: 'Justini Hispani Historici—Epithomatum liber XLIIII. Et ultimus feliciter finit.' Sequitur Florus, ad cujus calcem legitur: 'Impressum Venetiis per Joannem Tachuinum de Tridino M. CCCCC. XII. die vigesimo tertio Septembris.'—Panzer Tom. VIII. p. 408.

1514 Lipsiæ. Fol. 'Justini ex Trogo Pompeio historiæ cum multis memorabilibus in margine. Addito insuper indice: quo facilius notatu clariora reperiri possint: nuper emendatæ.' In fine: 'Impressum Liptzk per Jacobum Thanner Herbipolitanum. Anno dni. M. CCCCC. XIIII.'—Rarissimæ hujus editionis notitiam dedit Freytag in Apparat. liter. Tom. I. pag. 274. Cf. Panzer Tom. VII. p. 186.

1517 Viennæ Austriæ. 4. 'Justini nobilissimi Historici in Trogum Pompeium Libri quadraginta quatuor. Additus insuper est per Joannem Camertem ordinis Minorum Index copiosissimus, quo facile, quicquid in toto opere notatu dignum est, possit lector cum voluerit reperire.' Pag. 2. legitur Vdalrici Fabri Thornburgensis

Epistola dedicatoria ad Georgium Episcopum Viennensem, data nono Kalendas Julii 1517. in qua profitetur, corrigendorum Justini librorum curam sibi injunctam fuisse, quo exactius ederentur. In fine Justini: 'Impressum Viennæ Austriæ, per Joannem Singrenium. Expensis uero Leonhardi et Luce Alantse fratrum. Anno domini. M. D. XVII.'—Denis Wiens Buchdruckergeschichte p. 165. Panzer Tom. IX. p. 34.

1519 Parisina IV. Danesii. Fol. 'Justini Historici clarissimi Epitome in Trogi Pompei Historias; L. Flori de rebus Romanis Epitome; Sexti Ruffi V. C. libellus. Parisiis impressit Chalcographus fidelissimus Antonius Aussurdus impensis Joannis Parvi.' In fine Justini: 'Ad Idus Maias M. D. XIX.' Ad calcem Flori: 'Octavo Calendas Julias, anno supra millesimum D. XIX. Væneunt in ædibus Joannis Parvi in via ad divum Jacobum sub signo aurei Lilii.'—Panzer Tom. VII. p. 54. Curavit hanc ed. Petrus Danesius, qui in epistola ad Aussurdum præmissa (a Maittario inserta Tom. II. P. I. p. 85.) se egregio Codice usum dicit, omninoque suam in hac ed. navatam operam prædicat. Fuit penes Gronovium. Cf. Jo. Frid. Fischerum præfantem suæ Justini editioni.

— Parisina V. 4. Florus cum Justino et Ruffo. 'Parisiis per Jacobum le Messier anno MDXIX. XI. Novembris.'—Maittar. Ind. I. p. 404. Panzer Tom. VIII. p. 59.

1520 Mediolanensis V. fol. Justinus, L. Florus, et Sext. Ruffus. 'Mediolani ex officina Minutiana. MDXX.'—Panzer Tom. VII. p. 399.

.... Parisina VI. s. a. fol. Justinus et Florus. 'Petrus Danesius ad vetus exemplar reposuit. Lutetiæ in ædibus Johannis Parvi.'—Panzer Tom. VIII. p. 211.

.... Parisina VII. 4. Justinus, Florus, et Sext. Ruffus. Parisiis in ædibus Anthonii Bonemere.—Panzer Tom. VIII. p. 217.

ÆTAS III. ALDINA,

1522—1581.

qua Franciscus Asulanus, Aldinæ curator, textum vulgatum non modo e superioribus edd. sed et ex scriptis, et ingenio passim mutavit. Novam hanc lectionem mox more suo arripuerunt Juntæ, et vulgatiorem fecerunt. Hac via progressi in Germania Georgius

Major et Car. Sichardus novam dedere exempla; præter quæ etiam Gryphianæ et Antverpienses celebrantur.

1522 Aldina I. 8. 'Trogi Pompei externæ Historiæ in compendium ab Justino redactæ. Externorum imperatorum vitæ authore Æmylio Probo' (s. Cornelio Nepote.) Præfationi Justini præmittitur Francisci Asulani ad Joannem Cornelium Georgii filium Epistola. Ad calcem Æmylii Probi legitur: 'Venetiis in ædibus Aldi et Andreæ Asulani Soceri, mense Jan. 1522.'—Panzer Tom. VIII. p. 471.

1525 Juntina III. 8. 'Trogi Pompei externæ Historiæ in compendium ab Justino redactæ. Externorum imperatorum uitæ. Æmylio probo authore. P. Vellei Paterculi historiæ Ro. duo uolumina nuper reperta diligentissimeque excusa cum indice omnium, quæ digna sunt notatu, copiosissimo.' In fine: 'Florentiæ, per hæredes Philippi Juntæ Anno Domini 1525.'—Panzer Tom. VII. p. 40. Hæc fautorem invenit Jo. Georg. Grævium in recensendo Justino; sed quam is illi auctoritatem tribuit, ea repetenda fuit ab Aldina, cujus est imitatrix.

.... Aldina II. s. a. 8. Justini Historiæ ex Trogo Pompeio cum Æmilio Probo. Venetiis apud Aldum.—Panzer Tom. VIII. p. 560. ex Cat. Pinell.

1526 Sichardi I. 8. 'Justini Historici clarissimi in Trogi Pompei historias libri quadraginta quatuor, a Joan. Sichardo summa diligentia recogniti et illustrati. Quibus adjecimus certo consilio Sex. [Aurelium Victorem, qui 'Cæsarum vitas a D. Augusto ad Theodosium usque, historia prosecutus est. Cum indice. Basileæ apud Andream Cratandrum An. M. D. XXVI.' In fine: 'Basileæ per Andream Cratandrum, Mense Januario Anno M. D. XXVI.'—Panzer Tom. VI. p. 255.

— Majoris I. 4. 'Justini ex Trogo Pompeio historia, diligentissime recognita et ab omnibus, quibus scatebat mendis, collatis ad authorem Græcis et Latinis Historicis, repurgata. Cui præterea non parum lucis, ex iisdem transcriptis sententiis, et indicato historiæ ordine, accessit. Adjecta est Monarchiarum quoque ratio. Hagenoæ apud Joh. Secer. Anno M. D. XXVI.' Præcedit epistola nuncupatoria Philippi Melanchthonis ad Christophorum Stalbergium. In fine: 'Hagenoæ apud Joh. Secer. Anno M. D. XXVI.' —Panzer Tom. VII. p. 95. Textum ex aliis libris editis, maxime

ex Aldina s. Juntina non solum formavit, sed et Codice usus est. Vorstius ei multum tribuit.

1530 Parisina VIII. 8. Justini Historiæ et Sextus Aurelius Victor. Parisiis apud Simonem Colinæum.—Panzer Tom. VIII. p. 135.

— Sichardi II. 8. Justinus, cum Sext. Aurelio Victore. Basileæ, apud Andream Cratandrum M. D. XXX.

1533 Majoris II. 4. Justini ex Trogo Pompeio historia, &c. Hagenoæ apud Joh. Secer.—Panzer Tom. VII. p. 111.

— Eadem recusa Coloniæ. 8.

1537 Coloniæ. 8. Justini ex Trogo Pompeio Historia. Diligentissime recognita, et ab omnibus, quibus scatebat mendis, collatis ad autorem Græcis et Latinis historicis, repurgata. Cui præterea non parum lucis, ex iisdem transcriptis sententiis, et indicato historiæ ordine, accessit. Coloniæ, apud Jo. Gymnicum.—Bibl. Argentor.

1538 Gryphiana I. 8. 'Justini ex Trogi Pompeii historiis externis libri XLIV. His accessit ex Sex. Aurelio Victore De uita et moribus Romanorum imperatorum Epitome. Lugduni, apud Seb. Gryphium, 1538.'—Crevenna Tom. V. p. 45.

1539 Basileæ. 4. Justini ex Trogo Pompeio historiæ. Basileæ apud Mich. Isengrinium. Curante Sim. Grynæo, qui præfatus est de utilitate legendæ historiæ.

1542 Gryphiana II. 8. cum Sex. Aurelio Victore. Lugduni, apud Seb. Gryphium.

1543 Parisina IX. 8. Justini ex Trogi Pompeii historiis externis libri XLIV. Parisiis, apud Rob. Stephanum.

— Coloniæ. 8.

— Antverpiæ. 8.

— Basileæ. 8. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLIIII. diligentissime ex variorum tam Græcorum quam Latinorum exemplarium collatione castigati, ac beneficio quorundam a mendis, quibus scatebant, repurgati. Præterea D. Jo. Sichardi castigationes, et Georg. Majoris annotationes, accesserunt. Item, ex Sexto Aurelio Victore De vita et moribus Romanorum Imperatorum Epitome. Cum indice copiosissimo tam rerum quam verborum delectu. In fine: Basileæ, apud Bartholomæum Westhemerum. An. M. D. XLIII.—Bibl. Argentor.

1546 Gryphiana III. 12. 'Justini ex Trogi Pompei Historiis externis libri XXXXIIII. Item ex Sex. Aurelio Victore De uita et moribus Romanorum imperatorum Epitome. Lugduni, apud Seb. Gryphium 1546.'—Crevenna Tom. V. p. 45.

1549 Coloniæ. 8. ex rec. Majoris; qua usus est Fischerus.

1551 Gryphiana IV. 12. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis libri XLIV. Accedit ex Sex. Aurelio Victore de vita et moribus Rom. imperatorum Epitome. Lugduni, apud Seb. Gryphium. —Biblioth. Emtinck. P. III. p. 449. n. 212.

1552 Antverpiæ. 12.

1553 Basileæ. 8. cum Sichardi castigg. et cum annott. Majoris.

— Gryphiana V. 8. Lugduni, apud Seb. Gryphium.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 305. n. 539.

1555 Gryphiana VI. 8. Lugduni, apud Seb. Gryphium.

1557 Gryphiana VII. 8. ib. apud eund.

— Eadem, ibid. apud eund. 12.

1558 Parisiis. 12. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XXXXIIII. His accessit ex Sexto Aurelio Victore de Vita et Moribus Romanorum Imperatorum Epitome. Omnia quam diligentissime ex variorum exemplarium collatione castigata. Parisiis, apud Hieronymum Marnef.—Bibl. Argentor.

1559 Lugduni. 12. apud Anton. Vincentium.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 449. n. 212.

1560 Parisiis. 12. apud Heur. de Marnef.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 450. n. 213.

1562 Basileæ. 8. cum præf. Sim. Grynæi de utilitate legendæ historiæ, subjectis ad voluminis calcem notis Henr. Loritti Glareani Patricii Claronensis.

— Gryphiana VIII. 8. Justini ex Trogi Pompeii historiis externis Libri XLIV. His acc. supra Sex. Aur. Victoris Epitomen de vita et moribus Impp. exinde ad Caroli (V.) usque tempora compendium. Lugduni, apud heredes Seb. Gryphii.

1565 Antverpiæ. 8. Ex Trogi Pompeii Historiis externis Lib. XLIIII. Accessit de vita et moribus omnium Imperatorum S. Aurelio Victori addita Epitome, ex variis iisque probatiss. auctoribus collecta. Antverpiæ, in ædibus viduæ et hæredum Jo. Stelsii.—Bibl. Argent.

1568 Lugduni. 12. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis libri XLIV. Accessit de vita et moribus omnium Impp. Sexto Au-

relio Victori addita Epitome. Lugduni, ap. Joh. Frellonium.—Catal. de la Bibl. du Duc de Valliere.

1569 Gryphiana IX. 8. Lugduni. Recusa ex VIII.

1570 Coloniæ Agripp. 8. Justini ex Trogo Pompeio historia, fidelissima recognitione nunc postremo, collatis ad autorem et Græcis et Latinis historicis, pristinæ veritati restituta. Adjectæ sunt præterea et Monarchiæ ad calcem libri hujus, &c. Coloniæ Agrippinæ, apud Gualtherum Fabricium et Jo. Gymnicum.

1572 Londini. 8. Justini ex Trogi Pompeii historia libri XLIIII. supra plurimorum editiones doctorum hominum opera castigatissimi. Cum eruditissimis scholiolis et argumentis jam primum apte suo loco dispositis et insertis. Adjecimus monarchiarum omnium tabulam, ex fideliss. historiographis diligenter collectam. Londini, per Henricum Bynneman.—Brüggemann 'View,' &c. p. 706.

1573 Gryphiana X. 12. Justinus et Sex. Aur. Victor, additis Eliæ Vineti in Victorem notis. Lugduni apud Gryph.

1576 Coloniæ Agripp. 8. Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLIV. Cui adjecimus monarchiarum omnium tabulam ex fidelissimis historiis collectam: et epitomen Sexti Aurelii Victoris de vita et moribus omnium Impp. Omnia cum Scholiis, Argumentis, et Indice rerum et verborum locupletissimo. Coloniæ Agripp. apud hæredes Arnoldi Birckmanni.—Bibl. Argentor.

1577 Londini. 8. Repetitio ed. 1572.

1581 Antverpiæ. 12. cum Sex. Aur. Victore.

ÆTAS IV. BONGARSIO-MODIANA,

1581—1668.

a Jac. Bongarsio, qui Matth. Berneccero ad Justini præf. 'sospitator Justini unicus' dicitur, et Franc. Modio. Ille quidem e Cujacii, Puteani, aliisque sex Codd. Mss. diligenter collatis, adhibita etiam Aldina Asulani, vulgatam emendavit, et notis doctissimis tabulisque chronologicis scriptorem illustravit; sed et intempestivo emendandi studio abreptus aliquando, Jo. Scheffero judice, in pejus textum immutavit: hic vero correctis recensionis Bongarsianæ quibusdam locis ex Mss. Fuldensibus, et animadversionibus additis, bene de Justino meritus est. Principes hos dein secuti

sunt Victorinus Strigelius, Theoph. Cangiserus, et paullo religiosior Bongarsii assecla, Matth. Berneccerus, illius et Strigelii et aliorum notas suis addidit, indicem a Freinshemio, genero, concinnatum subjecit, ab eoque etiam adjutus pluribus locis criticam rationem persecutus est. Dein Isaacus Vossius Justino uberiores notas et criticas, quas ad textum emendandum secuti sunt posteri, et historicas addidit; ipse tamen lectionis Bongarsianæ retinens fuit; uti M. Zuerius Boxhornius, Ant. Thysius, et Corn. Schrevelius Inter editores, post Bongarsium, Elias Vinetus, Janus Gruterus, et Dan. Pareus historiam tantum amplexi sunt.

1581 Bongarsiana princeps. 8. Justinus: Trogi Pompei historiarum Philippicarum Epitoma, emendatior et prologis auctior: in eandem notæ, excerptiones chronologicæ, et variarum lectionum libellus Jac. Bongarsii. Parisiis, apud du Val.

1585 Gryphiana XI. 12. Lugduni apud Gryph.

1586 Londini. 8. Justini et Aurelii Victoris historia. Londini, typis Georgii Robinson.

—— Venetiis. 8.

1587 Bongarsio-Modiana I. 12. Justinus: Trogi Pompeii historiarum Philippicarum Epitoma, nuper ex manuscriptis codicibus emendata et prologis a Bongarsio aucta; nunc vero secundo recognita et ad Mss. item librorum, Fuldensium maxime, fidem ex integro emaculata a Franc. Modio. In eandem Notæ, Excerptiones chronologicæ et variarum lectionum libellus Bongarsii, cum ejusdem Modii tam in Justinum, quam in prologos spicilegio. Francofurti, apud Joh. Wechel.

1590 Gryphiana XII. 12. Justini ex Trogi Pompeii historiis externis libri XLIV. Sex. Aur. Victoris epitoma de vita et moribus Impp. Eliæ Vineti in eam epitomen notæ et castigationes, &c. Lugduni, apud Anton. Gryphium.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 450. n. 214.

1591 Bongarsio-Modiana II. 12. ex priori repetita. Francofurti, apud Joh. Wechel.

1593 Lugduni. 8.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 305. n. 541.

1594 Lugduni Bat. 8. cum El. Vineti notis.

1596 Lugduni Bat. 24. ap. Rapheleng.

1602 Strigelii I. 8. Justinus. Trogi Pompeii Historiarum Philippicarum Epitoma, e J. Cujacii, Cl. Puteani, utriusque Pithœi, aliisque sex manuscriptis doctissimorum virorum optimis codici-

bus summo studio correcta, multisque scholiis illustrata. Accessit V. C. Victorini Strigelii commentarius, nunquam antehac editus, &c. Ursellis, ex officina Corn. Sutorii, sumptibus Lazari Zetzneri. —Bibl. Argentor.

1605 Lugduni. 12. Justini ex Trogi Pompeii externis historiis libri XLIV. Sex. Aur. Victoris epitome de vita Cæsarum. Eliæ Vineti in Victoris epitomen notæ et castigationes. Lugd.—Bibl. Emtinck. P. III. p. 450. n. 215.

1606 Lugduni Bat. 16. ap. Rapheleng.

1609 Antverpiæ. 8. Justini ex Trogi Pompeii Historiis Philippicis Libri XLIIII. ex manuscriptis codicibus emendati, et Argumentis aucti. Accessit De vita et moribus omnium Imperatorum S. Aurelio Victori addita Epitome, ex variis iisque probatissimis autoribus collecta. Antverpiæ, apud viduam et hæredes Petri Belleri.—Bibl. Argentor.

— Aureliæ Allobrogum. Fol. Justini historiarum Philippicarum, et totius mundi originum, et terræ situs, ex Historia Trogi Pompeii Libri.—Inter Scriptt. Histor. Rom. Aurel. Allobr. 1609. Tom. II. p. 615. sqq.

1610 Ursellis 8. cum Strigelii et Bongarsii notis, additis Theophili Cangiseri Scholiis in X. libros Justini primores.

1612 Marpurgi. 8. cum notis Jani Gruteri.

1613 Argentorati. 8. Trogi Pompeii historiarum Philippicarum epitoma, e J. Cujacii, Cl. Puteani, utriusque Pithœi, aliisque sex doctiss. virorum Mss. Codd. correcta, (cum singulorum librorum breviariis et notis marginalibus, cum notis Jac. Bongarsii, excerptionibus chronologicis, variis lectionibus, et in decem libros anteriores Scholiis Theoph. Cangiseri). Accessit Victorini Strigelii commentarius, nunquam antehac editus.

— Antverpiæ. 12. ex offic. Plantin.

1616 Bongarsio-Modiana. III. 12. Francofurti, ap. Wechel.

1620 Duaci. 8.

1621 Amstelodami. 24. ap. Cæsium.

1627 Argentorati. 8. sumt. hered. Zetzneri. Repetitio ed. 1613.

1630 Francofurti. 8. cum notis Dan. Parei.

— Amstelodami. 12.

1631 Bernecceriana I. 8. Justini in historias Trogi Pompeii epitomarum editio nova accurante Matth. Berneggero. Argentorati. Sumptibus heredum Lazari Zetzneri.—Bibl. Argentor. Contextus

est a Jac. Bongarsio et Fr. Modio emendatus, in capita versiculosque distinctus. Bongarsii, Modii, Strigelii, aliorumque notas suis additas textui subjecit; prologos c. n. Bongarsii, Modii, Freinshemii, tum Bongarsii Excerptiones chronologicas, et variarum lectionum libellum, &c. adjecit.

1635 Amstelodami. 16. Justini historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. ex museo Jo. Is. Pontani. Amst. apud Jo. Janssonium.

1638 Boxhornii I. 12.—ex recens. M. Zuerii Boxhornii. (qui paucas notas criticas adjecit.) Amstelodami ap. Jansson.

1640 Lugduni Bat. 12. Justini historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. cum notis Isaaci Vossii. Lugd. Bat. ex officina Elzeviriana.

1644 Boxhornii II. 12. Amstelod.

— Eadem Venetiis recusa. 12.

1646 Amstelodami. 12.

1650 Amstelodami. 24. cum notis Is. Vossii. Amst. ap. Elzevir.

— Lugduni Bat. 8. Justinus cum selectissimis Variorum observationibus, ex accurata recensione Ant. Thysii.

1653 Bernecceriana II. 8. Justini in historias Trogi Pompeii Epitomarum editio novissima, accurante Matthia Berneggero. Argentorati, sumptibus Joh. Joach. Bockenhofferi.

— Lugduni. 12.

1656 Lugduni Bat. 12. Justini historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. cum notis Is. Vossii. Lugd. Bat. ap. Elzevir.

1659 Schreveliana I. 8. Justinus cum notis selectis Variorum, Bernecceri, Bongarsii, Vossii, Thysii, &c. curante C. S. M. D. (Cornelio Schrevelio.) Amstelod. ap. Elzevir.

1660 Boxhornii III. 12. Amstelod. apud Jo. Jansson.

— Schreveliana II. 8. Vratislaviæ, sumptibus Ef. Fellgibetii. Repetitio. ed. 1659.

1662 Bernecceriana III. 8. Argentorati.

1663 Hagæ Comitis. 8. min. Justini historiarum libri XLIV. notis compendiosis, in usum studiosæ juventutis, dilucidati opera et industria Titi Livii. Quibus accedit illustratio quorundam locorum, nobis humanissime suppeditata a literatorum lumine Jo. Fred. Gronovio.

1666 Bernecceriana IV. 8. Argentorati.

1668 Bongarsii Comm. in Justinum separatim prodiit, teste Fischero præf. p. XXVI. idemque sic repetitus 1683. et 1694.

— Schreveliana III. 8. cum notis Varr. et Freinshemii indice. Jenæ.

1669 Schreveliana IV. 8.—cum notis selectissimis Variorum, curante C. S. M. D. Amstelodami, apud Ludovicum et Danielem Elzevirios.

— Amstelodami. 12.

— Oxonii. 12. Justini historiæ Philippicæ, cum notis Isaaci Vossii.

1670 Schreveliana V. 8. 2 voll. c. n. Varr. Lugduni Bat.

— Lugduni Bat. 12. ex rec. Isaaci Vossii. (Sed Vossius textum ipse reliquit Bongarsianum, suasque emendationes in notis tantum suasit.)

1671 Amstelodami. 16. Justini historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. ex recensione Isaaci Vossii. Amstel. ap. Elzevir.

ÆTAS V. GRÆVIO-GRONOVIANA,

1668—1802.

a duumviris Justini emendandi Jo. Georgio Grævio et Abrahamo Gronovio dicenda. Ille quidem textum Bongarsianum sæpius intempestiva immutatione veteris lectionis aberrantem ad eam reduxit, auctoritate maxime Juntinæ (quæ non est nisi repetitio Aldinæ) fultus, jam ab an. 1668. dein cum Tanaq. Faber, Jo. Vorstius, Jo. Schefferus et Oxonienses, visis Grævii notis, suas quoque edidissent edd. præstantes, horum virorum curas superavit, adornata editione majore cum notis varr. suisque; post quam Oxonienses studio Thomæ Hearne Justinum, Ven. Abbas de Longuerue Prologos olim a Bongarsio emendatos, denuo ad Mss. exegerunt. Tum Grævii vestigiis insistens Abrah. Gronovius novam editionem cum notis varr. eamque auctiorem paravit, primam 1719. ut juvenis negligentius; alteram 1760. ut senior diligentius: unde optima processit lectio, quam secuti sumus. Præter eum, ut futilibus, quæ in Germania a sec. XVIII. ineunte obtinere cœperunt, editionibus Junckeri, et cum notis Germanicis Sinceri, derogaret, pulchre juventuti et literis consuluit Jo. Frid. Fischerus, edendo an. 1757. ex rec. Græviana et cum ejus ac Jo. Frid. Gronovii notis, libello varr. lectt. Bongarsiano auctiore cett. Justino,

in cujus præfatione multa curatius, præsertim de edd. antiquis disputavit.

1668 Græviana I. minor. Justini Historiarum libri XLIV. ex recensione Joannis Georgii Grævii, cum ejusdem notis et animadversionibus. Trajecti ad Rhenum. 12.

— Tanaq. Fabri I. 8. M. Juniani Justini historia ex Trogo Pompeio: recensuit et emendationes addidit Tanaq. Faber. Salmuri.

1669 Amstelodami. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. Editio novissima. Amstelodami, apud Jo. Janssonium a Waesberge et viduam Elizei Weyerstraet.

1670 Lugduni. 12. maj. 2 voll. c. notis selectis Variorum.

1671 Tanaq. Fabri II. 8. Salmuri.

1673 Amstelodami. 12. cum notis Is. Vossii. Amst. ap. Elzevir.

— Lipsiæ. 8. Justini in historias Philippicas Trogi Pompeii epitomarum libri XLIV. ex recensione et cum notis Joh. Vorstii. Lipsiæ, impens. Ern. Gohlii.

1674 Londini. 12. M. Juniani Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLIV.

— Oxonii. 8. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. e Mss. Codicum collatione recogniti. Oxonii, e theatro Sheldoniano.

1675 Amstelodami. 12. apud Elzevir.

1677 Parisiis. 4. Justinus de Historiis Philippicis, et totius mundi originibus. Interpretatione et notis illustravit Petrus Josephus Cantel e S. J. in usum Delphini. Parisiis, apud Fred. Leonard.

1678 Upsaliæ. 8. Justini historiarum Philippicarum Trogi Pompeii Epitome: recensuit novisque notis illustravit Jo. Schefferus.—Præstans admodum editio, recusa eod. anno

— Hamburgi et Amstelod. 12.

1680 Amstelodami. 12. ex rec. M. Z. Boxhornii.

1683 Græviana I. major. Justini historiæ Philippicæ. Ex recensione Jo. Georgii Grævii, cum ejusdem castigationibus. His accedunt integræ notæ Jac. Bongarsii, Franc. Modii, Matth. Bernecceri, Is. Vossii, Tanaq. Fabri, Jo. Vorstii, et Jo. Schefferi, et aliorum. Lugduni Bat. ex offic. Hackiana. 8.

1684 Oxonii. 8. repetita ex illa 1674.

1686 Rotomagi. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Li-

bri XLIV. ex recensione Isaaci Vossii. Rotomagi, typis Richardi Lallemant.

— Londini. 8. M. Juniani Justini ex Trogi Pompeii historiis externis Libri XLIV. omnia quam diligentissime ex variorum exemplarium collatione recensita et castigata, in usum scholasticæ juventutis accommodata. Londini, exc. E. Horton.—In hac ed. variantes lectiones et chronologicæ excerptiones in margine sunt positæ, et notæ selectissimæ Vossii, Thysii, Bongarsii, &c. cuicumque paginæ subjectæ.

1688 Wratislaviæ Silesiorum. 8. Græviana major an. 1683. recusa apud Iesaiam Felgibeln.

— Amstelodami. 12. c. n. Is. Vossii.

1690 Lugduni. 16. Justini historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. ex recensione Isaaci Vossii. Lugduni, sumtibus Matth. Liberal.

1691 Amstelodami. 8. ex rec. Jo. Georg. Grævii.

1694 Eadem recusa ibid. 8.

1698 Bernecceriana v. 8. Argentorati.

1701 Londini. 8. Justinus de historiis Philippicis, et totius mundi originibus: interpretatione et notis illustravit Petrus Josephus Cantel, e S. J. Jussu Christianissimi Regis: in usum Ser. Delphini. Huic editioni accessere Jac. Bongarsii Excerptiones chronologicæ ad Justini historias accommodatæ. Londini, impensis R. Clavel, H. Mortlock, S. Smith, et B. Walford, in Cœmiterio D. Pauli.

— Lugduni Bat. 8. Justini Historiæ Philippicæ. Ex nova recensione Jo. Georgii Grævii, cum ejusdem castigationibus, et notis Variorum. Lugd. Bat. apud C. Boutesteyn, J. du Vivie, J. Sever. et A. de Swart.

— Lipsiæ. 12. c. n. Chr. Junckeri ad modum Minellii.

1704 Londini. 8. M. Juniani Justini ex Trogi Pompeii historiis externis Libri XLIV.

1705 Oxonii. 8. M. Juniani Justini historiarum ex Trogo Pompeio libri XLIV. Mss. codicum collatione recogniti, annotationibusque illustrati. Oxonii, e theatro Sheldoniano. (Curante Thoma Hearne.)—In hac edit. ad Mss. codices quatuor diligenter post illas Oxonienses denuo recensita, in cujus ora editor annum, quo quæque gesta sunt, subinde ex Eduardi Simsoni maxime rationibus

chronologicis annotavit, Prologi etiam cum castigationibus et notis leguntur: ceterum ex Mss. Anglicanis, utpote valde inemendatis, vix quidquam subsidii ad illos castigandos exsculpere se potuisse fatetur. ‘Qualescumque vero,’ inquit, ‘sunt isti Prologi, cum Justini abbreviatoris negligentiam detegant, et Historiarum Trogi seriem ostendant, pluraque exhibeant, quæ in Justino frustra quæramus, haud ab re visum fuit, ut simul cum abbreviatore nostro ederentur, præcipue cum codices nostri, et duo etiam e Bongarsianis, Justinum ipsum eorum auctorem agnoscant. Hoc vero a librariis imperitis adjectum puto; nomen quippe *Prologi* (in significatione qua hic usurpatur) est barbarum; ex quo et illud intelligere possumus, eorum auctorem, quicumque ille fuerit, eruditis illis temporibus non vixisse, quis honesta Latinitas vigebat. Phrasis ista *in excessu*, qua sæpissime utitur, nihil aliud denotat, quam *per digressionem:* unde suspicatur acutissimus et politissimus Tan. Faber, hominem Græculum fuisse, quippe ita Græci dicunt ἐν παρεκβάσει, vel διὰ παρεκβάσεως.’

1706 Amstelodami. 16. apud Janssonio-Waesbergios. In titulo dicitur: ‘Editio ceteris emendatior et variantibus lectionibus auctior.’

1707 Amstelodami. 12. ex rec. Græviana.

1708 Trajecti ad Rhen. 8. c. n. J. Georg. Grævii.

1709 Parisiis. 12. cum pereruditis in Prologos in hist. Phil. Trogi Pomp. notis Abbatis de Longuerue; quas jam antea Bernh. Montefalconius ad calcem Diarii sui Italici reposuerat.

— Lipsiæ. 12. c. n. Junckeri.

1710 Trajecti ad Rhenum. 8. Justini Historiæ Philippicæ, ex recensione Jo. Georg. Grævii, cum ejusdem castigationibus. Trajecti ad Rh. typis Guil. vande Water et Guil. Brœdelet.

1712 Amstelodami. 24.

1713 Londini. 12. M. Juniani Justini ex Trogo Pompeio Libri XLIV. cum indice. (Curante Mich. Maittaire.) Londini, ex officina Jacobi Tonson et Johannis Watts.

1715 Lipsiæ. 12. c. n. Junckeri. Sumtibus Jo. Lud. Gleditschii.

1717 Augustæ Videl. 8. c. n. Germ. ad modum Sinceri.

1719 Gronoviana I. 8. Justini Historiæ Philippicæ cum integris commentariis Jac. Bongarsii, Franc. Modii, Matth. Bernecceri, M. Z. Boxhornii, Is. Vossii, Jo. Fr. Gronovii, J. G. Grævii, T. Fabri,

Jo. Vorstii, Jo. Schefferi, et excerptis aliorum. Curante Abrahamo Gronovio. Lugduni Bat. apud Theod. Haak.

(1720). Parisiis. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pomp. libri XLIV. cum Prologis emendatis notisque illustratis. Paris. ap. Jo. Bapt. Brocas.

1721 Londini. 8. editio Petr. Jos. Cantel in usum Delphini recusa.

1722 Amstelodami. 16. ap. Janssonio-Waesberg. Editio ceteris emendatior et variantibus lectt. auctior. Repetita ex priori 1706.

— Amstelodami. 16. Justini Historiæ Philippicæ, ex recensione Jo. Georgii Grævii. Cum Indice rerum locupletissimo. Amst. apud R. et G. Wetstenios. Sine notis. Adjectos vero habet Prologos in Trogum Pomp.

— Lugduni Bat. 12. cura Petri Burmanni, cum varr. lectt. et cum præfatione eximia, quæ habet disciplinam scriptorum veterum recte tractandorum atque edendorum, similem ei, quæ Phædro præposita est.

1723 Londini. 12. ex ed. Mich. Maittaire 1713.

— Basileæ. 12. eadem recusa.

1725 Lipsiæ 12. c. n. Junckeri.

1727 Dublini. 12. M. Juniani Justini Historiæ Philippicæ cum notis Jac. Bongarsii.

1729 Londini. 12. Repetitio ed. Mich. Mattaire.

1730 Rotomagi. 8.

— Londini. 8. cum interpretatione et notis Petr. Jos. Cantel, in usum Delphini. Editio nova ab innumeris erroribus emendata. Londini, impensis W. Innys.

1731 Berolini. 8. Justinus explicatus, s. Historiæ Philippicæ ex Trogo Pompeio libri XLIV. recte tandem captui juventutis accommodatæ, oder: deutliche und nach dem Begriff der Jugend endlich recht eingerichtete Erklærung des Justini, &c. nach Art dess durch Emanuel Sincerum edirten Cornelii Nepotis und Q. Curtii. Berlin, bey Joh. Andr. Rüdiger.

1732 Edinburgi. 12.

— Londini. 8. cum versione Anglica Nic. Bailey. Vid. Versiones ad h. a.

— ibid. 8. cum versione Anglica Jo. Clarke.

—Lipsiæ. 12. c. n. Junckeri.

1734 Berolini. 8. c. n. Germ. ad modum Sinceri.

1735 Londini. 12. M. Juniani Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLIV. quam diligentissime ex variorum exemplarium collatione recensiti et castigati, et notis optimorum Interpretum illustrati. Quibus adjicitur Chronologia ad historiam accommodata, cum Indice rerum et verborum præcipue memorabilium. In usum scholæ Mercatorum Scissorum. Editio secunda accurate recognita. (Cura Tho. Parsell.) Londini, impensis J. et J. Bonwicke et J. Walthoe.

1739 Lipsiæ. 12. c. n. Junckeri.

1740 Berolini. 8. c. n. Germ. ad modum Sinceri.

1741 Rotomagi. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. accuratissime editi. Rotomagi, apud Nicolaum Lallemant.

1742 Londini. 8. c. interpretatione et notis Petr. Jos. Cantel in usum Delphini.

— ibid. 8. cum versione Anglica Jo. Clarke.

1743 Heidelbergæ. Fol. in collectione Scriptorum veterum Latinorum historiæ Romanæ, curante Bennone Casp. Haurisio.

1747 Halæ. 12. impensis Orphanotrophei.

1748 Berolini. 8. ap. Ambr. Haude et Spener, curante J. P. Millero.

1752 Amstelodami. 24.

1756 Londini. 12. editio Mich. Maittaire recusa.

1757 Lipsiæ. 8. Justini Historiæ Philippicæ, ex recensione Jo. Georg. Grævii, cum ejusdem et Jo. Frid. Gronovii animadversionibus. Additus est præter Prologos Historiarum Philippicarum Trogi et Excerptiones chronologicas Jac. Bongarsii, libellus variarum lectionum, cum epistola Segim. Frid. Dresigii super locis quibusdam Justineis. Curante Jo. Frid. Fischero. Lipsiæ, apud Wiedmann.

— Londini. 8. cum interpretatione et notis Petr. Jos. Cantel in usum Delphini.

1758 Augustæ Vindel. 8. c. n. Germ. ad modum Sinceri.

1760 Lugduni Bat. 8. maj. Justini Historiæ Philippicæ, cum integris Commentariis Jac. Bongarsii, Franc. Modii, Matth. Bernecceri, M. Z. Boxhornii, Is. Vossii, Jo. Fr. Gronovii, J. G. Grævii, T. Fabri, J. Vorstii, J. Schefferi, et excerptis H. Loriti Glareani atque Editoris Oxoniensis. Curante Abrahamo Gronovio. Editio secunda. Lugduni Bat. apud Samuelem et Joannem Luchtmanns.— Editio hæc non solum multo emendatior est priore, sed et auctior

multum, cum in ea diligentius præstiterit, quæ in illa negligentius egerat. Præfationi suæ priori addidit curatiorem, et Codd. (VI. Lugdunensium, V. Anglicanorum, et trium Italicorum) et vett. edd. descriptionem: tum præter Grævianam et Schefferianam præf. etiam illas Glareani, Bongarsii, Modii, Bernecceri, Boxhornii, Vossii, Fabri, Vorstii, et ed. Oxon. 1684. subjecit. Commentariis prioribus accessere Henr. Glareani notæ excerptæ. Ipsius editoris autem curæ propriæ longe auctiores pro ætate viri et amplioribus doctrinæ instrumentis, quibus adjutus fuit. Index quoque novis curis perfectior evasit.

— Parisiis. 16. Justini Historiarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. Cum Prologis ab eruditissimo Abbate de Longuerue emendatis Notisque illustratis. Editio novissima, ab omni obscœnitate expurgata a D. G. ex Universitate. Parisiis, apud Paulum Dionysium Brocas.

1770 Parisiis. 12. ap. Jo. Barbou.

— Halæ Magdeb. 12. impensis Orphanotrophei.

— Londini. 12. ex ed. Mich. Maittaire.

1772 Londini. 8. cum versione Anglica Jo. Clarke.

1775 Norimbergæ. 8. min. ex offic. Riegel.

1778 Moguntiæ. 8. Justini historiarum Libri XLIV. scholis accommodati. Moguntiæ, sumptibus Gymnasii Electoralis.

1780 Halæ Magd. 12. impensis Orphanotrophei. Editio III.

1781 Fuldæ. 8.

1784 Biponti. 8. maj. studiis Societatis Bipontinæ. Ex typographia Societatis.

1790 Manhemii. 12. Justini historiæ Philippicæ et totius mundi, secundum optimas novissimasque editiones.

— Wirceburgi. 8. Chrestomathia Justiniana, in usum studiosæ juventutis.

1793 Lemgoviæ. 8. Justinus zum Gebrauch der ersten Anfænger, mir kurzen historischen und grammatischen Anmerkungen, wie auch mit einem Wœrterbuch versehen von Albert. Christ. Meinecke. Lemgo, im Verlage der Meierschen Buchhandlung.— Lexicon separatim etiam prodiit ibid. 1794. 8.

VERSIONES.

PORTUGALLICA.

1726 Justino Lusitano, por Troillo de Vasconcellos da Cunha. Lisboa. Fol.

HISPANICA.

1586 Justino abreviador de la historia general del Trogo Pompeio, traduzido en lengua Castellana, (per Georgium de Bustamante,) en Anvers. 8.

ANGLICÆ.

1564 Justin translated by Arthur Goldinge. Imprinted at London by Tho. Marshe. 4.

1570 Thabridgemente of the Histories of Trogus Pompeius, gathered and written in the Laten tung, by the famous Historiographer Justine, and translated into Englishe by Arthur Goldinge: a worke conteyning brefly great plentye of moste delectable Historyes, and notable examples, worthy not only to be read, but also to bee embraced and followed of al men. Newlie conferred with the Latin copye, and corrected by the Translator. Anno Domini 1570. Imprinted at London by Tho. Marshe. 4.

1578 Eadem, ibid. ap. eundem. 4.

1606 Justin's History of the World, translated into English. London. Fol.

1654 The History of Justin, taken out of the forty four Books of Trogus Pompeius, containing the Affairs of all Ages and Countries, both in Peace and War, from the beginning of the World until the time of the Roman Emperors. With an account of Justin, and the time when he flourished, from G. J. Vossius; and a List of the Kings and Emperours of the several Monarchies. Translated into English by Robert Codrington. London. 12.

1664 Eadem, ibid. 12.

1672 Eadem, ibid. 12.

1682 Eadem, ibid. 12.

1689 Eadem, the fifth Edition. London, printed for W. Whitwood. 12.

1712 Justin's History of the World, from the Assyrian monarchy down to Augustus Cæsar, translated into English, with Remarks, by Thom. Brown. London 12.

1719 Justin's History of the World, &c. translated into English, with Remarks, by Thom. Brown. The second Edition. Revis'd by Mr. O. Dykes. London, printed for Will. and John Innys. 12.

1732 Justini ex Trogi Pompeii Historiis externis Libri XLIV. quam diligentissime ex variorum exemplorum collatione recensiti

et castigati. To which is added, the Works of Justin disposed in a grammatical or natural order, in one Column, so as to answer, as near as can be, Word for Word to the English Version, as literal as possible in the other. Designed for the easy and expeditious learning of Justin, by those of the meanest capacity, and without Fatigue to the Teacher. With chronological Tables accommodated to Justin's History. And also an Index of Words, Phrases, and most remarkable Things. For the Use of Schools. By Nicolas Bailey. London. 8.

— Justini Historiæ Philippicæ. With a literal English Translation. By John Clarke. London. 8.

1741 Justin's History of the World, &c. translated into English by Thom. Brown. London. 12.—Repetitio ed. 1719.

1742 Justini Historiæ Philippicæ. With a literal English Translation. By John Clarke. London. 8.

1746 Justin's History of the World, translated into English by Mr. Turnbull. London. 12.

1772 Justini Historiæ Philippicæ. With a literal English Translation. By John Clarke. London. 8.

BELGICÆ.

1610 De historien Justini uyt Trogo Pompeio vergadert, getranslateert uyt den Latyne door Florens van Wee. Tot Arnh. 8.

1682 De historien von Justinus uyt Trogus Pompeius, vertaelt door F. v. H. tot Dordr. 12.

GALLICÆ.

1538 Les Œuvres de Justin vray hystoriographe sur les faictz et gestes de Trogue Pompée, traduictz de Latin en François par Guill. Michel dict de Tours. à Paris. Janot. Fol. charactere Gothico cum figg.

1540 Justin vray hystoriographe sur les hystoires de Trogue Pompée, contenant XLIII. livres, traduictz du Latin en François par Guill. Michel dict de Tours. à Paris, par Denys Janot. 12.

1554 Les histoires universelles de Trogue Pompée, abregées par Justin, translatées de Latin en François par Claude de Seyssel. à Paris, de l'imprimerie de Vascosan. Fol.

1559 Eadem, ibid. ap. eundem. Fol.

1666 L'Histoire universelle de Trogue Pompée, reduite en abregé par Justin, et traduite en François par le Sr. de Colomby. à Rouen. 12.

1669 L'Histoire universelle de Trogue Pompée, reduite en abregé par Justin, et traduite en François par le Sieur de Colomby. Nouvelle edition revue et corrigée. à Lyon, chés Jean Girin et Barthelemy Riviere. 8.

1672 L'Histoire universelle de Trogue Pompée, reduite en abregé par Justin, et traduite en François par le Sr. de Colomby, revue et corrigée par Mr. le Fevre. à Saumur. 8.

1675 L'Histoire universelle de Trogue Pompée reduite en abregé par Justin, et traduite en François par le Sieur de Colomby. Revue et corrigée en cette derniere edition. à Rouen, chez Pierre Amiot. 8.

1693 L'Histoire universelle de Trogue Pompée, reduite en abregé par Justin, traduction nouvelle, avec des remarques, par Mr. D. L. M. (Louis Ferrier de la Martiniere.) à Paris. Guillain. 2 voll. 12.

1708 Histoire universelle de Justin, traduite par Mr. l'Abbé A. à Paris. 2 voll. 12.

1737 Nouvelle Traduction de l'Abregé historique de Justin, avec deux Cartes geographiques des païs dont parle cet auteur, ensemble un petit Dictionnaire de ces mêmes païs, suivant l'ancienne et la moderne Geographie, par l'Abbé Favier. à Paris. 2 voll. 12.

1755 Histoire de Justin traduite par M. l'Abbé Favier, avec des explications allemandes. à Liegnitz. 12.

1774 Histoire universelle de Justin, extraite de Trogue-Pompée; traduite sur les textes Latins les plus corrects. Avec de courtes notes critiques, historiques, et un Dictionnaire géographique de tous les pays dont parle Justin. Par M. l'Abbé Paul. à Paris chez J. Barbou. 8. 2 voll.

GERMANICÆ.

1531 Des Hochberühmptesten Geschichtschreibers Justini wahrhaftige Hystorien, die er auss Trogo Pompeio gezogen, vnd in vierzig vier Bücher aussgeteylt, darinnen er von vil Kunichreychen der Welt, wie die auff vnd abgang genommen, beschriben. Die Hieronymus (Boner) der Zeyt Schulteys zu Colmar aus dem Latein inn diss volgend teutsch vertolmetschet hat, welche nit allein zu lesen lustig, sonder einem yeden menschen zu wissen nützlich

vnd not ist. Gedrukt zu Augsburg durch Heinrich Steiner. Fol. c. figg. ligno incisis.

1532 Eadem, ibid. apud eundem. Fol.

1656 Der verteutschte Justinus, &c. von Schweser. Cassel. 8. —Prima hujus versionis editio in Bibliotheca Fabriciana refertur ad an. 1649. qui error inde propagatus videtur in Bibliothecam Schummelio-Schlüterianam.

1660 Der verteutschte Justinus, oder XLIV. Bücher derer Geschichtbeschreibungen des Justinus auss dem Pompeius Trogus; vor dessen in das teutsche übergebracht, und uff gnædiges Begehren einer hohen fürstlichen Person vor fünf Jahren erstlich zum Druck befœrdert, von Joh. Friedr. Schwesern. Itzo aber aufs neue übersehen, von seinen vorigen Druckfehlern gesæubert und fleissig corrigiret. Cassel, gedruckt bey Salom. Schadewiz. 8.

1675 Der verteutschte Justinus, &c. vor etlichen Jahren, uff gnædigstes Begehren einer hohen Fürstl. Person, ins teutsche übergesetzet, und hernachmahls zum Drukke befœrdert. (von Schweser.) Ietzo aber von dem Uebersetzer, auffs neue, gegen den Lateinischen Text gehalten, und fleissig übersehen, auch von denen Druk-und andern Fehlern, gesæubert. Die dritte Aussfertigung. Cassel, in Verlegung Joh. Ingebrandt. 8.

1697 Eadem. Vierdte, verbesserte Ausgabe. Cassel, bey Salomon Kürssner. 8.

1781 Justins Weltgeschichte, übersetzt und mit erlæuternden Anmerkungen begleitet von J. P. Ostertag. Frankfurtam M. bey Joh. Christ. Hermann. 8. 2 Theile.

1792 Eadem, ibid. apud eundem. 8. 2 voll.

ITALICÆ.

1477 Justino vulgarizato iustissimamente qui comincia. Prologo. In fine: Finisse il libro di Justino abreviatore di Trogo pompeio posto diligentamente in materna lingua. Et impresso in lalma citade de venesia ale spesse di Iohanne da colonia: et Iohanne gheretzen compagno ne gli anni del Signore M. CCCC. LXXVII. ali giorni. X. septembr. Andrea vendermino felicissimo duce imperante. Fol.—Auctor hujus versionis est Hieronymus Squarzaficus Alexandrinus, quantum ex epistola dedicatoria colligere licet.

1524 Justino historico Clarissimo, nelle historie di Trogo Pompeio, novamente in lingua toscana tradotto: et con summa diligentia et cura stampato. In fine: Finisse il Libro di Justino Historico abreviatore di Trogo Pompeio posto diligentemente in materna lingua. Et Stampato nella inclita Citta di Venetia per Nicolo Zopino e Vicentio compagno. Nel. M. D. XXIIII. Adi X. de Novembrio. Regnante lo inclito principe Messer Andrea Gritti. 8.—Ex superiore expressa, mutatis tantum quibusdam ad orthographiam et interpunctionem spectantibus.

1526 Justino, &c. In fine: Finisse, &c. Et Stampato in Vinegia per Gregorio de Gregorj. Ne l'anno M. D. XXVI. del mese di Aprile. 8.—Repetitio ed. antecedentis.

1535 Giustino Historiographo clarissimo, nelle Historie di Trogo Pompeo, Nuovamente in lingua Tosca tradotto et con somma diligenza et cura stampato. In fine: Finisse, &c. Et Stampato in Vinegia per Pietro de Nicolini da Sabio. Ne l'anno M. D. XXXV. Del mese d'Ottobrio. 8.

1542 Justino, &c. (ut 1524.) In fine: Finisse, &c. Et stampato in Vinegia per Bernardino de Bindoni Milanese. MDXLII. 8.

1561 Giustino Historico nelle Historie di Trogo Pompeo, tradotto per Thomaso Porcacchi. In Vinegia, appresso Gabriel Giolito de' Ferrari. 4.

1590 Giustino Historico illustre, ne le historie esterne di Trogo Pompeo, tradotto dal Sig. Bartolomeo Zucchi, da Monza. Coll' aggiunta de gli Argomenti a ciascuno Libro, con le Postille in margine de le cose, che vi si trattano; e con due copiosissime Tavole: Una di tuto quello piu segnalato, che in queste Historie si comprende: L'altra de le Provincie, Popoli, Città, Castella, Monti, Mari, e Fiumi, de' quali si fa mentione; co' lor nomi antichi, e moderni, a gusto di chiunque si compiace de la Geografia, e de le Historie. In Venetia, presso il Muschio. M. D. LXXXX. 4.

1730 Giustino, &c. (ut 1561.) per Thomaso Porcacchi. In Vinegia, appresso Christoforo Zane. 8.

PRÆCEDENTIA exhibent editiones Justini per sæc. XV. multiplicatas, et eas a Bipontinis sedulo recognitas ad a. 1802. Quædam hic et inde sparsa, ab iisdem omissa, colligenda manent, et in serie lectori apponenda.

Harlesius notat (Brev. Not. Lit. Rom. p. 494. Lips. 1789.) doctissimum editorem Bipontinum pronuntiare, in Indice Editionum Justini, Editionem Principem esse sine a. et l. et *quondam* Principem haberi Romanam per Udalr. Gallum: at quidem in nova editione Bipontina, 1802. hæc editio per Udalr. Gallum, sine anni nota, pro Principe Editione accipitur. Utcumque vero hæc sint, annus quem ponit (per conjecturam) editor Bipontinus 1470. eum ponit Audiffredi (Catal. Histor. Crit. Romanarum edd. sæc. xv. p. 70.) 1471. et eundem vindicat.

In Museo Britannico est versio Hispanica quæ nomen fert Juan de Medina, Anvers 1542. 12mo. Præfigitur Præfatio vel Dedicatio, 'Al Illustrissimo el Condestable de Castilla, por Juan de Medina, Librero,' et subjungitur fertilis Index Alphabeticus. Sed videtur esse una tantum ex editionibus infra notatis, etsi nomen de Bustamante nec in titulo, nec in Dedicatione occurrit, sed tantum bibliopolæ, Juan de Medina.

Justini, &c. Colon. Agripp. 12mo. 1556. Mus. Brit.

Justinus, &c. 8vo. Par. 1585. Catal. *White-Knights*, N. 2227.

Notant Bipontini versionem Hispanicam: 'Justino abreviador de la Historia general del Trogo Pompeio, traduzido en lengua Castellana (per Georgium de Bustamante) en Anvers 8vo. 1586.' Secundum Pellicer (Ensayo da una Bibliotheca de Traductores Espanoles) editiones hujusce versionis sunt quinque. Prima in Alcala 1540. fol. Secunda in Anvers 1542. 8vo. Alia in Anvers 1609. 8vo. ut ante in 8vo. 1586. et in Bruxellis 1608. 8vo. Hæc editio in Indice Expurgatorio inserta est ab Inquisitore Generali, ob ea quæ Justinus tradidit de Judæis, præcipue de Abrahamo, Josepho, et Moyse. Hinc fortasse rarior est, sed nec (secundum Pellicer) admodum bona, et Paraphrasis potius est quam versio.

Justini Hist. cum comment. Victor. Strigelli, &c. ac notis Bongarsii. Ursellis 1611. 8vo. Biblioth. Bodl.

Justini Hist. Anglice versa a Rob. Codrington, Lond. 8vo. 1612. Cui subjungitur versio etiam Angl. S. Aurelii Victoris. Cum Indice alphabetico. Bipontini, secuti Bruggemanni 'View,' &c. notant varias edd. hujusce versionis, hac prima excepta. Penes nos est, si modo titulus recte se habeat.

Justini Hist. &c. ab Abbate de Longuerue, 16mo. Par. 1625. cum Privilegio Regis. Mus. Britan. Sub finem adduntur, Prologi Historiarum Philippicarum Trogi Pompeii emendati, cum notis et variis lectionibus. Illi Prologi collati sunt a D. Bernardo de Montfaucon cum libris quinque Mss. Diarium Italicum p. 452. usque ad finem.

Justini Hist. &c. Lugd. Bat. 1626. 24mo.

Justini Hist. &c. Lugd. Bat. apud Elzevir. 8vo. 1634. Biblioth. Askeuian. p. 83.

Justini Hist. &c. cum notis Berneggeri, Bongarsii, &c. 8vo. Stav. 1660. Catal. Universal. Librorum, Lond. 1701.

Justini Hist. &c. cum notis variorum selectissimis, 8vo. Norib. 1666.

Justini Hist. &c. 8vo. Paris. 1670. Catal. Universal. Librorum, &c. Vol. I. B. 66.

Justini ex Trogi Pompeii Historiis Externis Libri XLIV. Omnia quam diligentissime ex variorum exemplarium collatione castigata. Novissima editio 12mo. Lond. 1678. Cum Privilegio Regis. Textus merus cum marginalibus indicibus.

Justinus de Historiis Philippicis, &c. Illustravit P. J. Cantel, in usum Delphini. Editio quarta, ex nova recensione Davidis Durandi, R. S. S. Repetita fuit in 8vo. maj. Lond. 1774.

Germanice transtulit Justinum Christ. Frid. Schmidt. Lemgov. 1786. 8vo. Felicius vero Ostertagius, cujus versionem notant Bipontini.

Optime audit editio Bipontinorum, 1802. qui postea doctos suos labores prosecuti sunt Argentorati. Editio eorum, ut agnoscunt ipsi, multum debet editioni Udalrici Galli.

Sequentes editiones confectæ sunt ad usum scholarum:

Justinus, Trogi Epitomator, Christianæ Juventuti accommodatus. Edidit T. Chr. Zembsch, Lips. 1805. 8vo. Expurgata est editio.—Fran. Xav. Schoenbergeri, Vindob. 1806. 8vo.—Darmstadiensis, 1808. 8vo. maj.—Haliensis, 1815. 8vo.

Justini Hist. &c. ex recensione Christ. Frid. Wetzen. Lignit. 1806. Magna laude hæc editio accipitur a literaturæ Romanæ studiosis, tam ob textum, a Græviano præcipue, sed non penitus, constitutum, quam ob annotationes criticas. Hæc editio, secundum Catal. Treuttel et Würtz 1819. repetita fuit Lips. 1817. 8vo.

Justinus de Historicis Philippicis, &c. Editio nova ex recensione Davidis Durandi, R. S. S. Accessere Jacobi Bongarsii Excerptiones Chronologicæ ad Justini Historiam accommodatæ. Edinb. 8vo. maj. 1814. Repetitio est Delphiniæ.

Inter ea quæ de editionibus et versionibus memoratione digna sint, notanda etiam est versio in hodierna Græca lingua, quæ *Ῥωμαϊκὴ* vocatur, cui tit. *Ἐπιτομὴ τῶν Φιλιππικῶν τοῦ Πομπηΐου Τρόγου νῦν πρῶτον ἐκ τοῦ Λατινικοῦ εἰς τὴν Αἰολοδωρικὴν Ἑλληνικὴν διάλεκτον μεταγλωττισθεῖσα καὶ ἐκδοθεῖσα παρὰ τοῦ ἀποπειρογράφου τῆς Ῥουμουνίας. Ἐν Λειψίᾳ παρὰ τῷ Ταύχνιτζ.* 1817. 8vo. maj. Cum annotationibus. Jam olim Græci neoterici suos libros *Ῥωμαϊκοὺς* excuderunt et ediderunt Venetiis, ubi vulgatus fuit *Ὁ Χρονογράφος, τουτέστι, Βιβλίον Ἱστορικὸν Συνοπτικὸν*, apud Græcos hodiernos per multos annos celeber, apud nos rarissimus. Penes nos est, et eo potius hic loci notandus quia Justini historiæ persimilis, incipiens *ἀπὸ δημιουργίας τοῦ κόσμου μέχρι τῆς αἰχμαλωσίας Κωνσταντινουπόλεως, καὶ πλέον ἐπέκεινα.* Venet. 1670.

Justini Hist. &c. ex editione Abrahami Gronovii, cum Sallustio ex editione G. Cortii. Edidit J. Carey, LL.D. Lond. 1818. 18mo.

Dissertationes et Disputationes criticas paucas de Justino adjicimus :

A. H. L. Heeren Comment. de Trogi Pompeii, ejusque continuatoris Justini, fontibus et auctoritate. In Commentariis Societatis Gotting. Class. Phil. Tom. XV.

Observationes crit. in Justin. in tractatibus J. Jortin, S.T.P. Lond. 1790. 8vo. vol. II.

Crit. Inquisit. in Vitam Alexandri, ex antiquis historicis refictam, Gallice a Barone de Croix, vel Anglice a Ricardo Clayton, Baronetto, cum annott. et tabula geographica. Bathoniæ 1793. 8vo.

Disputationes Academicæ duæ a M. J. Gottlob Graesse. Viteburg. 1800. 4to.

RECENSUS CODICUM MSS.

JUSTINI,

QUI IN BIBLIOTHECIS BRITANNICIS ASSERVANTUR.

Codices in Museo Britannico.

In *Biblioth. Reg.* 15 A. XIII. Justini Epit. Trogi Pompeii. Cod. membran. sæc. XV. Præfigitur codici utilis omnium Librorum XLIV. syllabus.

15 C. I. cod. chartaceus, 4to. pp. 30. cui titulus: In Trogum Pompeium sive Justinum Chorographia ad excellentissimum et illustrissimum Dominum D. Eduardum Waliæ Principem: a. 1546. Auctore Petro Olivario Valentino. Huic subjicitur, ut etiam puerili ætati apta, similis Chorographia in Epistolas Familiares Ciceronis: a. 1546.

In *Biblioth. Harl.* N. 5076. cod. chartac. Justini, cum aliis Historiis et Orationibus, sæc. XV. in Italia scriptus: habet hic et inde indices marginales.

N. 5279. cod. membran. Justini, sæc. XV. illumin. et eleganter scriptus Italico charactere. Sine gloss. et indice marginali.

Alii sunt codices inter Harl. membran. et chartac. elegantes, usque ad decem numero: nempe, N. 2487. 2657. 2705. 2718. 2740. 2762. 4099. 4822. 4922. 5292.

Inter *Burneianos* N. 329. cod. est Justini chartac. fol. pp. 128. nonnullis sententiis collatis cum editione Abr. Gronovii quæ Lugd. Bat. edita fuit 1760.

Alii septem codd. Justini hic asservantur, chartac. et membran. omnes similiter habentes paucas pagg. collatas ad ed. Gronovianam.

Codices Oxonienses.

In *Biblioth. Bodl. Laud. Lat.* Auct. F. 2. 29. cod. membran. bene scriptus, pulchre illuminatus, pictisque tabulis ornatus. Sæc. XIV. sine gloss. et var. lectionibus.

Laud. Lat. 57. cod. membran. nitide scriptus: sine gloss. et nott.

Inter codd. *Canonici Lat.* 145. sunt quatuor sequentes: Justini, Abbrev. Trogi Pomp. cod. membran. nitide scriptus, sæc. XIV. illum. cum paucis indicibus aut notis marginalibus, ad initium.

147. cod. chartac. sæc. XIV. cui subjungitur Julii Solini Grammatici Polyhistor, sive de Mirabilibus Mundi, et Caii Plinii Secundi, Oratoris Veronensis, de Viris Illustribus: omnes cum indicibus aut notulis marginalibus.

148. cod. membran. bene conscriptus et illumin. sæc. XV. cum indicibus aut notulis marginalibus ab alia manu.

149. cod. chartac. 4to. sæc. XIV. vel XV. cum indicibus aut notulis marginalibus ab eadem manu.

Inter codd. *Dorvillianos* sequentes se præbent: x. 1. 1. 14. Justini Epitome Trogi Pompeii, cod. membran. ff. 109.

x. 1. 3. 32. Justini Epitome Trogi Pompeii, cod. membran. ff. 130. De hoc et duobus aliis Justini codd. Dorvillianis consulendus est (ut monet editor doctus Codd. &c. Dorvillianorum Descriptionis) T. Wopkens. Obss. Misc. Nov. p. x.

x. 1. 3. 33. aliud exemplar ejusdem operis cod. membran. fol. pp. 129.

x. 1. 6. 35. J. G. Grævii Dictata in Justini Historiam: ff. 89.

x. 2. 4. 15. In Justinum notæ, manu J. P. Dorvillii scriptæ, pp. 814. in 4to. Hæc de Dorvillianis referenda sunt editori codicum Mss. et impressorum Dorvillianorum, cum notis Mss. olim Dorvillianis, Descriptionis, Oxon. 1706. Notitia etiam Historiæ Justini, cod. membran. pp. 140. inter Clarkianos, eidem viro docto referenda

est; cujus industriæ Catalogum etiam codicum Clarkianorum debemus.

In Biblioth. *Corp. Christ. Coll.* Mss. abundanti, est Justini Epitome Historiarum Trogi Pompeii, 4to. cod. pulcherrimus, membran. Sub initio: ' Incipiunt Cronica Justini in Abbreviationibus Trogi Pompeii.'

In Biblioth. *Colleg. Nov.* pretiosos quosdam Mss. tenente, Trogi Pompeii Epitome Historiarum, continens Libros XLIV.

Codices Cantabrigienses.

In Biblioth. *Publica* N. 2375. cod. qui continet inter alia (Art. 14.) Trogum Pompeium quem exscripsit Justinus. Versus qualiscumque in principio libri:

' In Trogi sequitur Justini Epithoma Libellus.'

In Biblioth. *Trin. Coll.* cod. asservatur, qui, cum aliis, continet Historiam Ptolemæi, quæ videtur esse Justini Abbreviatio. Membran. sæc. XIII.

Codex Edinensis.

In Biblioth. Advocatorum, Justinus Historicus: Historiarum Philippicarum ex Trogo Pompeio Libri XLIV. Cod. Ms. 4to. Hic, ni fallimur, unus est ex multis iis codicibus quos collegit vir apud Scotos jure celeberrimus, Jacobus Balfour, Baron de Kinnaird. Memoria Balfouriana, Edinb. 1699. p. 21.

De Codicibus in exteris Bibliothecis asservatis consulat lector Gronovii Præf. supra p. 3. sqq.

INDEX

IN

JUSTINUM.

INDEX

IN

JUSTINUM,

AUCTORE

JOANNE FREINSHEMIO,

MULTO PLENIOR REDDITUS A

JOANNE VORSTIO, ET JOANNE SCHEFFERO,

ALIISQUE.

Primus numerus Librum, secundus Caput cujusque libri, tertius Tmemata seu Sectiunculas capitum denotat.

A TERGO ponere partem exercitus i, 6, 10 (pro quo mox: post terga). a frontibus i, 6, 11 a principio Sicilia patria Cyclopum fuit iv, 2, 1 a prioris fortunæ procella animi ad spem certaminis revocantur iv, 5, 4 a fastigio majestatis in servitutem redacta xiii, 1, 5 a castris profugus xxii, 8, 8 a Sicilia abire xxiii, 3, 10 Demetrium a Macedonia arcessere xxvi, 3, 3

Ab hostibus quam a filio tutior x, 1, 7 ab ipso limine patriæ abducti xiv, 3, 9

Abdalonimus ex hortulano Sidoniæ rex xi, 10, 8

Abditæ insulæ ii, 12, 16

Abducere virgines ante nuptias xxi, 2, 10 filiam alicujus xxii, 3, 1. xiv, 3, 9 abductus in secretum xviii, 7, 9 abducta in Italiam juventute xvii, 2, 15 abducta ei sorore xxix, 4, 1 abductis captivis xxix, 4, 6

Abellani Chalcidensium coloni xx, 1, 13

Abesse a liberis ii, 5, 1 paulum a capienda urbe abfuit ii, 8, 4 abest metus (non timet) ii, 10, 23 Vorst.

Abjici ossa in mare jussit iii, 3, 12 corpus insepultum xli, 6, 5 in Oceanum xliv, 4, 6 abjectus partus xi, 12, 6 abjectæ epistolæ totis castris xiv, 1, 9 abjectis armis viii, 2, 4

Abire in regnum ii, 13, 2 in exilium vi, 4, 7 in diversa xlii, 4, 8 Sicilia iv, 5, 2 convivio vii, 3, 4 a Sicilia xxiii, 3, 10

Ablegatus ab avo in Persas i, 5, 8

Abnuere totum ix, 2, 8 collationem xvi, 3, 9 munus libertatis xxxviii, 2, 8

Abolere invidiæ famam viii, 3, 7 eadem acceptam nova victoria xxxi, 6, 8 maculam segnitiæ xxxvi, 1, 2 injuriam xlii, 3, 1

Aborigines primi Italiæ cultores xliii, 1, 3 Aboriginum pastores Romulus et Remus xxxviii, 6, 7

Abraham rex Damasci xxxvi, 2, 3

Abrupta quo nomine Græce pronuntiantur iv, 1, 7 terræ motu portio montis

abrupta xxiv, 8, 9
Abrupte agere (hoc est, calide, inconsideranter) ii, 15, 4 Freinsh.
Abscisis auribus, naso, labiisque xv, 3, 4
Abscondita intra nodos capita loramentorum xi, 7, 16
Absens Athenis insimulatur v, 1, 1 absentis nutricis Alexandrum maxime pudebat xii, 6, 10 absente patre xxvi, 2, 11 absente Pacoro xlii, 4, 5 et 7 absente Phrahate xlii, 5, 5 absentibus viris iii, 4, 4
Absentiam Arcadum speculati vi, 6, 6 absentiam ejus aucupantes xxix, 4, 10 amisso per absentiam regno xvii, 3, 3 filium per absentiam Mithridatis Laodice uxor enixa fuerat xxxvii, 3, 6 regnum Syriæ per absentiam Demetrii Trypho occupaverat xxxviii, 9, 3 per absentiam regis a Demetrio deficiunt xxxix, 1, 3
Absolutionem contemnere ix, 4, 10 nota absolutionis xxxii, 2, 7
Absolutus rex xxxii, 2, 5
Absorbuit solidas civitates terræ motus xxx, 4, 3
Abstinentia alieni ii, 2, 11 canes multorum dierum abstinentia cruciati xliv, 4, 5 abstinentia interpellata sagina xliv, 4, 14
Abstinere imperio i, 1, 7 bello xii, 2, 11 regii honoris ornamentis xii, 2, 13 regno pupilli xxxi, 1, 2 Ægypto xxxiv, 3, 1 manus a regno Ægypti xxx, 3, 3 a proximis manus viii, 6, 4
Abstrusorum metallorum felices divitiæ xliv, 1, 6
Absumere : aquarum illuvies majorem partem Græciæ absumsit ii, 6, 10 duces vestros armis absumsistis xiv, 4, 14 tempestas grandine et frigore saucios absumsit xxiv, 8, 10 solida intercipi absumique navigia iv, 1, 16 exercitu absumto ii, 4, 32
Abundantia xxiv, 7, 4 vini ceterarumque copiarum xxiv, 7, 7 aquarum xli, 5, 4 opum xliii, 5, 4 cunctarum rerum xliv, 1, 4
Abundare opibus et multitudine xviii, 4, 2 auro xxv, 1, 10 abundante multitudine ii, 5, 11 et xxiv, 4, 1 servi multitudine abundantes xviii, 3, 6
Abutens valetudine viri xiv, 5, 2
Abydos ii, 13, 5 et 8
Ac si xxxii, 1, 7 et 9 perinde ac si xxxi, 5, 7 non secus ac si xix, 2, 8
Acarnanes Alexandrum Pyrrhi in regnum restituunt xxvi, 3, 1 Romanorum auxilium implorant contra Ætolos xxviii, 1, 5 soli Græcorum auxilia contra Trojam non miserunt xxviii, 1, 6
Accedere ad montem xii, 7, 8 ad dormientem xv, 4, 17 accedere ad eum percussores ausi non sunt xiii, 3, 8 accessit exercitui animus ingens i, 6, 12 huc accedit quod &c. ii, 10, 6. xiii, 3, 8. xxii, 5, 5. xxx, 3, 2 accesserat quotidiano labori fames ii, 13, 11 accedunt hæ vires Lacedæmoniis iv, 3, 5 vires ejus sibi accessuræ xiii, 5, 15 accessura illis, (quæ subigerentur) pro ignobili momento Macedonia vii, 3, 1 accedere viribus alicujus viii, 3, 14 accesserat stupri indignitati fœditas ix, 6, 5 accessere viribus Persarum non mediocre momentum xi, 4, 12 acceserat pœnitentiæ recordatio xii, 6, 10 accedit sævitiæ insolentia xvi, 5, 7 ne tertius sibi hostis accederet xvii, 2, 10 socius alicui parti accedit xvii, 2, 11 postremus ille domus suæ ruinæ cumulus accessit xvii, 2, 1 his malis deletus cum imperatore exercitus velut quidam ærumnarum cumulus accessit xxii, 7, 1 accessit tantus ardor animis regis adventu illius xxxi, 3, 6 accessit ad regni administrationem xxxvii, 3, 1 in hac (Cleopatra) accedere necessitudinem sanguinis xxxix, 3, 8 accessere opes xli, 2, 4
Accendere animos in spem xiii, 7, 6 (hoc est, spe implere, ut auctor loquitur xi, 1, 8). accendi (subaudi ira) xiv, 6, 7 Freinsh. (sic et xi, 8, 9). accensus incredibili ardore mentis xi, 5, 4 accendere aliquem ostentatione divitiarum (pro excitare) xi, 9, 4 Vorst. non odio, sed dignitatis gloria accensus xv, 2, 8 querelis accenditur senatus in aliquem xxii, 3, 6 accensus favore juvenis xxxv, 2, 3 accendi pertinacia xxxix, 3, 10 æmulatione virtutis xlii, 2, 3
Acceptissimus (hoc est, gratissimus) xiii, 2, 8. xviii, 3, 9 Freinsh.
Accidit xiv, 1, 13. xxii, 6, 2
Accipere puerum in manum (hoc est, brachiis excipere, *Auff die Arm nehmen*) i, 4, 12 non accipere pacem (non est recusare, sed non posse consequi) v, 4, 4 Ita, affirmate : accipere veniam ab aliquo xii, 8, 6 provinciam xiii, 4, 12 et 21 (pro consequi). accipere (pro admittere) xi, 6, 9 (pro audire) iii, 7, 7 cujus inter clarissimos vindices urbis nomen accepimus (id est, audivimus aut legimus) vii, 1, 5 accipere herbam in potu (pro adhibere, sive sumere, quod Plinio frequens est) xii, 10, 3 Freinsh. accipere exercitum (id est, regendum accipere) i, 6, 9 vulnus (id est, cladem) i, 8, 10. v, 5, 3 (Contrarium) dare vulnus, ibid. vulnera ii, 11, 19 accipere nuntium i, 9, 9 parvam manum (id est, parvum exercitum) i, 10, 21 Vorst. accipere grate munus xi, 10, 10 accipere jugum xliv, 5, 8 patienter jugum servitutis xi, 14, 7 responsum xii, 2, 8 iracunde laudes paternas xii, 6, 6 in deditionem xii, 6, 18. xii, 7, 13 imperium xii, 16, 9 aurum xiii, 5, 9 præcepta virtutis ab aliquo xv, 3, 6 pecuniam xvi, 4, 9 et 20 conditionem pro manifesto omine xviii, 5, 3 partem regionis in portionem belli xxviii, 1, 1 aliquam in matrimonium xvii, 2, 15. xxviii, 3, 10 cladem xxxi, 6, 8 ignominiam bello xxxii, 3, 16 accipere opinionem veteris fabulæ xiii, 7, 7 opinionem paternæ mortis xliv, 3, 2 non accipiendum bellum statuit, sed inferendum xxxi, 4, 10
Accipitris ritu xxvii, 2, 8
Accire auxilia v, 9, 14. xxxiii, 1, 2 accitus ad prodenda memoriæ acta xii, 6, 17 accitus in civitatem xxii, 1, 6 in regnum xxxiv, 4, 3. xl, 1, 4
Acclamare i, 6, 6. xxiv, 5, 4
Acclinis parieti xxviii, 4, 9
Accusare tarditatem alicujus ii, 15, 6 crudelitatem alicujus xiv, 6, 6 accusare Deos xix, 3, 3 accusari proditionis vi, 4, 7 affectati regni xviii, 7, 18. xxi, 5, 11
(Accusativus cum infinitivo, ut aliquid subaudiatur : e. g. Quis non miratur?) tantam in eo virtutem fuisse ii, 9, 19 tantam famæ velocitatem fuisse ii, 14, 9 tantum in uno viro fuisse momenti v, 4, 12 tantum facinus admisisse ingenia viii, 2, 12
(Accusativi Græci) Zopyriona ii, 3, 4 Ionas ii, 12, 1 Lacedæmona v, 1, 3 Eleusina v, 10, 4 Conona vi, 1, 9 Macedonas vii, 2, 7 Phrygas xi, 7, 9
Acerbas Elissæ maritus a Pygmalione necatur xviii, 4, 9
Acerbi cruciatus xviii, 4, 14 acerba et luctuosa res xxxviii, 8, 14
Acerrimus inter recusantes xii, 7, 2 acerrimus puer xii, 16, 7
Acerrime ciere bellum ii, 12, 23 acerrime pugnare xi, 14, 5
Acesines amnis xii, 9, 1
Achæi Perusinorum conditores xx, 1, 11 a Philippo ad Romanos desciscunt xxix, 4, 11 bellum gerunt cum Nabide xxxi, 3, 3 cum Messeniis xxxii, 1, 4 cum Romanis xxxiv, 2, 1 per civitates veluti per membra divisi sunt xxxiv, 1, 2 Achæorum inter se conspiratio, fides, et potentia xxxiv, 1, 1
Achaia iii, 6, 13
Acheron amnis Italiæ xii, 2, 14 Epiri xii, 2, 3 (ubi Acherusius amnis dicitur adjectivo ab Acheronte deducto : quod non advertit Ortelius in voce Acheron. Freinsh.)
Aciem rumpere i, 6, 11 in prima acie dimicare iv, 5, 7 acie decernere vi, 7, 10 aciem sustinere vi, 7, 7 ordinare xi, 9, 8 producere xi, 13, 1 exercitum in aciem producere xxx, 4, 6 primam aciem telo præfringere vi, 8, 2 in aciem procedere xiv, 2, 1 in aciem descendere xiv, 3, 1 inter duas acies ii, 9, 11 in acie Persarum plus prædæ quam periculi xi, 13, 11
Acilius consul Romanus Antiochum vincit xxxi, 6, 5
Acquirere inimicis suis hostes iii, 6, 11 acquirere alicui periculum ex invidia, infamiam ex suspicione proditionis iii, 7, 8 acquirere incrementa regni vii, 6, 12 viribus auctoritatem regiam xiii, 6, 4 regionem xvi, 2, 2 novi matrimonii gratiam xxviii, 1, 3 viribus suis regnum xxxix, 7, 2 acquisiti viro regni termini i, 2, 8 habitus squaloris ad misericordiam commovendam acquisitus iv, 4, 1 acquisitæ classes v, 4, 17 acquisita hæreditatibus regna xxxviii, 7, 10
Acta Alexandri (pro rebus gestis) xii, 6, 17 acta Herculis xii, 7, 13 Vorst.
Actor (pro histrione) vi, 9, 4 Freinsh.
Actus (hoc est, actiones) xxxi, 2, 1 (Ita in Orat. quæ fertur Ciceronis in Sallustium num. 4. item in secunda Agraria sub fin.) Freinsh.
Acuit animos injuria et indignitas iii, 5, 4 vires militum labore xx, 1, 2 ad acuendos suorum animos xxiv, 7, 10
Aculei sagittarum ix, 2, 13
Acuminis plena oratio ix, 8, 10
Ad instar (vid. I.) ad libidinem (hoc est, pro arbitrio) viii, 9, 7 ad meliora patriæ tempora se reservare ii, 11, 5. xxviii, 4, 9 ad postremum vi, 2, 12. xiii, 8, 10. xiv, 3, 1. xvi, 4, 3. xxiv, 3, 9. xxx, 3, 13. xliv, 4, 4 ad pugnam (hoc est, ut pugnaretur) xi, 13, 2 ad sepulturam redimere ii, 15, 19 sua tuenda xxxviii, 10, 8 dilabi ii, 12, 19 (Ita Tacit. iv. Ann. 73, 1 ad sua tutanda digredi.) Freinsh. ad terrorem omnium interficere aliquem v, 9, 2 ad metum ceterorum xv, 3, 5 ad conspectum alicujus (dum aliquem conspicis) xv, 3, 8 Vorst. ad ultionem segnitiæ xxxii, 3, 16 ad solatium alterius alicui aliquid adimere

xxxviii, 2, 6 ad reatum revocatus iv, 4, 4 (ob reatum ut tanquam reus accusaretur. Scheff.)

Adaspii subiguntur ab Alexandro xii, 5, 9

Addere: adduntur vocibus lacrymæ ii, 8, 9. iv, 4, 2 instrumenta luxuriæ xxx, 1, 9 hastæ Deorum simulacris xliii, 3, 3 virtute Orithyæ tantum famæ et gloriæ Amazonum additum est ii, 4, 18 exilio addita orbitate ii, 4, 4 additis muneribus xv, 1, 8 precibus xviii, 1, 1 addito in auxilium adoptionis officio xvii, 3, 20 ad superiores conditiones additum xxxi, 8, 8 addito ei rectore xxxviii, 1, 10

Addictæ civitates titulo pacis xxii, 3, 4

Addiscere (pro intelligere ex relatu aliorum) ii, 3, 13 Freinsh.

Adducere aliquem eo usque desperationis iii, 5, 6 in summam desperationem xviii, 7, 6 in suspicionem xliii, 2, 10 adduci in spem regni iii, 1, 2 filiis in solatia longinquæ expeditionis secum adductis xviii, 1, 3

Adeo ii, 1, 19. v, 7, 5. vi, 8, 6 adeone x, 1, 7 adeoque xi, 5, 5. xxxiv, 3, 4 adeo ut ii, 1, 15. ii, 10, 11. vii, 6, 16

Adesse præsto cum securibus i, 6, 4 adesse senatui grassanti in populum xvi, 4, 12 adesse ad insidias xliii, 4, 7 fides mortis ejus adfuit xiii, 1, 4

Adhæret Sicilia Italiæ faucibus iv, 1, 1 Hispania Galliæ xliv, 1, 8

Adhibere (pro adjungere) viii, 4, 6 in auxilium iii, 6, 2. Freinsh. vi, 6, 7 in convivium vii, 3, 3 adhibere Lacedæmonios (ut deprecentur pro aliis) viii, 4, 6 Vorst. adhibere ludos ix, 4, 1 aliquem in consilium xiii, 6, 10 vim xiv, 4, 8 adhibito exercitu xxxii, 2, 1

Adhortationes xxii, 6, 1. xxx, 4, 15

Adhuc i, 1, 5 et 10. ii, 9, 4

(Adjectiva in 'bundus' terminata cum accusativo construuntur. Vid. Meditabundus)

Adigere aliquem sacramento xxii, 4, 5 per suum corpus Mago ferrum jussit i, 9, 22 adacti jurejurando viii, 4, 11

Adjicere imperio regionem, civitatem i, 2, 8. i, 9, 1. v, 4, 6. xxxvi, 1, 9. xliv, 5, 3 gentem regno xli, 6, 8 adjecit Siciliensi ruinæ naufragium maris xxiii, 3, 12 adjecta laude terrestris belli v, 4, 7 adjecto honore verborum xv, 1, 8

Adimere alicui dignitatem regni i, 2, 6 scutum vi, 8, 11 regnum viii, 6, 8. xxxviii, 2, 6 et 5, 3. xxxix, 2, 4 auxilio fugæ ademto xxii, 6, 4 justis dominis ademtum solum xxviii, 2, 8 ademto vagandi arbitrio xxxix, 5, 4 ademta restituere v, 10, 2

Adire concionem ii, 15, 9 gentem xii, 16, 11 regionem xxxviii, 7, 9 oraculum xx, 2, 5

Aditu regis obtento xxi, 6, 5 aditus omnes obsidere i, 5, 10

Adjungere regno alicujus captas civitates xlii, 3, 1 victoriæ Deorum socios se adjungunt xxiv, 8, 7 adjunxit exercitui suo robur Thessalorum equitum vii, 6, 8 Africam Persico regno (i. e. post subjugatum regnum Persicum et Africam subjugare) Vorst. xxi, 6, 1 ne discessus suus adjungi nepotis parricidio posset xxiii, 2, 7

Adjurare (pro jurare) xxiv, 2, 8 Freinshem.

Adjutores xiii, 6, 15

Adjuvare bellum non gregarii militis opera, sed imperatoriis virtutibus v, 2, 1 adjuvare privatis viribus v, 9, 8 vindicem communis libertatis v, 10, 1 adjuvandus ea manu rex ix, 5, 4 adjutus enixe alterius opera v, 11, 6 opera meretricis xxvii, 3, 11 adjuti externis viribus xxviii, 2, 5

Administrare tutelam iii, 2, 7 regnum iv, 2, 5. vii, 2, 5 res domesticas agrorumque culturas xliv, 3, 7 majestas regni per servum administrata iv, 2, 5

Administratio reipublicæ Spartanæ ii, 2, 14. iii, 3, 1 regni xiv, 5, 3. xxviii, 1, 1. xxxvii, 2, 4 gentis xli, 2, 2

Admirabilis virtus vi, 5, 3 origo xv, 4, 2 casus xxiii, 3, 11 admirabile ii, 2, 14 admirabilius xi, 6, 3

Admirabiliter insignis i, 8, 14

Admirari v, 4, 11 admirantes pondus auri xxv, 1, 5 admiratus constantiam i, 5, 3

Admiratio: cui admiratio eximia servatæ virginitatis fuit ii, 4, 17 admiratio tanta ejus fuit xx, 4, 18 quantum nunc admirationis, tantum antiquis terroris dedit iv, 1, 16 contemtum hostis in admirationem vertere xi, 3, 4

Admittere facinus (pro committere) xv, 2, 4 Freinsh. (Subaudiendum autem in se, quod interdum diserte additur. Vide Ind. Nepotis.) admitti (subaudito, ad regem) i, 3, 2 Vorst. admittere equum equæ i, 10, 7 admittere ad conspectum suum milites xii, 15, 2 admissum facinus majori scelere tegere xxxvii, 3, 7

Admodum (hoc est, circiter) xi, 14, 11. xvii, 2, 4. xviii, 5, 5. xxiv, 1, 6 et 7 admodum puer iii, 1, 3. viii, 6, 7. xxvi, 2, 11. xxxvi, 1, 8 (παρτελῶς νέον dixit Strabo lib. xvii. pag. 548. lin. 10. et Diodor. xx, 24. Freinsh. Sic Florus xi, 6, 10. 'prætextatus admodum filius.' Item Nepos xxii, 1, 1. 'admodum adolescentulus:' pro quo idem alibi 'peradolescentulus' xviii, 1, 4.) Vorst. admodum parvulus xvii, 3, 17

Admonere aliquem cognationis, sacrorum communium v, 10, 3. xi, 3, 1 admoneri libertatis (recuperandæ puta) virtute alicujus ii, 9, 5 Vorst. admoneri exemplo alicujus ut tibi consulas iv, 5, 11 admonitus orbitatis dolore i, 5, 8 haruspicum responsis xxiii, 4, 8

Admovebant impuberes aris xviii, 6, 12

Adniti xxii, 8, 6

Adolescere i, 5, 8

Adolescens i, 8, 6. iii, 1, 3. ix, 6, 4

Adolescentiæ vitia xxxvi, 1, 1 adolescentia juvenis permotus xliii, 2, 10

Adoptare aliquem in successionem regni ix, 2, 1 adoptatus xxii, 7, 5

Adoptio testamenti xxxviii, 5, 4 (a testamento sive per testamentum facta.) Scheff. adoptione Dei lætus xi, 11, 8 adoptione liberorum promissa xvii, 2, 8 adoptionis officio in auxilium addito xvii, 3, 20

Adorare Deos xi, 4, 6. xliii, 5, 6 adorari soliti Persarum reges vi, 2, 13 adorari se jubet Alexander xii, 7, 1

Adoratio xii, 7, 1

Adores Damasci rex xxxvi, 2, 3

Adrastii campi xi, 6, 10

Adrestæ superantur ab Alexandro xii, 8, 9

Adria urbs Italica, Græcæ originis xx, 1, 9

Advehere secum Deos xx, 2, 14 advehi et advectæ copiæ v, 8, 2

Advenæ ii, 6, 4 advenas recipere ii, 1, 6 dominos velut advenas finibus prohibent ii, 5, 3

Advenire xxiv, 8, 4 advenienti venenum paravit xxxvii, 3, 7 advenienti occurrunt xxxviii, 10, 5

Adventare xi, 8, 1. xxxi, 6, 7. xxxii, 1, 7 adventat dies xviii, 3, 12

Adventus hostium i, 8, 2. vi, 7, 3 regis ii, 3, 9

Adversarius ix, 6, 8

Adversum bellum ii, 13, 2 prælium iii, 5, 11. v, 1, 4 ex adverso stant classes ii, 14, 8 adversis vulneribus cadunt ix, 3, 10 adversis numinibus tanto scelere xviii, 7, 1

Adversus aliquem mitis vii, 6, 16 adversus hostes iracundus vii, 6, 15 adversus alios melioris fidei esse viii, 2, 3 adversus Carthaginienses portæ aperiendæ xxviii, 2, 2

Adulari aliquem viii, 4, 8

Adulatio hostis (hoc est, qua hosti adulamur) xi, 12, 12 Ita, vulgi xiii, 3, 2 Freinsh. magnitudinis alicujus xxx, 4, 18 adulationum assentationes xxxi, 6, 3 et seq. humili adulatione xxii, 7, 5 adulationis effectus xxxi, 6, 3

Adulter i, 7, 18. vii, 4, 7

Adulterare xliii, 4, 8

Adulterium Alcibiadis v, 2, 5 adulteria apud Parthos graviter puniuntur xli, 3, 1

Adultus filius xlii, 5, 2 adulta ætas ii, 6, 14. iii, 2, 5. xvii, 3, 21 adulti xxii, 5, 1. xxxvii, 1, 4. xliii, 2, 8

Adunare (pro conjungere) ii, 12, 18. xv, 4, 22. xvi, 2, 1 (pro colligere) v, 9, 6. vii, 1, 12. xi, 5, 4. xii, 2, 16. xxiv, 1, 5. xxiv, 6, 2 Freinsh.

Advocare concionem ii, 8, 8

Advolare Cyrenas xxvi, 3, 4 cum viribus xxvii, 1, 6

Æacides Molossorum rex xiv, 5, 9 regno pellitur xvii, 3, 17

Æacidæ Herculis Thebani progenies xi, 4, 5 plerumque intra trigesimum annum defuncti xii, 15, 2 gens antiquissima xii, 16, 3

Ædes Junonis xx, 4, 11 ædes Dianæ et Minervæ xxiv, 8, 5 ædes vacuæ xxxviii, 8, 7 ædes Apis ceterorumque Deorum Cambyses dirui jubet i, 9, 2

Ædificare ii, 14, 3. xiii, 4, 11

Ædificia ii, 12, 11 et 14

Ædiles Corinthii xxi, 5, 7

Æeta Colchorum rex xxxii, 3, 13

Ægeæ urbs Macedoniæ, quæ prius Edessa vii, 1, 10

Ægeatæ vii, 1, 10

Æger senex xxxvii, 2, 6

Ægeus Thesei pater ii, 6, 14. xlii, 2, 13

Ægialius Medeæ frater xlii, 3, 1

Ægre (pro vix) ii, 4, 32 ægre ab eo obtentum xii, 8, 6 ægre quievit precibus victus xviii, 5, 6 Vorst.

Ægritudo (pro mœrore) xxxii, 2, 8. xxxviii, 2, 2 ægritudo animi xxxii, 3, 4 Vorst.

Ægyptus a Cambyse subacta i, 9, 1 fœcundissima ii, 1, 8 (Hinc illud Augusti decretum, apud Tacitum ii. Ann.

59, 5. Freinsh.) magna impensa regum munita ii, 1, 20 occupatur ab Alexandro xi, 11, 1 in divisione imperii Alexandri Ptolemæo cedit xiii, 4, 10 temperata semper fuit ii, 1, 7 structa magnis molibus adversum vim incurrentium aquarum ii, 1, 20 fossis concisa, ibid. ejus paludes ab ipsa prohibuerunt Scythas ii, 2, 14 Ægypti rex Lacedæmonios juvat vi, 2, 2 ideoque bello a Persis petitur vi, 6, 3

